# MONVMENTA
# GERMANIAE
# HISTORICA

INDE AB ANNO CHRISTI QVINGENTESIMO
VSQVE AD ANNVM MILLESIMVM
ET QVINGENTESIMVM

AVSPICIIS
SOCIETATIS APERIENDIS FONTIBVS
RERVM GERMANICARVM MEDII AEVI

EDIDIT
GEORGIVS HEINRICVS PERTZ
SERENISSIMO BORVSSIAE REGI A CONSIL. REGIM. INT. BIBLIOTHECAE REGIAE PRAEFECTVS.

[Ser. in fol.]

## SCRIPTORVM
TOMVS XVI.

HANNOVERAE
IMPENSIS BIBLIOPOLII AVLICI HAHNIANI
MDCCCLVIIII.

UNVERÄNDERTER NEUDRUCK 1925
VERLAG KARL W. HIERSEMANN / LEIPZIG

4 OKT. 1949

## TOMO SCRIPTORUM SEXTO DECIMO CONTINENTUR


Pagg.

Praefatio . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . VII. VIII.

FRANCIA ORIENTALIS.

I. Annales Herbipolenses a. 1125—1158. 1202—1204. 1215. . . . . . . . . 1—12
II. Annales Halesbrunnenses . . . . . . . . . . . . 13. 14
Notae Halesbrunnenses a. 1117. 1133. 1338. . . . . . . . . . 13
Annales Halesbrunnenses a. 1099—1178. 1241. . . . . . . . . 13
Notae Eberbacenses a. 1186. 1135. 1460. . . . . . . . . . . 14

THURINGIA ET SAXONIA.

III. Annales Sancti Petri Erphesfurdenses (Tab. I.) . . . . . . . . . . 15—25
Pars prior a. 1078—1128. . . . . . . . . . . . . 16—18
Annales Sancti Petri et Aquenses . . . . . . . . . 17—22
Pars secunda a. 1133—1149. . . . . . . . . . . . 18—20
Pars tertia a. 1150—1163 et 1169. . . . . . . . . . 20—23
Continuatio a. 1164—1182. . . . . . . . . . . . 23—25
IV. Annales Erphordenses a. 1220—1254. . . . . . . . . . . . 26—40
V. Annales Veterocellenses a. 801—1484. . . . . . . . . . . . 41—47
VI. Annales Palidenses auctore Theodoro monacho ab O. c. —1182 et 1390. . . 48—98
VII. Annales Rosenveldenses a. 1057—1130. (Tab. I.) . . . . . . . . . 99—104
VIII. Annales Magdeburgenses a. 1—1188. 1453—1460. (Tab. I.) . . . . . . 105—196
VIIII. Annales Stederburgenses auctore Gerhardo praeposito a. 1000—1195. (Tab. I.) . 197—231
X. Annales Pegavienses et Bosovienses a. 1000 c. —1149. (Tab. II.) . . . . . 232—257
Continuatio a. 1140—1181 . . . . . . . . . . . . 258—265
Continuatio secunda a. 1182—1190 . . . . . . . . . . 265—267
Continuatio tertia a. 1191—1227 . . . . . . . . . . 267—270
XI. Annales Stadenses auctore M. Alberto ab O. c. —1256. edente I. M. Lappenberg (Tab. III.) . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . 271—379
XII. Annales Hamburgenses a. 1—1265. edente I. M. Lappenberg (Tab. III.) . . . 380—385
XIII. Annales Ryenses ab O. c. —1288. edente I. M. Lappenberg (Tab. III.) . . . 386—410
XIV. Annales Lubicenses a. 1264—1324. edente I. M. Lappenberg (Tab. III.) . . . 411—429
XV. Annales Saxonici ab O. c. —1271. edente L. C. Bethmann . . . . . . . 430. 431
XVI. Notae Hannoveranae a. 1297 . . . . . . . . . . . . . 432. 433
XVII. Annales Yburgenses a. 817—841. 1072—1085. (Tab. II.) . . . . . . . 434—438
XVIII. Notae Monasterienses a. 1041—1197. . . . . . . . . . . . 439—441

FRISIA ET HOLLANDIA.

XIX. Annales Egmundani a. 875—1205. 1207—1315. . . . . . . . . . 442—479

ANGLIA.

XX. Annalium Angliae excerpta . . . . . . . . . . . . . 480—483
Ex c. annalium a. 1—1155. . . . . . . . . . . . . 480
Ex c. Sancti Petri Cantuariensis a. 1111—1141. . . . . . . . . 480
Ex c. annalium Saxonicorum a. 743—1147. . . . . . . . . . 480

Pagg.
Ex annalibus Winchecumbensibus a. 1052—1194. . . . . . . . . 481
Ex c. annalium a nativitate Iohannis —1235. . . . . . . . . . 482
Ex annalibus Fiscannensibus a. 919—1213. . . . . . . . . . 482
Ex annalibus Halesiensibus a. 780—1290. . . . . . . . . . 482
Ex annalibus saeculi XIII. a. 1066—1271. . . . . . . . . . . 482

GALLIA.

XXI. Annales Engolismenses a. 815. . . . . . . . . . . . . . 485—487
Pars prima a. 815—870. . . . . . . . . . . . . . 485
Continuatio prima a. 886—930. . . . . . . . . . . . 486
Continuatio secunda a. 940—991. . . . . . . . . . . 486
XXII. Annales Catalaunenses . . . . . . . . . . . . . . 488—490
Annales Sancti Petri Catalaunensis a. 1009—1196. . . . . . . . 488
Continuatio a. 1202—1228. . . . . . . . . . . . . 490
Annales Dervenses a. 1196—1316. . . . . . . . . . . . 490

LOTHARINGIA.

XXIII. Annales Mosellani a. 704—797. edente I. M. Lappenberg . . . . . . . 491—499
XXIV. Annales Sancti Pauli Virdunensis a. 908—1215. 1249. 1419. . . . . . . 500—502
XXV. Annales Aquicinctini a. 1079—1279. . . . . . . . . . . 503—506
XXVI. Annales Sancti Quintini Veromandensis a. 793—994. . . . . . . . . 507. 508
XXVII. Annales Cameracenses auctore Lamberto Waterlos a. 1099—1170. . . . . 509—554
XXVIII. Annales Gandenses a. 1296—1310. edente I. M. Lappenberg (Tab. II.) . . . 555—597
XXIX. Annales Parchenses a nativitate Iohannis —1316. 1458. . . . . . . . 598—608
XXX. Annales Marchianenses a. 1—1306. edente L. C. Bethmann . . . . . . 609—617
XXXI. Annales Floreffienses a. 1—1482. edente L. C. Bethmann . . . . . . 618—631
XXXII—XXXV. Annales Sancti Iacobi Leodiensis . . . . . . . . . 632—683
XXXII. Annales Sancti Iacobi.
Pars prior a. 1—1055. . . . . . . . . . . . . . 635—638
Pars secunda a. 1056—1174. . . . . . . . . . . . 638—642
Continuationes annorum 1164—1393. . . . . . . . . . . 643—645
XXXIII. Lamberti Parvi Annales a. 988—1193. . . . . . . . . . . 645—650
XXXIV. Reineri annales a. 1066—1230. . . . . . . . . . . . 651—680
XXXV. Notae Aureaevallenses a. 549—1192. . . . . . . . . . . 681—683
XXXVI. Annales Aquenses a. 1001—1196. . . . . . . . . . . 684—687
XXXVII. Annales Rodenses a. c. 1100—1157. (Tab. II.) . . . . . . . . 688—723
XXXVIII. Annales Brunwilarenses a. 1000—1179. . . . . . . . . . 724—728
XXXIX—XLV. Annales Colonienses minores . . . . . . . . . . 729—738
XXXIX. Annales Sancti Petri Coloniensis a. 798—818. . . . . . . . . 730
XL. Annales Colonienses breves a. 814—964. . . . . . . . . . 730. 731
XLI. Annales Colonienses (T. SS. I. p. 97—99) a. 944. 979. . . . . . . 731
XLII. Annales Remenses et Colonienses a. 961—1150. . . . . . . . . 731—733
Continuatio annorum 1151—1196. . . . . . . . . . . 733
XLIII. Annales Sancti Gereonis Coloniensis a. 1191—1248. . . . . . . . 733. 734
XLIV. Notae Sancti Petri Coloniensis a. 1247. . . . . . . . . . 734. 735
XLV. Annales Agrippinenses a. 1092—1384. . . . . . . . . . . 736—738
Index / Glossarium } auctore Karolo Pertz Ph. D. . . . . . . . . . . . 739 sqq.
Addenda.
Tabulae: I. ad pag. 17. II. ad pag. 233. III. ad pag. 281.

SOCIETAS APERIENDIS FONTIBVS RERVM GERMANICARVM MEDII AEVI

SANCTVS
AMOR PATRIAE
DAT
ANIMVM.

FRANCOFVRTI A. M.
XIII. KAL. FEBR. MDCCCXIX.

Absolutis ante hocce biennium primis duodecim Scriptorum voluminibus, quum aliquamdiu speravissem ut iam iam scriptores rerum Merowingicarum et Gesta pontificum Romanorum praelo darentur, praeter omnem tamen exspectationem accidit, ut libri illi diu expetiti et quibus per triginta annos amplissima subsidia parata erant, a viris doctis quibus eorum edendorum cura commissa est minime possent transmitti. Quod quum ita esse intelligerem, ne anni amplius inutiles praeterlaberentur, relicta pro tempore cura tomorum XIII. XIV et XV, quibus quam primum fieri licebit scriptores Merowingici et Gesta pontificum evulgabuntur, edendis scriptoribus aevi Suevici et proxime sequentis inde a Conrado III rege usque ad obitum Heinrici VII. imperatoris animum adverti. Et opera nostra atque sodalium de re patria optime meritorum, Lappenbergii praecipue, collata, primam hodie Annalium aevi illius partem lectoribus proponimus, annales scilicet Germaniae praecipue mediae

et septentrionalis, Franciae orientalis, Thuringiae, Saxoniae et adiacentis Daniae, Frisiae, Angliae, Galliae, Lotharingiae, quos reliqui Germaniae annales tomo XVII. iam praelo submissi, et tomo XVIII. Italiae annales proxime subsequentur. Quorum quot prima iam vice luci dantur, quot etiam adhibitis amplissimis subsidiis ex omnibus fere Europae partibus collectis integritati restituti sunt, vel hoc primo tomo evoluto historiae patriae studiosi facile perspicient.

Scribebam Berolini in Bibliotheca Regia a. d. 8. Kalendas Ianuarias a. 1858.

# ANNALES HERBIPOLENSES.

*Quum Ekkehardi Uraugiensis chronicon universale copia rerum et ratione, qua res gestae annis incarnationis Domini et regni cuiusque inligantur, magnum sibi apud viros doctos in Germania favorem conciliasset, haud raro accidit, ut eius exemplo lectores ad res sui temporis adnotandas excitarentur. Quocumque igitur loco codices Ekkehardi reperiri poterant, eiusmodi continuationibus nanciscendis operam dedimus, quod in historiae patriae commodum ex voto successisse laetamur. Quae quum solis annalibus Erphesfurdensibus exceptis, quos inter Scriptores Lotharii III tomo Scriptorum VI. dedimus, rebus praecipue imperatorum regumve Suevicorum illustrandis inserviant, eas hoc loco sistere constituimus. Agmen ducunt annales, quos in codice divi Marci Venetiis numero* 398 *membranaceo in folio reperiri ex Zanetti bibliothecae Venetae manuscriptis iam a.* 1821. *indicavi*[1], *et iusto tempore Bethmanno V. Cl. in usum nostrum vertendos commendavi. Qui codice a.* 1851. *evoluto, Ekkehardum esse intellexit et continuationem ineditam exscripsit. In prima libri littera Moyses delineatus rotulum tenet ita inscriptum:* Hiltegarus me fecit Moysen. *Codex in Germania optime exaratus, inter libros Bessarionis Cardinalis bibliothecae divi Marci illatus est. Annales qui Ekkehardum excipiunt, et eadem qua ille saeculi XII exeuntis manu exarati sunt*[2], *auctorem agnoscunt Herbipolensem incognitum quidem sed qui, prout Bethmannus observavit, animo satis libero expeditiones in terram sanctam abominatus, eas errorem et heresim vocat, et persecutiones Iudaeorum acerbissime vituperat. Ipse clericus vel monachus Wirzeburgensis, episcopo Embrichoni fuit notus quem a.* 1146. *ob tractanda secreta imperii negotia Constantinopolim legatum scribit, testis oculatus persecutionis Iudaeorum Wirceburgi a.* 1147, *et nuptiarum Friderici imperatoris a.* 1156, *atque per comites Ottonis Frisingensis episcopi in pugna ad Roas a.* 1147. *captos et tormentis horrendis affectos cruciatus quos ipsi aliique christiani perpessi erant edoctus est. Annalibus suis Friderico I imperatore ultimam manum imposuit; certe tunc demum annos regni Conradi III narrationi anni* 1138. *inseruit*[3]; *et quum a.* 1147. *res gestas narrans addat:* vidimus postmodum per multa tempora et adhuc videmus, *hoc certe ad exitum magis quam ad medium saeculi XII referri videtur.*

*Postea in codice, scriptura simillima saeculi XIII ineuntis sed orthographia diversa, lineis non amplius praenotatis, captio urbis Constantinopolitanae ab auctore Germano, oculato rei teste et expeditionis participe, describitur; quam hic non omittere constitui.*

1) Archiv IV, p. 142. 2) V. a. 1146. 1147. 3) Item a. 1125 Gebehardum post quinque demum annos episcopatu cessisse scribit.

A. D. 1125. Gebehardus suburbio Wirzeburgensi inopinate concremato, montem Sancte Marie occupat, stipendiaria bona ecclesie concremat, in cimiteriis reposita penitus distrahit, et post hec omnia inactus, episcopatum quinto demum anno relinquit.

A. dom. inc. 1126. Heinrico imperatore huius nominis quinto absque liberis defuncto, Lotharius dux Saxonie communi principum consilio in regem electus, 89° loco ab Augusto suscepit imperium. Henricus Ratisponensis et Arnoldus Spirensis episcopi obierunt.

2. A. D. 1127. Honorius papa in Apuliam contra comitem Ruogerium, qui ducatum occupaverat, egressus est; cum quo facta tandem concordia, ducatum ei apud Beneventum firmavit.

3. A. D. 1128. Ipso anno ecclesia Cellensis[4] initiata est.

4. A. D. 1129. Honorius papa obiit; sedit annos 5 menses 1 dies 28.

5. A. D. 1130. Post Honorium duo eliguntur, Gregorius Sancti Angeli diaconus in papam Innocentium, et Petrus Petri Leonis filius cardinalis in papam Anacletum. Innocentius ultra montes ad Lotharium regem, Anacletus vero in Apuliam vadit ad Rugerum ducem, quem idem Anacletus non multo post unxit in regem Sicilie. Innocentius deinde Romam redit.

6. A. D. 1131. Fridericus Coloniensis archiepiscopus obiit.

7. A. D. 1132. Lotharius rex Romam veniens, ab Innocentio offitiose suscipitur et ab eo in imperatorem coronatur. Imperator Apuliam vastat; Rugerius in inferiora maris loca interim se recepit, et a fatie imperatoris declinavit.

8. A. D. 1133. Imperator in Alemanniam redit. Rugerius post discessum imperatoris Apuliam regressus, comitem Conversanensem et Andrensem exheredavit, et multa mala colonis terre inferens, a fidelitate imperatoris recedere compulit. Eodem anno eclypsis solis facta est 4. Non. Aug. media die, tanta obscuritate, ut stelle quasi media nocte apparerent per totam terram.

9. A. D. 1134. Norpertus archiepiscopus Magdeburgensis obiit.

10. A. D. 1136. Bruno Coloniensis archiepiscopus obiit. Hugo Coloniensis electus infra tricesimum diem[a] predecessoris sui Brunonis obiit.

11. A. D. 1137. Innocentius papa facta synodo generali mediante quadragesima, deposuit et condempnavit totam partem Anacleti Petri Leonis et ordinationem ipsius. Lotharius imperator vitam presentem finivit.

1. A. D. 1138. Cunradus, frater Friderici ducis, 90° loco ab Augusto rex effectus, regnavit a. 14. Anacletus moritur, sed in loco eius a fratribus ipsius heresiarcha quidam Gregorius eligitur, qui et ipse post tres dies electionis sue a papa Innocentio est depositus, facta et ordinata pace cum omnibus.

2. A. D. 1139. Beate memorie Otto Babenbergensis episcopus migravit. Heinricus dux obiit. Wilhelmus palatinus comes, Gozmarus comes obiit.

3. A. D. 1140. Multa prodigia visa sunt, quorum unum ponimus. Mons Vesubius per multos dies eructuavit incendium, ita ut suum cinerem ultra Salernum effunderet. Rex Rugerus venit in Apuliam, et cepit eam totam, preter Barim et Troiam quam obsedit. Contra quem Innocentius papa cum exercitu venit. Rogerius autem iuxta Galluzium papam in fugam versum comprehendit et mox pace facta, relaxatis omnibus quos ceperat Rogerius, papa accepto sacramento ab eo et a filiis ipsius cum proprio hominio, confirmavit ei totam terram a fluvio Cartello et infra; filiis quoque Rogerii principatum atque ducatum constituit. Post que omnia Neapolis et Troia iussu apostolici tradiderunt se ei, Barim vero per duos et eo amplius menses obsidens, tandem pacto recepit eam; sicque reversus est in Syciliam. Dietericus abbas Swarzaensis obiit.

4. A. D. 1141. Adelbertus iunior Mogontinus archiepiscopus obiit.

5. A. D. 1142. Innocentius papa moritur; sedit annos 13 menses 7 dies 7. Marcolfus archiepiscopus Mogontinus, Cunradus Mageburgensis obierunt.

6. A. D. 1143. Celestinus papa Innocentio succedit; sedit menses 5 dies 13.

7. A. D. 1144. Lucius Celestino succedit; sedit menses 11 dies 7. Hoc anno facta est grando maxima ante pentecosten, quod est Non. Maii.

a) *scilicet* obitus.

4) Cella Dei superior, ordinis Praemonstratensis, ad Moenum infra Wirzburgum.

8. A. D. 1145. Eugenius papa, genere Pysanus, Lutio successit. Hic eodem anno in Remorum civitate coadunatis multis patribus generale concilium celebravit. Ipso anno facta est tempestas magna et inaudita 14. Kalend. Febr.

9. A. D. 1146. Embircho Wirzeburgensis episcopus a rege Cuonrado in Gretiam mittitur, et secreta quedam regni cum rege Constantinopolitano tractare precipitur negotia. Facta est ipso anno mortalitas magna per totum Wirzeburgensem episcopatum. Gerdrud regina decessit Idus Aprilis. Engilbertus Babenbergensis episcopus obiit, pro quo Ebirhardus constituitur. Ipso anno facta est fames valida, et magna pars urbis Wirzeburgensis igne consumpta est 4. Kalend. Iulii. Sifridus Spirensis episcopus moritur, et Guntherus prepositus Sancti Iohannis in Wirzeburc loco eius subrogatur. Eodem etiam anno Embircho episcopus a Gretia rediens, in itinere apud Aquilegiam 4. Idus Novembris obiit, ibique in ecclesia maiore sepultus quievit, in cuius loco Sifridus prepositus est substitutus. Ipso anno Pilgrimus abbas Sancti Burchardi obiit 4. Kalend. Martias. Boppo successit, ordinatus ab episcopo Gebehardo die sancti Bartholomei.

A. D. 1147. Occidentanam, exigentibus peccatis, Deus affligi permisit ecclesiam. Etenim perrexerunt quidam pseudoprophete, filii Belial, testes antichristi, qui inanibus verbis christianos seducerent, et pro Iherosolimorum liberatione omne genus hominum contra Sarracenos ire vana predicatione compellerent. Quorum predicatio tam enormiter invaluit, ut votiva quadam concordia omnes fere regionum habitatores velut ad commune excidium sponte se offerrent, et non solum plebeii viri, verum etiam reges duces marchiones et relique huius mundi potestates, obsequium se Deo prestare putantes, adiunctis in hunc ipsum errorem episcopis archiepiscopis abbatibus ceterisque ecclesie ministris ac prelatis, in inmane periculum animarum et corporum se precipitare gestirent. Nec mirum, cum nescio qua latenti occasione ipse domnus Eugenius Romane sedis pontifex, innitente Clarevallensi abbate Bernhardo permotus, piissimo Romanorum principi Cunrado et omni imperio, regi quoque Frantie, regi Anglie, universis demum christiane fidei ac religionis regibus regumque optimatibus ac subditis scriberet, scribendo ad hoc iter paratos esse debere admoneret, indulgentiam peccatorum auctoritate apostolatus sibi a Deo concessi omnibus in commune dans et permittens, qui se voluntarie huic labori obtulissent. Testes sunt huius apostolice admonitionis epistole hinc et inde per diversarum regionum ac provintiarum terminos directe et in plerisque ecclesiis ad inditium predicte expeditionis diligenter recondite. Currit ergo indiscrete uterque hominum sexus, viri cum mulieribus, pauperes cum divitibus, principes et optimates regnorum cum suis regibus, clerici, monachi cum episcopis et abbatibus. Ad extremum rex Frantie Luodewicus Romani principis Cunradi in itinere comes fit et sotius. Erat autem diversa diversorum intentio. Alii namque, rerum novarum cupidi, ibant pro novitate terrarum consideranda; alii quibus egestas imperabat, quibus etiam res angusta domi fuerat, non solum contra inimicos crucis Christi, sed etiam contra quoslibet christiani nominis amicos, ubi oportunum videretur dimicaturi pro paupertate relevanda; alii qui premebantur ere alieno, vel qui debita dominorum cogitabant relinquere servitia, vel etiam quos flagitiorum suorum merita expectabant supplitia, simulantes se zelum Dei habere, festinabant potius pro incommoditate tantarum sollicitudinum reprimenda. Vix autem pauci inventi sunt qui non incurvarent genu ante Baal, quos videlicet sancta et salubris intentio dirigeret, quos amor divine maiestatis usque ad sanguinis effusionem pro sanctis sanctorum decertare vehementer accenderet. Sed hec interim plenius discutienda ei relinquimus, qui cordium inspector est Deus, illud solummodo aditientes, quia novit Dominus qui sunt eius. Quid igitur? Omnes ad locum ubi steterunt pedes Iesu Christi properant, signo crucis vestimenta non improbabiliter sed presumptuose signant, Iudeos in omni fere transitu inventos baptizari cogunt, reluctantes sine dilatione interfitiunt. Unde factum est, ut nonnulli Iudeorum necessitate compulsi fonte baptismatis abluerentur, et alii in fide suscepta perseverarent, alii pace reddita, quasi canes ad vomitum, ita denuo ad obscenas legitimorum suorum observationes redirent. Verum unum exemplum de occisione Iudeorum, quod Wirzeburc accidit, de multis proferam, ut unius exempli certitudine ceteris melius fidem adhiberi fatiam. Mense Februario peregrinis, ut dictum est, in civitate confluentibus, mirabili quodam casu 6. Kalend. Martias corpus cuiusdam hominis rescisum per multas partes inventum est. Due siquidem partes maiores in Moin fluvio, unum scilicet inter molendina versus suburbium Bleicha, alia versus villam

1147. Thunegersheim reperte sunt. relique partes invente fuerunt extra murum in vallo contra turrim que vulgo Katzinwichus appellatur. Collectisque sparsim totius corporis partibus in unum, corpus ad hospitale quod est infra urbem portatur, et ibidem in atrio foris ecclesiam tumulatur. Occasione dehinc quasi iusta in Iudeos accepta, tam cives quam peregrini subito furore correpti, domos Iudeorum irrumpunt et in eos irruunt, senes cum iunioribus, mulieres cum parvulis, indiscrete sine dilatione, sine miseratione interfitiunt. Pauci fugam ineuntes salvantur, pauciores spe evadendi baptizantur, paucissimi postmodum reddita pace in fide perseverasse noscuntur. Porro ad sepulturam presignati corporis signa dicebantur fieri, ita ut muti putarentur loqui, ceci videre, claudi gressum recipere, et alia signa horum similia. Unde dum peregrini hominem illum quasi martirem colerent, et reliquias corporis circumferendo, canonizari eundem quem Theodericum dicunt postularent, religioso eiusdem civitatis episcopo Sifrido una cum clero importunitati eorum immo errori reluctante: tantam in episcopum et clerum persecutionem suscitaverunt, ut episcopum lapidibus obruere volentes ad turrium presidia compellerent, canonici in ipsa sacratissima nocte cene Domini timore persequutorum nec chorum ascendere nec matutinas canere ullatenus auderent. Superveniente dehinc ebdomada resurrectionis dominice, peregrini iter propositum arripiunt; et sic tandem compressis in civitate motibus omnia quieverunt. Et hec quidem ita ut dictum est Herbipolis contigerunt. Verum quid in aliis civitatibus egerint, nobis tacentibus inductio unius exempli probavit.

Infinita igitur multitudo suos secuta ductores, cum tanta esset, ut quasi locuste operirent superfitiem terre, terminos Pannonie transeuntes, Gretiam attigerunt. Ubi dum in campestri quodam, qui duabus fere dietis distat ab urbe Constantinopoli, tentoria figerent, in prato quod duabus aquis hinc et inde cingebatur, propter amenitatem loci quiescentibus universis, 6. Idus Septembris, die videlicet nativitatis sancte Dei genitricis, primo diluculo ecce subito tanta vis imbrium irrupit, ut ipsa tentoria cum hominibus et animalibus violenter raperet, et inmensam multitudinem cum omni supellectile in lacum qui proximus
5 erat iuxta desertam quandam urbem Naturam[5] nomine precipiti torrente deduceret. Quot milia in eo loco perierint, explicari non potest, omnibus in lacum dimersis, preter paucos qui in collem unum deducti, tertia demum die in equis evaserunt cessantibus aquis. Inde digressi, castra metati sunt ante Constantinopolitanam urbem, et ibi aliquamdiu morati. Verum propter inauditam Teutonicorum multitudinem nimio timore concussa tota tremebat Gretia, quoniam etsi numero Greci Teutonicis superiores, viribus tamen inferiores videbantur et animorum audatia. Obtentu quoque regine, que soror erat Gerdrudis auguste, quam etiam Romanorum rex Cunradus per suos legatos ante coniugaverat regi Constantinopolitano, universo exercitui preceptum est ab eodem rege omnia necessaria iure venalium rerum administrari. Nullus tamen peregrinorum eandem civitatem presumebat ingredi.

Interea princeps Romanus a Grecorum imperatore magnifice suscipitur. Cui inter alia mutue collocutionis verba rex Cunradus desiderium suum indicat, contra Sarracenos se venisse testatur, et ut compendium vie ad terram eorum sibi et exercitui suo quo propius[a] inveniri possint aperiatur rogat. Cui Constantinopolitanus: *Ego quidem, inclite princeps, nec voto nec estuantis animi vestri excellentie renitor; sed quia nec vobis nec tante multitudini quod proponitis expedire video, consilium dare non recuso. Ceterum via qua ad terram Sarracenorum ire debetis, remotissima est, solitudine et periculis ultra modum difficilis, et eo difficilior, quanto in locis arentibus ducenda multitudo exercitus est gravior. Nulla vero terra Sarracenorum vobis vicinior est Yconio. Ad hanc regionem expugnandam tam ego quam pater meus dive memorie exercitum sepe duximus, sepe inacti reduximus; quia etsi difficultatem itineris et pericula locorum viribus et ingenio temptavimus, numquam tamen sumptus qui necessarii erant, ob nimiam longitudinem vie poterant sufficere, numquam nostra virtus copiam stipendiorum plenariam valuit preparare. Unde, o gloriose rex, melius esse considero, ut animositate vestra[b] interim cedatis, eligentes ab inutili proposito potius animum retrahere, quam inconsultius procedendo fame siti et inedia gravi in via deficere, vel etiam fatiscentibus membris ob magnitudinem laboris, gravissimorum hostium incursus et impetum, extremum vite supplitium passuri quod absit, sustinere. Quod si vobis voluntas est in proposito persistere, agite meo consilio, et electis de omni exercitu paucis milibus, Iherosolimam ad dimicandum*

a) proprius *c.* b) *ita legendum; animositati vestre codex.*

5) Est Atyra in ostio fluminis Atyrae ad Propontidem sita; hodie Bujuk Tschekmedje i. e. pontes longi, qui scilicet utramque ripam lacus Atyrae iungunt. De casu illo cf. Ottonis Frising. hist. Friderici I. lib. 1. cap. 45.

*contra eos qui cottidiana in christianos exercent latrocinia properate; reliquos vero ad natale* 1147. *solum reverti precipite. Gloriosius est enim, in Deo sperantes cum paucis de hostibus optinere victoriam, quam in multitudine confidentes, ex facili et vite incommoda sustinere et eventu belli ancipitem victorie prorsus ammittere gloriam.* At Romanus princeps que dicta sunt in corde suo conferens, et cum principibus imperii et reliquis sapientibus verba regis Grecorum diligenti conquisitione discutiens, licet consilium quod rex dederat sanum et salubre per omnia animadverteret, tamen nescio quid adversi suspicatus, ex deliberatione tandem respondit: *Etsi arduum est et difficile iter quod arripuimus, tamen propter eum cui omnia possibilia sunt, propter quem etiam omnia relinquere et hunc voluntarium laborem decrevimus subire, per mare per terras per cuncta pericula mundi: quocumque labore iuxta propositum nostrum pergemus, et auxilium de celo expectantes, contra barbaras nationes pugnabimus. Tuum est, ut que via Yconium ducat ostendas, assignans aliquem tuorum, qui nos precedat et per invia que nobis inus cognita sunt, prout oportunius possit terminis barbarorum inducat.*

Audita rex Grecorum regis Cunradi perseverantia, statim naves adaptari imperat, undecim milia arcuum, hastarum quoque variorumque instrumenta armorum ultra quam estimari potest in medium proferri et per ministrorum manus peregrinis distribui iubet. Igitur rex et omnis multitudo trans mare Propontidis quod vulgo brachium sancti Georgii dicitur transiens, Niceam venit, et ibidem tribus tantum diebus requievit. Quarta demum die Frisingensem episcopum Cunradum[6] nomine, qui frater erat Cunradi regis, pedites universi sequuntur, et per viam superiorem gradientes, Antyochiam transeunt, totumque robur exercitus contra fatiem civitatis Sarracenorum, que Roas dicitur, dirigunt. Ubi ad tantam miseriam redacti sunt, ut arescentibus eis pre fame et siti, equos camelos et asinos, qui superfuerant ad onera portanda, interficerent, et carnes iumentorum ad famem relevandam, cruor ad sitis ardorem extinguendum non sufficerent. Tabescentibus ergo fere omnibus, multis quoque fame siti morbo et cottidiano labore consumptis, ad ultimum Sarraceni explorata debilitate eorum, repentino insultu in eos prosiliunt, nulloque resistente laniant, distrahunt, seniores interficiunt, iuniores miserabili servitute deprimendos in captivitatem ducunt. Superveniente interim rege Frantie, et nesciente quid ageretur, ipse etiam cum suis manus barbarorum incidit, et ammissa infeliciter victoria, omnibus fere qui cum ipso erant deletis, vix tandem cum paucis evasit. Quantum ibi christiani sanguinis beluina rabies effuderit barbarorum, quam diversis tormentorum generibus diversos affecerit, que vox, que lingua retexere poterit? Et hec circa eos qui regem Frantie sive pontificem Frisingie sequuti fuerunt, apud Roas civitatem gesta sunt. Vidimus certe postmodum per multa tempora et videmus adhuc, quod est videre miseriam, diverse scilicet etatis homines christianos gratuita Dei miseratione liberatos, de eadem barbara captivitate redeuntes, quorum alii exoculati, alii quod sine gravi gemitu dicere nequeo humeraliter brachia et manus truncati, alii plantas pedum adusti et sale perfricati, alii oculis erutis, auribus nasu[a] labiis abscisis, per omnia inutiles sunt redditi. A quibus certe didicimus, innumerabiles dum Christum negare cogerentur, omnia fere supplitiorum genera transisse, et in agone fidei constantia persistentes, inmarcescibilem eterne glorie coronam meruisse; videntibus quibusdam inter acerrima tormenta corporis, qualiter anime bellatorum Dei penis exempte in sinum Abrahe cum gaudio portabantur ab angelis. Nonnulli vero ipsa inspectione penarum perterriti, creatorem negaverunt, et creature potius quam creatori servientes, miseram vitam pro tempore miserabiliter distulerunt. Et de hiis hactenus.

Omnis vero multitudo equitum et armatorum regem comitata ab urbe Nicea profecta est, et precedente Foca, quem rex Gretie ductorem eis constituerat, Yconium tendebat. Ingressi igitur solitudinem longissimam, cum nichil eorum que usui ciborum apta viderentur invenirent, tandem defitientibus cibariis que sibi preparaverant, anima eorum, ut scriptum est, paulatim in malis thabescebat. Progrediebantur tamen spe potius adiuti quam virium robore; et modo illis modo istis fame defitientibus, moriebantur tam homines quam iumenta sine intermissione. Quid plura? Quadragesima demum die postquam a Nicea profecti sunt, multis repleti laboribus et erumpnis, desertum Yconio vicinum intraverunt. Nec satis erat, nichil rerum quibus vesci liberet per tot iam dies repertum fuisse; quin etiam, que solum ad vite solatium hucusque invente fuerant, defecerunt aque. Itaque dolor dolori additur, et in hac tribulatione profectio tarda quintum usque diem extenditur. Cum

a) *ita codex.*

6) Ottonem historicum.

1147. interim Sarraceni reges fama preeunte perterriti, in auxilium regis Yconiorum convenerunt, et habito ereptionis sue consilio, loca angustiarum preoccupant, et unanimiter ad pugnam parati, pro patria vivere sive mori mutua cohortatione decertant. Missis ergo ut mos est in obviam suis exploratoribus, debilitatem exercitus christiani, inediam quoque et lassitudinem tam virorum quam etiam equorum diligenter exploratam qui missi fuerant summa cum festinatione renuntiant. Iam sol ad occasum declinabat, iam quarta dies finierat, et ecce veniunt qui regi Cunrado et principibus aquam potabilem ad radices cuiusdam montis excelsi nuper se reperisse aiunt. Ad quorum relationem rex opido exhilaratus, clam ut si ita sit videat, ad montem qui plus minusve quattuor miliaribus a castris distabat, cum suis properat. Et eo moram fatiente, primus post eum dux Welpho, deinde dux Austrie Heinricus[a], postremo dux Fridericus qui postea regni suscepit gubernacula, ad extremum episcopi comites et omnes viri robustiores pro desiderio aque festinabant. Plus enim siti quam fame laboraverant, quia in heremo tanta se ferarum copia obtulerat, ut habundanter aliquando totus inde reficeretur exercitus. Principibus itaque cum maxima parte nobilium paulatim ut dictum est et in noctu recedentibus a castris, omnis reliqua multitudo ea spe retenta est, ut illis redeuntibus, ipsi quoque irent ad refocillandam animam resumptis viribus: cum interim intempeste noctis silentio clamor in castris oritur, ex inproviso sagittariorum iaculis prodita nefanda Sarracenorum turba adesse monstratur. Cuilibet[b] ergo temptanti vite consulere et pernici fuga imminenti cervicibus gladio se quolibet modo subtrahere, barbara multitudo christianorum se castris repente infudit, miseros et vix pre labore spirantes artus peregrinorum modo sagittis modo stricto mucrone resolvit. Passim ceduntur Christi cultores ab ydolorum cultoribus, nec erat qui resisteret caedentibus; nulla dabatur lassis requies, nulla quies morientibus. Delentur qui aderant usque ad internitionem, nichilque audiri poterat nisi altus dolor et emissus cum clangore gemitus morientium, nichil ex opposito nisi horrida vox: *In iugulos peregrine!* plebis invicem se caninis quibusdam rictibus exhortantium. Itaque usquequo quinta demum die sol incalesceret, christiani per devia queque sicut oves errabundi feriuntur, capiuntur. Aliam quoque viam decem fere milia christianorum ingressi fuerant; et hii fratrum suorum angustiam videntes, ad arma subito in ultionem sanguinis eorum et ereptionem sui viriliter convolant. Nec mora, turbe gentilium et numero et viribus confidentes concurrunt, pugnam acerrimam committunt, sicque sub ancipiti victoria bellum mediam usque diem protrahunt.

Interea rex inclitus licet ignarus esset direptionis castrorum et cladis que acciderat, accepto suorum consilio, quia ultra progredi non poterant, nutu Dei revertitur per viam qua venerat. Cum repente rex elevans oculos, videt ex adverso dimicantes in prelio; statimque ut erat strennuissimus in rebus bellicis, correpto propria manu signo, sic exclamavit audiente populo: *Video, bellatores egregii, cominus viriliter hostibus resistentes viros; et ni fallor, cum Sarraceni loricis non utantur in prelio, eos qui resistunt per armorum fulgorem nostre partis esse considero adiutores et sotios. Omnis ergo qui zelum Dei habet, mecum veniat! pugnemus pro fratribus nostris! sicut fuerit voluntas in celo, fiat! fiat!* Quo dicto otior advolat, et medium se pugnantibus cum suorum copiis ingerens, modo hos modo illos gladio et sagitta perturbat. Tandem Sarracenorum copiis inaudita strage percussis vel etiam in fugam versis, adiuvante Deo sotios in tanto belli discrimine positos liberat. Coadunato itaque universo exercitu, Niceam revertitur. Quem tamen a tergo, quoslibet christianorum occulte et noctu precipue debilitans, barbarorum rabies insequitur. Quibus violenta manu et brachio extento repulsis, in Nyceo urbe paucis moratur diebus.

Deinde rex diviso in duas partes exercitu, alios in patriam redire precepit, alios ut secum Iherosolimam veniant constituit. Itaque per descensum Nyceni stagni, adhuc multitudine gravi comitatus, 6. Kalend. Nov., die videlicet sanctorum apostolorum Symonis et Iude, profectus est, reliquis omnibus Constantinopolim redeuntibus, et sic in patriam, transitis Pannonie terminis, reversionem suam ordinantibus. Venitque rex cum universis
7 principibus omnique militia usque ad locum sancti Iohannis euangeliste, qui Solis Atrium[7] dicitur; inde navigaturus, si oportune navigationis occurreret tempus. Verum huius rei causa aliquamdiu in eodem loco retentus est. Peregrinis interim qui dimissi fuerant Constantinopolim reversis, rex quidem pro amore regine consortis sue facilem eis transitum

a) H. c. b) *i. e.* Quolibet e. temptante.

7) hodie Aja Soluk, Ephesus. Cf. Conradi epistolam ad Wibaldum (80).

concessit; et sic paulatim recedentibus universis, unusquisque post miseriarum tantarum 1148. congeriem suam reversus est in patriam. Denique rex Grecorum regi Romanorum litteras mittit affabilitate plenas, in quibus eum omnimoda pace sollicitat, ut ad regiam urbem una cum exercitu suo, oportuniori tempore de Gretia navigaturus, dignanter accedat. Mittit etiam grandem apparatum navium, inter quas tres erant naves auro argento diversisque coloribus iuxta regiam ornate magnificentiam. In quibus tandem accepto prudenti consilio princeps Romanus cum omnibus suis per mare deducitur, et Constantinopolim usque prospera navigatione veniens, a rege Grecorum, qui cum universis principibus suis in occursum eius venerat, multa cum alacritate recipitur. Optulit quoque Romano principi rex Manuel duas ante portum Propontidis duorum fere milium equorum equitaturas, phaleramentis pulcherrimis preparatas; quas statim exercitui distribuit. Et sic cum omni gloria urbem regiam cum rege Grecorum intravit.

Interposito dehinc aliquanto tempore, Cunradus rex gravi infirmitate laborans, maximum dolorem non solum suis, verum etiam regi Constantinopolitano, regine quoque et omnibus regni Grecorum principibus inflixit; illis, in locis peregrinis suo se domino destitui timentibus, istis vero, tanti principis familiari amicitia desolari, vel etiam intercedente morte, quasi aliquid malitie in eo perpetraverint, sibi quolibet modo imputari posse graviter suspirantibus. Verum ut huiusmodi suspitionem amputaret, egrotanti regi rex manum propriam, utpote physicorum peritissimus, confidenter adhibuit; et quam interno eum amore complecteretur evidenter ostendens, non ante ab incepta in ipsum diligentia destitit, quam rege regum Domino cooperante, non sine admiratione omnium et ingenti gaudio integre eum incolumitati restituit. Recuperata ergo corporis ut dictum est sanitate, quia flantibus zephyris ad mare vocabat tempus oportune navigationis, rursum iter assumpti laboris rex Cunradus instaurat. Cui Constantinopolitanus iuxta dispensationem regie facultatis, quecumque necessaria videbantur largiter administravit. Sic igitur summo cum honore Iherosolimam navigaturus rex et omnis eius exercitus a rege et regina Grecorum cum ingenti frequentia ad litus usque deducitur, valedicentes et prospera inprecantes invicem, pelago laxis velorum sinibus tota classis committitur. Eclypsis solis facta est hoc ipso expeditionis anno, videlicet 1147, 7. Kal. Nov. hora 6, luna 28, die dominica in festo sancti Amandi confessoris.

A. D. 1148. Cunradus rex a Constantinopoli digressus, per mare Iherusalem navigat, ubi ebdomadam palmarum et totam festivitatem pasche in honore sancti sepulchri sollempniter fatiens, habito cum rege Iherosolimorum et templariis consilio, contra Phylisteos profectus est, et unam urbium eorum, que maxime sancte civitati molesta erat, queque lingua Thurcorum ....... dicitur[8], una cum Iherosolimitis obsedit; fecissetque satis voto, 8 nisi avaritia dolus et invidia templariorum obstitisset. Accepta enim a Phylisteis infinita pecunia, obsessis habitatoribus auxilia latenter exhibuerunt; et cum nec sic urbem liberare potuissent, castra regem et sotios noctu deseruerunt. Unde commotus princeps Romanorum, detestata fraude templariorum obsidionem solvit, et recedens a civitate, se nullo unquam in posterum tempore vel in propria persona vel per aliquem suorum eis subventurum fore promisit. Pro qua tamen confusione rex Iherosolimorum, superbiam militum templi detestatus, non mediocriter contristatus est. Rex igitur Cunradus ad naves reversus cepit transfretare, comitantibus supra nominatis principibus cum reliqua multitudine. Verum Messaline[9] civitatis portum attingentes, Welpho assumpto duce Frederico petitaque licentia 9 a rege Syciliam applicuerunt, ubi a rege Rogerio honorifice suscepti, aliquanto tempore quieverunt. Quibus tandem repatriare disponentibus, Rogerius pecuniam et aliqua ornamentorum ludicra obtulit. Sed dum ex hiis pauca, que ad iocunditatem pro sui raritate spectarent, potius quam ad pretium acciperent, reliqua vero consueta Teutonicorum principum modestia attemptare rennuerent, in pace dimissi, non multo post in patriam reversi sunt. Sed et rex cum suis, prosperis ventorum flatibus classem inpellentibus, natali tandem solo suoque ut verius dicam imperio autumnali tempore sanus et incolumis redditur. Et sic unusquisque eorum, qui tot periculis laborum superesse poterat, suo in loco quasi desiderato iam dudum quodam portu salutis apprehenso restituitur. Nulla tamen meminit etas, quod tanta tamque unanimis christianorum contra paganos fuerit expeditio, quanta

8) Damascus. 9) i. e. Messanae.

visa est hoc biennio. Ceterum vero ad honorandum sepulchrum Domini felitiori expeditione peregrinari ceperunt christiani.

10 11. A. D. 1149. Gebehardus Eistedensis episcopus, Gumpertus abbas Sancte Felicitatis[10] obierunt.

12. A. D. 1150. Sifridus Wirzeburgensis episcopus obiit, cui Gebehardus frater Bopponis prefecti succedit.

13. A. D. 1151. Wicnandus abbas Tharisie[11] obiit.

A. D. 1152. Cunradus rex moritur, relicto filio nomine Friderico. Sepultus est Babenberge in ecclesia sancti Georgii. Post hunc Fridericus dux, filius fratruelis Cunradi regis, suscepit imperium. Mathildis comitissa obiit.

2. A. D. 1153. Eugenius papa defungitur, cui Athanasius subrogatur. Hoc anno domnus Bernhardus abbas Clarevallis migravit ad Dominum.

12 3. A. D. 1154. Athanasius[12] papa obiit, cui Adrianus successit. Qui cum post aliquot menses accepto apostolatu insolenter in Romanos ageret, grave odium incurrit. Unde non ferens indignationem senatus, gloriosum regem Fridericum ultro ad benedictionem imperii accipiendam invitavit, sperans se huius benivolentie vicissitudinem ab eo recepturum fore, eo videlicet pacto, ut dum debitam ei imperii benedictionem sub debite beato Petro obedientie sponsione porrigeret, per ipsam sponsionem sue defensionis seu ultionis in Romanos operam dare imperatorem constringeret. Sed longe aliter accidisse postmodum, ipse rerum probavit eventus. Facta est hoc eodem anno eclypsis lune, hora una et dimidio, primo noctis tempore.

4. A. D. 1155. Rex ordinata expeditione in Italiam transivit; ubi occurrentibus sibi Papiensium et Cremonensium nobilibus, Terdonam civitatem propter multas nequitias habitatorum, quas in finitimos exercebant, obsidione vallavit, et post decimam demum ebdomadam 15. Kal. Maii die dominico viriliter expugnatam cepit et ad solum usque redegit. Deinde procedens, opida et castella non pauca diruit, quia Mediolanenses, Veronenses, Placentini, et alie quedam civitates coniuratione in eum facta, angustias locorum occupaverant, et non modicum itineris inpedimentum ei intulerant. Viribus tandem et ingenio victis omnibus, Romam venit, et in ecclesia beati Petri coronam et benedictionem imperii de manu domni Adriani pape, quarto post acceptum regnum anno, cum ingenti gloria suscepit. Verum inter ipsa missarum sollempnia Romani seditione mota milites imperatoris[a] ausi sunt, odio tam domni pape quam principis iam in imperium coronati. Et dum provocatos bello attemptarent in ipso atrio sancti Petri, preripiente se domno imperatore de loco benedictionis, totus repente exercitus cum eo collectus venit ad locum certaminis; commissoque cum seditiosis prelio, ammissa victoria Romani hinc et inde gravi strage usque ad pontem Tyberinum corruerunt in ore gladii. Quod utique factum maioris odii contra domnum papam, quasi id sua gestum foret voluntate, generavit seminarium. Imperator vero paucis admodum diebus in urbe commoratus, aliqua ad utilitatem rei publice et statum imperii pro consuetudine ordinavit, ac deinde profectus, terminos Spoleti attigit. Porro Spoletani terrore potius imperatoris quam amore compulsi, obviam ei exierunt, et subiectionem debitam spondentes, expensas et pecuniam grandem, sed gravi inpostura corruptam, utpote oricalcum pro auro, stagnum pro argento, mendaciter obtulerunt. Quo deceptionis argumento leviter deprehenso, imperator ira non inmerito succensus est, et sine mora fraudis auctores vita et rebus deturbavit; civitate quoque prorsus destructa, cives qui falsam dederant pecuniam, vera veraciter pecunia multavit.

Veronenses interim audito reditu ipsius, contractis auxiliaribus armis bellum instruunt; sed felici successu eius in rebus bellicis territi, saniori ut ipsi putabant usi consilio conceptum animi motum reprimunt; insidias in angusto Alpium, eo videlicet in loco qui Clusa Veronensium dicitur, latenter componunt, et post aliquot dierum curricula revertentem cum pace imperatorem recipiunt, et dissimulato bellorum motu, eum ut ex improviso cum suis intereat ad loca insidiarum mittunt. Verum domino Deo, contra quem non est consilium, sua eum protectione defendente, dolus et fraus Veronensium comperitur, et iniquitas

a) aggredi, invadere *vel tale quid deest in c.*

10) in honore sanctae Felicitatis Schwarzacense monasterium dedicatum erat, cuius abbas Gumpertus hoc anno obiit. 11) Theres ad Moenum. 12) Anastasius scilicet.

quam in cubili suo meditati fuerant detegitur. Imperator ergo inito cum suis consilio, clam ducem Zaringie Bertoldum cum fortissimis quibusque, de quorum audatia non diffidebat, montium summitatem versus insidiarum loca conscendere mandat; hoc subiungens, ut non ante per declivum montis descenderent, quam deorsum imperatorie presentie classicum concrepare tertio audirent. Igitur hiis qui missi fuerant montium cacumina iamiam tenentibus et hostes in insidiis positos intuentibus, dato signo exercitus qui cum imperatore venerat tubis insonuit; et sic eis qui montana tenebant subito descendentibus, cum iam Lonbardi se ex omni parte in modum corone montibus, Athesi fluvio et militibus circumfusos aspicerent, timor et tremor eos corripuit, et anima eorum in ipsis defecit. Quid plura? Totius belli impetus in miseros convertitur, alii capite truncantur, alii confodiuntur, alii fluctibus inmerguntur; tredecim nobiliores, qui quasi duces coniurationis extiterant, ab eo qui decimus quartus erat inter ipsos nobiles, cogente domno imperatore in salicibus quinque suspenduntur. Sic, sic, iusto Dei iuditio, qui foderunt foveam inciderunt in eam, adiecta super omnia illius rei admiratione, quod excepto eo qui pacto servande salutis sue tredecim capitaneis, ut dictum est, laqueo vitam extorsit, ne nuntius quidem tante cladis superfuit. Ex illo autem die invictus princeps ob iniuriarum magnitudinem dignam Lombardis ultionem inpendere, et ad superbiam eorum reprimendam expeditionem prevalidam ordinare proposuit. Ceterum transmisso cum summa tranquillitate Alpium laborioso itinere, in patriam revertitur, et cum ingenti principum seu plebium tripudio dignaque imperii acclamatione recipitur. Hoc anno obierunt Heinricus Ratisponensis episcopus, Emehardus Magnopolitanus episcopus, Burchardus primus abbas Swinfurdensis, Boppo urbis[13] prefectus, 13 Wolframmus comes.

5. A. D. 1156. Inventa sunt revelatione divina corpora sanctorum Bartholomei apostoli et Paulini confessoris, et elevata. Imperator in civitate Wirzeburgensi coadunatis principibus nuptias celebravit. Etenim filiam Theobaldi marchionis de Voheburc, vel pro eo quod .........[a] vel etiam ideo quod in articulo consanguinitatis proxime illicito videbantur coniuncti esse matrimonio, iampridem consulto super hoc archiepiscoporum et episcoporum concilio et decreto dimiserat. Sed ne spes amputaretur profuture sobolis, consortem thori et regni fecit domnam Beatricem, filiam Reginaldi nobilissimi Burgundionum comitis. Hoc ipso nuptiarum tempore misit rex Anglorum imperatori munera imperiali magnificentie non incongrua. Eodem etiam anno ducem Boemorum imperator coronavit in regem. Otto palatinus comes de Witelingispach obiit. Hermannus palatinus comes obiit.

6. A. D. 1157. Legati qui a Lombardis sepius missi fuerant contra Mediolanenses auxilium postulare, ab imperatore certificantur de ea quam proposuerat expeditione. Terdona interim violentia Mediolanensium reedificatur.

7. A. D. 1158. Imperator circa pentecosten Lonbardiam cum valida manu intrat, Mediolanum diversis calamitatibus premit et artat. Verum Mediolanenses impetum imperatoris non ferentes, datis primum obsidibus se suaque omnia in dolo dederunt; quibus iterum per fraudem receptis, denuo rebellare ceperunt. Hoc ipso tempore iura legum iubente imperatore coram omni multitudine principum exercitus et coram universis Lombardis, interpretatione legis peritorum et iudicum recognita sunt. A quibus dum Mediolanensium cives per superbiam recesserunt, hostes imperii publice iudicati fuerunt.

## DEVASTATIO CONSTANTINOPOLITANA.

Anno ab incarnatione Domini 1202, domno Innocentio Romanae ecclesiae presidente, Phylippo et Ottone pro imperio Romano decertantibus, magister Petrus cardinalis transalpinavit in Burgundiam, Campaniam, Franciam, Flandriam, nomen crucis predicavit. Cuius etiam auctoritate magister Fulco vir sancte opinionis finitimas regiones predicando circuivit. Multi fidelium crucem acceperunt; inter quos hii sunt primi: Episcopus Swessionensis, episcopus Trecensis, abbas Vallensis, abbas Losensis, et alii quinque abbates Cisterciensis ordinis; comes Campaniae, comes S. Pauli, comes de Glois, comes Flandriae cum duobus suis fratribus; Theutonici episcopi Basilensis, Halverstatensis, abbas Pariensis[14]; comes 14

a) *ita codex, spatio sex fere vocum relicto; nil erasum; fortasse* sine prole erat.

13) scilicet Wirzburgensis. 14) in Alsatia superiore, Martinus nomine, praedicator celeberrimus; v. Guntheri hist. Constantinopolitanam ap. Canisium ed. Basnage Tom. IV.

1202. Bertoldus et infinita multitudo tam clericorum quam laicorum et monachorum. Comes
Campaniae cum omnia necessaria preparasset ad eundum, defunctus est, cuius marchio
accepit pecuniam et totum apparatum viae illius, et iuravit quod ille voverat se executu-
rum; unde ductor statim exercitus est electus. Comes de Percha antequam iter arriperet,
obiit; cuius crucem domnus Stephanus frater eius accepit. Magister etiam Fulco cum esset
in procinctu, mortuus est; cuius infinitam pecuniam domnus Odo Campaniensis et castel-
lanus de Colcith acceperunt auctoritate regis Frantiae et sapientum in opus huius sacri
exercitus expendendam. Hic ergo exercitus cum de diversis mundi partibus in Longobar-
dia colligeretur, Longobardi edictum fecerunt, ne quis peregrinum hospitaretur amplius
quam per unam noctem, et ne eis victualia venderentur; et persecuti sunt eos de civitate
in civitatem. Preceperat quoque domnus papa passagium apud Venetias fieri. Quo cum
venissent, similiter eiecti sunt de domibus civitatis, et positi sunt in insula beati Nicolai.
Iun. 1. Ibi fixis tentoriis expectaverunt passagium a Kal. Iunii usque ad Kal. Octobris. Sistarius
frumenti quinquaginta solidis vendebatur. Quocienscumque Venetis placuit, preceperunt,
ut nullus de prefata insula extraheret aliquem peregrinorum, et quasi captivis per omnia
eis dominantur. Crevit autem timor magnus in populo; unde multi in patriam redierunt,
multi in Apuliam ad alios portus cucurrerunt et transfretaverunt; minima pars ibi remansit,
inter quos adhuc crevit mortalitas mirabilis, ita ut a vivis vix possent mortui sepeliri.

Iul. 22. In festo beatae Mariae Magdalenae domnus Petrus cardinalis Venetias venit, et omnes
peregrinos exortatione suae predicationis mirabili modo confortavit; infirmos, pauperes et
mulieres et omnes personas inbecilles in patriam cum suis litteris remisit. Hoc facto ipse
Aug. 15. recessit et Romam rediit. In assumptione beatae Mariae marchio ad exercitum venit et
ductor exercitus est confirmatus. Barones ei omnes iuraverunt. Marchio et omnes barones
Venetis iuraverunt, se in auxilio eorum staturos per unum annum. Inter hec naves parate
Oct. 1. sunt et onerate. Fuerunt autem naves 40, galiae 72, oxirii 100. Cepit autem moveri Kal.
Octobris. Cum de portu exirent, Viola navis domni Stephani de Percha periit. Veneti cum
peregrinis ascendentes mare, in Ystriam venerunt, Triestum et Muglam ad dedicionem
compulerunt, totam Ystriam, Dalmatiam, Slaviniam tributa reddere coegerunt. Iadram
Nov. 11. navigaverunt, in qua iumentum periit. In festo beati Martini portum Iadre intraverunt,
Iadram ex omni parte tam in terra quam in aqua obsederunt, machinas et magnellos am-
plius quam 150 erexerunt et scalas et turres ligneas et infinita bellica instrumenta; murum
Nov. 25. etiam suffoderunt. Quo viso, Iadrenses die quintadecima civitatem reddiderunt, ita ut solis
personis salvis omnia sua ponerent in proprietate ducis Venetorum. Dux medietatem ville
sibi et suis retinuit, aliam medietatem dedit peregrinis. Villam sine misericordia spoliave-
Nov. 27. runt. Tertio die postquam Iadra intrata est, orta est seditio inter Venetos et peregrinos, in
qua seditione fere centum homines occisi sunt. Bona villae barones sibi retinuerunt, pau-
peribus nichil dederunt, pauperes egestate et fame maxime laboraverunt. Unde cum mul-
tum super barones clamarent, impetraverunt naves, quae ipsos in Anchonam deferrent;
et per licentiam mille discesserunt, praeter licentiam quoque amplius quam mille. Fuit
enim edictum, ne quis de exercitu extrahere aliquem auderet. Ex oxoriis autem quae istos
portabant, duo perierunt. Exercitus apud Iadram hiemavit. Veneti muros et domos civita-
tis ita funditus eiecerunt, ut una super alteram non remaneret. Cum naves essent in portu
Iadre, tres ex navigibu magnis perierunt.

1203 Ian. 1. In circumcisione venit nuntius regis Phylippi cum litteris eius, rogans marchionem et
barones, ut sororium suum Alexim imperatorem in negotio suo adiuvarent. Marchio cum
omnibus baronibus illa iuravit. Quod cum populus cognovisset, se videlicet in Greciam
iturum, convenerunt, et facta conspiratione iuraverunt, se nunquam illuc ituros. Unde
abbas Vallensis et domnus Symon de Monteforti et Engelrant de Boves recesserunt cum
magna multitudine militum et aliorum, et venientes in Ungariam, a rege honorifice sunt
Mart. 30. suscepti. In palmis Kaitialdus de Monmirol in legatione in Syriam missus est. Dominica
Apr. 20. secunda post pascha naves a Iadra ceperunt exire. Eodem tempore venit Alexis imperator
de Alemannia. Omnes ville civitates et castella de Arraguso usque Corphu eum in pace
Mai. 25. receperunt. Apud Corphu congregatus est exercitus; in pentecosten a Corphu recessit —
Balduwinus frater comitis Flandrie ibi defunctus est — et feliciter Constantinopolim venit,
et omnes insulae per viam illi servierunt.

Iul. 1. In Kal. Iulii naves Constantinopolim venerunt et vi applicuerunt, imperatore cum toto

suo exercitu contradicente. Imperator cum suis fugit in civitatem, nos civitatem obsedimus. [1203.] In octava apostolorum Petri et Pauli ca trum quod erat in portu ex opposito civitatis, [Iul. 6.] vi cepimus, et vix aliquis eorum qui erant in castro, aufugit. Peregrini ex parte terrae civitatem obsederunt; Greci multociens eum eis sunt congressi, et ex utraque parte multi ceciderunt interfecti. Interim Veneti ex parte maris civitatem infestaverunt per machinas et magnellos et balistas et arcus. In hac acie etiam mortui sunt multi, tam Venetum quam Grecorum Tunc Veneti scalas mirabiles in navibus suis erexerunt, in qualibet navi unam, et applicantes naves ad murum, per easdem scalas intraverunt, Grecos fugaverunt et ignem miserunt, et magnam partem civitatis combusserunt et spoliaverunt, et sic totum diem illum expenderunt. Veniente nocte, imperator collectis omnibus quos potuit habere, furtim fugit. Die autem sequenti Greci se et civitatem reddiderunt in manus peregrinorum. Peregrini portis apertis intraverunt, et venientes in pallatium regium quod dicitur Plachernum, Lursac in vinculis et carcere invenerunt, quem exoculatum frater ipsius ibi posuerat. Lursac lib raverunt, et filio eius Alexi puero coronam imposuerunt. Pro hoc magno beneficio Alexis iuravit, quod per unum annum totum pasceret exercitum, tam Venetos quam peregrinos. Iuravit etiam, quod si apud Constantinopolim secum hiemare vellent, ipse in proximo Martio venturo cum ipsis pergeret, accepta cruce cum omnibus que habere posset. De his omnibus premissis obsides dedit. Ita facta est concordia inter Grecos et Latinos. Contigit autem in octava beate assumptionis Marie, quod orta est rixa inter Grecos et [Aug. 22.] Latinos. Ex utraque parte convolaverunt ad arma. Crevit multitudo Grecorum; Latini cesserunt; et cum se aliter defendere non possent, ignem apposuerunt. Hoc viso, multi de exercitu advenerunt in auxilium Latinorum, et ignem multiplicaverunt, et fere mediam partem civitatis destruxerunt et spoliaverunt. Barones exercitus partes suas interposuerunt, et iterum pacem fecerunt. Nullus tamen qui de Romano imperio esset, infra civitatem remaneret[a], nec etiam illi qui omnibus diebus vitae suae ibi habitaverant. Et factus est ex omnibus unus exercitus.

Interea Alexis novus imperator cogitavit persequi patruum suum, quem ipse iam fugaverat de civitate, et magnum exercitum de Grecis congregavit. Multa etiam dedit donativa et soldos, tam militibus quam peditibus nostri exercitus, ut cum eo venirent. Ipse quoque marchio ivit cum eo et domnus Heinricus frater comitis Flandrie. Itaque venerunt Andropolim. Cum autem imperator male persolvisset quod promiserat domno Heinrico, ipse statim relicto eo rediit ad exercitum, et reduxit secum multos tam militum quam peditum. Marchio remansit cum paucis christianis cum imperatore. Itaque imperator cum Grecis suis et cum eisdem Latinis qui cum imperatore remanserant, totam Gretiam perambulavit, et ab omnibus Grecis universaliter est receptus et approbatus, et omnes primi Greciae hominium ei fecerunt. Demum cum toto suo exercitu imperator Constantinopolim revertitur, et cum maximo honore suscipitur, et quae promiserat peregrinis et Venetis cepit persolvere, tam in victualibus quam in auro et argento. Accidit autem secunda feria post [Dec. 1.] Ad te levavi, quod Greci iterum contra Latinos in seditionem versi sunt infra Constantinopolim. Concurrunt Greci, faciunt insultum in Latinos, modo fugant modo fugiunt. Barones exercitus Latini de hoc malo contristantur; prohibent, ne quis ad auxilium illorum transeat, qui tam temere contra Grecos arma moverant. Crevit itaque multitudo Grecorum, Latinos opprimunt, captos sine misericordia occidunt, occisos igne comburunt, nec etati nec sexui parcunt. Ex hoc facti Greci animati Latinos iterum provocant, cum naviculis et barculis suis naves eorum impetunt. Quod peregrini et Veneti moleste ferentes, galias et barcas armant, Grecos impetunt. Greci fugiunt, Latini usque ad murum civitatis Grecos persecuntur, multos occidunt, multas naves Grecorum in portu accipiunt multis mercibus oneratas et victualibus. In die beati Iohannis ewangeliste iterum peregrini galias armant et [Dec. 27.] barcas, et die iam lucescente sunt in portu apud Constantinopolim, et multas iterum naves capiunt; multi iterum hinc inde occiduntur. In die circumcisionis Domini in primo sompno [1204. Ian. 1.] Greci quindecim naves de suis congregant, et illas lignis conscisis pice et oleo impleverunt, et sic ignem apponunt, et sic ardentes usque ad naves Venetorum dirigunt, ut eas sic igne comburerent. Una tantum navis arsit. Sequenti die post epiphaniam Greci in [Ian. 7.] equis exeunt de civitate. Marchio cum paucis illis occurrit; multi ex Grecis occisi sunt, et quidam ditissimi capti; duo milites et unus scutifer ex parte marchionis cadunt. Toto

a) remanere *cod.*

1204. etiam tempore huius gwerre Veneti cum peregrinis utramque ripam brachii perambulant
cum galiis et barcis, et infinitas reducunt predas; multa edificia ex utraque parte igne de-
struunt. Finitima loca in circuitu usque ad duas dietas peregrini circuierunt, predas multas
accipiunt, homines capiunt, armenta et greges et omnia quae invenire possunt, secum por-
tant, et multa dampna Grecis faciunt. Hoc videntes Greci, se scilicet et terram destrui
suam, imperatorem suum capiunt et in carcerem retrudunt, et Morsoflum huius proditionis
magne auctorem sibi preficiunt et regem constituunt in palatio Blacherni. Interea pleps
comunis et vulgus de Sancta Sophia alium sibi regem eligunt Nicolaum cognomine Macel-
larium. Hunc Morsoflus congregatis totis viribus suis in ecclesia beatae Sophiae obsedit[a],
et tandem cepit et decollavit, et solus regnare cepit.

15 Interea etiam domnus Heinricus frater comitis[15] cum multis tam equitibus tam pediti-
16 bus ad castrum quoddam quod Filea[16] dicitur perrexit, et illud cepit, et maximam inde pre-
dam reduxit, tam in hominibus quam in aliis rebus. Cum autem reverteretur, predictus
Morsoflus cum quindecim milibus illi insidias posuerat; et congressus pugnavit cum illo, et
victus est, et plurimi Greci occisi sunt; et ipse Morsoflus vulneratus est, et vix aufugit,
et latuit inter spinas et perdidit equum et omnia imperialia, coronam scilicet et lanceam
et quandam ymaginem gloriosae Virginis, quae semper solebat reges precedere in bello,
tota de auro et lapidibus preciosis. Cum hac victoria rediit domnus Heinricus ad exercitum.
Morsoflus quoque de nocte reversus est in civitatem, et extrahens Alexium imperatorem
de carcere, laqueo strangulavit. Interea exercitus preparatur ad inpugnandam civitatem,
Apr. 9. et omnes se et omnia receperunt in naves, ut navibus invaderent civitatem. In sexta feria
ante passionem Domini, quae fuit Idus Aprilis, quinque naves producunt ad muros, et
assultum faciunt, et multi tam ex nostris quam ex Grecis occisi sunt. Quia vero ventus
nobis erat contrarius, qui nos a muris repellebat, retro abeuntes portum in quo antea fui-
Apr. 12. mus intravimus, et adventum boree expectavimus. Flare cepit boreas pridie Idus Aprilis;
nos iterum naves ad muros applicavimus et cum Grecis dimicavimus et a muris eos repu-
limus, et intravimus civitatem; et facta est maxima cedes Grecorum. Qui cum importune
nobis instarent, ignem misimus, et per ignem eos repulimus a nobis. Veniente nocte Mor-
Apr. 13. soflus fugit cum paucis. Sequenti die Greci omnes ceciderunt ante pedes marchionis, et se
et sua omnia in manus eius reddiderunt. Tunc hospicia accepimus, et Greci a civitate
fugerunt. Omnia spolia et lucra nostra in commune portavimus, et maximas tres turres
argento implevimus. Tunc tractari cepit de imperatore constituendo. Constituti sunt sex
ex parte nostra, et sex ex parte Venetorum, quibus data est potestas eligendi imperatorem.
Mai. 2. Isti convenientes in octava pasche, coram omni multitudine nostra et Venetorum eligunt et
nominant imperatorem Balduwinum comitem Flandriae, qui ab exercitu approbatus est, et
Mai. 16. proxima dominica sequente qua canitur Iubilate, est coronatus. Eodem tempore Veneti
occupaverunt ecclesiam beatae Sophiae, dicentes: *Imperium est vestrum, nos habebimus*
*patriarchatum.* Factum est scisma inter clerum nostrum et Venetos; clerus noster appel-
lavit, et preordinationem ecclesie beate Sophie domno pape reservavit. Interea ceperunt
communia dividere, et quasi quedam preludia viginti milia unicuique militi dare, clerico et
servienti equiti decem milia, pediti quinque milia.

1215. Nov. Anno ab incarnatione verbi 1215 celebrata est sancta et universalis synodus Rome in
ecclesia Salvatoris que Constantiniana vocatur, mense Novembri, presidente domno Inno-
centio III papa, pontificatus eius octavodecimo anno. In qua fuerunt episcopi 412, inter
quos exstiterunt de precipuis patriarchis duo, videlicet Constantinopolitanus et Ierosolimi-
tanus; Antiocenus autem gravi languore detentus venire non potuit, sed misit pro se vica-
rium Anderanum episcopum. Alexandrinus vero sub Sarracenorum dominio constitutus,
fecit quod potuit, mittens pro se diaconum germanum suum. Primates autem et metropo-
litani 71, ceteri abbates et priores ultra octingentos. Archiepiscoporum vero, episcoporum,
abbatum, priorum et capitulorum absencium[b] non fuit certus numerus. Legatorum vero
regis Sicilie in Romanorum imperatorem electi, imperatoris Constantinopolitani, regis
Francie, regis Anglie, regis Ungarie, regis Ierosolimitani, regis Cypri, regis Aragonie, nec-
non et aliorum principum et magnatum, civitatum etiam aliorumque locorum ingens affuit
multitudo[c].

a) *deest haec vox cod.* b) *i. e.* praesentium. c) *desinit in summa pagina.*

15) Flandriae. 16) hodie Kilia castrum, ab occidente Bospori.

# ANNALES HALESBRUNNENSES.

*In codice olim Halesbrunnensi, iam vero bibliothecae regiae Erlangensis, Ekkehardi chronicon exhibente saeculi XII, in ultima pagina adnotationes annorum* 1133. *et* 1117. *leguntur, quibus manu saeculi XIV. notitia anni* 1338. *subiecta est. Quibus subiungimus annales breves ex codicibus duobus, scilicet*

1) *olim aeque* „beate Marie virginis in Fonte salutis,“ *iam bibliothecae regiae Erlangensis, Isidori etymologias continente membranaceo in fol. saec. XII, et*

2) *olim monasterii Windburgensis, iam regio Monacensi inter codd. Germanicos Doc.* 17. *membranaceo in fol. saec. XII. calendarium et psalmos cum versione theotonica exhibente; in priore anno* 1178, *in altero a.* 1187. *exarati sunt. In calce notas codici olim Eberbacensi iam in Museo Britannico inter Arundelianos Nr.* 501 *servato saec. XIV et XV inscriptas referre visum est.*

## NOTAE HALESBRUNNENSES.

Anno dominicae incarnationis 1117. epacta vero 15. indictione 13. Non. Ianuarii advesperascente die, terre motus magnus factus est per loca, anno 16° decennovenalis cycli.

Anno dominicae incarnationis 1133. decennovenalis autem cycli 13°, Liutherio pio imperatore regni gubernacula tenente, 4° Non. Augusti, feria 4. die iam ad nonam vergente, sol in uno momento instar picis niger factus est, dies in noctem mutatus, stellae visae sunt plurimae, res in terra sicut noctu assolet apparuit, aquarum rivi a suo cursu stetisse ferebantur. Quod terrificum et cunctis ammirandum Dei portentum non solum senes et iuvenes ultra modum stupefecit, set et ipsos infantulos in cunis iacentes miserabili quodam concitu vagitu fecit; insuper ipsa bruta animalia tremore ac mugitu praevalido quasi insanire visa sunt.

---

Anno[a] dominicae incarnacionis 1338° Ludowico imperatore regnante mense Augusto visa est magna et innumerabilis multitudo locustarum volancium et ad similitudinem magne nivis spise ningentis[a*] volaverunt a partibus Ungarie, et ad partes Behemie et Wabarie et ad omnes partes Alomannie fuerunt dissperse; et demoliti sunt omnem pladam et gramina et multum nocuerunt frugibus terre, et aliquibus provinciis propter eorum tumultum magnum induxerunt fetorem.

---

## ANNALES HALESBRUNNENSES.

Beatus Iheronimus ita[b] in cronicis[c] commemorat: Ab Adam usque ad diluvium anni 2242[d]. A diluvio usque ad Abraham 942. Ab Abraham usque ad nativitatem Domini 2015. In quorum summa inveniuntur anni 5199[e]. His adde annos incarnationis Domini 1178[f] et fiunt ab initio mundi anni 6377[g].

Anno milleno centeno quo minus uno
Iherusalem Franci capiunt, virtute potenti.

a) *saeculo XIV. adiecta.* a*) *i. e.* mingentes. b) *deest* 2. c) ch. quas propriis manibus contexuit *ita* 2. d) duo milia C. II. 2. e) V̄. C. LIX. 2. f) MCLXXXVII. 2. g) V̄ICCCXLVI. 2.

Anno 1098. ordo Cisterciensis exordium sumpsit[a].

1105. Heinricus filius Heinrici imperatoris contra patrem[b] in regnum surrexit.

1106. Heinricus[c] imperator obiit[d], qui 51 annis post mortem patris sui Heinrici regnaverat.

1107. Heinricus regnavit post mortem patris 19 annis.

1110. 1111. 1108. Heinricus rex magnam expedicionem in Italiam fecit, et Paschalem papam[e] cepit.

1116. terre motus factus est[f] magnus per universam terram.

1125.[g] Heinricus imperator obiit, et Luotarius[h] eligitur.

1132.[i] Luotarius rex[k] profectus est in Italiam.

1133.[l] eclypsis solis facta est 4.[m] Nonas Augusti hora nona.

1 1134. dedicata est ecclesia in Ebera[n, 1].

1136. cenobium Halesbrunnense consecratur.

1137.[o] Luotarius imperator[p] obiit.

1138.[q] Cuonradus rex[r] eligitur.

1146. Gerdrudis regina obiit[s].

1147.[t] Cuonradus et Ludewicus reges Iherosolimam pergunt.

1150. Cuonradus rex de[u] Iherusalem reversus est.

1152. Cuonradus rex obiit, cui[v] Fridericus successit.

1156. Fridericus imperator ordinatur[w] ab Adriano papa.

1158. Fridericus imperator Mediolanum potenter subegit[x].

1159. defunctus est Adrianus papa Kal. Septembris, cepitque scisma famosum inter Victorem et Alexandrum papam.

[1162. funditus delevit 2.[y]]

1166.[z] defunctus est Victor, qui et Octavianus; cui successit Paschalis, Wido quoque nominatus. Huic imperator Fridericus et principes Teutonici Herbipoli obedientiam iuraverunt.

1167. Fridericus imperator Romam expugnans, gravem pestilentiam exercitus eius passus est, in qua multi principes eius occubuerunt; inter quos dux Fridericus et Welpho dux occubuerunt.

1168. mortuo Paschale successit Calixtus.

1177. hyemps dura et hominum pestilentia simul evenerunt, et subsecuta magna fame, tanta siccitas et tantus fervor estatis subsecuta sunt, ut queque virentia exsiccarent.

1178. imperator Fridericus et Alexander papa reconciliati sunt ad invicem, et Alexander papa confirmatus est in sede apostolica.

1178. terminatum est scisma inter Alexandrum papam et imperatorem Fridericum Venetiae.

*Manu saeculi XIII. subiicitur:*

A. D. 1241. 2. Nonas Octobris facta est solis eclypsis circa tempus vespertinum post horam nonam aliquanto intervallo

## NOTAE EBERBACENSES.

Anno dom. inc. 1186, 10. Kal. Maii dedicatum fuit monasterium Eberbacense auctore Deo in honore sancte Dei genitricis semperque virginis Marie sanctique Iohannis baptiste a venerabili domno Cuonrado Moguntine sedis archiepiscopo, cooperantibus episcopis venerabilibus domno Cuonrado Wormaciensi, domno Heinrico Argentinense, domno Hermanno Monasteriense sub domno abbate Arnoldo.

*Alia manu:* Set nota quod anno Dom. 1135. Idus Februarii fundata est abbacia Eberbacensis.

*Duabus paginis antea legitur:*

Anno Dom. 1460 in festo annunciacionis beatae Mariae virginis Cristina uxor excellentissimi ac famosissimi tocius Germaniae viri Gregorii Heimburger iuris utriusque doctoris — donavit ad altare beatae virginis Mariae in abside ecclesie Herbipolensis situm* ornatum preciosum de damasco viridis coloris, ubi infula sola cum cruce empta est pro viginti septem aureis Renensibus.

a) *omnia desunt* 2. b) p. suum 2. c) H. quartus 2. d) *reliqua desunt* 2. e) e. rome c. 2. f) e. m. *desunt* 2. g) MCXXVI. 1. h) l. in regnum e. 2. i) MCXXXI. 2. k) *deest* 1. l) MCXXXII. 2. *falso* m) III. 2. *falso.* n) *haec desunt* 2. o) MCXXXVI. 2. p) *deest* 1. q) MCXXXVIIII. 1. r) *deest* 1. s) *desunt* 2. t) MCXLVI. 2. u) *deest* 2. v) et F. ei s. 2. w) ab A. p. *desunt* 2. x) *reliqua omnia desunt in* 2, *quorum loco nonnisi duas habet notitias.* y) *scilicet Fridericus Mediolanum.* z) MCLVI. *c.* *) sito *c.*

1) *Ebern* dioec. Wirzburgensis.

# ANNALES

# SANCTI PETRI ERPHESFURDENSES.

*Ineditos antea annales*[1] *ex pluribus libris manuscriptis collegimus. Siquidem antiquior eorum pars, cuius initia usque ad a.* 1100. *ex fonte annalibus Hildesheimensibus et Wirzburgensibus cognato derivata sunt, habetur in*

1) *codice membranaceo olim Sancti Petri Erfurdensis, iam Pommersfeldae in bibliotheca comitis a Schönborn numero* 2675 *signato, et manu pulchra saeculi XII conscripto, quem Boehmerus et Bethmannus nostri in usum nostrum verterunt. Subiiciuntur ibi Lamberti Hersfeldensis excerptis, et manu continua usque ad annum* 1128. *producuntur, insertis paullo post notis R. cuiusdam monachi, quas littera obliqua expressimus. Secunda pars, manu an eadem qua prior an alia incertum, annos* 1133—1149. *complectitur, tertia res gestas inde ab a.* 1150. *usque ad a* 1163. *prout decursu temporis manibus eiusdem aevi scriptae sunt enarrat. Quum tamen in libro antiquo nonnulla erasa fuisse deprehenderem, alia subsidia vel in antiquiore parte minime negligenda esse patebat. Extant enim tres codices chartacei, quamvis saeculo demum XV exeunte vel potius XVI ineunte conscripti, antiquioribus tamen membranis exscripti, qui ad calcem Lamberti annales nostros servarunt:*

2) *cod. Dresdensis olim tabularii, iam bibliothecae regiae, textum paullo diversum exhibet, totum opus inde ab anno* 1078. *usque* 1163. *complexum; qui tamen nonnullis in locis ope codicum infra laudandorum, Ekkehardi continuationem exhibentium, interpolatus est*[2]. *Cum quo arcte cohaerent*

3a) *cod. olim Sancti Iacobi Scottorum, iam bibliothecae universitatis Wirzburgensis, numero* 129 *signatus, qui paginis* 119—129 *annales ipsos continuatione annorum* 1164—1182. *auctos exhibet, et benignissime mihi transmissus a memetipso in usum nostrum versus est. Cum quo*

3b) *cod. bibliothecae regiae Gottingensis, a Waitzio nostro evolutus, in plurimis consentit.*

*Extant praeterea*

4) *codices tres in quibus post Ekkehardi Uraugiensis chronicon universale continuatio quaedam annorum* 1125—1169, *subiectis numeris annorum* 1170—1182 *legitur, quorum quidem*

4a) *cod. bibliothecae regiae Dresdensis, antea monasterii Zellensis, signatus* J. 48 *membranaceus fol. maior. saeculo XII medio una manu conscriptus, primum locum obtinet. Pendent ab eo*

1) Eos apud S. Petrum Erfurdiae conscriptos esse, a. 1100, 1103, 1121 et aliis locis de abbatibus et ipso loco memorata produnt. 2) Cf. a. 1154.

*4b) cod. bibliothecae universitatis Ienensis, cuius apographum viro de re et historia patriae meritissimo Carolo Stüve consuli Osnabrugensi debemus, et*

*4c) cod. alter Dresdensis chartaceus, quocum textus a Menckenio*[3] *laudatus consentire videtur. Annales quales in his tribus libris leguntur, constant annalibus S. Petri, insertis ab initio usque in finem adnotationibus annalium Aquensium, quorum textus ope horum codicum nonnullis in locis ad genuinum statum reduci potest, et notitiis peculiaribus, quarum aliquas ex nostris in annales Pegavienses, Veterocellenses et Sancti Dysibodi*[4] *derivatas vidimus.*

*Quibus omnibus adhibitis, annalium qui ad medium saeculum XII certo ascendunt speciem antiquam restituimus, adnotatis lectionibus quae alicuius momenti esse videbantur.*

*Chronicon monachi S. Petri Erfordiensis sub a.* 1100. *usque ad annum* 1161. *a b. m. Würdtwein in Novis subsidiis T. II, p.* 238 *editum, cuius exemplum in bibliotheca publica Laybacensi exstat, nihil nisi excerpta codicis* 1. *exhibet, ideoque a nobis praetermittitur. Chronicon S. Petri, prolixius a Menckenio T. III. editum, cuius auctor annalibus nostris usus est, alio loco iterum proferemus.*

## PARS PRIOR. A. 1078—1128.

| *Codex* 1. | *Codd.* 2, 3. |
|---|---|
| 1078. *Secundum bellum fuit in Medelrichistat* 8. *Id. Aug.* | 1078. Bellum[b] secundum fuit in Medelrichistat 8. Idus Augusti[b] |
| 1080. *Tercium bellum in Fladichheim* 7. *Kal. Febr.*[a] | 1080. Tercium bellum fuit in Fladihheim 7. Kal. Februar. Erphesfurt[c] incensum est ab exercitu regis Heinrici, et ecclesia in monte sancti Petri, et sancti Severi monasterium, cum multitudine populi qui illic intus fuit. |
| 1081. Heinricus rex natus est, qui vivente adhuc patre suo regnare coepit[a]. | 1081. Heinricus rex natus est, qui vivente adhuc patre regnare coepit. |
| 1082. Herimannus regnum invadit. | 1082. Herimannus regnum invadit. |
| 1083.[a] | |
| 1084. Sigefridus archiepiscopus $22^{us}$ obiit; cui Wecel successit. *Quartum bellum fuit iuxta Elstram* 4. *Id. Oct.* | 1084. Sigefridus archiepiscopus Moguntinus obiit, cui Wecil successit. Quartum bellum fuit iuxta Elstram fluvium 4. Id. Oct. |
| | 1085. Edificatum[d] est monasterium Reynhardisbron a Ludovico saltatore[e]. |
| 1086. *Quintum bellum fuit iuxta Wirceburc* 8. *Id. Iun.* | 1086. 8. Idus Iunii quintum bellum fuit iuxta Wirceburg. |
| 1088. Wecil *archiepiscopus* $23^{us}$ obiit; cui Ruothardus successit. *Sextum bellum fuit iuxta Glichin, in vigilia nativitatis Dei.* | 1088. Wecil archiepiscopus Moguntinus obiit. Cui Ruthardus successit. Sextum bellum fuit iuxta Glichin, in vigilia nativitatis Domini. Monasterium[f] Oildisleuben edificatur. |
| 1094. Pestilentia gravis hominum fuit. | 1094. Pestilencia gravis hominum facta est. |
| 1096. Innumerabilis populus Ierosolimam proficiscitur. | 1096. Innumerabilis populus Iherosolimam proficiscitur. |
| 1100. *Gisilbertus Erphesfurdensis abbas venit Ierosolimam, et non multo post ibidem obiit* | 1100. Gisilbertus Erphesfurdensis abbas perrexit Iherosolimam, et non multo post ibidem defunctus est[g]. |

a) *post haec erasa paucula quaedam.* b) *haec* $3^b$ *ita habet:* Octavo Idus Augusti fuit s. b. in Medelrichstad. Monasterium sancti Severi cum multitudine populi que illuc intus fuit incensum est ab r. H. in Erphesfurt et ecclesia in monte sancti Petri. Nota inicium dolorum et destructionis. c) *quae sequuntur desunt* $3^b$. d) *haec desunt* 2. e) salcatore $3^a$. f) *haec desunt* 2. *anno* 1089 *adscribuntur in* $3^b$. g) *haec desunt* 2.

3) T. III. praefatio, et specimen in nota ad chron. Sanpetrinum p. 225. 226. Diversus fuit a nostro, quod in ipso chronicon Sanpetrinum Erfurtense se habuisse Mencken tradit. 4) anni 1148—1155. 1164. 1165. 1166.

## Annales Sancti Petri Erphesfurdenses

*1. Cod. regius Dresdensis* — *2. Cod. universit. Ienensis*



*Ph. Jaffé scripsit.* — *G. Waitz scripsit.*

## Annales Rosenfeldenses. C. regius Hannoveranus.



*Ph. Jaffé scripsit.*

## Annales Magdeburgenses. C. regius Hannoveranus.

*fol. 125.*



** alia manus.*

*Carolus Pertz scripsit.*

## Annales Stederburgenses. C. tabularii Welferbytani.



*G. Waitz scripsit.*

1103. Burchardus abbas factus est in Erpesfurt 6. Id. Febr. et ab ipso eodem anno fundata est basilica sanctorum apostolorum Petri et Pauli. Heinricus *quintus*[a] filius Heinrici imperatoris regnum optinuit.

1104. *Couno comes occisus est.*

1105. Heinricus *senior quartus* imperator apud Leodium obiit.

1109. Ruothardus archiepiscopus 24[us] obiit.

1111. Heinricus domnum apostolicum captivavit.

1112. Ab obitu Karoli magni imperatoris 300 anni transierunt. Adelbertus constitutus est episcopus.

1114. Rex Heinricus uxorem duxit[f].

1115. Bellum fuit in Welfesholz, 3. *Id. Febr.*

1116. Burchardus abbatiam amisit; cui Ripertus successit.

1117. 3. Non. Ian. terrae motus magnus factus est.

1118. *Ecclesia in Oppenheim incensa est. Castellum quod dicitur Cuoffese*[5] *obsessum est.*

1121. Burchardus amissa abbatia Erpesfurtensi obiit in Loressam.

1123. *Heinricus comes de Turingia congregavit exercitum ad bellandum contra Adelbertum archiepiscopum propter exactionem decimarum in Turingia.*

1103. Burchardus abbas factus est in Erphesfuort 6. Idus Febr. et ab ipso eodem anno fundata est basilica sanctorum apostolorum Petri et Pauli in monte eiusdem loci. Heinricus[b], filius Heinrici imperatoris, regnum obtinuit.

1104. Couno comes occisus est de[c] Bichelingin.

1105. Heinricus senior[d] rex apud Leodium obiit.

1109. Ruothardus archiepiscopus Moguntinus obiit.

1111. Heinricus rex domnum apostolicum captivavit.

1112. Adelbertus constitutus est episcopus[e]. Nota: iste spoliavit monasterium Erphesfurtense sancti Petri et omnibus temporalibus privavit, dicens inconveniens fore, abbatem superhabundare archiepiscopo.

1114. Rex Heinricus uxorem duxit.

1115. Heinricus rex bellavit contra Saxones in Welfesholz[g] 4. Idus Februar. et victus est.

1116. Burchardus abbaciam amisit; cui Ripertus successit.

Item 3.[h] Nonas Iunii terre motus magnus factus est.

1118. Monasterium in Oppenheim incensum est. Castellum quod dicitur Coffese[i] obsessum est.

1122. Heinricus comes de Thuringia congregavit exercitum ad bellandum contra Adelbertum archiepiscopum, propter exactionem in Thuringia decimarum, et propter spoliationem monasterii sancti Petri.

1123. Burchardus, amissa abbacia Erphesfurdensi, obiit[k] in Loressam.

1125. Heinricus *quintus* imperator obiit; cui Luotharius successit. *Sigefridus iunior palatinus comes obiit; cui Wilehelmus frater eius successit.*

1126. Graviter cesus est exercitus Lotharii in Boemia 12. Kal. Marcii.

1125. Heinricus, quintus nomine[l], imperator obiit. Cui Lotherius dux Saxonicus successit.

1126. Graviter cesus est exercitus Luotharii in Boemia 12. Kal. Marcii.

ANNALES S. PETRI ET AQUENSES.

*ex codicibus* 4.

1125. Heinricus imperator obiit, cui successit Louthārius. Calistus[m] papa obiit, cui Honorius successit.

a) *quae ita impressimus quarta manus addidit, quae infra a.* 1118. 1134. 1154. 1156. b) V. *superscriptum* 2. c) de b. *desunt* 2. d) III. *superscr. alia manus* 2. e) *quae sequuntur desunt* 2. f) R. H. u. d. *in rasura.* g) welfeshold 3[b]. h) VIII. *corr.* III. 3[a]; III. 3[b]. i) couffese 3[b]. k) abiit 3[a]. l) quintus nomine *superscriptum* 1. *manu* 3. m) Calixtus *eadem manu correctum* 1.

5) Kyffhäuser in Thuringia.

| | | |
|---|---|---|
| 1127. Ripertus Erfurdensis abbas obiit; cui Wernherus Hirsaugiensis monachus successit. Luotharius Nurimberc obsedit. | 1127. Ripertus abbas Erphesfurdensis obiit. Cui Wernherus Hirsaugiensis[d] monachus successit. Luotherus Nurmberg obsedit. | 1127. Lotharius Nurmberg[b] obsedit. |
| 1128. Luotharius rex obsedit Spiram. | 1128. Luttharius rex obsedit Spiram. Embrico[e], Erphesfurdensis prepositus, episcopus factus est in Wirceburg. | 1128. Lotharius obsedit Spiram. Godefridus dux Lovaniensis deponitur, cui Walleramnus decus terrae superponitur. |
| 1130. *R. diaconus ordinatur.* | | |
| 1131. *r. n.* | | 1131. Innocentius papa synodum celebravit Leodii. |
| 1132. 4. Non. Maii translatio sanoti Gotehardi[a]. | 1132. 4. Non. Maii. Translatio sancti Gotehardi episcopi in Hiltinisheim[e]. | 1132. Lotharius rex Romam cum exercitu proficiscitur. |

## PARS SECUNDA. A. 1133—1149.

| | | |
|---|---|---|
| 1133.[c] Liutheri rex cum Richeza regina imperiale nomen suscepit. Eclipsis facta est solis 4. Non. Aug. | 1133. Luttheri rex[f] cum Richeza regina Italiam[g] perrexit, et imperiale nomen suscepit. Eclipsis facta est solis 4. Nonas Augusti. | 1133. Obscuratus est sol 4. Non. Augusti in meridie, et tenebrae factae sunt; stellae quoque apparuerunt et terra rore maduit. Eodem anno rex Lotharius cum Richeza regina imperiale nomen suscepit. Eclipsis solis facta est 4. Non. Augusti. |
| 1134. *Heinricus comes de Turingia obiit.* | 1134. Heinricus comes de Thuringia[h], frater Luodewici[i]. obiit. | |
| 1135. Nuncii Grecorum venerunt ad imperatorem Liutherum cum magnis muneribus. | 1135. Nuncii Grecorum venere ad imperatorem Luotharium cum magnis muneribus. | |
| 1136. Loutharius imperator iterum Romam perrexit. Aqua ducta est super montem. | 1136. Lotharius imperator iterum Rhomam perrexit. | 1136. Lotharius cum exercitu Italiam petiit. |
| 1137. Adelbertus *senior* 25us archiepiscopus obiit. Liutheri imperator in redeundo de Italia obiit, delatusque Saxoniam in Luotere sepultus est. Meingoz episcopus Merseburgensis obiit. | 1137. Adelbertus[k] senior Moguntinus archiepiscopus obiit. Luttheri[m] imperator in redeundo de Italia obiit, delatusque Saxoniam[n] in Luthere[o] sepultus est. Meingoz episcopus Merseburgensis obiit. | 1137. Albertus senior archiepiscopus Mogontinus obiit. Lotharius in redeundo de Italia in confinio Alpium obiit, sepultusque est Luthere. |
| 1138. Cunradus Liuthario in regnum successit. Adelbertus *iunior* prepositus Erfurdensis constitutus est episcopus Magontinus. Wern- | 1138. Cunradus frater[p] Friderici ducis Luthario in regnum successit. Adelbertus, Erphesfurdensis prepositus, constitutus est episcopus Mo- | 1138. Counradus 4. Idus Martii unctus est in regem Aquisgrani. Colonienses repugnant Arnoldo archiepiscopo. Adelbertus praepositus |

a) *manu quinta, quae et sub a.* 1152. b) nurinberg 2. c) *abhin manus vel saltem calamus mutatur.* d) Hirs. cenobii m. 2. e) *haec desunt* 2. f) luttherus 3a. lutherius 3b. g) i. p. et *desunt* 2. h) comes thuringorum 2. i) l. lantgrafii 2. k) adebertus 3a. m) luttherius 3a. b. n) d. s. *desunt* 3 a. b. o) lutere 3a. b. p) f. f. d *desunt* 2.

herus abbas Erfurdensis obiit, cui Rudigerus successit.

1139. Heinricus dux, qui fuit gener regis Louthari, obiit. Otto *episcopus* Babenbergensis obiit, cui Egilbertus successit.

1140. Luodewicus provincialis comes Thuringiae obiit. *R. presbiter ordinatur.*

1141. Adelbertus *iunior* 26^us archiepiscopus Moguntinus obiit; cui Marcolfus successit. Magna concertacio fuit in Erpesfurt inter cives et archiepiscopi milites 4. Kal. Sept. Quidam enim occisi, multi vero utrimque vulnerati sunt.

1142. Monasterium sancti Petri in Erphesfurt exustum est 8.[g] Idus Mai. Marcolfus 27^us episcopus Mogontinus obiit; cui Heinricus prepositus *Mogontinus* successit. Rudegerus Erfurdensis abbas obiit; cui Wernherus eiusdem cenobii monachus successit.

1143. Ekeleich Mersenburgensis episcopus obiit.

1144. Ruodolfus comes Saxonicus occisus est. Magna inundatio aque fuit in Erphesfurt 7. Kal. Iunii.

guntinus. Wernherus Erphesfurdensis abbas obiit, cui Rudigerus[a], eiusdem coenobii monachus, successit.

1139. Heinricus dux Saxonum, qui fuit gener Lutharii imperatoris[b], perrexit cum exercitu contra Cunradum regem. Post paucos autem dies idem Heinricus dux obiit. Suscepit autem pro eo ducatum Heinricus filius eius. Otto Babenbergensis episcopus obiit, cui Egilbertus successit.

1140. Loudewigus, comes provincie Turingorum, obiit[d]; cui successit filius eius.

1141. Adelbertus minor, archiepiscopus Moguntinus, obiit in Erphesfurt[e]; cui Marcolfus successit. Magna concertacio fuit in Erphesfurt 4. Kal. Septembr. inter cives et archiepiscopi milites. Quidam enim occisi, multi vero utrimque vulnerati fuerunt.

1142. Monasterium sancti Petri in Erphesfurt exustum est 8. Idus Maii, et maxima pars eiusdem loci, et monasterium sancti Severi. Marcolfus archiepiscopus Moguntinus obiit, cui Heinricus prepositus Moguntinus successit. Rudigerus abbas Erphesfurdensis obiit, cui Wernherus eiusdem cenobii monachus successit.

1143. Ekeleich[h] episcopus Mersenburgensis obiit.

1144. Ruodolfus comes Saxonie occisus est. Magna inundatio aquae fuit in Erphesfurt 7. Kal. Iunii.

Erphesfurdensis constitutus est archiepiscopus Mogontiae.

1139. Innocentius papa cum infinita multitudine episcoporum et abbatum Romae in quadragesima[c] celebravit synodum. Cuonradus rex cum exercitu Saxoniam adiit, set pace composita rediit.

1141. Terrae motus factus est 8. Kal. Mai. Heinricus[6] dux, qui fuit gener regis Lotharii, obiit.

1142. Saxones Cuonrado[f] regi in Franchenphorth reconciliati sunt. Godefridus dux Lovaniensis secundus obiit. Monasterium sancti Petri in Erphesfurt combustum est 8. Id. Mai, et maxima pars eiusdem loci, et monasterium sancti Severi.

1143. Innocentius papa obiit, cui successit cardinalis Wido, qui et Celestinus.

1144. Obiit Celestinus, eique successit Gerardus cardinalis mutato nomine Lucius. Hinnesberch[7] captum est et combustum. Rodulfus comes Saxonicus occisus est. Magna inundatio aquae Erphesfurt fuit 6. Kalend. Iunii.

1145. Lucius papa obiit, cui successit Bernadus[i] abbas de Sancta Anastasia et cardinalis, mutato nomine Eugenius.

a) ruodegerus 3^a. rudegerus 3^b. b) regis L. obiit. Otto 2. c) XL *cod.* d) *reliqua anni desunt* 2. e) i. e. *desunt* 2. f) Cuorado 1. g) *ita Boehmeri apographum*, VII. *Bethmanni.* h) elecleich 2. i) *manu saec. XIII. corr.* bernhadus 1. bernhardus 2.

6) Haec ad a. 1139. pertinent. 7) Heinsberg.

1146. Counradus rex ad Polenos cum exercitu abiit.

1146. Conradus rex ad Polenos cum exercitu abiit. Embrico[a] Wirciburgensis episcopus obiit, cui Sigefridus successit.

1146. Cuonradus rex ad Polonos cum exercitu abiit. Fames maxima, et quod inauditum ante fuit, modius Aquensis tritici venditur 25 solidis.

1147. Counradus rex Ierosolimam proficiscitur. Dedicatum est monasterium sanctorum apostolorum Petri et Pauli in Erfesfurt 16. Kal. Iulii. Wernherus abbas Erfurdensis obiit; cui Gelferadus successit.

1147. Conradus rex Iherosolimam proficiscitur. Dedicatum est monasterium sanctorum apostolorum Petri et Pauli in Erphesfurt 16. Kal. Iul. transactis 44 annis a fundatione eiusdem monasterii. Eodem anno Wernherus abbas Erphesfurdensis obiit. Cui Gelferadus[b] successit.

1147. Heinricus puer 10 annorum filius Cuonradi, in media quadragesima 3. Kal. Aprilis unctus est in regem Aquisgrani. Ipso anno idem Cuonradus rex et Lodewicus lantgravius cum multitudine innumerabili profecti sunt Ierusalem. 6. Kal. Novembris[1] fuit eclipsis solis ab hora tercia usque ad sextam. Cuonradus rex Ierosolimam proficiscitur.

1148. 10. *Kalend. Marcias signum circa solem apparuit.*

1148. Signum circa solem in[c] mense Februario apparuit eo modo: 

1148. Eugenius papa hyemavit Treveris, et in media quadragesima synodum celebravit Remis. Signum circa solem apparuit: 

1149. Counradus rex ab Ierosolimis reversus est. Bruningus monachus obiit in Folkolderoude 3. Non. Aprilis; eodemque anno frater eius Lampertus comes, longa decoctus egritudine, obiit in Erfesfurt 5. Non. Oct. anno secundo reversionis eius ab Ierosolimis, sepultusque est in Folcolderode, ubi ipse vitam monasticam instituit. Rudolfus Halberstadensis episcopus obiit, cui Oudalricus successit. Bucco Wormaciensis episcopus obiit.

1149. Cunradus rex ab Iherosolimis reversus est. Lampertus comes de Thuringia obiit. Rudolfus[e] Halberstatensis episcopus obiit, cui Uodalricus successit. Bucco Wormaciensis episcopus obiit[e]. Otto iunior[f] comes captus ab Herimanno palatino comite, et detentus ab eo in custodia, obiit.

1149. Cuonradus rex rediit de peregrinatione. Lampertus comes de Thuringia obiit. Ruoduolfus episcopus Halberstadensis obiit, cui Uodelricus successit.

## PARS TERTIA. A. 1150—1163.

1150.[g] *Sigefridus Wirceburgensis episcopus obiit.* Hiemps dura.

1151. Fames valida, *et mortalitas hominum. Cuonradus rex fuit in Erfesfurt.*

1152. *Cuonradus rex obiit; cui Fridericus successit.* Ernestus comes obiit. Fridericus rex venit in Erfesfurt.

1150. Sigefridus episcopus Wirceburgensis obiit.

1151. Fames valida et mortalitas hominum. Cunradus rex venit[h] in Erphesfurt.

1152. Ernest comes de[i] Thuringia obiit 4. Kal. Ian.[k] Hermanus comes de Wincenburg cum uxore sua interemtus est. In mense Ianuario magna inundacio aquae fuit in partibus Reni; et[l] non

1150. Sterilitas frumenti, vini, et hyemps asperrima et longa fuit.

1151. Obiit Heinricus puer 13 annorum. Fames valida et mortalitas hominum.

1152. Cuonradus rex obiit 15. Kal. Marcii, anno regni sui 15; cui successit Fridericus, unctus Aquisgrani 7. Idus Marcii. Ernest comes obiit 4. Kal. Ianuar. Hermannus comes de Wincenburch

a) Embrico — successit *desunt* 3a.b. b) gelferat 3a.b. c) i. m. f. *desunt* 2. e) rudolfus — obiit *desunt* 3a.b. f) *deest* 3a.b. g) *abhinc omnia factis coaeva.* h) fuit 2. i) d. t. *desunt* 2. k) 4. K. I. *desunt* 3a.b. l) et n. m. p. i. e. *desunt* 2.

1) fuit 7. Kal. Novembris, cf. Ann. Rodenses.

multo post, id est 15. Kalend. Marcii, Cunradus rex obiit; ante[a] cuius obitum, id est 3. Idus Februar., orta est tempestas valida, factaque sunt tonitrua et fulgura in partibus Reni. Successit ei in regnum Fridericus, fratruelis eius. Fridericus rex venit in Erphesfurt.

cum uxore sua interemptus est. In mense Ianuario magna inundatio aquae fuit in partibus Reni. Fridericus rex venit in Erphesfurt[b]

1153. Signum in sole apparuit 7. Kal. Febr.  *Heinricus 27[us] Mogontinus archiepiscopus ex precepto papae Eugenii depositus est, et Arnoldus cancellarius electus est; sed post paucos dies papa et idem Heinricus defuncti sunt. Fridericus rex fuit in Erphesfurt.*

1153. Signum in sole apparuit eo[c] modo: . 7. Kal. Februarii. — Heinricus archiepiscopus Moguntinus ex[d] precepto Eugenii pape depositus est, et Arnoldus cancellarius electus est. Fridericus rex fuit in[e] Erphesfurd.

1153. Signum in sole apparuit: U. 7. Kal. Februarii. Heinricus archiepiscopus Mogontinus[f] depositus est, et Arnoldus cancellarius electus.

1154. 12. Kal. Maii translatio sancti Adelharii in Erphesfurt. Eodem anno magna inundatio aquae fuit[g]. *Fridericus rex in Italiam proficiscitur.*

1154. Magna inundacio aquae fuit. Fridericus rex in Italiam proficiscitur. Translatio sancti Adelharii in Erphesfurt 12. Kal. Maii.

*Codex 2.*

1154. Anastasius papa obiit, pro quo Adrianus. Fridericus rex in Italiam pergit cum exercitu; ac imperiali benedictione sublimatus, superatisque adversariis, victor rediit.

1154. Anastasius papa obiit, pro quo Adrianus. Fridericus rex in Italiam pergit cum exercitu, ac imperiali benedictione sublimatus superatisque adversariis victor rediit.

1155. Fridericus Rome inperator factus est. *Bellum fuit inter Arnoldum archiepiscopum et Hermannum palatinum comitem*[h].

1155. Fridericus Rhome imperator factus est. Bellum fuit inter Arnoldum archiepiscopum et Hermannum palatinum comitem.

1156. *Heinricus dux Saxonum perrexit ad bellandum in Fresiam.* Herimannus palatinus comes obiit[i].

1156. Heinricus dux Saxonicus perrexit ad bellandum in Fresiam; sed dux cum periculo quorumdam suorum terga vertit. Mortalitas hominum. Hermannus palatinus comes obiit.

1156. Fridericus rex duxit uxorem Beatricem de Burgundia.

1157. Cuonradus marchio obiit.

1157. Counradus marchio obiit.

1157. Coloniensis[k] archiepiscopus Fridericus destruxit Randenrode.

1158. Fridericus imperator Mediolanum cepit. *Wernherus Erphesfurdensis monachus factus est abbas Gerrodie.*

1158. Fridericus imperator Mediolanenses in dedicionem accepit. Set post paucos dies iterum rebellaverunt.

1158. Fridericus imperator in manu valida Italiam adiit, Mediolanenses sibi rebelles subiugavit.

a) ante — Reni *desunt* 3a. b. b) erph 1. erphordiam 2. c) e. m. *desunt* 2. d) e. p. E. p. *desunt* 2. e) venit E. 3a. b. f) Mogont. *cod.* g) *haec in rasura manus eadem quae sub a.* 1150, h) *haec alia manu post inserta; postea dimidia linea erasa.* i) unus p. c. o. *in rasura.* k) *cod.* Colon.

1159. Fridericus comes de Bichelinge occisus est.

1159. Heinricus dux Saxonicus auxilium imperatori contra Mediolanenses prebiturus perrexit; in cuius expedicione Fridericus comes de Bichelingin interfectus obiit.

1160. Arnoldus archiepiscopus 29[us] Mogontinus volens bellare contra Mogontienses, occisus est ab eis in natali sancti Iohannis baptiste. Treverensis archiepiscopus et Coloniensis archiepiscopus cum ceteris principibus Erphesfurt conventum habuerunt. *Sizzo comes de Thuringia obiit.*

1160. Arnoldus archiepiscopus bellum in Moguntinos movens, cum in monte Specioso exercitum prestolaretur, a Moguntinis in monasterio sancti Iacobi subito circumdatus, et plebe furente, monasterio concremato, 8. Kal. Iulii occisus est. Treverensis archiepiscopus et Renoldus Coloniensis electus, Wichmannus Magdaburgensis archiepiscopus, Eberhardus Babenbergensis episcopus, Merseburgensis, Citicensis, Misinensis episcopi, Heinricus dux Saxonum, Fridericus dux Suevorum[a], Ludewigus provincialis[b] comes, Counradus palatinus comes, Adelbertus marchio, Otto marchio, aliique plures 7. Kal. Augusti Erphesfurt convenerunt, expedicionemque in auxilium imperatoris contra Mediolanenses coniuraverunt. Sizzo comes de Thuringia obiit 13. Kal. Iulii[c].

1160. Arnoldus archiepiscopus Mogontinus a civibus suis occisus est.

1161. *Grando et tempestas magna in multis locis fuit. Indictum est concilium Cremonae dominica Vocem iocunditatis. Set quia principes ab exercitu imperatoris absolvi non poterant, idem concilium celebratum est in nova Laude 13. Kal. Iulii presidente ipso imperatore Friderico cum magna frequentia principum, tam Latinorum quam Teutonicorum. Erant hii precipui: Aquilegiensis patriarcha cum suis multis suffraganeis, Viennensis archiepiscopus cum suis suffraganeis, Ravennas archiepiscopus cum suis suffraganeis, de Theutonicis Treverensis archiepiscopus cum suis suffraganeis, Coloniensis archiepiscopus cum suis suffraganeis, decem suffraganei Mogontinae sedis. Preterea de Urbe quinque senatores missi a Romanis erant; set et nuncii regis Francorum, Anglorum, Polonorum presentes aderant, fraterque regis Boemiorum, aliique quam plures. A quibus omnibus refutatus est Roulandus cum suis fautoribus.*

1161. Grando et tempestas magna in pluribus locis fuit. Counradus, frater Ottonis palatini comitis, constitutus est episcopus Moguncíae. Berchtoldus Citicensis episcopus obiit; cui Uoto successit. Celebratum est concilium in nova Laude 13. Kal. Iulii, in quo concilio Roulandus cum suis fautoribus refutatus est.

1162. Mediolanum destructa est a Friderico imperatore. Fames valida

1162. Mediolanis destructa est a Friderico imperatore. Fames valida.

1162. Mediolanum captum est ab imperatore Friderico et destructum. Fames prevalida facta est eodem anno.

1163. *Fridericus imperator de Italia rediit. Murus Mogontiae destructus est ob necem Arnoldi archiepiscopi. Magna inundatio aquae fuit 3. Non. Septembres.*

1163. Fridericus imperator de Italia rediit. Murus Mogontie destructus est ob necem Arnoldi archiepiscopi. Magna inundacio aque fuit 3. Nonas Septembris. Fridericus imperator sumpto Mogontino electo Cuonrado[d] et aliquantis principibus, denuo Italiam intravit.

1163. Excidium Mogontiae factum est ab imperatore Friderico. Heretici combusti sunt Coloniae, e quibus una mulier se dedit precipitem in ignem nullo cogente.

a) d. S. *desunt* 3a. b. b) provincie 3a. b. c) XIII. K. I. *desunt* 3a. b. d) *deest* 3a. b.

1164. Corpora trium magorum translata sunt Coloniam.

1165 Natus est puer Heinricus filius imperatoris Friderici.

1166. Facta est translatio sancti Karoli imperatoris feria quarta post natale[a] Domini. Eodem anno facta est expeditio super Romanos.

1167. Occisi sunt Romanorum 10 milia 4. Kal. Iunii, et pridie Kalendas Augusti imperator Romam potestative ingressus est. Obiit Reinoldus Coloniensis archiepiscopus, et Alexander Leodicensis episcopus, et Rodenburgensis dux bonae indolis, aliique plures in eadem expeditione mortui sunt.

1169. 18. Kalendas Septembris unctus est filius imperatoris Friderici in regem, Heinricus nomine, Aquisgrani[b].

## CONTINUATIO A. 1164–1182.

*ex codd.* 3.

1164. Mogontinus[c] electus, causa orationis in Hispaniam profectus, in redeundo, Rolando[d], qui et Alexander, se iuramento obligavit.

1165. Mogontinus[c] electus ob predictam causam ab imperatore episcopatu est privatus. Hoc anno maxima clades oppressit episcopatum Mogontinum, destructis castellis Rusteberc, Horburc[8], Amanaburc, Bingen[9], subverso etiam muro Erphesfurd a Loudwig[e] provinciali comite.

1166. Cristanus episcopus constituitur. Cedes Romae[f].

1167. Mediolanis reedificatur.

1168. Murus Erfordiae restauratur.

1170. Cristanus archiepiscopus, legatus imperatoris, Greciam[g] proficiscitur, pluresque reliquias sanctorum[h] reportavit. Gerunch episcopus Misinensis obiit. Adelbertus marchio obiit.

1171. Iohannes Merseburgensis[i] episcopus obiit; cui Eberhardus successit.

1172. Imperator Polenos petiit cum exercitu. Eodem anno Loudewigus provincialis comes Thuringiae obiit; principatum autem filius eius Loudewigus obtinuit. Gelphradus quoque abbas Erphesfordensis obiit; cui Bilgrim, eiusdem coenobii monachus, successit.

1173. Ladizlawo rex Boemiae principatum perdidit, quem adeptus est Oudalricus, qui multos iam annos apud eundem[k] regem in captivitate transegerat.

1174. Imperator coadunato exercitu Italiam petiit. Willemarus Brandenburgensis[l] epicopus obiit; cui Sigefridus successit.

1175. Erphesfurt[m] civitas igne periclitatur 5. Nonas Iulii.

1176. Hermannus comes obiit. Imperatore[n] 4. Kal. Iunii iter versus Papiam agente, ex improviso Mediolanensium circumventus insidiis, parva manu cum immensa eorum multitudine conflixit, et omni pene[o] commeatu perdito, paucis etiam suorum interfectis, captis vero nonnullis, ipse strennui militis ac boni imperatoris loco, ingentes adverse partis copias gladio prostravit. Demum sole iam declivo pugnando fatigatus, et hostium multitudine, non industria, superatus, fugae presidio vitae servatur, et Cremam, unde profectus erat, cum suis vita comite revertitur. Hoc ipso anno 13. Kal. Novembris luna eclipsim passa est cum esset 13[a].

1177. Festo sancti Iacobi apud Venetiam, mediante Cristano Mogontiensi archiepiscopo, imperator et papa post 10 et 8 annos discidii reconciliantur, abdicato regis conniventia Calixto. Alexander papa habetur, edicta mutantur[p]. Imperator cum papa pacificatus, ut ait comicus, quod dictum non dictum, quod factum infectum est, inlicito prius coniugio licenter abutitur. Uodalricus Halberstatensis episcopus, deposito Gerone, reponitur. Cristanus Mogontinus archiepiscopus confirmatur; eius predecessor Counradus adhuc superstes, depulso Adelberto Salczburgensi archiepiscopo, illius cathedrae intronizatur; ordinationes vel consecrationes prius superpositorum episcoporum cassantur; imperiali edicto ac senatus consulto pax in septem annos statuitur; sinodus sequenti anno in dominica sexagesime

a) *cod.* nat. b) Aquisgrani *eadem manu adiectum, quae deinde reliquos annorum numeros usque ad annum MCLXXXIIII supplevit, facta tamen nulla addens.* c) Magontinus 3b. d) roulando 3b. e) ludug 3. loudug *superscripto*: Lodewigo 3b. f) *genitivus in cod. ita scribi solet.* g) greciq 3a. h) secum 3b. i) merseberg 3b. k) *deest* 3b. l) brancenb. 3. m) Erphesfurd 3b. n) Imperator 3b. o) *deest* 3b. p) moventur 3b.

8) Rusteberg et Haarburg in Eichsfeldia. 9) Amoeneburg, Bingen.

ibidem, id est apud Venetiam, cum diversarum provinciarum episcopis atque abbatibus generaliter ac celeberrime habenda apostolica auctoritate indicatur. — Erpfordenses consilio et auxilio comitis Erwini et comitis Heinrici quodam temerario ausu domino suo[a] Luodowico inclito provinciali se opponunt, et queque ad eum spectantia civitati adiacentia, quantum licuit devastant et incendunt; ob quam presumptionem idem princeps in ira permotus[b], tria castella predicti Heinrici comitis in brevi oppugnans destruxit. Imperator de Italia revertitur.

1178. Gravis discordia inter Philippum Coloniensem archiepiscopum et Heinricum Baioariorum[c] atque Saxonum ducem orta est. Unde idem antistes cum copiosa multitudine fines attingens Saxoniae, oppida quam plurima et civitates, prefato principe ad munitiora decedente, incendendo et destruendo terrae funditus coequavit; sed tandem, mediante Wichmanno Magdeburgensi archipresule, ultra digredi desistens, dexteras dedit et accepit; sicque cum honore ad propria rediit. Imperator curiam suam Wormaciae in epiphania Domini, dehinc apud Sels circa pascalem festivitatem, itemque in Magdeburc[d] in natali sancti Iohannis baptistae habuit. — Magna sinodus cum universarum provinciarum episcopis et abbatibus in Lateranis mediante quadragesima sub papa Alexandro celebratur. Eodem tempore Cristanus Mogontinus archiepiscopus a Romanis civibus, quos sepe molestaverat, in quodam castro quod est prope Romam[e] requiritur, castrumque et clerus qui in ipso erant, sub specie ipsius igni crematur. Inter quos abbas de Hasungen et prepositus de Frideslar interierunt. Idem vero antistes in alio castro latitans, fortuna sibi solito favente, periculum mortis evasit. — 11. Kal. Augusti tempestas valida et grando insolita, ita ut non tantum fruges in plerisque partibus interirent, verum et arbores in quibusdam locis foliis et ramis magnitudine grandinis lapidum penitus vastarentur.

1179. Luna 14. Kal. Septembris primo quidem usque ad medium noctis solito clara existens, dehinc mutata in sanguineum colorem usque[f] in mane visa est, cum esset 14ª. — Cristanus Mogontinus archiepiscopus, Longobardis violenter oppressis, a filio marchionis de
10 Monte Farra[10] sive[g] bello superatus, sive[g] dolo defraudatus, custodiae mancipatur. — Philippus Coloniensis archiepiscopus pro iniuria, quam sibi dux Saxoniae et Bawariae Heinricus iam sepius intulerat, secundo armata manu, paucis siquidem equitibus sed pluribus indisciplinatis peditibus, terram eius invadens, oppida et civitates quam plurimas nimis atrociter devastavit et incendit; quodque magis abhorrendum est, ecclesiae et monasteria temerario ausu hactenusque inaudito, ipso utique ut credi fas est invito, a suis concremantur, et virgines Deo[h] dicatae, infandum dictu! impudenter deflorantur, et ita captivae abducuntur. His ita peractis, castellum Haldisleibe, annitentibus Saxonum principibus et Luodewico lantgravio[i], cui eatenus dux idem nil sinistri suspicabatur, hortatu improbo ad se in id ipsum illecto, prefatus antistes aliquamdiu obsedit. Set rigore brumali prepediente et labili fortuna obice, infecto negocio, cum honore mediocri, ut par fuit, ad sua rediit. Qua tempestate et alia factio, cunctis fidelibus dolenda, occulto Dei iudicio subsecuta est. Coloniensi namque archiepiscopo ad propria reverso, dux memoratus Uodalricum Halberstatensem presulem, utpote tocius iniuriae suae seu contumeliae incentorem et qui se pridem anathematizaverat, furibundus omnibus modis passim infestabat, sanguisque sanguine
Osea 1, 2 tangitur, dum peccatum peccato cumulatur. Denique sui furiis agitati, inter alia predictam Halberstatensem, civibus in diversa fugatis, oppugnando civitatem capiunt, cunctaque loci eiusdem aedificia, merendum relatu! cum ipsa matrici ecclesia prothomartiris Christi honori dedicata, reliquisque ecclesiis voraci flamma, proh dolor! consumpsere[k]; in quibus et homines, qui pro locorum tuitione intus[l] confugerant, plures ut dicitur octingentis, promiscui sexus et aetatis necnon et ordinis, flebiliter incendio[m] interiere. His audacter patratis, pontifex memoratus cum quibusdam canonicis captivatur, et apud principem[n] pretitulatum, quoad eundem anathematis vinculo enodavit, cum suis in custodia detinetur. Dehinc ab ipso muneribus aliquantis honoratus, ad sua rediit, et eodem anno iam grandevus vita decessit, pro quo Ditericus constituitur.

1180. Imperatore curiam suam circa epiphaniam Domini apud Wirceburc[o] habente, Heinricus, Saxonum ac Noricorum hactenus ducatu potens et famosissimus inter regni primates, evidentibus indiciis Romani agnitus hostis imperii, presentiam sui[p] regiae maiestati

a) d. s. *desunt* 3b. b) promotus 3b. c) baioaricorum 3. d) magdeburg 3b. e) rhomam 3. f) *deest* 3. g) sine 3b. h) christo 3b. i) langrauio 3. k) consumsere 3. l) inter confugaverant 3b. m) *deest* 3b. n) principatum 3b. o) wirceburg 3b. p) suam 3b.

10) Montferrat.

iam diu animose[a] subtrahens, velut improbus multarum invasor ecclesiarum et violentus ubique oppressor Christi pauperum, ex sententia imperatoris et unanimi consensu episcoporum seu principum suis omnibus abdicatus, cunctis persequendus proscribitur, et Saxoniae ducatus eidem secundum censuram presencium ablatus, Bernhardo comiti in presentia[b] solemniter addicitur. — Principalis comes Luodewicus, in militaribus nostra aetate strennuissimus et bene audens, domni imperatoris, avunculi videlicet sui, iussu et Coloniensis archiepiscopi ceterorumque principum rogatu condictum fedus praefato duci refragans, fines eius bellica manu attigit villasque non paucas pro libitu[c] imperatoris devastavit et incendit. Deinde ducem eundem copia militari vallatum, in Thuringiam secedentem e vestigio subsequitur, terramque suae dicionis ab eodem incendiis, rapinis, subversionibus iam pene desolatam, dum conserto certamine armis conaretur defendere, suis enerviter terga vertentibus, ipse cum paucis fortiter faciens, et ut ita dixerimus, velut quondam ille Machabeus gloriae suae fugiendo crimen inferre nolens, contra priscae virtutis insigne et crebrae gloriam victoriae, quibus citra Alpes et hac terra sepenunero claruit miles emeritus, multitudine non[d] industria hostium superatus, cum germano[e] suo, comite videlicet Hermanno, aliisque pluribus, nec non quibusdam utrobique interfectis, abducitur heu! captivus, non tantum Thuringiae immo toti rei publicae iusticium[f] relinquens de sua merito dolenda captione. — Heinricus comes, Luodewici lantgravii germanus, anno eodem obiit. — Imperator querimoniae principum[g] super ducis intolerabili animositate satisfaciens, et Saxoniam cum exercitu ingrediens, urbem antiquam Harzisburch[h] dictam cum aliis quatuor ob eiusdem offensam ducis reedificari precepit; sicque pace usque pentecosten composita, greges turmarum, qui secum fuerant, abire permisit, illius quibusdam castellis in deditionem susceptis.

1181. Imperator nativitatem Domini Erpsfurdiae celebravit. Cristanus archiepiscopus ex captivitate solvitur.

1182.[1] Castellum ducis Heinrici Haldisleiben dictum a Wicmanno Magadaburgensi[k] archiepiscopo aliisque Saxonum principibus aliquamdiu obsessum, castellanis in pace dimissis, terrae tandem coaequatur. — Imperatore item ut anno priore militari copia Saxoniam ingrediente, omnes pene fautores ducis ab eodem deficientes, ipsi imperatori se suaque dedentes, manus offerunt supplices, dominumque suum solita militum frequentia destitutum, tum ob regis timorem tum ob animi levitatem derelinquunt velut alienum. Quem per solitaria loca quae vulgo heide dicuntur cum paucis decedentem, imperator cum suis e vestigio insequitur, fecissetque satis votis, eundem scilicet apprehendendo, si locorum difficultas non obstitisset; quippe huic loca nota et quamquam angusta, suae[l] tamen paucitati aditu facilia, regi vero minus nota suaeque multitudini, quoniam et aquosa, omnino inaccessibilia. Ceterum civitatem quandam ipsius Lubeke appellatam potenter oppugnans, civibus in prohibitu deficientibus, fortuna sibi suisque solito arridente, in deditionem suscepit; sicque ut imperialem decebat dignitatem gloriosę rediens, in Quitelingeburc, super negociis regni tractaturus, devenit. Dux vero prefatus in arduo se positum durumque esse calcitrare contra stimulum iam nimis tarde considerans, tocius in regnum infestationis conatum demisit, et principes eximios, flores utique ut ita dicam antiquae nobilitatis, Luodewicum videlicet lantgravium fratremque suum comitem Hermannum postea palatinum ob imperatoris offensam iam integro et semis anno in custodia detentos, absque iactura suorum suarumque, ut augusti sororios decebat, ipsi tunc Goslariae manenti honorifice remisit. — Imperatoris curia circa festum sancti Martini Erpfurdiae habetur; ubi comes Hermannus, frater Luodewici lantgravii, palatinus Saxoniae efficitur. — Saxonum et Baioariorum dux iam crebrius nominatus ad imperatoris curiam sepenumero vocatus, venire hactenus animose refutavit; nunc demum et sero nimis resipiscens, extremaque necessitudine coactus, imperatoriae maiestati Erpesfurdiae se humiliter presentavit. Ubi, ut episcopi ceterique principes anno preterito lege forensi apud Wirzeburk in commune censuerant, dux idem suis omnibus vellet nollet se abdicavit, nichilque princeps famosissimus interque regni primates ad id temporis potentissimus de ingentibus diviciis, duobus videlicet ducatibus, nisi duas tantum civitates, quarum una Bruniswik, alia Luoneburk, et has quidem vix et aegre, sed augusti clementia concedente, recepit.

a) annose 3b. b) presenti 3b. c) libutu 3b. d) *deest* 3b. e) germanno 3. f) iustitiam *corr.* triticiam 3b. *Lectio in textu recepta nec dubia eadem in Ann. Erphesfurdensibus a.* 1137 *habetur v. SS. VI*, 541. g) *deest* 3b. h) harnisburk 3. i) *numerus deest* 3b. k) magdeburgensi 3. l) suo 3.

# ANNALES ERPHORDENSES.

*Superiores annales quadraginta annorum intervallo excipit opus quod primus editor chronicon Erfordiense inscripsit, nos annalium Erphordensium vocabulo iterum publici iuris facimus. Continet notas historiae temporis plurimum inservientes, ab Erfordensibus*[1] *inde ab anno* 1220 *usque ad a.* 1254 *continuatas. Auctores diversi fuerunt; priora viro debentur rerum civitatis suae bene gnaro et a partium studio alieno, qui in excidio Stedingorum et Conradi Marburgensis facinoribus enarrandis animum liberum et solius veritatis studiosum ostendit; quem Ludovicum scriptorem S. Severi Erfordiae canonicum fuisse, cuius obitus* 2. *Kal. Oct. anni* 1234 *memoratur, coniicere*[2] *nec tamen probare possumus. Qui quum adventum fratrum Minorum et Praedicatorum Erfordiam memorasset, posterior scriptor vel posteriores scriptores ordini Praedicatorum familiares fuisse facile intelliguntur. Liber non solum ad civitatem Erfordensem, regionem Thuringiam et res ecclesiasticas facientia, sed res quoque imperii universas haud raro illustrat, servata notitia rerum ab alio nullo scriptore memoriae traditarum. Textum primus Schannat in Vindemiis T. I. p.* 91 *sqq. edidit, nuper autem Boehmerus noster adhibitis subsidiis quibus et nos usi sumus. Sunt autem ista:*

1) *Codicis membranacei saeculo XIII exarati, saeculo superiore in bibliotheca ecclesiae Maguntinae adservati, quem a.* 1793 *in obsidione urbis a Gallis invasae interiisse putant, laciniae, a Gudeno in Codice diplomatico Moguntinensi a.* 1743. *in* 4° *edito T. I, pag.* 516—637 *passim decerptae, optimum plerumque textum praebent; eas igitur in modo scribendi secutus*[3], *reliquum quoque textum ad earum exemplum exegi. Nam quum multo maior operis pars a Gudeno neglecta sit, non potui quin*

2) *editionem Schannati principem iterum adhiberem, quae apographo quidem manco et vitioso inniti videtur, sed quam emendare licuit ope*

3) *chronici Sanpetrini Erfordensis apud Mencken SS. r. G. III. p.* 250—265, *cuius auctor nostros inde usque ad annum* 1244 *presso satis pede secutus, reliqua annis suis* 1245—1254 *passim excerpsit, ita ut pauca tantum relinquantur, quae ulteriorem medelam requirant.*

4) *Chronicon Erfurdense ex codice S. Crucis Hannoverae vulgatum, et con-*

1) Hoc praecipue versus finem libri apparet. 2) Boehmeri Fontes II, 388 sqq. 3) e. g. in voce Maguntinus, Conradus, Erphordensis, Cristianus aliisque, tum simplici *e* loco *ae* vel *oe* adhibito; paucis tantum locis lectionem 2. quam 3. saepe presso pede sequitur praeferendam duxi. In annis computandis in universum 1. praetuli; versus finem tamen quae de Cristiani archiepiscopi ulterioribus fatis traduntur loco in editis ei adsignato servavi, quum locus a Gudeno indicatus non plane liqueat.

*tinuationem Lamberti, ex annalibus nostris et Chronico Sancti Petri hausta, sine fructu in subsidium vocavi; sed ultimo loco*

5) *sententias Annalibus Pegaviensibus in editione Menckeniana subiectas a.* 1227—1236, *ex nostris depromtas, hic etiam adduxi.*

1220.[a] Hoc anno Heinricus filius imperatoris in Frankenevurt Kalendis Maii a principibus in regem electus est.

Anno Domini 1223. Sifridus Maguntinus[b] archiepiscopus habuit concilium Erphordie in ecclesia beate Marie. Hoc anno in vigilia pasche celebrati sunt ordines in hospitali a Willehelmo episcopo. Hoc anno in festo Martini minores fratres Erphordiam venerunt.

Anno Domini 1226. inundatio aquarum[c] maxima fuit in Thuringia 6. Kal. Septembris[d]. Hoc etiam anno Norinberc in nuptiis Heinrici regis rupta crepa 30 milites et 20 servi cadentes interierunt.

Anno Domini 1227. generale passagium ad terram sanctam factum est, qua expeditione etiam imperator Fridericus transfretavit. Sed Ludewicus lantgravius in eadem expeditione 6. Idus[e] Septembris decessit in Apulia in civitate Otrant. Hoc etiam anno 8 Kal. Augusti maxima tempestas iuxta cenobium Sychen fuit, que magnam cladem proxime ville que Ysleiben[4] dicitur intulit, et per torrentem domos ipsorum abducendo, ac plurimos homines submergendo.

Anno Domini 1227, 15. Kal. Ianuarii Erphordie tripartitos celebraverunt ordines hi episcopi: Moguntinus ad Sanctum Petrum, Halverstatensis ad Sanctam Mariam, Livoniensis ad capellam sancte Marie Magdalene in claustro sancti Petri. Qui sequenti dominica pariter Pragensem electum in episcopum consecraverunt.

Anno Domini 1228.[f] predicatores venerunt Erphordiam ac cenobium ibidem edificare ceperunt.

Anno 1230, 5. Idus Septembris Erphordie obiit Sifridus[g] Maguntine sedis archiepiscopus, ac honorifice sepultus est in ecclesia beate Virginis ab Engelhardo Nuwenburgense episcopo. Cui successit Sifridus patruelis ipsius, qui eodem anno cuidam fratri Danieli[h] ordinis predicatorum[i] auctoritatem clerum suum visitandi in preposituris Sancte Marie Erphordiensis[k] et Giecheburg commisit. Qui negotium strenue peragens, et ut plerisque videbatur districtius exequens, quosdam clericos suspensos, disciplina corporali misericorditer punivit, quosdam vero officiis et beneficiis privavit, aliquos etiam episcopatum exire compellebat. Hoc anno circa festum palmarum Giselbertus cantor Sancte Marie Erphordiensis[k] transtulit se ad vallem beati Georgii.

Anno Domini 1231, 2. Kal. Iunii in Thuringia in tribus castris, scilicet Glichen Wassenberc[l] et Muhlberc, turres et propugnacula uno fulmine pariter succendebantur. Hoc etiam anno 5. Kal. Septembris comes Adelbertus[m] de Wic predam innumerabilem in iumentis et gregibus abstulit Erfordiensibus. Hoc anno capitulum provinciale predicatorum fuit Erfordie[n].

Anno Domini 1232. in Alemannia perfida heresis, que ibidem diu occulte pullulaverat, est manifestata. Quapropter circa Rhenum nec non[o] et alibi innumerabiles heretici per magistrum Conradum de Marburc auctoritate apostolica examinati, ac per sententiam secularem dampnati, combusti sunt igne; fueruntque etiam presente eodem Conrado Erphordie 3. Non. Maii quatuor combusti. Hoc anno discordantibus archiepiscopo Maguntino et Cunrado fratre lantgravii, pro monte Heiligenberc[p] in Hassia sito, et bella moventibus, idem Conradus 17. Kal. Octobris civitatem Vritslar contra multorum opinionem incendio cepit, captivos secum abducens episcopum Wormatiensem, ac Gumbertum eiusdem loci prepositum, Heinricum Heilegenstadensem prepositum, et quosdam canonicos cum aliis fere 200 militibus. Fridericus itaque de Drivorte ac sui complices, ruptis violenter armarii

a) *haec anno* 1223. *inserta leguntur* 2, *sed desunt in* 3. *ideoque suo hic anno adsignanda duxi.* b) *ita* 1. *infra a.* 1232. c) *vocem supplevi ex* 5. *haec anno* 1227. *adscribit* 5 *et addit:* Hoc anno 4. Nonas Octobris natus est sanctus Franciscus. e) III. Idus 3. 5. f) 1229. 3. 5. g) siffridus 2. *saepius.* h) *ita* 3. divi 2. i) conventus erphordensis qui fuit scientia praeclarus 3. k) erphord 2. l) wassenburg et mulburgk 3. m) albertus 2. n) *hoc anno* 5 *haec tantum habet:* Beata Elisabeth, Ludewici lantgravii vidua, obdormivit in Christo. o) R. nonnulli et 2. p) heilegenberc 2. 3.

4) Eisleben.

1232. ostiis, magnam inde pecuniam a civibus ibidem depositam manu sacrilega auferentes, libros calices ac ecclesie ornatum cum sanctorum reliquiis distraxerunt. Fertur etiam a quibusdam, quod dictu est horrendum, ipsum sacrosanctum corpus dominicum a maleficis ibidem in terram ignominiose deiectum. Quot autem ibidem occisi vel quot igne consumpti, novit Deus arbiter evi[a], qui eidem loco per suam modicam presentis ire scintillam[b] eternam tonitru sui comminatus est coruscationem. Hoc etiam anno fratres minores infra muros Erphordienses cenobium edificare ceperunt, dum extra muros ibidem per[c] 9[d] annos resedissent.

Hoc anno 12. Kalend. Iunii supra Stetingos insulanos plaga iudicii consummata est. De quibus dicitur, quod in ipsorum terra[3] comes Otto de Aldenberc[4] castrum habuerit, cuius[e] habitatores incolas terre taliter sepius offenderunt. Siquidem in eadem terra pauce sunt ecclesie, et ex hoc diffuse atque distente parrochie, quapropter matrone cum filiabus suis ad ecclesiam in festivis diebus curribus advecte veniebant; quod famuli de castro videntes, petita a domino suo licentia et obtenta, violenter sibi in uxores rapiebant. Hac de causa incole castrenses comitis expugnantes, de terra eiecerunt. Quapropter episcopus Bremensis fratrem suum comitem de Lippia ad impugnandum ipsos transmisit, qui incerto[f] . . . . Dei iudicio ibidem occubuit. Unde cum episcopus illos denuntiasset, illique denuntiatores de terra sua expulissent, heresis crimen impositum est eisdem; sicque dictus episcopus accepta a domno papa licentia, super illos multum populum cruce signavit. Tandem dux Brabantinus et comes Hollandie cum magno exercitu terram illam intrantes, omnes cum uxoribus et liberis peremerunt. Hoc[g] anno Idus Februarii validissimus ventus, et iuxta Simena[h] audita sunt tonitrua et fulgura visa.

Hoc[g] anno 4. Kalend. Martii Erphordie in ecclesia sancti Petri Magontinus ordines celebravit. Hoc etiam anno Idus Aprilis Erphordie obiit frater Gerhardus de ordine predicatorum.

1233. Anno Domini 1233. 8. Kal. Augusti rex et Magontinus et magister Conradus de Marburc Maguntie conventum episcoporum et comitum atque clericorum fecerunt pro quibusdam infamatis ab heresi. Inter quos comes de Seine accusatus, inducias expurgationis ulteriores obtinuit. Super reliquos vero qui non comparuerant nec se legitime excusaverant, predictus Conradus de Marburc ibidem populum cruce signavit. Quapropter ipsi felle amaritudinis commoti, iam dicto Conrado in reditu insidias ponentes, iuxta Marburc ipsum una cum Gerhardo minoris ordinis fratre, probate vite viro, 3.[i] Kal. Augusti crudeliter occiderunt. Cui post hec[k] Hildesheimensis episcopus fideliter insistens[l], super perfidos hereticos eodem anno in Thuringia atque Saxonia populum cruce signavit. Post hec autem 2. Kal. Decembris hi quos magister Conradus bone memorie pro hereticis totonderat, fere quinquaginta viri, omnes pari animo sine qualibet contradictione subiecerunt se ac omnia sua tam spirituali quam seculari potestati. Sex enim ex ipsis, qui occisioni supradicti Conradi interfuerunt, quantum ad causam hereseos ecclesiastico, quantum vero ad causam interfectionis seculari se iudicio similiter spontanee tradiderunt, presentandos etiam ipsos publico examini in curia sollempni Frankenevurt[m] in purificatione celebranda proponentes firmiter omnes eos, qui pro hereticis tonsi, postmodum confessi sunt iniuriam sibi factam. Hoc etiam anno Sifridus Maguntinus habito consilio cum canonicis Maguntinis pro sui predecessoris debitis, quibus episcopatus iam dudum Rome fuerat obligatus, in tota sua diocesi redituum vicesimam partem a personis ecclesiasticis colligi mandavit, ac super hoc dato privilegio, se numquam a clero suo diebus suis quicquam amplius petiturum. Canonici etiam matricis ecclesie Moguntine fide iuratoria confirmaverunt, se de cetero nullum pontificem electuros, nisi in idem privilegium consensurum. Hoc anno 3. Idus Martii Sifridus Maguntine sedis archiepiscopus Maguntie concilium celebravit pontificatus sui anno 3. Hoc anno maxima fuit inundatio, que magnum intulit damnum Erphordiensibus.

1234. Febr. 2. Anno Domini 1234. rex Heinricus curiam sollempnem Frankenevurt in purificatione celebravit, multis ibidem principibus et episcopis congregatis ac multorum ordinum fratribus, scilicet Cisterciensibus, predicatoribus atque minoribus et ceteris religiosis personis.

a) . . . . 2, cui 3. b) stillam 2. c) *ita* 5. post 1. d) undecim 5. *perperam; vide supra a.* 1223. e) *ita correxi.* cum sui 2. f) incerto . . . . iudicio 2. *fortasse:* qui conserto proelio, Dei iudicio i. o. g) *haec a.* 1233. *designat* 3. h) *ita lacunam explet* 3. i) XII. 3. k) hunc 2. l) *ita locum vacuum explere conatus sum.* m) franckenevurt 2.

3) Stedingerland ad Wisaram. 4) Oldenburg.

1234. Itaque multis consiliis super fidei negotio prehabitis, tandem de litteris domni pape nuper ad curiam delatis, disceptatio non modica fuit. Siquidem plerisque per Teutoniam prelatis ac clericis seu etiam laicis magistri Cunradi visitandi hereticos seu examinandi forma displicuerat, videlicet ut aliquis infamatus ab heresi, publico examini presentaretur, et confessus errorem ac reverti volens tonderetur, suam vero innocentiam fide iuratoria defendens, postea convictus pro heretico[a] cremaretur. Quapropter post concilium anno preterito Moguntie celebratum, rex et Moguntinus ac Trevirensis archiepiscopi Cunradum scholasticum Spirensem ad curiam Romanam destinantes, domni pape consilium super huiusmodi forma sciscitati sunt. Super quibus papa valde turbatus, et a cardinalibus, quibus negocium per iam dictum Conradum scholasticum innotuerat, inductus, magistri Cunradi de Marburc formam novis litteris irritam iudicaverat. Sed antequam nuncius Conradus[b] redeundi licentiam assumptis litteris accepisset, ecce quidam ordinis predicatorum, Torso agnomine, veniens, mortem magistri Cunradi de Marburc pape nuntiavit. Quo audito papa nimis conturbatus, litteras contra formam magistri Cunradi nuper scriptas discerpens, regis nuncium beneficiis ecclesiasticis privare disponebat; sed per cardinalium et predicatorum interventum adiutus, acceptis aliis supradictis litteris reversus est. Nunc itaque ad supradicta revertamur.

Igitur rex in conventu principum Hildenesheimensem episcopum accusare cepit, pro eo quod supra hereticos populum cruce signavit. Qui se probabiliter excusans, exhortatione competenti facta pro crucis negotio, omnibus poscentibus se cruce[c] signari, eam constanter exsolvebat, ac cum fratre Ottone ordinis predicatorum partem magistri Cunradi defuncti diligenter tuebatur. Tandem absente rege et laicis personis, soli episcopi cum ceteris quibusdam prelatis in loco speciali de fidei negotiis tractare ceperunt. Cumque multa contra defuncti Cunradi partem, et aliqua pro ipso fuissent allegata, unus ex prelatis in hec prorupit verba, dicens magistrum Cunradum de Marburc dignum fore extumulandum, ac velut hereticum concremandum. Post hec autem intervenientibus illis infamatis, qui anno preterito, ut supradictum est, se ecclesie examini dediderant, atque crucem ante se ferentibus, insuper de defuncti Cunradi factis, clamosis vocibus miserabiliter querelantibus, tantus subito cepit oriri tumultus et turbatio, ut hi qui ex parte magistri Cunradi extiterant, se manus adversariorum desperarent evadere. Deinde feria secunda rex cum Febr. 6. omnibus principibus ac prelatis qui aderant civitatem egrediens, in campo presedit iudicio; ibique comes de Seyne se cum octo episcopis et 12 grisei ordinis[5] abbatibus, ac totidem minoribus fratribus, et tribus predicatoribus, ac etiam nigrorum[6] abbatibus, et clericis seu nobilibus laicis personis non paucis, publice et confidenter expurgavit; idemque comes de Solmis cum suis fecit, obortis lacrimis publice fatendo, se tantum mortis metu heresim fuisse professum. Et quoniam legitimi accusatores non aderant, ad infamie expurgationem admitti iure debuerant.

Hoc anno Erphordenses ingratitudinem domini sui Maguntini et offensam graviter incurrebant, quoniam anno preterito, dum in regis quadam fuisset expeditione, ab ipsis in curribus et militibus iuvamen petierat et subsidium; quod dum ipsi renuerunt, dominum suum graviter exacerbaverunt. Postea vero ipsum in adventu Domini per compositionem Erfordiam invitantes, concordare non potuerunt. Quapropter Maguntinus Erphordiam cum gravi indignatione egressus, ipsos coram rege in Frankenevurt proxima curia convenit in pluribus eos accusans. Erphordenses autem ad eandem curiam a rege citati, nuncios illuc direxerunt, ratum habituri quicquid cum rege ac domino suo de forma compositionis obtinuissent. Quid plura? Nuncii regis arbitrio negocium committunt. Sed rex compositionis formam arbitratus, nuncios fide constrinxit iuratoria, quod si cives Erphordenses eandem refutarent formam, revertentes se Maguntino representarent. Qui domum reversi, civibus suis conceptam a rege compositionis formam litteris et verbis referebant. Quam formam cum Erphordenses recusassent, nec iidem nuncii statuto termino reversi fuissent, archiepiscopus in ipsos excommunicationis tulit sententiam; quos eciam rex proxima curia, circa festum Udalrici[d] in Aldenburc habita, suo banno ac regie proscriptioni sententialiter innodavit. Iul. 4. Quapropter iidem Erphordenses 4[e]. feria ante palmas usque in Kalend. Augusti divinis

a) *ita correxi;* per hereticum 2. b) *ita correxi;* cunradi 2. c) c. s. e. *ita lacunam explere conatus sum;* c. s. se. Boehmer. d) udelrici 1. e) III. 3.

5) Cisterciensis. 6) S. Benedicti ordinis.

1234. caruerunt. Quo die mediantibus lantgravio atque prelatis Erphordensibus compositio statuebatur, satisfactione pecuniaria confirmata. Sicque divina resumpta fuerunt.

Hoc anno hiems asperrima fuit, adeo ut in mediterraneo mari institores Venetiam cum[a] oneratis summariis pedestri itinere per glaciem transirent; que nempe hiems non parvam per totam Italiam in vineis[b] et olivetis intulit cladem.

Hoc anno 15. Kalend. Iunii lantgravius cepit castrum Velseche[c] comitis Heinrici de Glychen, ac ibidem 23 captos decollari precepit. Hoc anno Heinricus lantgravius pertesus malorum que passus est ab Heinrico comite de Glychen, ipsum tandem legittime citatum ac postea sententialiter[d] proscriptum, novissime etiam[e] omni suo iure feodali privavit. Quapropter Maguntinus Erphordensem advocatiam a lantgravio solvendo commutans, episcopales redditus in Guteren[f], videlicet 60 talenta, eidem iure feodali porrexit tamdiu, quousque per alia bona advocatie restaurum[g] faciat. Et hec pacta 8. Kal. Augusti facta sunt. Hoc anno 2. Kal. Octobris obiit Ludovicus scriptor, canonicus Sancti Severi Erfordie. Hoc anno 2. Non. Iunii[h] regia villa Northusen in parte maiori cum conventualibus ecclesiis sancte crucis et minorum fratrum incendio consumpta est. Quem etiam ignem dum fere 20 homines in quodam cellario evadere niterentur, ex eiusdem domus ruina pariter oppressi sunt. Hoc etiam anno 14. Kalend. Decembris Cunradus Saxonie comes palatinus cum duobus clericis et novem militibus contulit se ordini domus Theutonice in Marburc, cum annuis redditibus 1100 maldrorum annone, et . . . argenti. Hoc etiam anno orta est discordia inter imperatorem et filium suum Heinricum regem, quoniam[i] consiliis paternis acquiescere nolens, manifeste se ei opponere attemptavit, quibusdam principibus et baronibus ad se per pecuniam inclinatis. Hoc etiam anno circa festum Michahelis Gregorius papa corpus novorum decretalium autenticavit, veteribus reprobatis.

1235. Anno Domini 1235. domnus papa directis in Alemanniam nunciis, ab omnibus episcopis atque regalibus abbatiis milites ac subsidium ad Romanos impugnandos postulavit.

Hoc anno Moguntini maioris ecclesie canonici archiepiscopi auctoritate freti, per totam Moguntinam diocesin edictum promulgaverunt, videlicet ut in omni ecclesia conventuali una extingueretur[k] prebenda, hoc pretio debita episcopatus solvendo.

Hoc anno mense Maio imperator egressus ab Italia, partes Teutonie aggreditur, quam fere in 16 annis non visitaverat. Transiens vero Austriam, dum[l] discordiam que inter regem Boemie ac ducem Austrie fuerat exorta conabatur sopire, non valebat propter intollerabilem superbiam ducis ac stultitiam, rege tamen parato ad compositionem. Sed dum flecti non valuisset, rex idem Boemorum regem Ungarie cum ceteris quatuor regibus in auxilium advocans, terram ducis ingressus est, cum eodem committens in mense Iulio; in quo conflictu strages maxima pugnatorum atque in Danubio submersorum facta est, rege triumphum obtinente.

Imperatore in Alemanniam veniente, fautores filii sui Heinrici regis valde turbati, fere omnes ipsum deserentes patri adherere ceperunt. Quapropter sepe dictus rex Heinricus veniam a patre ipsius in Wimphe postulans, gratie sue se suaque omnia contradidit, sed patre compositionis et satisfactionis formam in Wormaciam differente. Itaque 17. Kalend. Augusti imperator sororem regis Anglie ibidem Wormatie imperiali matrimonio sibi sollempniter copulavit. Ubi rex Heinricus audita compositionis forma a patre promulgata, fugam inire paravit. Quem pater captivum castro Heidelberc custodiendum tradidit, et
7 post hunc ipsum absumens[m] in Rethia castro Alreheim[7] servandum commisit; tandem imperator adhuc timens per ipsum ab emulis suis imperii turbationem moliri, per episcopos Salzburgensem et Babenbergensem, ac postea per patriarcham Aquilegiensem[n] eundem in Apuliam transmittens castro Balerne[8] recipi mandavit. Eodem anno imperator sollempnem
Aug. 15. curiam circa assumptionem Mogontie celebravit, ibidem coronatus incedendo.

Hoc etiam anno domnus papa Gregorius, missis per universam ecclesiam litteris, crucem constituit predicari, per biennium ad terram sanctam expeditionem protelans.

Hoc anno Erphordie in vigilia pasche Willehelmus Havelbergensis episcopus in ecclesia Scottorum[o] ordines celebravit. Hoc anno 8. Kal. Martii obiit Ulricus miles de Tullestein.

a) *deest* 2. b) v. iumentis et 1. 5. c) *vocem addit* 3. d) *deest* 2. e) et 2. f) gueteru 2. g) restaurari 2. h) 2. Nonas Iunii *addit* 3. i) *ita correxi;* quem 2. k) venderetur 3. l) *vocem inserui.* m) *deest* 2. n) ac p. p. p. A. *desunt* 2. o) sanctorum 2.

7) Alerheim prope Nördlingen. 8) immo S. Felicis in comitatu Molise.

Eodem anno mense Maio canonicus quidam quendam suum confratrem in dormitorio dormientem cultello miserabiliter peremit. 1235.

Hoc etiam anno in die pentecostes magna tempestas pluvie et grandinis in Thuringia non modicam ovibus et segetibus intulit cladem.

Hoc anno Moguntinus Erphordie a festo Martini usque ad natalem Domini moram faciens, fructum prebendarum suarum in Thuringia ibidem collectum, ad Rhenum traduci mandavit. Celebravit et idem pontifex ibidem ordines solennes in ecclesia sancti Petri 11. Kal. Ianuarii.

Hoc etiam anno circa Kalendas Decembris in villa Wolfesheim Iudei[a] numero 18 ut dicitur sunt occisi propter quendam christianum, quem miserabiliter interemerunt; quia dignum videtur, ut qui sanguinem sitit, sanguis ipsius fundatur, secundum hoc propheticum: *Cum sanguinem oderis, sanguis persequetur te.* Ezech. 35,6.

Hoc anno episcopus Mantuanus a suis civibus occisus est.

Hoc etiam anno in die pentecostes, papa cum maxima sollempnitate beatam Elisabeth, filiam regis Ungarie ac Ludovici lantgravii uxorem, canonizavit.

Hoc anno Kalendis Novembris Meinhardus comes de Mylberc quendam civem Erphordensem cognomine Legatum, in sancta nocte ad matutinas euntem, captivum deduxit; quapropter Moguntinus apud imperatorem querimoniam deponens, ipsum Meinhardum imperatoris proscriptioni[b] ac sue excommunicationis sententiae[b*] innodari procuravit.

Anno Domini 1236, 4. Non. Februarii obiit Cunradus prepositus Sancte Marie in Erphordia[c]. Hoc etiam anno 10. Kal. Martii obiit Heinricus comes de Schwarzburc. 1236.

Hoc etiam anno 6. Nonis Maii obiit Erphordie Ludewicus canonicus et custos Nuwenburgensis. Cunrado Erphordensium preposito Arnoldus maior prepositus Trevirensis successit; qui veniens Erphordiam 4. Nonas Octobris, a clero eiusdem civitatis in processione fuit gloriose cum crucibus et cantilenis[d] receptus, et a decano in loco suo installatus, cantando interim: *Alma redemptoris mater*[e] et *Te Deum laudamus.*

Hoc anno Kal. Maii Marburc translatio sollempnis facta est sancte Elisabeth[f].

Hoc anno 5. Kal. Ianuarii in Fulda Iudei utriusque sexus 34[g] a cruce signatis christianis sunt perempti, quoniam duo ex iisdem Iudeis in sancto die Christi, cuiusdam molendinarii, extra muros habitantis et interim in ecclesia cum uxore sua manentis, quinque pueros miserabiliter interemerant, ac ipsorum sanguinem in saccis cera linitis susceperant, igneque domui supposito recedentes; cuius rei veritate comperta, et ab ipsis reis Iudeis confessa, puniti sunt ut supra dictum est.

Hoc anno adeo calida fuit hiems, ut vix sedecim dies glaciales in ea computari potuerint, in qua et[h] audita sunt tonitrua 6. Idus Martii.

Hoc anno Pragensis episcopus in mense Augusto obiit, cui scholasticus eiusdem ecclesie succedens, electus domni Maguntini auctoritate Erphordie in ecclesia sancte Marie ab his tribus personis, abbate Sancti Petri, decano et scholastico supradicte ecclesie confirmatus est.

Anno Domini 1237. imperator Longobardorum pertinacem videns contumaciam, iterum ipsis magnum superinduxit exercitum. In qua expeditione Paduanos in deditionem recepit; cum Mediolanensibus vero confligens, decem milia prostravit, ac mille de melioribus captivos abduxit, victoriaque potitus, carrochium ipsorum Romanis transmisit. 1237.

Eodem[h*] anno pridie Nonas Maii in Babenberc dedicatum est monasterium ab his episcopis, Erbipolense, Eystatense, Nuwenburgense, Merseburgense, domno papa ibidem magnam faciente indulgentiam.

Eodem die Maguntinus ab imperatore Erphordiam veniens, sollempniter a clero susceptus est. Qui proxima sequenti dominica in ecclesia sancti Petri Lutolfum in Halberstadensem, et Bernhardum in Pragensem consecravit episcopum, cooperantibus sibi istis presulibus, Merseburgense, N. Havelbergense, ac Peregrino antiquo Pragense. Aderant eciam eidem consecrationi Hermannus[i] lantgravius, Bertoldus[k] comes de Hennenberc cum[l] ceteris comitibus ac innumera plebe[m] propter indulgentiam illic congregata[n].

a) *excidit in* 2. b) *ita corrigo;* praescriptioni 2. b*) sententia 2. c) erphord. 2. d) g. c. c. et c. *deest* 2. e) *deest* 2. f) presente Friderico imperatore ac tribus archiepiscopis, Maguntino, Coloniense, Bremense; ubi etiam Dominus laudabile miraculum ostendere dignatus est, videlicet ut de ossibus illius oleum evidentissime exsudaret *addit* 3. *quas contraxit* 5. g) XXXII. 3. h) etiam 5. h*) hoc 2. i) *deest* 2. k) *deest* 2. l) c. c. c. *desunt* 1. m) plebs 1. n) p. i. i. c. *desunt* 2.

1237. Hoc anno frater Iordanus magister ordinis predicatorum pridie Idus Februarii in mediterraneo mari submersus, in terra sancta honorifice sepultus est.

Hoc etiam anno Erphordie consummata est aquilonaris turris ecclesie beate Virginis, fere post consummationem australis interiectis 36 annis.

1238. Anno Domini 1238.[a] 6. Idus Iulii obiit Sophia, mater Heinrici lantgravii, in Isenach, ac in ecclesia beate Catharine sepulta est.

Hoc anno mense Februario in marchia[b] Stirensi Nova civitate, Heinricus Thuringie lantgravius sororem ducis Austrie sibi iunxit matrimonialiter.

Hoc anno, adhuc electis illis duobus prepositis Magdeburgensibus[c], Alberto videlicet et Brunone, inter se confligentibus nec ullo consilio vel arbitrio cedentibus, contigit servos Brunonis in Magdeburc manentes ad castrum vicinum, in quo predictus morabatur, insidias ponere ac predam venari; quos ipse perniciter[d] fugando persecutus usque ad muros civitatis, unum ex eis graviter vulneravit. Quod videns quidam partis adverse, stans in muro sagittam direxit, ac Albertum lethaliter vulneravit. Qui mox accito confessore confessus ac defunctus est 5. Idus Martii.

Mart. 14. Hoc anno circa dominicam Letare Maguntinus ex parte imperii principes Teutonie quosdam Erphordiam citaverat; quo dum nullus laicorum principum pervenisset nec episcoporum, exceptis Halberstadense et Hildensheimense episcopis, suspecta conspiratio quorundam principum contra imperatorem declarata fuit: ibidem etiam in ecclesia beati
Mart. 28. Petri supradictus Hildensheimensis ex mandato Maguntini 13. Kalend. Aprilis ordines celebravit. Post hec idem Maguntinus dominica palmarum Maguntie Curiensem consecravit episcopum.

Eodem[e] anno imperator curiam suam[f] quam principibus Teutonicis indixerat, civitate Veronensi Kalendis Maii celebravit. Quo tamen dum non[g] pervenissent, per internuncios a conspirationis infamia se diligenter excusabant. Post hec imperator totam hanc estatem in Longobardia peragens, ac ipsos rebelles bellicis exercitiis infestans, civitatem Brixiensem in deditionem recepit; dein filiam suam Hermanno lantgravio per manum Maguntini episcopi in Aschaffenburg desponsavit.

Hoc anno 3. Kal. Septembris dedicata est ecclesia fratrum predicatorum Erphordensium ab Engelhardo Nuwenburgense episcopo.

Hoc anno frater Cunradus domus Teutonice, germanus scilicet Heinrici lantgravii, reminiscens malorum que in oppido Frizlariensi perpetrata sunt, et maxime corporis Domini ut dicitur in pavimentum dispersi, nec non etiam ecclesiarum incendii, tactus dolore intrinsecus, ac super his Dominum placare cogitavit. Quapropter magna hominum multitudine in festo apostolorum Petri et Pauli in predicta civitate congregata, dictus Conradus cum aliis duobus sui ordinis confratribus in loco predicationis se exuens, ac vilissimos saccos circa femoralia sibi circumdans, ex ore predicatoris ab omnibus in hoc loco per eum lesis veniam petivit. Post hec autem prefati tres viri nobiles nudi in processione incedentes, tribus sacerdotibus cum scopis ipsos sequentibus et disciplinaliter corrigentibus, monasterium usque pervenerunt; ibique misericordiam divinam humiliter cum lacrymis exorantes, frater Cunradus pro posse munera devotus obtulit, alias ecclesias incensas eodem modo visitans, honestis muneribus honoravit; sicque revertentes ad stationem, in ipsius fratris Cunradi corpore non signa verberum sacerdotum sed carnificum comparuerunt. Quantum autem lacrymarum ipso die ibidem a populo fusum sit, solus ille novit qui corda contritorum ponderat.

Eodem[h] anno 17. Kal. Decembris Maguntinus dampnum fere irrecuperabile et iacturam gravissimam episcopatus in castri Rusteberc amissione fuisset passus, si merita beati Martini non intervenissent. Nam Heinricus prepositus Heiligenstadensis congregata[i] militia Heinricum comitem de Glichen, dicti castri fraudulentum invasorem, favente divina gratia cepit, ac castrum recuperans, eundem in eodem vinculis iniecit.

Hoc anno in episcopatu Meydeburgensi quod[k] per Alberti[l] prepositi interfectionem male seminatum fuerat, adeo pessime pullulavit, ut cives Meydeburgenses pontifici ac domino suo se contumaciter opponerent, ipsum armis bellicis impugnando. Nec hac

a) *omnia quae sequuntur c.* 2. *anno* 1237, 3. *anno* 1238. *adsignat, cui* 1. *consentit in narratione de curia Erfordiensi.* b) marcha 2. c) megdenburgensibus *et alia eiusmodi in* 2. *leguntur, quae correxi.* d) *deest* 2. e) *hic demum* 2. *anni* 1238. *numerum habet.* f) *deest* 1. g) nulli 2. h) hoc 2. i) c. m. *desunt* 2. k) *deest* 2. l) *lacuna in* 2.

pertinacia contenti, omnes religiosos ac clericos, nonnullos etiam pauperes ab urbe propel- 1238. lentes, iram summi Iudicis sibi gravius accumulaverunt; hanc tamen eodem anno contumaciam grandi pecunia cum domino suo componendo sopiverunt.

Hoc anno imperator filium suum Heinricum a captivitate liberans, gratie sue restituit; quo eodem anno in autumpno defuncto[7], alteri filio suo Conrado regni gubernacula in 7 Teutonia commisit.

Hoc anno in die palmarum domnus papa imperatorem denunciavit. Quapropter ab Mart. 28. ipso imperatore circa Kalendas Iunii in Eger principum conventus procuratus est; quo ipse imperator, manens in Longobardia, nuncios dirigens, illatam sibi a papa sententiam ipsis significavit. Principes autem presente Cunrado rege cautione iuratoria se imperatori obligantes, papam ipsi reconciliare promiserunt. Huic tamen curie rex Boemie et marchio Brandenburgensis non interessentes, ipsi non sunt obligati.

Anno Domini 1239. adeo lenis exstitit hiems, ut a festo Thome fere usque ad purifi- 1239. cationem exceptis montanis, nix visa non fuit, nec[a] glacies.

Hoc etiam anno principes, qui anno preterito contra imperatorem conspiraverant, eidem reconciliantur, Austrieque insuper dux honori, satisfactione taxata, restituitur.

Hoc anno mense Maio in Campania[b] Francie iuxta civitatem Provisina[d. 8] heretici 8 combusti sunt numero 200 minus 16; qui ut ipsi confessi fuerant, ex eorum progenie erant, quos imperator Theodosius temporibus Augustini de Africa expulerat, qui etiam de secta Manicheorum fuisse creduntur.

Eodem[c] tempore Theobaldus rex Grecorum de Francia veniens, iussu Conradi nostri[f] regis ab Sifrido Maguntino in loco qui dicitur Wisebat[9] benigne ac honorifice susceptus 9 est. Siquidem Constantinopolitani ac quidam alii ipsorum fautores, catholice atque Romane ecclesie nec non ipsi regi Grecie contradicentes, per scismatis vitium manifeste se opponere non verentur; quapropter domnus papa a predicto Grecorum rege interpellatus, duo milia peregrinorum in Francia ad terram sanctam signatorum, ipsi in auxilium assignari mandavit, iter terre sancte sic[g] circa eosdem dispensative commutans.

Hoc anno Maguntinus in Thuringia ad annonam Maguntiam deferendam a cenobiis vecturam exegit.

Hoc anno 6. Nonas Iulii civitate Maguntina celebratum est concilium, presidente Conrado rege, imperatoris filio, ac Sifrido[h] eiusdem sedis[i] archiepiscopo cum novem[k] ceteris episcopis. In quo scilicet[l] concilio episcopus Eistatensis querelando miserabiles exhibuit litteras, in quibus continebatur, quoniam[m] sui ministeriales ac cives Eistatenses, iam fere per annum in excommunicatione pertinaciter[n] manentes, diabolica atque heretica presumptione ac perversione[o] ipsum episcopum cum clero sibi favente crudeliter expellendo abiecissent, et laicas personas in episcopum ac prepositum et decanum elegissent, ac eiusdem matricis ecclesie sacristiam infringendo spoliaverint, quomodo[p] etiam ipsorum errorem magnates ac[q] potentiores quidam de terra foventes[r], perniciose in malicia confortaverint; ac qualiter suos fautores si decesserint, cum musicis instrumentis ad sepulturam conducendo, letanter sepeliant.

Hoc anno Meydeburgensis et Halberstadensis episcopi a Warthone Misnense contra ordinis sui dignitatem salario conducti, contra marchionem Brandeburgensem bella moverunt; ubi alter ipsorum in Meydeburc ut dicitur vulneratus, alter captus fuisse memoratur.

Hoc[s] anno tempore autumpnali Maguntinus in qualibet ecclesia Erphordensi unam campanam vel ipsius[t] redemptionem accepit.

Eodem anno 3. Non. Decembris Siboldus sacerdos et canonicus ecclesie sancte Marie in Erphordia mundo vere mortuus, predicatorum ordini se tradidit.

Anno Domini 1240. perniciosa adhuc ecclesie inter papam et imperatorem discordia 1240. cunctis fidelibus non modicum incussit timorem, maxime cum frater Conradus magister domus Teutonice[u], principum Alemannie consilio ad ipsos concordandos missus, occulto Dei iudicio Rome 6.[v] Kal. Augusti diem clauserit extremum.

a) non 2. b) compania 2. d) pervisina 2. e) Eiusdem concilii tempore 1. *ubi post* sepeliant *l.* 40 *habetur.* f) nigri 2. g) *deest* 2. h) *deest* 2. i) civitatis 1. k) fere *addit* 1. l) *deest* 1. m) quomodo 1. n) *deest* 2. o) ac p. *desunt* 2. p) *deest* 2. q) et 2. r) m. et potentes q. f. 2. s) *haec anno* 1240. *adscribit* 3. t) v. i. *desunt* 2. *lacuna.* u) T. qui p. 2. v) VII. 3.

7) Haec ita minime fuisse constat. 8) Provins. 9) Wiesbaden.

1240. Hoc anno Rimundo magistro ordinis predicatorum absoluto, frater Iohannes episcopus quondam Ungarorum successit.

1241. Anno Domini 1241. die scilicet 3. Aprilis obiit rex Dacie.

Eodem anno in villa regia Frankenevurt cuiusdam Iudei filius, christiane fidei baptismum suscipere desiderans, a parentibus et amicis prohibitus est. Quapropter altercatione inter christianos atque Iudeos exorta, 9. Kal. Iunii valide inter ipsos dimicatum est. Tandem paucis christianis occisis, Iudeorum circiter 180 gladio et igne, quem propriis domibus imposuerant, consumpti sunt. Ipsoque igne post hec invalescente, media fere pars eiusdem civitatis est concremata. Videntes itaque reliqui Iudeorum sibi mortis imminere periculum, baptizati sunt numero 24, inter quos etiam[a] ipsorum quidam episcopus creditur exstitisse.

1242. Anno Domini 1242. circa festum Michahelis rex Francie propter nimiam studii sui iactantiam 24 carratas librorum suorum Parisiis incendio iussit cremari. Hoc anno Maguntinus Erphordensibus offensus, ibidem a festo pentecostes usque ad assumptionem tertii anni divina suspendit[b]. Anno Domini 1242. 3. Nonas Ianuarii obiit lantgravius Hassie, filius sancte Elisabeth, in Cruceburc, sepultusque est in[c] Reinhartsburn[d]. Eodem anno in vigilia pasce Wilhelmus episcopus Havelbergensis Erphordie apud predicatores
9 ordines celebravit. Eodem anno Tartari in Ungaria[e], terra scilicet Septem castrorum[9]
10 civitatem dictam Hermanni villam[10] in Aprili expugnantes, usque ad centum ibi peremerunt, predicatorum cenobium ibidem incendentes.

1243. Anno Domini 1243. 7. Kal. Iulii Innocentius papa electus est, cum sedes vacasset anno et 8 mensibus; qui statim Fridericum imperatorem denuntiavit.

Hoc anno 8. Idus Iunii Rudolfus Mersburgensis episcopus in Liptzigk[f] ordines celebravit. Eodem anno obiit marchionissa.

1244. Anno Domini 1244. Maguntinus, ut Erphordenses adhuc durius arceret, in octava epiphanie omnem clerum cum religiosis civitate exire compulit[g]. Qui postmodum in
Mart. 13. proxima sequenti dominica Letare in villa Wimaria cleri ac populi conventum statuens, Fridericum imperatorem cum Erphordensibus denuntiavit; et post hec[h] 3. Kal. Iunii in Vrizlaria concilium faciens eadem confirmavit. Eodem[i] anno Maguntinus auctoritate domni pape quintam redituum partem a clero exegit.

Hoc etiam anno domnus papa Innocentius Lugdunum Gallie urbem veniens, ibidem 7 annos continuavit usque ad mortem Friderici quondam imperatoris.

Hoc anno capitulum provinciale ordinis predicatorum in Hildensheim celebratum est, presidente eidem magistro ordinis.

Eodem anno in villa regia Muhlhusen magnum fuit incendium, maximam eidem civitati inferens cladem.

1245. Hoc anno 3. Non. Septembris obiit Sophia comitissa, mater comitis Heinrici[k].

Anno Domini 1245. in mense Iulio, Lugduno Gallie celebratum est concilium, presidente papa Innocentio cum 250 episcopis. Ubi per sententiam Friderico quondam imperatori omne ius regni ac regnandi abiudicatum est, et eadem sententia predicatoribus atque minoribus denuncianda commissa.

Hoc anno in adventu Domini captus est episcopus Babenbergensis a Bertoldo[l] comite de Kevernberc[m], qui . . . .

1246. Anno Domini 1246. dux Austrie in bello quod inter regem Bohemie et imperatorem fuerat, occisus est.

Eodem anno 11.[n] Kal. Iunii Erphordie magnum fuit incendium, incomparabilem eidem civitati inferens cladem; eadem etiam nocte Magdeburgensis non dissimili dampno per incendium punita fuisse credebatur.

Hoc[o] anno 11. Kal. Iunii dum ille Fridericus quondam dictus imperator adhuc in sua perduraret pertinacia, Heinricus lantgravius iuxta Herbipolim in villa dicta Hocheim domni pape auctoritate a Maguntino et pluribus episcopis ac principibus in Romanum principem

a) *ita* 3. et postea ips. 2. b) *reliqua huius anni codex* 3. *anno* 1241. *adsignat.* c) *deest* 2. d) reinhersburn 3. e) *reliqua anni ex* 3 *inserui, desunt in* 2. f) in l. *desunt* 2. g) compulsit 2. h) hunc 2. i) Eodem — exegit *adiecti ex* 3. k) m. c. H. *desunt* 2. l) G. 2. m) *reliqua desunt* 2. n) IX. 3. 5. o) *Heinrici electionem et pugnam ad Mogum anno* 1247. *adsignat* 3. *qui hucusque textui emendando adhiberi potuit.*

9) Siebenbürgen. 10) Hermannstadt.

fuit electus. In[a] cuius adiutorium multa hominum milia cruce signabantur ad catholice [1246.] fidei defensionem, quam ille iam dictus Fridericus ab ecclesia precisus impugnaturus timebatur. Post hec Heinricus rex magna a domno papa recepta pecunia, quosdam principes atque barones per eandem illis distributam sibi conciliavit; collectoque preclaro concitus exercitu, cum Conrado filio supradicti Friderici sibi resistere conante, iuxta fluvium Mogum non longe ab oppido Frankenevurt valida manu Nonis Augusti[b] conflixit, et auxiliante sibi de celo Dei gracia victor existens, ad mille fere vivos captivos abduxit.

Eodem anno in cena Domini castrum Kevernberc incendio consumptum est, turrisque magna et fortis corruens, quosdam suos oppressit, illeso tamen episcopo ibidem detento[11].

Anno Domini 1247. Heinricus rex dum secundam in Bawariam atque Sueviam fecisset [1247.] expeditionem, ex nimio motu passus emorroidas, celeriter[c] in Thuringiam ad castrum Warberc[12] revertebatur. Ubi morbo invalescente, 13. Kalend. Marcii diem clausit extre- [12] mum, sepultusque est in monasterio sanctimonialium sancte Katherine. In quo nimirum sine herede defuncto, nobilis illa principalis prosapia terminata est, que a primo Ludewico per 147 annos in Thuringia tenuerat principatum. Post cuius obitum mox in eadem terra multiplicata sunt mala. Nam vicini quidam principes iure propinquitatis heredes fieri cupientes, ipsam invaserunt; quorum marchio Misnensis castrum Eckehardesberc[13] et oppidum Wizense[14] sibi valenter usurpans, non modicam huius terre partem sibi subiugavit; [14] comes etiam de Anhalt sue partis non immemor, montem qui claustro Odelsleiben[14*] imminet occupans potenter, incastellavit adiacentem vastando viciniam.

Hoc etiam anno Willehelmus dux Hollandie in regem electus est, vir utique pacificus ac modestia et continentia, ut dicitur, insignitus.

Anno Domini 1248. 2. Non. Februarii obiit Richmondis mater fratrum. [1248.]

Hoc anno Erphordie celebratum est capitulum provinciale predicatorum.

Post mortem principis, intestinum Thuringie bellum quod iam fere biennio inter H. comitem de Glychen et . . . de Mulhusen et fratrem suum Rudolfum[d] pincernam duraverat, ad pauperum probationem durius inflamatur; quare dum superbiunt ipsi, pauperes incenduntur.

Hoc anno 6. Kal. Ianuarii obiit Heinricus comes de Orlamunde[e]. /

Anno Domini 1248. rex Willehelmus in octava pasche Aquisgranum, regiam scilicet [Apr. 26.] villam, obsedit. Ad cuius auxilium multitudo Fresonum cruce signatorum veniens, navali bello ipsum oppidum impugnabat. Tandem 14. Kal. Novembris civitatem ingressus, a duobus cardinalibus in[f] Kalendis eiusdem mensis regalem coronatus accepit benedictionem.

Eodem anno circa pentecosten obiit dux Merannie et Burgundie immatura morte, dum [Iun. 7.] vicesimum vix complevisset annum, et apud cenobium Lancheim[15] sepultus est. [15]

Hoc anno quidam pestilentes de castro Harmanstein, Hermannus videlicet . . . . . . . et Heinricus de Balstede in die ascensionis Domini nefaria temeritate ingressi quoddam allo- [Mai. 28.] dium monachorum de valle beati Georgii[g], omni suppellectili cum pecoribus spoliaverunt. Cunradum ipsorum cellerarium, devotum sacerdotem, cum aliis conversis ac famulis circiter 18 graviter vulnerantes, adeo ut etiam unus conversorum extremum exhalaret spiritum. Quorum cladem totus Erfordiensis clerus miserans, illisque compatiens, proxima 4. sequenti feria generalem per civitatem fecerunt processionem, in qua ad sceleris ostensio- [?] nem dicti fratris occisi tunica, sanguine cruentata, pro lamentabili vexillo deferebatur.

Hoc anno in septimana pentecostes rex Francie cum uxore sua fratribusque ipsius cum uxoribus suis, ad terram sanctam cum magna devotione iter de Parisio arripuerunt. Nam in capitulis fratrum predicatorum atque minorum, flexis genibus ipsorum orationibus humiliter se commendaverunt. Habebant etiam in comitatu Romane sedis legatum cum quibusdam episcopis, nec non magistrum ordinis predicatorum.

Eodem anno 7. Idus Iulii Albilaci oppidum[16] a Saxonibus[17] expugnatum est. Sed illi [17] de castro, ne ipsorum adversarii ibidem tutum haberent receptaculum, eiusdem civitatis furtivum procurarunt incendium, se satis viriliter defendentes. Undecimo tandem post

a) In — abduxit *solus* 1. *habet.* b) in die sancti Dominici 3. *qui narrationem contraxit.* c) *haec praebet* 1. *lacuna in* 2. d) R. 2. de Varila *addit* 3. e) *haec anno* 1247. *adsignat* 3. f) I. 2. g) gregorii *ed.*

11) Anno 1245 narrat, episcopum postea ab Heinrico lantgravio in regem electo a vinculis absolutum esse. 12) Wartburg. 13) Eckardsberge. 14) Weissensee. 14*) Oldisleben. 15) in Franconia. 16) Weissensee. 17) i. e. Alberto duce Brunsvicensi.

1248. hec die marchio[17] veniens, dictum oppidum obsedit. Quod videntes Saxones latenter egressi, residuum civitatis incenderunt. Dein marchio plurimis comitum villis vastatis incendio, 10. Kalend. Augusti iuxta Erphordiam castra metatus est; indeque tertia die recedens, quoddam castellum Heinrici militis de Baldestete in villa Husen continuo expugnando destruxit, ipsumque castelli dominum cum aliis 24 captivavit. Sicque complurium viduarum pupillorumque maledictionibus in terram suam ingressus[a] est.

Hoc etiam anno 10. Kalend. Septembris Maguntinus archiepiscopus Erbipoli predicans, plures super[b] sancte fidei invasores cruce signavit, pronuncians ibidem, quod Fridericus, quondam imperator, in Longobardia quendam religiosum pontificem tam ignominiose atque crudeliter caude caballi alligari preceperit, ut eiusdem iumenti stercora ipsius ori inciderent, vel incidere potuissent; sicque miserabiliter distractum suspendio interire mandavit. Cuius corpus dum quidam minorum ordinis fratres sepulture, sicut dicitur, tradidissent, eosdem tyrannus ille confestim vivos sepeliri demandavit.

Item anno eodem in Thuringia sub tanta bellorum clade maxima mortalitas exstitit, adeo ut in quadam rurensi villa, Gunnenstete[18] dicta, multi brevi tempore morerentur. In alia vero quadam villa dum sacerdos duo funera sepeliret, nuntiantur illi iam 11 vitam finivisse, quo audito stupefactus, vix officium complens, e villa fuga elapsus est.

Hoc anno in Thuringia post bellum principale ad plagam cumulandam particulares discordie sunt in ipsa multiplicate, adeo ut ministeriales suis etiam dominis et nobilibus contumaciter rebellare presumpserint. Nam Berengerus de Meldingen adiuncto sibi Giselhero de Tullestete cum 70 armatis, burgravium de Kirchberc et illos nobiles de Lobede impugnans, dum magnam gregum predam 5. Kal. Octobris iuxta villam Gene[19] dictam violenter abegisset, dictus burgravius, in Domino confisus cum paucis insecutus est illum iuxta villam Madala[20]. Ubi viriliter cum eo committens, victoriam adeptus est, pluribus ibidem vulneratis, ipsumque belli auctorem graviter vulneratum cum aliis 20 captivavit.

Hoc anno 8. Kalend. Martii obiit Albertus miles nobilis de Vipperh. Hoc etiam anno 3. Idus Februarii dum pincerna Rudolfus[d] cooperantibus sibi marchionis militibus plures villas incendio vastasset, Heinricus[e] comes de Glychen adiunctis sibi quibusdam comitibus, iuxta villam Muhlhusen cum eo infeliciter conflixit. Ubi dum iam dictus Heinricus comes pene victoriam adeptus fuisset, burcgravius superveniens, ipsius gaudium convertit in luctum. Nam occulto sed non iniusto Dei iudicio quatuor ibi comites, Guntherus[f] videlicet de Kevernberc[g] cum Bertholdo filio suo et Gunthero de Blanckenberc cum fratre suo Heinrico de Swarzeberc, cum aliis 20 militibus et suis, captivi deducti sunt. Hanc itaque vindictam ille de Kirchberg non immerito passus creditur, quia[h] ausu temerario Babenbergensem episcopum captivare non verebatur.

Hoc anno auctoritate legati mutatum est festum dedicationis ecclesie fratrum predicatorum Erphordiensium, et transpositum in proximam dominicam post ascensionem. Eodem anno ac die dedicatum est ibidem altare beate Virginis a L. Nuvenbergensi episcopo.

Hoc anno 7. Kalend. Februarii villa Novum-Forum dicta, a fautoribus marchionis capta est et incensa. Qui tertia die iterum reversi, ibidem ecclesiam violenter intrantes spoliaverunt, ac ipsum plebanum dominicum corpus ferentem graviter vulneraverunt. Insuper idem supradicti 11. Kal. Martii castellum Eckenstede dictum ceperunt.

1249. Anno Domini 1249 Sifridus archiepiscopus Maguntinus postquam per universam diocesim suam omnes prepositturas ac meliores parrochias vacantes auctoritate domni pape per biennium sibi usurpandi recepisset, dictus papa non his contentus, apposuit adhuc ipsum sublimare ac legatum Germanie constituere. Sed terribilis Deus in consiliis super filios hominum, cuius iudicia abyssus multa, qui humilia respicit, et alta a longe cognoscit, huius immense dignitatis gloriam intercidit. Nam cum esset in expeditione cum rege ante curtem regiam Ingelnheim dictam, cepit infirmari, venitque Pinguiam; ubi 7. Idus Marcii diem clausit extremum. Cui Cristanus maior prepositus Maguntinus successit.

Hoc etiam anno in die palmarum supradicta regalis curia a rege Wilhelmo viriliter expugnata est.

Mart. 28. Hoc etiam anno circa partes Burgundie in comitia Savoya, quidam mons lapidosus et altus scopulatim scissus est, et corruens unius fere leuce spatium occupat, ac duo cenobia,

a) regressus *legendum esse videtur.* b) *ita* 1. supra 2. d) *vocem supplevi ex* 3. e) *vocem supplevi, deest* 2. f) *nomina* 3. *praebet.* g) Revenberc 2. h) qui 2.

17) Misnensis. 18) Günstädt. 19) Iena? 20) Madela.

nigrorum videlicet monachorum ac Premonstratensium, cum 10 villis oppressit, occisis ut 1249. dicitur ibidem fere mille hominum. Ipseque etiam eiusdem terre comes dictam ruinam vix effugiens, milites et servos ibidem amisit.

Hoc etiam anno cum hi qui de parte marchionis erant, ante Erphordiam 7. Idus Septembris venissent, cives quidam de pauperioribus et inermes egressi, dum veluti artis bellandi ignari hostes propellere niterentur, 46 ex eis captivi abducti sunt, quidam occisi, non pauci vulnerati.

Hoc etiam anno 5. Kal. Ianuarii flante aquilonari vento, mare minoris oceani tanta violentia maritimis terris appulsum est, ut citra villam Hamburc 300[a] periclitate referantur; quot autem in Hollandia vel Fresia seu ceteris maritimis regionibus perierint, novit Deus, qui per tales eventus terrorem hominibus incutere solet.

Hoc anno cenobium sanctimonialium in regia villa Eschenewege invasum est[b] a Gunthero de Arnsperg, quia cives huius ville voluerant se marchioni tradidisse, sicque illa nobilis ecclesia peccatis civium[c] exigentibus est humiliata.

Anno Domini 1250.[d] Cristianus[e] Maguntinus archiepiscopus in vigilia nativitatis Domini Erphordiam veniens, 1250. honorifice a clero susceptus est, et a civibus in ecclesiis sancti Petri et sancti Severi, et in ecclesia beate Virginis per[f] Lambertum eiusdem ecclesie prepositum[19]; cui clerus Erphordiensis ac tocius prepositure fecerat obedientiam; quem preterito anno defuncto Sifrido Moguntino, domnus papa eodem[g] investiverat beneficio. Tandem huiusmodi controversia sopita, dictus presul Heinricum Sancti Petri abbatem iam valetudinarium absolvit, Volmarum eiusdem ecclesie quondam monachum, sed nunc Bursveldensem abbatem[h] subrogans eidem. Post hec divina favente clementia dominici corporis sacramentum quod in anni preteriti autumno in ecclesia beati Martini hospitalis a quodam malefico furto sublatum fuerat ac in piscina quadam diabolico instinctu submersum, eodem malefico per confessionem prodente, repertum est; quapropter dictus pontifex Cristianus[i] convocato toto civitatis clero, ad locum ubi hoc terrificum sacramentum reconditum fuerat perrexit, ac inde sumptum sollempni cum processione in ecclesia beate Marie devote collocavit.

Hoc etiam anno 2. Kal. Martii marchio Misnensis in Mulhusen provinciali presedit iudicio; ubi presentibus multis terre baronibus, pacem firmiter atque stabiliter iuramento confirmavit, sicque terre eiusdem principatum licet a Friderico quondam imperatore, nunc autem deposito, festiva vexillorum exhibitione sibi contraditum, violenter ac iniuste occupavit. Dein tertia die veniens Ysenacum, a ducissa Brabantie sub nomine tutoris ipsius filii, nobile illud castrum Wartberc cum tota Hassie terra ad annos 10 commodatum suscepit.

Hoc anno novum belli genus, imo dolose traditionis, auditum est. Nam cum Bremensis presul et comes Holsacie contra regem Dacie bella moverent, ipsius germanum nomine Abel, ducem videlicet Iutie[k], sibi quoquo modo associaverunt. Qui fratri suo in dolo confederatus, dum in regia villa Slesvic pacifice convenissent, non sicut Abel sed sicut maledictus Cain fratricida, dictum regem in vincula iecit, ac navi impositum atque deductum, non longe a civitate in quodam loco decollari precepit. Qui fratrem quendam ordinis predicatorum advocans, ubi melius potuit confessus, deinde lictorem rogavit, ut se primum membratim truncaret ac sic decollaret. Quod factum est. Corpus ipsius armis involutum fluvio immerserunt 5. Idus Augusti. Post hec nutu Dei idem corpus quesitum et inventum, in predicta civitate in ecclesia fratrum predicatorum honorifice sepultum est.

Hoc anno perniciosa discordia inter regnum et sacerdotium iam 13 annis habita, ex parte fuit sedata; nam Fridericus quondam imperator Idibus Decembris in Sicilia est defunctus, ac in Palerma sepultus.

Hoc anno cunctis ab exercitu fidelium in Damiata ut sibi videbatur dispositis; — fecerat enim rex Francie in illa episcopatum, prebendas et canonicos ob cultum divinum; — sed quia nemo potest dominis servire diversis, Deo scilicet et carni; — nam rex Francie inani gloria elatus solus exclusis ceteris peregrinis bellorum victoriam sibi suisque voluerat

a) *scil.* naves. b) e. i. e. *supplevi, cf. infra a.* 1251. c) p. c. *desiderari videbatur,* 2. *lacunam habet.* d) *anno* 1249. *adsignat Gudenus; et vigilia natalis ad eum pertinebat, natal. ipse anno* 1250. e) Cristanus *hic* 1. 2. f) *ita* 1. preter 2. g) *deest* 1. h) *deest* 1. i) XIX. 2. k) *ita corrigo;* tuscie 2.

19) comitem de Gleichen.

1250. adscribi, nec pugnantium predam equaliter dispertiri, — quapropter dum in quarta feria
April. 6. post octavam pasche exercitus Domini cum Sarracenis fiducialiter committeret, occulto Dei iudicio victus est, capto rege Francie et occiso quoque fratre ipsius Ruberto, ac sicut narravit Eberhardus magister Alamannie fratrum domus Teutonie, qui huic presens interfuit conflictui, cesis 36 milibus et 15 milibus captivatis. Dixit insuper 4 milia ad perfidos[a] propter victus penuriam transfugisse per apostasiam. Sic itaque reddita Damiata, rex centum milibus marcarum[b] suam redemit captivitatem, addens insuper fide data, se non amplius suis diebus Sarracenos impugnaturum.

1251. Anno Domini 1251. domnus papa comperta Friderici quondam imperatoris morte, de regni negotiis diligenter deliberans, quendam Hugonem cardinalem ordinis fratrum predicatorum de suo latere legatum misit in Alamaniam ad Wilhelmi regis confirmationem. Qui veniens Maguntiam, eius ecclesie presulem Cristianum, cessionem a papa noviter petentem deposuit, assignans eidem per totam Maguntinam diocesim unam in qualibet ecclesia conventuali prebendam, subrogando nichilominus ipsi Gerhardum, Silvestris comitis filium.

Hoc etiam anno sicut olim contigit circa tempora Salvatoris, ut tangitur in actibus apostolorum de Theoda mago falso[c], qui magno Iudeorum exercitu ad Iordanem congregato, inani spe promisit illos post triduum se per Iordanem sicco vestigio transducturum, quem preses Syrie insecutus, ibidem cum multis interimitur . . . .

Hoc anno 4. Idus Septembris Erphordie magnum fuit incendium a Novo-Opere usque ad hospitale.

Hoc anno in ieiunio autumpnali sollempnes celebrati sunt ordines Erfordie in ecclesia sancti Petri ab Heinrico Hildesheimensi episcopo.

Hoc anno 4. Kal. Ianuarii regia villa Eschenewege[d] fuit expugnata : duce Brunswicense, expulsis his de monte, qui dominarum claustrum incastellaverant, turrim unam cum ecclesia preter sanctuarium destruentes, earumque lapides ad munimen civitatis distrahentes.

1252. Anno Domini 1252. Wilhelmus rex consilio et auxilio legati, ut creditur, filiam ducis Brunswicensis duxit uxorem. Cum igitur ipsas nuptias 8. Kal. Februarii, in quo beati Pauli conversio contingitur, Brunswic celebraret propter imminentem quarto die septuagesimam, fortuito candele casu ipsa thalami caminata fuit incensa; multoque ibidem apparatu regio vel ornatu consumpto, sponsus cum sponsa, Domino auxiliante, quasi nudi vix periculum mortis evaserunt. His denique nuptiis dictus legatus ac Maguntinus electus cum quibusdam aliis episcopis interfuisse[e] referuntur; sicque rex magnum huius terre ac principum sibi conquisivit favorem.

Febr. 4. Hoc anno Gerhardus Maguntine sedis electus in dominica Exurge[f] Erphordiam veniens, ab huius civitatis clero honorifice susceptus est. Qui ibidem ieiunio vernali diaconatum in sabbato Sitientes sacerdotium adeptus, statim predecessorum suorum sententiam in marchionem Misnensem et Brabantie ducissam pro feudis ex obitu Heinrici regis episcopatui solutis, et a iam dictis iniuriose detentis, promulgatam confirmavit, omnes civitates ac villas, ipsorum iurisdictioni per Hassiam atque Thuringiam subiectas, sub interdicto ponens. Qui postea vocatus a legato, Magdeburg pervenit, ac dein Brunswic cum rege veniens, in die
Mart. 24. palmarum ab Eboracense[20] archiepiscopo in pontificalem sublimatus est dignitatem. Ubi etiam sequenti die rex Wilhelmus a marchione Brandenburgense ac duce Saxonie ceterisque huius terre magnatibus in Romanum sollempniter electus est principem. Eodemque tempore cives Goslarienses fecerunt similiter. Itaque prefatus rex Wilhelmus de die in
Mart. 29. diem tam coram Deo quam coram hominibus crescens, in die parasceues magnum devotionis et humilitatis prebuit exemplum, ita ut per civitatem supradictam Brunswicensem laneus ac nudis incedens pedibus, sanctorum visitaret[g] ecclesias largasque erogaret elemosinas. Multa denique de eo predicabantur virtutum insignia. Nam pacis amator, iustus atque districtus iudex, moribus maturus, pius ac mitis apparebat et humilis. Quapropter cooperante sibi Dei gratia, per Romane sedis legatum, omnium fere principum sibi conciliavit favorem, excepto duce Bawarie, qui genero suo Conrado, filio quondam imperatoris, in sui honoris ac ditionis periculum pertinaciter adherebat. Rex etiam Boemie pretiosis atque

a) *ita legendum iam Boehmerus suspicatus est,* persidos 2. b) *ita Boehmerus iure suspicatur,* milionum 2. c) *lacunam indicat* 2. d) esschenewego 2. e) interfuerunt 2. f) 2. Non. Febr. 3. g) visitavit 1.

20) id est Ebredunense, ut Boehmerus adnotat.

regalibus muneribus[a] in signum electionis ipsum honoravit, post hec iam sepe dictus rex 1252. Wilhelmus in septimana post albas Merseburc venit, ubi Magdeburgensis archiepiscopus Apr.8–13. et marchio Misnensis, manus ei dantes, sua ab ipso feuda receperunt. Post hec sollemnem rex indixit curiam Kalendis Iulii Frankenevurt celebrandam; in qua tamen, eodem fere tempore defunctum suum graviter lugebat socerum. Eidem itaque curie isti principes interfuisse referuntur, episcopi Maguntinus, Coloniensis, Leodiensis, Spirensis, Argentinensis; dux Brunswicensis nuper defuncti filius, preter abbates plures et comites et barones; ubi rex ducem Bawarie sententie proscriptionis innodasset, si per quosdam interceptum non fuisset.

Hoc etiam anno pridie Kalendas Iulii Abel rex Dacie iusto Dei iudicio a Frisonibus occisus est. Qui non solum germanum fratrem, sed multos Lubecensium civium noviter in dolo peremerat.

Hoc anno 3. Nonas Novembris obiit in Argentina magister ordinis fratrum predicatorum, frater Iohannes episcopus.

Hoc anno Erfordie instaurata et autenticata fuit ab electo Maguntino ecclesia super piscinam sita, in qua dominicum corpus inventum fuerat, et assignata duobus clericis ad procurandum ibidem obsequium divinum.

Hoc etiam anno Maguntinus a clero suo vicesimam exegit.

Hoc[b] anno 19. Kalend. Aprilis[c], quidam viri militares ac presumptuosi contra regiam villam Muhlhusen conspirantes, quosdam armatos curribus impositos occulte circa solis ortum eidem ville inducendos procuraverunt, annonam super se positam ostendentes. Quibus ingressis, ipsas civitatis portas tamdiu nitebantur occupare, donec ipsorum complices introissent. Quod ut cives percaute cognoverunt, sonantibus campanis ad arma conclamabant, et viriliter se defendentes, 13 ex adversariis trucidabant, eosdem in una fossa simul subterrantes, pluresque ex aliis in fuga vulnerantes.

Hoc anno infra sexagesimam soror Margareta, regis Heinrici, filii Friderici imperatoris, Febr. 3. relicta, relicto summo sponso suo Iesu Christo, quem in facie ecclesie publico voto emisso habituque religionis assumpto fideliter elegerat, filio regis Boemie F.[21] duci videlicet Austrie nupsit, cum tamen affinitate forent coniuncti.

Hoc etiam anno marchio Misnensis Thuringiam veniens, 7. Kal. Septembris in Mittelhusen[22] provinciali presedit iudicio, pacemque cum terre baronibus confirmavit. Dein tertia die .......... castrum obsedit ac in deditionem suscepit, ipsius castri dominum captivum abducens.

Hoc anno in cena Domini sunt invente reliquie beati Wicberti abbatis; ac postea in vigiliis beati Iohannis baptiste auctoritate domni legati atque Maguntini sub translationis titulo, eadem translatio populo sollemniter est manifestata.

Eodem anno 4. Kal. Octobris obiit frater Helwicus lector minorum fratrum.

Anno Domini 1253. dum supradictus legatus pro quodam theoloneo fere per annum 1253. excommunicationis sententia Maguntinum innodasset, ac illius sententiam contra marchionem Heinricum[d] cassasset, circa pascha reconciliati sunt[e]. Apr. 20.

Hoc etiam anno Nonis Aprilis obiit Wildebrandus Magdeburgensis archiepiscopus.

Hoc[f] etiam anno Cristianus Maguntinus archiepiscopus hospitaliorum ordini se tradidit.

Hoc etiam anno Maguntinus cuidam Theodorico episcopo[23] de minorum fratrum ordine vices suas in Thuringia commisit; qui Erphordie septimana pentecostes ordines celebravit, ac in festo apostolorum ad fratres predicatores sacras virgines velavit.

Hoc anno Flandrensis comitissa coadunato copioso exercitu Francorum atque Flandrensium, scilicet 150 milium pugnatorum, direxit contra regem Wilhelmum. Qui 3. Nonis Iulii navigio ex mari velut locuste prodeuntes, suo infortunio ad terram Zelandiam venerunt, ac ipsorum aliqui quandam villam vastabant incendiis et rapinis. Quibus frater regis Florentius cum ipsius consanguineo dicto .......... qui eodem die dictum Florentium gladio accinxerat militari, potenter accurrens, post multos et diversos conflictus, contra eos victoriosum obtinuit triumphum: ita quod de tanta multitudine nullus evaderet,

a) *lacuna in* 2. b) *anno* 1250. *adscribit, et anno* 1252. *paullo aliter narrat* 3. c) in die Tiburcii et Valeriani que fuit 6. feria ante palmarum 3. d) latam 2. e) *hic codicem* 1. *desinere Gudenus p.* 637 *adnotat.* f) *haec anno* 1251. *adsignat* 1.

21) Przïemysl. 22) an Mittelhausen Wimariense? cf. supra p. 37 l. 29. 23) Virunensi.

1253. innumeris in mari submersis, ac quibusdam ad 5000[a] trucidatis[b], inter quos Guidonem Flandrie comitem, Iohannem fratrem ipsius, comitem Barensem et fratrem eius comitem de Gines, et quam plurimos nobiliores Flandrie, nec non burgenses ditissimos captivos, rex duris mancipari mandavit vinculis, magnam insuper plebis multitudinem regia liberalitate terre sue misericorditer remisit. Sunt autem in eodem bello que in potestatem regis concesserunt, ex scyphis et scutellis argenteis 300[c] marcarum estimata, preter naves.

Hoc anno in oppido Misnensi quoddam valde commendabile contigit miraculum. Nam plebanus dicte ville dum ad visitandum in vicinia infirmum cum corpore Domini de ecclesia procederet comitante populo, asinus quidam ad viam depascens, inter plures more solito stabat, qui populo spectante atque geniculante, velut animal rationale toto corpore prostratus suum venerabatur creatorem. Et ne casus hic etiam non miraculose contigisse videatur, in reversione sacerdotis idem factum protinus iteravit. Huius rei testes ipsum factum videntes sunt abbas Cellensis, lector fratrum predicatorum in Vriberc, et magister Christophorus protonotarius.

24 Hoc anno 3. Idus Aprilis obiit Fridericus dictus de Tuna[24].

Eodem anno Theodoricus dictus episcopus 4. Idus Iulii in claustro beate Marie virginis capellam, sequentique die cum sollemni processione cleri, iuxta fontem in quo dominicum corpus fuerat inventum, ad ecclesiam construendam primarium posuit lapidem.

Hoc anno 3. Nonis Octobris dedicata est basilica beate Virginis Erphordie ab episcopo Theodorico[d], tribus aliis episcopis cooperantibus, quorum unus erat de ordine Cisterciensium, alter de ordine minorum, tertius de ordine domus Teutonice.

Eodem[e] anno Cristianus Magontinus quondam episcopus, Parisius defunctus est, ac in domo hospitaliorum sepultus.

1254. Anno Domini 1254. illam periculosam discordiam inter episcopum Ratisponensem et Bawarie ducem divina volens clementia consopire, cuidam viro plebeio mandavit, ut eidem duci constanter intimaret, quod si cum dicto episcopo infra octavum diem non componeret, mortis discrimen non evaderet. Quod vir ille dum intrepidus dicto duci enarrasset, et ille hec verba quasi deliramenta ridendo parvi pendisset, prefato die cum[f] idem tyrannus in suo stratu quiesceret securus, divine sententie vindicta contactus, voce terribili clamans expiravit.

a) V. 2. b) captivatis *legendum esse videtur.* c) *an* ccc = 300,000? d) Nuwenburgense 3. e) *haec quoque anno* 1251. *adsignat* 1. f) *deest* 2.

24) Dohna? Tonna?

# ANNALES VETEROCELLENSES.

*Codex bibliothecae universitatis Lipsiensis Nr.* 350 *membranaceus saeculi XII exeuntis in folio, olim* Liber Celle sancte Marie *sive* Veteris Celle, *coenobii ordinis Cisterciensis olim Altenzelle, ab Ottone marchione Misnensi a.* 1185. *ad Muldam Freibergensem constructi, tres libros continet saeculo XII exaratos. Ultimo loco inde a folio* 132 *summam de privilegiis ordinandis, primo loco opera quaedam Bedae et Rabani, in medio autem inde a folio* 94 *chronicon Hugonis de Sancto Victore exhibet. Cuius quidem tabulae annales primi scribae manu usque ad a.* 1183. *productae, manu saeculi XII exeuntis notitias tum ex Ekkehardi Uraugiensis chronico usque ad a.* 1125, *tum ex annalibus Sancti Petri Erphesfordiensis usque ad a.* 1166. *haustas paucissimis aliis intermixtas praebent, quibus saeculo XII exeunte, XIII, et XV aliae diversis manibus notitiae interspersae sunt. Continuatio annorum* 1183—1243. *folio* 125' *postea addita, et anni usque* 1427. *foliis duobus* 126. 127 *codici insertis scripti sunt, quibus deinde additiones diversorum usque ad a.* 1432. *accesserunt. Alius postea scriba notas folii* 127' *excerptas folio* 128 *inscripsit, et foliis usque* 131 *sequentibus annos usque* 1578. *paucis tamen adnotationibus ornatos addidit. Huius libri excerpta postquam a.* 1704. *Tenzelius in bibliotheca curiosa p.* 1063 —1067 *et Eccardus in historia genealogica principum Saxoniae p.* 99—104 *evulgaverunt, integros annales inde ab a.* 801. *Menckenius in SS. Germ. T. II, p.* 435—446 *publici iuris fecit atque „Chronicon Vetero-Cellense minus" inscripsit. Ea editio minus utilem se praebet, quod in ea diversa notitiarum aetas haud agnoscitur; quo vitio Waitzii nostri opera, qui codicem a.* 1841. *cum editis contulit*[1], *feliciter sublato, iam textum sistere licet ita comparatum ut suae quaeque aetati adscribantur.*

801. Karolus primus accepit imperium Romanorum et imperavit annis 13 mense 1 diebus 4.
809.[a] Sanctus Ludegerus episcopus obiit.
810. Sol et luna bis defecerunt *etc. ex Ekkehardo.*
968. Episcopatus Misnensis sumpsit exordium.
1048. Heinricus imperavit annis 11.
1050. Pagani, qui Luticii dicuntur, Wirbinam obtinent[b]

a) *reliqua omnia ex Ekkehardo sumpta sunt.* b) *haec aliaque manus s. XV ex. adiecit:* 1085. Bohemia fit regnum antea ducatus sub Henrico tercio imperatore. Henricus III. imperator Maguncie in presencia electorum tam spiritualium quam secularium principem Wratislaum ducem Bohemie magnifice decoravit, coronam regalem capiti suo imponens, sublimavit in regem; precipiens archiepiscopo Treverensi, ut Prage in ecclesia metropolitana iuxta mor in unctionis Romanorum regum, hoc est in capite, pectore, inter et trans scapulas atque manus ungat in regem et ipsum regalibus insigniis in proprio suo regno decoret. Quod et fecit et tam ipsum quam uxorem suam corouis regalibus insignivit. Que unctio iuxta morem Romanorum regum in coronacione singulorum regum Boemie in eius perhennem memoriam iugiter observatur. Idem rex fundavit ecclesiam Wissengardensem magnifice et ibidem requiescit in Domino; sedes est parrochalis.

1) V. Annales nostros T. XI. p. 351. 352.

Hugo. 1105. Heinricus imperator patrem suum eiecit regno.

1111. Hic captus est Paschalis papa ab Heinrico Teutonicorum rege.

1112. Tachelmus seductor predicavit[a].

Ann. Erph. 1115. Pugna fit in Welpesholthe.

Milleno centeno quindeno ruit anno
In Welpsholt mense Februo gens Saxonum ense.

Hugo. 1120. Premonstratum cepit.

1124. Honorius secundus sedit annis 5 mensibus 2.[b]

1124.[c] Otto Misnensis marchio Cellensem, Teodericus Lusizensis marchio Dobrelugensem, Dedo Lusizensis marchio Cillenensem. Fridericus comes de Brene Brenensem ecclesias feliciter fundaverunt. Patri istorum Conrado comiti de Witin porrexit Liuderus imperator utramque marchiam. Marchio Henricus tunc dictus de Ilburch, sine herede obiit; similiter Henricus Lusizensis marchio ipso anno sine herede obiit. Addita etiam fuit eidem tota proprietas dictorum marchionum per interventum neptis sue Richize imperatricis. Tyrus a christianis capta est.

1125. Carum tempus.

1126. Lotharius annis 12 mensibus 3.[d]

Ann. Erph. 1133. Eclypsis solis fit 4. Nonas Augusti in meridie, et tenebre facte sunt, stelle quoque apparuerunt, et terra rore maduit.

1136. Lotharius[e] cum exercitu Ytaliam peciit.

1137. Sanctus Otto Babenbergensis episcopus obiit. Lotarius in redeundo de Ytalia obiit, sepultus est Luthere.

1138. Cunradus 4. Idus Marcii unctus est in regem Aquisgrani[f].

1145. Expeditio christianorum facta est ad Ierusalem, cum Cuonrado rege.

1146. Frater Rudolphus predicavit.

1147. Iste[g] rex dedit Conrado predicto marchioni et suis posteris proprietatem comicie[*] in Rocheliz.

1148. Sanctus Malachias episcopus obiit.

1149. Cuonradus rex de peregrinatione rediit.

1152.[h] Cunradus rex obiit 14. Kal. Mart., sepultus est Spire; cui successit Fridericus fratruelis eius, unctus est Aquisgrani 7. Idus Martii.

1153. Sanctus Bernardus Clarevallensis abbas obiit[i].

1160. Inicium scismatis[k].

1162. Fridericus imperator Mediolanum destruxit. Fames pervalida fuit eodem anno.

1163. Excidium Moguntie factum ab imperatore Friderico. Heretici combusti sunt Colonie; e quibus una mulier se dedit precipitem in ignem nullo cogente.

1164. Corpora trium magorum translata sunt Coloniam.

1166. Facta est expedicio super Romanos. Occisi sunt Romanorum 10 milia 4. Nonas Iunii; et pridie Kalendas Augusti imperator Fridericus Romam potestative ingressus est[l]. Obiit Renoldus Coloniensis et Alexander Leodicensis, et Rodenburgensis dux bone indolis, aliique plures in eadem expeditione mortui sunt.

1170. Thomas archiepiscopus Cantuarie occisus est.

1173. Tussis magna fit.

1175. Inicium Celle sancte Marie 6.[m] Kal. Iun.

1177. Scisma finitur.

1179. Rome concilium Alexandri pape. Henricus primus abbas Celle sancte Marie obiit[n].

1187.[o] Witelebus secundus abbas Celle sancte Marie obiit. 14. die Iulii Saladinus, interemptis mille et ducentis milibus equitum et triginta milibus peditum, cepit sanctam crucem.

Annus millenus, centenus et octuagenus
Septimus, in fine Iulii vincis Saladine[p].

a) *s. XIII. XIV. additur:* 1113. Hoc tempore Gracianus compilavit corpus decretorum. b) *hucusque breves notae chronicae Hugonis a S. Victore adiectae. Sequitur folium* 125′ *quod a.* 1124—1243 *continet, s. XII. ex. adiectum.* c) *haec aliaque plura manu s. XII. ex. scripta sunt; manu s. XIII. inseritur:* Fundatum est monasterium beati Petri in Sereno monte a Conrado Misnensi marchione patre Ottonis marchionis, et Teoderici Lusizensis marchionis et Dedonis marchionis et Friderici de Bren comitis et Heinrici de Witin comitis. d) *saeculo XIII. additur:* 1132. Initium Porte sancte Marie[1]. e) lotarius *corr.* lotharius. f) *haec aliorumque paparum nomina una manus s. XIII. ex. adiecit:* 1143. Eugenius III Tuscus sedit annis 8 mensibus 4. Hic fuit ordinis Cisterciensis. Huic scripsit sanctus Bernhardus libros de consideracione. Hic canonizavit sanctum Henricum imperatorem. g) *eadem manu qua a.* 1124. *) *ita conicio*, comine *cod.* h) Anastasius IV. sedit annis duobus *saec. XIII.* i) 1154. Adrianus IV. sedit ann. 6. imperatore Friderico *saec. XIII.* k) Alexander III. natione Tuscus sedit ann. 22. Hic exulavit pluribus annis et tres successive substituti, quibus mortuis revocatus est et 2 concilia celebravit. *saec. XIII.* l) ingsus *c.* m) VIII. *corr.* VI. n) *saec. XIII. exeunte inseruntur:* 1181. Inicium Fribergensis civitatis. 1182. Lucius III. sedit annis 3 mensibus 2, imperante Friderico. 1185. Hic facta est strages in Vriberch. 1186. Urbanus III. natione Mediolanensis sedit anno 1 mense 1 diebus 3. o) *notae annorum* 1187—1195 *saeculo XII. exeunte vel ineunte saeculo XIII. scriptae sunt.* p) *saec. XIII. exeunte:* 1187. Clemens III. sedit annis 3 mensibus 8. 1188. Gregorius VIII. sedit mensibus 4.

1) Schulpforte.

1189. Otto marchio captivatus est ab Alberto filio suo.

1190. Fridericus imperator in expeditione Iherosolimitana in aquis obiit. Hic obiit Otto marchio Misnensis[a]. Hoc tempore presente imperatore principes, et multi nobiles 1184. Ann. Peg.
Erfordie in cloaca, fractis trabibus, sunt submersi.

1195. Albertus marchio Misnensis et uxor eius Sophia intra 30 dies obierunt[b].

1198. Dedicatum est monasterium Celle sancte Marie Kal. Novembris.

1202. Cuonradus Herbipolensis episcopus occisus est[c].

1209. Monasterium in Misna c mburitur.

1211. Otto deponitur. Fridericus inperator eligitur.

1212.[d] Hoc tempore tradita fuit Lipzic a rege Friderico.

1215. Concilium Innocencii pape III.[e]

1217. Otto imperator obiit 13. Kal. Iunii[f].

1225. Frater Engelbertus Coloniensis archiepiscopus a Friderico comite occiditur, et hic eodem anno capitur et in rota confringitur.

1227. Occiditur Otto Traiectensis episcopus apud castrum Kůvorde[3] et alii multi[g]. 3

1234. Obiit Rudegerus quartus abbas in Cella.

1236. Translata est sancta Elysabeth.

1239.[h] Herwicus III. abbas Celle sancte Marie virginis obiit[i].

1241. pridie Nonis Octobris eclipsis solis facta est post meridiem, et stelle aparuerunt. Celestinus IV. natione Romanus sedit diebus 17. Hic Tartari Ungariam et Poloniam vastaverunt et plures occiderunt[k].

1243.[l] Innocencius IV. sedit annis 12. Hic deposuit Fridericum imperatorem. Constancia marchionissa obiit, mater lantgravii et marchionis Theoderici.

1244. Innocencius papa IV. magnam pecuniam misit regi Heinrico, qui fuerat lantgravius Thuringie, ut ipsum ad imperium promoveret.

1246. Fridericus inclitus dux Austrie occisus est in bello[*]. Ipso anno Heinricus electus rex, quondam lantgravius Torungie, obiit.

1248. Damiatha a rege Francie capitur, et rursum perditur, et exercitus eius occiditur[m].

1258. Conradus Misnensis episcopus obiit.

1261. Urbanus IV. sedit annis 3 et paulo plus[o]. Hoc anno . . . . . .[p] civitate Lipz. Flagellatores in hac et aliis terris fuerunt. Hos episcopus Albertus excommunicavit et de terra expulit.

1263. Nonas Augusti fuit eclipsis solis post meridiem. 6. Kal. Novembris Albertus lantgravius et Theodericus marchio de Landesberg fratres, congressi cum duce Alberto de Brunswik apud castrum Witin, ceperunt eum cum multis[q] armatis; inter quos erant precipui Heinricus comes de Anhalt, et comes Gunzelinus de Zwerin, et filius eius, et alii quam plures nobiles.

1265. Clemens IV. sedit annis 4. Hic primo fuit coniugatus, post clericus, episcopus, archiepiscopus, cardinalis, inde papa. Cessavit episcopatus 3 annis[r].

1266. Obiit Albertus piissimus Misnensis ecclesie episcopus Kalendis Augusti.

1268. 6. Idus Octobris obiit marchionissa Agnes.

1269. Cunradinus et marchio de Baden occiduntur. Fridericus, filius Theoderici marchionis de Landesberg, nascitur anno 1269.

a) *saec. XIII. ex:* 1191. Celestinus III. sedit annis 8. Hic in die pasche consecratus, die sequenti coronavit Henricum imperatorem. b) *saec. XIII. ex:* 1196. Innocentius III. nacione Romanus, sedit annis 18 mensibus 7. Hic gloriosum Lateranense concilium celebravit, ubi multa notabilia sunt statuta. c) *saec. XV. inserta:* 1208. Fundatum est monasterium in Ozzeck per dominos de Rußenbergk. d) *quae sequuntur, diversis saeculi XIII. manibus debentur.* e) *saec. XIII. exeuntis:* 1216. Honorius III. natione Romanus, sedit annis 11 mensibus 7. Huius temporibus migravit sanctus Franciscus. f) *saec. XIV:* 1218. Heinricus marchio, filius Theoderici marchionis Misnensis nascitur. 1220. Theodericus marchio Misnensis obiit. g) *saec. XIII. exeuntis:* 1227. Gregorius IX. natione Campanus, sedit annis 14 mensibus 10. Hic compilavit librum decretalium, et Fridericum imperatorem excommunicavit. *saec. XIV:* 1231. Sancta Elisabet moritur. h) *an saeculi XIV?* i) *saec. XIV:* 1240. Albertus lantgravius Thorungie, filius Heinrici marchionis Misnensis, nascitur. k) *saec. XIV:* 1242. Theodericus marchio, filius Heinrici marchionis Misnensis, nascitur. l) *saeculi XIII. exeuntis.* *) *in loco raso.* m) *saec. XV. inseritur:* 1253. Obiit Wenceslaus rex Bohemie, pater Ottakari, sepultus Prage apud Sanctum Franciscum in loco sue fundationis. Hic rex clara dignus memoria, lesione ramusculi in venacione perdiderat oculum; ideo permansit monoculus usque ad mortem. *saeculo XIV:* 1256. 12. Kal. Aprilis nascitur Heinricus filius Alberti Thorungie lantgravii, de Margareta filia F(riderici) (*in loco raso*) imperatoris. 1257. Nascitur Fridericus filius eiusdem Alberti. 1260. Item nascitur Theodericus, filius eiusdem Alberti Turingie lantgravii. o) *saec. XIII. ex.* p) *verba quaedam erasa.* q) *e corr.* r) *saec. XIII. exeuntis.*

3) Covoerden.

1270. Margareta nobilis domina lantgravia Thuringie, filia Friderici imperatoris, fugit die sancti Iohannis baptiste; obiitque 6. Idus Augusti eodem anno.

1271. Hoc tempore gwerre inter illos de Nuzzym et de Zigerowe. Familia de Nuzzym nostra in campo violenter invadente, nostrisque defendere volentibus, vulneratus est frater Asprianus 7. Ydus Augusti in vespere. Quinta[a] feria post Invocavit cogente rerum penuria missus est conventus in Lowotsiz, qui rediit eodem anno 3. Non. Iulii.

1272. Gregorius X. . . . . . . . .[b]

1273. Nascitur Fridericus marchio de Dresden. Rudolphus comes de Habigisbach in regem eligitur.

1274. pridie Idus Iulii sepultus est piissimus Hermanus de Hunsberg ante capitulum. Requiescat in pace. Amen.

1275. Concilium fit Lugduni; gens Tatara sacre
Iura subit fidei, fit gratia consona Rome[c].

1288. F. capit A., lantgravius um[d], proles sua patrem. —
Princeps qui viruit, ruit. Orbis gemma capacis,
Pacis protector, Hector fortissimus parmam
Armaque deposuit, posuit quoque si quid amaret.
Aret corrosa rosa. Misne marchia, plange!
Ange animum obscuris curis! Ostende gementem
Mentem, lugentem gentem, quia nobile nostrum
Ostrum, terrarum rarum iubar, inclitus Misni[e]
Marchio, Misnensis Henricus mortuus. Aret
Quem nisi Cellensis domus indigne tumularet.
Hic postquam moritur, oritur confusio terris.
Editur[f] anxietas, etas quevis ululatum
Latum diffundit, fundit cum gwerra tumultus
Multos in proceres. Ceres ardet et oppida ville
Mille incensores. O res miseranda nefanda
Fandaque cum lacrimis imis . . . . . dira procella
Cella tuos tua . . . lato vastavit . . . . . . .

1291. 17. Kal. Septembris obiit Fridericus Misnensis et de Landisberg marchio[g].

1293. 7. Idus Maii nascitur Fridericus, primogenitus domini Friderici marchionis Misnensis.

1294. Rex Alamanie Adolfus obsedit Wartburch[h]. Lipcz subicitur ipsi.

1296. Terram Misnensem tibi, rex Adolfe, per ensem
Subdis, sex denis ex arce Vriberg[4] iugulatis[5].

1298. 6. Idus Iulii dux Austrie Albertus interficit Adolphum regem Romanorum, et successit ei in regno.

1303. Anno milleno treceno quoque trino
Philippi festo nivis venti memor esto
Et marcescentes[i] segetes facte virentes.

1304. Wilhelmus abbas Cellensis submersus fuit in Albea[k].

a) *pertinent fortasse ad a.* 1272 *aut* 1273. b) *erasa sunt.* c) *saec. XV. inseritur:* 1278. Ottakarus gloriosissimus Bohemorum rex quintus occisus est in bello a Rudolpho rege Romanorum prodicione et tradicione Milote capitanei sui, qui contra regem Ottakarum in corde rancorem et odium gerebat antiquum; quem tamen ipse rex per totum marchionatum Moravie constituit capitaneum. De cuius tamen morte vehementer doluit Rudolphus rex Romanorum. Sic ergo rex Boemie occisus Pragam deducitur et in Pragensi ecclesia honorifice sepelitur. Secundo anno regni ipsius intravit idem rex potenti manu Prussiam et convertit eam ad fidem Christi. Etiam castrum et civitatem fundavit in sui memoriam vocans Montem regalem, alias Kunigsberg. Et ne redirent ad vomitum, dedit terram ordini cruciferorum de domo Theutunica, et reversus est feliciter Bohemiam. Hic rex fundavit monasterium ad sanctam Coronam ordinis Cistercii. d) *id est:* lantgravium. e) *non plane constat.* f) Edi *non satis constat.* g) *saec. XV. inseritur:* 1292. Fundatum est monasterium Aule regie a Wenceslao filio Ottakari. h) *ita legendum videtur:* W°bruch *cod.* i) marcoscentes *cod.* k) *fortasse antiqua manu aderant, priusquam sequentibus locum cessura eraderentur; iam saeculo XV. scripta sunt, quo et haec inserta:* 1305. Wenceslaus rex Boemie, sextus filius Ottakari, obiit sepultus in Aula regia. 1306. Wenceslaus filius eiusdem iuvenis rex et unicus heres occisus est in Olomitz anno etatis sue 18. nullo herede relicto eo tempore, quo voluit procedere ad bellum. Ideo nepotes post eum regnare inceperunt in Bohemia, videlicet Iohannes pater Karroli, qui duxit sororem suam, etiam Rudolphus filius Alberti regis Romanorum, mortuus anno post, sepultus Prage in castro; post quem rexit Iohannes pater Karroli, qui fuit filius Henrici sexti imperatoris et dux Luczemburgensis.

4) Freiberg. 5) Postea Adolfus rex d. 14. Aprilis Aldenburgi coenobio Cellensi privilegia confirmavit.

1307. Eodem anno lantgravius Ticemannus obiit 4. Ydus Decembris.

1308. Henricus comes de Lucelburg in regem Romanorum eligitur.

1313. in vigilia conversionis sancti Pauli combustum est dormitorium nostrum, refectorium et omnia tecta ambitus.

1315. Occiditur Fridericus, filius domini Friderici marchionis, ante castrum Zcvencow in octava ephiphanie.

1316. Moritur dominus Fridericus marchio de Dresden in die Marci ewangeliste. — Anno Domini 1316. 12. Kal. Iulii facta est maxima inundatio aquarum in multis provinciis. Tunc destructa sunt molendina nostra in Grimmis totaliter, et quedam oppida turres et plures ville sunt omnino destructe et . . . . . omnibus videntibus inaudita contingebant[a]. Insuper caristia magna invaluit et duravit tercium dimidium anni, et innumerabilis multitudo hominum fame moriebatur.

1323. Obiit dominus Fridericus marchio Misnensis.

1325. Dominus Burkardus Meydeburgensis episcopus in vigilia sancti Mathei occiditur a civibus suis.

1332. in die Burchardi nascitur Fridericus, iunior filius domini Friderici marchionis Misnensis.

1335. sequenti die Simonis et Iude irruit ventus vehemens, qui destruxit silvam[b] monasterii t multa edificia per universam terram.

1336. in die sancti Thome apostoli nascitur Balthasar, filius domini Friderici marchionis Misnensis. Obiit nobilis domina burgravionissa Mysnensis, Willeburc dicta, die dominico ante 11 milium virginum. In eadem septimana obiit dominus Hermannus burgravius maritus eius. Eodem tempore obiit dominus Otto et burgravius de Donyn dictus Heyden.

1340. Nascitur Ludevic, filius domini Friderici marchionis Misnensis in crastino Mathye.

1342. Infra octavam purificationis corruerunt pontes in Dresden, in Praga et aliis multis locis.

1343.[c] 15. Kal. Ianuarii nascitur Wlhelmus, Fridrici marhionis Misnensis filius, pre vigilia Thome.

1346. Moritur inclita domina Mechtildis marchionissa Misnensis in die Processi et Marthiniani. Isto anno fuit pestilencia magna et werra[d]. In die Magni transfixus fuerat rex Bohemie in bello a rege Anglie[e].

1349. in crastino Valentini interfecti sunt omnes Iudei in terra Misnensi et in Thoringia. Dominus Frydericus marchio Mysnensis obiit[f].

1355. 11. Kal. Marcii in dominica Iudica facta est tempestas, fulgura et tonitrua magna nimis, et timor et tremor irruit super omnes, ita ut pulsarentur omnes campane. Et sequenti septimana facta est inundatio aquarum multarum, a quibus destructa sunt molendina nostra in Grimmis et plures ville in multis provinciis.

1361. Facta sunt cara tempora, et multi homines pre fame moriebantur.

1362. 5. Nonas Octobris occiditur Iohannes abbas Celle cognomento Mockaw a quodam milite dicto Caspar de Cu . . . ha . . . inter Dobolyn et Cellam. Eodem anno Kal. Decembris in die sancte Katherine eligitur Wicko de Miltiz in abbatem . . . . . adhuc iuvenis . . . . . . . de fico per . . . . . . . . . et coactionem marchionibus . . . ab hoc indu . . . . . . . . . . licet mis . . . . . . . . . . . . aliquid . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .

1366. Scintillatio stellarum, et hoc factum est in nocte undecim milium virginum.

1367. Facta est inundacio aquarum, quod pontes et civitates desolate fuerunt.

1370. in cena Domini nascitur Fridericus, filius Frederici marchionis Missnensis.

1371. in die Georgii nascitur Wilhelmus, filius predicti marchionis Missnensis.

1375. Conbusta est civitas in Vriberg in die sancte Gerdrudis virginis.

1376. Hic facta est expedicio super Erfordenses a domino Friderico marchione Missnensi et fratribus eius Baltazar et Wilhelmo[g].

a) Anno milleno *et alia erasa sunt.* b) Sillūa *c.* c) *idem refert hoc ad annum sequentem.* d) *vox dubia, manus saeculi XV. addit:* 1347. Ludwicus imperator dux Bavarie fuit occisus in bello a Karrolo rege Boemie, qui ei successit in imperio *etc.* e) *alia manu additur:* Iohannes videlicet. f) *manus saec. XV. addit:* qui habuit Mechthildem in uxorem, sepultus in Cella sancte Marie in terra Misnensi in cappella, quam ipse construxit in honore apostoli sui sancti Andree. g) *manu saec. XV. additur:* 1378. Obiit astutus Karrolus imperator et rex Bohemie, qui multa mirabilia

1382.[a] 13. Kalendas Marcii in civitate Kalben interiit dominus Ludewicus episcopus Maguntinensis ac provisor in episcopatu Meydeburgensi, cum multis aliis. Qui fuit frater dominorum marchionum Misnensium[b]. Item anno 1382. obiit inclitus rex Ungarie.

1385. die dominica Misericordia Domini, que fuit tunc proxima ante diem sancti Georgi martyris, dominus Otto Heyde de Donyn habuit magnum tripudium cum omnibus filiis suis et amicis, quia tunc baptizatus fuit puer filii sui; et in sequenti nocte castrum Donyn fuit interruptum per quendam dictum Hannus Koyrbitz cum suis complicibus; qui ipsum dominum cum filio suo primogenito equivoco ceperunt, et sublatis 24 equis cum aliis bonis, abierunt et filium suum secum abduxerunt. Et[c] senior dominus Heyde in captivitatem mortuus est.

1386. Irruit ventus vehemens in die Agnetis secundo, qui destruxit castra, turres, silvas plurimaque edificia civitatum atque monasteriorum. Sequente die Potentiane virginis combusta est civitas in Vriberg quasi ex toto.

1394. Captus est rex Bohemie a suis baronibus.

1397. Magister Vincencius Gruner vocatus a Praga legebat hic fratribus in loco in artibus et in theologia, hic[d] sepultus.

1398. Wilhelmus marchio cum magno exercitu Bohemiam intravit, et ante Pragam per mensem iacuit, et plures milites ibi percussit et ferarium regis destruxit, et cum salute revertitur.

1400. Dominus Wilhelmus marchio obsedit Donyn et Kunigisteyn et ambo obtinuit.

1401. Domina Elizabeth marchionissa obiit. Et ecclesia Misnensis consecrata.

1402. Obiit illustris princeps dominus Georrius marchio Misnensis, sepultus in Porta. — Captus est predictus rex Bohemorum nomine Wenceslaus a carnali fratre Ungarie rege, et ductus ab eo Wyennam, ibique in captivitate tentus per annum et aliquod tempus. Qui tandem in specie servi per Misnenses evasit, sicque reversus in regnum suum.

1406. Obiit dominus Balthazar marchio Misnensis, Thuringie lantgravius.

1407. Obiit dominus Wilhelmus marchio Misnensis, Thuringie lantgravius.

1408. Strictissima institerat yems, gelu et nivibus constricta permaximis; cui similis non recordatur.

1409. Inicium studii Lipczensis. Et expulsio magistrorum et studencium a Praga.

1410. Anno milleno quatrincentenoque deno
Prutenorum vis it Kracoviensium ab ense.

1411. Combusta est nostra villa Schere. Septimo decimo Kalendas Iunii obiit dominus Franciscus abbas Cellensis. Dominus Vincencius eligitur in abbatem.

1412. Filius eximii Friderici nascitur in Lipczk,
Dictus voce patris, indole consimilis.

1413. Dominus Vincencius visitat capitulum generale ad Cistertium.

1414. Incepit nimis sevire heresis Bohemorum.

1415. Incipit concilium Constanciense, et durat tres annos cum dimidio.

1416. Nascitur Sigismundus marchio, filius predicti Friderici, in carnis privio.

1417. Per dominum Vincencium fit piscina ante portam monasterii. Et funditur fons in ambitu per fratrem Petrum priorem dictum Pruße.

1418. Fit unio ecclesie, et Martinus quintus eligitur in papam Constancie.

1419. Construitur per dominum Vincencium domus brasii. Et ambo organa de novo fiunt.

1420. Construitur per dominum Vincencium celleraria et pinnaculum in porta. Eodem anno combusta est civitas nostra in Ruswyn. Nascitur Katherina, filia Friderici; dominus Vincencius fit compater.

gessit per astuciam suam videlicet in cronicis. Unde nota epitavium eius scriptum Prage supra sepulcrum:

*Karrolus augustus celo terreque venustus*
*Clauditur hac archa princeps mundique monarcha.*

1381. Obiit gloriosissimus princeps et dominus dominus Fredericus marchio Misnensis, qui habuit Katherinam de Hennenbergk in uxorem; sepultus in Celle iuxta patrem et matrem suam. Idem princeps fuit multum familiaris domino Karrolo quarto imperatori, qui imperator desponsavit filiam suam filio domini marchionis; sed post mortem imperatoris Wenceslaus et Sigismundus filii eius immutarunt et dederunt eam regi Anglie *etc.* Eodem anno defuncto Fridrico opidum Russwyn opposuit se domino Witigoni abbati Cellensi, et ideo fuerunt tres cives cremati ante portam monasterii.

a) *annos* 1382—1423. *saeculo XV. medio quidam, multis tamen omissis, descripsit, ex quo pauca iam vix legenda supplere potuimus* (2.) b) in civitate Kalben *add.* 2. c) *alia manu.* d) et s. est in loco isto 2.

1421. Nonas Augusti in die sancti Dominici que fuit 3. feria, bellum fuit ante Brüx, in quo Fridericus marchio hic triumphat contra hereticos.

1422. Nascitur Hinricus marchio, dicti Friderici filius, in die ascensionis Domini, id est 12. Kal. Iunii.

1423. Fridericus senior marchio Misnensis, efficitur dux Saxonie in prima ebdomada quadragesime, id est Invocavit.

1424. Dominus Vincencius construxit capellam trium regum cum coquina adiacente.

1425. Moritur Wilhelmus marchio Misnensis, frater germanus domini Friderici ducis Saxonie, 3. Kal. Aprilis, hoc est 6. feria ante dominicam in palmis in Aldinburg, ibidem sepultus.

1426. Hic ante opidum Awsk fit conflictus; nostri vertuntur in fugam et plures suffocantur.

1427. Obiit frater Mattheus doctor sacre theologie, hic in ambitu coram libraria sepultus.

1428.[a] Et obiit Fridericus dux Saxonie et marchio Misnensis, Thuringie lantgravius predictus, Nonas Ianuarii, hoc est dominica die ante epiphaniam Domini in Aldinburg, sepultus in Misna. Fridericus dux reliquit heredes Fridericum, Sigismundum, Henricum, Wilhelmum et duas filias Annam et Katherinam.

1429. Bohemi heretici hoc anno bis intraverunt terram Misnensem. Heretici[b] curiam Czadel combusserunt et fratrem Martinum .... abduxerunt et cum fratre Iohanne confessore in vigilia sancta occiderunt.

1430. Dominus Vincencius emit castrum Nossen pro quatuor milibus et ducentis florenis.

1432. Hic facta est magna inundatio aquarum, scilicet feria secunda post Margarete virginis seu die Praxedis virginis, scilicet quod Albea destruxit pontem Misnensem, pontem Dreßnensem et Pragensem et multas domos cum hominibus vivis in eis deportavit, et hoc in monasterio nostro pertranssiit aqua in horreum domini in sua curia, et multas molendinas hic et in omni terra transvexit.

1433. in vigilia Iohannis baptiste inundaverunt aque et omnia molendina nostra in Grimme funditus deduxerunt et omnes piscinas retro monasterium quasi funditus destruxerunt. Et post hoc penthecostes dominus Vincencius Keseberg emit[c].

1434. Ex dispositione concilii Basiliensis congregaverunt principes Bohemie in[d] Praga exercitum contra hereticos campestres et interfecerunt ex eis 14 milia de principalioribus, qui a principio rexerunt et steterunt in heresi. Eodem anno omnes nobiles et civitates predicti regni spoponderunt se velle subicere imperatori Sigismundo.

Anno[e] Domini 1442. obiit inclita Katherina de Brunswyg, ducissa Saxonie et marchionissa Misnensis, ibidem sepulta. Anno[e] Domini 1442. obiit Vincencius abbas Celle sancte Marie, qui multa bona fecit monasterio, in die sancti Thome.

1457. in[f] die Clementis pape et martyris obiit gloriosissimus princeps et dominus, dominus Ladislaus Hungarie, Bohemie, Dalmacie et Croacie rex permagnificus. Opinio et fama communis dicit, eum strangulando fuisse occisum a Ieorgio de Podobrant, qui tunc gerebat officium supremi magistratus curie regalis sive aule regie. Sepultus Prage in castro in sepulcrum regum. Cuius anima requiescat in sancta pace. Versus:

Heu sacer Clemens optate Ladislaus cedit.

1472. Conbusta est magna pars civitatis Friberg cum ecclesia sancti Petri et superiori monasterio ordinis fratrum predicantium.

1480. Isti missi fuerunt de nostro monasterio ad Ungariam: primo dominus Andreas Voyt abbas, Nico Rudel, Nico Nawendorff, Michael Kempt, determinator arcium, omnes in numero 15 cum tribus hospitibus et duobus conversis de nostro monasterio.

1484. Conbusta est quasi tota civitas Fribergk cum ecclesia kathedrali, ecclesia sancti Petri, ecclesia sancti Nicolai et superius monasterium ordinis predicatorum.

a) a. 1428—1432. *in inferiori marg. fol. 127' additi sunt.* b) Item Czadel combusserunt et duos fratres occiderunt 2. c) e. K. *ex* 2. *Sequuntur folia ubi* 2. *annos praecedentes descripsit et anno* 1434. *notitiam scripsit; annos vero* — 1578. *adiecit.* d) et c. e) *haec in tabula ad a.* 1342. *scripta sunt, continuatione illa nondum adiecta.* f) *manu qua supra plurima saeculo XV. inserta sunt.*

# ANNALES PALIDENSES

## AUCTORE THEODORO MONACHO.

*Suevici aevi inter scriptores locum sibi vindicant annales virorum eruditorum
desiderio diu appetiti Palidenses, qui licet omnium oculis subiecti, lucem huc-
usque effugerant. Quum enim anno* 1824. *libros bibliothecae regiae Gottingen-
sis manuscriptos lustrarem, codicem numero* 5ᵃ *signatum „Chronicon in usum
1 coenobii Polidensis ab O. C. usque ad a.* 1182“ *continentem statim notavi*[1]
*atque huic tempori et loco seposui, apographum quidem sed quem authentici
loco habere licet atque oportet.*

*Palithi curia e meridie et occidente Hercyniae silvae ad radices collis ne-
morosi qui Rumae fontem emittit, atque prope Oderam rivulum in conspectu
castrorum Herzberg et Scharzfeld sita, postquam Mathildi coniugi ab Heinrico I.
rege a.* 929. *ad tempus vitae collata est, regina tertiam eius partem monasterio
condendo adhibuit, quod ab Ottone I. a.* 952. *confirmari impetravit. Otto II a.* 981.
*coenobium Sancto Mauricio Magdeburgensi obtulit; et Norbertus archiepiscopus
circa a.* 1131. *ordinem Praemonstratensium ibi instituit, quem Conrado praeposito
impetrante Innocentius II papa d.* 20. *Mai. a.* 1138. *in perpetuum confirmavit*[2].
3 *Anno* 1163. *Ruotherus praepositus occurrit*[3], *a.* 1180. *Ulricum praepositum in
epistola Adelogi episcopi Hildesheimensis memoratum legimus; successorum eius
per tria quatuorve saecula agmen claudit Wernerus Schmedichen, quo mortuo
a.* 1534. *monasterium cum possessionibus in ditionem ducum Brunsvicensium et
Luneburgensium transiit. Clauso coenobio monachi Duderstadum commigraverunt
et praepositum sibi elegerunt Simonem Geilhard, cuius tamen ulterioribus de fatis
nihil constat. Codicum Palidensium manuscriptorum praecipuus saltem in An-
gliam transiit, ubi saeculo XVII medio Cantabrigiae in bibliotheca universitatis
publica numero G.* 85 *signatus visebatur. Notitiam eius viro docto Gerhardo
Langbainio debemus, theologo et philologo Oxoniensi*[4], *cuius in adversariis
5 manuscriptis t.* 12 *et* 15, *in bibliotheca Bodleiana hodieque adservatis*[5], *extat.
Quo igitur teste codex membranaceus in folio paginarum* 110, *primo librum
historici Palidensis ab O. C. usque ad a.* 1182, *tum fol.* 95 *et* 96 *quaedam
de Pilato et de Iuda traditore exhibet. Sequitur fol.* 98—101 *iter Godefridi
ducis ad Ierusalem et fol.* 102. 103 *alia descriptio Ierosolimitanae profectionis;
tum fol.* 107 *Notula de Sibylla Erithrea, de Sibyllis, de quibusdam quaestio-
nibus passionalium et chronicorum scilicet de Petro et Paulo eadem die inter-
fectis, de Clemente Lino et Cleto, de Decio imperatore, fol.* 109 *de* 11000

1) in annalibus nostris, Archiv etc. T. VI. pag. 200. 2) Leuckfeld Antiq. Pöldenses. 3) Neues Lausitzisches Magazin XXX. 1. p. 39. 4) A. 1658. obiisse dicitur. 5) Catalogi librorum manuscriptorum Angliae et Hiberniae 1697. fol. Oxoniae pag. 271.

*virginibus. Agmen claudit fol.* 109' *et* 110 *Visio Wettini. Langbainius librum manu proba et bene antiqua exaratum anno circiter* 1300. *adscribit propter tabulam chronologicam eo usque productam; sed quum eiusmodi tabulas saepius subsequentium scriptorum manibus produci constet, ut hic quoque notulas ad annum* 1421. *usque additas legimus, rem argumento illo minime confici opinatus, autographum potius saeculo XII medio adsigno, tum propter textus puritatem, tum quod, Langbainio referente, laciniae membranaceae manu eadem aut non multo posteriori scriptae, textui passim insertae fuerunt. Quare quum librum aut ab ipso auctore aut paullo post passim recognitum et paullisper auctum esse mihi persuasissem, summo studio ut eius compos fierem egi. Sed frustra. Nam Cantabrigiae anno* 1827. *praesens, catalogo codicum bibliothecae universitatis evoluto, nullum eius vestigium offendi, nec quae postea per filium tentavi melius successerunt*[5]. *Felici igitur ave contigit, quod apographum saltem superest, quo beneficio V. Cl. Alberti Hoeck bibliothecae regiae Gottingensis praefecti nostram in rem uti licet, et quod bene exaratum ac diligenter correctum esse laetamur, quamvis scriba nonnulla haud bene intellexisse videatur, prout ex notulis eius margini passim adiectis patet. Annorum numeros ea in parte quae praecipuam laudem meretur, nonnunquam desideras, sive negligentia scribae, sive quod magis credam propter evanidos fortasse in margine authentici ductus; quos tamen levi opera supplevi.*

*Auctor nomen suum in praefatione profitetur; tradit enim se inde a principio usque ad decimum Leonis imperatoris annum Hieronymum et Idacium exprimere et ubi is scribendo finem faciat, Theodori opus sequi, denique nomina pontificum et regum ab ecclesiasticis viris subministrata operi esse subiecta. Cui consentit rubrica anni* 487: „Hucusque Idacius episcopus; deinde Theodorus describit annales.“ *Sed haec verae libri rationi explicandae minime sufficiunt. Auctor enim universalia Ekkehardi et Sigeberti chronica usque ad a.* 1125 *operi suo fundamenta posuit, Ekkehardi quidem eam editionem quam littera* E. *signavimus secutus; tum in principio Honorii Augustodunensis Imagine mundi usus est, Gesta pontificum Romanorum, Idacium, Historiam miscellam, Gregorium Turonensem cum Gestis regum Francorum, Pauli historiam Langobardorum, Revelationem sancti Stephani papae, Annales Fuldenses, aliosque ex Einhardi Annalibus vel Reginone derivatos, Annales Hildesheimenses usque ad a.* 1137, *fortasse Annales Alamannicos et Hersfeldenses, tum vero Thietmarum, Wolfheri vitam Godehardi, Rodulfum de Diceto, Adalberti vitam Heinrici II, Wiberti vitam Leonis IX in usum suum convertit, neque Lambertum vel Brunonem ignorasse videtur. Praeterea vero in rebus ante sua tempora peractis ex fonte antiquo nobis incognito hausit, unde et Annalistam Saxonem multa derivasse videmus, quo fit, ut utrumque haud raro vel in verbis ipsis consentire, nostrum tamen passim ampliore textu praestare videamus. Pertinent eo narrationes de iuventute et electione Heinrici I regis, quem ipse primus omnium qui exstant scriptorum aucupem „vogelere“ vocat, et de victoria regis Ungarica, vita antiquior Mathildis reginae iam antea scriptorum tomo X. p.* 575 *sqq. inserta, narrationes de veste Edithae reginae, de Ottone III et vidua Crescentii, de electione Conradi II, de Wiperto confessore Heinrici III, de pueritia et incrementis Hildebrandi, de obitu Heinrici III, de Buccone episcopo Halberstadensi*

5) nec etiam in Catalogo l. m. Angliae et Hiberniae a. 1697, igitur post Langbaini obitum, luci dato recensetur; qui tamen quum saeculo antiquiorem catalogum pure repetat, librum saeculo demum XVII. bibliothecae illatum fuisse probat. Apographum bibliotheca Gottingensis ex libris S. Reimari Hamburgensis acquisivit, a. 1770. publice divenditis, quos inter numero 1575 signabatur.

*et Ottone duce, de obitu Herimanni regis; quarum tamen fides pro auctoribus quibus eas debuit diversa apparet, quod vel in iis quae ad eius tempora propius accedunt errasse convincitur. Tempore Heinrici IV. pro Saxonia patria et Hildebrando papa contra regem agit, cuius mores acerrime perstringit; tempore Heinrici V quaedam hucusque incognita de pugna Cotinense a.* 1115, *de Burdino et Calixto II refert; quae tamen eodem rege de Herimanno comite de Baden acta esse tradit, multo anteriora fuerunt, dum Herimannum* 6 *anno iam* 1074 *obiisse ex Bernoldo novimus. Eiusmodi narrationibus*[6] *noster apertam sane aurem praebuisse videtur, nec in ea operis parte desiderantur, qua inde ab electione Lotharii III imperatoris nonnisi annalibus Hildesheimensibus aliquantisper adiutus totus fere proprio Marte procedit. Scribendi initium fecit post obitum Heinrici V et evulgato Honorii libro de imagine mundi, qui a.* 1123. *primum editus, a.* 1133. *secundo et a.* 1139 *et* 1152. *tertio quartove prodiit; cuius quum nonnisi praefationem et epistolam in librum suum transscripserit, Theodorum Lotharii regno ad finem vergente annales suos inchoasse, et deinde per Lotharii, Conradi et Friderici tempora produxisse crediderim. Qua in re ita procedit, ut in universum quidem Ekkehardi ad exemplum annis regum computatis cuique anno, cuius initium a Natali Domini fecit*[7], *sua tribuat; sed quum processu temporis opus saepius retractaret, ubi res poscere videretur, antea* 8 *scripta corrigeret et augeret*[8], *quod et scedulis adiectis effectum novimus. Non igitur mirabimur, initio regni Lotharii regis ingenium et mores describi, aut a.* 1159. *non solum de oppugnatione sed etiam de captione Cremae referri, et anno statim* 1160. *miseriam schismatis depingi; nec etiam narratio de caede Herimanni comitis Wincenburgensis*[9], *fabella de animae eius post triginta annos apparitione, et annum* 1157. *mentio hominum „tunc“ viventium, de tempore quo primum scripta est dubitationem movebit. Auctor rebus temporis sui scribendis bene instructus accessit. Norberti archiepiscopi, Palidensis coloniae ducis et fundatoris, discipulus*[10] *atque familiaris cubicularii Lotharii imperatoris, huius de vita domestica alias incognita refert*[11]*; Marcolfum archiepiscopum Moguntinum magni habuit*[12], *expeditionis a Conrado III in terram sanctam susceptae* 13 *comites audivit*[13], *et schismatis magni sub Friderico I imperatore exorti causas ita exponit, ut Victorem summo iure cathedram conscendisse et Fridericum legitimum tantum ius agnovisse et promovisse intelligas. Rumores populares refert, alios improbat*[14] *alios haud reiicit*[15]. *Spirituum et sanctorum per somnia apparitiones memorat*[16].

*Inde ab anno* 1168. *auctor, si tamen eundem habemus, stilo magis magisque pepercit eumque anno demum* 1182. *deposuit. Tabulae pontificum et imperatorum operi additae notitiis nonnullis post Theodori tempora in monasterio* 17 *Palidensi subiectis praestant. In codice foliis* 21—25 *scriptae fuisse videntur*[17], *sed praefatione duce eas cum auctore apographi ad finem operis relegandas esse censuimus.*

*Quae ultimo loco habetur* Narratio profectionis Godefridi ducis ad Ierusalem, *scilicet Fulcherii Carnotensis apud Bongarsium p.* 383 *sqq. editi compendium, aeque ac* Alia descriptio Ierosolimitanae profectionis, *Hierosolimita*

6) Vide a. 1129 de fulmine, a. 1134 de muliere. 7) V. a. 1130. 1131. 8) Cf. anno 1134, 1143. 9) a. 1152. 10) »felicis memoriae Norbertus« a. 1126 scribit. 11) a. 1125. 12) a. 1141. 13) a. 1147 passim. 14) de veneficio imperatoris Graecorum iussu in peregrinos peracto a. 1148. 15) de Adalberone archiepiscopo Bremensi a. 1148. 16) a. 1153. 17) apographum enim in margine post folium 21 statim folium 26 signat; cuius anteriori parte post quaedam de Herode et *de nativitate Domini nostri Iesu Christi sexta aetate seculi* etc leguntur.

*scilicet Ekkehardi, ut in codicibus huius auctoris E. habetur et in Scriptoribus nostris Tom. VI. p.* 265—267 *legitur, omitti iure potuerunt; licet illam Theodorus ipse in compendium se redegisse scribat.*

*Glossas et additiones in apographo uncis inclusas auctori ipsi deberi existimo, omnesque textui addendas vel subiiciendas curavi. Folium quod excidit unum annos* 1105—1115. *complexum, subsidio libri vernacula lingua scripti et sub titulo chronici Luneburgici ab Eccardo editi, quodammodo restitui potest; cuius igitur textum, auctoritate codicis bibliothecae ducalis Gothanae membranacei saeculo XIII. exeunte exarati restitutum, loco suo inserui.*

*Liber Theodori mox ut viris doctis innotuit, excerptus, deindeque in annales Sancti Iohannis Magdeburgensis, Pegavienses et Alberti Stadensis derivatus esse videtur. Saeculo duodecimo exeunte apud Godefridum Viterbiensem fabulam de Heinrico Aucupe legimus, ex eodem fonte profluam; saeculo XIII. chronicon Luneburgicum multa ex nostro recepta in linguam nostram transtulit; ex his igitur libris eodem atque sequentibus saeculis narrationes maxime populares de electione Heinrici I et pugna contra Ungaros*[18] *saepius repetitae vel mutatae, in chronica Germaniae praecipue inferioris transierunt.*

## INCIPIT PROLOGUS CONSIDERATIONUM CRONICARUM.

Eusebius Cesariensis episcopus, qui ecclesiasticam conscribit historiam, librum cronicorum, hoc est de temporibus, confecit, et a Nino*, qui primus regnavit in Assiriis, et a patriarcha Abraham, a quo Hebrei sumsere principium, reliquorum regnorum et regum contemporales annos usque in vicesimum imperii Constantini augusti annum Graeci sermonis concludit historia. Post hunc successor perfectus universis factorum dictorumque monimentis presbyter Ieronimus, cognomento[a] Eusebius, examinans et collaudans opus ipsius, et de Graeco in Latinum transferens, a vicesimo anno supradicti regis usque ad quartum decimum Valentis annum texuit historiam, nonnulla adiciens quae intermissa videbantur in Romana maxime historia, quam Eusebius non tam ignorasse ut eruditus[b], sed ut Graece scribens parum suis necessariam perstrinxisse videtur. Deinde Idacius Flaviensis episcopus a Graciano* et Theodosio** qui post Valentem*** imperavit, cursum annorum rerumque gestarum partim ex studio scriptorum, partim ex certo aliquorum relatu, partim ex propria cognitione quae subsecuntur adiecit usque ad decimum Leonis imperatoris annum[19]. Postea sequitur opus Theodori, deinde ab ecclesiasticis viris pontificum et regum nomina ingesta, tempora quoque observata et descripta sunt. Verum de his aeonis et temporibus quae ante incarnationem Domini transierunt, correcti historiarum libri satisfaciunt. Sed attendendum de his quae postea descripta sunt, quosdam ordinare cupientes seriem temporum minus diligenter considerasse, a quibus operis sui viam debuerant assumsisse. Plurimi enim libri in augmento vel diminutione numerorum, in transpositione vel omissione nominum, aut cum ab alio gesta alteri attribuuntur, in tantum a considerantibus variati inveniuntur, ut vix sit aliquis qui concordet cum altero. Quorum auctores computationibus suis fidentes, et catalogis pontificum et ordini regum a quibusdam inconsiderate compositis adtendentes, a directo tramite deviaverunt; qui si omissis omnibus ceteris Eusebium in cronicorum opere, quem sanctus Ieronimus commendat transfert et augmentat, et ecclesiasticum historie ordinem inspexissent, profecto duces veritatis secuti, plurimis quaestionibus suos sequaces absolvissent. Idcirco veritatis amatores sint admoniti, ut quia his doctoribus omnis ecclesia fidem iure accommodat, caeteris postpositis libris ac auctoribus, ab his ordinem et numerum personarum et annorum assumant. Scriptores quoque, qui librarii dicuntur, studiose attendant, ut inventam veritatem sua diligentia conservent; quia

* a quo Ninive *gl.*

* Romano *glossa.* ** Constantinopolitano rege *gl.* *** Valentinianum *glossa.*

a) a patre *glossa uncis inclusa c.* b) eruditus *corr.* eruditum *c.*

18) Nomen castri Iechaburg, in Gichaburg, Icheburg, Eichaburg, et vel Berneburg et Regensburg immo Wagersleben, nomen montis Elm in Elve mutatum est. Cf. Waitzii nostri historiam Heinrici I. p. 177 — 1 et I. Grimm in Haupts Zeitschrift für Deutsches Alterthum T. VIII. pag. 9. 10. 19) a. 462.

ut dicit sanctus Ieronimus, saepe vicium scriptoris imponitur auctori, et sciant Iudici vero se negligentia debitores, quorum vitio veridicus auctor falsificatur et posteris via erroris et contentionis aperitur.

Honor. de imag. mundi. Epistola Cristiani ad Honorium. Septiformi spiritu in trina fide illustrato ac septem rivis trifaria philosophia mundato, post septimanam huius vitae septem beatitudinibus laureari, et in octava trinitatem in unitate contemplari. Quia cum ignorantibus ignorantiae tenebris involvor, idcirco mestam lugubremque vitam, ut caecus ducere videor. Quare quia fol. 1'. te immensa sapientiae luce circumfulsum cognosco, cum aliis multis deposco, quatinus aliquam scintillam tuae flamivomae scientiae, cum illa tibi non minuatur, nobis impertias, et positionem orbis quasi in tabella nobis describas. Miserum enim videtur, res propter nos factas cotidie spectare, et cum iumentis insipientibus, quid sint, penitus ignorare.

Hic autem a quo ista petuntur, fuit quidam solitarius nomine Honorius, litteratus et spiritus sapientis fonte repletus. Nam expositionem super cantica canticorum dicitur edidisse, nec non super psalterium et super euangelia quae beatus Gregorius non exposuit. Speculum quoque ecclesie doctoribus incomparabiliter utile, sed et librum, qui appellatur gemma animae, de omnibus officiis ecclesiae, et insuper alia quam plurima. Cuius opera tam simplici sunt et perspicua veritate composita, ut secundum quod Dominus ait: „*Gratis accepistis, gratis date,*“ quod ipse habundanter accepit, sine invidia videatur conservis ministrasse; quem familiaris suus quidam nomine Christianus, quae praescripta sunt petiit et impetravit. Idcirco recte iudicantibus non debet superfluum videri, in quo tam sanctos tamque sapientes viros non piguit occupari. Rescripsit igitur hoc modo:

Rescriptum Honorii. Sapientiae alumno abdita diligenter *etc. usque* traditio.

Tali autem modo ipse libellus inchoat:

Mundus dicitur quasi *etc.* — includitur.

Sic igitur inchoato libello, descriptis deinde elementis, postea quattuor partibus mundi, Asi maiore et minore, Europa et Africa, deinde insulis, montibus, fluminibus, infernis, ventis, corporibus et ciclis anni, ad ultimum creationem hominis inchoans sic ait:

## Incipit excerpta cronicorum secundum Ieronimum et Honorium.

Non est infructuosum seriem temporum — exilium subiit. *Ex Honorio August.*

A cuius (Adam) conditione et mundi creatione usque ad diluvium computantur — huiusmodi fuit. *Ex Ekkehardo SS. T. VI. p. 34.)*

fol. 2. Adam primum filium Cain, deinde Abel id est luctum generans, cum esset 130 annorum genuit Seth, post quos genuit 30 filios et totidem filias, quo germine genus hominum multipliciter propagatum est. Ipse quoque post 930 annos in Ierusalem obiit, et in loco Calvariae sepultus, aliquandiu requievit, inde translatus in terram de qua sumtus est rediit. Abel filius eius 30 annorum a fratre suo Cain apud Damascum occiditur. Quem pater Adam centum annis luxit in valle quadam, quae de hoc luctu dicta est vallis lacrymarum. Postea monitus ab angelo cognovit Evam uxorem suam, ex qua genuit filium suum Seth, de cuius tribu Christus esset oriundus. Iuxta hanc vallem sita est Hebron, ubi est ager, cuius gleba rubea est, quae ab incolis effoditur et per Egiptum venalis fertur, et quasi pro specie carissime emitur et comeditur. Predictus vero ager in quantum late et profunde effosus fuerit, anno finito Dei dispositione redintegratus invenitur. Seth natus est pro Abel — primitus invenerunt, et dicti sunt filii Dei, id est iusti, qui prohibiti sunt misceri filiis hominum, id est semini Cain. Sed hoc eis non servantibus propter inobedientiam nata sunt ab eis monstra gigantum. *Ex Ekkehardo.*

fol. 2'. Seth 105 annorum genuit Enos — Lamech factus est 777 annorum. *Ex Ekkeh.*

Huic aetati plura vivendi tempora dabantur seu quia simplicibus cibis et aqua contenti, morbos sibi conceptu gulae non pepercerunt, seu quia nova elementa viventibus adhuc clementia indulgebant. Multiplicatis igitur mortalibus, augebantur et scelera, sicque ira Dei ad ultionem excitata.

Noe divino oraculo — iubetur. *Ekkeh.*

Huius tempore primo visa est yris, et hominibus usus carnium concessus.

Homines autem temporis illius — historia. *Ekkeh.*

Noe 500 annorum genuit Sem, Cham et Iapheth, quibus post diluvium tres mundi partes distribuit. Et Cham, quoniam patrem deriserat, fratrum servum constituit, a quo nimirum servilis conditio in posteros manavit. Nam usque ad id aetatis omnibus aequa libertas fuerat.

Noe filiosque — Sicioniorum regnum oritur. *Ekkeh.*

fol. 3.

## De prologo cronicarum Ieronimi.

Necessarium duxi chronicorum (temporum) ordinem scire volentibus — Pompeium Trogum et Iustinum.

Omnes autem historiarum scriptores *etc. Historia antiqua usque ad Valentem ex Ekkehardo maximam partem de-* 20 *scripta est*[20].

377. Valens igitur frater Valentiniani — heresim sui nominis instituit. *Ekkeh.*

Hucusque Ieronimus ab hinc usque ad tempora Zenonis opus est Idacii Flaviensis episcopi. *Sigeb.*

fol. 40. 377. Gracianus filius Valentiniani — Tracie imperio prefecit. *Ekkeh.*

Hoc tempore psalterium — ab ecclesia expelluntur. *Sigeb.*

Sinodus 150 episcoporum Constantinopoli — 385 ipse Constantinopolim remeavit. *Ekkeh.*

Ambrosius episcopus ritum antiphonans — canebant. *Sigebert.*

Reliquie SS. Gervasii — reperte sunt. *Ekkeh.*

20) teste V. Cl. Rudolfo Köpke, qui in fontes prioris huius partis usque ad tempora Pippini regis inquisivit.

Cinegius Theodosii — subvertit. *Idacius.*

Augustinus a Manicheorum heresi — beatus Ambrosius carne solutus est. *Ekkeh.*

Ipso tempore in Italia Sisinnius — deputatum esse. *Sigeb.*

Anastasius papa sedit annos 3, obiit 5. Kal. Maii. Hic constituit ut dum euangelia recitantur sacerdotes non sedeant, sed curvi stent, et transmarinum hominem in clericatum non suscipi, nisi episcoporum suorum designaretur cirografis, cuius precipuam vitae sanctitatem sanctus Ieronimus laudans et describens dicit eius diuturna vita mundum non fuisse meritum frui. ſol. 41 Gesta ; . nt Ro ..

In Brittania Pelagius — in matrimonium accepit. *Ekkeh.*

Barbaris vero provinciam vastantibus — dividunt regiones. *Idacius.*

Sinodus Alexandrie fit — ipsi mox interficiuntur. *Ekkeh.* ſol. 42.

Wandali duce Crosco — mediocris stature nata. *Sigeb.*

Heraclianus quoque comes Africe — florebat Augustinus. *Ekkeh.*

Iudeus quidam — perfidiam ostendit. *Sigeb.*

Zosimus papa — Bonifacius papa sedit annos 3. *Ekkeh.*

Contra hunc ordinato Eulalio — Constantinopolim detulit. *Sigeb.*

Athaulfus supramemoratus — semine subsequente. *Idacius.*

Wallia successor eius pacem fecit cum Honorio, et propter Romanos intra Hispanias cedes magnas fecit barbarorum. Ipse reddidit Honorio sororem suam Placidiam, quam ipse Constancio patricio qui eam revocaverat in coniugium dedit, de qua genuit Valentinianum, qui post Honorium Romanum rexit imperium. Hist. misc. Mur. I, 92. D. E. 93. A.

Solis defectio facta est. *Idac.*

Orosius presbiter cum esset — Evodius. *Sigeb.*

Celestinus papa — convertit ad Christum. *Ekkeh.*

Terre motu sancta loca — moritur apud Ravennam. *Idacius.*

Faramundus filius Marconiedis — Clodius Faramundi filius regnavit in Francia a. 20. *Ekkeh.*

Bonifacius autem cum principatum — rapinis dissipaverunt. *Ekkeh.*

Guntarius vero — frater eius Gaisericus. *Idac.*

Sub hoc turbine beatus Augustinus — facta cum eis pace. *Ekkeh.*

Hoc tempore contigit quod de Theophilo — vestibus exivit. *Sigeb.*

Gaisericus autem rex — ecclesiastica abstulit. *Ekkeh.*

Episcopum clerumque depellens — martirio consummavit. *Idac.*

Sinodus tertia universalis 200 episcoporum sub Sixto papa congregatur in ecclesia contra Nestorium. Sigeb. ad a. 433.

Iulianus pelagianista — damnatur. *Sigeb.*

Leo papa — comprehendi notavit. *Ekkeh.*

Cosdroe iam quarto — afflixerunt. *Sigeb.*

Eudoxia augusta — Kal. Augusti. *Ekkeh.*

Ecius Burgundiones — pax componitur. *Ekkeh.*

Valentinianus ad Theodosium consobrinum suum Constantinopolim profectus, filiam eius Eudoxiam de matre eiusdem nominis natam in matrimonium accepit, et Romam rediit. Hist. misc I, 95. E. 95' A.

Terre motus magni — aedificia corruerent. *Ekkeh.*

Comete — solis defectio. *Idac.* ſol. 43.

Theodosius bellum contra Vandalos — sue ditioni subiaciebat. *Ekkeh.*

Quarum (nationum subiectarum) solacio fultus (Attila) posuit in animo suo dissipare Romanum regnum. Denique egressus Gallias depredatur, plurime etiam civitates effracte sunt, inter quas Tungris ab Octaviano constructa destruitur ob vindictam, quia sanctum Servatium episcopum ignominiose expulerant, quem angelo duce susceperant, cui in Traiecto manenti vastatio hec revelata fuerat. Quod fidelibus intimans ad intercedendum pro patria apud principem apostolorum Romam missus cum inpetrare non posset reversus, exercitum Attile incurrit. Cui presentatus et honorifice ab eo dimissus, fideles a quibus missus fuerat allocutus est, dicens reservationem eorum se impetrare non posse, animarum vero salvationem ad penitentiam conversorum a Deo ex potestate et manu sancti Petri cum testimonio clavis argentee, que adhuc superest in munere accepisse, sicque Traiectum reversus. Fidelibus vero Christi hoc illo tempore certum fuit, meritis sancti Servacii destructioni totius Gallie inlesam superstetisse Traiectum cf. Sigeb. a. 453 et Hist. M. Mur I, 97. B. AA. S. Servatii. AA. SS. 13. Mai. 216. C. D.

Cum Attila rex Hunorum — obscura videbatur. *Sigeb.*

Ecius deinde dux Marciani cum Romano exercitu et rex Gothorum Theodorus, quibus erat in pace sua etas adversus Hunorum acies — Italiam petunt. *Idac.* cf. H. M. I, 100.

Deinde Attila Aquileiam — pontifex postulaverat. *Ekkeh.*

Exinde Huni plagis — repetunt proprias. *Idac.*

Ad Attilam vero Valentiniani — demonstravit. *Ekkeh.*

Thurismo rex Gothorum — in regno. *Idac.*

Meroveus — inc. 445. *Ekkeh.* ſol. 44

In Gallecia terre motus — perdocetur. *Ekkeh.*

Nam mox Angeli Britanniam ingenti multitudine invadunt, — in occidentalem occupabant. Per idem tempus Teodericus rex Gothorum vastavit Hispaniam. Signa igitur prius ostensa non esse ociosa ostendit instans rerum consequentia. Sigeb. SS. VI, 300. Isid. Hisp.

Hoc etiam tempore rex Hunorum — hominem genuisse. *Ekkeh.*

In Gallecia fit — videtur. *Idac.*

Ecius patricius — senatorem nobilissimum. *Ekkeh.*

Et per spatarium — honorati. *Idac.*

Cum quibus pariter — cessit. *Ekkeh.*

Nam sequenti anno — finita est. *Idac.*

Quo mortuo Maximus — Vandalos regnavit. *Ekkeh.*

Post hec Avitus — nunciant. *Idac.*

Marcianus vero imperator — Maiorianus 4 annis. *Ekkeh.*

Teodericus rex Gothorum — conversa videbatur. *Idac.*

Hildericus — deturbant. *Ekkeh.*

Antiochia maior — fluxisse curriculo. *Idac.*

Simplicius papa — Gennadius episcopus Constantinopolitanus. *Idac.*

Heliseus propheta — decucurrit. *Ekkeh.*

Mamertus Viennensis — instituit. *Ekkeh.*

Durissimus extra solitum — diffunditur. *Idac.*

fol. 45. Severo mortuo — ordinavit episcopum. *Ekkeh.*

In flumine Minio — memorare longum est. *Idac.*

Leo igitur inperator — fugit ad baptisterium. *Ekkeh.*

cf. Sigeb. **Hucusque Idacius episcopus; deinde Theodorus describit annales.**

A. D. 487. Zeno — in Constantinopoli. *Ekkeh.*

Leonem autem filium Leonis mater sua Zenonis inpetum formidans, occulte clericum fecit. Exigente vero vehementer Zenone, ut filium proferret, pro eo alium forma similem obtulit, qui Leo deinceps in clericatu usque ad Iustiniani tempora vixit.

Romanum quoque inperium — Clodoveus filius Hilderici regnavit in Francia annis 30. *Ekkeh.*

cf. Grg. Tur. et Sig. a. 499. Hic ab uxore sua christiana nomine Rothilda sepe admonitus fidem Christi suscipere, quodam tempore pugnaturus contra Alemannos adhuc paganus, cadente suo exercitu a quodam milite christiano admonitus, vovit Deo ut si victor existeret, fidem Christi cum baptismo susciperet. Statim fugatis hostibus, princeps eorum occubuit, et sic victor rediens quod voverat inplevit, exercitumque suum verbis suis admonitum ad baptisma perduxit.

Ipseque a sancto Remigio baptizatur. *Sigeb.*

Iste primus Francorum regum christianus, vir erat audax et strenuus, quo nullus post eum pietate bellisque magis Greg. Tur et Sig a. 509. enituit. Hic alio tempore bellaturus contra Alaricum *etc.* bonus in auxilio et carus in negocio.

Hist. Misc. I, 104' c. Hunericus rex Wandalorum — repperit eum (Iustinianum) in Euticetis dogma corruisse. *Ekkeh.*

Quem sanctus presul (Agapetus) asperis verbis fiducialiter corripiens sic ait: *Ego ad Iustinianum inperatorem christianissimum venire desideravi, sed Diocletianum inveni.* Tunc ille ex voluntate Dei monitis eius adquiescens, ad catholice fidei confessionem cum aliis multis qui similiter desipiebant regressus est.

fol. 47. Quo ad fidei regulam — filius et verbum Dei. *Ekkeh.*

In Galliis claruerunt — a Christo. *Sigeb.*

Teodericus filius Clodovei — monachus extitit. *Ekkeh.*

Inperator in urbe Constantinopoli Christo domino qui est sapientia Dei patris templum construxit, quod Greco vocabulo ἁγιας σοφιας id est sancte sapientie nominavit, quod opus cuncta aedificia excellit, adeo ut in toto mundo huic simile inveniri non possit. *Ekkeh.*

Corpora sanctorum Andree ap. — sanctitatis nobilitate. *Ekkeh.*

Hoc tempore Iudeus — lapidaverunt. *Sigeb.*

Sanctus Gregorius — moritur. *Ekkeh.*

In Galliis mons — in Rodanum precipitatus est. *Sigeb.*

Sanctus Benedictus in Cassino monte — Sophia augusta accersitis notariis iussit deferri cautiones debitorum et breves et demisit eis omnia. *Ekkeh.*

Hist. Misc. I, 107' c. cf. Gesta pont. Rom. Sigeb. ad a. 543. Totila rex Gothorum ingressus Italiam obsessamque capiens Romam, volens parcere civibus, cum ingrederetur urbem, fecit suos ingenti voce bucinis concrepare, ea scilicet intentione, ut populus audiens in ecclesias et turres aliaque refugii loca se conferens salvaretur. Igitur ipse pacifice in urbe habitans cum civibus quasi pater cum filiis morabatur. Quidam vero nobilium ex urbe fugientes, Constantinopolin venerunt nunciantes inperatori quibus calamitatibus Roma subiaceret.

Eo tempore gens Longobardorum — et Italiam possiderent. *Ekkeh.*

Inter Romanos et Persas — repleti sunt. *Sigeb.*

Longobardi Mediolanum intraverunt — vita decessit. *Ekkeh.*

Erat eo tempore apud Gallias sanctus quidam inclusus nomine Honorius, qui Longobardos in Galliam venturos spiritu revelante cognovit, et monachos suos a se discedere iussit. Illis recedentibus venerunt Longobardi ad virum Dei, et cellulam eius discooperientes, viderunt eum cinctum catenis indutumque cilicio. Mox vocato interprete, sciscitati sunt ab eo quid mali fecerit quod tali suplicio artaretur. Quo propter humilitatem fatente se homicidam esse omnibusque flagiciis circumventum, unus extracto gladio caput eius amputare voluit, sed mox dextra eius diriguit, quam vir Dei facto signo crucis sanitati restituit.

fol. 48. A. D. 571. Tiberius Constantinus genere Trax — pene omnem pauperibus erogavit. *Ekkeh.*

Gesta pont. Rom. I, 230. Gesta Fr. c. 26. Ipso etiam tempore quo Longobardi Italiam intraverunt, Cildebertus et Clotarius Francorum reges Hispaniam intrant, Cesaraugustam civitatem obsident. At cives induti celiciis tunicam sancti Innocentii super murum circumferunt Deumque contrito corde exorant. Reges vero inspirante Deo flexi miseratione obsidionem solvunt. Episcopus autem civitatis Cildeberto regi stolam sancti Vincentii dedit in munere. Idemque rex Parisius basilicam in honorem sancti Vincentii construxit.

Gesta pont. Rom I. 230. Benedictus papa sedit annis 4 — 578 securi fecit occidi. *Ekkeh.*

Antiochia subversa est — ultra non comparuit. *Sigeb.*

Hilpericus filius Lotharii — letaniam instituit. *Ekkeh.*

Paul. diac. III, 23. cf. Gesta p. Rom. I, 231. Sigeb. ad a. 590. (Gr. T. X, 1.) Tuncque Athesis fluvius in tantum excrevit, ut usque ad superiores fenestras basilice sancti Zenonis martiris aqua pertingeret, sed tamen in eandem ecclesiam aqua non intravit. Apud urbem quoque Romam Tiberis in tantum excrevit, ut aque eius super muros urbis influerent et in alveo Tiberis draco ingens cum magna serpentium multitudine per urbem transiens usque ad mare descendit.

Gesta pont. Rom. I, 232. Gregorius papa annis 13 — ecclesie decernit. *Ekkeh.*

In Gallia quidam — dispersi sunt. *Sigeb.*

Tempore Mauricii erat Guntramnus — simile non inveniri. *Ekkeh.*

Gregorius corpus Christi populo disperciens, dum monacham quandam in fide dubiam, si panis sanctificatus caro Christi credendus sit agnovisset, hostiam super altare positam oratione facta in carnem crudam conversam uni hesitanti demonstravit et multorum dubitantium corda certificavit. Aliis quoque sanctorum reliquias petentibus, dum precedentium sanctorum lintea, quo Grece dicuntur brandea, latine vero corporalia a corpore Christi, desuper confecto et in his conservando dedisset, illis spernentibus in altare posita, post precem effusam cultro pupugit et sanguinem elicuit, sicque illi penitentes erroris quod contempserant cum gaudio receperunt.

Hic Augustinum monachum — claret in Gallia. *Ekkeh.*

In Nilo Egipti flumine — morte obiit. *Sigeb.*

Mauricius inp. magne avaricie — Sabinianus annos sedit 2. *Ekkeh.*

Fame Romam adgravante — earundem permanente. *Sigeb.*

Bonifacius papa sedit anno 1. — Bonifacius alter papa sedit annis 7. *Ekkeh.*

Hic decrevit ut monachi — meruisse letati sunt. *Sigeb.*

Cuius rogatu Focas — Romanorum provincias vastat; multumque populum, Zachariam quoque patriarcham captivat. Alexandrie episcopus claruit, qui ob eximiam pro Christo liberalitatem nomen eleimonis id est elemosinarii meruit. fol. 50. Focas cum plura homicidia — apud Taurum concremavit. *Ekkeh.*

Circa hec tempora rex Avarum id est Hunorum cum ingenti multitudine Venetiarum fines ingressus est. Huic Gisulfus Foroiuliensis dux cum Longobardis quos tunc habere potuit audacter occurrit. Cumque forti animositate contra immensam multitudinem bellum cum paucis gereret, undique circumseptus cum suis pene omnibus exstinctus est — talem dignum est habere maritum. *P. hist. Lang. IV*, 38. Eo tempore Iudei in Hispania christiani facti sunt. *Sigeb. ad a.* 639. His diebus sancti viri Columbanus et Gallus ex Scottorum genere oriundi Galliam predicando circuibant. Et sanctus quidem Columbanus perrexit in Italiam, beatus vero Gallus remansit in Alemannia.

Anno 607. Eraclius occiso Foca — Bonifacius papa sedit annis 6. *Ekkeh.*

Perse iterum egressi ceperunt Damascum populumque multum captivaverunt. Deinde ab Egipto et ab Alexandria predam multam exportantes contra Cartaginem castra posuerunt, quam et bellando ceperunt nec non et Anciram Galacie, sicque redierunt ad propria. *Sigeb. ad a.* 617, 618, 619.

Anno inp. sui 8. Eraclius — ad aquas Silvias. *Ekkeh.*

Iterum secundo Eraclius in Persidem profectus Chosdroe regem fugavit, 50000 hominum captivavit, predaque infinita accepta reversus est. Tercio anno quoque Persidem ingressus, multa prelia commisit ibique hiemavit. Cosdroes autem Persarum rex infinitam multitudinem contra regiam urbem mittens, terra marique obsedit, sed divina gratia largiente nichil prevaluit. *Hist. miscell.*

Honorius papa sedit annis 13 — annuatim dedicavit. *Ekkeh.*

Pippinus filius Karolomanni, maior domus regis Lotharii, in Francia principabatur, cui in disponenda re publica cooperabatur sanctus Arnulfus, filius Arnoldi, filii Ansberti. *Sigeb. a.* 625.

Anno inp. Eraclii 15. princeps — Anglorum in Brittaniam 180. *Ekkeh.*

Eraclius Perside devicta — Sarracenorum potentatum. *Sigeb.*

Lotharius Hilperici filius — fieri decrevit. *Ekkeh.*

Deinde inter Romanos — ad rebellandum incitant. *Sigeb.*

Post hec Agareni — regnum devastant. *Ekkeh.*

Quibus Siriam — occupant. *Sigeb.* fol. 51.

Contra quos dum Eraclius — filium Constantini provehunt. *Ekkeh.*

Dagobertus rex Francie cum patre suo Clotario contra Saxones dimicans, ita eos perdomuit, ut omnes virilis sexus qui gladii sui mensuram excederent peremerit. *Sigeb. a.* 630. *Gesta Fr.* 41. Idem rex genuerat filium de quadam iuvencula, qui cum benediceretur a sancto Amando episcopo, finita oratione cum non adesset qui responderet, idem puer 40 dierum cunctis audientibus respondit Amen. *Gesta Dagoberti. Sigeb. a.* 633. Pater autem pueri appellavit eum Sigebertum, qui etiam defuncto patre rex factus inperium potenter gubernavit. Sanctus Arnulfus ex maiore domus Metensium episcopus ordinatus et ex episcopo solitarius factus dormit in Christo, qui genuit Ansgisum, Pippini primi patrem. Clodulfus quoque alter filius sancti Arnulfi, et ipse Metensis episcopus sanctitatem patris imitatur, *Sigeb. a.* 640. cuius mater Doda Treveris reclusa Christo servit.

Cirus Alexandrinus episcopus — sequenti die interibant. *Ekkeh.*

Cuidam vero fideli per revelationem dictum est, quod pestis hec prius non quiesceret, donec in templo sancti Petri quod ad vincula dicitur, sancti Sebastiani martiris altare poneretur, factumque est et delatis ab urbe Roma sancti Sebastiani reliquiis, mox in predicta basilica altare constructum est, et pestis ipsa quievit.

Sarraceni capta Rodo insula — Eugenius papa sedit annis 3. *Ekkeh.*

Dum corpus Vedasti — in amentiam perpetuam incidit. *Sigeb.*

Constans inp. permotus — sancta virgo Gertrudis obiit. *Ekkeh.*

Dagobertus filius Lotharii — a penis liberatus est. *Sigeb.*

Huic successit Clodoveus — singulorum culpari. *Ekkeh.*

Sarraceni moverunt exercitum in Africam, et captivos adduxerunt virorum ac mulierum ad 50000. Siciliam quoque invadunt, et preda nimia ablata mox Alexandriam redeunt. *Pauli hist. L. V*, 13. *cf. Sigeb. ad a.* 672.

Constans inp. in Sicilia — 670 cum filio suo Tiberio. *Ekkeh.*

Circa hec tempora coniunx regis Persarum nomine Cesara de Perside exiens cum paucis suis fidelibus, privato fol. 52. habitu propter christianae fidei amorem Constantinopolim venit. Que ab inperatore honorifice suscepta, post aliquot dies baptizata est et ab augusta de sacro fonte levata. Quod vir eius audiens, legatos ad augustum direxit, ut sibi suam uxorem redderet, quibus ille dixit: *Ite, renunciate domino vestro, quia nisi in Christum credat, sicut et ego iam credidi consortem thori ultra me non habebit.* Quod cum legati domino suo retulissent, mox ad inperatorem cum 40 milibus virorum venit pacifice, et cum universis baptizatus, recepta coniuge sua, letus in patriam suam rediit. His diebus Grecorum exercitus ab inperatore contra Grimoaldum Longobardorum regem missus, virtute Amalungi qui contum regis ferebat victus est atque fugatus. *Pauli diac. IV*, 52. (*Fredeg. c.* 9.) Adeodatus papa sedit annis 5. *Gesta pont. Rom.* Isto tempore Sarraceni triplici exercitu regiam urbem obsidentes, Deo volente cum magno discrimine pauci non sine confusione reversi sunt, qui tandem perdomiti tributarii Romanis facti sunt, sicque inter eos in 30 annos pax confirmata est, ut solvant Romanis auri libras 3000 et captivos reddant et equos honestos plurimos. *Pauli hist. Langob.*

Apud Gallias in Francia filius sancti Arnulfi — Hilde co rege Austrasie. *Ekkeh.*

In Gallia tante pluvie — subsecuta est. *Sigeb.*

Domnus papa sedit annis 2. *Ekkeh.*

Hoc tempore Francorum rex fuit Clodoveus, Longobardorum vero Cunibertus filius Perthari regnans post ipsum. Qui cum esset christianus prelium commissurus cum Alachis tiranno, qui eum regno privare nitebatur, die statuta Senon diaconus, qui erat custos ecclesie sancti Iohannis baptiste, metuens regis interitum — corpus vero Senonis diaconi ante fores basilice sancti Iohannis quam ipse rexerat honeste sepulture tradidit.

Idem rex Cunibertus vindicte zelo quod humanum est ductus, dum cum quodam sibi familiari consilium iniret in

civitate Ticini que et Papia dicitur — qui statim de basilica deductos in sua fide suscipiens eorum culpe pepercit et in reliquo eos in loco fidelium habuit. *Paul. hist. Langob.*

fol. 53. Agathon papa sedit annos 3 — sordes heresium expulsas. *Gesta pont Rom. I,* 275. *Ekkeh.*

Stella cometes apparuit, et terre motus factus est per Mesopotamiam. Fames ac mortalitas magna facta est in Siria. Sequenti anno Bulgarorum gens supervenit in Franciam, contra quos Romani pugnantes victi sunt. Unde vi coactus inperator pacem fecit cum eis, et cui omnes tributa solvebant, ipse Bulgaribus factus est tributarius. *Hist. misc. XIX,* 138. 139.

Clodoveus obiit — 686. a Saracenis fuerat invasa. *Ekkeh.*

Pace vero vix 4 annis servata, inperator contra Sarracenos bellum iniit, et ex utraque parte strages magna facta est. Exinde Sarraceni Armeniam sibi subdiderunt. Iterum fames facta est in Siria, et inperator dissolvit pacem cum Bulgariis factam. *Hist. misc. p.* 139.

Huius 1. a. Conon papa sedit a. 1 — ad missam decanturi. *Ekkeh. et Gesta pont. Rom.*

Sub ipso facta est sinodus Constantinopoli contra hereticos qui beatam Mariam solum hominem non Deum et hominem genuisse affirmabant. In qua sinodo catholice est institutum, ut sancta Maria Θεοτοκος hoc est Dei genitrix diceretur, quia sicut catholica fides habet, non hominem solum sed vere Deum et hominem genuit. *Sigeb. a.* 452.

Pippinus filius Ansgisi — 699 sanctus Lambertus passus est sub Hildeberto rege. *Ekkeh.*

Romani in Siria contra Sarracenos congressi, ducentis milibus ipsorum peremtis cum preda copiosa redierunt. *Hist. misc. I,* 142. Gisulfus Beneventanorum dux Campaniam igne, gladio et captivitate vastavit. Cumque non esset qui ei resisteret, Iohannes papa missis ad eum sacerdotibus ac donariis plurimis universos absolvit, captivos atque hostes domum redire fecit. *Gesta pont. Rom.*

Iohannes papa sedit annis 3. *Ekkeh. Gesta pont. Rom.*

Tiberius Philippicum in Cephalonia exulem misit, quia se asserebat in somnis vidisse aquilam caput suum obumbrantem. *Hist. misc. p.* 142.

Sisinnius papa sedit dies 20 — regnaverunt cum eo. *Ekkeh.*

Archangelus Michael — frequentari cepit. *Sigeb.*

fol. 54. Dagobertus iunior regnavit in Francia — Gregorius papa sedit annis 16. *Ekkeh.*

Pipino filio Ansgisi mortuo, Plectrudis uxor eius cum filiis suis Grimoaldo et Droco cuncta regebat, Karolum vero ex alia uxore filium habuit Pippinus, virum elegantem, egregium atque utilem. Qui cum a Plectrude noverca sua captus in custodia teneretur, auxiliante Deo elapsus evasit. Interea Ragenfridus quidam filius Belial arrepto regno cum Hilperico rege vastata regione, acceptis a Plectrude matrona thesauris multis, reversus est. *Gesta regum Franc.* Karolus vero maior domus effectus, in administratione regni patri successit a. 27, adhuc quidem regibus in Francia manentibus, sed parva dignitate regnantibus. *Sigeb. a.* 662. In Romano quoque inperio apud Constantinopolin adhuc inperatores erant, sed et ipsi intestinis pariter et extrinsecis bellis pene adnullati parum valebant.

Karolus autem licet permultas — in Fresia gessit. *Ekkeh.*

Hilpericus cum Ragenfrido terga vertit; Karolus victor extitit, regiones illas vastans iterum cum preda magna in Austriam reversus est. Coloniam quoque civitatem veniens ibi seditionem intulit — Franci vero Thiedericum Cala, monasterio enutritum filium Dagoberti iunioris, regem super se statuunt. Iterum cum Hilperico et Ragenfrido bello congressus victor extitit, et tam ab ipsis quam a Plectrude thesauros patris sagaciter recepit. *Gesta regum Franc.* His diebus nova signa in sole et luna et stellis apparuerunt, sed et paschalis ordo sanctissimus turbatus est. *Sigeb. a.* 664. Egbertus autem vir sanctus de gente Anglorum Scottos pascha legitime celebrare docuit. *Beda h. e.* Gregorius papa constituit tempore 40e ut quinta feria ieiunium et celebritas missarum fieret in ecclesia, quod non fiebat antea. *Gesta pont. Rom. Sigeb. a.* 714.

Ab ipso Winfridus natione Anglus — inpius fuit. *Ekkeh.*

Hoc tempore Rabodus — morte periit. *Sigeb.*

Leoni anno inperii sui 3. — divina officia decantarent. *Ekkeh.*

Huius tempore fuit iuxta fluvium Sanarum vir mire sanctitatis Baudolinus nomine, qui multis miraculis fulgens, sepe futura predixit et absentia ut presentia nunciavit. Denique cum rex in silvam venatum isset, unus de sociis cervum
fol. 55. sagittare nisus, nepotem id est sororis filium nolens sauciavit, quod rex cernens, nam valde puerum amabat, cum lacrimis eius incommoda lamentari cepit, statimque unum ex suis equitem misit, qui ad virum Dei festinans eum peteret, ut pro vita pueri Domino supplicaret. Qui dum pergeret, puer defunctus est. Cui Christi servus ad se venienti dixit: *Scio quam ob causam veneris, sed illud quod postulare missus es iam fieri non potest, quia puer defunctus est.* Quod cum is qui missus erat regi nunciasset, rex licet doluerit quod effectum sue supplicationis habere non potuit, tamen quia vir Dei prophetice haberet, agnovit.

Leo sepe et multum laboravit — de celo ceciderunt. *Sigeb.*

Leo inp. coegit Iudeos — mox obiit. *Ekkeh.*

Gregorius papa — interdixit. *Ekkeh. Sigeb.*

Sanctus Pirminius — emundavit. *Ekkeh.*

Sanctus Germanus — deiectus. *Sigeb.*

Leo inp. a quodam refuga fide nomine Beser seductus precepit in Constantinopoli ut quicunque haberent imagines domini Salvatoris seu sancte Marie vel aliorum sanctorum, sibi eas adferrent quas in medio civitatis incendi fecit, et quia multi de populo huic inpietati non consenserunt decollati sunt. *Hist. misc. et Gesta pont. Rom.*

Gregorius papa sedit annis 10 — in Alsatiam. *Ekkeh. et Gesta pont. Rom.*

Gregorius papa sinodum — anathematizavit. *Sigeb.*

Germanus patriarcha — Wasconiam invasit. *Ekkeh.*

Gregorius papa claves sepulcri sancti Petri et vincula eiusdem cum magnis muneribus, quod antea nullis auditum vel visum temporibus fuit, memorato principi destinavit, eo pacto ut a partibus inperatoris Leonis recederet. Princeps (Liutbrandus) igitur legatos et legationem cum honore suscepit, munera preciosa contulit atque cum suis nunciis Romam misit. *Gest. regum Francorum appendix.*

742. Anno[21] Domini 741. Constantinus — antiqui tiranni. *ex Ekkeh. a.* 742.

Huius anno 1. Karolus — animos intendunt. *ex Ekkeh. a.* 742. Karolus magnus natus est. *Lamb.* 742.

743. 2. Karlomannus et Pippinus W a s c o n i a m s u b i g u n t, Alamannos cum duce eorum Thiedbaldo rebellare tentantes mira celeritate c o n t r i v e r u n t. *Ann. Fuld.* 742.

21) Hinc inde usque ad a. 1125. in fontes libri inquisivit eisque indicandis operam dedit V. Cl. Philippus Jaffé.

3. Deinde principatu potiti — inter se diviserunt. *Ekkeh. a.* 743. 744.
4. Postea iunctis copiis — in deditionem accepit. *Ekkeh. a.* 744; sicque par cum Saxonibus facta est. 745.
5. Initium Fuldensis monasterii a sancto Bonifacio in solitudine Buconie. *Ekkeh.* 745. *Ann. Fuld.* 744. 746.
6. Karlomannus patefecit — dimitteret. *Ekkeh. a.* 746. 747.
7. Rachis — substitutus est. Ipso anno Karlomannus divino — tempus complevit. *Ekkeh. a.* 747. Fertur de 748.
hoc sancto — veneratione est habitus. *Regin. a.* 746. fol. 56.
8. Gripho, frater Pippini, de custodia eductus, fratri subiectus esse — discesserunt. *Ekkeh. a.* 748. 749.
(9.) Gripho Saxonum — profugit. *Ekkeh. a.* 749. Hoc tempore terre motus — transmigraverunt. *Sigeb. a.* 753. 750.
10. In Mesopotamia — Arabes. Sanctus Burchardus factus est Wirziburgensis episcopus. *Ekkeh. a.* 751. Zacha- 751.
rias papa in sacrario sancti Georgii martiris caput in capsa reconditum reperit, in pithacio litteris Grecis exarato. *Gesta
pont.* Ad hunc papam supradictus episcopus et Folradus archicapellanus missi sunt Romam ut consulerent — regem
iussit constitui. *Ekkeh. l. l.*
11. Stephanus papa sedit annos 5. *Gesta pont.* Pippinus per decretum Zachariae papae et auctoritatem suc- 752.
cessoris sui Stephani rex Francorum est appellatus et unctus per manus — in civitate Suessionum. *Ekkeh.* 752. *et
Lamb.* 750.
12. Translatio sancti Kiliani martiris. *Ekkeh.* 752. Karlomannus monachus — prohibetur. *Sigeb.* 753. Pippinus 753.
rex cum exercitu — firmitatem accepit. *Ekkeh.* 754. Qualiter autem hec contigerunt subsequentia doce-
bunt. Revelationem enim, que ostensa est sancto Stephano pape de consecratione — per immortalia secula seculorum.
Amen. *ex Revelatione facta sancto papae Stephano*[22]. Sic ergo Pippinus ex praefecto — missus est. *Ekkeh. a.* 754.
13. Constantinus — tirannizat. Pippinus rex, invitante — relatum est. *Ekkeh.* 755. fol. 57.
14. Sanctus Bonifacius (anno 755.) passus est episcopatus anno 36, post quem Lullus ordinatus se- 755.
dit annos 32.
15. Haistulfus — Desiderius successit. *Ekkeh.* 756. 756.
16. Constantinus — firmavit. *Ekkeh.* 757. 757.
17. Paulus papa sedit annos 10. Pippinus rex — honoris daturos. *Ekkeh.* 758. Corpus sancte Petronille — 758.
dilectissime filie. *Sigeb.* 758.
18. Sanctus Gangulfus — adulterio. Natus est — decessit. *Ekkeh.* 759. 759.
19. Waifarius — de primoribus gentis. *Ekkeh.* 760. Eclipsis solis facta. 760.
20. Sanctus Othmarus — migravit ad Dominum. *Ekkeh.* 760. Waifarius licet — summa pervenit. *Ekkeh.* 761. 761.
21. Pippinus — Toarcis revertitur. *Ekkeh.* 761. 762.
22. Quarto ipsam provinciam intrans — abiuravit. *Ekkeh.* 762. 763.
23. Pippinus rex, audita Tassilonis ducis defectione, distracto — continuit. *Ekkeh.* 763. 764.
24. Sed et hoc anno — Franciam. *Ekkeh.* 764. 765.
25. Turci — regreditur. *Ekkeh.* 765. 766.
26. Constantinus — in profundum iactari. Orta — ventilata questio, *Ekkeh.* 767, ut secundum veram fidem 767.
et secundum iustitiam diffiniretur, fuit adminiculo. Rome Paulo — papatu invaso, anno 1. *Sigeb.* 767. fol. 57'.
(27) Pipinus rex Aquitaniam sexto ingreditur, multaque castella — Karlomannus possedit, susciperet; que conditio- 768.
nes utrinque ita suscepte sunt. *Ekkeh.* 767 *et* 768. Expulso Rome, ut predictum est, Constantino tiranno, Stephanus papa,
canonice electus, sedit annos 3. (*cf. Gesta pont.*) Hic tam a Gallia — anathematizat. *Sigeb.* 768.
Anno igitur 28. Constantini imperatoris Constantinopolitani, qui est annus 769 dominice incarnationis, Karolus 769.
magnus — regressus est. *Ekkeh.* 769.
29. Karolus rex habuit — sepelitur. *Ekkeh.* 770. 770.
30. Constantinus — martirizati sunt. *Sigeb.* 770. Hic contra Bulgares — exercitum. *Sigeb.* 771. Karlomannus, 771.
frater Karoli — digessit. *Ekkeh.* 768 *et* 771. Venit ergo Karolus in villam Carbonacum — se contulit. *Ekkeh. l. l.* Adria-
nus papa sedit annos 24. Hic ad reprimendam — solidavit. *Sigeb.* 772.
31. Karolus rex congregato — obsidibus, recessit. *Ekkeh.* 772. fol. 58.
32. Adrianus papa cum — potestati subdiderunt. *Ekkeh.* 773. Deinde civibus cum rege suo ad Karolum egressis, 773.
ipse cum imnis urbem intravit et thesauros regis ibi repertos dedit exercitui suo, regnumque Italiae adeptus regreditur
in Franciam, ducens secum Desiderium regem cum coniuge et familia. *Cf. Ann. Hild.* Adalgis vero — finivit. *Ekkeh. l. l.*
33. Karolus domum — preda reversi sunt. *Ekkeh.* 774. 774.
34. Deinde rex consilio inito decrevit — moritur. *Ekkeh.* 775. 775.
Anno Domini 776. Leo, qui et Zacharias, qui etiam Leo Cazarus, filius Constantini, regnavit in Grecia 776.
annis 5. Hic ad breve — matre sua. *Ekkeh.* 776.
1. Primo — presidiis rediit. *Ekkeh.* 776. Saxonibus Eresburg — per aera dantibus. *Sigeb.* 776. Statim vero
audiens Saxones rebellasse — regressus est. *Ekkeh. l. l.*
2. Item habito concilio — fore promisit. *Ekkeh.* 777. 777.
3. Rex partes Hispaniae — pauci redierint. *Ekkeh.* 778. 778.
4. Venit ad — in deditionem accepit. *Ekkeh.* 779. 779.
5. Iterum eo in Saxoniam veniente, omnes orientalium — celebravit. Leo pius Constantinopolitanus imperator 780.
obiit. *Ekkeh.* 780.
Anno Domini 781. Constantinus — coniungebat. *Ekkeh.* 781. 781.
Cuius anno 1. Karolus — permansit. *Ekkeh.* 781.
2. Rex in Saxoniam — me videbis. *Ekkeh.* 782 782.
3. Cum ad — 4. Idus Iulii. *Ekkeh.* 783. Fames et mortalitas Franciam vastavit. fol. 59.
4. Rex Westfalos vastavit et filium suum Karolum contra Saxones direxit, qui congregati — Wormatiam rediit. 784.
*Ekkeh.* 784. *et Ann. Fuld.* 784.
5. Widikindus — aliquot annos. *Ekkeh.* 785. Huius Widikindi filius Wigbertus — locavit. *Ekkeh. p.* 179. Ec- 785.
lipsis solis facta est. Ipso tempore alia quoque signa apparuerunt, inter que signum crucis in vestibus hominum fre-
quenter apparuit, et sanguis de terra ac de celo fluxisse perhibetur[a]. *Cf. Lamb., Ann. Quedl.* 786.
(6.) Audiens rex — subdiderat. *Ekkeh.* 786. 786.
(7.) Deinde Romam veniens — et 12 aliis obsidibus. *Ekkeh.* 787. 787.

a) prohibetur *cod.*

22) apud Surium V, 658. (Oct. 9.)

788. 8. Karolo apud — damnati sunt. *Ekkeh.* 788.

789. 9. Karolus contra — desponsaverat. *Ekkeh.* 789.

790. 10. Karolus hoc anno a bello quiescens, in Wormatia — seminarium fuit. *Ekkeh.* 790.

fol 59'. 11. Sanctus Burchardus — devastavit. *Ekkeh.* 791.

792. 12. Quorundam Francorum consilio conspiravit — suspensi sunt. *Ekkeh.* 792.

793. 13. Sinodus episcoporum — sepulta apud Sanctum Albanum. *Ekkeh.* 793.

794. 14. Cum nunciata fuisset regi Saxonum a fide Christi defectio, venit ad ipsos cum magno apparatu, sed — iuraverunt. *Ekkeh.* 794.

795. 15. Sed ipse perfidie illorum non immemor — remeavit. *Ekkeh.* 795.

796. 16. Leo papa — ad confirmandum sibi per sacramentum populum Romanum petiit et impetravit. *Ekkeh.* 796.

797. (17.) Expeditione facta — ibi celebravit. *Ekkeh.* 797.

798. 18. Saxones Transalbiani — obscuratus sit. *Ekkeh.* 798.

fol. 60. 19. Leo papa — adnumeratus sit. *Ekkeh.* 799.

800. 20. Rex Turonum — se expurgavit. *Ekkeh.* 800.

## Imperium Romanum per Karolum transivit ad Francos (*cf. Ekkeh.*)

801 Anno dominice incarnationis 801. Karolus, ex regno Francorum sublimatus et consecratus ad imperium Romanum, imperavit annos 14, cum prius regnasset annos 32. Cum enim pro calumnia — egressus est. *Ekkeh.* 801.

802. 2. Hirena — relegavit. *Ekkeh.* 802. Ipso[23] tempore terre motus magnus factus est quo tota Italia graviter concussa est, et multa loca circa Renum et in Gallia et in Germania tremuerunt; sed et mortalitas subsecuta est.

803. 3. Legati Karoli — sunt reversi. *Ekkeh.* 803.

804. (4.) Imperator ducto exercitu — cum eo celebravit. *Ekkeh.* 804.

805. 5. Imperator misit — occidit, sicque ad patrem suum rediit. *Ekkeh.* 805.

806. 6. Habito conventu — confirmatum. *Ekkeh.* 806. Quidam paganus princeps cum classe ad excidendam Liciam — classem totam amisit. *Sigeb.* 807.

807. 7. Legati Persarum — compositum. *Ekkeh.* 807.

808. 8. Imperator audiens — cum detrimento suorum rediit. *Ekkeh.* 808.

809. 9. Lodewigus — se recepit. *Ekkeh.* 809.

810. 10. Pipinus — Hemingus, filius fratris sui. *Ekkeh.* 810.

811. 11. Imperator pace — obiit. *Ekkeh.* 811.

812. (12.) Nicephorus — firmavit. *Ekkeh.* 812. In Francia — adhuc servatur. *Sigeb.* 812.

813. 13. Imperator Lodewigo, filio suo, coronam imponens — nihil ex eo remanserit. *Ekkeh.* 813.

814. 14. Karolus imperator, senectute gravatus, Lodewigum filium suum sibi successorem inperii constituit; ipseque
cf. Ann. Sax. 814. Aquisgrani — feliciter rexit. *Ekkeh.* 814 *et p.* 165. Hic inter alia, omnibus pene regibus excellentiora opera, Saxoniam diu infrenem et christiani nominis tunc inmunem, longo licet bello subactam, fidei catholice impressit sigillo.

815. Anno Domini 815. Lodewigus filius Karoli regnavit annos 27. Hic ad suscepti regni administrationem — Aquitaniae. *Ekkeh.* 814 *et* 815.

815. Secundo anno relatum est ei, quosdam ex primoribus — satis fecerunt. *Ekkeh.* 815.

fol. 61. 3. Quo papa defuncto Stephanus succedens sedit menses 7. Hic ad consecrandum regem Remis ad eum veniens,
816. honorifice — pronunciavit. *Ekkeh.* 816.

817. 4. Qui Romam reversus 7. mense decessit, cuius Paschalis successor sedit annos 7. *Ekkeh.* 817. Hildenshe-
cf. Ann. Sax. 814. mense episcopium cepit. Lodewigus imperator, tam paterne religionis quam potestatis heres, in Aulicensi ecclesia arcem episcopatus firmare decreverat, quam beati Petri apostoli nomine et honore dicari fecerat. Sed voluntate Dei ostenso ad reliquias sanctae Dei genitricis Mariae miraculo, et constructo in eius veneratione oraculo, in locum qui dicitur Hildenesheim sedes episcopalis translata est, sic principe apostolorum genitrici Conditoris sui locum dante. Imperator cum audisset Bernhardum nepotem — se tradidit. *Ekkeh.* 817.

818. 5. Detecta — Lodewigum. *Ekkeh.* 818. Basilica sancti Bonifacii dedicata est et ossa eius translata sunt anno Domini 818. *Ann. Fuld.* 819.

819. 6. Conventus Aquisgrani — Calvum. *Ekkeh.* 819. Propter iuges — corrupta sunt. *Ekkeh.* 820.

820. 7. Leo imperator Grecie occisus est in basilica — regnavit 9 annis. *Ekkeh.* 821.

821. 8. In regione — antique Corbeie in Francia anno Domini 822. *Ekkeh.* 822.

822. 9. Paschalis — aedificatam transtulit. *Sigeb.* 821. Hoc anno prodigia — irradiabat. *Ekkeh.* 823. Nix magna a Kal. Oct. usque ad 2. Idus Aprilis permansit.

fol. 61. 10. Eugenius papa sedit annos 3. Legati Michaelis — sanatis. *Ekkeh.* 824. Corpora — transferuntur. *Sigeb.* 824.

824. 11. Paucis post estivale — latitudo 7, spissitudo duos habebat. *Ekkeh.* 824.

825. 12. Habito Aquisgrani — redierunt. *Ekkeh.* 825. Eugenio papa annuente abbas Hiltwinus corpus — omnia posse. *Ekkeh.* 826.

826. 13. Inperator Brittanniam vastat, duobus preliis commissis contra Wiomarum regem, qui sequenti anno in domo propria occisus est. *Ann. Hildesh.* 824. 825. Eugenius papa — Gregorius sedit annos 16. *Ekkeh.* 827.

827. 14. Hic constituit — altaris. Corpora — miraculis claruerunt. *Ekkeh.* 827. In regione Wasconie — visionem vidit[a]. *Ekkeh.* 828.

828. 15. In quadragesima — ex parte denudaret. *Ekkeh.* 829.

829. 16. Michaeli regi Grecie Theophilactus filius eius successit, regn. annis 12. *Ekkeh.* 830 *et* 831.

830. 17. Amularius — regum tractatus edidit. *Ekkeh.* 831.

a) *cod. addit:* Habetur in fine libri.

23) Haec ex Einhardi Annalibus per Reginonem aliumve librum in nostrum derivata esse videntur.

18. Corpora — deferuntur. *Ekkeh.* 831. 831.
19. Imperator — indignantibus ceteris. *Ekkeh.* 833. Sarraceni — Beneventum translata. *Sigeb.* 831. 832.
20. Imperator magnum conventum habuit Niumago. *Cf. Ann. Sax.* 831. 833.
21. Corpus Liborii de Gallia in Saxoniam translatum. *Cf. Ann. Sax.* 836. 834.
22. Sancti quoque Viti corpus de Parisio in Corbeiam. *Cf. Ann. Sax.* 836. 835.
23. Hatto Basiliensis episcopus vita decessit. *Ann. Alam. Aug. cf. Ann. Sax.* 837. 836.
24. Otgarius Mogonciensis episcopus sedit anno 1. 837.
25. Gregorius Mogonciensis episcopus sedit annos 22. 838.
26. Pippinus filius imperatoris defunctus est. *Ekkeh.* 838. Botho diaconus palatii ad Iudaismum lapsus est. *Ann.* 839.
*Alam. cf. Ann. Sax.* 839. Eclipsis solis facta est. Lodewigus — sepultus est. *Ekkeh.* 840.
Anno Domini 841. Lodewigus — dividere. *Ekkeh.* 841. 841.
2. Qua de re — triumphatum. *Ekkeh.* 841. 842.
3. Tandem — Galliam. *Ekkeh.* 841. 843.
4. Sergius papa sedit annos 3. *Sigeb.* 844 *et Gest. pont.* 844.
5. Theophilo regi Grecie Michael filius eius successit. *Ekkeh.* 841. 845.
6. Rex Bulgarum — perseveravit. *Ekkeh.* 841. 846.
7. Leo papa sedit annos 8. *Sigeb.* 847. *et Gest. pont.* fol. 62.
8. Iudith — rebus excessit humanis. *Ekkeh.* 847. 848.
9. Rabanus Mogonciensis episcopus sedit annos 8. *Cf. Sigeb* 848. 849.
10. Godescalcus — errore. *Ekkeh.* 850. 850.
11. Quaedam pseudoprophetissa — fecisse. *Sigeb.* 848. 851.
12. Sancta Helena — excolitur. *Ekkeh.* 849. 852.
13. Franci — verterent. *Sigeb.* 850. Fames — exhibuit. *Sigeb.* 851. 853.
14. Corpus Martini levatur. *Ekkeh.* 855. Benedictus papa sedit annos 2. *Gest. pont.* Ipso conspiratione quorun- 854.
dam — honorifice revocatur. *Sigeb.* 855. Karolus — trudit. *Sigeb.* 852.
15. Terre motu — exusta. *Sigeb.* 855. 855.
16. Lotharius — cum fratre Lodewigo successit Lotharius, postea excommunicatus. *Ekkeh.* 855. Paulus 856.
papa sedit anno 1.
17. Karlus Mogoncie episcopus ann. 7. 857.
18. Stephanus papa sedit et ipse annum 1. 858.
19. Nicolaus papa sedit annos 8. 859.
20. Hildigardis regina defuncta est. *Ekkeh.* 857 860.
21. Colonie — reliquit. *Sigeb.* 857. 861.
22. Meginradus — occiditur. *Ekkeh.* 862. In parochia — incendio consumsit. *Sigeb.* 858. 862.
23. Liutpertus Mogonciensis episcopus sedit 32. 863.
25. Huni christianitatem susceperunt. *Ekkeh.* 865. 865.
26. Basilius — domino suo. *Ekkeh.* 867. 866.
27. Adrianus — 5. *Ekkeh.* 868. 867.
28. Hibernum tempus asperum nimis et solito prolixius, frugibusque et arborum proventibus pernoxium. Nix 868.
quoque sanguinolenta in plerisque locis cecidit. *Cf. Ann. Alam.*
29. Lotharius — concessa. *Ekkeh.* 870. 869.
30. Karolus rex Galliae regnum Lotharii invasit. *Cf. Sigeb.* 871. 870.
31. Wormacium fulminis ictu crematur ex parte. *Cf. Ann. Quedl.* 872. Sarracenis — rediit. *Sigeb.* 867. 871.
32. Iohannes — quatuor libellis. *Ekkeh.* 872. Colonie — expelli. *Sigeb.* 871. 872.
33. Res miranda et nimis stupenda contigit, ut multitudo locustarum, qualium liber Exodi mentionem facit, per 873.
plurimas terrarum partes tam dense consederunt, ut superficiem terre cooperirent et frugibus multum nocive existerent.
In quibusdam locis pauce cadentes cito pertransierunt. *Cf. Sigeb.* 874.
34. Lodewigus — obiit. *Ekkeh.* 875. Karolum regem — crucis. *Sigeb.* 872. Karolus Calvus Romam tendens — 874.
ordinatur. *Ekkeh.* 875.
35. Lodewigo regi — consumpserit. *Ekkeh.* 875. Cometes — apparuit. *Sigeb.* 876. 875.
36. Subita et nimia — vestigium remanserit. Lodevicus rex Germaniae obiit. *Sigeb.* 876. Bellum in Ribua- 876.
ria inter Karolum et Lodewigum filium superioris commissum. *Cf. Ann. Hild.* 876.
Anno Domini 878. Karolus iunior — annis 11. *Ekkeh.* 877. 877.
1. Lodewigus tenuit — monarchiam obtinuit. *Ekkeh.* 877. Ingruente — reperirentur. *Sigeb.* 877.
2. Karolus — obiit. *Ekkeh.* 878. 878.
3. Iohannes — moratus est. *Sigeb.* 879. 879.
4. Sol — Bawariam ingressus est, qui ipse vita decessit. *Ekkeh.* 880. 880.
5. Marinus papa sedit annum 1, *Gesta pont.* a quo Karolus iunior — sublimatur. *Ekkeh.* 881. 881.
6. Adrianus papa sedit annos 2. *Gesta pont.* 882.
7. Lodewigus balbus — regnant annis 5. *Sigeb.* 880. 883.
8. Stephanus papa sedit annos 6. *Gesta pont.* fol. 62'
9. In silva — ceduntur. *Sigeb.* 880. 885.
10. Otto vir — defuncto patre. *Ekkeh.* 886. 886.
11. Karolus imperator — regnum dimisit et paulo post obiit. Basilius — annis 22. *Ekkeh.* 887 *et* 888. 887.
Anno Domini 888. Arnolfus — regnavit. *Ekkeh.* 888. 888.
1. Sunderoldus Mogonciensis episcopus sedit annos 4. *Cf. Ekkeh.* 889.
2. Corpus sancti Iustini translatum est Corbeiam. *Cf. Ann. Sax.* 891. Arn — solenniis. *Ekkeh.* 889. Arnolfus — 889.
machinabantur. *Ekkeh.* 888.
3. Rex — delevit. *Ekkeh.* 890. 890.
4. Formosus papa sedit anno 5. Hic vehementer affligebatur — testati sunt. *Ekkeh. p.* 174. Ratispona — conflagrata 891.
est. *Ekkeh.* 891.
5. Sunderoldus — occiditur. *Ekkeh.* 893. 892.

893. 6. Pro quo — peior. *Ekkeh.* 893. Hic (Hatto) malignis consiliis cum multa mala peregisset, post 24 annos episcopatus fulmine dicitur percussus; sicque dissolutus post tertium diem defecit.

894. 7. Arnolfus — Lothariensium. *Ekkeh.* 894.

895. 8. Bonifacius papa sedit annos 6, qui pro Sergio depositus est. Sed Sergius quantocius mortuus, in catalogo non est receptus. Rex Italiam — subegit. *E keh.* 895.

fol. 63. 9. Karolus iam quindennis — manciparetur; quod et factum est. *Ekkeh.* 897.

897. 10. Magna fames — persuasit. *Ekkeh.* 899.

898. 11. Stella quaedam apparuit mire magnitudinis, que putabatur cometa fuisse. Erat enim deorsum radios magnos emittens et per multas noctes per zodiacum adscendens, signans gentem Ungarorum multas terras vastaturam.

899. 12. Arnulfus — potant. *Ekkeh.* 900.

900. Anno Domini 899. Lodewigus Arnolfi — incendunt. *Ekkeh.* 901.

901. 2. Ungarii — debellaverunt. *Ekkeh.* 902.

902. 3. Stephanus papa sedit anno 1. Zuentebaldus — composuit. *Ekkeh.* 903.

903. 4. Romanus papa sedit menses 4, Theodorus dies 27. Ostensa sunt portenta; stelle veluti cf. Ann. Sax. 902. cadentes per maximam noctis partem; Renus et multi Saxonie fluvii, ut testati sunt navigatores et molendinarii, naturalem cursum in eadem nocte non habuerunt: hoc est 5. Kalendas Octobris.

904. 5. Iohannes papa annum unum sedit.

905. 6. Benedictus papa sedit annos 4 vel 5. Quidam potens nomine Adelbertus — capitalem subiit sententiam; sic perfidia Hattonis praesulis Adelbertus periit. *Ekkeh.* 901 *et* 908.

906. 7. Ungarii fines Saxonie vastantes multos occidunt, mulierum quoque ingentem tur- cf. Ann. Sax 906. bam nobilium, liberarum et ancillarum per crines veluti loris connexam, nudam et mamillis perforatam secum cum puerulis duxere captivam.

907. 8. Bawarii — prostrati sunt. *Cont. Reg.* 907.

908. 9. Ungarii, Saxonia et Thuringia vastatis, inde Alemanniam petunt, quibus Franci viriliter restiterunt et e suis sedibus reppulerunt. *Cf. Ekkeh.* 909—911.

909. 10. Lodewigus — vixit annis. *Ekkeh.* 912.

910. 11. Leo papa sedit mense 1, Christoforus anno 1.

911. 12. Sergius papa sedit annos 6. Supradictorum autem Brunonis et Ottonis pater erat Ludolfus cf. Ekkeh. 912. Wolfh. Vit. Godeh. post. c. 17. dux Saxonie, qui Romam profectus, ab ea, Sergio papa, reliquias sanctorum presulum Anastasii et Innocentii impetratas detulit. In quorum honore ecclesiam et cenobium sanctimonialium Brunestehusen, postea quarto anno in Gandersheim construxit, omni hereditate sua illic adtributa, et filia sua Hadomoda prima abbatissa constituta, consecrante Altfrido Hildenesheimensi episcopo.

Bruno filius Liudolfi, dux Saxonum factus, duxit — in regnum sublimato. *Ekkeh.* 912.

912. Anno Domini 912. Conradus — permansit. *Ekkeh.* 913.

913. 2. Ungarii ab — vincuntur. *Ekkeh.* 912.

914. 3. Rodolfus moritur, qui ad regnum Gallie electus erat consilio Hugonis contra Karolum. Hic Karolus filium habuit — successit. *Ekkeh.* 897 *et* 914.

915. 4. Hatto — successit. *Ekkeh.* 915.

916. 5. Ungarii — perveniunt. *Ekkeh.* 917.

917. 6. Anastasius papa sedit annos 2. Basilea — destruitur. *Ekkeh.* 918.

918. 7. Idem ipsi per Alemanniam — imperatoris. *Ekkeh.* 919.

919. Anno Domini 919. Heinricus, genere — placuit omnibus iste sermo. *Ekkeh.* 920. *p.* 180.

Huius anno 1. Dando papa sedit menses 3. Iohannes papa sedit annos 3. Henricus rex perrexit — populo suo. *Ekkeh.* 920.

fol. 64. 2. Arnolfus dux cum uxore — appellatus est. *Ekkeh. p.* 180. Ropertus — preponitur. *Ekkeh.* 922.

921. 3. Ungariis Franciam — peremit. *Ekkeh.* 923.

922. 4. Leo papa sedit mensem 1. Stephanus papa sedit annos 2.

923. (5.) Reges — pateretur. *Sigeb.* 923. Huius rei veritas sic se habet. In provincia Sidonis est civitas cf. Sigeb. 765. opulentissima nomine Beritus, in qua Salvatoris nostri icona, non multo post passionem eius ad derisionem ipsius a quibusdam Iudeis ridiculose crucifixa, produxit sanguinem et aquam, unde multi eorum in vero crucifixo credentes baptizati sunt. Quicunque etiam ex stilla icone peruncti sunt, a quacunque detinebantur infirmitate Christi virtute sani reddebantur.

924. 6. Africani — christianorum. *Sigeb.* 923. Karolus — traditur. *Ekkeh.* 925. Heinrico autem regi — dilatari. *Ekkeh.* 925 *et p.* 182. Rodolfus rex Burgundionum — tenuit. *Ekkeh.* 925. Idem Rodolfus lanceam — solet manere. *Ekkeh.* 925 *et p.* 182. Hiltino Augustensi episcopo defuncto, sanctus Odelricus in presulatu successit. *Ekkeh.* 925.

Eius episcopatus tempore Ungarii, qui sub Arnulfo imperatore emerserant, diabolica rabie contra nomen christianitatis armati, obsederunt Augustam, quatinus ea deleta vastationis sue pedem alibi quoque inoffenso pede circumferrent. Sed inter obsidionis moras sanctus Odelricus divina subnixus gratia, Lichum fluvium, qua tunc solum ei pre hostibus in civitatem patuit accessus, sicco equi vestigio cum suis transivit. Confortans itaque cives ait: *Inimici Christi vallaverunt nos per circuitum, qui et sanguinem nostrum siciunt, et honorem divinum abolere venerunt; videte ergo, quid facto opus sit ac sancta nostra pollui et nos paciamini sine misericordia dispergi, an istis revera Satane membris, utpote paganis et inmundis, in nomine Domini occurratis.* Ad hanc vocem cor unum erat omnibus, honorem Dei, res quoque domesticas, etiam usque ad sanguinem defendere. Inito ergo certamine ad clivum, qui dicitur Guncenle, populus Dei canibus ad lacerandum expositus est, vixque

abditis receptaculis deditione facta delituit: O mira Dei providentia! Non poterat sanctus ille, qui miraculis coruscavit, Dominum flectere precibus; non poterat, qui Lichum superambulavit, suis a Domino impetrare victoriam. Certe beneficio miserentis Dei actum est, qui omnem filium flagellat quem recipit, ut hic quoque filius suus occisis in prima congressione fratre et duobus patruelibus flagella sustineret; certe beneficio irascentis Dei actum est, ut non solum Augustam, verum etiam Romanum imperium conculcatum Ungari tributarium facerent, et fedum*. Ita per multa tempora tributum Romani reges persolvebant, novissime quoque Arnolfus ultimus de genere Karolorum et successor suus Conradus ad imperium regis Pannoniorum* parebant. [* gl. Ungarorum c.] Qui Conradus rex a Heinrico[a], tunc duce Saxonum, varias adversitates paciencia solummodo pervincebat. Ea quidem est pugna, qua mansueti semper superant, nunquam superantur[b]. Hic ergo rex adeo publice [cf. Annal. Sax. 907] studuit utilitati, ut hanc quoque in hoste suo, quae tamen virtus est rara, comprobaret. In articulo enim mortis requisitus a principibus de futuro sibi digno successore, eundem ducem Heinricum prodidit eis, utpote virum consilio et virtute pollentem. Tres ergo Heinrico erant fratres, qui de predii particione tractantes, predium, quo pater eorum Gandessemensem ecclesiam indotaverat, videlicet undecim milia mansorum abscindere moliti sunt, quos ipse ad cor revocare nequiens, maluit ecclesie suam portionem contradere, quam excommunicationi cum ipsis subiacere. Maluit iuste non habendo egere, quam iniuste habendo non egens esse. Quid plura? De reliquis bonis nullam communionem sortitus est, imo tanquam infortunatus exheredari sustinuit pacienter; felicis autem infortunium cum ipso inconstans est. Ecce enim defunctis fratribus, tota in ipsum ducem iam regem hereditas derivatur. Iste est primus Heinricus post Karolum, cognominatur auceps*, pro eo [* glos. the Vogelere c.] quod venatu semel in curia sua Dinkelere[24], brumalem declinans intemperiem, cum pueris lascivis aviculas inlaqueavit. In quo etiam studio a principibus deprehensus, inopinate Aquisgrani intronizatus est; et quoniam in Conrado regnum inpugnaverat, ipse sibi de se iudex, toto regni sui tempore coronam capiti suo inponi contradixit. Iste Heinricus ecclesiam in Winedhusen et Quidelingeburch, Gandersheim quoque vicumque Goslarie construxit; et sua uxor, beate memorie Machtildis regina gloriosa, Palidensem ecclesiam sed et Northusensem fundavit, quam ipsam in iuniorem suam, ut asseruit, filiam divitiis extulisset, nisi subito carne soluta, laboriosum hoc vivere eterna requie commutasset, cuius vitam conscriptam, verte folium, et invenies.

7. Iohannes papa sedit annis 5. Ungarii totam Franciam, Galliam, Alsatiam atque Alemanniam gladio et igne devastabant. Heinricus rex Sclavis — celebre facit. Berengarius — perimitur. *Ekkeh.* 926. 925.

8. Ungarii — incendunt. *Ekkeh.* 926 *et Sigeb.* 925. Karolus — committitur. *Ekkeh.* 927. fol. 65.

9. Lodewigus — in regnum statuitur. *Ekkeh.* 928. 927.

10. Rex — constituitur, Hilduinus Mediolano. *Ekkeh.* 929. (*Sigeb.* 928.) 928.

11. Heregerus — constituitur. *Ekkeh.* 930. 929.

12. Leo papa sedit annos 3. 930.

13. Heinricus — petit. *Ekkeh.* 931. Dieto — obiit. *Ekkeh.* 932. 931.

14. Heinricus — christianos fecit. *Ekkeh.* 932. 932.

15. Stephanus papa sedit annos 3. 933.

16. Arnoldus — utilia. *Ekkeh.* 933. 934.

Cum iam multo tempore solvendo vectigal Romani barbaris subiacerent, saevae iniusticiae Heinricus rex cognomento auceps* omnimodis contradicere cogitavit. [* gl. Wogelere c.] Indignans igitur Ungarus, quod aliquamdiu cesar Romanus tributum non solvisset, missis ad eum nunciis exegit, ubi ipso[c] vere curiam in Saxonia celebravit. Super hac legatione principes inperator consuluit, et non tutum esse non mittere, in omnium responsis accepit. Quibus solo timore deiectis, cesar subintulit, si ipse extraneis censum debeat obtulisse, magisque cum ipsorum adminiculo se velle contradicere. Audito hoc, uno ore vitam in prelia promittebant. Tunc cesar accersitis Ungarorum nunciis, canem brevem et spissum, auribus et cauda decurtatis, per ipsos Ungaro transmisit, et ut deferrent sacramento constrinxit, et sic demum vacuos ac sine honore dimisit. Et ecce rumor insolitus Ungariam pervolans, aures audientium infecit; unde communis patrie dolor communiter omnes pro tam turpi repulsa in certamen animavit. Congregata ergo manu hostili, filii Belial sicut locuste terram operuerunt; et 50 milibus bellatorum in obsidione Indapolis* et finitimarum munitionum [* gl. Iechaburch c.[25]]

a) henrico *hic c.* b) superant *c.* c) ipsa *c.*

*) i. e. feodum.

24) Dinklar villa, ab oriente civitatis Hildesheim.

25) Iechaburg castrum, quod saeculo decimo exeunte in monasterium conversum est, haud longe a Sondershausen situm erat; illud Widukindus Widonis Thuringi fuisse tradit. Cf. de ea re Iac. Grimm in Haupts Zeitschr. f. Deutsch. Alterthum T. 8, p. 9. 10.

25 dimissis, Ungarus in magna animi superbia cum totidem milibus partes orientis[25] quasi
26 pede conculcans, secus Elm[26] castra metatus est. E contra imperator vires pretemtans, 12 tantum milia virorum recensuit; qui et ipsi tandem ad 4 vix milia secum permanserunt.
cf. Widuk. I, 38. Ipse vero eosdem exhortans ait: *Donum victorie non in multitudine populi sed de supernis est. Memineritis mirabilium Dei, quibus suam fidelibus semper ostendit potenciam, quia non est differentia in conspectu eius, liberare in multis et in paucis. State ergo viriliter pro cultu divino, pro uxoribus vestris et filiis, vosque populus unus quis? et quid? factis ostendite. Et quia Deus in causa, ideo Deus merces operis!*

Semper animi dissolutio securos, securitas negligentes, negligentia inperitos facit. Pro nimia enim securitate nullas Ungari providebant excubias, tanquam salus ipsis non posset non adesse. Ipsa ergo nocte terra vehementer irrigata est, cum diluculo sole incalescens, nebulam multam et spissam exalavit; et quis hoc divine dispositioni non adscribat? Ilico inperator incautos occupans, pro tributo ferrum bis acutum obtulit, et ex eis non minus contrivit, quam lassandi necessitate devictus plus contrivisse non potuit. Hostes igitur exhaustis viribus ad demissos in obsidione Iechaburch refugerunt, quos et ipsos cesar, cuius fortitudo ut rinocerotis, die altera cum 16 milibus persequens, ingenti plaga eliminavit.

935. 18. Marinus papa sedit annos 3. In Genuensi — evacuata. *Sigeb.* 935. Hoc anno — notabatur. *Sigeb.* 937. Erat Henrico uxor — lacrimis plurimorum. *Ekkeh. p.* 183. His temporibus res mira accidit in Saxonia de qua Thietmarus, Merseburgensis episcopus, in chronicis suis scribit ita dicens: *Ut nullus Christi fidelium — audient vocem filii Dei et procedent. Thietm. I, 7.*

Incipit prologus in vita Machtildis reginae.

Dum plerique mortalium *etc. usque* in omnia secula Amen; *vide SS. T. X*, 575—582.

cf. Ann Sax. 936. Anno dominice incarnationis 935. Otto magnus — praedicatur. *Ekkeh.* 937. Otto rex vir erat strenuus, fidelis et humilis atque in exigenda iusticia severus; ad cuius mensam cotidie 30 libre argenti pertinebant; quibus sex ademtis ecclesiam Magdeburgensem, que et Parthenopolis dicitur, fundavit, aliasque quam plures. Iste duxit Anglice gentis regiam uxorem nomine Edith, castissimam et magni apud Deum meriti, ut in quibusdam rebus claruit. Nam quadam nocte rege absente, cerva indomita veniens sepiusque ostium pede propulsans, dominam tandem ut intromitteretur evicit, et recto gressu ad eam usque perveniens procubuit, tamquam suam locutura miseriam. Iussu itaque regine, considerantis aliquem inesse dolorem, venator Albim transiens, cerva preeunte hinnulum eius inlaqueatum invenit; quo eruto, cerva letior suis lustris recondita est. Aliud quoque memorabile Dominus cum ipsa ostendit. Ipsa enim flagrans amore Dei, omni die ecclesiam frequentare et servitio Dei adesse studebat; quam in elemosinis largam pauperes ad fores basilice congregati prestolabantur, consueti veniente ipsa sibi subsidia preberi. Quam rex experiri cupiens, a cotidiana numismatum expensione ipsam precepto velut iratus prohibuit. De qua re pauperibus ingemiscentibus, illi subsidium, ista devotionem sibi minui dolebat. Sed hoc paucissimis diebus permansit. Quadam igitur precipua festivitate induta veste preciosa* a marito sibi tradita, ad ecclesiam processit; quam rex, pauperis cuiusdam vestibus indutus, ignorante ipsa callide precesserat; templique foribus assidens, eam venientem manu incerta tenuit sibique misereri postulavit. Qua dicente, sibi hoc a marito prohibitum, ille subiunxit, se adventitium nunc primum ab ea petere et in tali festo vacuum relinqui non debere. Illa vero dicens preter vestes nil se habere, audivit, ipsarum vestium particula pauperum posse adiuvari. Deinde regina, pudore acta, illum se constanter tenentem pallio suo circumplexum, manicam preciose vestis abrumpere permisit. Quam pauper, qui putabatur, in sinu suo abscondit. Et illa cum truncata veste sed pallio occultata, rex quoque domum rediens, et cultu suo indutus, celebrationi sacrorum interfuerunt. Regina ad hospicium rediens, integra veste induta, scissam abscondit; sicque ad mensam venientem rex contemplatus requisivit, cur vestem, quam mane induerat, commutasset. Cumque illa occasiones pretenderet, ipse priorem vestem deferri precepit. Qui semel et iterum cum falli mutatoriis non posset, tandem illa anxiata sed in Domino confisa, quod rex poposcit, e latibulo protractam presentari iussit. Quam vestem rex agnoscens expansam, utrasque manicas habere conspexit, ipseque quod abruperat proferens, cunctis audientibus, ut erat gesta res aperuit, ac deinceps regine quod vellet erogandi licentiam concessit. Rex igitur Otto

*gl. curcebord c.

25) orientalis Saxoniae, Ostfalahorum. 26) saltus prope Wolfenbüttel.

confirmatus in regno, quam sapientem in regni — enarrari non valet. *Ekkeh.* 937. *p.* 184. Ipse enim de die in diem 935.
proficiens — accepit potestatem. *Ekkeh. p.* 187. Barbaris etiam ad novas res — utilis permansit. *Ekkeh. p.* 184.
Rex vero in commisso fidelis, sibi et ecclesie vigilavit, studens per Domini plantaria virtutes inserere, vitia exstirpare; in tantum autem iustitie inservivit, ut bipennim eius iudiciariam in media curia infigi nulla dies quantumvis festiva interceperit.

1. Huius anno primo monasteria duo praeclara sancti Galli — cremata sunt. Rebellans regi Eggehardus comes
palatii et Giselbertus dux Lotharingie, qui Gerbergam sororem regis uxorem habebat, Rodolfus rex — obierunt. *Ekkeh.* fol. 70.
937. Ungari per Austrasiam — redeunt. *Sigeb.* 938.

2. Agapitus papa sedit annos 9. Eberhardus et Giselbertus — scriptis reclamabat. *Sigeb.* 939. 936.

3. Rex Otto Lotharingiam subiugans usque ad Caprimontem — regem fugit. *Sigeb.* 940. Burchardus — obiit. 937.
*Ekkeh.* 940.

4. Otto rex Gallias petiit et sibi subiecit. Lodewigus — eos fugat. *Ekkeh.* 941. Thancmarus — confossus 938.
periit. *Sigeb.* 941.

5. Giselbertus et Eberhardus — gravem livorem pertulit. *Ekkeh. p.* 190 *et p.* 185. Hildeberto episcopo fideli Mo- 939.
gonciensi Fridericus infidelis successit. *Cf. Ekkeh. p.* 185.

6. Rege in partibus Alsacie castellum Brisach (a quo dicitur Brischowe) adversus predictos — suffocatur. *Ekkeh.* 940.
940. *et p.* 185.

7. Ad Ottonem regem venerunt legati Grecorum semel et secundo cum muneribus. *Cf. Ann. Hild.* 945 *et* 949. 941.
Ungarii — vincuntur. *Ekkeh.* 944. Sol — Magdaburg transtulit. *Sigeb.* 944.

8. Otto rex totam Lotharingiam — Adelberone. *Sigeb.* 945. 942.

9. Henricus frater — excluditur. *Ekkeh.* 946. 943

10. Edith regina obiit. Bertolfo — frater regis successit. Berengarium — Arelatum reliit. *Ekkeh.* 947. 944.

11. Iohannes papa sedit annos 8. Rege — tirannizat. *Ekkeh.* 948. 945.

12. Heremanno — accepit. *Ekkeh.* 949. 946.

13. Per loca — commisit. *Ekkeh.* 950. Sic Otto rex Transalpinam peragrans regionem, Medio- 947.
lani innovavit monetam, qui nummi adhuc hodie Ottelini dicuntur. Interim filius suus cf. Ann. Sax. 951.
Arnoldus instinctu cuiusdam Wichmanni, ducis Saxonum, regnum invasit, et redeunte patre Ratispoli cum eo dimicans victus est, et in ecclesiam fugiens iuxta altare sancti Heimeradi delituit; cui Heinricus patruus suus, dux Bawarie, vitam et Carnotensem ducatum, tunc vacantem, impetravit.

14. Berengarius — cum pace. *Ekkeh.* 951. Otto rex Ungarios cum periculo suo suorumque prostravit, et ipso 948.
anno contra Abotritos periculose conflixit. *Ann. Hild.* 955. Mogontia — relaxatus est. *Ekkeh.* 951.

15. Mire magnitudinis ignitus lapis — monstrata sunt. *Sigeb.* 956. Deinde Mediolanenses rebelles 949.
facti, monetam regis inhoneste refutantes, ipsum rursus evocarunt. Quo cum iter dirigeret, cf. Ann. Sax. 951.
mulier quedam de raptore suo, quod sibi vim intulisset, querimoniam movit. Cui rex ait: *Revertens ad te, vita comite iniuriam tuam meam reputabo.* Qua dicente, eum oblivioni traditurum, ipse ecclesiam digito demonstrans, dixit, hanc fore notam memorandi. Quid plura?

16. Rex igitur Italiam — causa Adelheide regine, que mortuo Lodewigo rege[27] Italie, vidua remanserat, et a 950.
Berengario multis iniuriis affecta fuerat, quam ab invasoribus eripiens accepta uxore — Papie. *Ekkeh.* 952. Postea
Mediolanenses velut ab inicio subigens, ad hoc eos coegit, ut quia monetam eius in metallis contemserant, quidquid veteris corii de bursis vel ocreis habere potuit, solummodo inpresso numismate, argentum inde ab ipsis emi paterentur. Quibus sic humiliatis, denuo in hanc Galliam reflexit iter. In cuius absentia ubique terrarum cis Alpes pace turbata,
violentie et fraudes publice subintraverant. Quanto citius itaque reditus eius innotuit, ita cf. Ann. Sax. 952.
quisque cum alio stabili fide concordavit, ut nihil rex ad iudicandum inveniret. Intuens
autem ecclesiam prefatam[28], memorque mulieris, hanc sibi presentari et querimoniam 28
suam prosequi destinavit. Illa autem, que statim post accusationem factam raptori suo legitime iuncta per ipsum filios genuerat, modo de ipso nil nisi bonum asserebat. E contra rex affirmabat per barbam Ottonis — quod suum iurasse fuit — raptorem preiudicatum de illa sua bipenni sapere debere. Ilico petitionem implevit non volentis. Benefecit invite, iudicavit ingrate.

17. Liudolfus — rebellat. *Ekkeh.* 953. Post Wichfridum — descripsit. *Sigeb.* 953. Bellum — super Mosam 951.
fluvium. *Sigeb. l. l.*

18. Ungarii — Farabertum. *Ekkeh.* 954. Prodigiosa — sordentibus. *Sigeb.* 959. Conradus dux Dei et — impune 952.
redeunt. *Sigeb.* 955. Ipso tempore habitantes Calabriam, Tusciam, Apuliam, Longobardiam cornua rebellionis in regnum contumaciter erexerunt, quibus in virga ferrea subactis, Longobardi, quot annis rex Otto vixit, ad ducentas libras auri purissimi descripti sunt.

19. Wilhelmus, filius Ottonis regis Mogoncie constituitur archiepiscopus, mortuo Friderico. Raterio — Raginero 953.
comite. *Sigeb.* 956. Ungarii — necantur. *Ekkeh.* 955. Regis filius Liudolfus dux et Heinricus dux, patruus eiusdem Liudolfi, cum dissentirent, per duos annos incendiis et depopulationibus terram vastaverunt, pluresque non solum de populo sed et de optimatibus perierunt. *Ann. Hild.* 953.

20. Leo papa sedit anno 1. Liudolfus — moritur. *Ekkeh.* 956, et Mogoncie sepelitur. *Ann. Hild.* 957. Ungarii, 954.

27) Cf. Vitam Mathildis. 28) vid. annum superiorem.

954. cf. Sigeb. 957. **sociatis sibi Hunis, iterum regnum Ottonis** ductu Conradi ducis devastantibus, **concilium malignantium obsedit Augustam et in tantum artavit, quod iam fere in manus ipsorum tradenda fuerat, cum tandem rex superveniens victorie sue reddidit impeditos.** Conradus vero ab Ungariis ad regem penitendo rediens, orabat Deum ut — perimeretur. **Prima itaque acie hostium devicta, ipsemet rex sagittarios, qui dicuntur Valwen, irrupit, sicque omni virtute adversariorum consumta,** in hoc bello Ungarii — occubuit. Bruno — construxit. *Sigeb.* 957.

955. 21. Benedictus papa sedit annos 2. Bruno — fecit. *Ekkeh.* 957.

956. 22. Signum — intulit. *Ann. Hild.* 958. Brun — regem confugerunt. *Ekkeh.* 958.

957. 23. Iohannes papa sedit annos 5. Legati Rusciae — Adelbertum episcopum sibi transmissum perimentes martirem fecerunt. *Ann. Hild.* 960.

958. 24. Gallia et Germania iam — tendit. *Sigeb.* 961.

959-960. 25—(26.) Otto rex Italia pervagata — Bavenberg misit, ubi et defunctus est. *Ekkeh.* 962. Ipso tempore signum in sole apparuit; signabat, ut creditur, Ottone in imperatorem consecrato, Romani imperii a Francis in Teutonicos translationem. Imperator natale — exit. Adelberoni — substituitur. *Ekkeh.* 963. Hic, ut legitur, inspiciens — in ipsius urbis insula. *Sigeb.* 964. Hoc tempore Danis — promotus est. *Sigeb.* 966. Otto imperator ab Italia rediens, celebrato Aquisgrani pentecoste, Coloniam petiit, ubi omnis regalis — leticie possit equari. *Sigeb.* 965. Imperator Italiam repetens, Romam adiit, ducens secum filium suum Ottonem, ut augustalem benedictionem suscipiens, imperator diceretur. Otto imperator in terra Saxonica venas auri et argenti primus industria sua aperuit.

961. (27.) Benedictus papa sedit anno 1. Bruno dux — refertur. *Sigeb.* 965.

962. 28. Domnus vel Donus papa sedit anno 1 vel 2.

963. 29. Bonifacius papa sedit mense uno.

964. 30. Benedictus papa sedit annos 20. Quidam imperatoris — mereretur. *Ekkeh.* 968.

965. (31.) Idem episcopus (Theodericus) — locavit. *Ekkeh.* 969.

966. 32. Post mortem Willehelmi, filii Ottonis, **sedit Willigisus Mogoncie.** Mathildis etiam — defuncta est. *Ekkeh.* 967.

967. 33. Burchardus dux in Italia rebellem caesari devicit. *Cf. Bernoldi chron.* 965.

968. 34. Eclipsis etiam solis facta est 11. Kal. Decembris. *Cf. Bernoldi chron.* 967. Signum — apparuit. Otto — sociavit. *Ekkeh.* 971. Ultimo vite sue anno reversus de Italia imperator filio, celebrantibus eis pascha in Quidilingeburg, venerunt nuncii — cum muneribus. *Ann. Hild.* 973. Deinde ascensionem Domini Merseburg celebrans, iam termino suo propinquante, saltus nemorum quadam die venandi studio perlustrans, cum recubuisset in gremio militis, vidit in somnis adstantem sibi feminam arbores supereminentem, cerulea facie et veste. Nimioque timore correptus quesivit, quenam esset, ad quid venisset, vel quo tenderet. Cui illa ait: *Effluxio ventris nomen mihi est et veni ventrem tuum ad tempus inhabitare, postmodum in visceribus septem principum recondenda.* Predicto igitur modo exitum invenit. Nam post modicum primum in ipso, deinde ipso anno in ceteris, uno post alium, dissenteria vite lumen extinxit. Tertia namque feria — honorifice tumulatum. *Ekkeh. p.* 189. Cuius vitam — ad hunc annum perduxit. *Sigeb.* 973.

973. Anno Domini 973. Otto secundus, cognomento Rufus, regnavit annis 10. Hic vivente — sede collocatur. *Ekkeh.* 975. Hic maxima quiete perfunctus est, quia materiam pugnandi quaquaversum papa[a] abstulerat. Tunque sole bono micante, inperium in umbra pacis quievit.

1. Sanctus Odelricus — episcopatus sui 50. *Ekkeh.* 974.

974. 2. Raginerus — patriam recepit. *Ekkeh.* 974.

975. 3. Ratherius — vernale. *Ekkeh.* 974.

976. 4. Henricus dux Bawariorum imperatori insidias intentans, captus est et exilio deputatus. Cuiusdam quoque Geronis, barbaros regno superducere cupientis, infidelitate per Waldonem publicata, ipsi extra civitatem Magdeburg iuxta Albim dimicantes ab invicem sunt interfecti. *Ann. Hild.* 974. 978. 979.

977. 5. Lotharius rex Francorum Lotharingiam, quam senior Otto subegerat, recipere volens, usque ad palatium Aquisgrani principatum occupando pervenit. Quem inperator — vivendo duraret. *Ekkeh.* 977.

978. 6. Igneae acies in coelo vise sunt per totam noctem unam, subsequens periculum Romani exercitus presignantes. *Cf. Ekkeh.* 978.

979. 7. Lotharius rex cum magnis muneribus, se cum filio imperatoris Ottonis subiicit voluntati. *Ann. Hild.* 980; sicque sub Karum fluvium — abiurat. *Sigeb.* 980.

980. 8. Otto — Grecorum habebat. *Sigeb.* 981.

fol. 72. (9.) Greci — exosa haberi. *Sigeb.* 982. Postea Africani eruperunt, Romanum occupare volentes inperium; quorum copia exercitus arene maris vel stellis celi fuit exequabilis. Cesar ergo quesito exercitu sed maritimarum civitatum evocata virtute, navali prelio se exhibuit a primo solis ortu usque ad occasum eviscerans illos. Mirabile dictu, pre ubertate cruoris occisorum mare visum est proprium mutasse colorem. Hostibus igitur avulsis, proh dolor! ipse non sine damno evasit; nam eum toxicata sagitta traiectum, vix ad dimidium annum cura medici vite reservavit. Defunctus ergo in urbe Roma, inter sanctum Petrum et Petronillam decenter sepultus est. De substituendo — pars praevaluit. *Ekkeh.* 982. Sclavi rebelles facti sunt. *Ann. Hild.* 983.

983. cf Ann. Sax 983. Anno Domini 983. Otto tercius — regnavit annis 18. *Ekkeh.* 984. Quem patruus patris sui, videlicet Coloniensis archiepiscopus Bruno, a primis infancie[b] educavit, et premetuens nec frigidum nec calidum eum futurum disciplina sepius erudivit. Ob quod ipse puer quiddam non

a) *ita c.; est* pater. b) *scil.* annis. *Cf. Ann. Saxonem.*

puerile peregit. Nam semel presule nocturnas horas celebrante, puerum in urbe defunctum 983.
lecto suo inponens et sua veste operiens, quasi exanimem se finxit et abiit. Reversus pre-
sul nepotis lectum de more pervidit, inventoque cadavere, illum credidit emigrasse; unde
cyaticam passionem in ipso dolor subitus excitavit. Interim quem omnes deflebant, puer
vivus superveniens requirenti presuli, cur eum sic illusisset, respondebat: *De nimia verbe-
rum calumnia ulcisci commodius non poteram.* Nec mora, archiepiscopus indicta curia Mo-
goncie, nam tunc temporis regnum una cum puero procuravit, regem simul et regnum
principibus resignavit; ac deinde Moguntinus presul, scilicet Willigisus, per triennium
curam utriusque peregit. Qui de tributo Longobardie sibi interim deputato, videlicet mille
et ducentis libris[a] auri purissimi, crucem fusili opere fieri fecit. Benno[30] dictam, in cuius 30
summitate celatum erat:

*Auri sexcentas hec crux habet aurea libras.*

Crucis illa effigies in pede sinistro digitulam casu amisit, que tam puro auro per totam
etiam patriam quesito non poterat equiparari.

1. Theodericus — supervixit. *Sigeb.* 984.

2. Comperta morte anterioris Ottonis, Henricus — denuo effecerunt. *Ann. Hild.* 984. Saxones Sclavos rebelles 984.
factos invadentes vastaverunt. *Ann. Hild.* 985. Iterum quoque rex ipse cum exercitu intravit Sclaviam, cui Misacho cum
multitudine venit in auxilium, seque potestati eius subiecit; sicque totam terram illam depopulati sunt. *Ann. Hild.* 986.

(3.) Lothario — uno. *Ekkeh.* 985. 985.

4. Iohannes papa sedit menses 8. Tercio Saxones Sclaviam — subdunt. *Ann Hild.* 997. Postea Saxones Abo- 986.
tritos bis — inter se conflixerunt. *Ann. Hild.* 990. Lodewigo — annis 9. *Ekkeh.* 986.

5. Iohannes papa sedit menses 4. Karolus — evasit. Hoc anno inundatio — minorate sunt. *Ekkeh.* 987.' 987.

6. Iohannes papa sedit annos 9. Siccitas — secuta est. Ferunt — pluvia descendisse. Karolus — revertitur. 988.
*Ekkeh.* 988.

7. Theophanu — relegat. *Ekkeh.* 989. 989.

8. Anno Domini 990. eclipsis solis — iumentorum. *Ann. Hild.* 990. Karolus — successit. *Ekkeh.* 990. Otto rex 990.
urbem Sclavorum Brennaburg obsedit et cepit. Rege inde digrediente, Saxonicus quidam Kizo nomine contra regis im-
perium eandem urbem occupavit, et Sclavorum auxilio crebra in Saxoniam latrocinia patravit. Qui postea se cum suis
et eandem urbem regis ditioni subdidit. *Ann. Hild.* 991 *et* 993.

9. Remis — Romanum fore. *Ekkeh.* 991. 991.

10. Saxones tribus vicibus — fatigabant. *Ann. Hild.* 993. 992.

11. Postea rex Abodritos — et Behemani cum magno exercitu. *Ann. Hild.* 995. 993.

12. Sanctus — coronatur. Hugone — annis 35. *Ekkeh.* 994. 994.

13. Brunoni, Coloniensi presuli, Herebertus succedens multa sanctitate claruit. *Ekkeh.* 995. 995.

14. Legati apostolice sedis — invitant. *Ann. Hild.* 995. Quo veniens, Iohanno papa mortuo, publico consensu 996.
nepotem suum — Gregorius, qui sedit annos 2; a quo — omnia remisit. *Ann. Hild.* 996.

15. Sed imperatore Urbem exeunte, idem Crescentius — Urbe expulit. *Ann. Hild.* 996. Qui convocato Ticini — 997.
eundem anathematizavit. *Ann. Hild.* 997.

16. Iohannes sedit menses 10. Hic cum esset Placentinus episcopus — excommunicatur. *Ann. Hild.* 997. Hoc 998.
tempore quidam — solemnizari fecit. *Sigeb.* 998. Otto inperator tempore quadragesime causa orationis — Praga fecit
episcopum ordinari. Deinde in pentecoste Aquisgrani advenit, ubi causa admirationis — incurrit, quae ei Karolus appa-
rens predixit, scilicet quod inmatura morte preventus vitam sineret sine filiis. *Ann. Hild.* 1000. Igitur in Italia Crescentius
— rebellat. *Ekkeh.* 999. Terre motus — ceruleis pedibus. *Sigeb.* 1000. Inperator ad expugnandum Crescentium Romam
proficiscitur. *Ekkeh.* 1000. Et predictus Iohannes — nasu privatus est. *Ann Hild.* 1000. Deinde Crescentius inperatori
bello congreditur — ante Urbem suspenditur. *Ekkeh.* 1000.

17. Silvester papa, qui et Gerbertus, sedit ann. 4. Hic a quibusdam ab ordine pontificum excluditur, qu a non fol. 73.
per ostium, sed per nigromanci m intrasse arguitur; sed tamen in fine suo se recognovisse et penituisse refertur. *Cf. Sigeb.*
995. Otto inperator degens — Et quia illum uxor Crescentii spe regnandi ad amorem suum illexerat, *Sigeb.* 1002,
dum ipse iuvenis, invitus ab invita suasu principum suorum abstractus, discedit ab Italia,
illa utpote nimis fida, nolens alteram amore suo abuti, transmisit ei cirotecas et annulum,
amoris sui memoriale idoneum nunquam ab alia violandum. Cesar autem nesciens, illam
esse veneficam, donis eius veneno infectis quam primum adtactis, morte preventus est.
Veneficio eiusdem mulieris — Heinrico duce fratre primi Ottonis inperatoris. *Ekkeh.* 1000. Heinricus iste quon-
dam orans[31] in maiori ecclesia Ratispolitana audivit vocem dicentem sibi: *Lege scriptum in* 31
*pariete.* Scriptum autem erat: *Post sex.* Quo lecto — litteratus enim fuerat — abiit secum
admirans; metuensque die sexta sibi mortem inminere, interim orationibus, ieiuniis et ele-
mosinis summopere insudavit. Ouid plura? Sextam ebdomadam, sextum mensem, sextum
annum plena caritate observavit. Labente itaque sex annorum curriculo post exsequias
prefati Ottonis, cuius intestina — sepelitur. *Ekkeh.* 1000, conciliatis sibi — archiepiscopo. *Sigeb.* 1002.

Anno Domini 1001. Heinricus, huius nominis secundus — regnavit annos 22. *Ekkeh.* 1001. Evoluto autem 1001.
aliquot dierum circulo, quandam felicis memorie Cunigundam[32] consortem regni factam, 32

a) *glossa fortasse scribae* marcis *c.*

30) Cf. Martyrium Arnoldi ap. Böhmer Font. III, 325; Ann. Disib. 1160. 31) Cf. Ann. Sax. 1002. p. 648. 32) Cf. Ann. Sax. 1002. p. 649.

1001. quasi in matrimonio sibi copulaverat; quam tamen pro amore castitatis, que utrisque placuerat,
Matth. 5, 14. 15 nunquam cognovit sed ut sororem dilexit. Sed quoniam non potest civitas abscondi supra montem posita, utriusque vita prodigio quodam claruit intimata. Fuerat in curia
33 dux[33] quidam, regi admodum acceptus et in consiliis suis praecipuus, unde et in oculis regine gratiam pre ceteris maiorem adsecutus est. Ecce autem diaboli instinctu malorum invidia castissima de stupro interpellatur. Illa igitur, Susanne emula, de adulterii suspicione examinanda accedens ad iudicium bis sex vomerum ut fieri assolet candentium, posita spe in eo qui bonus est sperantibus in se, libera voce professa est: *Deus eterne qui absconditorum es cognitor, cui hoc idem est posse quod velle, et nichil velle quod non posse, qui Susannam de falso crimine, Danielem de lacu leonum ineffabili tua potentia liberasti, causam meam recto decerne iudicio, et hoc ipsum dimitte illis, qui iniuste iniquitatem fecerunt in me. Sic enim nec virum hunc, de quo mihi inponitur, nec alium aliquem usque hanc horam cognoverim, ita mihi gratia tua in hac presenti et extrema necessitate succurrat.* Et hoc dicto caput proprium detexit, et inter timorem secura, inter angustias tuta Deo duce penas fortiter cucurrit et vicit. Sic cesar, pie confusus et gloriose humiliatus, se ad pedes illese obtulit, eamque benigne ut decuit in posterum servavit. Considerans vero se continenter viventem filios non habiturum, Dominum, bonorum omnium datorem, habere delegit heredem, cunctis bonis suis servicio illius delegatis, sapienti utique usus consilio. *Ekkeh.* 1000.

1002. 2. Hic Heinricum marchionem — subegit. *Ekkeh.* 1001 *et* 1002. Heremannus quoque Alemannorum dux — se subdidit. *Ann. Hild.* 1003.

1003. 3. Iohannes papa sedit menses 5. Rex Italiam — subiugavit. *Ekkeh.* 1003. Gens Ungarorum — commendat.
al de bischope de sin vader untsat hadde. Do quam oc de bischop Rothard to Katelenborch, unde
satte dar ettelike herren weder an ir ere; he wiede oc datselve mûnster. Also vor deselve bischop wider
to Megenze, dannen he vordreven was. Koning Heinric do he vornam sines vader dot, he begonde schal-
len unde lachen: dat ward aneganc siner unsalicheit. He nam do rat van den herren, wat he mit sines
vader lichamen dede; se reden ime do, dat he ine upgraven lete, unde setten lete umbegraven an en unge-
wiet mûnster also lange, wante he tome pavese sande, of dat geschen mochte dat he ut dem banne queme.
De koning gebot do dat den bischopen, dat se ene upgroven; also ward he gesat an ene ungewiede
kirken, dar stunt he unbegraven vif jar. Koning Heinric quam do to Goslare, do lach he unde slep, unde 1107.
quam en starc donreslach, deme volgede en blicsne, darvan vorbarn sin schilt unde sin swert bi sinem Sept. 8.
bedde, dat was en uvel teken, ime selven ne ward[a] aver nicht. De paves Paschalis makede en conci- Mai.
lium to Trois, dar wolde he maken vrien kore an den biscopdomen. Koning Heinric sande do to deme
selven concilio biderve boden, unde umbot deme pavese, he ne wolde nimmer den bischopdomen
laten vrien kore, also van des koning Karles tiden dat rike behalden hadde wante an in; diu sake
ward do gevrist wante to Rome over en jar. Desselven jares vor de koning mit here uppe Vlan-
deren, unde orlogede dat lant mit sineme schaden, dat orloge[b] ward doch gevrist to deme nagesten
hove. De koning van Ungeren Colomannus orlogede wider sinen broder Almum, unde grep an dat
rike; darumme vor koning Heinric an dat lant to Ungeren, dar ne schop he jedoch nicht. He gewan 1108.
oc wider dat lant to Polenen, dat sic wider dat rike hadde gesat. Bi der tit starf bischop Rothard 1109.
van Megenze. De paves ladede do den koning to Rome, he segede dat he unhorsam were; darumme
was he wider ene harde unmodich. Dat underviengen de bischope unde de herren, unde makeden
under in ene sone dat he to Rome queme. De paves lovede, he wolde ene lieflike untfan, of he
kerstelike wolde varen, unde beschermere wesen des stoles to Rome. De koning Heinric wolde do
varen to Rome, do ward ime geseget, dat en heiden de stat to Prage beseten hadde unde dat lant
wider dat rike behalden wolde. Do let de koning de vard to Rome unde vor to Behem unde ge-
wan wider dat deme rike. De paves Paschalis clagede do den herren, dat de koning to deme dage,
de bescheden was, nicht komen ne wolde. Dat ward undervangen, wante he an des rikes not was.
Des koninges boden quemen do van Rome, unde segeden deme koninge wat gesproken hadde de
paves. Do lovede he unde de vorsten algemenlike herevard an dat lant to Langbarden. In den tiden
irschein enes nachtes en stern, also it were cometa, de gaf van sic langen schin jegen dat suden. Bi
denselven tiden quemen de Wenede in dat lant bi der Elve, unde branden dat unde slogen dar lu-
des vele. De hertoge Luder vor do uppe deselven Wenede, unde vorstorede ire lant; he gewan in
ave negen burge, unde nam gisle van in, unde vor wider to lande. Koning Heinric vor do mit here 1110.
to Langbarde, da wurden ime underdan al de stede unde castele, de an[c] deme lande weren. He vor 1111.
oc to Rome, unde ward herlike untfangen van deme pavese. De paves Paschalis mit den cardinalen
unde de koning Heinric mit den vorsten, de mit eme waren, de gaven undertwischen gisle, dat se deme
stole to Rome unde oc deme rike stadegeden ire recht. Se quemen tosamene in sente Peters mun- Febr. 12.
stere. De wile se saten an deme rade, do wart vor sente Peteres mûnstere an den graden en grot
strit, dar ward ludes vile geslagen. De koning unde de paves voren up, de Romere wolden den ko-
ning slan, de koning gewan de overen hant; he vieng den paves unde de kardenale, unde vorde se
mit eme, he was oc vor der stat to Rome al ene vasten. De Romere sanden do na deme koninge
unde na dem pavese; de vorsten overevenden se beide. Do quam de paves to Rome mit des koninges Apr.
willen to den paschen, unde de koning quam oc dar unde ward to keisere gewiet van demeselven
pavese an sente Peteres mûnstere. De paves gaf oc deme keisere ene hantveste, dat he hadde den sat
an den bischopdomen, alse van deme koning Karle dat rike an se[43] gebracht hadde. Do gaf de keiser 13
deme pavese herlike gave, unde scheden sic beide mit gûden minnen, unde gaf ime de paves orlof dat
he sinen vader begrove. De keiser vor do to Dudischeme lande, unde satte to Megenze to bischope Aug.
sinen kancelere Adelbrechte. Do was oc bischop to Hamburch unde to Bremen bischop Frederic.
Darna schuldegeden de Romere den paves Paschalem, dat he de hantveste deme keisere hadde gegeven,
unde dat he ene gewiet hadde wider eren willen. Do wart en grot concilium to Rome, dar quam de 1112.
bischop van Ravenna unde andere bischope vele, dar ward van deme pavese vordielt unde vordo- Mart.
met diu hantveste, de he deme keisere hadde gegeven, wande he se gaf wider recht unde wider Got.
Do satten sic wider den keisere bischop Adelbrecht van Megenze, hertoge Luder van Sassen, marcgreve
Rodolf, de palenzgreve Vrederic, greve Wicberth unde greve Lodewich. Ettelike diser herren quemen
deme keisere to hulden, bischop Adelbrecht ward gevangen unde ward gevord to Drivels, unde ward Oct.
dar behalden. De keiser gebot do, dat men siner viande gût verbrande unde verherede. He tobrach
Horneburch, dat he lange beleget hadde, he bestridde oc dicke sine viande unde dede in ledes vele. 1113.
Greve Hoger van Mannesveld vieng greven Wiberchte, unde antwarde ene deme keisere; he vorwun-

a) war *cod.* b) orlogo *cod.* c) de an *addit Eccard.* 43) de koninge.

1113. dede oc sere den palenzgreven Sifride, de starf nicht lange darna. Greve Reinolt van Burgundie wolde
Mart.9. oc sine manheit began, unde quam to[a] deme keisere mit groter mancraft, de ward gevangen. Keiser
1114. Heinric bot do enen hof to Megenze, dar nam he to wive des koninges dochter van Engelant de was
Ian. 7. geheten Mechtild, dar makede he se to keiserinne. De keiser wolde darna varen mit schip here uppe ettelike lant, de gelegen sin an jene half der Fresen; unde do he quam to Colne, diu stat satte sic wider ene, unde andere herren vile over deme Rine, de Westvale waren mit ime. Do let he de reise unde besat Colne, de he jedoch nicht gewinnen ne mochte, wane dat he dat lant in allenthalven vervorde. De Sassen waren uppenbare alle wider ene, he vor do mit groter heres craft uppe se, unde ovorvorde dat lant an allenthalven mit dere helpe, de van demeselven lande mit eme weren; he belach Bruneswic, he tobrac Halverstat, oc ward Orlagemunde beseten. Do de Sassen sagen dat grot angest dat up in lach, se quemen to samene mit deme hertogen Ludere unde mit anderen vorsten wider ene nicht darumme, dat se wider eren herren striden wolden, wane weren ire lant.

ANNALES PALIDENSES.

1115. 'non pugnandi contra dominum suum audacia, sed defen-
fol. 83. dendi se necessitate coacti, ut ipsi per internuncios imperatori confirmabant. *Ekkeh.* 1115. Quorundam enim suspicio fuit, quod proposuisset tributariam facere provinciam Saxonum. Hinc ergo bellum Welpesholt est habitum, in quo occumbente Hogero cum aliis ex eodem contubernio, qui compatriotas suos inpugnare ausi sunt, rex grave tulit dispendium. Sic inperator non parum amaricatus — roboratur. *Ekkeh. l. l.* Ipso die Saxonum circa Albiam, qui ad auxilium Liuderici ducis et suorum venire debuerant, rumor attigit aures, quod scilicet Sclavi, ipsis discedentibus, perparati essent terras eorum invadere. Intermissa igitur pro-
44 fectione, caute prestolati, in oppido Cotine[44] eis ad predam discurrentibus occurrunt, et rapacium multitudine prostrata, etiam ipsi victores effecti sunt. Sicque cum Dei adiutorio illo uno die Saxonia est procurata, ut hinc a christianis, illinc a paganis hostibus sit potenter liberata. Post hec Mogoncie curiam generalem — cathedre sue remisit. *Ekkeh. l. l.*

1116. 11. Circa natale Domini luna — in stellis visus est. *Ann. Hildesh.* 1116. Hec nimirum signabant presulis Moguntini machinamenta — ad summam redactum est inopiam. *Ekkeh.* 1116. *p.* 252.

1117. 12. Cum cuncta per circuitum — terre motum. *Ekkeh.* 1117. Maxime in Italia — repleto biatu fluebat solito cursu. *Ann. Hildesh.* 1117. Leodio quoque in vigilia adscensionis — se finibus infundit. Mense Decembri post solis occasum nubes ignea — minime profecisse. *Ekkeh. l. l.* Ipso quoque tempore luna prodigiale signum intuentibus demonstravit, *Ann. Hildesh. l. l.*, hoc fortasse portendens, quia cum apostolicus remandaret, excommunicationem ab ecclesie potioribus membris — vastari. Colomannus — obiit. *Ekkeh. l. l.*

1118. 13. Baldewinus rex — discerni potuit. *Ekkeh.* 1118. Tempore Paschalis pape quidam Hispanie archiepiscopus Mauricius, cognomento Burdinus, apud ipsum apostolicum de nigromancia accusatus fuit et convictus. Secundum iusticiam ergo depositus, inpetrata venia dispensatorie toleratus est. Domnus autem Paschalis diutina egritudine — consecratur, et Gelasius dictus sedit anno uno. Inperator Heinricus, dum in regione circa Padum moraretur — Burdinum, sic cognominatum propter ingentes asinos in Hispania habundantes, quem appellavit Gregorium; sicque scisma — excommunicavit. *Ekkeh.*
cf. Ekkeh. 1119. 1118. Sinodo quoque habita Colonie a Cardinone[*b], legato Gelasii, cesaris excommunicatio propalatur, et invasor Burdo
*gl. cardinale c.* damnatur; quod Frideslar quoque similiter ab ipso factum est. Mogontini episcopi milites — absumti sunt. *Ann. Hild.* 1118.

14. Gelasius papa — Milo presul Viennensis et appellatus Calixtus papa, sedit annos 6, *Ekkeh.* 1119, vir
1119. vite venerabilis, cuius faciem in apostolatu suo nunquam homo vidit mutatam. Discedente igitur cesare, Romani, penitentia ducti, Calixtum devote revocaverunt, captivantes Burdinum qui confugerat Suderen[45]. Hunc itaque nudum inposuerunt ex adverso super camelum, quod animal est despectivum. Sed et pueri veluti dementia vexatum cum luto insequentes clamabant: *Ecce papa! Ecce papa!* Est autem quedam abbacia que dicitur Ca-
46 vea[46] in montanis, ubi sol aditum non habet, carcer domni pape, artus videlicet locus, unde nullus egredi possit nisi permissus. In hanc igitur Caveam missus est Burdinus, et ibi
*gl. papa c.* mansit usque ad tempus Lotharii, quem in expedicione in Siciliam videre Innocentius permisit[47]. Inperator audiens excommunicationem in se factam propalari, insuper etiam principes colloquium Wirci-
fol. 84. burg instituisse, ubi ipse aut presens — haberi conlaudatur. *Ekkeh.* 1119. Sic inperator et principes — immo inperator excommunicatus est. *Ann. Hildesh.* 1119.

1120. (15.) Inperator natale Domini Wormacie — tercio similiter apparuit. *Ekkeh.* 1120.

1121. 16. Dux Liuderus — cum omni fere urbis loco. *Ann. Hildesh.* 1121. Restituto vero pontifice multam pecuniam ad restaurationem — Deo non placuisse. Inperator Mogontinos sibi rebelles affligere — sed iuxta senatus consultum concludi concessit. *Ekkeh.* 1121. Anno Domini 1121. in Suarzahensi monasterio — Christi concrepant magnalia. *Ekkeh. l. l. p.* 258.

Aliud factum laudabile. In episcopio Strazburgensi sita est provincia Mortenowe[47*], in qua habitabat marchio Heremannus in castro Badhon[48] nominato, temporibus ultimi
49 Heinrici inperatoris[49], post quem Lotharius regnavit. Qui marchio, spiritus Dei instinctu

a) to *deest in cod.* b) *lege:* cardinale Conone.

44) Köthen. 45) Sutri. 46) Monasterium La Cava supra Salernum, soli per aliquam diei partem propter montes imminentes haud accessum. 47) mense Augusto a. 1137. 47*) hodie Ortenau in magno ducatu Badensi. 48) Baden. 49) minime; obiit enim a. 1074. Apr. 25, teste Bernoldo a. 1074.

admonitus, sicut Karlomannus, secundi Pippini filius, dignitatem et divicias et voluptates seculi pro regno Dei parvi pendens reliquit, uno suorum secum comitante. Qui cum requireret, si argenti aliquid secum pro vite sustentaculo deferri vellet, ab ipso prohibitus est dicente, non esse iustum, in Domino curam suam iactantes necessaria sibi de diviciis seculi, velut Creatori diffidentes, providere. Super hoc ille nescio domino suo 60 numismata, id est quinque solidos, secum detulit; sicque tribus diebus ambulantes a nullo stipendium egestatis sue inpetrare potuerunt. Demum senior recogitans, non hoc esse sine causa, seque sciens in Domino confisum nichil penitus impense deferre, cepit in animo suo reputare, ne forte comes suus, ut est humana fragilitas, aliquid secum detulisset. Cuidam igitur fluvio propiantes, cum pontem illius transire inciperet, ait comiti suo: *Miror erga nos hominum duriciam, quia nullum necessitudini nostre subsidium prebent. Ne ergo celes me, si quid detuleris tecum, unde penurie nostre subvenire possimus.* Qui dicens, se ab ipso prohibitum nichil ferre ausum, tandem coactus protulit denarios illique representavit; quos mox ut ille adtigit, in flumen iactavit. Transito vero flumine, proxime ville habitatores ad se eos introducunt, et necessaria prebentes benigneque tractantes, necessitatum suarum oblivisci fecerunt. Senior autem ignotus esse et humiliter conversari cupiens, sed a comite suo diffamari timens, reliquit eum occulte, solusque Cluniacum veniens, ad corrigenda peccata orat ut recipi debeat; et suscipitur, ac secundum votum animi sui humili officio addictus, ad pastum animalium deputatur. Quod cum sollicitus aliquandiu ageret, contigit sue gentis et suos homines honestos, sancti Egidii limina orationis causa adire volentes, ubi ipse in campo pecudibus adsistebat, transitum habere. Quibus advenientibus aversa facie cognitionem sui subtrahere voluit; sed salutatus respondens, ab uno eorum agnitus ceteris manifestatur. Qui cum dicerent, cur ipse, dives et potens et omni sue patrie acceptus, huic iniurie subiaceret, illoque[a], non esse quod suspicarentur, se vero pauperem cotidiano officio victum deservire, tandem illi cenobium petentes, abbati et fratribus intimaverunt, quis aut quantus esset quem ad custodiam animalium suorum deputassent, obnixeque pecierunt, ut quia secum ad dignitatem pristinam recipiendam redire non consentiret, saltem sibi indignis officiis omissis, inter eos honeste detentus Deo deserviret. Illi hoc audito exeuntes, iniurie sibi ab eis nescientibus inlate veniam petentes, reduxerunt; sicque ulterius ab omnibus in honore habitus est. Ipse vero ad ipsos qui eum diffamaverant sic ait: *Inutilis quidem mihi est vester adventus, quia prebendam mihi sustulistis, qua nunquam cariorem habui; sed nunc, quamdiu Domino placuerit, sic esse oportet.* Non post longum vero tempus, delatum sibi non ferens honorem, insciis aliis solus abscessit, nullusque suorum deinceps, quo devenisset, agnovit. De quo hoc estimare credibile est, quod alibi manens ignotus, humilitatis viam quam elegit usque ad finem suum incesserit.

17. Presul Moguntinus ab indignatione — scilicet iam sibi mitissimo direxit. *Ekkeh.* 1122. In Saxonia in festo fol. 84'. natalis Domini vehemens turbo — causa exstitit. *Ann. Hildesh.* 1122. 1122.

18. Inperatore natale Domini Traiecti — ad Christum migravit. *Ekkeh.* 1123. Wichbertus et Lodewigus fol. 85. comites, facti monachi obierunt. 1123.

19. Inperator nativitatem Domini Aquisgrani — Wormacienses rebellantes inperatori arta obsidione ad deditionem 1124. venerunt. *Ekkeh.* 1124. Calixtus papa obiit 19. Kal. Ian., cui successit Honorius, ante Lambertus Ostiensis episcopus.

(20.) Inperator natale Domini apud Argentinam — duplicavit. His temporibus per — avene evidenter effudit. 1125. *Ekkeh.* 1125. Dux Lotharius contra Sclavos ultra Albim exercitum duxit, sed inacte rediit. Rocherus Magdeburgensis archiepiscopus vita decessit. Heinricus inperator huius vocabuli quintus — sors ultima pressit. *Ekkeh.* 1125.

In festo igitur sancti Bartholomei principes regni Mogonciam convenientes, Liuderum cf Ann. Hild. Aug. 24. ducem de nobilibus Saxonum originem ducentem in regem elegerunt, ipsam sui generis nobilitatem honestis actibus et morum probitate decorantem, regnavitque annis 12. Hic cf. An. Saxo. ab adolescentia in bellis experientissimus et in victoriis frequentissimus, quocunque se verterat speciali quodam fato usus victor extitit. Ipse quoque inspirante Deo pacem ecclesie requiemque fidelibus confirmare sollicitus, ubicunque inventos predones aut sacrilegos sine acceptione persone vel muneris multare non distulit. Iusticie[50] enim amator et tenax, 50 precessorum suorum Constantini, Karoli primique Ottonis imitator et heres, temporum suorum usque in finem seculi in benedictione memoriam reliquit. Nam diebus ipsius ecclesia pace gaudebat, divini etiam cultus religio crescebat, cunctarumque rerum opulentia

a) *deest* respondente.

50) Ab his diversa habet Annalista Saxo a. 1137.

1125. prospere habundabat. Huius connubio iuncta est nobilis matrona nomine Richenza; ipsisque cum nata esset egregie indolis filia nomine Gertrudis, continencium se lege vincientes voluptatem in posterum abdicarunt, in tantum ut strato cubitantes singulari velamine uterentur, ut cubicularium eorum hoc admiratum narrantem audivimus, qui testis est carnali copula non eos ultra fuisse coniunctos.

1126. Iul. 18. *fol. 86. *2.[a] Anno incarnationis dominice 1126.[b] Rochero Parthenopolitano presuli priori anno[51] defuncto successit felicis memorie NORTBERTUS cum voluntate regis Lotharii. Qui apostolice observationis regulam a sancto Augustino electam, conscriptam et servatam, sed eo de presenti ad eternam vitam assumto, stoliditate sequentium alleviatam et oblitteratam, renovavit, multos ad spiritalem conversationem verbo et exemplo perduxit. Rex Lotharius Bohemiam peciit pro restituendo Ottone inde expulso; ubi milites eius in silva hostium insidiis circumventi, obtruncati sunt plerique terre potiores viri fortes et nobiles. cf An. Hild. Ipso anno perrexit contra Fridericum ducem Suevie sibi contrarium; sed illo munita terre loca petente, minus proficiens rediit. Treveris reliquie sancti Matthei reperte sunt.

1127. Mai. 22. 3.[c] Rex pentecosten Merseburg celebravit, ubi unicam et dilectam filiam suam Gercf A Saxo. truden Heinrico duci Bawariorum in coniugio sociavit. Iun. Iul. Inde adversus castrum Noremberg expeditione facta, idem castrum regie ditioni subiecit. Conradus frater Friderici ducis regi Mart. 2. repugnat. Karolus comes in Flandria, orans ut dicitur, interfectus est.

1128. cf A Hild cf A Saxo. 4.[d] Rex contra Conradum profectus Spiram obsedit, acceptisque obsidibus discessit. Signum quoddam sanguinei coloris in celo apparuit, et multa talia signa ipso anno visa sunt. cf Ann Rosenfeld Otto Halberstadensis episcopus Rome de simonia convictus deponitur.

1129. Sept. cf An Hild. cf. A Saxo. 5.[e] Rex iterum Spiram obsedit, quia fidem infregerant. Adelbertus marchio turrim Gunderslevo[52] obsedit; sed per amicos regis ab ea pulsus, abscessit. Ipso anno comes Gerardus de Gelre absens accusatus est in parte regis male sensisse; qui postea absque ulla conditione regi se tradidit, et pro gratia eius mille libras cum suis promisit. In occidentis partibus viris malo usu comam nutrientibus, subito capilli circa capita multis ardere ceperunt. In Brisaugensi provincia cum duo ad exercendum novale exissent ducto secum puero, et celo tonante unus eorum cum verbis derisoriis moveret cachinnum, alter vero sed et puer se signantes illum arguerent, et ille incepto persisteret, repente coruscus irruens eum prostravit et exurendo in cinerem redegit, vestibus eius socioque et puero illesis.

1130. cf An. Hild. cf A Saxo 5.[f] Spirenses obsidente rege fame afflicti, se cum ipsa urbe regi tradiderunt. Honorius papa obiit, et Rome duo pape eliguntur; deinde concilium 16 episcoporum a rege Lothario Wirciburg congregatur, cui affuit archiepiscopus Ravenne apostolice sedis legatus; ibique dissipata lite, Innocentius ab omnibus collaudatus confirmatur. Bertholdo Hildenesheimensi episcopo defuncto successit Bernhardus eiusdem ecclesie prepositus, vir Deo dignus. Udo marchio occiditur, pluresque de parte eius capti ac vulnerati sunt. Ipso anno Ann. Hild. comes Burchardus de Lucca occiditur; unde rex iratus, Wincenburg castrum comitis Heremanni, cui necis huius consilium inpingebatur, obsedit.

1131. Ann. Hild cf. An Saxo. 6.[g] Proximo anno[53] consilio suorum comes Heremannus cum castro regi se tradidit; quem custodie deputans, castrum everti solotenus precepit mense Ianuario. Rege pascha Treveris celebrante, urbs Traiectensis tota cum omnibus ecclesiis ibidem constructis incendio consumta est. Similiter quoque in aliis pluribus locis multa incendia tam ecclesiarum quam aliorum edificiorum facta sunt. Sinodus 36 episcoporum ab Innocentio papa Leodio habita est presente rege Lothario cum regina; in qua domnus Otto Halberstadensis episcopus, iam triennio episcopatu privatus, cathedre pontificali restituitur.

1132. cf. An Saxo. 7.[h] Corpus sancti Godehardi 4. Non. Maii cum magna miraculorum declaratione de tumulo levatur[54]. Rex pro consecratione sua Romam pergens, venit Augustam pacifice; ubi quorundam civium factione seditio contra homines regis exorta est. De quo tumultu subitus ignis exsurgens, totam fere civitatem exussit, et multi tam gladiis quam flammis perierunt. Cometa visa est 6. Non. Octobris.

1133. Ann. Hild. 8. Rex per Italiam pleraque loca munita sibi resistentia cepit; et Romam veniens ab Innocentio papa Laterani ad Sanctum Iohannem inperiali benedictione coronatur 2. Non. Iunii. In reditu vero in loco qui dicitur Clus quasi preclu-

a) I. *codex; annos regni in margine habet c.* b) MCXXXI. *c. quod correxi in* MCXXVI. c) II. *c.* d) III. *c.* e) *numerus deest c.* f) *numerus deest c.* g) VII. *c.* h) *numerus deest c.*

51) die 20. Decbr. 52) prope Wegersleben in districtu Oschersleben Halberstadensi; cf. Halberstädtische gemeinnützige Unterhaltungen 1807. p. 205. 53) a. 1130. die 31. Dec., unde et nostrum a natali Domini annum inchoasse patet. 54) Mon. Germ. SS. T. XII. pag. 639—650.

sus, propter angustiam itineris cum ei transitus negaretur, ipse cum Dei auxilio fugatis hostibus cum suis pertransiit et 1133. urbem in supercilio montis sitam repentino assultu cepit, et principem eius captum secum abduxit. Ann. Hild. Patherburren duo circuli circa solem apparuerunt 3. Kal. Iulii hora tercia; minor ambiens principalem ecclesiam, et maior circumdans civitatem. Eadem die hora nona ipsum templum cum tota fere civitate incendio conflagratum est. Eclipsis solis facta est 4. Non. Aug. in tantum ut stelle apparerent. Rex Danorum multis Teutonicis terram suam incolentibus truncationes membrorum fecit. Hac de causa inperator expeditionem super eum movere intendit.

9. Proximo anno in pascha veniens rex Danorum Halberstad ad inperatorem se in potestatem eius dedit, obsides 1134. dat, iuramentum facit, se suosque successores non nisi permissu inperatoris et successorum eius regnum adepturos.

Hoc anno posita sunt fundamenta ecclesie sancti Godehardi Hildensheim a Bernhardo episcopo. Cum adhuc recens esset translatio sancti Godehardi nec dumque per terras meritorum eius preconia fama vulgasset, erat in quodam vico Thuringie Weiferstede[55] nuncupato matrona dives, per annos 8 paralisi dissoluta. Hec multas elemosinas faciens, pluresque Deo servientibus oblationes tribuens vel dirigens, precabatur ut eam suis precibus Domino commendarent, quatinus aut ab infirmitate eam relevaret, vel certe ab hac vita misericorditer abstraheret. Fidelibus igitur pro ea Domino supplicantibus, quadam nocte facta est vox ad eam dicens, ut si vellet sanitatem recuperare, promitteret se sancti Godehardi nuper in Hildensheim de tumulo levati reliquias cum oblationibus visitare. Quod cum amicis retulisset, consilio ipsorum, dicentium quia si ex Deo vox illa fuisset, profecto res ad effectum perveniret, sicut iussa fuerat vovit, statimque per totius corporis armoniam quandam nature mutationem sensit. Digitos enim manuum quos ad os porrigere non valuit, pedum quoque quos terre gradiendo figere nequibat, paulatim movere incipiens, tandem per medullas et venas rediente vigore, in lecto se ipsam, quod antea sine adiutore non valuit, ad residendum erexit, dicens sibi videri, quia firmis gressibus sine ductore sit ambulatura. Poscens igitur sibi calceamenta preberi, manibus suis ad usum perduxit, sicque pedetemtim se lecto dimovens, in suas demum plantas adtollit. Cunctis vero mirantibus et omnibus qui eam noverant cum gaudio concurrentibus, laudisonis eorum vocibus comitata ad ecclesiam properat, Deo sanctisque eius de beneficio sibi collato gratias actura; deinde rebus suis dispositis votum suum cum devotione persolvit; sicque per hanc feminam sed et per alios plures meritis sancti confessoris Christi necessitudinum suarum remedia consecutos, fama sanctitatis eius ad honorem Dei gaudiumque et profectum ecclesie longe lateque, sicut hactenus cernitur, divulgata est. Nortbertus Magdeburgensis archiepiscopus obiit, cui Con- ibid radus successit. Inperator expeditionem movens contra Fridericum ducem Alsacie, plura eius cf. A S castella destruxit, inter que famosum oppidum Suevie Ulma[a] incendio tradidit, et regionem predando perambulavit.

10.[b] Tandem dux Fridericus diffidens suis rebus, gratiam inperatoris per quoscunque 1135. potuit obtinere elaboravit, similiter eodem anno frater eius Conradus reconciliatus est. cf. A. H. Principes regni presente inperatore firmam pacem domi forisque ad 10 annos iuraverunt. Ann. Hild.

11. Sequenti anno irruperunt Sclavi in partes Saxonie; contra quos Adelbertus marchio exercitum educens, terram 1136. eorum non semel hostiliter invasit et depopulatus est. Inperator Italiam bellica manu denuo petit.

12. Rozierus rex Apulie inperatori repugnans, ab ipso continuis inpetitus preliis, non 1137. minimum pro hoc exercitus sui rerumque sustinens detrimentum; qui in castro iuxta civi- cf. A. H. tatem Barum constructo multitudinem predonum locaverat, qui terra marique regiones quas ad- Ann. Hild. tingere poterant inauditis calamitatibus obprimebant. Quod castrum inperator obsidens, magno sudore expugnatum igni tradit terreque coequat, predones quingenti[c] et amplius comprehensi et circa turrim exustam suspensi sunt; quo terrore omnes civitates et munitiones regi subduntur. His ante pentecosten gestis, in ipsa sancta die papa Innocentio apud Barum missarum solemnia celebrante presente rege cum episcopis et principibus, visa est super monasterium sancti Nicolai corona aurea de celo descendens, super quam columba, subtus vero thuribulum cum incenso ferebatur, quam et precedentes duo cerei ardentes videbantur. Inde inperator in Calabriam transivit, ubi legatos Grecorum magnifice ad se venientes honorifice suscepit ac dimisit. Adelbertus Mogonciensis presul obiit; nec mora civitas una cum principali templo, quod ipse magnifico tecto munierat, igne cremata est. Similiter Spirense et Stratzburgense monasteria parsque non modica Goslariensis oppidi igne consumta sunt. Mogontini iuniorem Adelbertum, nepotem prioris, substituerunt. Marchio Adelbertus collecta militum valida manu hiemali tempore terram Sclavorum depredando perambulat. Inperator divino fretus auxilio, cum plures sue subdidisset potestati, rebus in Italia compositis, in ipso reditu languore correptus, non longe a castro Noremberg a seculo 2. Non. Decbr.[d] discessit; corpus autem ipsius ad monasterium

a) *ita c.* b) *numerus deest c.* c) *ita correxi, ut Ann. Hild. et Chronicon Luneburgicum habent;* viginti *c.* d) *dies uncis inclusus in c.*

55) Weberstedt prope Mühlhausen.

1137 Lutheren quod a fundamentis ipse construi fecerat delatum, debito honore terre est commendatum in hereditate paterna 2. Kal. Ianuarii.

1138. cf. An. Saxo. *fol. 87. *1.[a] Anno incarnationis dominice 1138. Conradus genere Suevus, electione episcoporum et aliquorum principum apud Confluentiam successit in regnum, et regalia que Heinricus dux Bawariorum et Saxonum sub se habuit apud castrum Noremberg eum obsidens requisivit. Cui a nonnullis contradicitur, precipue Saxonie principibus, quia ducatum regionis ipsius absque consilio eorum Adelberto marchioni concesserat, volens eo privare ducem
ibid. Heinricum sibi contrarium. Hinc denique animis accensi Conradus marchio, Fridericus palatinus, Sifridus et Rodolfus comites, instigante eos regina Richence, condixerunt ut pariter venientes dimicarent adversus marchionem Adelbertum. Anticipavit ille manum inimicam, et inopinate victor existens plures adversariorum captavit.

1139. 2.[b] His gestis rex novus inminens natale Domini Goslarie celebravit, magna sue partis illic adunata nobilium multitudine. Eo tempore dux Heinricus latenter Saxoniam introivit,
cf. An. Sax. et obnitentes regi in suum contubernium ascivit. Crescente odio ducis Heinrici et marchionis Adelberti, quorum unus dux in Bawaria pro desponsatione filie Lotharii regis etiam Saxonie ducatum ab eodem rege acceperat, alter eum avito beneficio iure sibi vendicans apud Conradum regem obtinuerat: hinc igitur eorum exardescente odio, Saxonica tellus alterno fedata est litigio. Et quidem Heinricus militari copia prevalens Adelberto, civitates eius et castella obsedit, expugnavit et delevit; Plozeken quoque, Bernhardi comitis urbem, demolitus est, eo quod faveret marchioni. Rex vero expeditionem contra Heinricum ducem movit in Saxoniam, sed illo cum suis complicibus iuxta Cruceburg occurrente, episcopi qui plures illo cum rege convenerant se interserentes congressuris inpedimento fuerunt, factaque compositione inter utramque partem, singuli ad propria cum pace redierunt. Duce autem paulo post veneno extincto, Adelbertus estimans amodo se ducatu libere potiturum, cum episcopatum Bremensem tempore[c] gloriabundus adiret, quasi dux patrie a turbis suscipiendus, adversariorum insidiis circumventus, fuga usus vix cum paucis suorum evasit.

1140. 3. Animositate principum Saxonie contra regem suosque amicos nullatenus desinente, magna famis necessitas huic ingruit provincie. Fridericus palatinus comes oppidum Gro-
56 ninge[56] non parve munitionis obsidens, intra septem dies cepit et diruit. — Conradus Magdeburgensis presul Iabilince[56*] municipium Sifridi comitis, quem Adelbertus marchio propter coniurationem adversum se factam captum occidi iusserat, et per absolutionem fratris eius Baderici cum eo pariter vincti, municipium idem in suum ius receperat: hoc ergo episcopus circumvallavit, ac expugnatum terre coequavit. His omnibus necdum contenti, predicti principes marchionem patria eliminaverunt, Anaheld[57] urbem ipsius incendentes. Rex
58 castrum Welfi ducis Bawariorum Winesberg[58] dictum[d] obsedit. Dux autem congregato exercitu, super regem, uti sperabat negligentius agentem, meditabatur irruere. Hoc ille postquam rescivit, illico post fratrem suum ducem Fridericum a se paulo ante profectum misit, et quos in vicino poterat adtingere collectis, hostium opperiebatur adventum. Mane diei sequentis ipse propria incendit tabernacula, et venientibus hostibus obviam factus, cum paucis sese certamini fiducialiter dedit; in quo non segniter agens, magnificum ex adversariis triumfum cepit. Interfectis namque multis, plures fuge remedium querentes fluvius Necker iuxta quem congressi fuerant absorbuit, nonnullis preter hos captis. Rex vero demum voti compos effectus, castrum in deditionem accepit.

1141. 4. Ad curiam regis in pentecoste Wirceburg habitam Saxonum principes ea ratione venerunt, ut si qua eos a rege placida contingeret allici sententia, ipsius gratie se contraderent; quod quidem tunc prepeditum est, odio veteri adhuc permanente. Habitatio mona-
Iul. 17. chorum in Sichem[59] laudabiliter extenditur. Obiit Richence regina; Adelbertus quoque
Aug. 29. iunior Mogoncie episcopus, pro quo Marcolfus ordinatur; qui piissime recordationis vir, profectum desiderans rei publice, pre omnibus operam dedit reformande paci. Cuius hortatu, sicut traditur, Adelbertus marchio cum pro conservando ducatu molimina sua cerneret ubique cassari, quin etiam cedes et depredationes in populo grassari, ut prudens ab incepto destitit, et sollerti cura quosque principum Saxonie conveniens, oportuna satisfactione quo repatriaret exegit.

a) *numerus deest c.* b) *numerus paullo infra iuxta* Crescente *legitur.* c) autumnali *deesse videtur.* d) dictam *cod.*

56) Gröningen ad Budam prope Halberstat. 56*) Belzig, inter Brandenburg et Wittenberg. 57) Anhalt arx in colle Selkae rivo imminenti sita. 58) Weinsberg. 59) Sittichenbach, Mansfeldiae viciaa in Thuringia, Walkenriedensium colonia.

5. Conradus Magdaburgensis episcopus obiit, cui Fridericus successit. Ante adscensionem 1142. Mai. 2. Domini rex Franconevorde sollemnem curiam conventu procerum habuit, ubi Gertrudem, Mai. 7. filiam Lotharii regis, viduam Heinrici ducis, fratri suo Heinrico coniunxit; et hac occasione federatis sibi principibus, pax optata regioni tribuitur. Marcolfus Mogoncie episcopus obiit, cui felix[a] Heinricus successit.

6. Post Kal. Ian. regi Goslariam advenienti principes occurrerunt; ubi cum de regni 1143. negociis disposuisset, inde digrediens Hildensheim venit, ubi frater eius Conradus annitentibus amicis maiorem preposituram suscepit. Qui iuvenis admodum, etiam Utrensis[60] ecclesie 60 prepositus, ex hoc in brevi factus est Battaviensis[61] episcopus. Post hec rex Bruneswich divertens, ab incolis gloriose suscipitur, atque munificentia ducisse Gertrudis honoratur. Deinde purificationem sancte Marie Quidilingeburch sollemniter egit. Gertrudis ducissa Febr. 2. Bawariam tendens, partu periclitata moritur. Innocentius papa obiit, cui Celestinus successit.

7. Rodolfus comes de Frakenleve a septentrionalibus Saxonibus qui Thietmarici[62] dicuntur 1144. peremtus est ipso mense et die quo frater eius Udo noscitur occubuisse. Sifridus comes de Boumeneburch obiit. Celestinus papa obiit, cui Lucius qui et Gerardus succedit. In civitate Goslaria maiorem ecclesiam fundaverat Heinricus II inperator et reliquiis sancti Mathie apostoli nec non sanctorum Rustici et Venancii cum aliis in cripta eiusdem ecclesie reverenter in altari collocatis, suam egregie per hoc extulerat memoriam. Verum post tantorum emensionem annorum cum hinc diverse opiniones existerent, insistente preposito eiusdem ecclesie Eilberto visum est nonnullis, ut memoratorum sanctorum reliquie transferri debuissent. Quod et factum est 14. Kal. Iunii administrante Bernhardo Hildenesheimensi Mai. 19. episcopo, qui exacto deinceps biennii tempore destitutus est oculorum lumine. Predictus etiam prepositus paucis diebus evolutis oculorum iacturam pertulit equalem, cuius etiam vite finis subitanea morte est acceleratus. Civitatem quoque ipsam adeo flamma consumsit, ut illic nemo par incendium memoretur.

8. Rex cum regina Gertrude natale Domini Magdaburch celebravit, ubi principes annuente 1145. rege comitiam Bremensem, quam Rodolfus habuerat, Hartwigo fratri eius adiudicaverunt. Inde commotus dux de Bruneswic Heinricus iunior, qui pro obtinenda eadem comicia laboraverat, longas adversus Bremensem archiepiscopum Adelberonem inimicitias exercuit, eo usque ut ad curiam tendenti poneret insidias. Quas primo quidem evasit, sed alio tempore comprehensus, consensit ad id quod dux voluit. Hartwigus quoque cum a militibus ducis captus fuisset, egit magno rerum suarum dispendio, quatinus domini ipsorum manus effugere potuisset. Lucius papa obiit, et huic Eugenius successit. Locus in Redageshusen[63] delegatus ordini monastico, Liudolfo ministeriali ducis inibi converso. 63

9. Halberstadensis ecclesia funerea proh dolor! exacerbatur mesticia. Nam ut ipsius 1146. qui intenditur epitaphium pro se loquatur:

*Frater honorandus Christi levita Wigandus*
*Quid moriens tulerit, hec series aperit.*
*Ausus enim cleri communia iura tueri,*
*Saucius ense ruit, iustaque facta luit.*

Martinus tunc maior prepositus, cuius familiares id facinus perpetrarunt, eminus aberat: verum quam plurimis suspicantibus tepor caritatis eius erga Wigandum olim designatus, sibi calumniam mortis eius adnotaverat. Fratres igitur fratrem peremtum commendatione devotissima curaverunt, et donec Martinus tam officio quam beneficio ecclesiastico privaretur, a querelis minime cessaverunt. Heinricus de Assele, frater Hermanni comitis, obiit. Gertrudis regina obiit, sepulta in Everacensi ecclesia[64]. Paschali tempore rex curiam Mart. 31. habuit Cuine, cuius preparationi studuerat Adelbertus marchio. Heinricus II[65] inperator, qui ex propria hereditate Bavenbergensem instituerat episcopatum, multorum adtestatione miraculorum translatus est per pontificem Everhardum 3. Idus Iulii. Monasterium vetus Iul. 13. sancte Dei genitricis Marie modice quantitatis ab episcopo Rodolfo destructum, novum vero magnificentius ab ipso est inchoatum; quod cum esset ad medietatem deductum,

a) Felix c.

60) Ultraiectensis. 61) Passau. 62) Ditmarsen. 63) Riddagshausen prope Braunschweig. 64) Eberach monasterium iam dirutum Wirzburgensis dioceseos ad Moenum. 65) potius primus imperator, ut supra Heinricum III Chuonradi filium imperatorem II. appellant.

1146. Sept. 9. propter infirmitatem continuam presul estimans mortem sibi vicinam, 5. Idus Septembris preoccupavit eius consecrationem. Dux Poloniensis Bolizlaus, tribus filiis suis divisa hereditate, maiori ducatum moriens commendavit. Qui cum duxisset uxorem Conradi regis sororem, germanos suos habere cepit extranee, preterea et bellum eis indixit. At illi iuncto sibi Hugone quodam fidentissimo et preliis exercitatissimo, uni duo prevaluerunt, et cesis multis milibus, machinationis adversum se excogitate vicem rependerunt. Proinde rex Conradus bello Poloniam expetiit. Ubi cum nullum faciende pacis inter fratres locum repperiret, ducem cum suis secum eduxit, et Aldenburg collocans beneficio regali sustentavit. Fridericus dux, frater Conradi regis, obiit. Hoc anno res mira et hactenus inaudita in regno exorta est. Nam ministeriales regni et aliarum potestatum, non iussi ad colloquium sepius convenientes, inconsulto tam rege quam ceteris principibus iusticiam omnibus interpellantibus se iudiciali more fecerunt. Rex pro iusticia facienda Saxoniam ingressus est, Oct. sed hoc ad effectum non pervenit.

1147. De profectione Hierosolimitana. Anno incarnationis Domini 1147. quidam fol. 88. scelestus princeps paganus nomine Sanguin ex insidiis invasit christianorum urbem Edis- 66 sam[66], que et Roas dicitur, que ut fertur, cum quondam in oriente tota terra a paganis detineretur, ipsa sola sub christianorum potestate Domino serviebat. Ipsius quoque civitatis archiepiscopum cum clericis suis perimens, infinitam cedem promiscui sexus et etatis exercuit, et sanctorum reliquie in conculcationem infidelium date sunt et disperse; et non tantum sacras edes quam etiam altaria quoque, quod dictu nefas est, fornicationibus inplevit ad contemtum Dei celi et subsannationem christiane religionis. Plura quoque alia castella christianorum a paganis occupata sunt. Probat hoc tenor litterarum ab Eugenio papa pro his rebus directarum Lodewigo regi Francorum. Ad quod ulciscendum ipsius apostolici monitu multitudo christianorum impetu Spiritus ducti ceperunt ire velle Ierosolimam. Primi ad hanc expeditionem accepta cruce signantur rex et regina Francorum cum numerosa 1146. multitudine plebis ipsorum; Conradus Romanorum rex, nativitate Domini Spire celebrata, Dec. 27. sumens et ipse crucem ad eandem expeditionem cum aliis principibus preparatur, Bernhardo Clarevallensi abbate nimium urgente eius profectionem; frater regis Conradi Frisingensis episcopus, Otto nomine, Udo Cicensis cum aliis eiusdem officii, item alius frater regis Heinricus, dux quoque Bohemie et dux Lotaringie, Welpho dux, comes Flandrie, Bernhardus comes de Ploceke, cum reliquis eiusdem societatis pari voto se preparaverunt, 1147. et hi omnes probande fidei testimonio egressi sunt mense Maio.

De profectione Transalbina. Eodem modo et significatione qui remanserant principes populorum congregati sunt, uti Sclavorum trans fluvium Albiam commorantium nefarios ausus inhiberent quibus Danorum gentem infinita strage detriverant, cultui divino nichilominus artius eos adplicare cupientes a quo propemodum exorbitaverant. Sane quid infausti contineat discordia vel hinc datur intelligi, quia cum hic, sicut et in Ierosolimitana profectione, cetus ingens hominum unanimitate confluxerit sed pluralitate[a] defluxerit, voto nimium frustratus est, quia id ipsum sapere despexit. Tumultuante siquidem milite et possessionum externarum, quas necdum obtinuerant, terminum statuente, plebeio autem in id non conveniente, res undique turbantes, ordine neglecto, tandem aditis castrisque relictis discesserunt omnes, molimine quod proposuerant infecto. Non multo post operante Deo, qui non fortitudine virorum sed propria virtute subiugat adversarios, memoratorum Sclavorum principes legatos supradictis destinavere principibus cum debita satisfactione, pollicentes se Domini submittere iustificationibus; ad hoc rite peragendum quatinus eis divine legis ministri preficerentur efflagitarunt, quod et factum est.

Rex igitur Conradus valida manu Ungariam Bulgariamque pertransiens, prope menia Constantinopolitane urbis cum suis castra metatus est, ubi magnifice cum omni exercitu a Grecis et a rege ipsorum excipitur, multis insuper ab eodem muneribus ampliatur, non absque suorum invidia. Adventus itaque sui causam depromens, quid facto opus esset inquisivit. Deinde mare quod brachium sancti Georgii dicitur transiit, et recensitus est numerus signatorum, et inventa sunt 70 milia virorum bellatorum absque inermi et plebeio vulgo. Post hec ad responsum regis Grecie accepta optione, quam trium adire vellet presignatarum regionum, secundum dispositionem magnatuum suorum previis ductoribus

66) Cf. Eugenii papae litteras ad Ludovicum Francorum regem apud Ottonem Frisingensem l. I. cap. 35, ubi tamen de altarium profanatione silet.

a) h. pl. c. sed u. d. c. *quod ad marginem emendat scriba*.

Grecorum arripuit iter deserti, tendens ad Armeniam. Tradunt aliqui vie huius comites, 1147. primo regis hanc intentionem fuisse, quo pedites inedia fatigati nec bellorum gnari ideoque minus cauti periculorum, cum iam nonnulli multigena clade perirent, acceptis ab eo pro indigentia sumtibus Ierosolimam properarent; quo propalato tanta mox illi commotione animi prolapsi feruntur, ut Bernhardum quendam deliberarent constituere sibi ducem: *Nos*, aientes, *quia spernit habere plebem, recusemus et eum sequi regem!* Fluctus hos mitigaturus rex, que non bene ventura sperabat reliquis consenciens adtemtabat, labores in his omnibus sustinens, quales neminem nisi expertum credere constat. Prenotatum itaque desertum duorum seu trium dierum itinere perlustrantes, reppererunt tabernacula pastorum et greges ovium, quod vulgus prede cupidum, aliter quam finis docuit, interpretabatur sue deinceps prosperitatis auspicium. Direptis que ad manum occurrerant, exinde 14 diebus per horribilem eremum, avia secuti, locum horroris et vaste solitudinis inciderunt, ubi pestilentia famis et quibusdam inundationibus multa milia occubuerunt; multi a Turcopolis et Sarracenis sagittis interierunt, ubi et Bernardus comes de Ploceke in quadam petra cum magna multitudine interiit; multi etiam a Persis et Saracenis captivi abducti sunt. His et aliis diversis calamitatibus multis milibus extinctis, quoniam amplius subsistere nequiverunt consumti a sterilitate terre non solum homines sed et iumenta, quippe quibus refocillandis nec aqua potuit inveniri, reflexere viam, malum inopie propiore mortis necessitate levaturi. Enimvero circumstrepentibus barbaris et tela indesinenter iacientibus, christianorum occubuere plurimi; multis equidem, quia tempus in arto fuit, non minus erat optabile mori. Eclipsis solis facta est 7. Kal. Novembr. hora diei 6.[a] Relacio fidelium est eorum qui intererant, 14 dies continuatis noctibus regem armatum et pedes euntem adversus hostes labore vix credibili durasse; qui etiam sagitta capite percussus, non modico adtenuatus est incommodo per longum tempus. Occulto autem Dei iudicio semper tamen vero, nil plagarum nostros preteriit. Quod potissimum erat videre miseria, cum unus gentilium obtruncato christicole galeam auferens, sibi quasi victor inposuit, atque suis inde ludibrium, ita fidelibus intolerabile prebuit obprobrium. Unde quidam regis familiaris, accensus ira, pre aliis tripudiantem barbarum inpetens cum galea caput abstulit, et proinde sociis mesticiam et qualemcunque respirationem christianis tribuit. Postea rex Constantinopolin repetens, paucos admodum de grandi exercitu quem prius habuerat secum reduxit. Aliqui christianorum ab exercitu regis seorsum in Hispaniam profecti, Lesboniam ethnicorum urbem obsederunt, qua capta predam ingentem devictis hostibus retulerunt.

11. Anno Domini 1148. rex Grecie Conradum regem valida infirmitate detentum 1148 summa fecit curare diligentia, nisus per hoc expiari adnotata sibi circa Teutonicos malivolencia. Plures etenim suspicati sunt, eius factione populum veneno perditum; quod an credi debeat, sapiens quisque tenet incertum. Siquidem antequam Constantinopolin deveniret exercitus, algore nimio fame seu peste partim scitur absumtus. Heinricus marchio, frater regis Conradi, consobrinam regis Grecorum duxit uxorem, et Teutonici regni cum eo federa nexuerunt per hanc occasionem.

Domnus apostolicus Roma digressus, diutius commoratus est in partibus Galliarum, ubi et sinodum celebravit media quadragesima apud civitatem Remorum, episcopis et abbatibus aliisque clericis eandem sinodum summo studio frequentantibus. Princeps Francorum Lodewigus, pugna cum gentilibus inita, primo victor exstitit; denuo vero congressus, exercitum pene totum amisit, reginam quoque illius hostes abduxere captivam. Rex Conradus subplere desiderans itineris sui detrimenta, raro milite convocato Ierusalem adiit, sepulcrumque Christi debito honore veneratus, collecto undecunque populo Damascum obpugnaturus expeciit, qua robur gentilium excrevisse didicerat. Ubi cum res[b], ut secundum spem obsidentium posset obtineri castrum, patriarcha et rex Ierusalem, placati clam castellanis, acsi demonstraturi commodiorem urbis aditum, ab inchoato devotius opere iamque prospere consummando manum pugnatorum callide retraxerunt. Sic bona tantum regis voluntate manente, quam solus pensat Deus verus, de reliquo cassum proh dolor! laborem habuit in omnibus. Quoniam autem obligaverat se iuramento reversurum, Constantinopolin regreditur, et cum rectore civitatis adversus Rozierum consilia molitur. Atheniensium namque fines invadens idem Rozierus multa cum eis conseruit prelia, quorum anceps utrobique fertur victoria. Grecus vero non ante dimisit regem Romanorum, quam iterato firmaret iuramento, cum oportuerit contra prefatum ducem auxilio sibi futurum. Congregatio 1149. Febr. 2.

a) *ita correxi, cf. Ann. Magdeb. et Pegav.*, *cod.* tercia. b) *scil.* ita esset.

1148. monachorum que vulgo dicitur Ad lapidem sancti Michaelis[67] olim singulariter incepta, nunc pluraliter instituitur.

Aug. 25. Adelbero Bremensis archiepiscopus obiit. De quo presule plane timendum, quanquam derisorium quibusdam videatur proverbium, implesse scilicet eum moriendo domni pape preceptum, qui coram se molestato a suis episcopo inter cetera redargutionis verba: *Morere,* ait, *nam nisi cito moriaris re vera perferes a me sententiam depositionis!* Rediens igitur mortuus est. Qui vir mansueti spiritus a Deo presul effectus, ab ipso in benedictione et officio sacerdotali misericorditer est conservatus. Cuius vicem gerendam suscepit Hartwigus, eiusdem ecclesie maior prepositus.

Sept. 24. Tiethmarus Fardunensis episcopus, honorificum et utile membrum ecclesie, requievit in Domino, et Hermannus Halberstadensis archidiaconus et custos ecclesie functus est eius officio.

1149. 12. Anno Domini 1149. Udo Cicensis episcopus primo egressionis sue anno maturius a rege digressus, cum 15 ferme milibus, ut perhibent, Ierusalem tendebat; quo fluctibus obruto, Wichmannus Halberstadensis ecclesie maior prepositus loco eius successit.

Mai. Rex Conradus per innumeros labores emensis tantis terrarum spaciis tandem repa-
Iul. 25. triavit, ac in festo sancti Iacobi curiam Wirciburg habiturus, ad hanc Saxonum principes evocavit. Otto iunior de Rinegge[68] pro controversia prefecture palacii ab Heremanno pala-
c. tino de Stalegge[69] per insidias comprehensus et arctissime custodie mancipatus, novissime strangulatus vita decessit. Hic dudum Utrensis ecclesie comitiam usurpaverat renitente Hartberto episcopo, qui bello superatum iuvenem tam diu in vinculis detinuit, donec Adelberto marchione socero illius interveniente, absolvendus omnem satisfactionem exhibuit.
fol. 89. Rodolfus Halberstadensis episcopus obiit[70]. Hic pauper spiritu a Deo electus et in sacerdotem assumtus, iniunctum sibi ministerium diligenter est executus. Quam enim devastatam invenit, pro posse suo reparare cepit ecclesiam, exhibens infligentibus quantum in se fuit prestantem sacrificio misericordiam; Stephani prothomartiris templum tectis undique dilapsum decentissime recuperavit, atque redimens ab aliis exposita, subpellectile varia ditare curavit. Et non idem tantummodo, sed et sancte Dei genitricis Marie oratorium in civitate situm prediis edificiis ornatibusque diversis ampliavit. Quieti provincialium consulens, edificationem Harcesburg inpedivit; per quod eorum qui illic habitare ceperant odia sibi diuturna conscivit. Deum timens secundum apostoli preceptum regem honorabat, fidem ei servando. Dumque turbine bellorum ista precipue quereretur regio, cum his qui oderunt pacem erat pacificus, quibus ea que communis erant utilitatis loquens, gratis inpugnabatur. Via trans paludem pene depravata erat, cuius insistens meliorationi, circa manentes ad hoc opus incitavit. Capellam sancti Stephani in castro Horneburg despecti operis nova et comtiore mutavit. Factus episcopus, quoad vixit iugi suspirabat infirmitate; cumque molestiis undique pulsaretur assiduis, non tamen ideo crediti sibi destitit officii sedulitate. Postremo complens in bono dies suos, conditus est in ecclesia sancte Marie; cui successit Odelricus vicedominus.

1150. 13.[a] Anno Domini 1150. Welpho dux pristinas adversus regem renovans inimicitias, ei laqueum parat, quem prior incidit. Nam fidelium regis sollercia circumventus, iamque comprehendendus, cum ipse quidem bene fortunatus vix evasisset, ab hoste captam multitudinem copiosam nobilium sibi coherentium perdidit; pro quorum ereptione cum rege necessarium fedus iniit.

Mulier quedam forensis de Aschersleve eucharistiam quam in pascha sumsisse videbatur domum proh nefas! irreverenter deferens, ad que nescimus prestigia reservavit; hancque post pusillum considerans in cruentam carnem versam expavit; unde reatum suum confessa penituit, res quoque signi admiratione prodita, minime celari potuit. Quapropter episcopus Odelricus subditis suis triduanum cum orationibus indicens ieiunium, ad suam ecclesiam cum veneratione transferri fecit eandem hostiam redemtionis omnium.

Inundatio magna fluminum subito facta est 8. Kal. Iulii. Heinricus, filius Conradi regis,
Nov. veneno moritur. Hartbertus episcopus Utrensis obiit. Presul apostolice sedis Eugenius Rome brevi tempore demoratus, nunc ut pridem Romanis infestantibus artatur cathedra;

a) *numerus deest c.*

67) Michaelstein ducatus Brunsvicensis. 68) Rheineck in laeva Rheni infra Confluentiam. 69) Staleck arx civitati Bacharach imminens. 70) post diem 18. Octobris huius anni.

contra quos viribus nititur Rozieri. Otto senior de Rinegge obiit. **Agnes soror Conradi** 1150.
**regis obiit,** uxor Bohemici ducis. Heinricus de Brandeburg **obiit, cuius heres factus est marchio Adelbertus. In cuius curiam venit equivocus eius, iuvenis quidam de Suevia natus,** qui litteris eruditus diaconus factus erat, et a fratribus **suis hereditatem dividentibus propter** clericatum exclusus fuerat. Occultata igitur sententia, **post tres annos sumtis armis strenue** militavit. At marchio ipsum sibi gratum contestans, **secum detinuit omnique curialitati** vel probitati habilem denotavit. Accidit igitur ut **castro quodam a marchionis complicibus** obsesso, hi qui deintus erant erumperent et **obsidentium cuneos castra ipsorum succendere** nitentes invaderent. Illi e contra conglobati, **cum grandi inpetu accurrentes, eorum molimina cassarunt,** ipsosque conterritos et **fugere compulsos usque ad portas castri, que ingressi opilaverant,** persecuti sunt. Excidere vero **claustra conati, desuper saxa iactantium** vehementia quidam vulnerati, omnes **autem ceptis desistere compulsi sunt; sicque suis** castris redditi, militem illum advenam, **qui cum ipsis in tumultu fuerat, non adesse considerant.** Ipse quippe inter primos viriliter agens, **tumultuantibus ante fores castri sociis** ipse de ponte in vallum deiectus, lapidibus **desuper ad instar nimbi venientibus obrutus** est. Qui decidens saxisque se supra modum urgeri sentiens, **clipeo qui collo herebat totum** se contrahens operuit; sicque quasi sepultus nusquam apparens, **sub silicibus delituit, ibique** iam fere suffocatus, memor transgressionis sue **iustum Dei iudicium super se venisse** pensabat. Igitur refugium a tribulationibus que invenerunt eum querens, **ad matrem misericordie,** beatam scilicet Mariam Dei genitricem, **menti convertitur, vovens ei si pietatem** filii sui pro ipso deprecans ex his angustiis evadere **et convalescere prestaret, ad omissa** sine dilatione rediret, ipsique specialiter, ut domine et salvatrici sue, **usque quo sibi spiritus** inesset deserviret. Interim socii sui requirunt a **castellanis, an aliquem collegam suum** captum detinuerint; illique respondent, nullum quidem se cepisse, **sed unum de ponte cadentem** lapidibus obruisse. Tunc illi **postulata pace saxa dispergentes, semivivum in clipeo** revehunt, curaque diligenter adhibita in brevi saluti restituunt. **Deinde cum celebranda** nativitas sancte Dei genitricis occurreret, ipseque cum **marchione et ceteris fidelibus** audiendis vesperis interesset, evenit ut responsorio **ad nutum Domini cum devotione** vocato nullus clericorum de versu eadem voce **proferendo se intromittere auderet.** Hinc illos musitantes ipse considerans, sibique competere **verborum textum recogitans:** *Iis vicium virtus operiret gratia culpam*[a] versum ipsum, **sed et subsequens:** ***Gloria Patri*** clara et competentis vocis modulatione decantavit. **Marchio finitis vesperis, hanc rem** tractantibus his qui aderant, cum quis esset agnovisset, **ultra quam credi potest admiratus,** et arguens illum cur celestia temporalibus, **preciosa vilibus, servicium Dei quod angeli** venerantur pro seculi vanitate commutasset, **qui si forte preoccupatus fuisset nece, velut** in proximo erat, apostasie sine dubio penas haberet persolvere. **At marchio statim tonderi** radi mutatoque habitu officio divino illum resignari fecit, **sicque quam diu vixit studiose** domino Iesu Christo servivit.

14. Anno Domini 1151. Thiedwinus **cardinalis obiit. Is ex partibus Germanie oriundus,** 1151.
ubi pro captu nobilis ingenii **prudentie semitas investigavit, seculo renunciare deliberans** ad Gorciacense monasterium venit, **quo nimirum, languente capite, rigor discipline paulatim** lentescere ceperat. Quod licet **vir sagacis animi facile deprehenderit, conceptum tamen** sermonem sue conversionis non ita **singularis tenuit, sed priori eiusdem loci quid sibi in** animo esset aperuit. Factum est ergo **procurante Deo, ut salutaribus monitis illius currenti** stimulus adderetur. Quapropter scema **monachicum arripiens, tantum in brevi regularis** vie comprehendit, ut non multo post **abbas ibidem factus, sicubi claustralis observantia** nutaverat, eius industria corrigeretur. **Quia vero glorificantes Deum glorificabuntur, exinde** assumtus **cardinalis episcopus apud Sanctam Rufinam constituitur. Hic familiarissimus regi** Conrado, ipsum electum, missus **a domno papa, regem ordinaverat; et postea laboriosam** ad ipsum legationem in Ierosolimitana **profectione susceperat. Tandem consummatus in** brevi, explevit tempora multa; **placita enim erat tam Deo quam hominibus vita eius. Bertoldus quidam,** cappellanus ducisse, **dum missam celebraret Lutere, partitus dominicum** corpus, repente sanguis ex manibus **eius guttatim fluere cepit. Completis itaque misteriis** secundum hore necessitatem, **langore correptus et acrius laborans, in eadem septimana**

a) Haec verba in cod. notis musicis notata sunt quarum figure hic exprimuntur. *Annotatio in apographo.*

1151. vitam finivit. Principes duo gentis Danorum inter se dissidentes bellum commiserunt; quorum Kanut iunior a maiore Suen superatus, fugam iniit, et exercitus eius una cum his qui de Saxonia in auxilium sibi venerant crudeliter interiit. Arnoldus Coloniensis presul obiit, cui regis cancellarius eiusdem nominis successit. Aeris inequalitas et temporum inmutatio famis ac pestilencie pericula tanta mundo intulerunt, quanta tunc viventes[72] in generacione sua fuisse non meminerunt. Richardis, mater Hardwigi episcopi, obiit. Rex
Sept. 17. Conradus festum sancti Lamberti primatum conventu Wirciburg sollenne ducens, a legatis apostolici inperialis gratia benedictionis Romam invitatur.

1152. 15. Anno Domini 1152. Fridericus Magdeburgensis presul obiit. Conradus Carinthio-
Ian. 14. rum dux post diuturnam quam adversus regem habuerat contradictionem cum ipso federatus, post paululum rebus humanis exemtus est. Cuius filiam dux Saxonum Heinricus uxorem duxerat. Hermannus comes de Wincenburg cum diutina tirannide multos obpressisset, cum uxore Liutgarda inpregnata, quam priore dimissa duxerat, conspirantibus contra eum ministerialibus Hildensheimensis ecclesie, in eodem castro noctu gladio transverbe-
Ian. 30. ratur 3. Kal. Febr.* pecunieque ipsorum, que ad sex milia libras conputabantur, ab interfectoribus direpte sunt; unde multi ipsorum diversis mortibus postea penas luerunt.

Conradus[a] rex hortatu religiosorum Ierosolimam proficisci statuens, filio suo Heinrico committens regnum, iter adgressus est; quod iter hinc inde commeando labore maximo licet incassum peragens, ubi demum repatriavit quanquam crebrius febricitans regno potitur per biennium. Interim apostolicus pro causa consecrationis per cardinalem Octavianum et Iordanem honorabiliter eum ad se vocavit, ipseque non minus hoc acceptans, huic expeditioni, quam usque ad nativitatem sancte Marie[73] distulerat, se accuratius preparavit.
Febr. 1. Anno itaque regni sui 15° festo luminis instante[74] placitum habiturus, Bavenberg molestia[b] corporis tangitur; neque ideo comitatu quem indixerat postposito, tunc ut prius de concordia procerum agitur. Porro cum decumbenti languor diatim accresceret, eximendus
Febr. 16. inplicamentis mundi numerosorum vir preliorum 15. Kal. Marcii placida morte requievit. Deus enim labores eius complevit, et sepultus est Bavenberg in ecclesia maiori. Huic successit in regnum Fridericus dux, filius Friderici ducis, vir strenuus et manu promtus ad omnia.

Mai. 18. 1. Fridericus novus rex pentecosten Merseburg celebravit, ibique Suenonem et Kanutum de regno concertantes pacificavit, Suenone regnum obtinente. Contentio principum Heinrici ducis et Adelberti marchionis propter hereditates comitum Bernardi et Heremanni
fol. 90. mutuis depredationibus et incendiis plurimum leserat regionem; at ubi refulsit sol qui tunc erat in nubilo, incliti terre bellorum motus festinato represserunt, atque ut possessio Bernhardi plenarie marchionem adtingeret, duce que Heremanni fuerant obtinente, secundum
Oct. auctoritatem regis egerunt. Rex Wirceburg conventum habens, ibi expeditionem in Italiam iurari fecit. Adelbertus Misnensium episcopus, functus legatione Conradi regis ad regem Grecorum ierat; quem defunctum sui cognoscentes, Gerungum cenobii Pozougensis abbatem pro eo elegerunt.

1153. 2. Anno Domini 1153. Fridericus rex Saxoniam pacifice intravit. Eclipsis solis facta est 7. Kal. Febr. Liudolfus de Waltingerode[75], precipuus magnatuum sui temporis, longevus obiit 10. Kal. Marcii. Huius filius Liudigerus in dissensione ducis et marchionis occisus

* Qui[c] post 7 dies obitus sui C.[76] Palidensi preposito ignita lorica vestitus apparuit, cum gemitu dicens, per ulnas suas clavis firmatam, ne ipsam valeret exuere. Deinde post annos 30 cuidam fratri in predicto cenobio vestibus honestis indutus apparuit; a quo requisitus si verum esset quod prefato preposito in lorica ignita apparuerit, dixit verum esse, sed ab hac pena precibus ipsorum et aliorum heu! paucorum se liberatum, sed adhuc putentis cibi et potus amari detrimentum perpeti. In his notandum, quod propter delicati corporis asperam mortem et despicabilem a tantis diviciis[d] eiectionem inferni quidem supplicia evasit, sed purgatoriis penis deputatus fidelium precibus possit adiuvari.

a) *res annis praeteritis gestae iterum breviter perstringuntur, quod auctor chronici Luneburgici haud sentiens et de altera Conradi expeditione in Terram sanctam agi opinatus, quum Heinricus rex iam obiisset, eius loco Heinricum de Rodenburg substituit.* b) molesta c. c) *haec in apographo uncis inclusa, haud ante a.* 1182, *ideoque opere absoluto, textui illata esse patet, quare ea inde movi. Eundem tamen auctorem sentiunt, et auctori chronici Luneburgici nota fuerunt.* d) deviciis c.

72) Cf. Ann. Magdeburgenses nostro hic ampliores, qui ex communi tamen fonte hausisse videntur. 73) 8. Sept. 74) i. e. pridie festi Purgationis S. Mariae. 75) Wöltingerode dioceseos Hildesheimensis. Eclipsis vere 7. Kal. Februarii contigit. 76) Conrado.

inter Osterrodense castrum et Hircesberg[77], voluntate patris ad cenobium Palidense delatus, ibidem tumulatus est; deditque pro eo pater beneficium in Stidiem[78] solvens solidos 21 Goslariensis monete. Cuius Liudigeri propinquus quidam, canonicus de Bruneswich, provecte etatis, divini servicii sedulus, cum missarum celebratione aliarumque orationum continuatione plurimis diebus de anima illius sollicitus, statum eius desideraret agnoscere, quadam nocte vigiliis dicendis intento in cripta sedenti somnus obrepsit; viditque deambulantem quempiam honestum in ulnis codicem gestantem. Quo viso: *Quis*, inquit, *hac hora noctis sacrarii huius angulos circuit?* Ille vero Liudigerum se esse contestatur pro quo ei sollicitudo inmineat, concessumque sibi ut causam suam manifestando desiderio ipsius satisfaciat. Inquisitus quid ferret, missalem librum plenarie confectum gestare se dixit. *Quid*, inquit, *tibi missalis, cum litteras nescieris? unde vero illum habeas edicito.* Et ille respondit: *In Franciam cum pluribus aliis veneram, ubi nocte quadam cum sociis meis in villa modica hospitatus manebam. Cives illius pagi licet pauperes nos pacifice intrantes et ipsi benigne susceperunt, pollicentes secundum posse suum nobis necessaria prebituros ut ipsos ab aliorum incursione tueremur. Ipsi parvam sibi sufficientem construxerant ecclesiam, sancte Marie Dei genitricis honori consecratam; quo videlicet opere exhausti, adhuc librum unde compararent anxiabantur. Audientes vero cuiusdam comitis Saxonie filium se hospitasse, arrecti in spem, ad me sibi intimatum venerunt, ad quod necessitas eos urgebat auxilium postulantes. At mihi dicenti: „Quid vobis tribuam, cum nichil preter itineris mei utensilia nunc habeam?“ beate genitrici Dei Marie se semper supplicaturos*[a] *dixerunt, ut ex largitione mea comparatum codicem anime mee, ubi magis munimine indigeret, in auxilium conferre dignaretur. His ego compunctus, forte hoc mihi, sicut nunc est, utile futurum recogitans, unum ex his qui mihi parebant, cuidam illarum partium locupleti pro 30 solidis illius monete quos sibi necessarios asserebant exposui, codicemque quem confectum ostendebant, misericordissime domine devotus obtuli. De partibus autem illis domum reversus, quod commodaveram transmisi, et quem exposueram absolvi; et ecce quia operum meorum rationem reddendi tempus advenit, contra astutissimum inquisitorem benigna domina codicem ipsum mihi concessit pro scuto ad defensionem, ut ubicunque suum ius in me requisierit, libri huius oppositione per ipsius pie matris interventum laqueos inimici sevientis evadam.* His dictis clericus expergefactus visumque retractans gavisus est, ac deinceps nulla die vel nocte pretermisit singulares orationes cum genuflexionibus misericordi domine exhibere, ut quod inchoaverat dignaretur in perpetuum consummare.

Bernardus Hildensheimensis episcopus iam per decennium captus oculis, quia sacerdotale ministerium plenius exequi non poterat, eo providus cessit, subrogatoque Brunone decano, rite colendus memoria piorum, quippe qui a Domino probatus et fidelis inventus, post vincula carnis secundum spem credentium ad gaudia transiit angelorum.* Iul. 20.

Hic, assecla beati Godehardi, transferendis eius sacris reliquiis olim devotus invigilavit; ex quo magnificata per orbem sancti gloria, operosam ipsius nomini basilicam exstruxerat, in qua et venerabiliter humatus est. Hic Iohannem cappellanum habuerat familiarissimum, qui post domini sui resolutionem incredibili deditus abstinentie, verum comprobavit illud cantici canticorum: *Fortis est ut mors dilectio.* Nempe moriens patrem Cant. 8, 6.
optatum subsecutus est die octavo. Coniuratio civium Halberstadiensium contra Odalricum episcopum. Missi sunt eodem tempore ab Eugenio papa duo cardinales Gregorius et Bernardus, qui sinente rege magna operati sunt in regno. Qui generale concilium apud

* Qui[b] Deo devotus dum beate genitrici Dei Marie speciale sepius obsequium exhiberet, in eius nativitate octavam, que nondum per ecclesiam agebatur, in conclavi sua cepit studiosius agere. Igitur quadam nocte festi huius officium matutinale cum suis capellanis agenti ipsa Dei genitrix, reparatrix inclita mundi, coronata ac ex omni part cel sti decore prefulgens, presuli eam soli videnti et agnoscenti apparuit. A quo venerabiliter salutata, dum interrogaretur, quid rerum esset quod ad servulum suum venire dignaretur: *Delector*, inquit, *et congratulor, huius mei festi memoriam te sollenniter ad honorem filii mei celebrare.* Que res cum fidelibus innotuisset, a pluribus devotionis causa susceptum est illius festi sicut et anterioris octavam pleniter sollemnizari.

a) supl. *c.* b) *quae sequuntur usque* sollemnizari *uncis inclusa habentur in codice, et schedae membranaceae post inscripta fuisse videntur.*

77) Herzberg, hora una Palida distans. 78) seu Stidium, in pago Ammergau Hildesheimensi, hodie desertum inter Bonien et Bulten, das Stehmerfeld. Lüntzel dioc. Hildesh. p. 160.

1153. Iun. Wormaciam in pentecoste, presente rege et multis principibus regni episcopis et abbatibus et omni ecclesia Mogontina, celebraverunt. Illic Heinricus Mogonciensis archiepiscopus, qui non erat preliator, sed in servicio Christi augmentando clericisque ordinandis et aliis spiritalibus rebus presulem decentibus mansuetus ecclesie plantator et rigator, ob inutili- Sept. 1. tatem secundum iudicium dumtaxat humanum depositus, divertit Enbike[79] et post modicum temporis defunctus, vere paci, id est Christo, despectum pro ipso sustinens associatus est, et in eodem loco sepulturam accepit. Cui Arnoldus successit; cuius austeritas pre mansuetudine illius utrum Deo acceptior et episcopatui fuisset utilior, finis probavit. Heinricus Mindensis episcopus, cecato a suis hominibus quodam clerico, cum propter id criminis inpeteretur a plerisque, tactus paralisi commisso destitit officio; postea tamen recuperata sanitate, beneficiis sustentatur ecclesie, cardinalium in hoc fretus auxilio. Eugenius papa mundo sublatus, Anastasio reliquit curam presulatus. Frequens barbarorum irruptio provincie maximo fuit dispendio. Collis est haud procul ab Halberstadensi civitate sepositus, quem nonnulli stultorum illecti prestigio demonum interfodientes spe thesauri reperiendi, fraudis amicum diabolum in hoc eis illudentem in specie equitis conspiciunt, et dicto citius aliqui ipsorum mole terrarum obruti, fine detestando cupiditatis sue damna mercantur. Fridericus rex separatus est ab uxore sua coram legatis sedis apostolice.

1154. 3.[a] Anno Domini 1154. Rozierus rex Apulie per manum bellicam plures subdidit alienigenas, adeo ut sicut inscriptio regalis declarat ensis, sibi

Apulus et Calaber, Siculus serviret et Afer.

Quem honorem non proprie virtuti, sed domini Iesu Christi adscripsit benignitati, seque illi devote submittens, iusticiam dilexit, largus opum miserisque pius,

Unde Deo carus, ductis in honore diebus
Extulerat nactum summo moderamine regnum.

Artes quaslibet probabiles commendans, astronomia delectabilius exercebatur, postremo cum eius peritis conferens suique defectum prenoscens, vovit Deo et reddidit non munera tantum, sed quod his prestancius est, se ipsum. Denique insertus ordini monachorum artissime viventium, quo ante profecerat in seculo, eo amplius ex tunc placere studuit Christo, et post modicum defunctus feliciter mundi huius erumnas evasit. Filius eius Wilhelmus ut probitatis ita et regni heres effectus est voto vel exemplo parentis. Ut scriptura Psal. 75, 6. dicit: *Dormierunt somnum suum, et nichil invenerunt omnes viri diviciarum in manibus suis*, sic Gregorius cardinalis inmenso auri et argenti pondere congesto, dum mors non tardat, vita exemtus est.

Clericis in Partinopoli, id est Magdaburch, diu pro electione presulis dissidentibus, ecclesie Niumburgensis antistes Wichmannus voluntate regis Friderici illinc translatus, per Anastasium papam illic firmatur metropolitanus; cuius vice in Niumburg Bertoldus, maior prepositus, episcopali infula decoratur.

Iuvenis quidam Goslarie rebus suis ludo male profligatis, pudore stimulatus et dolore, horribile dictum! semet illaqueans vitam finivit. Itaque meror et indeficiens omnis homo misere moriens, et vere universa vanitas omnis homo vivens. Tiedericus quoque canonicus Magdeburgensis et frater eius Otto de Hildesleve, egentibus multis ipsi quasi locupletes, insperato fine preventi unus post alium decesserunt, vere nichil habentes. Perscrutata vero substancia defunctorum, diripuerunt alieni labores eorum. Munitiones quoque eiusdem comitis dirute sunt providentia maiorum. Quidam prepositus Erpesfordensis magnis diviciis supervacue refertus, quam infide sint habentibus eas, subitanee mortis periculo expertus est.

80 Fridericus rex pascha Magdeburg celebrans, mense Maio[80] cum valida manu Italiam ingreditur. Difficultatem autem a Veronensibus perpessus, Rivolam castrum ipsorum cum nobilioribus eorum cepit, ac pertimescendo cunctis exemplo, spreta quam prebuerant auri copia, patibulis eos affigi precepit. Deinde Papie magnifice excipitur, ubi non paucis diebus residens, exercitu coadunato principibus Italici regni curiam ibidem indixit; et Mediolanensibus inimicis regni designatis, castella, oppida, vineta et oliveta ipsorum ferro et igne consumsit, et Terdona firmissimum castrum multis laboribus captum solo tenus destruxit. Anastasio pape mortuo Adrianus successit.

a) *numerus deest c.*

79) Eimbeck. 80) Octobri potius.

4. Anno 1155. Arnoldus quidam seculari callens philosophia, dogmate peregrino 1155. divisionem inter summum pontificem et populum Romanum fecerat; propter quod obligatur anathemate, dum insuper plures urbanorum illi cohererent. Hoc anno nix inchoans Kal. Octobris perseveravit usque pridie Kal. Maii.

Rex Fridericus inperiali sublimandus honore, militantium sibi non tam numero quam fol. 91. virtute munitus Romam tetendit, dumque vie moras innectit, adversantium sibi alias urbes cepit, alias evertit. Tandem fatigatus multis laboribus, sancti Petri sedem adiit. Ubi consilio satis provido civium precavens seditionem, Heinrico duce Saxonum fideliter adnitente 14. Kalend. Iulii ab Adriano papa augustalem suscepit benedictionem. Crastina dies, que Iun. 18. tunc Dominica habebatur, his addicta fuerat sollemniis, idque fama revelaverat auribus populorum; verum accelerato sagacitate principum negocio corda stupuerunt emulorum, quia speraverant summam pecunie se consecuturos ex huiusmodi occasione. Itaque singulis ad propria divertentibus, inperator comitesque sui fessi quietem sperabant, et ipse quidem eminus tabernacula fixerat: cum ecce, legio Romanorum ducem Heinricum bello preceps adgreditur, que mox contraria spe mortem quam intentat ipsa miseranda nimis assequitur. Advena denique miles correptis pro necessitate armis, minus parcendum manibus estimat, et quia sibi pro anima res est, viriliter agere non detrectat, adversarioque deiecto

Nunc, Heinrice, manet tanti te gloria facti,
Qui, decus omne tuis, stravisti cede superbos!

Augustus prepeti nuncio quod gestum est comperiens, ocior advolat, et quem deprehendit rebellem conterens, pacem sibi strage parat inimici. Milia cesorum luctus ac dolores ingeminant propinquorum, testanturque cavendum, ne lapidem quis mittat in altum, certe feriendus ab ipso. Nam iuxta sapientis dictum: *Stultum est niti contra fulminis ictum.* Conradus de Ploceke et alii fideles marchionis, Sclavorum perimuntur insidiis. Arnoldus supradictus et consensu potentum urbis prefecto traditur et suspendio adiudicatur, qui per mala que moriens pertulit, erroris debita solvit.

Anselmus episcopus Havelbergensis ab imperatore ad cathedram sustollitur ecclesie Ravennensis.

Cesare rectore firmantur federa Rome.
Et patriam repetens satagit sibi subdere plebes.

Huius Deo*) annuente quanta sit potentia, Spoletanorum testatur iactura, qui adpropinquante *) *deest c.* exercitu previis denegavere successionem. Inde cum cesare confligentes atque subacti flammis, consumtam suam deplorant habitationem. Militum vero cesaris fixa manente fortuna, dum artissimam scandunt viam ad locum qui vulgo Clusa dicitur, a castellanis primo sunt irretiti; quare conserta cum hoste manu gladiis viam patefecere, illic etiam optabili triumpho potiti. His gestis cesar cum victoria et gloria magna revertitur. — Suen rex Danorum a regni primoribus dignitate privatur, regnumque eius a Kanuto et Waldemaro occupatur.

5. Anno Domini 1156. Heremannus Traiectensis episcopus subita morte prereptus 1156. decessit. Inperator in episcopatu Monasteriensi pascha celebravit. Principio Maii mensis Mai. 1. primi regionis convenerunt Halverstad iussu inperatoris, apud quem quia Odelricus episcopus non modicum fuerat insimulatus, obtentu Bavenbergensis presulis Everhardi offensa remittitur incusato et gratia principis donatur: postque moderatum rei publice statum in sua quibusque remeantibus

Pax optata datur, et rex hinc magnificatur.

Qui nobilem habens uxorem filiam Tiepaldi marchionis, propter inproborum figmenta dudum illam repudiaverat; et nunc aliam ex Burgundia ducens, peractis diebus pentecosten Wirciburg nuptialia festa peregit. Quam sit hominum vita labilis, indicio est Arnoldi Coloniensis presulis mors miserabilis, qui sollemnitate paschali postposita gravitate sacerdotali currens in vadio, incurrit mortem casu valido. — Wilhelmus filius Rozieri, rex Apulie, infirmatus paralisi dissolutus est. Princeps autem Grecorum nacta occasione regni eius terminos invasit; sed ille gratia mire per quendam Sarracenum medicatus convaluit, et cum Greco navali prelio confligens, submersis multis milibus victoriam cepit. Barum autem civitatem, quia Grecis presidio fuit, eliminatis plebibus monachorum solummodo habitationem esse precepit. Taliter prosperatus augusti fert emulationem, pro eo quod a

1156. summo pontifice regiam obtinuisse dicitur ordinationem. Heinricus dux Fresiam hostiliter Sept. 17. ingressus est, sed inacte rediit. Inperator Ratispone conventum habuit, ubi ipso mediante, Heinricus dux Saxonum ducatum Bawarie obtinuit; Bawaricus vero dux eatenus, Heinricus frater Conradi regis, marchiam terre illius possedit. Conradus marchio pacis amator, autorem pacis Deum veneratus Ierusalem adierat, diesque suos cum honore deducens, novissime cum languore correptus esset, apud montem Ethereum[81] communionem religio- * 1157. Febr. 5. sorum expetiit; ubi non longum agens vite spacium, a seculo migravit ad Dominum. — Heinricus dux Suenonem, Danorum regem, a suis expulsum regno suo restituit.

1157. 6. Anno Domini 1157. Adelbertus marchio Brandenburg, diu a Sclavis occupatam, maximo conprovincialium periculo Wicmanno Magdaburgensi presule cooperante recepit; ubi consobrinum ipsius, iuniorem Wernerum de Veltheim, atrox gentilium phalanx cum aliis quam plurimis interemit.

Inperator manu robusta Poloniam ingressus, gloriam regni sui quaqua versum propagavit, subactis ducibus illius regionis. Kanutus rex Danorum a Suenone dolose perimitur. Waldemarus vero vulneratus, vix evasit. Non multo post factum est prelium inter Suenonem et Waldemarum; Suenonis pars victa corruit, ipse autem capitur et obtruncatur.

1158. 7. Anno Domini 1158. inperator natale Domini Magdaburg magnifice peragit. Adelbertus marchio cum Odelrico Halberstadensi episcopo per Greciam Ierosolimam causa Mart. orationis proficiscitur. Inperator Frankenvord conventum habuit. Pascha autem Traiecto celebrans, Italiam rursus hostiliter intravit, ac evocatis clericorum et laicorum Teutonici regni principibus cum duce Bohemie et aliis multis gentibus, cum grandi apparatu belli Mediolanum obsedit, arietibusque et machinis portas destruens, sub inperiali vexillo ad deditionem cives coegit. Heinricus dux Sclaviam cum exercitu intrans, totam terram ferro et igne devastat. Eodem anno sevissima tempestas extitit; ventus turbinis fortissimus arbores inmensas radicitus evulsit, ecclesias cum domibus aliisque edificiis subvertit; aquarum quoque inundantia infinitam multitudinem hominum et pecorum extinxit. His etiam diebus in sexu fragili signa potentie sue Deus ostendit, in duabus ancillis suis, Hildegarde videlicet in monte Roperti iuxta Pinguiam, et Elisabeth in Schonaugia, quas spiritu prophetie replevit, et multa eis genera visionum que scripte habentur per euangelium revelavit. Huic autem Elisabeth virgini in coenobio cum aliis sincere et laudabiliter conversanti, de exercitu sanctarum undecim milium revelationes ostense, necessario diligenter sunt a fidelibus advertende. Nam quibusdam et fere omnibus tempore Attile et ab ipso virgines passas estimantibus, ante ipsum secundum veri considerationem longo tempore fuisse inveniuntur; et cum lectio passionum de ipsis antiquitus conscriptarum sanctis virginibus viros interfuisse non dicat, ecce hoc tempore inter ipsarum sepulturam Ciriacus papa cum cardinali Vincentio, plures quoque episcopi clericique et laici, cum regina et ducissa, sed et sponsus sancte Ursule inventi sunt. Unde Colonienses mirati, in hac virgine Elisabeth fama Christi pietatis audita, de his per ipsam Deum, cui preterita presentia et futura nota sunt, consulendum censuerunt; quos utique fides non fefellit, cum omnia hec ordinatim qualiter acta sint certis et diffinitis responsionibus didicerunt. Ipsi quoque intimatum est, ante mundi finem exercitum totum sanctarum virginum revelandum. Huic etiam spiritu rapte, in prato quodam odorifero in tabernaculum extentum introducte, congeries librorum ostensa est ante diem iudicii in palam ventura; quorum unus, scilicet libellus viarum Dei, omnibus fidelibus utilis, porrectus est ei per ipsam revelandus. Has autem revelationes non suis meritis sed gratie Dei cum pavore adscribebat, adeo, ut colloquens spiritualibus ad se venientibus exoraret, ut huius temporis harum rerum novitates in ipsa Dominus ad felicem terminum perducere dignaretur; quod etiam Deo gratias factum est. Nam septimo anno regni Friderici inperatoris qui est incarnationis Christi 1158mus revelationibus his inchoantibus, 21° anno regni, qui est incarnationis 1172mus, ipsa cum humilitate bono proposito perseverans, felicium virginum choris adiungenda carne soluta est.

1159. 8. Anno Domini 1159. Mediolanenses absentia regis malo suo indurati, rebelles effecti sunt. Inperator autem accitis principibus, Heinrico duce Saxonum et duce Bohemico aliisque regni primoribus, in manu forti Cremam castrum Mediolanensium obsedit, quod non [82] sine magno suorum detrimento captum destruxit[82]. Fridericus Coloniensis episcopus obiit, et Reinoldus cancellarius succedit. Heinricus dux propter multiplicandam christianitatem

81) Lauterberg, Petersberg prope Halam, inde chronicon Montis Sereni. 82) scilicet anno sequenti.

in Sclavia episcopos statuendi et investiendi potestatem a cesare accepit. Adrianus papa 1159. rebus humanis eximitur, et detestandum scisma inter cardinales Rolandum et Octavianum de papatu exoritur. Hi vero duo Adriano pape familiares et cari erant, et tota curia Romana maxime ipsorum consilio disponebatur. Rolandus iunior, quicquid secum agebatur, precio accepto perficiebat, ideoque copiis pluribus habundabat. Octavianus autem etatis iustus, et timens Deum, cesari quoque notus, pauper rebus sed bonis meritis ut finis eius declaravit plenus, si vel apud apostolicum vel apud cesarem a quoquam in auxilium petebatur, absque lucro prout poterat subveniebat. In eligendo igitur pontifice quattuor segregati sunt quorum unus eligeretur, inter quos erat Rolandus; ceteri ad consilium secedunt, fol. 92. inter quos erat Octavianus. Qui quesito a se consilio ait: *Nullus aptior mihi videtur cardinale Rolando; siquidem rebus et amicis habundans, laborem ferre valet, loquendi efficacia et omni probitate ornatus.* Cui omnibus consentientibus dalmaticam deferunt, que moris erat electo indui, et inter illos quattuor Rolandum investire cupientes, ab ipso surgente manibusque et verbis obsistente prohibiti sunt. Dixit enim omnino se non consentire, cum se tanto nomine fore nosset indignum, sed et se iuvenem adhuc, amicis vita comite multis annis posse prodesse; in hoc autem honore ultra metam, propositum scilicet terminum beati Petri, nullatenus esse victurum[a]. *Sed consilio meo,* dixit, *audito, adsumamus domnum Octavianum, qui sanctitate precellens et in curia regia conversatus, sedi apostolice aptus est, et utilis esse poterit ecclesie; rerum autem eius inopiam omnes in commune suppleamus. Ipse enim quia processit in diebus suis, cito laborum suorum mercedem recipiet; deinde quod Dominus voluerit, non recusabo.* His auditis consenserunt omnes; et Octavianus, licet renitens, ab omnibus electus et intronizatus, undecim diebus in honore permansit. Hinc amicis Ro- Oct. 7. landi subrepsit invidia, culpantibus eum cur sibi oblata rennuisset, ipsorumque profectum cuius auctor esse poterat retardasset. Qui favore mollitus et penitens, ait ad illos: *Si sic vobis placet, defectum nostrum cito recuperabimus; consiliantes ei ut cesari, quia*[b] *legitimam*[c] *reliquit, excommunicationem imponat. Quo facto per cesaris offensam carebit honore. Si autem non fecerit, occasio nobis eum deponendi patebit.* Huic ergo consilio cum non adquievisset, perversi consiliatores quasi iuste se Octaviano obponentes, occasionem sue voluntatis nacti, Rolandum denuo elegerunt. Octavianus vero cum suis electoribus ad cesarem divertens, omnia ut acta sunt retulit. Cesar autem dolose cum eo actum sentiens, eum secum retinuit. Uterque igitur a suis consecratus, Rolandus Alexander, Octavianus Victor appellatur. Qui inperatori hoc insinuavit, honorem illum se parvipendere, si presente vel assenciente ipso cesare communiter ecclesia sibi pastorem elegisset; se vero, si fraudi huic cederet, permaxime posteris suis nociturum. Ad decisionem scismatis huius sollemnis 1160. Febr. curia Papie ab inperatore episcopis abbatibus et omnibus ecclesie prelatis indicitur. Ubi examinata rei veritate, Victor ab universis electus confirmatur. Rolandus vero, qui et Alexander, tanquam scismaticus abicitur. Sic Alexandro per Wilhelmum, Sicilie regem, ob odium cesaris orientalis inclinatur ecclesia, et per Francie regem Gallia. Victor vero inperiali fulciebatur potentia. Ecce effusa est nostris temporibus contentio super principes principalis ecclesie, que est caput omnium, et sciderunt unitatem summi sacerdocii, ruperunt vinculum pacis ecclesiastice, ita ut invicem mordeant et invicem se interficiant, anathematizando alterutrum. Est tamen incertum que duarum partium percuciat in gladio Petri, cum nec possit in partes dividi, nec indivisus sibi adversari; unde fit ut non iam correctionis dulcedinem, sed dissensionis amaritudinem propinent omnibus terris. Ecce enim ex illorum vesano motu non modica turbatio derivata est in omnes subiectos eorum. Ecclesiarum patres, cui parti magis adsentiendum sit nescientes, ipsi quoque invicem sibi maliciose adversantur, alterutrum se abhominantur, odiisque et detractionibus se invicem persecuntur. Sed et seculi reges et optimates omnium regnorum suo motu suaque perturbatione calicem ire Dei universe ecclesie propinant, furiose eam concuciendo ac devorando, et est videre miseria, omnem ecclesiasticam censuram per hanc discordiam translatam in inperatoris curiam. Postremo Octavianus qui et Victor veniens Luccam, egrotare cepit, novemque diebus agonizans, ad extrema perductus est. Erat ubi predives matrona sex vel amplius annis paralysi dissoluta, in tantum ut nullius membrorum suorum usum haberet. Hec lectulo recubans, illo in agone posito familiam suam allocuta indumenta sibi honesta deferri precepit, iussum sibi dicens ut procederet, et famulum Dei iam morti propinquum

a) XXV *annos in parenthesi addit c.* b) *vox deest in c.* c) *uxorem scilicet.*

1159. visitaret. Illi aliena eam fari putantes subriserunt, dicentes eam mortuo similem, visitari potius a famulo Dei debere; ipsam non nisi manibus suorum delatam quoquam procedere posse. Illa vero institit, orans ut solummodo vestes porrigerentur; nam quod preceptum sibi foret, sine dubio se complere testabatur. Illis induvias deferentibus, per se ipsam erecta celeriter induit; cunctisque mirantibus super pedes suos adtollitur, procedensque multis comitantibus ad pontificem venit, et eius ultima verba se benedicentis audiens, illum migrantem ad Dominum desideranter aspexit, ipsaque deinde sana permansit. Monachi vero illic habitantes, qui nondum ad obediendum ei consenserant, audientes gratiam Dei in
fol. 92'. eius obitu declaratam, inito consilio saltem mortuo se obsequi paraverunt; qui antequam advenirent, maligni spiritus preludium dissensionis eorum in domo pontificis habentes, in specie ipsorum catenis a collo singulorum dependentibus se invicem huc illucque traxerunt. Fidelibus autem qui convenerant hec cernentibus et monachos in furorem versos arbitrantibus, ecce illi cum crucibus et cereis et thuribulis supervenientes, ipsum sui erroris viderant prestigium, gemituque ex intimis prolato, signo crucis muniti turbam demonum effugarunt. Talibus admoniti, quod vivo noluerunt, obedientiam mortuo promiserunt, successori quoque eius se obsecuturos, utpote saniori parti, spondentes. Palme utem eius suis manibus inpositis hoc firmaverunt, dulcibus eum osculis honorantes, sicque lacrimosis vigiliis pernoctantes, honeste eum infra ecclesiam coram sancta cruce tradiderunt sepulture. Ibi quantocius ceca diu mulier adveniens, iuxta tumulum procubuit, Christoque largiente tenebris cecitatis ablatis, optate luci restituta est.

Plura quoque miracula ante mortem eius et postea facta memorantur. Quo mortuo, in locum eius Paschalis subrogatur. Quod auditum cesar non inprobans, dixit, quia si catholice et recte incedentem eum communiter ecclesia diligeret, omnem subiectionem et servicium quod ius posceret se illi exhibiturum. Adtendat ergo lector et auditor, hoc scisma cesari non iuste inponi, cum sine ipsius conscientia ceptum, sepius dissipare et ad unitatem reformare laboraverit.

1160. 9. Anno Domini 1160. domna Sophia marchionissa[83] obiit, quam pie memorie soror eius Beatrix, abbatissa Quidilingeburgensis, octavo die moriendo subsecuta est. Arnoldus Mogontinus presul in atrio ecclesie sancti Iacobi ab eiusdem civitatis civibus circumventus occiditur, ipsaque ecclesia cum omnibus edificiis monasterii igne crematur. Inperator cum Mediolanensibus bello congressus, vexillum sancti Ambrosii auferens, plurimis occisis et captis gloriose de ipsis triumphavit. Heinricus dux terram Sclavorum hostiliter intravit, ferroque et igne totam devastavit; principem Niclot, qui et Nicolaus, trucidavit, ipsos rebelles sibi subiugavit. Episcopos etiam in ipsa terra constituens investivit, Geroldum in Aldenburg, Evermodum in Razisburg, Bernonem in Magnopolin, qui translatus est in Zuarinensem episcopatum.

1161. 10. Anno Domini 1161. magna discordia inter Heinricum ducem et Ratisponensem episcopum facta est.

1162. 11. Anno Domini 1162. inperator cum rege Francie et rege Danorum curiam sollemnem Bisuncie indixit, ut in facie totius ecclesie et inperii examinatis duobus apostolicis, corpus ecclesie in unitatem redigeret; verum clero suo repugnante et precipue abbatibus de ordine Clare Vallis, rex Francie curiam declinavit et cum Rolando suo in Franciam re-
Aug. 29 meavit. — Inperator iterato cum rege Danorum et optimatibus regni et omni ecclesia inibi coadunata Victorem in papam confirmavit. Qui Germaniam ingressus, sinodum in festo omnium sanctorum Treveris cum multis episcopis et religiosis personis celebravit. Inpe-
Mart. rator Italiam repetens, Mediolanenses longa inedia famis et bellorum plurimis anfractibus contritos et desperatos, gloriose de ipsis triumphans in deditionem accepit, turribus deiectis, muris et menibus conplanatis.

1163. 12. Anno Domini 1163. Heinricus dux castrum Sclavorum Werla obsidens et capiens, ad deditionem ipsos coegit. Inperator Mogoncie conventum habuit, et in ultionem episcopi occisi murum civitatis cum turribus deiecit, interfectores autem proscribens, quosdam vita quosdam rebus omnibus abiudicavit. — Heinricus dux in Liubike congregationem clericorum instituit. Ecclesiam inibi ex lignis factam, in honore sancte Marie sanctique Nicolai dedicari fecit, ubi pacis gratia principes Rugiane insule ad deditionem venerunt.

1164. 13. Anno Domini 1164. nova maris et fluctuum confusio exorta est. Mirabiles siquidem

83) uxor Adalberti Ursi.

facte sunt elationes maris horrida vi ventorum et commotione aeris, et instar montium 1164.
elevaverunt flumina fluctus suos, omnibus in circuitu nationibus interitum quasi in diluvio
expectantibus. Per triduum enim aque de profundo abissi exagitate ibant et intumescebant,
et omnia circa maritima flumina alveos suos pre inundatione excedentes, multas insulas
cum hominibus et iumentis villis domibus edificiis substantiis ecclesiis et, quod dictu mirum, agris et domorum areis et cimiteriis cum soliditate alias transpositis, miserabiliter
suffocaverunt. Eratque mirabile spectaculum inter misericordiam Dei et iudicium, cum
per iudicium fieret interitus hominum et iumentorum et ad 20 miliaria secus ripas fluminum viderentur cadavera suffocatorum, et e converso per misericordiam lactentes in cunis
ex alvis eriperentur, natantes multi in lignis edificiorum vel in vasculis constituti ventorum
vi et fluctuum longe in alias regiones vivi deferrentur. Eratque in maxima miseria gemitus fol. 93.
et clamores videre et audire pereuntium. Hec clandestina plaga circa occidentem et aquilonem facta est 14. Kal. Marcii. Ipso die in Magnopoli civitate occisa et captivata est a Febr. 17.
Sclavis multitudo christianorum. Ea etiam die venti violentia et crebra fulgura horrendaque tonitrua, et concusse terre vasti mugitus exorti sunt; certumque erat hominum exicio
mundi statum esse turbandum, neque parvum quendam casum hec signa portendere, et
maxime cum relatione fidelium innotuerit, multos ictu fulminis prostratos vaginisque illesis
gladios ipsorum ut ceram pene liquefactos, quorundam etiam crura salvis ocreis nigredinem cum ambustione contraxisse. Signa quedam in sole et luna visa referuntur. Fruges
agrorum multis in locis grandinis nimietate contrite sunt. — Dissensio magna facta est
inter Reinoldum Coloniensem electum et palatinum de Reno propter castrum Rinegge. —
Heinricus dux auxilio episcoporum abbatum et principum Saxonie cum valida manu militum Sclaviam depopulans, urbem Dimin[83] captam destruxit, et filium Nicloti christianum,
quem apud se habebat, infausto consilio suspendi iussit, et Sclavos in fugam compulit. Sed
securitas negligentiam exercitui generavit. Nam summo mane Sclavi irruptionem super
incautos et inermes facientes, comites Adolfum et Reinoldum cum multis trucidaverunt.
Qui[84] duce adveniente cum suis, multis eorum vulneratis aut occisis terga dederunt. 84

14. Anno Domini 1165. Victore papa sicut supra memoratum est hoc anno defuncto, 1165.
huic Wido Cremensis, a Leodicensi episcopo consecratus et Paschalis appellatus, substituitur. Reinoldus Coloniensis electus largiente inperatore trium magorum corpora et
sanctorum martirum Naboris et Nazarii de Mediolano cum maximo plebis tripudio transtulit
Coloniam. Dissensio facta inter Heinricum ducem et marchionem Adelbertum[a] et palatinum iuniorem Adelbertum[b]. Sors[c] cecidit super palatinum; derelictus enim a marchione,
per resignationem castri Lewenberg[85] et beneficii Halberstadensis ecclesie gratiam et pa- 85
cem ducis promeruit. Veronenses rebellant inperatori, et castrum Rivolam expugnantes,
cum militibus ibi locatis capiunt.

15. Anno Domini 1166. inperator de Italia reversus, Goslarie conventum habuit in 1166.
purificatione sancte Marie. Deinde curiam habuit in pentecoste, postea Italiam rursus ingreditur circa autumnum. Febr. 2.
Dissensio exorta est inter Heinricum ducem et Adelbertum[d] Oct.
marchionem. Wichmannus Magdaburgensis archiepiscopus cooperante marchione castrum
ducis Haldesleve in vigilia sancti Thome obsedit, et circumiacens provincia non parum ab Dec. 20.
exercitu gravatur.

16. Anno Domini 1167. Heinricus dux soluturus obsidionem, cum exercitu Haldesleve 1167.
tendit, sed intervenientibus religiosis viris episcopis et abbatibus, pace facta utrobique discessum est, datis fideiussoribus quatinus proximo placito, quod post pascha futurum erat,
castrum episcopo resignaretur. Quo minime persoluto, prefati principes congregato exercitu regionem predis et incendiis vastant, domum ducis prope Goslariam destruunt. Inde
revertentes, munitiones quasdam ducis cum castro Haldesleve capiunt, captas destruunt.
Vix tandem pace composita presentibus legatis inperatoris, videlicet Mogontino episcopo
et Bertoldo duce de Zaringe, terra ad tempus quievit. Inperator dehinc emensis terrarum
spaciis Romam cum exercitu properat, Reinoldo Coloniensi episcopo precedente; qui dum
in castello quodam moraretur, Romani multis milibus congregatis episcopum in eodem
castro obsidere nisi sunt. At ipse, hac fama comperta, cum paucis equitibus advolat; quos

a) adebertum *c.* b) adebertus *c.* c) *ita loco mederi conatus sum; c. legit:* adebertum et palatinum iuniorem. Adebertus cecidit super. *Vocem* Sors *Annales Stederburgenses ex nostris hausti subministrant.* d) adebertum *c.*

83) Demmin ad Penam. 84) Sclavi. 85) Lauenburg, in rupe Hercyniae a meridie Quedlinburgi.

1167. fessos Romani adgressi, terga dare compulerunt. Episcopus vero qui iam clanculo castrum
exierat, Romanos cum suis ex latere invadens, aciem illorum tercio perfregit et loco cedere
coegit. Sic qui prius fugerant reversi, Romanorum maximam partem prostraverunt; reliqui
fuga lapsi Romam redierunt. Inperator Romam veniens, monasterium sancti Petri,
quo se rebelles contulerant, obsedit. Interea quorundam insolencia templum quod dicitur
86 Ad sanctam Mariam rotundam[86] ignis absumpsit; unde coalescens ignis, monasterium
beati Petri conflagravit. Infra hanc moram obsidionis gravis pestilentia exercitum inperatoris
occupavit, que innumeram multitudinem precipue Romanorum stravit, quippe qui
muris inclusi nullum respirationis exitum habere potuerunt. Tanta denique clades fuit
pereuntium, ut nec morientibus sepultura sufficeret, sed maxima pars eorum in Tiberim
precipitaretur. Mortui sunt ea tempestate episcopi plures, Reinoldus Coloniensis et episcopus
Leodiensis, Heremannus Fardunensis, Daniel Pragensis, presul quoque Basiliensis et
Fridericus Nuemburgensis filius Conradi regis. Hec clades facta est mense Augusto, quo
tempore nimio fervore solis hominum corpora illis in locis sepe corrumpuntur. Post hec
inperator amisso exercitu cum paucis se Papiam ad hiemandum contulit.

1168. 17. Anno Domini 1168. pace soluta inter principes Saxonie, provincia rursus predis
et incendiis vastatur. Inperator clam de Italia reversus, curiam indixit principibus Saxonie
Mai. 5. Wirceburg in dominica Vocem iocunditatis. Qui neglecta curia, congregato exercitu pro-
Mai. 19. vinciam ducis predationibus et incendiis vastaverunt. Item secundo curiam indixit in pen-
Iun. 29. tecoste, tercio nichilominus in festo apostolorum Petri et Pauli. Ubi pax firma inter prin-
cipes facta est usque ad proximam curiam. — Paschalis papa obiit, Calixtus successit. —
Nov. 1. Hartwigus[a] Bremensis episcopus obiit. — Inperator item curiam habuit circa Kalendas Novembris,
ubi rursus pax inter principes firmatur.

1169. 18. Anno Domini 1169. inperator curiam habuit Walehusen in purificatione sancte
Febr. 2. Marie, ubi denuo pacem renovavit, violatoribus pacis secum abductis. — Heinricus dux
dimissa uxore priore, Bertoldi ducis de Zaringe sorore, duxit filiam regis Anglorum; et hoc
factum est instinctu et voluntate inperatoris. — Inperator curiam habuit Erpesford in natale
Iun. 24. sancti Iohannis baptiste, ubi filius eius Heinricus in regem eligitur, et in assumtione sancte
Aug. 15. Marie Aquisgrani ungitur. Baldewinus, prepositus maioris Halberstadensis ecclesie, Bremensi
destinatur archiepiscopus.

1170. 19. Anno Domini 1170. Heinricus dux inicio quadragesime ad iniuriam episcopi Magdeburgensis
episcopium eius predis et incendiis vastat. Adelbertus marchio, clarus et
nobilis princeps Saxonie, obiit 14. Kalendas Decembris.

1171. 20. Anno Domini 1171. defectus lune factus est media nocte in plenilunio.

1172. 21. Anno Domini 1172. Heinricus dux perrexit Ierosolimam, multo comitatu per Greciam
agens iter. — Inperator Poloniam peciit, sed inacte rediit. Lodewigus provincialis
comes obiit.

1173. 22. Anno Domini 1173. signum in celo apparuit 3. Idus Februarii luce clara apparente
Apr. 15. in aquilone usque ad mediam noctem. Inperator curiam habuit Goslarie in octava pasche.
Mai. 13. Nix inopinata descendit in festo sancti Servacii quod[87] erat quarta feria ebdomadis pente-
costes, que nix plures arbores silvaticas et fructiferas confregit, stantes quoque fruges oppressit.
Ipso anno gravis pestis in hominibus facta est, adeo ut multi laboriose tussiendo
animas exhalarent.

1174. 23. Anno Domini 1174. inperator Italiam ingreditur circa autumnum. Violentia ventorum
frequens et insolita hoc anno, et multa inequalitas aeris fuit.

1175. 24. Anno Domini 1175. Heinricus dux comiciam Bernardi comitis, filii Adelberti marchionis.
predis et incendiis devastavit.

1176. 25. Anno Domini 1176. Mediolanenses inperatori rebellant, multis de parte eius captis
et occisis. Episcopi et alii prelati ecclesiarum Teutonici regni Papiam evocantur ad inperatorem
mense Novembri.

1177. 26. Anno Domini 1177. Heinricus dux et Otto marchio Sclavos cum exercitu petunt,
urbem eorum Dimin obsident. In qua obsidione decem ebdomadibus exactis aliquantis
etiam interim ex utraque parte prostratis, Sclavi datis obsidibus ne amplius fines suos
transcenderent, ut ab urbe discederent inpetraverunt. Eodem mense scilicet Augusto

a) harwigus c.

86) ante S. Petrum situm et incastellatum. 87) Error; festum pentecostes saeculo XII. nonnisi annis 1127, 1187 et 1198 in diem 17. Maii cecidit.

inperator Venetiam veniens celebrandi causa concilii ad reformandam unitatem ecclesie, 1177.
gloriose ab Alexandro papa multisque aliis religiosis viris suscipitur. Habito itaque concilio, universalis ecclesie consilio papatus Calixto[a] destituitur, Alexandro confirmatur, et inter alios quibus honor in scismate ablatus est, Halberstadensis episcopus Odelricus auctoritate Alexandri pape in episcopatum reducitur.

27. Anno Domini 1178. castrum Horneburg ex precepto ducis Heinrici destruitur. — 1178.
Odelricus episcopus auxilio principum orientalium collem quendam haud procul a civitate Halberstad ceperat edificare; sed inpediente duce opus exstructum igne consumitur. Post duos menses rursus episcopus predictum opus adgressus, nive magna cadente ceptis destitit. Interim patria predis et incendiis vastatur, et ex parte ducis non pauci captivi ducti sunt.

28. Anno Domini 1179. inperator de Italia revertitur, habuitque curiam Wormatiae[a*] post 1179.
epiphaniam Domini. Hiems eo anno fuit dura et prolixa. Adelbertus palatinus comes obiit. In- Ian. 15.
cipiente quadragesima in die sanctarum Perpetue et Felicitatis[87*] sole iam ad occasum pro- Mart. 7.
pinquante, visum est signum mirabile. Non longe enim a sole ad austrum apparuit splendor quidam minor sole, a quo usque ad solem arcus incurvatus, alium super se, sed et ille unum super se habebat, ordine contrario se tangentes[b], omnes vero tres secundum speciem iris refulgentes: ipsam formam quibusdam interpretantibus collisionem trium principum futuram, sicut et factum est, scilicet episcopi Coloniensis ducis et inperatoris. Con-
cilium Rome habitum ab Alexandro papa media quadragesima, cui interfuerunt plurimi fol. 94.
episcopi, exceptis aliis diversi ordinis clericis abbatibus et prepositis. Philippus Coloniensis episcopus pro requirenda quorundam sibi consanguineorum hereditate que a duce Heinrico fuerat ablata . . . . . . . . . .[c], sed agentibus internunciis pace qualicunque statuta, non sine magno provincie detrimento regreditur. — Horneburg rursus annuente duce reedificatur. Dissensio inter ducem Heinricum et principes Saxonie sepe exorta et sepe sopita, rursus paulatim cepit repullulare, et multe querimonie adversus ducem coram inperatore deponuntur; quem inperator multis curiis evocatum sed minime consentientem, tandem principum iudicio rebus et beneficiis abiudicavit. Castellani de Horneburg ad iniuriam ducis predam et incendia exercent. Unde ducis amici congregati, civitatem Halberstad miserabili plaga disperdunt, urbem simul cum monasteriis et ecclesiis igne consumentes, et matronas honestas more barbarorum denudantes, et clericos simul cum laicis depredantes, multis milibus hominum tam clericorum quam laicorum igne concrematis. Super hec omnia ipse
episcopus Odelricus cum suis ministerialibus multis captivis abducitur. Acta sunt hec nono Sept. 23.
Kalend. Octobris die dominica hora diei tertia.

Sed quia scriptum est: *Nichil in terra sine causa fit*, credendum est, non sine iusto Dei Iob 5, 6.
iudicio hec patrata, humani quoque generis hoste, qui de periculis hominum gratulatur, incitante. Civibus enim narrantibus, hostes advenientes voces velut in chorea letis ac sonoris cantibus concrepantes audierunt, sibique hoc ad contemtum fieri quasi ab armatis et resistere cupientibus estimantes, cantum hunc in fletum converti posse dicebant; sicque graviter exacerbati, quod intenderant inhumane peregerunt. — Principes orientales favente inperatore contra ducem coadunati, civitatem Haldesleve obsident, Coloniensi episcopo illic eis cum grandi exercitu occurrente; sed dissensione inter principes orta, obsidione soluta inacte discedunt.

29. Anno Domini 1180. Heinricus dux Thuringiam predis et incendiis vastans, Nort- 1180.
husen et Mulehusen inperatoris civitates igne consumsit. Cum quo Lodewigus provincialis
comes inito certamine, vincitur et cum multis captivis abducitur. Odelricus episcopus obiit, Iul. 30.
cui Tidericus prepositus de Sancta Maria substituitur. Inperator ad iniuriam ducis Saxoniam hostiliter ingreditur, urbem ducis Lichtenberg obsedit et cepit, ipsamque provinciam predis et incendiis vastat. Harceburg, urbem quondam regiam, Saxonibus infestam et ob hoc ab eiusdem terre principibus destructam et ab apostolica sede excommunicatam, reedificat, et in ea presidium militum collocat; collemque supra memoratum ab Odelrico episcopo bis inceptum totiensque prepeditum edificans, illic similiter presidium ponit: sicque provincia per duos fere menses vastata, de Saxonia egressus est.

30. Anno Domini 1181. Wichmannus archiepiscopus civitatem Haldesleve rursus 1181.

a) papatu Calixtus *primo c.* a*) *vocem supplevi; lacuna in cod.* b) *in margine codicis haec species conspicitur:* 
c) castrum Haldesleve obsedit *excidisse videntur.*

87*) A. 1177. die 7. Martii incepit quadragesima.

1181. obsedit, et ob difficultatem capiendi artibus innisus, consilio quorundam vallum exstruit, preterfluentes aquas congregat, ipsumque locum capit submersione absque certaminis congressione. Inperator ducem expugnaturus Saxoniam rursus hostiliter ingreditur mense
88 Iunio, divisoque exercitu ipse aquilonalem partem Saxonie, que trans Miricam[88] dicitur, pervagatus est, Coloniensi presule cum aliis quibusdam episcopis ad cohercendos eos qui duci favebant prope Bruneswich relicto. Interea Halberstadensis electus Blankenburg cum suis obsidet. Heinricus ergo dux diutius rebellare non prevalens, pacem ab inperatore postulat et accipit, se suaque omnia potestati eius tradens, cui curia Erpesfordie circa
Nov. 30. festum sancti Andree indicitur; ubi ducatus honore privatus, exilium subire iubetur et ducatus Bernardo comiti confirmatur.

1182. Iul. 25. 31. Anno 1182. circa festum sancti Iacobi dux in exilium abiit[a].

| ANNI DOM. | PONTIFICES. | IMPERATORES. |
|---|---|---|
| 1. | Anno Octaviani 42. natus est Christus de Maria virgine. | |
| 2. | Iesus in Egiptum ductus est. | |
| 8. | Reversio Iesu. Archelaus regn. Iudeis a. 10. | |
| 16. | Herodes tetrarcha. | Tiberius regnavit a. 22. |
| 27. | Pilatus in Iudea prelatus est. | |
| 30. | Baptizatus Christus predicavit. | |
| 33. | Passus est Christus. | |
| 34. | Petrus apostolus. | |
| 35. | Conversio sancti Pauli. | |
| 38. | Petrus episc. Antochie a. 7. | Gaius regnavit annis 4. |
| 42. | | Claudius r. a. 14. |
| 44. | Petrus papa Rome a. 25. | Agrippa rex Iudee annis 26. |
| 56. | | Nero regn. ann. 13. |
| 68. | Petrus et Paulus passi. | |
| 69. | | Vespasianus regn. a. 10. |
| 70. | Linus sedit a. 11. | |
| 79. | | Titus regn. a. 2. |
| 80. | Anacletus qui et Cletus sed. a. 12. | |
| 81. | | Domicianus regn. a. 16. |
| 92. | Clemens sed. a. 9. | |
| 97. | | Nerva regn. a. 1. |
| 98. | | Traianus regn. a. 19. |
| 101. | Euaristus sed. a. 9. | |
| 110. | Alexander sed. a. 10. | |
| 117. | | Adrianus Elius regn. a. 21, qui Ierosolimam reparavit. |
| 120. | Sixtus sed. a. 11. | |
| 131. | Telesforus sed. 11. | |
| 138. | | Antoninus Pius regn. a. 22. |
| 142. | Iginus sed. a. 4. | |
| 146. | Pius sed. a. 10. | |
| 156. | Anicetus sed. a. 11. | |
| 160. | | Antoninus Marcus regn. a. 19. |
| 167. | Sother sedit a. 9. | |
| 176. | Eleuther sed. a. 15. Hic primus Britanniam convertit. | |
| 180. | | Commodus regn. a. 12. |
| 191. | Victor sed. a. 10. | Elvius Pertinax regn. a. 1. |
| 192. | | Severus regn. a. 18. |
| 201. | Zepherinus sed. a. 17. | |
| 207. | Oritur Tertullianus. | |
| 210. | | Antoninus Caracalla regn. a. 7. |
| 217. | | Macrinus regn. a. 1. |
| 218. | Calixtus sed. a. 5. | Aurelius Antoninus regn. a. 4. |
| 222. | | Alexander regn. a. 13. |
| 223. | Urbanus sedit a. 8. | |
| 230. | Poncianus sed a. 5. | |
| 234. | Tempus sanctarum virginum 11 mill. | |
| 235. | Ciriacus sed. a. 1. | Maximinus regn. a. 3. |
| 236. | Anterus mensem. | |
| 237. | Fabianus sed. a. 13. | |
| 238. | | Gordianus regn. a. 6. |

| ANNI DOM. | PONTIFICES. | IMPERATORES. |
|---|---|---|
| 244. | | Philippus Christianus cum filio Philippo. |
| 250. | Cornelius sed. a. 1. | |
| 251. | Sixtus magnus menses 10. | Decius cum Decio filio suo r. a. 4. |
| 252. | Dionisius a. 2. | |
| 253. | Lucius mens. 8. | Gallus. |
| 254. | Stephanus a. 2. | |
| 255. | Sixtus a. 11. | Valerianus cum fratre Gallieno regn. a. 15. |
| 265. | Dionisius a. 9. | |
| 270. | | Claudius regn. a. 3. |
| 273. | Felix a. 4. | Aurelianus regn. a. 5. |
| 277. | Euricianus sed. a. 1. | |
| 278. | Caius a. 15. | Tacitus regn. a. 1. |
| 279. | | Probus regn. a. 6. |
| 285. | | Carus a. 2. |
| 287. | | Diocletianus et Maximianus regn. a. 20. |
| 290. | Katerina passa est. | |
| 293. | Marcellinus sed. a. 8. qui negavit sed penituit. | |
| 301. | Marcellus a. 6. | |
| 307. | Eusebius a. 2. | Galerius a. 3. |
| 309. | Melciades a. 4. | |
| 310. | | Constantinus M. regn. a. 30. |
| 313. | Silvester a. 23. | |
| 336. | Marcus sedit menses 8. | |
| 337. | Iulius sed. a. 16. | |
| 340. | | Constantinus cum Constancio regn. a. 24. |
| 353. | Liberius sed. a. 10. | |
| 363. | Felix sed. a. 1. | |
| 364. | Damasus sed. a. 18. | Iulianus apostata regn. a. 2. |
| 366. | | Iovianus regn. a. 1. |
| 367. | | Valentinianus et Valens r. a. 10. |
| 377. | | Gracianus regn. a. 8. |
| 382. | Siricius sed. a. 15. | |
| 385. | | Valentinianus cum Theodosio regn. a. 6. |
| 391. | | Theodosius cum filiis r. a. 3. |
| 394. | | Archadius cum fratre Honorio regn. a. 13. |
| 397. | Anastasius sed. a. 2. | |
| 399. | Innocentius sed. a. 12. | |
| 407. | | Honorius regn. a. 15. |
| 411. | Zosimus a. 1. | |
| 412. | Bonifacius a. 3. | |
| 415. | Celestinus a. 8. | |
| 422. | | Teodosius regn. a. 23. |
| 423. | Sixtus sed. a. 8. | |
| 431. | Leo sed. a. 21. | |
| 444. | Hoc tempore fuit Attila. | |
| 445. | | Marcianus regn. a. 7. |

a) Hucusque chronicon c.

88) über der Heide, scilicet terra in septentrione Miricae Luneburgensis.

| ANNI DOM. | PONTIFICES. | IMPERATORES. |
|---|---|---|
| 452. | Hilarius sed. a. 7. | Leo cum filio Leone r. a. 17. |
| 458. | Simplicius a. 15. | |
| 469. | | Zenon regn. a. 17. |
| 474. | Felix sed. a. 8. | |
| 482. | Gelasius a. 5. | |
| 486. | | Anastasius a. 27. |
| 487. | Anastasius a. 2. | |
| 489. | Simmachus sed. a. 16. | |
| 505. | Hormisda a. 9. | |
| 513. | | Iustinus maior regn. a. 8. |
| 515. | Iohannes a. 2. | |
| 517. | Felix a. 4. | |
| 521. | Bonifacius a. 2. | Iustinianus a. 39. |
| 523. | Iohannes a. 2. | |
| 525. | Agapitus a. 1. | |
| 526. | Silverius a. 1. | |
| 527. | Vigilius a. 18. | |
| 545. | Pelagius a. 13. | |
| 558. | Iohannes a. 14. | |
| 560. | | Iustinus minor. a. 11. |
| 571. | | Tiberius regn. a. 7. |
| 572. | Benedictus a. 4. | |
| 576. | Pelagius a. 10. | |
| 578. | | Mauricius regn. a. 21. |
| 585. | Gregorius Magnus a. 13. | |
| 599. | Sabinianus sed. a. 2 | Focas regn. a. 8. |
| 601. | Bonifacius a. 1. | |
| 602. | Bonifacius a. 7. | |
| 607. | | Eraclius regn. a. 31. |
| 609. | Deusdedit a. 3. | |
| 612. | Bonifacius a. 6. | |
| 618. | Honorius a. 13. | |
| 631. | Severinus a. 2. | |
| 633. | Benedictus a. 5. | |
| 637. | | Eraclonus regn. a. 11. |
| 638. | Iohannes a. 3. | |
| 639. | | Constantinus a. 1. |
| 640. | | Constantinus a. 29. |
| 641. | Theodorus a. 7. | |
| 648. | Martinus martir s. a. 6. | |
| 654. | Eugenius a. 3. | |
| 657. | Vitalianus a. 15. | |
| 670. | | Constantinus a. 17. |
| 672. | Adeodatus a. 5. | |
| 677. | Donnus a. 2. | |
| 679. | Agathon a. 3. | |
| 682. | Leo a. 2. | |
| 683. | Benedictus a. 1. | |
| 684. | Iohannes a. 2. | |
| 686. | Conon 1. | Iustinianus in Grecia r. a. 10. |
| 687. | Sergius a. 11. | |
| 688. | | Pippinus in Francia regn. a. 27. |
| 696. | | Leo expulso Iustiniano r. a. 3. |
| 698. | Iohannes a. 4. | |
| 699. | | Tiberius pulso Leone r. a. 7. |
| 702. | Iohannes a. 3. | |
| 704. | Sisinnius dies 20. | |
| 705. | Constantinus a. 8 | Iustinianus recepto regno r. a. 6. |
| 712. | | Philippicus regn. a. 1. |
| 713. | Gregorius a. 16. | Anastasius in Grecia regn. a. 3. |
| 715. | | Karolus in Francia regn. a. 27. |
| 716. | | Teodosius in Grecia a. 1. |
| 717. | | Leo regn. a. 24. |
| 729. | Gregorius a. 10. | |
| 739. | Zacharias a. 13. | |
| 742. | | Constantinus a. 34. |
| 743. | | Pipinus in Francia regn. a. 27. |
| 744. | | Karolus Magnus natus est. |
| 752. | Stephanus a. 5. | |
| 757. | Paulus a. 10. | |
| 767. | Constantinus a. 1. | |
| 768. | Stephanus a. 3. | |
| 769. | | Karolus Magnus regn. a. 46. |
| 771. | Adrianus a. 24. | |
| 776. | | Leo, qui et Zacharias r. a. 5. in Grecia. |
| 781. | | Constantinus cum Hirene matre sua regn. a. 10. |
| 791. | | Hirene sola regn. a. 10. |
| 796. | Leo Magnus sed. a. 21. | |
| 814. | | Lodewigus filius Karoli r. a. 27. |
| 816. | Stephanus a. 1. | |
| 817. | Paschalis a. 7. | |
| 824. | Eugenius a. 4. | |
| 827. | Valentinus mensem 1. | |
| 828. | Gregorius a. 15. | |
| 840. | | Lodewigus regn. a. 36. |
| 843. | Sergius a. 3. | |
| 846. | Leo sedit a. 8. | |
| 854. | Benedictus a. 2. | |
| 856. | Paulus a. 1. | |
| 857. | Stephanus a. 1. | |
| 858. | Nicolaus a. 8. | |
| 861. | | Karolus iunior. |
| 866. | Adrianus a. 5. | |
| 871. | Iohannes a. 10. | |
| 876. | | Karolus cum fratribus r. a. 11. |
| 881. | Marinus a. 1. | |
| 882. | Adrianus a. 2. | |
| 883. | Stephanus a. 6. | |
| 887. | | Arnulfus regn. a. 12. |
| 890. | Formosus sed. a. 5. | |
| 895. | Bonifacius a. 6. | |
| 899. | | Lodewigus fil. Arnoldi r. a. 13. |
| 901. | Stephanus a. 1. | |
| 902. | Romanus mens. 4. | |
| 903. | Teodorus dies 27. | |
| 904. | Iohannes a. 1. | |
| 905. | Benedictus a. 4. | |
| 909. | Leo mens. 1. Christoforus a. 2. | |
| 911. | Sergius a. 6. | |
| 912. | | Conradus regn. a. 7. |
| 917. | Anastasius a. 2. | |
| 919. | Lando[a] mens. 3. | Heinricus I. Saxo filius Ottonis ducis regn. a. 19. |
| 920. | Iohannes a. 3. | |
| 923. | Leo mens. 5. | |
| 924. | Stephanus a. 2. | |
| 925. | Iohannes a. 5. | |
| 930. | Leo a. 3. | |
| 933. | Stephanus a. 3. | |
| 936. | Marinus a. 3. | |
| 938. | | Otto Magnus I. filius Heinrici regn. a. 35. |
| 939. | Agapitus a. 9. | |
| 941. | Ecclesia sancte Crucis in Northusen construitur. | |
| 948. | Iohannes a. 8. | |
| 956. | Leo a. 1. | |
| 957. | Benedictus a. 2. | |
| 959. | Iohannes a. 5. | |
| 964. | Benedictus a. 1. | |
| 965. | Donus a. 1. | |
| 966. | Bonifacius mens. 1. | |
| 967. | Benedictus a. 20. | |
| 973. | | Otto secundus regn. a. 10. |
| 984. | | Otto III. regn. a. 18. |
| 986. | Iohannes mens. 8. | |
| 987. | Iohannes mens. 4. | |
| 988. | Iohannes a. 9. | |
| 996. | Gregorius a. 2 | |

a) Dando c.

| ANNI DOM. | PONTIFICES. | IMPERATORES. |
|---|---|---|
| 998. | Iohannes mens. 10. | |
| 999. | Silvester alias Gerbert a. 4. | |
| 1001. | | Heinricus II. virgo dux Noricorum regn. a. 22. |
| 1003. | Iohannes mens. 5. | |
| 1004. | Iohannes a. 1. | |
| 1005. | Sergius a. 3. | |
| 1008. | Benedictus a. 12. | |
| 1020. | Iohannes a. 9. | |
| 1024. | | Conradus qui et Cono r. a. 15. |
| 1029. | Benedictus a. 3. | |
| 1039. | | Heinricus III. filius Conradi regn. a. 16. |
| 1042. | Silvester a. 1. | |
| 1043. | Gregorius a. 3. | |
| 1046. | Clemens a. 1. | |
| 1047. | Damasus a. 1. | |
| 1048. | Leo a. 5. | |
| 1053. | Victor a. 4. | |
| 1056. | | Heinricus IV. filius Heinrici III. regn. a. 50. |
| 1057. | Stephanus a. 1. | |
| 1058. | Benedictus a. 1. | |
| 1059. | Nicolaus a. 2. | |
| 1061. | Alexander a. 12. | |
| 1074. | Gregorius al. Hildebrand sed. a. 12. | |
| 1086. | Victor a. 3. | |
| 1089. | Urbanus a. 11. | |
| 1098. | | Profectio Godofredi ducis ad Ierusalem. |
| 1100. | Paschalis a. 18. | |
| 1106. | | Heinricus V. expulso patre regn. a. 16. |
| 1115. | | pugna in Welpesholt. |
| 1118. | Gelasius a. 1. | |
| 1119. | Calixtus a. 6. | |
| 1125. | Honorius a. 5. | |
| 1126. | | Lotharius regn. a. 12. |
| 1130. | Innocentius a. 13. | |
| 1133. | Translatio sancti Godehardi. | |
| 1135. | | Eclipsis solis. |
| 1138. | | Conradus regn. a. 14. |
| 1143. | Celestinus a. 1. | |
| 1144. | Lucius a. 1. | |
| 1145. | Eugenius a. 9. | Profectio Ierosolimitana. |
| 1151. | | Cometa visa. |
| 1152. | Heremannus comes occisus. | Fridericus regn. a. 39. |
| 1153. | Anastasius a. 1. | |
| 1154. | Adrianus a. 5. | |
| 1159. | Victor al. Octavianus sedit; discidium factum. | |
| 1174. | | Incendia Coloniensis[a] episcopi. |
| 1178. | Alexander post discidium sed. a. 18. | |
| 1182. | Dux in exsilium vadit. | |
| 1187. | Eclipsis solis. | |
| 1189. | Eclipsis lune. | |
| 1191. | | Heinricus VI. r. a. 6. |
| 1196. | | Philippus et Otto electi sunt reges. |
| 1197. | Innocentius a. 20. | |
| 1208. | Ordo Predicatorum et Minorum. | Philippus occiditur. Otto IV. regnat a. 8. |
| 1217. | Honorius a. 9. | |
| 1218. | | Moritur Otto. |
| 1220. | | Fridericus r. an. . . .[b] |
| 1223. | | Hoc anno Polidensis ecclesia exusta est 10. Kal. Iunii feria tercia in dominica Cantate Domino; et in eo anno in vigilia beati Iohannis baptiste frigore valido nix cecidit. |
| 1227. | Gregorius a. 14. | |

1236. Translatio Elisabeth.

1240. Hoc tempore dedicata est nostra ecclesia.

1241. Eclipsis solis dominica die post Michaelis.

1290. Hoc anno dedicatum est summum altare cum choro dominica die ante assumtionem beate Virginis et altare sancte crucis.

1298. Hoc anno grandines cum ingenti tempestate descenderunt, universos fructus novarum frugum penitus conterentes, ita quod etiam ad humanos usus ecclesie nostre Poledhe minime valuerunt, et hoc in vigilia sancti Iohannis baptiste.

1383. Obit Albertus dux de Brunswich.

1390. Die sabbathi post festum divisionis apostolorum inceptum est fundamentum turris, et dominus Iohannes Kernebake inposuit sibi primum lapidem tempore Hartmanni de Beiclingen[c] prepositi in Polde.

Sub anno Domini 1421 obiit dux Fridericus, dux Brunsvicensis, in Embike[d] sepultus.

a) colonnensis *c. scilicet in Saxonia.* b) *locus annis inscribendis patet in c.* c) beulingen *c.* d) Emb. *c. „coenobio puto legendum esse" addit scriba; perperam.*

# ANNALES ROSENVELDENSES.

*Primam eorum editionem debemus viro de historia patria bene merito beatae memoriae Antonio Christiano Wedekind, qui eos ex membrana tabularii Sancti Michaelis Luneburgensis involucri loco habita a.* 1823. *in libro* Noten zu einigen Geschichtschreibern des Deutschen Mittelalters *T. I. p.* 346 *sqq. publici iuris fecit. Vocavit eos aliam editionem chronographi Saxonis seu annalium Sancti Iohannis Magdeburgensis, quibuscum multis in locis plane consentiant, dum tamen alia corripiant, alia melius efferant*[1]. *nonnulla soli habeant*[2], *et scriptos* 2 *agnovit in coenobio Rosenveldensi quod a.* 1101. *ab Udone marchione Stadensi cum matre Oda et fratre Rodulfo in pago Rosogau*[3] *fundatum, ab eis anno sequenti ecclesiae Romanae traditum esse annales ipsi referunt. Sed quum annales vere Rosenveldenses esse sedula V. Cl. Philippi Jaffé, cui eam rem commendaveram, inquisitio monstrasset*[4], *membrana unica iterum adhibita, textum eius ad normam diligentissime restitui, et hoc potissimum loco inter Palidenses et annales Sancti Iohannis Magdeburgensis, et Alberti Stadensis collocandos duxi, quorum autores annales antiquos eiusmodi ante oculos habuisse videmus. Duplex membranae folium, paginae scilicet* 4 *et* 5, *sive interiores, quaternionis cuiusdam iam deperditi, prout ex specimine scripturae patet, ineunte demum saeculo XIV. conscriptum*[5] *maioris libri cuius initium et finis per-* 5 *ierunt et qui ex annalibus antiquis Rosenveldensibus fluxit, parva fortasse pars fuit. Scriba quae ante oculos habuit nonnulla haud intellexit, nonnulla, siquidem annales alios qui res Rosenveldenses attigerunt, praecipue Magdeburgenses inspicimus, omisit, ita ut veram antiquorum annalium imaginem non plane referant. Prior eorum pars, ut abbatum nomina docent, ex annalibus iam deperditis Sancti Burchardi Wirzeburgensis*[6] *fluxit, et fortasse Herrando monasterii istius abbati postea Ilseneburgensi abbati et episcopo*[7] *Halberstadensi, libri de nece Burchardi episcopi auctori, debetur, quo curante et Ilseneburgensium monachorum a Friderico episcopo pulsorum nonnulli Rosenveldensi coenobio transmissi, secum primos eius abbates Wernherum et Cunonem duxerunt*[8]. 8 *Quorum obitus mentio et praecipua rerum a marchionibus Stadensibus gestarum narratio alteram opusculi partem Rosenveldensi monasterio deberi indigitat.*

*Primae paginae pars aliqua parte difficilis lectu, adhibito medicamine restituta est.*

1) a. 1095. 1123. 2) a. 1058. 1059. 1062. 1070. 1077. 1085. 1086. 1106. 1126. 1130. 3) Cf. vitam Willehadi. 4) Cf. Archiv T. XI. 5) Wedekindus eum intra annos 1150 et 1200 exaratum fuisse falso opinatus est. 6) quorum annus 1057. ex Chronico Wirziburgensi in SS. T. VI. p. 1 sqq. edito fluxit. 7) a. 1090–1102. 8) vid. Jaffei disquisitionem.

*Fragmenta haec quantulacumque sunt, rebus in eis servatis magnum antiquorum annalium unde transscripta sunt desiderium movent, quos inter fontes annalium Magdeburgensium et annalistae Saxonis et Alberti Stadensis referendos, Jafféus comprobavit, qui et partis deperditae, quam annos* 1131—1164 *complexam fuisse opinatur, restituendae periculum fecit. Quae cum in annalibus nostris legantur et annales Magdeburgenses et Alberti Stadensis infra habeantur, lectores illis hic carere posse iudicavimus.*

*Annales usque ad obitum Heinrici IV. per annos regni eius computantur; quibus inde ab a.* 1107. *anni incarnationis Domini succedunt.*

1057. Chr. Wirz. 1.[a] Saxones iterum congregato exercitu[b] gentem efferam Liuticorum hostiliter invaserunt, diversisque malis eam afflicxerunt et Romane dicioni subdiderunt, acceptis obsidibus et tributis, atque ad propria cum pace redierunt. Eodem tempore quidam Fridericus et fratres eius, Germanye partibus tyrannidem excercentes contra imperium Romanum, ab Agnete imperatrice et principibus regni victi ad deditionem venerunt. Fridericus, qui et Stephanus, pontifex Romanus, vitam finivit. Otto dux Suevorum obiit, 4. Kal. Octobris.

1059. 2. 3. Lyppaldus archiepiscopus[9] obiit.

1062. 4. 5. 6. Willimundus[10] abbas obiit.

1065. 7. 8. 9. Guntherus Babenbergensis episcopus[c] obiit. Gocewinus comes ob excercitam in episcopio eiusdem iniuriam a comitibus Adalberonis Wirziburgensis episcopi occiditur.

1066. 10. Cometa videtur, et Anglia Nordmannis subicitur.

1069. 11. Henricus Triburi[d] nupcias celebrat.

1068. 12. Saxones indigne tractati.

1070. 13. 14. Thedo marchio regi rebellat. Godefridus[11] dux fortissimus Iherosolimis obiit.

1071. 15. Otto dux regi Henrico rebellat.

1072. Mart. 16. 16. Coniurant principes contra Henricum. Adelbertus Bremensis episcopus obiit, cui successit Liemarus.

1073. 17. Saxones Hartesburg destrucxerunt; et sepulchrum filii Henrici ossaque dispergunt. Ordolfus dux Saxonum obiit 5. Kal. Aprilis[12].

1074. 18. Alexandro pape Hildebrandus, qui et Gregorius, successit.

1075. Dec. 4. 19. Bellum iuxta Unstruth[e] 5. Ydus Iunii. Anno Colloniensis archiepiscopus obiit, cui successit Hildolfus.

1076. 20. Concilium apud Wormaciam heretycorum adversus papam Hildebrandum perverse congregatur.

1077. 21. Rudolfus in regem eligitur. Egbertus abbas[13] obiit. Wirceburg obsidetur.

1078. 22. Bellum fuit iuxta Strowi 7. Ydus Augusti, in quo occubuit Wezel episcopus Magdeburgensis.

1079. 23. Bellum fuit Fladetheim 5. Kal. Februarii.

1080. 24. Apud Brixinam Noricam item hereticorum contra papam Hildebrandum conventus iniuste habetur. Bellum iuxta Elstrat fuit, in quo Rudolfus rex occisus est.

1081. 25. Henricus Romam obsedit et Wicbertum papam Gregorio substituit. Monasterium Babenbergense in vigilia pasche igne deflagrat. Bellum inter Lyppaldum marchionem[14] et Conradum, fratrem ducis Boemye, 4. Ydus Maii. Item bellum inter Suevos et Bawaros, Hostein, 3. Ydus Augusti.

1082. Mart. 4. 26. Hermannus rex electus est. Udo marchio[15] obiit[16].

1083. 27. Roma capta est a rege Henrico. Pestilencia facta est. Hermannus rex orientalem Franciam ingreditur.

1084. 28. Henricus de Ytalia reversus est. Augusta ab eo obsessa est et capta. Hermannus Babenbergensis episcopus obiit.

a) *numerum regni supplevi.* b) Saxones — exercitu *ope Chron. Wirziburgensis suppleta.* c) *haec ita adhibitis annalibus Wirzburgensibus legi videntur.* d) *ita cum Ann. Magdeburgensibus legi videtur.* e) unstruch *c.*

9) Mogontiae. 10) S. Burchardi Wirziburgensis. Cf. Necrol. Fuld. 1062; Vitam Godehardi SS. XI. 190; Ussermann Episc. Wirz. 194. 11) Cf. Ann. Laubienses a. 1070. SS. IV, 20. 12) Cf. Necrol. S. Mich. Luneburg. apud Wedekind Noten III, 23. 13) S. Burchardi Wirziburgensis, cf. supra ad 1062. 14) Austriae. 15) aquilonalis, vel Stadensis. 16) d. 4. Mart., vid. Ann. Sax. 1082. et Chron. Rosenveld. ap. Vogt Mon. ined. I, 138.

29. Synodus Magoncie habetur, et Meynardus Adelberoni substituitur. Ezico qui 1085. et Rizierus obiit abbas[17].

30. Henricus rex Saxoniam vastat. Bellum iuxta Bleichvelt. Hermannus comes, 1085. patruus Magni ducis, obiit. 1086.

31. Berta regina obiit. Hermannus rex occisus est. Henricus marchio[18] obiit. 1087. Iun. 27.

32. Meynardus iunior Wirciburgensis obiit 12. Kal. Iul. Wezil Maguntinus obiit. 1088. Burchardus, Halberstadensis episcopus, Goslarie occiditur. Translatio sancti Nicolai de Myrrea in Barum.

33. Bellum iuxta Glicho oppidum inter Henricum et Echbertum marchionem[19], in vi- 1089. gilia natalis Domini, die dominica, in quo Burchardus Losanne episcopus occisus est. Obierunt episcopi Sigewinus Colloniensis, Otto Ratisponensis. Henricus nupcias Collonie habuit. Constituuntur episcopi Collonie Hermannus, Maguncie Ruthardus, Emehardus Wirciburg, 13.[a] Kal. Augusti. Welf iunior habitu peregrini Ytaliam ingrediens, Machtildam accepit uxorem.

34. Henricus natalem Domini Ratispone celebravit. Spire conventum habuit de agenda pace. Herrandus abbas[20], qui et Stephanus, Halberstatensis episcopus electus est. Hiusmannus Spirensis episcopus obiit, pro quo Iohannes constituitur. Gobehar- 1090. dus Ratisponensis episcopus[b] est. Henricus Ytaliam petit. Ludolfus dux[21] obiit. Item Bertolfus dux[22], filius Rudolfi. Hermannus Metensis episcopus obiit. Echbertus marchio[23] occisus est. Adelbero, vicesimus post beatum Burchardum sacrosancte Wirciburgensis ecclesie episcopus[c], defuncto domno Brunone 3. Kal. Iulii constitutus, vixit post acceptum[d] episcopatum annos 45, substitutis tamen duobus episcopis, Meinhardo iuniore et Emerhardo; obiit 2. Non. Octobris in predio patris sui, sepultus in monasterio suo Lambach, ubi in pace requiescit[24].

35. Pestilencia magna hominum et pecorum. 1092.

36. 37. Emehardus ordinatur 6. Kal. April. Eclypsis solis facta est tercia hora diei, 1093. et draco visus est. Fratyzlaus dux[25] de equo in venatu *repente cadens, subitanea morte *fol. 1'. obiit. Conradus rex, filius Henrici, patri suo rebellat.

38. Pestilencia magna facta est. 1094.

39. Ladizlaus rex Pannonie, vir pie memorie, Lippaldus marchio[26], Henricus comes 1095. palatinus[27], obierunt. Sophya ducissa, uxor Magni ducis, obiit 14. Kal. Iulii[28].

40. Hoc anno aliquid antea nec visum nec auditum seculis imminere, signis e celo 1096. presagabatur frequentibus, de quibus unum ponatur, ut de reliquis fides cercior habeatur. Die quadam advesperascente, sicut hii qui se[e] videre testati sunt, nulla in aere nubecula parente[f], diversis in locis globi, ut videbatur, ignei emicuerunt rursumque alia in celi parte se condiderunt. Quod non ignem set angelicas fuisse potestates, animadversum est, vagacione sua eam, que postea totum pene mundum corripuit occidentem, significantes mocionem[g] et de locis suis populi premonstrantes profeccionem. Ut ergo hec manifesta fierent, que signa portenderant, quidam cui Petrus nomen erat, in finibus emersit Hyspanie, qui ut ferebatur primum reclusus, inde claustris exiens, predicacione sua totam commovit Provinciam, et non solum viros plebeios, verum etiam reges duces ceterasque mundi potestates. Ad[h] maiora veniam, episcopos, monachos reliquosque ecclesie ordines, ut se sequerentur, persuasit, quandam circumferens cartulam, quam de celo asserebat lapsam, quaque continebatur universam de cuntis mundi partibus christianitatem Iherusalem armis instructam migrare debere, indeque paganos propulsantem, eam cum finibus suis in perpetuum possidere. Hocque de illo ewangelii confirmabat testimonio, ubi Ihesus de destructione urbis illius sermonem faciens sic conclusit: *Et Iherusalem*, inquit, *calcabitur a gentibus, donec* Luc. 21, 24. *impleantur tempora nacionum.* Consencientibus igitur dictis illius omnibus, regna rectoribus.

a) VIII. Kal. *Ann. Wirzib.* b) constitutus *deesse videtur, cf. Ann. Sax.* c) episcopus *additum Ann. Magdeb.* d) *additum ex Ann. Sax. et Magdeb.* e) se *delendum; cf. Ann. Magd.* 1096. f) apparente *Ann. Magd., Ann. Sax., Alb. Stad.* g) commotionem *Ann. Magd. et Alb. Stad.* h) utque ad *Ann. Saxo.*

17) S. Burchardi Wirziburgensis. 18) aquilonalis. 19) Bruneswicensem. 20) Ilsenburgensis. 21) Carinthiae. 22) Alemanniae, die 18. mens. Maii. 23) Bruneswicensis, m. Iulio, v. Registrum S. Blasii Brunsw. apud Wedekind Not. I, p. 430. 24) Cf. Vita Adalberonis Monum. German. SS. XII, 136. 25) Bohemiae. 26) Austriae. 27) de Lacha. 28) idem dies legitur in Necrol. S. Michael. l. l. p. 45; Ann. Saxo et Magdeb. perperam scribunt: 14. *Kal. Iunii.*

urbes pastoribus, vici vastantur[a] habitatoribus. Non[b] tantum viri seu pueri, set et mulierum quam plurime hoc iter sunt aggresse.

1097. 41. Henricus rex de Ytalia redit, et Iudeis baptizatis iudaizandi ritum concedit. Magoncie conventum de instituenda pace habuit. Natalem Domini apud Argentinam celebravit.

1098. 42. Rotha.dus Mogontinus episcopus, simulata indignacione clam ab urbe discedens, in Thuriggiam venit.

1099. 43. Henricus pascha Ratispone celebravit, ubi eisdem diebus mortalitas magna exoritur. Rabbodo comes cum aliis innumerabilibus moritur. Conradus Traiectensis episcopus 4 feria pasche a negociatore Fresico crudeliter occiditur. Urbanus papa obiit, cui succedit Paschalis.

1100. 44. Congregacio Hilsinburgensium monachorum Frederico Halberstadensi invasori et excommunicato subdi et obedire recusans, hac de causa ab ipso coacta est claustrum suum egredi. Otto eiusdem congregacionis abbas, Iherosolimam causa Christi petens, Antrinopolim feliciter migravit e seculo 17. Kal. Ianuarii, sepultus[29] aput monasterium sancte Marie Dei genitricis. Brandenburg urbs Slavorum ab Udone marchione obsessa et capta est[c].

1102. 45. Hoc idem monasterium, libertati concessum, a marchione Udone[30] et matre eius et fratre datum est Rome sancto Petro[31]. Harwicus Magdeburgensis[d] archiepiscopus obiit subitanea[e] morte. Herrandus, qui et Stephanus, Halberstadensis episcopus et legatus domni apostolici, plurimum persecucionis pro iusticia perpessus, 9. Kal. Novembr. presentem vitam finivit in Domino.

1103. 46. Cuno comes[32] occisus est. Henricus marchio[33] obiit. Principes Saxonie contra Udonem marchionem congregantur, et Allesleve[34] obsident. Patria ab utraque parte nimio incendio vastatur.

1104. 47. Henricus natalem Domini Ratispone celebrat, ubi comes Seghehardus a militibus regis occisus est. Monasterium in Alesleve igne flagrat. Humbertus Bremensis episcopus obiit[35], cui successit Fredericus.

1105. 48. Henricus, Henrici filius, cepit regnare cum patre. Voluit autem Saxoniam hostili manu invadere, quod minime potuit, quia filius eum detestabatur, quemadmodum et cuncti fideles, quia denunciabatur a tribus apostolicis excommunicatus, Gregorio, Urbano, Paschali. In ipsa autem expedicione qua Saxoniam moliebatur intrare, filius quadam nocte de exercitu eius aufugit. Hac igitur iniuria[f] stimulatus pater infecto negocio revertitur. Ille vero Sueviam petens[g], a legato Romano, scilicet Gobehardo Constantienti episcopo, de excommunicacione est absolutus et matris ecclesie gremio restitutus. Inibi ergo ecclesiasticis rebus satis prudenter ordinatis, assumpto secum legato Romano, Bawariam Saxoniamque adiit, invasores synodaliter deposuit, reliquos vero fautores heresiarche ab obficio suspendit ac subiacere examini domni apostolici coegit. Ruthardus Magontinus archiepiscopus proprie[h] sedi restituitur.

1106. 49. Henricus, expulso patre suo, alter quodammodo Absolon, natalem Domini Magoncie celebrat, ibique conventum habuit adversum expulsum patrem, quasi de agenda pace. Communicato consilio fautorum suorum, patrem sue curie presentavit, ibique multis suasionibus ac precibus, minis mortisque terroribus aggreditur. Et tandem confessus est, se innodatum vinculo anathematis apostolice malediccionis. Expleta autem confessione, celesti regi et apostolico nuncio, necnon terrenis principibus inibi astantibus, crucem coronam et lanceam omniaque ornamenta regalis dignitatis restituens, visitare limina apostolorum vovebat, atque in decretis et preceptis domni apostolici perpetua stabilitate permanere. Et hec licet insuper omnia sibi imperata peregisset, tamen nequaquam ea que pacis sunt a suo filio adipiscitur. Nam inter ceteras eius miserias et calamitates accesserunt quidam maligni, omni feritate crudeliores, manu valida occupare Leodium, ubi tunc pater, profugus, omnibus suis despoliatus et regno destitutus[i], consederat. Adiutores vero patris, ex

a) desolantur *Ann. Sax.* b) nec *Ann. Sax.* c) *cf. quae hic in Ann. Magdeb. et Ann. Saxon. de fundatione monasterii Rosenveldensis leguntur; Albertus Stadensis et chronicon Rosenveldense apud Vogt Monumenta inedita Brem. p.* 131 *fundationem anno* 1100. *adsignant.* d) maggeburgensis *c.* e) subinea *c.* f) *deest in c., habent Ann. Magdeb.* g) tens *initium fol.* 2. h) propria *c.* i) destutus c.

29) *In civitate Bara* addit Engelbrechtus in Chronolog. abb. Ilsineburg. apud Leibnit. SS. III, 685. 30) Udone secundo, Oda et Rodulfo. 31) cf. bullam Paschalis II d. d. 11. Apr. 1102. apud Lappenberg Hamburg. Urkund. I, 118. 32) de Bichlingen. 33) de Ilburch. 34) Alsleben. 35) d. 10. Novembr., diptychon Bremense in Vaterländ. Archiv. 1835 p. 306.

hoc maxima amaritudine incitati, eruperunt de sedibus suis, irruentes super eos repente. Qui terga verterunt, et precipicio fluminis interiit maxima multitudo eorum. Cometa visa est. Eodem anno Luderus marchio, qui et cognomine Udo[36], habita convencione 36 cum Magno duce et Bremensi episcopo, vehementi infirmitate[a] cepit laborare. Qua ingravescente, ad locum qui dicitur Rossevelde deportatus, ibi vitam finivit[37]. Henricus iunior Colloniam obsedit ob iniuriam patris. Interim pater eius Leodio moritur et Spire sepelitur. Magnus dux obiit 8. Kalend. Septembr.[38] in Ertheneburg[39] et sepelitur Luneburg in monasterio. Cuius ducatum obtinuit Luderus, filius Gevehardi comitis. Anno Domini

1107. Gevehardus Spirensis episcopus obiit. Henricus Magdeburgensis archiepiscopus et Marquardus Corveyensis abbas obierunt. Henricus dum Goslarie conventum habuisset et iura regni prout voluit disposuisset, subito nimia tempestas et horribilis fulgorum et choruscacionum et thonitruorum exorta, regem et omnem populum perterruit. Adeo enim vehemens fuit, ut ensem regalem tempestas perstringens, partem non modicam in acumine cum balteo clyppei regalis assumeret[b], coriumque interius eiusdem clypei per partes in rugam contraheret. Deinde rex Flandriam cum manu valida intrat, ferro et igne cunta domat. Ruthpertum etiam comitem cum omni populo suo subiugavit. Anno Domini

1108. Henricus Pannonyam cum excercitu aggreditur. Ob infedelitatem quorundam principum nichil memorie dignum ab eo agitur. Eodem anno Boemorum fere ad tria milia a proprio duce necati sunt. Obiit etiam Sifridus comes. Anno Domini

1109. Ruthardus Maguntinus archiepiscopus obiit, cui successit Adelbertus. Henricus rex Polenyam[c] ingreditur, eamque preda et incendio vastans, revertitur. In illa expedicione dux Boemicus nomine Zuedebolt inter suos furtive occiditur. Anno Domini

1110. Gevehardus Constantiensis episcopus et Oda marchionissa[40] obierunt. Henricus rex Ytaliam valida manu ingreditur, eiusque oppida, castella, municipia ferro igneque depopulatur. Anno Domini 40

1111. Rome concilio habito Paschalis pontifex decretum promulgavit seque id completurum cum iusticia et auctoritate affirmavit, scilicet ecclesias decimis et oblacionibus contentas, regem vero predia et regalia a Karolo eiusque successoribus ecclesiis collata recipere et detinere, ea condicione, ne pontifex regali manu annulo et virga investiretur. Cum vero rex supradicte proposicioni annueret, si confirmaret premissa: ecce repente ortum est bellum, et cesus est populus Romanus maxima contricione et captivatus, ipsoque papa detento cum cardinalibus et clericis et populis nimio terrore dispersis. Rex vero potita victoria misit ad papam, inprecans reconsiliacionem[d], quod adipiscitur relaxata captivitate, sicque dyadematis imposicione ab eo coronatur, imperator et augustus efficitur. Exegit autem ab eo privilegium, ut investiture episcopatuum ad ipsum pertinerent et nisi ab eo investirentur, a nemine consecrarentur, sicque roborata vicissim amicicia[e] cum pace revertitur. Anno Domini

1112. Paschalis papa coadunata concione plurimorum catholicorum et favore ipsorum promulgavit edictum, ne aliqua spiritalis dignitas regali manu investiretur, cassans omnia edicta scriptaque privilegii prioris, dicens, privilegium ab imperatore per violenciam extortum, non debere dici privilegium set pravilegium, quod noscitur ad redempcionem captivorum factum fuisse, et ne quid auctoritatis et efficacitatis haberet, penitus excommunicavit. Commocio adversus imperatorem concitata est a duce Ludero et marchione Rudolfo[41] propter Fredericum comitem[42], quem captum vinculis mancipaverunt. Quod imperator 42 graviter accepit, et tandem post plura discrimina datis obsidibus pacificantur. Adelbertus Magontinus episcopus capitur ab imperatore et custodie mancipatur.

Anno Domini 1113[f]. Anno Domini

1114. Henricus associatus est regi Anglorum, ducens[g] Machtildam uxorem, celebrans nupcias apud Magonciam magnifice. Fredericus Colloniensis archiepiscopus alienavit se ab imperatore necnon alii quidam principes. Anno Domini

a) repente *addunt Ann. Magdeb., Ann. Sax., Alb. Stad.* b) *lege* absumeret. c) cum exercitu *addunt Ann. Magdeb. et Alb. Stad.* d) *ita c.* e) amicia *c.* f) *Ann. Magdeb. et Albertus Stadensis haec supplent:* Wernerus abbas[43] obiit. 43
g) filiam eius *addunt Ann. Magdeb. et Albertus.*

36) secundus aquilonalis. 37) d. 2. Iunii v. Ann. Sax. 1106, Chron. Rosenveld. p. 138. 38) 10. *Kal. Sept.* Necrol. Sancti Michaelis Luneb. l. l. p. 61. 39) Artlenburg ad Albim. 40) uxor Udonis I, marchionis aquilonalis, obiit d. 13. Ian., v. Chron. Rosenveld. p. 138. 41) fratre Udonis II. 42) Stadensem. 43) Rosenveldensis.

1115. Factum est bellum in Saxonia, inter imperatorem et principes, 3. Ydus Februarii, in loco qui dicitur Welpesholt, ubi victus aufugit, suorum plurimis amissis. Adalbertus Magontinus episcopus pristino honori restituitur. Anno Domini 1116. et

1117. Terre motus factus est, adeo ut plura menia corruerent. Gertrudis marchionissa[44] obiit. Anno Domini

1118. Paschalis papa obiit 6.[45] Kalend. Febr., cui succedit Gelasius. Quem Henricus a Roma expulit, et Gregorium, qui et Burdinus, papam substituit. Defuncto Gelasio Calixtus subrogatur, a quo Henricus cum suo papa excommunicatur. Henricus ab Ytalia revertitur. Anno Domini

1119. Adalgotus Maggeburgensis archiepiscopus obiit, cui successit Rucherus. Anno Domini 1120. et

1121. Burdinus a Kalisto capitur et m asterio cui nomen est Cavea intruditur, et ipse in sedem Romanam ab omnibus honorifice excipitur. Anno Domini

1122. Calistus papa revocavit in communionem ecclesie Henricum imperatorem, dudum ab antecessoribus suis, Paschali, Gelasio, excommunicatum. Canonica autem auctoritate sanccitum est, ne amplius sibi regalis potestas usurparet investire spiritualia, set libera eleccio fieret a clero et a populo, et sic insigniretur regalibus per sceptrum. Quod utrique confirmaverunt, sicque facta est pax et concordia inter ipsos. Anno Domini

1123. Fredericus archiepiscopus Bremensis obiit 3. Kalend. Febr., cui successit Adelbero. Reinardus Halberstadensis episcopus obiit 3. Kal. Marcii, cui successit Otto. Henricus marchio[46] puer veneficio interiit. Ludewicus comes obiit. Theodericus episcopus Cicisis[a] occiditur cultro a quodam infra ambitum templi. Otto comes obiit, pater Adalberti marchionis. Anno Domini

1124. Eclipsis solis facta est hora quasi 6, 3. Ydus Augusti. Fredericus de Arnesberg obiit. Rodolfus marchio[47] obiit[48]. Calisto pape succedit Honorius. Anno Domini

1125. Henricus imperator obiit 10. Kalend. Iunii, anno regni sui 21. Luderus dux, filius Ghevehardi comitis, regnavit. Rucherus Maggeburgensis archiepiscopus obiit 14. Kal. Ianuarii. Anno Domini

1126. Eclypsis lune. Rex Luderus cum valida manu Bohemyam ingreditur, set mox in ingressu a duce illius gentis circumvenitur per insydias, 11. Kal. Marcii, occiditurque multitudo nobilium de comitatu regis cum aliis quam pluribus. Adalbertus etiam marchio, omnibus suis perditis, cum aliis multis capitur. Demum dux cum rege pacatur, indulta in ipso excercita iniuria, sicque revertitur. Arnordus Merseburgensis episcopus occiditur[b]. Succedit Rochero Northbertus in sedem Magdeburgensem. Henricus senior dux Bawarorum obiit. Anno Domini

1127. Luderus rex obsedit Norinberg cum duce Bohemie, et non potuit debellare municionem, que tamen ei postea est tradita. Anno Domini

1128. Spira obsidetur, de qua expedicione Henricus marchio adolescens dum revertitur, inmatura morte obiit 2. Non. Decembr.[49] Otto Halberstadensis antistes de pontificali dignitate a papa deponitur causa symonie. Anno Domini

1129. Spira denuo obsidetur a Ludero rege, quam et cepit. Anno Domini

1130. Honorio pape subrogatur Innocencius. Udo comes[50] occiditur[51], interim etiam Burchardus comes[52]. Principatum[c] Henrici marchionis suscepit Conradus, filius[d] eius[53]. Cono abbas[54] obiit. Henricus comes de Wodenesberg[55] obiit. Luderus rex Winceburg obsedit, quam sibi traditam destruxit. Hermannus comes regi ad dedicionem Goslarie venit, quem rex mancipari custodie fecit. Anno Domini 1131.[e] . . . . . .

a) *leg.* Cicensis. b) occiditur cui succedit *c. perperam, cf. Albertum Stadensem.* c) comes principatum *c.* d) avunculi *addit Albertus Stadensis.* e) *finis folii* 2.

44) socrus Lotharii ducis Saxoniae, d. 9. m. Dec. 45) imo 12. Kal. Febr. 46) de Ilburg, marchio orientalis et Misniae. 47) frater Udonis II marchionis, comitis Stadensis. 48) 8. *Id. Decbr.* addit Albert. Stad. 1124. 49) Cf. Chron. Rosenveld. p. 138. 50) de Frekenleve. 51) die 15. Mart., v. Ann. Sax. 1130. 52) Fresonum, de Luckenheim. 53) Helperici, comitis de Ploceke. 54) Rosenveldensis, die 26. Oct. 55) Heinricus Raspo, frater Ludovici comitis Thuringiae; qui viduam duxerat Gisonis IV de Wodenesberg (Gudensberg in Hassia). Cf. Wenck Hess. Landesgesch. III, 83. et Rommel Gesch. v. Hess. I. Anm. p. 147 sq. Hae aliaeque plurimae notitiae Ph. Jaffeo debentur.

# ANNALES MAGDEBURGENSES.

*Magdeburgensis urbs in bello Francorum contra Sclavos anno* 805. *suscepto classis Saxonum et Frisonum statio et praesidium*[1], *annoque sequenti a Karolo Magno castro*[2] *in altera Albis ripa aedificato firmata, saeculo decimo ab Ottone Magno archiepiscopatu fundato totius Saxoniae caput et principalis regni sedes constituta est. Mox enim ut patri successit, rex in loco tam belli quam pacis artibus excolendis aptissimo abbatiam regalem fundavit, cui Annonem ex coenobio sancti Maximini Trevirensis arcessitum, eoque ad sedem Wormatiensem transposito Othwinum abbates praefecit, atque victoria magna de Ungaris reportata plurima praedia aliasque res pretiosas contulit. Postquam autem, obstaculis quae eo usque profectum rei praepedierant remotis, archiepiscopatus tandem constituendi facultas data est, monasterium in honore SS. Petri Mauricii et Innocentii consecratum novo archiepiscopo traditum, et abbatia in montem suburbio civitatis adiacentem translata sancto Iohanni baptistae dicata est, ubi doctrina et schola celebris ad nostra usque tempora substitit*[3]. *Ibi saeculo decimo exeunte Thietmarum historiographum eruditum, et undecimo fratres eius Sigefridum et Brunonem abbates praefuisse novimus, at duodecimo tandem medio, Arnoldo abbate „qui clarum sibi reliquit memoriale" annalibus conscribendis manus admota esse videtur*[4]. *Primam fortasse rei ansam praebuerunt libri Ekkehardi Uraugiensis et annales in monasterio Palidensi conscripti, praecipue tamen Ekkehardi chronicon universale, quippe cuius ad exemplum textus, ex ipso et Reginone praecipue decerptus, per annos incarnationis Domini atque annos cuiusque imperatoris regisve decurrit. Liber inde a nativitate Christi usque ad annum* 1164. *ex fontibus derivatur, quorum aliqui latent, plurimi vero hodieque adiri possunt, ut ipse Ekkehardus, cuius codicibus* D. E. *auctor usus est*[5], *Hieronymi versio chronicae Eusebii, Reginonis chronicon cum continuatione, Gesta pontificum Romanorum, Prosper, Marii chronicon, concilium Nicenum et vita Helenae, vita sancti Basilii, annales Hildesheimenses usque ad a.* 1137, *annales Quedlinburgenses, Widukindus, acta synodi Ravennatis a.* 969, *Thietmarus, Brunonis vita Adalberti, Adalboldi vita Heinrici II imperatoris, Wolfheri vita Godehardi, Adamus Bremensis, Lambertus, annales Rosenveldenses, Palidenses. Textui inde excerpto noster haud pauca inseruit ex annalibus deperditis Halberstadensibus, originibus Magdeburgensibus*[6], *Herimanni*

1) Chr. Moissiacense a. 805. Mon. Germ. SS. I, 308. 2) civitatem Moissiacense vocat. 3) Kloster Bergen vocata. 4) Sedit annis 1120. usque 1166. Anno 1145. de translatione S. Vincentii legitur: *Quod ipse sanctus hanc sui translationem adamavit, illic crebris miraculis usque ad presens innotescit.* Quae quum aliquo tempore post a. 1145. scripta esse oporteat et nostri haud ultra annum 1164. de annalibus Palidensibus pendeant, eos illo circiter tempore primum conscriptos esse autumo. 5) v. a. 921. 925. 6) quibus et auctor chronici Magdeburgensis usus est.

*Augiensis gestis Heinrici III, et libro saeculo XII. scripto qui inter fontes Annalistae Saxonis referendus est. Quae tamen plerumque leviter tantum consarcinata sunt, ita ut operis lacinias fere ubique distinguas; quo fit, ut e. g. anno* 1081. *bellum Hohstedense ex duobus fontibus bis enarretur, et Berthae imperatricis obitus auctoritate Annalium Hildesheimensium anno* 1087. *et denuo ex Ekkehardo anno* 1088. *adsignetur. Omnibus igitur ad ordinem annorum quantum fieri posse videbatur digestis, auctor notitias sibi proprias inseruit. Codex libri authenticus periit; eum alteri vera lectione praestitisse, collatis Annalibus Palidensibus eius fonte et Pegaviensibus exinde profluis intelligitur. Anno* 1176. *Sifridus*[7] *totum opus describi curavit permisitve, quod quale hodie manibus terimus, ita confectum esse patet, ut ea cura compluribus monachis per quaterniones sibi succedentibus committeretur. Quo munere in universum diligenter, accurata et pulchra scriptura usi, defuncti sunt, praeter quod nonnunquam a vera lectione librorum quos auctor secutus est, valde aberrant, quod tamen indicare raro opus fuit. Annis etiam* 1100—1120. *et* 1143—1159. *annorum numerus uno iusto maior est, quod correximus; et aliis quoque locis scribae authentici sententiam minime assecuti sunt*[9]. *Inter compendia scribendi* s; = sed *saepissime usurpatur, nec vox ipsa nisi bis terve absque compendio scripta occurrit. Scribae inde ab anno millesimo in fine cuiusque anni unam duasve lineas supplementis recipiendis vacuas reliquerunt, post annum* 1100. *saepius tres lineas, inde ab anno* 1141. *quatuor, anno* 1147. *quinque, anno* 1150. *sex, anno* 1154. *undecim,* 1155. *decem, annis* 1156—1178. *duodecim, annum* 1179. *annus* 1180. *una tantum linea vacua relicta subsequitur; anno demum* 1186. *numeri annorum* 1182, 1183, 1184, 1185. *in margine duarum paginarum additi, annisque* 1186, 1187, 1188. *annales eorum scripti esse videntur. Locis vacuis foliorum* 126. 127. 128. *et margini medio saeculo decimo quinto nonnunquam notae inscriptae sunt, quarum quae alicuius momenti censeri possunt*[10] *cum lectoribus nostris communicantur. Maior ultimi folii* 128. *pars abscisa est, et quum liber ante aliquot saecula compaginaretur, totus praeterea quaternio quintus annales annorum* 414—549. *complexus desiderabatur, hodieque latet.*

*Littera pulchra lineis molybdaena ductis inscribitur, annorum tituli et numeri rubro colore nitent.*

*Liber nescio quo fato saeculo decimo quinto medio Erfordiae servatus, ibi adnotationibus annorum* 1453—1460. *auctus est; saeculo decimo sexto Treverim delatus esse videtur, ubi in collegio Societatis Iesu adservatus ineunte saeculo XVII Browero ad manus fuit*[11]. *Anno deinde* 1668. *a P. Henrico Turck, rectore Trevirensi, patribus Antwerpiensibus dono oblatus*[12], *a.* 1697. *in Museo scriptorum in domo Professa Societatis Iesu Antwerpiae adservatus, a Papebrochio cum Leibnitio communicatus est, qui librum a.* 1700. *sub titulo* Chronographi Saxonis *Accessionibus suis historicis Tom. I. pag.* 1—315 *inseruit*[13] *omissis tamen nescio quam ob causam paucis locis*[14] *et historia anni* 1180.

7) Waitzius Tom. VI. p. 552 Annalistam Magdeburgensem ex Saxone hausisse statuit, at quum textus modo hic modo illic amplior reperiatur, communem utrique fontem fuisse statuendum est. Et Annalistae codex autographus saeculo XII exeunte, Annalium Magdeburgensium codex autographus anno 1164. exaratus, textus Annalistae intra annos 1153—1192. Wigmanno archiepiscopo superstite, textus Annalium Magdeburgensium circa annum 1164. compositus est. 9) e. g. a. 1092. initium expeditionum in Terram Sanctam susceptarum adnotatur. 10) v. a. 925. et ad finem libri. 11) Usus est eo in scholiis ad vitam Meinwerci p. 110 sub nomine Chronici ms. Saxonum, et in Gestis Trevirorum. 12) Usi sunt eo in Actis SS. April. III, p. 802. Mai. IV, 150. (a. 1069.) VII, 83 et Iunii I, 916. 13) unde excerpta in Bouquet IX, 36—39 habentur. 14) a. 970. 1080.

*integra. Una cum reliquis Leibnitii libris a.* 1716. *in bibliothecam Regiam Hannoveranam transiit, cuius inter codices historiae patriae utiles eum a.* 1819. *evolvi et indicavi*[15], *et deinceps in rem nostram vertendum curavi. In edendo* 15 *opere adiutus sum a viris de re nostra bene meritis Waitzio et Jaffeo, quorum alter iam multos ante annos Leibnitianam editionem cum codice contulit, alter nuper in fontes operis diligenter inquisivit. At codice beneficio Serenissimi Regis Hannoverae Berolinum nuper transmisso, iam mihi ipsi maioris momenti locos et ea quae nostro usui debentur omnia iterum iterumque retractare et textum demum multipliciter emendatum collectioni nostrae inserere licuit.*

*Auctoris nomen ignoratur, Sancti Iohannis Magdeburgensis monachum fuisse plurimi loci quibus res coenobii et civitatis refert*[16] *testantur. Scribendi modus* 16 *simplex, qui tamen in enarrandis Ottonis Magni rebus gestis et beneficiis in Magdeburgensem civitatem collatis magis solito assurgit, et gratum scriptoris animum admiratione et amore imperatoris imbutum testatur. Scismate inter Victorem et Alexandrum exorto, auctor noster unum Victorem papam agnoscit.*

## SEXTA AETAS.

Olimpias 193. annus dominicae incarnationis 1. qui quoniam est salutis nostre principium, scribendi annalia hinc ordiamur initium. Hic est enim misticus iubeleus, hic est verae remissionis annus, in quo venit plenitudo temporis, hic et medius annorum, de quo propheta ait: *In medio annorum notum facies, et in ira misericordiae memor eris.*

Gabriel archangelus Virginem salutat, et futurum eius partum annuntiat. Verumtamen de angeli et Virginis colloquio plurima scribere non oportet, quoniam hoc nemini ignorare licet. Qui enim ignorat, ignorabitur.

Octavianus Augustus post mortem avunculi sui Iulii Cesaris quadragesimum secundum imperii sui annum agit, et Ekk. p. 45. solus monarchiam regit anno 28 post bellum Actiacum et pulsum Antonium cum Cleopatra, quando Egiptus Romanis in (Aug. a. 32.) cf. p. 92. provinciam cessit, que pridem antiquum et immane regnum fuit, cui primus ex Romanis Cornelius Gallus praeficitur, qui Hier. (Aug. a. 15.) in Buccolicis Virgilii scribitur.

Augustus Cesar, habitatoribus Romanae urbis per facies dinumeratis, invenit virorum 131 milia et 36. Ekk. p. 94. (Aug. a. 31.)

Augustus Cesar pace firmissima per mundi ambitum composita, Iani portas tercio ipse clausit, quas ex tunc per 12 Ekk. p. 94. fere annos quietissimo semper obseratas otio ipsa etiam rubigo signavit. Augustus autem rem publicam quam bello ad- (Aug. a. 32.) quisiverat, pace nutriebat. Leges multas statuit, ipse vero domini appellationem ut homo declinavit. Nam eodem ludos spectante cum quidam mimus pronunciaret: *O dominum equum et bonum*, et hoc universi exultanter approbassent, ipse statim manu vultuque indecoras adulationes repressit, et die sequenti gravissimo edicto omnes corripuit, neque se post hec dominum appellari ab aliquo ullatenus consensit.

IÊSUS CHRISTUS DEI FILIUS IN BETHLEEM IUDE NASCITUR OLIMPIADE 193. Hunc annum Domini Hier. 1. acceptum Daniel eximius prophetarum non solum cum ceteris futurum praedixit, verum etiam extra ceteros certum ei Ekk. p. 94. consummationis terminum praefixit, dicente sibi angelo: *Septuaginta ebdomadae adbreviatae sunt super populum tuum et* Ekk. p. 58. *super urbem anctam tuam, ut consummetur prevaricatio, et finem accipiat peccatum, et deleatur iniquitas, et adducatur iusticia sempiterna, et impleatur visio et prophetia, et ungatur Sanctus sanctorum.* De his ebdomadibus latius aliquid scribere, nemini ut putatur nocet, et fortassis alicui placet. Has quippe angelus iterum repetit dicens: *Scito ergo et animadverte ab exitu sermonis*, id est: quando egressus est sermo, et data est licencia, ut iterum edificetur Iherusalem, *usque ad Christum ducem, ebdomadae septem et ebdomade sexaginta due erunt;* et paulo post: *Confirmabit autem pactum multis ebdomada una.* He simul computatae 70 erunt. Legimus in libro Esdrae scribae, quod Neemias, qui erat pincerna regis Artarxersis, vicesimo eiusdem regis anno impetraverit licentiam reedificandi muros Iherusalem, cui operi ipse praefuit, nam a Cyri regis imperio usque ad illud tempus manserat imperfectum opus propter vicinarum gentium incursus. Dicit ergo angelus: *Ab exitu sermonis*, id est a data licentia usque ad Christum ducem 70 ebdomadas adbreviatas esse. Quod sic probabimus: Si unicuique ebdomade septem annos tribuis, quadringentos et nonaginta annos ex 70 ebdomadibus conficis, iuxtà lunarem Hebreorum supputationem, qui 12 menses non iuxta solis sed iuxta lunae cursum numerant. Illam a centesimo et quinto decimo anno regni Persarum, quando Artarxerses rex eiusdem imperii vicesimum regni sui habebat annum et erat octogesime et terciae Olimpiadis annus quartus usque ad ducentesimae secundae Olimpiadis annum secundum, qui est quintus decimus imperii Tyberii cesaris, colliguntur anni solares quadringenti septuaginta quinque, qui faciunt annos Hebraicos quadringentos et nonaginta iuxta lunares ut diximus menses. Olimpiadem autem per quadriennium supputamus. Itaque anno quinto decimo imperii Tiberii cesaris confirmavit pactum multis ebdomada una, id est 70, quando factum est verbum super Iohannem Zacharie filium et Ihesus 30 habens annos venit ad babtismum, et deinceps per tres annos conditum est ewangelium, nam per tria pascha ut in Iohanne legimus ascendit Ihesus Ierosolimam, tercio quidem passurus. Pactum ante nichil aliud intelligimus quam quod dictum est: *Qui crediderit et babtizatus fuerit salvus erit.* Hinc vero diversi diversa sentiunt, et multi multa locuntur.

15) Archiv der Gesellschaft T. I, p. 468. 16) Praeter eos, quos iam attuli, v. a. 1009. 1012. 1021. 1025. 1026. 1076. 1082. 1113. 1120. 1166. 1171. al.

Ekk. Annus Domini 2. Augusti 43. Magi veniunt ab oriente cum muneribus adorare Dominum. Augustus Cesar cum Parthis amiciciam facit.

Ekk. Hier. 2. Annus Domini 3. Augusti Cesaris 44. Herodes videns quoniam illusus esset a magis, occidit infantes a bimatu et infra, secundum tempus quod exquisierat a magis. Augustus Tiberium Livie filium privignum suum et Agrippam in filios adoptat.

Ekk. 4. 45. Iudas Galileus ad rebellandum Iudeos hortatur.

Ekk. 5. 46. Asinius Pollio orator et consularis, qui de Dalmatis triumphavit, in Tusculana villa moritur anno etatis suae 80.

Ekk. Ekk. Hier. (Ol. 186.) Ekk. 1 Aug. 6. 47. Herodes magno cruciatu moritur anno 34, postquam Antigonum interemit, ex quo autem regnum a Romanis acceperat 37, pro quo filius eius Archelaus[a] regnavit annis 9. Hic natus ei fuerat ex Marthace Samaritide. Hic Herodes filius erat Antipatri Ascalonitae et Cypridis Arabicae, qui primus alienigena et ignobilis Iudeorum suscepit principatum et exinde ablatum est sceptrum ex Iuda, et defecit crisma et sacerdotium secundum Danielis vaticinium. Multos autem filios Herodes habuit, eo quod plures haberet uxores, Antipatrum ex Doside quam ante regnum duxerat, Aristobulum et Alexandrum ex Mariamne filia Alexandri filii Aristoboli fratris Hircani regis et sacerdotis, quam sibi ex regio genere sociaverat, Dosidem autem cum filio Antipatro abiecerat. Item Antipam et Archelaum et Olimpiadem filiam ex Marthace Samaritide, Herodem ex filia Simonis pontificis, item Herodem et Filippum ex Cleopatra Iherosolimitide, Phaselum ex Pallade. Aristobulus vero quem pater interfecit cum Mariamne matre et Alexandro fratre tres habebat filios: Agrippam qui cognominatus est Herodes, item alium Herodem et Aristobolum et Herodiadem filiam quam duxit Herodes filius filiae Symonis pontificis. Hanc postea tulit huic alter Herodes filius Cleopatrae Iherosolimitidis frater Philippi, tetrarcha Galileae. Dicit enim Iosephus Herodiadem filiam fuisse Aristoboli filii Herodis primi a patre interfecti et hanc raptam fuisse ab Herode, non Philippo, sed alteri Herodi. Porro quinque erant Herodes; primus erat filius Antipatri et Cypridis, qui occisis tribus filiis cum uxore et multis cognatis semet pene exparentaverat, sub quo nascitur Christus, post cuius nativitatem quinque deinceps annis regnavit; hic infantes occidit. Secundus huius filius erat ex filia Symonis pontificis. Hic duxerat Herodiadem filiam Aristoboli fratris sui interfecti a patre cum Alexandro fratre, ex qua genuerat filiam Salome. Tercius frater huius erat, sed non ex una matre, filius quippe hic erat Cleopatre tetrarcha Galilee. Hic Herodiadem fratri tulit et Iohannem babtistam decollavit, et Ihesum illusum ad Pilatum remisit, post hec exiliatus a Gaio cesare cum Herodiade apud Lugdunum periit. Quartus binomius erat, Agrippa namque et Herodes appellabatur, et erat filius Aristoboli filii Herodis primi et frater Herodiadis. Hic a Gaio cesare regnum Iudeorum suscepit, Iacobum occidit, Petrum in vincula misit, percussus tandem ab angelo exspiravit. Quintus frater erat huius, de quo nichil dignum memoria legimus.

Ekk. 7. 48. Romae facta est fames adeo dira, ut omnes peregrinos et servorum maximas copias, exceptis medicis et preceptoribus, ex Urbe pelleret Augustus.

Ekk. 8. 49. Tyberius iam cesar appellatus Dalmatas et Sarmatas in Romanam subegit potestatem.

Ekk. 9. 50. Vicos Romane urbis incertum unde consurgens flamma consumpsit.

Ekk. Prosp. 10. 51. Athenienses, novas res molientes contra Romanos, opprimuntur.

Ekk. 11. 52. Messala Corvinus orator biennio antequam moreretur, ita memoriam ac sensum amisit, ut vix pauca verba coniungeret.

Ekk. 12. 53. Iani portae per 12 annos iam clausae, ab Augusto aperiuntur.

Ekk. 13. 54. Satio philosophus et preceptor Senece claruit.

Ekk. 14. 55. Augustus cum Tiberio censum Rome agitans invenit nonagies tercentena et 70 milia hominum.

Ekk. Ekk. p. 91. Ekk. 15. 15. 56. Archelaus rex Iudeae accusatus ob insolentiam, nono regni sui anno in Viennam ab Augusto exiliatur, et regnum quatuor tetrarchis dividitur. Eodem anno Augustus Nolam ingressus, morbo capitur, et in Athelle oppido Campanie moritur, anno etatis suae 75, imperii vero 56, post victum Antonium et Lepidum 43, et sepultus est Romae in Martio Campo. Quem senatus multis modis censuit honorandum, dicens: *Utinam non nasceretur, aut natus non moreretur.* Ekk. p. 91. Huius pater Octavius senator erat, mater vero Accia soror Iulii Cesaris, quem Cesar adoptaverat in filium, cum non haberet proprium, de cuius familia genus duxit a Venere et Enea.

Ekk. Annus Domini 16. Tyberii cesaris 1. Tyberius Libiae filius, Augusti privignus, mox gener, postremo adoptione filius, imperium Romanum adeptus est ab Augusto secundus et regnavit annis 23. Hic quia Claudius Tiberius Nero dicebatur, eleganter a ioculatoribus Caldius Biberius Mero ob vinolentiam nominabatur. Satis prudens, in armis satis fortunatus, ante sumptum imperium sic sub Augusto fuit, ut non immerito rei publice dominatus ei committeretur, habens scientiam literarum, multo preclarus eloquio, sed ingenio pessimo, repentinis responsionibus melior quam premeditatis. Multo tempore cum magna et gravi modestia rei publice prefuit, sed paulatim in peius mutatur. Principatum cuilibet semel datum non facile abstulit, quantumlibet reprehensibilis fuerit, hanc proponens fabulam. Dicebat quendam vulneratum seminecem iacere, cuius vulneribus muscae plurimae insidentes, sanguinem lambentes gravi dolore hominem cruciabant. Transivit alius miseransque huius muscas abigere volebat, sed hoc a vulnerato responsum audiebat: *Parce queso, o homo, quoniam si depuleris muscas saturas, famelicis accessum praeparas, que multo dirius me laniabunt.*

Ekk. 17. 2. Asinius Gallus, Asinii Pollionis filius, diris a Tyberio suppliciis enecatur.

Ekk. 18. 3. Ovidius poeta in exilio moritur.

Ekk. 19. 4. Germanicus Cesar, Drusi filius, Gaii pater, de Germanis ad quos ab Augusto iam sene missus fuerat triumphavit[b].

Ekk. 20. 5. Germanicus Cesar a patruo suo Tyberio veneno interficitur.

Ekk. 21. 6. Fenestella historiografus septuagenarius moritur.

Ekk. 22. 7. Tiberius multos reges per blandicias evocatos numquam remisit.

Ekk. 23. 8. Pompeii theathrum incenditur.

Ekk. 24. 9. Tyberius Drusum, fratris sui filium, consortem regni facit, quem mox veneno interfecit.

Ekk. 25. 10. Servius Plautus, corrupti filii reus, semet in iudicio interficit.

Hier. 27. (Ekk. 26.) 26. 11. Philippus tetrarcha Paneadem, in qua plurimas edes construxit, Cesaream Philippi appellavit, et Iuliadem aliam civitatem.

Ekk. 27. 12. Pilatus a Tiberio praeses mittitur Iudeae.

Hier. 29. 28. 13. Votienus Narbonensis orator moritur.

Ekk. 29. 14. Herodes frater Philippi Tiberiadem condidit.

a) arclelaus *cod.* b) *deest cod., supplevit Leibnit.*

30. 15. Iesus a Iohanne in Iordane babtizatur, deinde 40 diebus ieiunavit et temptatore superato in virtute Spiritus Galileam ingreditur, apostolos vocat, regnum Dei annuntiat, miracula facit. Euang.

31. 16. Iohannes babtista ab Herode decollatur. Ekk.

32. 17. Ihesus discipulos suos in singulas civitates binos misit, ut predicarent, babtizarent et signa facerent. cf. Ekk.

33. 18. Christus a Iudeis patitur et 70 ebdomade in Daniele scriptae complentur. Inter plurima autem que tunc ibi acciderunt miracula, sacerdotes locorum commotiones et sonitus audierunt, dein ex adito templi vocem erupisse: *Transeamus ex his sedibus.* Hec autem Iosephus scribit, qui etiam de Christo sic ait: *Fuit isdem Ihesus vir sapiens, si tamen virum eum nominare fas est, fuit enim mirabilium operum effector, et doctor hominum eorum, qui libenter ea, quae vera sunt, audiunt, et multos quidem Iudeorum, multos etiam ex gentibus sibi adiunxit, christus hic erat. Hunc accusatione primorum nostre gentis virorum, cum Pilatus in crucem agendum decrevisset, non deseruerunt hi, qui ab inicio eum dilexerant. Apparuit enim eis tercia die iterum vivus, secundum quod divinitus inspirati prophete vel hec vel alia de eo innumera miracula futura esse praedixerant. Sed et in hodiernum diem christianorum qui ab ipso nuncupati sunt et nomen perseverat et genus.* Eodem anno Stephanus lapidatur. De hoc anno in quo Ihesus patitur etiam Flego gentilium scriptor sic ait: *Quarto autem anno Olimpiadis 202. magna et excellens super omnes que ante eam fuerant defectio solis facta est hora diei sexta, ut stelle in celo vise sint, terraeque motus in Babilonia*[17] *Nicenae urbis multas edes subvertit.* Hier. cf. Hier. Ekk. Ekk. Hier. 34. 33. 17

34. 19. Paulus de celo vocatus. Iacobus, frater Domini, Iherosolimis episcopus ordinatur ab apostolis, seditque annis 30. cf. Hier. Ekk.

35. 20. Pilatus imaginem cesaris in templo statuere volens, sediciones in Iudeis excitavit, et sacrum thesaurum, quem Corbanan dicunt, abstulit. Ekk. Hier.

36. 21. Seianus praefectus Tiberium hortatur, ut Iudeos deleat. Ekk.

37. 22. Pilatus ad Tiberium scripsit de passione et resurrectione Domini et de virtutibus eius, per quas crescente plurimorum fide Deus crederetur. Tiberius vero cum magno favore retulit ad senatum, volens ut inter cetera sacra reciperetur. Senatus vero indignatione commotus cur non sibi primo delatum fuisset, ut de suscipiendo cultu ipse prius decerneret, religionem Christi recusavit et christianos Urbe pellendos censuit, Tiberius vero accusatoribus Christi edicto mortem comminatus est, et ob hanc causam plurimos senatores proscripsit et in mortem coegit. Pilatus decimum agens annum a Iudeis accusatur. Ekk.

38. 23. Tyberius in Capua veneno periit, insidiis Gaii Caligule anno imperii 23, etatis 78. Ekk.

Annus Domini 39. Gaii 1. Gaius Caligula 3. ab Augusto imperium suscepit, et regnavit annis 3, menses 10, dies 8. Hic filius erat Germanici, qui filius erat Drusi fratris Tiberii cesaris; Augustus namque Drusum et Tiberium privignos suos adoptaverat in filios, Drusus autem genuit Germanicum, Germanicus Gaium; hic quia in exercitu natus fuit, ex calciamento militari caligula nomen accepit. Tiberius autem cesar moriturus patriis diis supplicabat, ut successorem regni sibi praemonstrarent. Responsum ergo accepit, hunc esse regnaturum, qui sibi primus summo diluculo prae foribus astaret. Mandat igitur nepotis sui Tiberii — hic[a] Tiberius erat filius Drusi, filii Tiberii cesaris, quem Caligula veneno interfecerat — pedagogo, ut sibi primo mane puerum adduceret. Quo tardante ciborum perceptione Gaius prior affuit. Quem videns Tyberius semet ipsum arguebat, quod ullum a diis augurium quesiverat. Commisit itaque huic imperium, multum sibi commendans parvulum Tiberium. Gaius vero pro tempore benigne respondit, sed omnia mentitus puerum interfecit. Suscepto namque imperio talis fuit, ut omnium antecessorum suorum omnia crimina suis criminibus purgaverit. Nam ut breviter crudelitatem et nequiciam eius depromam, sepe exclamasse fertur: *Utinam omnis populus Romanus unam cervicem haberet.* Gaius Agrippam Herodem Iudeae praefecit, et Iudeos calamitatibus pressit, semet in deos transtulit. Ekk. Hier. Ekk

40. 2. Philo pro Iudeis apud Gaium interpellans nichil proficit. Ekk.

41. 3. Pilatus a Gaio multis calamitatibus pressus se ipsum interfecit. Ekk.

42. 4. Matheus ewangelium hebraice scribit. Herodes cum Herodiade apud Lugdunum exiliatur. Hic est qui Iohannem babtistam decollavit et passioni Salvatoris interfuit. Hunc Aretha rex Arabum prioribus annis bello vicerat, cuius filiam propter Herodiadem repudiaverat, de quo Iosephus sic scribit: *Iuste ultio divina in Herodem commota fuit pro vindicta Iohannis qui vocabatur babtista. Hic enim Herodes occidit virum valde bonum, qui praecipiebat Iudeis virtuti operam dare, iusticiam colere, pietatem in Deum servare et per babtismum in unum coire.* Eodem anno Gaius a protectoribus suis occiditur. Quem Cereas tribunus primus gladio adpetiit. In cuius secretario inventa est archa ingens variorum venenorum, quibus Claudio cesare iubente dimersis, maria dicuntur infecta in tantum ut multitudo piscium, quos idem exitium enecaverat, per litora invenirentur eiecta. Periit autem anno etatis suae 38, regni 4. Ekk. Ekk. 31 Ekk. 42. Hier.

Annus Domini 43. Claudii 1. Claudius cesar quartus ab Augusto imperium adeptus est et regnavit annis 13, menses 8, dies 28. Ekk.

Hic patruus erat Gaii, frater Germanici, filius Drusi, qui Augustam Vindelicam civitatem in Retis provincia condidit, et apud Mogontinum habet monumentum. Claudius vero cesar, ventri, vino, libidini fedae obediens, vecors ac pavidus libertorum et coniugis subiacebat imperiis. Ekk.

44. 2. Duodecim apostoli duodecimo, ut Beda scribit, anno per orbem sunt divisi. Ex quibus Petrus, fundata primum Antiocena ecclesia, Romam tetendit, ubi cathedram episcopalem per 25 annos tenuit. Ekk. Ekk. 46.

45. 3. Primus post Petrum Antiochiae Evodius ordinatur episcopus. Herodes Agrippa, filius Aristoboli, anno regni sui 7. percutitur ab angelo. Ekk.

46. 4. Claudius cesar de Britannis triumphat. Eodem anno orta est fames per Siriam, quam Agabus propheta praedixerat. Hoc anno Paulus et Barnabas ascenderunt Iherosolimam. Ekk.

47. 5. Descriptione facta sub Claudio inventa sunt civium Romanorum 69 centena et 44 milia. Hier.

48. 6. Tracia hactenus regnata Romanis in provinciam cessit. Hier.

49. 7. In diebus azimorum prostrata sunt 30 milia Iudeorum ob impudentiam unius militis Romani. Ekk.

50. 8. Paulus apud Athenas aram ignoto deo superscriptam reperit. Ekk.

51. 9. Claudius Iudeos urbe Roma expulit. Ekk.

52. 10. Fenix in Egypto visa est. Haec avis est Arabie, sui generis tantum una, quingentos annos vivens. Quibus finitis ipsa senescens herbas aromaticas plurimas colligit, quibus supersedens verbere alarum eas incendit et semet ipsam[b] exurit. De cuius pulvere alia dicitur reviviscere. Ekk.

53. 11. Claudius Felicem Iudee procuratorem mittit, apud quem Paulus accusatus in defensionem sui perorat. Hier.

54. 12. Symon magus auctor simoniacae heresis extitit. Ekk.

a) *in margine rubro scripta.* b) seme ipsam *cod.*

17) Bithynia *Hier.*

cf. Ekk. Hier. 55. 13. Ex Egipto quidam veniens dicebat se esse prophetam, et multos Iudeorum seduxit, promittens, si conscenderent[a] secum montem olivarum, ipsis regredientibus muros Iherusalem esse ruituros. Quo comperto Felix missis militibus multos i. e. 400 ex his peremit, quosdam i. e. 200 vivos cepit. Egiptius fuga lapsus effugit.

Ekk. 56. 14. Claudius ab Agrippina uxore sua interemptus est anno vite suae 64.

Ekk. 57. cf. 56. Annus Domini 57. Neronis 1. Domitius Nero 5. ab Augusto sumpsit imperium et regnavit annis 8, mensibus 7, diebus 28. Hic filius erat Domitii Romanorum nobilissimi et Agrippinae sororis Gaii et filiae Germanici fratris Claudii. Hanc quippe mortuo Domitio Claudius cesar duxerat, occisa Messalina uxore sua, de qua filium nomine Brittannicum susceperat, et filiam Octaviam. Domitium autem filium Agrippinae Claudius adoptaverat, et vocans eum Neronem dedit ei Octaviam, quam ex priore uxore genuerat. Agrippina vero metuens, ne Brittannico crescente regnum Neroni surriperetur, maritum veneno peremit, et suis machinamentis filio suo Neroni imperium adquisivit. Suscepto itaque imperio per quinquennium bonus apparuit, intra tantum ut diceret Traianus, cunctos principes a quinquennio Neronis longe distare. Dehinc matrem, fratrem, uxorem, sororem cum ceteris consanguineis peremit, et reliquum tempus magnis et multis nequiciis polluit; urbem Romam per 6 dies incendit ex hac similitudine videre volens, quale incendium antique Troiae fuerit. In re militari nichil ausus, Britanniam[b] pene amisit, et primus in christianos persecutionem movit, et multos nobilium Romae interfecit, et per omnia Gaio Caligulae avunculo suo similis, immo deterior fuit.

Ekk. 57. 58. 58. 2. Nero Britannicum Claudii filium occulte veneno interfecit. Paulus appellans cesarem a Festo[c] Romam Ekk. p. 99. mittitur. Petrus apostolus defuncto Lino, Cletum in locum eius subrogavit. Nam idem apostolus Romanam sedem primo adeptus, Linum suo loco cathedram tenere iussit, ipse vero praedicationem deservivit.

Ekk. 59. 3. Probus Beritius gramaticus agnoscitur.

Ekk. 60. 4. Statius Sursulus poeta claruit.

Ekk. 61. 5. Terre motus Romae et eclipsis solis facta est.

Hier. 62 et 63. 62. 6. Nero Romae in citharistarum et cantorum agone contendens cunctos superat.

Ekk. 63. 7. Iacobus frater Domini a Iudeis lapidatur, et Symeon frater eius Iherosolimorum episcopus ordinatur.

Ekk. Hier. 64. 8. Marcus ewangelista Alexandrie passus est, pro quo Anianus episcopus ordinatur.

Regino 72. 65. 9. Processus et Martinianus Romae sub Nerone coronantur et alii 47. quos Petrus apostolus baptizaverat. Ekk. Ante mensam Neronis fulmen cecidit.

Ekk. 66. 10. Lucanus poeta in Pisoniana coniuratione deprehensus brachium ad secandas venas praebuit.

Hier. 65. 67. 11. Thermae a Nerone edificantur, quas Neronianas appellavit.

Ekk. 68. 12. Seneca Cordubensis et praeceptor Neronis, iussus ab eo genus mortis eligere, incisione venarum et haustu veneni interiit.

Hier. 66 et 70. 69. 13. Iudei non ferentes Flori, successoris Albini, avaritiam, Romanis rebaellant. Vespasianus igitur dux exercitus ad excidium Iherusalem a Nerone dirigitur.

Ekk. 70. 14. Petrus apostolus, peracto praedicacionis sue tempore, iterum Romam venit et defuncto Cleto, Clementi cathedram Romanam tradidit, dans ei potestatem ligandi atque solvendi, qualem ipse a Domino acceperat. Eodem anno a Nerone Petrus crucifigitur, Paulus decollatur 3. Kal. Iulii. Sedit autem Clemens annis 19, menses 5, patitur vero sub Ekk. 57. Domitiano, licet quidam sub Traiano passum contendant. Interea Galba Hispanie praetor et Gallus Iulius imperium arripuere. Nero autem polluto multis sceleribus suo tempore, hostis a senatu iudicatus est. Decretum est autem, ut furca collo eius inserta, et virgis usque ad mortem cesus de saxo praecipitaretur. Quod ille audiens, simulque adventum Galbae comperiens, fugit de palatio et Urbem egreditur noctis medio. Secuntur autem eum Phaon, Apafroditus, Nefitus et spado Nespero, quem quondam exsectum formare in mulierem formaverat[d]. Cumque venisset inter Salariam et Numentanam viam, ad quartum Urbis miliarium ictu gladii se percuttere voluit, sed trepidante manu perficere non potuit. Tunc exclamasse fertur: *Ita ne amicum nec inimicum habeo?* Quod videns Nespero adiuvit manum eius, sicque interiit anno vitae Ekk. 70. suae 31, imperii autem 14. Omnis vero familia Cesaris Augusti in eo consumpta est. Quidam autem aiunt, Neronem errantem in silvis a lupis devoratum. Hunc Persae in tantum dilexerant, ut missis nuntiis Romam, corpus eius postularent, volentes ei fabricare sepulcrum. Ceterum provincie et omnis populus Romanus in eius interitu signum triumphi et libertatis celebraverunt. Antiochiae Ignatius succedit Evodio.

Ekk. 71. Galba, Otto, Vitellius hoc anno regnarunt unus post alium. Galba nobilissimae antiquitatis senator, utpote de Sulpiciorum genere, electus in Hispania ab exercitu, Romam venit, et sextus ab Augusto 7 mensibus regnavit. Hic in re militari tam strennuus et insignis fuit, ut intrante eo in castra diceret alter ad alterum: *Disce militare, ecce Galba venit, non ille Getulicus.* Hic quendam Pisonem nobilem in filium regnumque adoptaverat, ipse autem 7. mense in medio Urbis foro decollatur, insidiis cuiusdam Ottonis, qui post eum regnum arripuit. Eodem anno Lucius Otto occisis Galba et Pisone imperium corripuit. Eligitur autem et Vitellius a Germanicis exercitibus. Contra hunc Ottho suscepto praelio ter victor extitit, quarto victus se ipsum peremit. Hic suis militibus tam fuit amabilis, ut viso eius corpore multi se interficerent. Ortus autem fuit ex Ferentino oppido, materno genere nobiliore quam paterno, neutro tamen obscuro. Regnavit dies 95.

Vitellius victor Romam ingressus, vi Romano potitur imperio, ortus familia nobilitata magis quam nobili. Nam pater eius Lucius Vitellius non tam clare natus, tres tamen gesserat ordinarios consulatus.

Hic cum multo dedecore et magna sevicia imperavit, omnibus vitiis notabilis, maxime ingluvie, quippe qui in die quater aut quinquies fertur epulatus. Notissima certe huius cena memorie mandata est, in qua super ceteros sumtus 2 milia piscium, et septem milia aucellorum apposita sunt. Interim Vespasianus in Iudea audita Neronis morte ab exercitu imperator creatus est. Quod audiens Vitellius fratrem Vespasiani Sabinum cum aliis multis in Capitolio incensum peremit, unde a militibus Vespasiani conprehensus ictibus est carnificatus[e], et unco pertractus in Tiberim[f] dimergitur anno etatis 57, imperii mense 8. Hi tres post Neronem rapuerunt imperium, Galba in Hispania, Otto Rome, Vitellius in Germania, regnaveruntque anno 1, mensibus 6.

Ekk. Annus Domini 72. Vespasiani 1. Vespasianus in Iudea ab exercitu imperator creatus, regnavit annis 9. Hic dimisso Tito filio suo in Iudea, Romam profectus est per Alexandriam. Obscure quidem natus, sed militari virtute praecipuus et optimis comparandus, utpote qui a Claudio in Germaniam, deinde in Britanniam missus[g] tricies et bis cum hostibus conflixit, multum Romano imperio adiciens. Hic inter cetera bona hanc gratiam habuit, ut inimicicias in corde non retineret, in tantum ut filiam praedicti Vitellii inimici sui multis ditatam diviciis nobilissimo traderet marito. Hic cum moneretur, ut caveret a Themetio, de quo sermo vulgabatur, quod regnaturus esset, mox consulem illum fecit, tali alludens cavillo:

a) concenderent *cod.* b) Britannicum *corr.* Britannium *cod.* c) appesto *corr.* afesto *cod.* d) *legendum* temptaverat. e) carnifacatus *corr.* carnificatus *cod.* f) Tibiberim *cod.* g) *deest cod., supplev. Leibn.*

*Quando regnum acceperit, talis beneficii memor erit.* Iherusalem a Tito capitur, in cuius excidio scribit Iosephus undecies centena milia fame perisse et gladio, et centum milia publice fuisse venundata. Omnes autem totius seculi miserie cum Iudeorum miseriis non sunt comparande, quas sunt passi in hac subversione ut Iosephus ait: *Denique omnium post condita secula res adverse si cum Iudeorum calamitatibus conferantur, superatum iri non ambigo.* Capta est autem Iherusalem die 8. mensis[a] Septembris; quinquies quidem prius capta, tunc iterum vastata est. Egiptiorum rex Asocheus et post eum Antiochus, deinde Pompeius, post hos cum Herodes et Sosius captum oppidum servaverunt, ante vero rex Babiloniorum eo potitus excidit, post annos ex quo edificatum est 1340, menses 8, dies 6. Primus autem conditor eius fuerat Cananeorum[b] potentissimus, qui patria lingua iustus rex appellatus est: erat quippe talis, ideoque primus Deo sacrificium obtulit. Ekk. 73

73. 2. Vespasianus Capitolium cepit edificare. Ekk. 74.

74. 3. Seditio in Alexandria orta est. Ekk. 75.

75. 4. Colossus Rome erectus est altitudine pedum 107. Ekk. 76.

76. 5. Iosephus antiquitatum scriptor clarus habetur. Ekk. 77.

77. 6. Tres civitates Cypri terre motu corruerunt. Ekk. 78.

78. 7. Rome pestilentia facta est, ut intra paucos dies 10 fere milia hominum morerentur. Ekk. 79.

79. 8. Vespasianus profluvio ventris moritur. Ekk. 80.

Annus Domini 80. Titi 1. Titus, Vespasiani et Domitille filius, 8. ab Augusto imperium adeptus est et regnavit annis 2, mensibus totidem. Hic vir moderatissimus et omnium genere virtutum mirabilis, adeo ut amor et delicie generis humani vocaretur. Tante quippe largitatis erat, ut nulli a se petenti negaret, dicens nullum debere ab imperatore tristem exire. Quadam itaque die dum recordaretur in cena, quod nichil ipsa die cuiquam praestitisset, fertur dixisse: *Amici, hodie diem perdidi.* Moritur autem anno etatis sue 42, imperii 3. In cuius obitu planctus Rome quasi relinquerentur orphani a patre. Primo imperii sui anno amphitheatrum edificavit, in cuius dedicatione ferarum quinque milia occidit. Ekk. 81.

81. 2. Repentinum incendium Rome per triduum fuit. Ekk. 82.

Annus Domini 82. Domitiani 1. Domitianus filius Vespasiani, frater Titi iunior, 9. ab Augusto, imperium accepit et 15 annis ac mensibus 6 regnavit. Hic primum se finxit misericordem et modestum, deinde ad omnia vitiorum genera progressus, Caligule et Neroni similior extitit, quam patri aut fratri. Hic dominum ac deum se appellari scribique iussit, et secundam in christianos persecutionem movit. In tantam vero deinde segnitiem devenit, ut solus in palatio muscarum persequeretur agmina. Nam cum interrogaretur ab aliquo, si aliquis esset in palatio, ait: *Ne musca quidem.* Hic in arte sagittandi tam doctus fuit, ut inter expansos digitos hominis a longe stantis sagittam transmitteret. Ekk. 83.

83. 2. Titus decreto senatus inter deos refertur. Ekk. 84.

84. 3. Domitianus multos senatorum exiliat. Ekk. 85.

85. 4. Alexandrie Abililius episcopus succedit Aniano. Ekk. 86.

86. 5. Tres virgines Veste Rome ob stuprum damnantur. Hier. 85.

87. 6. Domitianus mathematicos et philosophos Urbe pepulit. Ekk. 88.

88. 7. Domitianus forum et multa edificia fecit. Ekk. 90.

89. 8. Heresis Menandri exoritur. Ekk. 91

91. 9. Domitianus de Dacis et Germanis triumphat. Ekk. 92.

92. 10. Maxima virginum Vestalium Cornelia, stupri rea, viva humi defossa est iuxta ipsarum legem. Hier. 93.

93. 11. Domitianus aureas et argenteas statuas sibi in Capitolio poni iussit. Hier

94. 12. Domitianus secundam in christianos persecutionem movit. Hic Iohannem ewangelistam in ferventis olei dolium misit, quem sine lesione egressum in Patmos insulam exiliavit, propter insuperabilem ewangelizandi constantiam, ubi divinae visionis et allocutionis meruit crebra consolatione relevari. Ekk. Hier. 96 Reg. 85.

95. 13. Domitianus multos nobilium perdidit. Ekk.

96. 14. Dionisius ariopagita primus Atheniensium[c] episcopus a Paulo constitutus, sed postea in Gallias a Clemente directus, apud Parisium decollatur cum Rustico et Eleuterio anno a passione Domini 64. Ekk.

97. 15. Domitianus omnes qui erant de genere David iussit interfici, ne ullus Iudeorum regni reliquus foret. Hier. 98.

98. 16. Domitianus omnibus odiosus, insidiis suorum in palatio interficitur, et cum ignominia detractus turpiter sepelitur anno etatis suae 35. Ekk. 98 et 83.

Annus Domini 99. Nerve 1. Nerva oppido Narniensi genitus mediae nobilitatis, 10. ab Augusto suscepit imperium et regnavit anno 1, menses 4, dies 8. Hic in privata vita moderatus et strennuus, in imperio civilissimum se et equissimum praebuit. Hic decreto senatus irritum fieri iussit, quicquid Domitianus decreverat, et edicto suo omnes exules revocavit. Unde et Iohannes Ephesum rediens, invenit ecclesiam heresibus turbatam[d], quapropter rogatu fratrum ewangelium scribens fidem rectam confirmavit. Nerva quidem adoptato in filium regnumque Traiano, morbo confectus obiit, imperii 5. mense anni secundi, etatis anno 72. Ekk.

Annus Domini 100. Traiani 1. Ulpius Traianus Crinitus 11. ab Augusto apud Agrippinam Gallie nobilem civitatem imperator efficitur, et regnavit annis 19, menses 6, dies 15. Hic ex urbe Tudertina genitus, genere Hispanus, ex familia antiqua magis quam clara, rem publicam ita administravit, ut omnibus merito principibus praeponeretur. Duo quippe sunt, que ab egregiis principibus expetuntur, sanctitas domi, fortitudo in praelio, prudentia utrobique. Talis autem in his fuerat Traianus, ut quasi temperamentum virtutes[e] miscuisse crederetur. Laboris patiens, multa imperio adiciebat, multa beneficia quibusque per totum orbem praestabat. Siquidem dum culparetur, quod nimius esset aerga omnes, ait: *Imperator talis esse debet erga ceteros, qualem ipse imperatorem erga se optaret*[f] *privatus.* Huius imperium crede[g] divinitus datum in remedium perditi et prostrati[h] senatus. Huius memoriae tantum delatum est, ut usque ad nostram etatem a senatu principibus acclamaretur: *Felicior Augusto, melior Traiano.* Iohannes apostolus in pace quievit Ephesi. Ekk.

101. 2. Tercius Alexandriae Cerdo praesedit episcopus. Ekk. 100.

102. 3. Nerva iussu senatus inter deos refertur. Ekk. 101.

103. 4. Euaristus quartus papa ordinatur seditque annis 8, patitur sub Traiano. Ekk. 102.

104. 5. Traianus Romano imperio multa adiecit. Ekk. 103.

105. 6. Rome aurea domus conflagravit incendio.

106. 7. Traianus de Dacis et Scitia triumphat. Ekk.

107. 8. Terre motu quatuor urbes Asiae subversae sunt. Ekk.

a) menses *corr.* mensis *cod.* b) Caneneorum *corr.* Cananeorum *cod.* c) Athenienensium *cod.* d) turbatum *corr.* turbatam *cod.* e) virtes *cod.* f) optarent *corr.* optaret *cod.* g) crederet *corr.* crede *cod.* h) prostati *cod.*

Hier. 110. 108. 9. Alexandrie 4. ordinatur episcopus nomine Primus.

Ekk. 100. 109. 10. Traianus quorundam consilio terciam in christianos persecutionem movit.

Ekk. 109. 110. 11. Ignatius secundus Anthiochiae episcopus Roma adductus bestiis traditur. Simeon episcopus Iherosolimorum crucifigitur, pro quo Iustus ordinatur.

Ekk. 111. 12. Alexander 5. Romae episcopus sedit annis 10.

Ekk. 100. 112. 13. Plinius qui inter ceteros iudices persecutor datus fuerat christianis, scripsit Traiano, eos homines nichil dignum morte gerere, nisi quod diis non immolarent, et Christum quasi Deum ante lucem surgentes laudarent, ab omnibus vero malis abstinerent, rescripsit Traianus christianos pro fide nullatenus esse inquirendos, sicque persecutio cessavit.

Ekk. 113. 14. Tres civitates Galacie terre motu corruerunt.

Ekk. 114. 15. Iherosolimis 4. ordinatur episcopus Zacheus.

Ekk. 115. 16. Traianus Armeniam, Siriam et Mesopotamiam facit esse provincias.

Hier. 115. 116. 17. Terre motus in Antiochia pene totam subruit civitatem.

Ekk. 117. 18. Salaminam Cipri urbem subvertere Iudei.

Ekk. 100. 118. 19. Traianus post ingentem gloriam domi belloque quesitam rediens de Perside, apud Seleuciam Isauriae urbem profluvio ventris moritur, anno vite sue 63, imperii vero mense 7. vicesimi anni. Cuius exusti cineres in urna aurea Romam relati in foro Traiani humati, solusque intra Urbem sepulcrum habet. Hic est pro quo beatum Gregorium flevisse legimus. Nam in eius foro, ubi cuncta Traiani insignia facta expresse sunt, inter cetera hoc quoque mira celatura depictum est, quod properanti sibi ad praelium occurrit quedam vidua pro morte filii implorans ab imperatore iudicium. Quo respondente: *Cum reversus fuero, audiam te,* mulier ait: *Quid vero si reversus non fueris?* Ait imperator: *Successor imperii causam tuam aget.* Ad hec mulier: *Quid,* inquit, *tibi prodest, o princeps, si alius bene fecerit?* Misericordia igitur motus Traianus, descendens equo viduam audivit, iusticiam ei faciens. Hec itaque gentilis hominis misericordia in tantum memoratum doctorem movit, cum hanc sculpturam praeteriens aspiceret, ut multas pro Traiani dampnatione lacrimas funderit. Accepit autem responsum, se pro Traiano exauditum esse, monitus ne pro pagano deinceps deberet orare. Per hanc vero exauditionem non affirmamus ei[a] plenam salvationem, sed accepisse per lacrimas Gregorii penam mitiorem.

cf. Pauli Vita Greg. c. 27.

Ekk. Annus Domini 119. Adriani 1. Aelius Adrianus genere Italicus, 12. ab Augusto imperator efficitur, regnavitque annis 21. Hic licet fuerit filius consobrini Traiani, tamen adoptare eum noluit, sed machinante Plotina Traiani uxore imperium accepit, unde et glorie eius invidens, tres provincias, quas ille imperio adiecerat, reliquit. Hic eruditissimus et facundissimus fuit Greco Latinoque sermone, acutus nimis ad interrogandum et respondendum, ordinata ordinatis, iocosa iocosis, maledica maledicis, cantilenam cantilenis, ita ut praemeditatum eum crederes contra omnia. Nam in omnibus studiis Atheniensium perfectissimus fuit, et in omnibus artibus, ut etiam pictorum et figulorum scientiam haberet, et rara esset res illi non experta. Hic ut bonum se ostenderet, vitia que habebat callide dissimulabat.

Ekk. 120. 2. Senatus inter deos refert Traianum.

Ekk. 121. 3. Alexander papa coronatur, pro quo Syxtus ordinatur.

Ekk. 122. 4. Iustus Alexandrie quintus ordinatur episcopus.

Hier. 120. 123. 5. Iudei secundo rebellantes ab Adriano opprimuntur.

Hier. 124. 6. Adrianus Atheniensibus leges dedit.

Ekk. 119. 125. 7. Adrianus quartam in christianos persecutionem movet, dehinc per Quadratum apostolorum discipulum divinos legens libros mitior christianis efficitur.

Ekk. 126. 8. Saturnides et alii duo heresim condiderunt.

Hier. 129. 127. 9. Adrianus pater patrie appellatur et uxor eius augusta.

Ekk. 121 et 130. 128. 10. Sixtus papa coronatur, pro quo Telesphorus ordinatur, hic constituit in sancta nativitate Domini nocte missas celebrari.

Ekk. 123. 129. 11. Quadratus apostolorum discipulus et Aristides Atheniensis libros de fide composuerunt.

Ekk. 130. 12. Anthiochiae quartus Cornelius ordinatur episcopus.

Ekk. 131. 13. Nicopolis et Cesarea terre motu corruerunt.

Ekk. 132. 14. Eumenes Alexandrie 6. ordinatur episcopus.

Hier. 131. 133. 15. Antinous puer egregius et eximie pulcritudinis in Egipto moritur, quem Adrianus in deos refert.

Hier. 132. 134. 16. Templum Veneris Rome erectum est.

Hier. 133. 135. 17. Adrianus Athenis bibliothecam miri operis extruxit.

Hier. 134. 136. 18. Iudei in arma versi Palestinam depopulantur.

Hier. 137. 19. Marcus Iherosolimis praecedit episcopus primus ex gentibus.

Ekk. 119 et 137. 138. 20. Helius Adrianus Iherusalem in eo loco, ubi Dominus extra portam passus est, rursus reedificavit, vocans eam ex nomine suo Eliam. Nam antea exterminari eam iusserat et arari, ut non relinqueretur lapis super lapidem. Iudeos ultima cede perdomuit, et introeundi Iherusalem licentiam eis abstulit. Ipso regnante, Aquila Ponticus scripturas sacras de Hebreo transtulit in Grecum.

cf. Ann. Quedl. p. 37. Ekk. 119. Ekk. 139.

Ekk. 119 et 139. 139. 21. Adrianus in Campania morbo subcutaneo moritur, anno etatis 62, imperii 21.

Ekk. Annus Domini 140. Antonini Pii 1. Antoninus Fulvius cognomento Pius 13. ab Augusto sumpsit imperium et regnavit annis 22, menses 3. Hunc Adrianus in filium adoptaverat, cuius et gener fuerat. Hic adequatus fuerat Nume Pompilio, sicut Traianus Romulo. Vixit ingenti honestate, nulli acerbus, cunctis benignus, in re militari glorie moderator, defendere magis studens provincias quam ampliare. Viros bonos ad magistratus quesivit. Et cum per annos 22 nulla per orbem bella movisset, sola auctoritate imperium rexit, adeo ut tremerent eum ac amarent cuncti reges et nationes et populi. Huius anno 1. Iginus papa 7. ordinatur, sedit annos 4.

Ekk. 140. 141. 2. Iginus papa clerum constituit et gradus distribuit.

Ekk. 141. 142. 3. Valentinus et Cerdo ecclesiam heresi impugnant.

Ekk. 142. 143. 4. Idem heresiarche Romam veniunt.

Ekk. 144. 5. Pius papa nonus sedit annis 15.

Ekk. 145. 6. Antiochie quintus ordinatur episcopus Heros.

Ekk. 146. 7. Alexandrie 7. ordinatur Marcus.

Hier. 140. 147. 8. Antoninus pater patrie appellatur.

Ekk. 143. 148. 9. Iustinus philosophus librum de christiana religione compositum Antonino obtulit, et benevolum christianis fecit.

a) eum *corr.* ei c.

149. 10. Mesomides musicus poeta citharicorum carminum agnoscitur. Hier. 148.

150. 11. Appollonius Stoicus Calcidonius claruit. Ekk.

151. 12. Taurus Beritius Platonicus claruit. Hier. 147.

152. 13. Antoninus imperii pater magis quam dominus appellatur. Ekk. 140.

153. 14. Crescens quidam Cinicus philosophus in Iustinum nostri dogmatis persecutionem movit, eumque gulosum et praevaricatorem philosophie redarguit, in qua persecutione Iustinus pro Christo sanguinem fudit. Ekk.

154. 15. Antoninus commotus heresi Crescentis, universis Asie plebibus scripsit epistolam pro christianis. Ekk.

155. 16. Alexandrie Celadion 8. praesedit episcopus. Ekk.

156. 17. Arrius philosophus Nicomedensis agnoscitur. Hier. 148.

157. 18. Maximus Thirius philosophus claret. Hier. 148.

158. 19. Apollonius et Basilides praeceptores Veri cesaris claruerunt. Hier. 149.

159. 20. Anicetus 10. Romae praesedit annis 10, sub quo Policarpus Romam veniens correxit multos, quos error Valentini et Cerdonis subverterat. Hic constituit, ut clerus comam non nutriat. Ekk.

160. 21. Iherosolimis post Marcum 17. praesedit Cassianus. Ekk.

161. 22. Antoninus Pius cesar obiit anno vitae 77, imperii 23. Ekk. 140 et 161.

Annus Domini 162 Marci Antonini 1. Marcus Aurelius Antoninus Verus 14. ab Augusto suscepit imperium et regnavit annis 19. Hic procul dubio clarissime nobilitatis fuit, quippe cuius origo paterna a Numa Pompilio, materna a Selentino rege[a] pendebat. Hic omnes virtutes et celeste habebat ingenium, qui in calamitatibus publicis factus est defensor, et si in illo tempore Antoninus Verus non fuisset, sine dubio res publica et gloria Romana perisset. Hic propinquum suum Lucium Annium Antoninum Severum, qui fuit gener Antonini Pii nova benivolentia consortem imperii facit, tumque primum Romana res publica duobus equo iure imperium administrantibus paruit, cum usque ad illos semper singulos habuisset augustos. Parthi Romanis rebellant, contra hos Lucius Annius mittitur et triumphat. Ekk.

163. 2. Lucio cesari Athenis sacrificanti ignis in celo ab occidente in orientem ferri visus est. Ekk.

164. 3. Fronto orator insignis habetur, qui Marcum Antoninum Latinas literas docuit. Ekk.

165. 4. Seleutia urbs Assiriae cum 300 milibus hominum a Romanis capta est. Ekk.

166. 5. Apud Pisas Peregrinus philosophus incenso rogo semet ipsum superiecit. Hier.

167. 6. Orta persecutione quarta post Neronem Policarpus coronatur, et alii multi. Ekk.

168. 7. Lucius cesar de Parthis cum fratre triumphavit. Hier.

169. 8. Sother papa 11. ordinatur. Agrippinus Alexandriae praesedit nonus. Ekk.

170. 9. Theophilus vir sapiens 6. Anthiochiae sedit. Ekk.

171. 10. Dionisius Corinthiorum episcopus clarus habetur. Ekk.

172. 11. Lucius cesar victor rediens de Parthis moritur in Venetia, et Antoninus Verus iterum monarchiam solus obtinens, Lucium Commodum filium suum consortem imperii fecit. Ekk. 162 et 172.

173. 12. Melito Sardensis episcopus appollogeticum Antonino imperatori pro christianis dedit. Ekk.

174. 13. Antoninus multis adversus se nascentibus bellis sepe ipse intererat, sepe duces nobilissimos destinabat. Hier. 175.

175. 14. Antonini exercitibus siti oppressis in Germania, pluvia divinitus missa est, cum e contra Germanos fulmina persequerentur et multos interficerent. Extant litterae Antonini Veri, quibus testatur christianorum militum precibus inpetrato imbre discussam fore sitim exercitus. Hier. 176. 176?

176. 15. Tanta per orbem pestilentia fuit, ut pene usque ad internicionem Romanorum deletus sit exercitus. Hier. 174.
Atticus Platonicae secte philosophus claruit. Hier. 178.

177. 16. Anthiochiae 7. ordinatur Maximinus. Ekk.

178. 17. Eleutherius papa 12. sedit annis 13. Ad hunc Lucius Brittanniae rex litteras misit, rogans ut babtizaretur, quod et inpetravit. Ekk.

179. 18. Antoninus multa multis largitus est, et pecuniam, que fisco debebatur, provinciis concedens, tabulas debitorum in medio Urbis foro incendi iussit, et ne aliquid bonitati eius deesset, leges multas mitigavit. Hier. 181

180. 19. Antoninus in Pannonia moritur. Ekk.

Annus Domini 181. 1. Lucius Aurelius Commodus Annius 15. ab Augusto suscepit imperium, et annis 12 ac mensibus 8 regnavit. Hic cum esset filius Marci Antonini Veri, nichil tamen paternum habuit, nisi quod et ipse de Parthis triumphavit. In luxuriis et omni sorde vixit, senatores multos interfecit, maxime quos nobilitate et sapientia praecellere vidit. Huic Marcia libertini generis uxor fuit, forma et artibus meretriciis pollens, que cum animum eius penitus devinxisset, egresso de balneo veneni poculum obtulit, immissoque ei fortissimo palestrita, eum strangulari iussit. Ekk.
Iulianus 10. Alexandriae praesedit episcopus.

182. 2. Commodus de Germania victor redit. Ekk. 181.

183. 3. Pantheaus et Clemens Alex(andrinus) claruerunt. Ekk.

184. 4. Iherosolimis ordinatur Maximus episcopus. Ekk.

185. 5. Commodus Septembris de nomine suo appellavit. Hier.

186. 6. Thermae Commodianae Romae factae. Hier. 185

187. 7. In Capitolio fulmen ruit, et magna inflammatione facta bibliothecae et vicine edes concremantur. Hier. 189.

188. 8. Alexandriae Origenes nascitur. Ekk.

189. 9. Commodus colossi capite sublato sue imaginis iussit caput imponi. Hier. 190.

190. 10. Commodus multos nobilium peremit. Hier. 192

191. 11. Victor papa 13. ord(inatur), sedit annis 10. Alexandriae 11. ordinatur Demetrius. Ekk.

192. 12. Anthiochiae 8. Serapion episcopus. Ekk.

193. 13. Aurelius Commodus omnibus incommodus strangulatur. Hic in tanta execratione fuit omnibus, ut hostis humani generis etiam post mortem iudicaretur. Ekk. 181 et 193.

Annus Domini 194. Helvii 1. Helvius Pertinax 16. ab Augusto imperium accepit et 6 mensibus regnavit. Hic ex libertino patre natus, cum praefecturam Urbis ageret iam septuagenarius, a senatu imperator eligitur coactus et repugnans, unde et Pertinax dictus est. Hic per multos labores ad summos provectus est honores, qui in tantum certavit, ut fortunae pila vocaretur. Hic cum a senatu cogeretur, ut uxorem suam augustam et filium appellaret cesarem: *Sufficere*, inquit, *debet, quod ego ipse invitus regnavi, cum non mererer.* Ekk.

Didius Salvius Iulianus iuris peritus, occiso Helvio Pertinace imperium invasit et 7 mensibus regnavit. Hic erat

a) regis *corr.* regi *cod.*

Ekk. Mediolanensis vir nobilis, sed factiosus, praeceps, regni avidus. Interea Niger Piscenius in Anthiochia et Severus in Sabaria Pannoniae elevantur imperatores. Ab hoc Severo Iulianus bello victus more dampnatorum decollatur.

Ekk. Anno Domini 195. Severi 1. Severus ab Augusto 17. adeptus est imperium et regnavit annis 17, menses 3. Iste ex Affrica oriundus fuit, solusque memoria omnium ex Affrica imperator efficitur. Primum fisci advocatus, postea militaris tribunus, per multa deinde et varia officia usque ad administrationem totius rei publice pervenit, et quia Helvium Pertinacem ultus est in Iuliano, Pertinax vocari voluit. Bella multa feliciter egit, ex quibus maximum in Brittannia, ubi ut receptas provincias in securitate teneret, vallum firmissimum crebris turribus superpositis per 122 milia passuum a mari usque ad mare perduxit, ibique moritur anno vitae suae 65, imperii 18. Duos filios reliquit, Bassianum et Getam. Sed Geta hostis publicus est indicatus, Bassianus vero imperii successor relictus, quem pater Antoninum vocari voluit. Huius tempore quinta persecutione in christianos facta, coronati sunt multi, inter quos et Leonides pater Origenis martyr efficitur.

Ekk. 196. 2. Clemens Alexandriae ecclesiae presbyter et Panthenus Stoicus philosophus dogmatis nostri disertissimi clarent.

Ekk. 197. 3. Narcissus Iherosolimitanus episcopus, et Theophilus Cesariensis et Bachilus Policarpus quoque Asianae provinciae insignes habentur.

Ekk. 198. 4. Orta questione in Asia inter episcopos, an secundum legem Moysi 14. die mensis primi pascha celebrari deberet, Victor papa datis late libellis constituit die dominica pascha celebrari, sicut et praedecesor eius Eleuterius a 14. luna primi mensis usque 21.

Cuius decretis favens Theophilus Cesarie Palestine episcopus cum ceteris episcopis, qui in eodem aderant concilio, sinodicam scripsit epistolam utilem valde adversus eos qui cum Iudeis pascha celebrabant.

Ekk. 195. 199. 5. Simmachus Samarites Iudeorum factus proselitus, scripturas divinas ex Hebreo transtulit in Grecum, suamque edicionem condidit. Hic ut in ecclesiastica legitur historia hebioneus fuit, quae est heresis asserens Christum de Ioseph et Maria natum purum hominem fuisse, et legem ritu Iudeorum servandam esse.

Ekk. 200. 6. Severus Parthos et Arabas superat.

Hier. 200. 201. 7. Severus Arabiam iubet esse provinciam.

Hier. 200. 202. 8. Severus Parthicus Arabicus cognominatur.

Ekk. 203. 9. Zepherinus Romae successit Victori.

Ekk. 204. 10. Quinta in christianos persecutione mota pater Origenis Leonides martirio coronatur. Origenes vero 18. agens annum gramaticam etiam gentiles docuit, et multos ad fidem convertit, inter quos etiam Plutharchum babtizavit, qui mox martirio coronatus est, et fratrem eius Heraclem, qui post Demetrium Alexandriae praelatus est.

Ekk. 205. 11. Alexander ob confessionem Christi clarus habetur.

Hier. 205. 206. 12. Clemens multa et varia scripsit.

Ekk. 207. 13. Perpetua et Felicitas bestiis traduntur Kartagini.

Hier. 207. 208. 14. Clodius Albinus, qui se in Gallia cesarem fecerat, apud Lugdunum interficitur.

Ekk. 209. 15. Severus bellum in Brittanniam transfert.

Ekk. 210. 16. Tertullianus ore omnium celebratur.

Ekk. 211. 17. Origenes Alexandrie studet, et toto orbi clarus habetur.

Ekk. 212. 18. Severus in Britannia Eboraci obiit.

Ekk. Anno Domini 213. Antonini Caracalle 1. Marcus Antoninus Bassianus Caracalla 18. ab Augusto suscepit imperium, regnavitque annis 6, mensibus 2. Hic erat Severi filius et Bassianus a nomine avi materni dictus, rogatu patris a senatu Antoninus nominatur, et quia plurimas vestes e Gallia deferens, talares caracellas ex his fecit, populumque his vestibus indutum ad salutandum semet ingredi praecepit, Caracalla exinde cognomen accepit. Hic conspecto Alexandri Magni corpore, Alexandrum se nuncupari iussit et Magnum; adulantium fallacia eo perductus, ut truci fronte et ad levum humerum conversa cervice incederet, quod in ore Alexandri notaverat. Asclepiades 9. Anthiochie episcopus ordinatur.

Ekk. 214. 2. Alexander Iherosolimis ordinatur episcopus, vivente adhuc Narciso eiusdem urbis episcopo. Hic Narcissus mirae sanctitatis vir fuit, qui inter cetera virtutum insignia in vigiliis paschae, cum oleum luminaribus deesset, aquam infundi iussit, quam benedicens oleum fecit, postea a quibusdam malo sibi consciis cum iudicium eius formidassent nenio quodam crimine infamatus, quorum unus ita ut non igne consumeretur vera se dicere testatus est, alius ne regio morbo corrumperetur, tercius ne luminibus privaretur. Et quamvis nemo qui vitam eius noverant, illis hec licet iurantibus crederet, ille tamen molestiam non ferens et quietam vitam diligens subterfugit et in secretioribus locis per annos aliquot delituit. Primus autem ille testis ex parva scintilla domo eius incensa ipse cum omni familia consumptus est, alius regio morbo a pede usque ad verticem correptus est; tercius, horum videns exitum, tandem confessus est reatum suum et eousque peratitit in fletibus, quousque orbaretur luminibus. Narcissus vero cum non inveniretur, pro eo ordinatur Divus, cui successit Germanio, et huic Gordius. Cum ecce quasi redivivus apparet Narcissus, rursusque rogatu fratrum suo loco est restitutus. Cui, cum iam centum et sedecim esset annorum, Alexander divino monitu vivo successit, qui cum esset Cappadociae episcopus Iherosolimam veniens orationis causa et locorum sacrorum, divina revelatione Narcisso accedens magis quam succedens strenue cum eo ecclesiam rexit.

Hier. 214. 215. 215. 3. Antoninus Caracalla cognominatus propter genus vestis quod Romae erogaverat, et e contrario Caracallae ex eius nomine Antonine sunt dicte.

Hier. **216. 4. Antoninus Romae thermas sui nominis edificat.**

Hier. 217. 5. Antoninus novercam suam Iuliam duxit uxorem.

Ekk. 219. 218. 6. Quinta editio Iherosolimis invenitur, cuius auctor ignoratur.

Ekk. 213. 219. 7. Antoninus adversum Parthos moliens expeditionem, apud Edissam, secedens ad officia naturalia, a quodam milite, qui quasi ad custodiam sequebatur, interfectus est, anno etatis suo 44, imperii 7. anni mense 2.

Ekk. Anno Domini 220. Macrini 1. Opilius Macrinus praefectus praetorii 19. ab Augusto ab exercitu imperator efficitur cum Diadumeno filio suo, regnansque anno uno et mensibus duobus ab eodem exercitu apud Archelaidem tumultuante occiditur cum filio.

Anthiochiae episcopus 10. Philetus.

Ekk. Anno Domini 221. Aurelii 1. Marcus Aurelius Antoninus Varus 20. ab Augusto imperator factus regnavit annis 4. Hic filius putabatur Antonini Caracallae ex consobrina sua occulte stuprata. Huius matris avus Bassianus sacerdos Solis fuit, quem Fenices Heliogabalum vocant, unde et iste Heliogabalus dictus sacerdos et ipse in templo Heliogabali. Is cum Romam ingenti militum et senatus expectatione venisset, omnibus se probris contaminavit, impudicissimeque vivens nullum

obscenitatis genus omisit, unde et cupiditatem stupri, quam ex natura[a] assequi nondum poterat, duodennis enim fuerat, in se transferens mulieris nomine Bassianam se pro Bassiano iussit appellari, virginem Vestalem quasi in matrimonio iungens sibi, praecisisque genitalibus matri magnae Vestae se consecravit. Ypolitus, multorum conditor opusculorum, canonem temporum quem scripsit huc usque perduxit, qui etiam sedecennalem ciclum pasche reperiens, Eusebio, qui decennovenalem postea composuit, occasionem dedit. Ekk.

Rome episcopatum suscepit Calistus papa 15. Hier. 222

222. 2. Aurelius Marcellum consobrinum suum, qui postea Alexander dictus est, cesarem fecit. Ekk. 221

223. 3. Nicopolis, que prius Emaus dicebatur, condita est. Ekk.

224. 4. Aurelius tumultu militari cum matre occiditur anno etatis 16, imperii 4, corpusque eius per Urbis vias tractum est more canini cadaveris, militibus tali cavillo eum irridentibus: *O indomitae libidinis catula!* Ekk. 221 et 224.

Annus Domini 225. Alexandri 1. Aurelius Severus Alexander ignobilis fortunae imperator factus est iuvenis admodum et regnavit annis 13. Hic primo imperii sui anno de Persis gloriose triumphavit. Ekk.

226. 2. Calistus papa martirio coronatur, pro quo Urbanus ordinatur, sedit annis 8. Ekk. 221 et 226.

227. 3. Ulpianus iurisconsultus assessor Alexandri insignis habetur. Hier. 228.

228. 4. Thermae Alexandrinae Romae edificantur. Hier. 229.

229. 5. Geminius presbyter Anthiocenus et Ypolitus et Berillus scriptores clari habentur. Hier. 230.

230. 6. Origenes toto orbe clarus habetur. Hic ut Iheronimus testatur mille et eo amplius commentarios scripsit, et insuper innumerabiles tractatus, quos ipse thomos nominat, composuit, denique tanta edidit, quanta vix aliquis legere potuit; ubi enim bene, nemo melius; ubi male, nemo peius. Hier. 232. Ann. Quedl. p. 27. Hier. ep. 84.

231. 7. Anthiochie Zebennus ordinatur episcopus 11. Ekk.

232. 8. Alexander Mammeam matrem unice et pie dilexit, pro quo omnibus placuit; illa vero ei multum dominata, eo usque illum coegit, ut si qua mensae superessent, quamvis permodica et simicea alteri convivio reservarentur. Ekk. 225.

233. 9. Mammea Alexandri mater Origenis doctrinam audiens christiana efficitur. Ekk. 225.

234. 10. Urbanus papa martirio coronatur, pro quo Pontianus ordinatur, sedit annis 6 Ekk. 228 et 234.

235. 11. Alexandriae Heraclas ordinatur episcopus. Ekk. 234.

236. 12. Sexta edicio in Nicopoli invenitur. Ekk. 225.

237. 13. Alexander apud Mogontiacum positus, cum videret se ab exercitu deseri, optavit ut aliquis eum occideret, cumque ei unus cum gladio occurrisset, obvoluto capite cervicem praebuit statimque periit, anno vite suae 26, imperii 13. Ekk. 225. (Hier. 237.)

Annus Domini 238. Maximini 1. Iulianus Maximinus 22. ab Augusto sumpsit imperium, regnavitque annis tribus. Hic cum esset genere Trax, ordine miles, sola militum voluntate sine senatus auctoritate imperator efficitur. Huius tempore duo Gordiani, pater et filius, imperium arripuerunt, sed unus post unum interiit. Ekk.

239.[b] 2. Maximinus sextam a Nerone persecutionem in christianos movit. In qua Pontianus papa coronatur, cui successit Antheros papa 18, et post mensem unum diesque 13 passus est 3. Non. Ian. Ekk.

240. 3. Fabianus papa 19. ordinatur, sedensque annis 13 et menses 11 patitur sub Decio. Anthiochie Babillas episcopus 12. ordinatur. Maximinus adversus Germanos suscepto et feliciter acto bello[c], a Puppiano quodam apud Aquileiam interfectus est cum filio adhuc parvulo, cunctis militari ioco clamantibus, de pessimo genere nec catulum habendum fore. Ekk. 240 et 238.

Annus Domini 241. Gordiani 1. Gordianus 23. ab Augusto imperator creatus est et regnavit annis 6. Hic nepos erat Gordiani, ortus ex filia eius et clarissimo patre, admodum puer, Tranquillam duxit uxorem. Hic cum primum Romam venisset, Puppianus et Albinus de rustico genere, qui occiso Maximino imperium invaserant, in palatio interfecti sunt. Ekk.

Iulius Affricanus cronographus inter ecclesiasticos scriptores clarus habetur.

242. 2. Origenes in Cesaria Palestine Theodorum cognomento Gregorium et Anthenodorum fratrem eius postea Ponti episcopos insignes divina imbuit sapientia. Ekk.

243. 3. Porphirius Plotini Platonici philosophi auditor claruit Romae. Ekk.

244. 4. Nicanor sophista Athenis claruit. Ekk.

245. 5. Gordianus ad orientem profectus, bellum Parthis intulit, quo feliciter gesto Persas ingentibus praeliis afflixit. Ekk. 241 et 245.

246. 6. Gordianus de Parthia rediens a Philippo, qui post eum regnavit, occiditur anno vite suae 20, imperii vero 6. Ekk. 241 et 246.

Annus Domini 247. Philippi 1. Marcus Iulius Philippus[d] 24. ab Augusto invasit imperium, occiso Gordiano, et una cum filio suo Gaio Iulio Saturnino Philippo regnavit annis 7. Isti omnium imperatorum primi christiani effecti sunt, fidem ab Origene audientes, et in ipsis paschae vigiliis cum iungi vellent sacrificiis et communicare, a Fabiano Romano pontifice non sunt permissi, nisi prius confiterentur peccata sua et inter penitentes starent. Quod illi suscipientes libentissime, divinum sibi metum et plenissimam christianitatis fidem rebus et operibus comprobabant inesse. Ekk.

248. 2. Philippus Philippi filius adeo severi animi fuit, ut iam a quinquennii etate nullo umquam momento ad ridendum solvi potuerit, patrem vero ludis secularibus petulantius cachinnantem, licet adhuc puer vultu aversato notavit. Ekk. 247

249. 3. Regnantibus Philippis annus millesimus conditae urbis Romae impletus est, quo sollempniter ab omnibus celebrato, innumerabiles bestiae in circo magno interfecte sunt, ludique theatrales in campo Martio celebrati tribus diebus et tribus noctibus populo pervigilante. Ekk. 247.

250. 4. Antiochiae[e] 13. praesedit Dionisius. Ekk. 249.

251. 5. Theatrum Pompeii incensum est. Hier. 249.

252. 6. Philippus urbem sui nominis in Tracia construxit. Ekk.

253. 7. Philippi ambo insidiis Decii ab exercitu occiduntur, pater Verone medio capite supra ordines dentium praeciso, filius vero Romae, cum esset annorum 12. Ekk. 247 et 253.

Annus Domini 254. Decii 1. Decius e Pannonia inferiori Bubalise natus 25. ab Augusto invasit imperium, interfectis eius fraude Philippis et regnavit annis 3, sicut scribit Paulus Orosius*. Hoc in loco grandis nascitur temporum confusio, et prorsus insolubilis oritur questio. Nam sicut scribit Iheronimus in libello ad Damasum de Romanis pontificibus, Fabianus papa 21. sedens annis 14 permansit usque ad Decium, sub quo et passus est, cui succedens Cornelius sedit annis 3 et mens. 2, diebus 10, patitur sub eodem. Post hunc Lucius sedit annis 3 et totidem mensibus, permansit usque ad tempora Galli et Volusiani imperatorum post Decium regnantium. Huic Stephanus Ekk. *Oros. VII. c. 21.

a) natuna *cod.* b) CCXXXVIII *cod.* c) *deest cod., suppl. L.* d) Phillpus *cod.* e) *vox evanuit.*

succedens, et 4 ann. sedens et mens. 2 et 15 dieb. patitur sub Galieno, qui quartus est a Decio. His Sixtus papa succedens et tribus annis sedens fere, sub Decio patitur, sicut apud eundem Iheronimum legitur. Itaque a quarto decimo anno Fabiani usque ad tercium Sixti colliguntur plus quam tredecim anni. Quomodo igitur verum est, quod uterque Decio imperante occisus sit, qui tribus tantum annis regnavit? aut quomodo stabit, quod Lucius et Stephanus cum scribantur antecessores Sixti, patiuntur tamen post tempora Decii, Lucius videlicet sub Gallo, Stephanus vero sub Galieno? Verumtamen sic quidam hanc conantur solvere questionem. Dicunt quippe, quod imminente tanta persecucionis rabie Fabianus papa Cornelium sibimet vivo fecerit succedere, et cum eo sedem episcopalem tenere. Sic enim legimus[a] de Lino et Cleto, quod in sedem accesserint magis quam successerint beato Petro. Postquam vero Fabianum Decius occidit, Cornelium mox in exilium Centumcellis destinavit, ubi et epistolam beati Cypriani Cartaginensis episcopi de ipsius confirmatione directam accepit. Dehinc reductus ab exilio patitur sub Decio. Omne igitur tempus Cornelii, quo cum Fabiano sedit, vel in exilio fuit, fiunt anni tres et duo menses. Itaque misso in exilium Cornelio, mox propter ecclesiae necessitatem, quia tempus malum erat, pro eo ordinatur Lucius, qui et ipse statim exilio est relegatus, ubi permansit usque ad imperium Galli. Lucio successit Stephanus, sed et hic in exilium est missus. De Lucio quidem Iheronimus sic ait: *Hic in exilio fuit, sed postea nutu Dei iterum ad ecclesiam suam rediit.* Quod dictum est de Lucio, intelligi oportet quoque de Stephano, quoniam et hic passus tempore Galieni, cum tamen praecessor scribatur Sixti sub Decio coronati. Primo igitur tempore Decii patitur Fabianus et infra breve tempus tribus reliquis, hoc est Cornelio, Lucio et Stephano, in exilium missis, ecclesiam suscepit Sixtus, sedensque et ipse annis duobus et 11 mensibus, ultimo tempore Decii patitur, sicut in ipsius passione legitur. Sic itaque fit, ut 3 annis Decii tot pontifices credantur ordinati. Haec sententia etsi non omnino (Ekk. p. 100 et 108.) probabilis, est tamen veri similis, iudicium tamen eius sit in lectoris arbitrio. Alii dicunt, quod error sit in successione pontificum pro similitudine nominum, vel quod cuncta corrupta sint scriptorum vicio, qui facillime offendunt in numero.

Ekk. 254. Alexander Iherosolimorum episcopus, successor Narcissi, cursum bonum consummavit, cui Azabanes successit.

Ekk. 254. 255. 2. Fabianus Anthiochiae 13. episcopus ordinatur.

Hier. 254. Ekk. 254. 256. 3. Antonius in Egypto nascitur. Decius ut in passionum libro reperitur, interfecto Sixto et archidiacono eius Laurentio et Ypolito sociisque eius, sedens in carruca cum Valeriano, cum adhuc de nece sanctorum tractarent, demoniis arrepti sunt, et in praesentia Decii Valerianus expiravit, Decius vero rediens ad palatium triduo vexatus est, et in conspectu Triphoniae uxoris suae exalavit. Scribunt quidam eum contra Gothos pugnantem cum filio Decio iam cesare interemtum, et gurgiti cuiusdam paludis cadaver eius inmersum.

Ekk. Annus Domini 257. Galli et Volusiani 1. Virius Gallus Hostilius 26. ab Augusto ab exercitu imperator creatur, et cum Volusiano filio suo regnavit annis 2, menses 4. Huius imperii Dionisius Alexandrinus episcopus meminit ita: *At ne Gallus quidem malum Decii aut videre potuit aut cavere, set in eundem lapidem offensionis inpingens, sanctos viros persecutus est.*

Ekk. 257 et 258. 258. 2. Emilianus quidam in Mesia inperator elevatus est, contra quem Gallus cum Volusiano profectus, ab exercitu uterque occiditur. Emilianus genere Maurus post menses 4 interficitur. Hoc anno Origenes presbiter anno etatis suae 70. nondum impleto moritur, et in Thiro sepelitur, qui tam sedulus fuit scribendi, ut Iheronimus quodam loco dicat, quinque milia librorum eius se legisse.

Ekk. Annus Domini 259. Valeriani 1. Licinius Valerianus cognomento Colobius in Retia et Norico agens imperator ab exercitu creatus, mox augustus est appellatus 27. ab Augusto, Romae vero Galienus filius eius cesar est appellatus, regnaveruntque simul annis 6. Galienus vero solus postea annis 9, qui faciunt annos 15. Valerianus[b] quidem nobilis erat genere, stolidus tamen erat et iners multum, nec ad aliquem usum publici officii accommodatus. Galienus vero primum feliciter regnavit, postea luxuriose vivens imperium pene adnichilavit. Valerianus primo regni sui anno persecutionem a Nerone octavam in christianos exercuit.

Ekk. 259. 260. 2. Valerianus Galienum filium suum augustum fecit.

Ekk. 259. 261. 3. Valerianus Cornelium Valerianum Galieni filium cesarem constituit.

Hier. 259. (Ekk. 262.) 262. 4. Cyprianus primum rethor, deinde presbyter, tandem Cartaginensis episcopus martirio coronatur.

Ekk. 263. 5. Theodorus cognomento Gregorius magna virtutum gloria claruit.

Ekk. 264. 6. Anthiochiae 15. ordinatur Paulus Samosathenus.

Ekk. 259 et 265. 265. 7. Valerianus christianos persequens a Sapore rege Persarum capitur, erutisque oculis senectute miserabili consenescit. Nam quamdiu vivebat, semper adclinis humi regem in equum ascensurum dorso attollebat.

Ekk. 266. 8. Galienus casu patris territus pacem christianis dedit.

Hier. 263. 267. 9. Galieno in omnem lasciviam resoluto Germani Ravennam usque perveniunt.

Hier. 264—266. 268. 10. Alemanni vastatis Galliis in Italiam transiere, Greciam et Pannonias occupavere.

Hier. 266. 269. 11. Germanis Hispanias obtinentibus Terracon expugnatur. Romae 24. episcopus ordinatur Dionisius.

Ekk. 270. 12. Hierosolimorum episcopus Ymeneus ordinatur, Alexandrie 19. ordinatur Maximus.

Hier. 269. (Ekk. 271.) 271. 13. Paulus Samosathenus hereticus convincitur et deponitur, pro quo 16. Domnus ordinatur.

Hier. 270. 272. 14. Galliae per Postumum et Victorinum et Creticum recepte sunt.

Ekk. 259 et 273. 273. 15. Galienus profectus adversus Aureolum ducem suum, qui Mediolani regnum temptaverat, comprehendit illum ad pontem qui eius nomine Aureolus appellabatur, et Mediolanum obsedit, sed cum ibi luxuriose viveret, artificio eiusdem Aureoli interfectus est anno etatis sue 50.

Ekk. Annus Domini 274. Claudii 1. Claudius quem multi dicunt a Gordiano procreatum 28. ab Augusto a milititibus electus a senatu augustus est appellatus, et regnavit anno 1, menses 9, vir parcus et modestus et iusti tenax, ac rei publicae idoneus. Hic Galieni morientis sententia imperator designatus est, ad quem Ticini positum vestimenta regalia ille direxit. Hic interfecto a suis Aureolo recipiens legiones, Gothos iam per 15 annos Illiricum Macedoniamque vastantes[c] ingenti praelio vicit.

Ekk. 274. 275. 2. Claudius morbo interiit, quem senatus tanto decoravit honore, ut divus appellaretur, et in curia clipeus aureus, in Capitolio vero statua aurea ei poneretur. Cui frater Quintillianus, vir unicae moderationis et civilitatis solusque fratri praeferendus, a militibus electus et consensu senatus augustus est appellatus, 18. imperii sui die Aquileiae occisus est.

Ekk. Annus Domini 276. Aureliani 1. Aurelianus patre mediocri et ut dicunt Aurelii senatoris colono progenitus, 29. ab Augusto imperator electus, regnavit annis 5, mensibus 6; vir in bello potens, sed animi immodici et ad crudelitatem propensioris, ita ut non solum nobiles plures necaret, sed etiam sororis suae filium dampnaret. Disciplinae tamen militaris et morum dissolutorum magna ex parte corrector, quique Gothos strennuissime vicit, haut dissimilis Alexandro Magno

a) degimus *corr.* legimus *cod.* b) Aurelianus *cod.* c) vastata *corr.* vastantes *cod.*

seu Cesari dictatori. Nam Romanum imperium triennio ab invasoribus receptavit, cum Alexander annis 12 per ingentes victorias ad Indiam pervenerit, et Gaius Cesar decennio Galliam superaverit, adversus cives quadriennio pugnaverit. Hic primus apud Romanos diadema capiti imposuit, et vestes auro gemmisque contextas in usu habuit, quod ante Romanis moribus incognitum fuit, porcinae quoque carnis usum populo instituit. Ekk.

277. 2. Anthiochiae Thimeus ordinatur episcopus 18. Ekk.

278. 3. Aurelianus haut longe ab Anthiochia Zenobiam vicit, que occiso marito Donato imperium orientis tenuerat, in qua pugna strenuissime adversus eam dimicavit. Hier. 275

279. 4. Aurelianum Romae triumphantem Tetricus Galliae princeps et Zenobia praecesserunt, e quibus Thetricus rector postea Lucanie fuit, et Zenobia in Urbe summo honore consenuit, a qua hodieque familia Zenobie nuncupatur. Hier. 276.

280. 5. Aurelianus cum persecutionem nonam post Neronem in christianos movisset, fulmen ante illum magno circumstantium pavore ruit, ac non multo post intra Constantinopolim et Heracliam a militibus occisus est. Ekk. 276 et 280.

Annus Domini 281. Taciti 1. Tacitus ab Augusto 30. suscepit imperium, vir egregie morigeratus, et ad regendam rem publicam idoneus, sed nichil egit, quia post 6 menses occisus est apud Pontum. Ekk.

Huic Florianus successit, sed nec ipse dignum aliquid memoria egit, quia duobus tantum mensibus et 20 diebus in imperio vixit. Nam dum magna pars equitum eligeret Probum militie peritum, Florianus quasi per ludum tenuit imperium diebus 60, deinde sibimet venas incidens sanguine interiit effuso.

Annus Domini 282. Probi 1. Probus ab Augusto 31. adeptus est imperium et regnavit annis 6, menses 4. Iste patre genitus rustico, ortorum cultore studiosissimo nomine Dalmatio, gloria militari ad amministrationem publicam accessit, vir acer, strennuus et iustus, multa gerens bella et qui Aurelianum gloria militari coequaret et morum civilitate superaret. Primo Probi anno Felix papa 27. ordinatur, sedit annis 5. Hic constituit missas celebrari super memorias martirum, decessit 3. Kal. Iunii. Ekk.

283. 2. Manes quidam extitit genere Perses, vita et moribus barbarus, tam acer ingenio, ut insanire vel demone videretur impleri, ex quo insana Manicheorum heresis orta est. Ekk.

284. 3. Probus Gallias ingenti praeliorum felicitate restituit, quas barbari occupaverant. Hier. 280

285. 4. Cirillus Anthiochiae ordinatur episcopus 18. Ekk.

286. 5. Anatholius natione Alexandrinus Laodiciae Siriae episcopus, philosophorum disciplinis eruditus, plurimo sermone celebratur, cuius ingenii magnitudo in libro quem super pascha composuit, et de decem libris aritmeticae institutionis apertissime potest agnosci. Ekk. 282.

287. 6. Euticianus papa 28. ordinatur, sedit mens. 10; cui succedens Gaius sedit annis 15. Alexandrie Theonas ordinatur episcopus 15. Probus tumultu militari apud Sirmium interfectus est. Ekk. Ekk. 282. Hier. 285.

Annus Domini 288. Cari 1. Carus Narbone in Gallia natus, 32. ab Augusto regnavit annis 2, qui mox filios suos Carinum et Numerianum cesares fecit. Is nuntiato sibi Persarum tumultu in orientem profectus, cum apud Anthiochiam maneret, Numerianus filius eius ecclesiam intrare voluit et christianorum misteria explorare. Quem sanctus Cirillus episcopus cum prohiberet, dicens illi divina misteria videre qui sacrificiis idolorum esset pollutus, indignatus ille occidit eum. Ekk.

289. 2. Carus cum Persas fortiter sterneret, et urbes eorum notissimas caperet, super Tigridem fluvium castra ponens ictu fulminis interiit. Numerianus vero filius eius dolore oculorum captus, cum in lectica veheretur, insidiis Apri soceri sui interfectus est. Ekk. 288.

Carinus autem in Italia relictus Sabinum[a] Iulianum invadentem regnum in campis Veronensibus occidit, se ipsum vere sceleribus inquinavit, multos falsis criminibus occidens, nobilium matronas corrumpens, omnibusque invisus non multo post occiditur a quodam tribuno, cuius uxorem dicitur polluisse.

Annus Domini 290. Diocleciani 1. Diocletianus 33. ab Augusto imperator ab exercitu creatus est, regnavitque annis 20, vir obscurissime natus de Dalmatia, filius cuiusdam Dalmatae scribe. Fuit quippe de civitate et matre Dioclea, unde et ipse, antequam sumeret imperium, Diocles appellatus est; sumpto vero imperio, nomen Grecum vertit in Latinum, ut a Dioclete Diocletianus nominaretur. Erat callidus et sagax et admodum subtilis ingenii. Ekk

291. 2. Cum quidam rusticani, qui Bagaude dicebantur, tumultum facerent in Gallia, ac Amandum et Emilianum duces haberent, Diocletianus Aurelium Maximianum, cognomento Herculium, cesarem fecit, eumque contra tumultuantes misit, quos ille facile devicit. Erat autem idem Maximianus de Pannonia natus, genere rusticano, incivilis ingenii, ferox, crudelis, asperitatem suam etiam vultus horrore significans, luxuriosus, in consiliis stultus. Genuit vero de Eutropia Sira muliere Maxentium, et Faustam coniugem Constantini Magni, cuius patri Constantio dedit Maximianus privignam suam Theodoram, ex qua ille suscepit sex filios fratres Constantini, quem ex concubina Helena generavit in Gallia. Ekk. 290.

292. 3. Carausius quidam sumpta purpura occupavit Brittanniam, Iulianus Italiam. Ekk. 290 et 292.

293. 4. Quinquegentiani Affricam infestant. Ekk.

294. 5. Achilleus occupavit Egiptum, Narseus Persarum rex orientem. Ekk. 290 et 294.

295. Diocletiani et Maximiani 6. Diocletianus Maximianum augustum et consortem regni fecit. Ekk.

296. 7. Diocletianus Constantium patrem Constantini, et Galerium cesares constituit, quorum Constantius natus erat ex filia Claudii imperatoris, Galerius vero in Datia Ripensi natus est ex parentibus agricultoribus, fuitque pastor armenti, unde et Armentarius appellabatur, sed satis laudabilis fuit, pulcher corpore, magnus et fortis bellator. Hic accepit Valeriam filiam Decii uxorem. Ekk. 290 et 295.

297. 8. Diocletianus se ut deum iubet adorari[b]. Ekk. 298.

298. 9. Carausius a socio suo Allecto occisus est in Britannia. Ekk. 290.

299. 10. Maximianus Herculius Quinquegentianos vicit in Affrica. Constantius urbem Constantiam ex suo nomine condidit. Ekk. 290.

300. 11. Constantius in Gallia et adversam et prosperam una die habuit fortunam. Nam cum apud Lingonas repente irruentibus barbaris intra civitatem claudi cogeretur, vix quinque horis mediis adventante suo exercitu fere 60 milia Alamannorum interfecit. Diocletianus autem obsessum Alexandrie Achilleum 7. mense superavit et occidit. Erat autem tunc cum eo et Constantinus filius Constantii et Helene de Gallia. Qui cum adhuc iuvenis esset, fortissime agebat in praeliis, et condescendebat semper christianis. Quem videns Diocletianus intellectu animi et robore corporis proficere, et deprehendens hunc futurum tyrannidis sue destructorem, invidia motus, dolo eum perimere cogitavit, Deus autem inopinate eum salvavit et patri restituit. Ekk. 290

301. 12. Zabdas Hierosolimis episcopus ordinatur. Ekk.

302. 13. Victorinus magister militie christianos persequitur, paulatim ex illo tempore persecutione in nostros crescente. Ekk.

a) in sabinum *cod.* b) *alia manu add.*

cf. Ekk. 307. 303. 14. Marcellinus papa 30. ordinatur, sedit anno[a] 1, mens. 8, passusque est 17. Kal. Februarii.

Ekk. 290. 304. 15. Galerius contra Narseum regem Persarum dimicans primum victus est, fugiensque venit ad Diocletianum in Mesopotamiam, a quo male tractatus est, ita ut faceret eum purpuratum ante currum suum currere, qui postea collectis Hier. 301. militibus rediit, magnamque victoriam adquisivit, tuneque cum ingenti gloria a Diocletiano triumphaliter suscipitur.

Ekk. 305. 16. Iherosolimis Thermon episcopus ordinatur. Anthiochiae Tirannus ordinatur 19.

Ekk. 306. 17. Alexandrie Petrus episcopus ordinatur 16.

Ekk. 307. 18. Marcellus papa 31. ordinatur, sedit anno 1, mens. 8, patitur 17. Kal. Februarii.

Ekk. 290. 308. 19. Diocletianus in oriente, Maximianus Herculius in occidente persecutionem decimam a Nerone in christianos exercuerunt, que immanior ceteris et sevior, per decem annos ecclesiam incessanter afflixit, quamvis et antea christianos persecuti sint. Sed tunc tam crudelis et seva fuit ac creberrima, ut intra unum mensem 17 milia martirum pro Christo cesa legantur. Nam et occeani limbum transgressa, Albinum et Aaron, ac Iulium cum aliis multis viris ac Hier. 306. feminis Brittanniae felici cruore dampnavit. Mense Martio in diebus paschae iussu imperatorum ecclesiae subvertuntur, Ann. Quedl. p. 28. divini libri succenduntur.

Ekk. 290. 309. 20. Diocletianus ab invito exegit Maximiano, ut simul purpuram regnique potentiam deponerent, ac iunioribus et fortioribus publicam causam relinquerent. In una igitur die Diocletianus Nicomediae, Maximianus Mediolani imperium deponunt, et Diocletianus in Salonam, Maximianus in Lucaniam secedunt, persecutio tamen mansit usque in Ekk. 309. 7. annum Constantini Magni Helenae filii. Marcello papae successit Eusebius, cui post menses 8 passo Melciades 33. succedens sedit annis 4.

Ekk. Annus Domini 310. Constantii et Galerii 1. Constantius pater Constantini et Galerius augusti creantur, et divisus est inter eos orbis, ita ut Constantius Italiam, Galliam et Affricam susciperet, Galerius autem Illiricum et Asiam et orientem optineret. Sed Constantius augusti dignitate contentus Italiam et Affricam recusavit, solam Galliam optinuit, vir egregiae mansuetudinis et praestantissime civilitatis, non solum amabilis, sed et venerabilis Gallis, praecipue quod Diocletiani suspectam prudentiam et Maximiani sanguinariam temeritatem in imperio eius evaserunt.

Galerius autem vir probe moratus et egregius in re militari, videns Italiam quoque suae administrationi accessisse, sinente socio suo Constantio, cesares duos creavit Maximinum, quem orienti[b] praefecit, qui et ipse persecutionem in christianos exercuit, et Severum cui Italiam dedit, ipse vero in Illirico permansit. Constantius vero filium suum Constantinum cesarem fecit, eique Galliam commisit, ipse autem 3. persecutionis anno, ex quo autem cesar factus est 16, Eboraci in Britannia obiit. Quo mortuo Galerius Licinium cesarem fecit, natum de Dacia, notum sibi ex antiqua consuetudine in bello quod adversus Narseum regem Persarum gesserat. Interea Romae praetoriani milites excitato tumultu Maxentium Herculii Maximiani filium nuncupaverunt augustum. Quo audito Maximianus arrectus in spem resumendi principatus[c], quem suasu Diocletiani invitus dimiserat, Romam evolavit e Lucania, Diocletianum per litteras quoque hortatus, ut depositam resumeret potestatem, quas ille irritas habuit et sprevit. Galerius autem Severum cum exercitu contra Maxentium misit, qui veniens Romam obsedit eam, sed militum suorum scelere desertus Ravennam fugit et in itinere ab Herculio occiditur. Post hec Herculius Maximianus in contentione militum filium suum Maxentium imperio nudare conatur, sed a militibus conviciis iniuriatus ad Gallias tetendit, dolo composito, quod a filio suo expulsus esset, ut genero suo Constantino iungeretur, moliens et ipsum reperta occasione interficere, regnumque invadere, qui in Galliis et militum et provincialium ingenti iam favore regnabat. Detectis autem insidiis eius per filiam Faustam, que dolum eius viro nunciavit, inde profugit, sed a Constantino insequente Massiliae captus, fractis laqueo cervicibus perfidie suae penas dedit anno vite suae 60.[d]

Ekk. Annus Domini 311. Constantini 1. Constantinus filius Constantii imperatoris et Helenae de Gallia mortuo patre annitentibus cunctis qui aderant, praecipueque Croco Alemannorum rege cum eo auxiliandi gratia comitante 34. ab Augusto in Britannia imperator efficitur 6. Kal. Augusti, imperii decus, omniumque augustorum augustissimus. Regnavitque Oros. VII, 28. annis 31. Hic primus omnium imperatorum christianus fuit, exceptis duobus Philippis, qui paucis admodum regnaverunt annis, quod idcirco factum esse creditur, ut annus millesimus magne Romae, qui sub ipsis completus est, non idolis sed Christo dedicaretur. Porro per hunc Constantinum Christus ecclesiam imperare fecit, et principem mundi plenarie foras Ekk. 311. eiecit. Interea res publica a quatuor novis imperatoribus tenebatur, Constantino et Maxentio, filiis augustorum, Licinio et Maximino, novis hominibus. Maxentius autem Romae velut tirannus habebatur, adulteria impudenter exercens, adulterarum viros occidens. Quem volens Constantinus opprimere, et Romanos a cladibus liberare, cogitabat, quem in bello deum haberet auxilio, sciens nichil prodesse deos, quos Diocletianus venerabatur, et quia potius Constantius suus pater contempta paganorum religione feliciter advixisset. Nam cum persecutiones diversas ecclesia in alio terrarum orbe pateretur, solus Constantius Constantini pater in Galliis, ubi ipse regnabat, licenter christianis in sua consistere religione concessit. Is enim probare volens quosdam christianos si boni et solidi essent viri, evocans universos, praecepit dicens, ut siquidem venirent ad sacrificandum et eius colerent deos, circa eum essent, et in suo cingulo permanerent, qui vero refugerent, egrederentur de palatio, gratias agentes, quod minime punirentur. Cumque in utroque apparuissent, alii quidem religionis desertores, alii autem divina praesentibus praeponentes, deliberavit eis amicis et consiliariis uti, qui in rebus melioribus fideles constantesque permanserant. Alios autem velut effeminatos aversatus, expulit a suo colloquio, Ekk. 311. credens numquam eos circa principem devotos fore, qui fuerint Dei sui sic paratissimi proditores. Igitur Constantinus Constantii filius[e] quinquennalibus suis Maxentio bellum civile indixit, eiusque copias multis praeliis fudit, propter magicas tamen quas ille multum dilexerat, metuebat eum. In his igitur sollicitudinibus constitutus cum congredi cum Maxentio multum hesitaret, et de celo licet adhuc paganus auxilium quereret, in somnio vidit crucis signum celo splendide collocatum, mirantique visionem astiterunt angeli dicentes: *O Constantine, in hoc vince.* Ferunt autem et ipsum Christum apparuisse ei, signumque crucis monstrasse, ac praecepisse ut figuram similem faceret et in praeliis auxilium hoc haberet, quo victoriae iura conquireret. Quod et fecit, habens eam in vexillis et signis militaribus depictam.

Ekk. 311. (Hier.) Constantini anno primo Maxentius augustus a praetorianis militibus appellatur.

Oros. VII, 28. Ekk. 312. 2. Maximianus Herculius ex augusto privatus, ex imperatore tirannus apud Massiliam turpiter interficitur.

Hier. 312. (Ekk.) 313. 3. Quirinus Suscianus episcopus gloriose patitur. Nam mola ad collum eius ligata ponte praecipitatur in flumen et diu supernatans et cum adstantibus colloquens, vix orans ut mergeretur obtinuit.

Ekk. (Hier.) 314. 4. Silvester 34. Romae ordinatur episcopus.

Ekk. 315 (et 311). 315. 5. Constantinus Maxentio bellum indicit. Igitur Romam proficiscens castra ponit iuxta pontem Milvium et multis praeliis per biennium copias eius fudit.

a) annis *corr.* anno *cod.* b) oriente *corr.* orienti *cod.* c) eprincipatus *cod.* d) *magna parte paginae quaternionis ultimae vacua relicta, sequens maioribus litteris incipitur.* e) filio *corr.* filius *cod.*

316. 6. **Petrus Alexandrinus episcopus coronatur.** Ekk.

317. 7. **Constantinus finem bellis impositurus contra Maxentium acies instruxit.** Tum ecce subito portis erumpens Maxentius armatus milites suos praeibat, Constantinus vero crucem, quam sibi formaverat, coram se ferri iubebat, factaque congressione fugit exercitus Maxentii, ipse vero paulo superius a ponte lapsu equi in profundum dimersus est, vixque corpus eius inventum. Inter hec cives Romani Urbem coronant, et cum gaudio victorem Constantinum vivificamque crucem triumphaliter suscipiunt. Tunc Constantinus pacem ecclesiis edicto firmat. Ekk. 311 Hier. 316?

318. 8. Mortuo autem Galerio et Maximino christianorum persecutoribus et occisis Valente et Alexandro, qui se imperatores appellaverant, omnis imperii potestas ad Constantinum pervenit et Licinium. Licinio autem Constantinus sororem suam Constantiam dederat[a], filiumque suum nomine Crispum ex Minervia concubina eisdem diebus oppido[b] Arelatensi natum, et Licinium Licinii filium mensium fere 20 cesares fecerat. Qui Licinius cum primum imitator fuisset dogmatis christiani, videns profectum Constantini, occultis insidiis interficere principem laborabat; quod cum minime facere potuisset, hunc protegente Deo, apertum sibi bellum indicit, ubi victus et fugatus mutata voluntate christianos speciali odio persequitur, quos Constantinum noverat diligere, volens per horum calamitates principem contristare, hoc in causa ponens, quod non ita pro se quemadmodum pro Constantino orationibus vacarent. Pugnaturus autem denuo contra Constantinum, in sacrificiis et divinationibus spem victoriae ponebat, seductus ab aliquibus promittentibus, quod bello vinceret Constantinum, si ydolis immolaret. Sacrificanti igitur Apollini fertur respondisse demonium per hos Homeri versus[18]: *O senex, valde te iuvenes pugnatores observant tuaque vila soluta est, sevaque te senectus excipiet.* Novissime igitur pugnatum est in Bithinia, ubi victus Licinius semet ipsum in Nicomedia tradidit, privatusque Thessalonice aliquanto tempore permansit, ibique perimitur. Ekk. 311.

319. 9. Diocletianus, ex rustico augustus, ex augusto ut aiunt ortulanus, non longe a Salona moritur, solusque inter deos privatus refertur. Hier. 317.

320. 10. Constantinus Crispum filium suum augustum constituit, et secundo loco imperium tenere iussit, quem postea, ut quidam scribunt, occidit. Nam Greci dixerunt, Constantinum eo quod multos genere proximos occidisset, et cooperator extitisset in nece filii sui Crispi, penitentia ductum, de purificatione consuluisse Sopatrum philosophum, qui tempore illo praeerat in sede Plotini, illumque respondisse, nullam esse in huiusmodi delictis purgationem; Constantinum vero hac interdictione turbatum, invenisse episcopos qui penitentia seu babtismate promitterent eum ab universo purgari posse delicto; tunc gavisum in illis qui dixerant quod volebat, ammiratumque dogma, factum deinde christianum et ad sui similitudinem deduxisse subiectos. Hec autem ficta ab illis qui student christianae religioni detrahere. Crispus enim, propter quem dicunt Constantinum egisse purgatione, vicesimo anno imperii paterni defunctus est. Qui dum[c] viveret, multas cum eo pro christianis posuit leges, secundo loco honoratus imperii et cesar existens, sicut hactenus testantur principum nomina et anni legibus praescripti. Constat vero Constantinum adversus Maxentium pugnantem per signum crucis quod in celo monstratum sibi viderat victorem extitisse, et tunc Romae apud sanctum Silvestrum papam iniciatum religione christiana fuisse. Verumtamen ut ecclesiastica docet historia, babtismum distulit usque ad ultimum imperii sui annum, multum habens desiderium in Iordane illud percipere.

321. 11. Lactantius vir omnium sui temporis eloquentissimus agnoscitur, adeo pauper in hac vita, ut plerumque necessariis indiguerit. Hic Crispum Constantini filium Latinis litteris erudivit. Hier. 319

322. 12. Constantinus cum ad eum omne Romanorum pervenisset imperium, edictis publicis usus est, ut orientales inpavide religionem colerent Christi, et diligenter divinitati ministrarent, dicens, quia ministrum oportunum eum habere dignatus fuerit Deus sui consilii et a Brittannico mari usque ad loca orientis adduxerit eum, quatenus augeretur religio christiana per eum.

323. 13. Alexander Alexandriae 18. ordinatur episcopus. Ekk. 323

324. 14. Constantinus omnia infirma esse sanxit, quae contra religionem fuerant cogitata vel gesta sub persecutoribus ecclesiarum, et confessores ab exiliis revocavit.

325. 15. Constantinus omnes Romanorum dignitates christianis administrandas tradidit, et sacrificia idolorum ac divinationes prohibuit.

326. 16. Constantinus arma militum signo crucis signabat, assuescens eos, ut sicut ipse divinitatem colerent. Iussit quoque ex auro et lapidibus preciosis in vexillum crucis transformari signum quod labarum vocabatur. Hoc enim signum bellicum inter alia preciosius erat, eo quod imperatorem praecedere et a militibus adorari moris erat. Quod idcirco Constantinus nobilissimum decus imperii in signum mutavit crucis, ut frequenti visione atque cura desuescerent a priori more subiecti. Semper enim hoc signum proponebatur ante ordines universos et laborantibus aciebus in praeliis semper adesse praecipiebat, et certos signiferos ad hoc constituit. Fertur etiam, quod quidam ferens hoc signum repente irruentibus hostibus expavisset, dedissetque illud alteri devehendum; cumque de praelio se subtraheret et iactum declinaret, subito percussus interiit, ille vero qui sacrum susceperat tropheum multis se iaculantibus permansit illesus.

327. 17. Famosissimum illud et omnibus seculis memorabile et venerabile concilium in Nicêa Bitiniae industria pii principis congregatur, ubi trecentorum decem et octo patrum auctoritas Arrium erroneum cum suis sequacibus hereticis et fallacibus examinavit, dampnavit et anathematizavit, quos repente principis praeceptum exilio deportavit. De hoc Arrio antiqui hostis organo, quis vel unde fuerit, et quomodo eum diabolus ministrum sibi elegerit breviter dicetur. Alexandria civitas est magna et honorabilis, que circa Egiptum optinet principatum. In hac praesul erat Petrus ille inclitus fidei propugnator, qui sub Diocletiano sumpsit martyrium[d]. Hic eundem Arrium in diaconatus ordinem promoverat, ac deinde in maliciae novitatibus deprehensum ab ordine et ecclesia prorsus alienaverat. Dehinc Achillas Petri successor, rogatus[e] a fidelibus, quasi satisfacientem rursus recepit Arrium et ministrare praecepit. Post Achillam Alexander, fortissimus ewangelici dogmatis praedicator, ordinatur episcopus. Hoc tempore quidem Arrius in ordine presbiterorum erat, et expositionem divinarum scripturarum videbatur habere commissam. Videns autem, quod Alexander suscepisset pontificatum quem ipse affectaverat, eventum temporis non portavit, sed in amaritudinem et cordis mordacitatem compulsus litis querebat inicium. Nam veritatis inimicus videns Christi ecclesiam florentem et elevatam valde per principem Constantinum atque splendentem, et adtendens paganorum errorem fuisse nudatum, et capta[f] machinamenta demonum, nec adorari iam creaturam set creatori ymnos decenter offerri, non tulit; nec iam aperte contra fidem excitabat bellum, set inveniens Arrium christianum quidem vocabulo, set amore honoris et vanae gloriae seductum, organum eum ad servitutem suae machinationis habuit, per quem plurimos ad pristinum errorem reduxit, non quidem creaturam rursus adorari praecipiens, set creaturae creatorem coequatum astruens. Igitur Arrius doctrinae Alexandri non valens aperte resistere, quippe cum ille divina sequens eloquia equi honoris cum Patre Filium, et eandem habere substantiam cum Deo genitore genitum

a) dedederat *corr.* dederat *cod.* b) uppido *corr.* oppido *cod.* c) *ita supplevi,* quid *aliis erasis cod.* d) martyririum *cod.* e) rogatas *corr.* rogatus *cod.* f) captum *corr.* capta *cod.* 18) Hom. Il. VIII, 102 sq.

praedicabat, Arrius autem e diverso veritati repugnans creaturam Filium facturamque dicebat, adiciens: *Erat aliquando, quando non erat*; et alia quae ex illius litteris indicantur insana. Hec igitur non solum in ecclesia[a], set etiam in extraneis conciliis et conventibus circuiens docebat, et plurimis persuadens decipiebat. Culpabatur igitur a fidelibus Alexander, tanquam non utiliter sileret, dum contra dogma fierent novitates. Alexander itaque iudex residens cum clero, ad altercationem utramque deduxit partem. Ut autem fieri solet in certaminibus verborum, utrimque superare nitebantur, Arrius autem nullatenus adquiescere volebat, quia consubstantialis Filius et coeternus est Patri. Alexander autem prius quidem Arrium revocare ammonitionibus et consiliis nitebatur, cum vero eum superbire vidisset et aperte impietatis facinora praedicare, ab ordine sacerdotali removit, et circumquaque ecclesiarum praesulibus eius blasfemiam[b] suis litteris indicavit. Ubi inter alia sic ait: *In nostra igitur parrochia nunc egressi sunt viri iniqui et Christo rebelles docentes apostasiam.* Item post aliqua: *Sed quoniam Eusebius nunc Nicomediae episcopus putans in se consistere causas ecclesiae, quia cum reliquisset Bericiorum civitatem, et concupisset Nicomediensem ecclesiam, non est in eo ultio subsecuta, patrocinatur his apostatis, et scribere ubique molitus est, commendans eos, si quomodo trahat aliquos ignorantes ad hanc pessimam heresim*; et paulo post: *Apostate vero sunt isti, Arrius et Achillas. Cum eis autem apostataverunt Althalis, Carponius, alter Arrius, Sarmatius, Euzoius, Lucius, Iulius, Menâs, Helladius, Gaius, Secundus et Theonâs, qui episcopi aliquando sunt dicti. Ea vero que opinantes loquuntur huiusmodi sunt: „Non semper, inquiunt, Deus pater fuit, non semper fuit Dei verbum, sed fuit quando Deus pater non fuit, Dei autem verbum ex non existentibus factum est. Existens enim Deus non existentem ex non existente fecit, quapropter fuit aliquando, quando non fuit. Creatura enim et factura est Filius, neque similis est Patri secundum substantiam, neque verus est, neque vera sapientia eius est, neque verum naturaliter Patris verbum est, sed unus quidem creaturarum et facturarum est. Abusive autem dicitur verbum et sapientia; factus et ipse existens in proprio Dei verbo et in Dei sapientia, in qua et omnia et ipsum fecit Deus, unde et convertibilis est et mutabilis per naturam, sicut et universa rationalia. Propter nos enim factus est, ut nos per eum tamquam per instrumentum crearet Deus, et nequaquam substitisset, nisi nos Deus facere voluisset.“ Requisivit ergo quidam eos, si potest Dei verbum converti sicut diabolus est conversus, et nequaquam dicere timuerunt: „Utique potest, tamquam naturae convertibilis.“* Alexander itaque[c] hec et his similia scribens universis episcopis, ad defensionem fidei eos hortabatur. Scripsit et aliam Alexandro Constantinopoleos episcopo, ubi inter plurima hec quoque interserit: *Possumus, inquiunt isti polluti, et nos fieri filii Dei sicut et ille; scriptum est enim: „Filios genui et exaltavi.“ Cumque allatum fuerit eis, quod sequitur, id est: „ipsi autem me spreverunt“, quod naturale non est Salvatoris, cum nature sit immutabilis, omni reverentia semet ipsos spoliantes aiunt: „Nec aliquam habet proprietatem ad Deum, sed cum sit ipsa natura mutabilis, scivit de illo Deus praescientia et praecontemplatione, quia cum non esset spreturus, eligendus foret ex omnibus. Non enim, inquiunt, natura quasi praecipuum inter alios filios aliquid habet.“* Hec inter alia scribens Alexandrinus Alexander Alexandro Constantinopolitano, veridicis scripturarum testimoniis illam perniciosissimam Arrianorum heresim potenti ratione condempnat. Interim Arrius Eusebio Nicomediensi talem scripsit epistolam: *Domino desiderabilissimo homini Dei fideli orthodoxo Eusebio, Arrius qui persecutionem ab Alexandro papa patitur iniuste propter vincentem omnia veritatem, quam tu quoque defendis in Domino salutem. Patre meo Armonio veniente ad Nicomediam, rationabile iudicari te salutare per eum, sciens dilectionem pariter et affectum, quem circa fratres propter Deum habere dinosceris. Vehementer nos vastat atque persequitur, et omnem benignum animum movet adversum nos episcopus, ita ut etiam de civitate nos expulisset, velud homines sine Deo, quoniam non concordamus ei publice dicenti: „Semper Deus, semper Filius, simul Pater, simul Filius coexistit, ingenito Deo Filius semper genitus est, ab ingenito genitus est, neque cogitatione, neque athomo praecedit Deus, semper Filius ex ipso Deo est.“ Et quoniam Eusebius frater tuus Cesariensis et Theodotus et Paulinus et Athanasius et Gregorius et Etius et omnes per orientem dicunt, quia praeexistit Deus Filio sine principio, anathema facti sunt praeter solum Philogonium et Helladicum et Macharium, homines hereticos ineruditos, quorum alii quidem dicunt Filium eructuationem, alii propositionem, alii coingenitum, quas impietates nec audire possumus, licet innumeras mortes nobis minentur heretici. Nos autem quoniam dicimus et sapimus et docuimus et docemus, quia Filius non est ingenitus, nec ingeniti pars ullo modo, neque ex aliquo subiecto, sed quoniam voluntate et consilio substitit ante tempora et ante secula plenus Deus unigenitus convertibilis, et antequam generaretur aut crearetur aut praedestinaretur aut fundaretur non erat, ingenitus enim non erat, persecutionem patimur, quia diximus principium habet Filius, Deus autem sine principio est, et quia diximus, ex non exstantibus est; sic autem diximus secundum quod nec pars Dei est, nec ex aliquo subiecto, propterea persecutionem patimur. De cetero tu nosti.* Eusebius autem Cesariae erat episcopus, Theodotus Laodicie, Paulinus Tyri, Athanasius Anazarbi, Gregorius Beriti, Etius Lidde quae nunc Diospolis appellatur. Hos Arrius concordes se habere gloriabatur. Hostes autem vocavit Philogonium praesulem Antiocenum, Helladicum Tripoleos, Macharium Iherosolimorum. Igitur Arrii epistolam cum Eusebius suscepisset, ipse quoque venenum suae impietatis evomuit, in epistola similis blasfemiae ad Paulinum Tiri. Talia quippe scribentes alterutris, contra veritatem se armabant ad praelium. Catholici vero in domo Alexandri scribentes, adversa sentiebant, et omnia valde erant turbata. Episcopi ratiocinationibus de fide contendebant, clerus assiduis disputationibus debachabat, populus quoque divisus erat, nullus ordo, nulla conditio a tumultu immunis erat, nullum os a scripturarum se laceratione temperabat, et qui nullam didicerat litteram, pomposam de fide promebat sententiam; rusticus urbano decertat, turpis honesto; omnis domus implebatur, nullus locus tumultibus vacabat, civitates replebantur blasfemia, agri rusticorum, greges pastorum audierunt argumenta. Gentiles philosophi oportunum tempus nacti, nec ipsi temperabant a blasfemia, habundantem invenientes materiam ad sua sophismata. Sacra contempnebantur, spernebatur unda babtismatis et publice religioni derogabant pagani in theatris theatricis rithmis. Constantinus autem pius princeps, nimis dolens pro tanto religionis detrimento, primo quidem temptabat litteris suis finem imponere tumultui, simul Alexandrum et Arrium de contentione arguens, et pro pace obsecrans sic inter alia scribens: *Dudum veniens ad Nicomediensium civitatem, repente ad orientem pergere festinabam, cumque ad vos tenderem, et plurima iam parte vobiscum essem, huius rei nuntio sum retentus, ne oculis videre compellerer quod impossibile iudicabam ad sensus posse aurium pervenire. Quapropter aperite iam mihi per vestram concordiam orientis vias, quas contentione clausistis alterutros, velociterque concedite mihi vos ipsos et alios universos populos videre letos, et pro communi omnium concordia ac libertate debitam gratiarum actionem favorabilibus eloquiis Deo persolvere.* Veruntamen imperator his scriptis nichil proficiens, Osium Cordubae episcopum virum fide et religione probatum pro pace reformanda direxit; qui et ipse nichil agens, ad principem rediit. Tunc illud famosissimum in Nicea concilium fervor principis excitavit, publicis asinis atque mulis et curracibus equis episcopos et qui cum eis erant ad sinodum venire praecipiens.

328. 18. Communicabant igitur Niceno concilio ex apostolicis quidem sedibus Macharius Iherosolimitanus, Eustatius Anthiocenus, Alexander Alexandrinus; Iulius autem Romanus episcopus propter senectutem defuit, sed erant pro eo praesentes Vitus et Vincentius presbyteri eiusdem ecclesiae. Super hos autem et alii plurimi boni et optimi viri ex diversis

a) eclesia *saepius cod.* b) blasmemiam, *priore m eraso cod.* c) *spatium relictum; nihil tamen deesse videtur.*

gentibus convenerunt, alii quidem ad intelligendum et dicendum nimis idonei, scientiaque sacrorum librorum et alia erudicione disciplinati, viteque virtute preclari, de quibus et Eusebius Pamphili meminit tercio libro in Constantini vita sic scribens: *Cunctarum igitur ecclesiarum que totam Europam Libiamque et Asiam replebant, simul erant ministrorum Dei congesta cacumina, unaque erat orationis domus tamquam a Deo dilatata intrinsecus ferebat omnes in idem, Syros simul et Cilicas, Phenicasque et Arabas, atque Palestinos, inter hos et Egiptios, Thebeos et Libicos, nec non qui ex Mesopotamia oriuntur, sed etiam Persa venit ad concilium episcopus, nec Scita defuit ex eorum choro, Pontus et Asia, Frigia et Pamphilia viros probatissimos prebuerunt, aderant Traces et Macedones, Achivi et Epirote et horum quoque interius habitantes. Ipse autem Hispanorum valde famosus Osius unus erat, et simul plurimis assidebat. Talem itaque solus a seculo imperator Constantinus Christo coronam vinculo pacis exornans suo Salvatori de victoria inimicorum et hostium Deo decibilem dedicavit. In presenti siquidem choro multitudo erat episcoporum numerum trecentorum excedens, sequentibus eos presbyteris diaconis et acolitis, quorum numerus non poterat comprehendi.* Hec quidem Pomphili Eusebius. — Imperator vero cum celebrasset victricem contra Licinium festivitatem, et ipse occurrit ad Niceam. Cunctis vero qui convenerant imperator diebus cotidianis cibaria largissime ordinarat expendi. Plurimi vero episcopi tempus se invenisse putantes, libellos imperatori optulerunt de quibus quisque alium culpabat, accusantes quid quisque fuisset passus ab altero. Cumque in his cotidie tempus protraherent, imperator certum diem eorum acusationibus indixit. Cum vero eadem venisset dies, libellos oblatos suscipiens ait imperator: *He quidem accusationes tempus habebunt proprium, id est diem magni iudicii, iudicem vero illum qui tunc futurus est omnibus iudicare. Michi ergo homini constituto de huiusmodi rebus non licet habere auditorium, sacerdotum scilicet accusantium simul et accusatorum, quos minime convenit tales debere monstrari qui iudicentur ab aliis. Age igitur nunc imitantes divinam clementiam in alterutrorum veniam accusationes aboleamus invicem, et de his que ad fidem pertinent agere studeamus, cuius hic gratia venimus.* Hec siquidem imperator dicens unicuiusque scripturam vacare et libellos iussit ardere, diemque definivit, qua solvi que erant dubia conveniret. Interim episcopi evocaverunt Arrium, et propositis in commune suis opinionibus disputabant. Plurimi vero tunc convenientium episcoporum et sequentium eos clericorum scientes disputare, huiusmodi elocutionum arte excitati claruerunt, et imperatori atque his qui circa eum erant noti sunt facti. Ex illis et Athanasius tunc diaconus existens dum cum Alexandro esset episcopo, huius studii pars esse videbatur maxima. Cumque plurimi disputationis delectatione traherentur, unus quidam ex confessoribus laicis simplicem habens sensum, dialecticis obviavit dicens: *Audite igitur, Christus et apostoli non nobis dialecticam tradiderunt vanamque verborum fallatiam, sed puram*[a] *scientiam fide et operibus observandam.* Hec dicente iuvene, presentes quidem mirati sunt dictumque probaverunt, dialectici[b] vero percepta satisfactione cessarunt. Convenientibus igitur universis die constituta, maximam domum preparavit regalibus imperator, sedes et subsellia in ea poni precipiens que sufficere possent ordini sacerdotum; ita decentem preparans eis honorem, invitavit ingredi et de presentibus negotiis habere consilium. Introivit[c] autem et ipse princeps ultimus cum paucis, laude dignam sui magnitudinem habens, et mirabilem speciem mirabilioremque gerens dignitatem pudoris in fronte, minore vero sede quam aliis posita in medio eorum sedit. Itaque famosissimus imperator protulit de unanimitate et concordia sermones, tirannorum eis crudelitatem rememorans et honorabilem pacem que sub eo est collata divinitus, simul quoque[d] quia pessimum et valde crudele videretur, ut destructis hostibus nulloque presumente resistere, sibi invicem sacerdotes in alterutros iacularentur atque confunderent, et impiis atque sine Deo personis delectationem atque risum preberent, cum utique de divinis ipsi tractarent rebus et sancti Spiritus in scripturis haberent doctrinam. *Evangelici enim libri sunt*, inquit[e], *et apostolici antiquorumque prophetarum sanctiones, que nos erudiunt quid de sacra lege sapiamus. Expellentes igitur hostile certamen, ex verbis divinitus inspiratis solutionem questionum mente percipiamus.* Hec et his similia tamquam filius, amator patris, sacerdotibus veluti patribus offerebat, apostolicorum dogmatum cupiens profligare concordiam. Concilii vero plurima pars his que dicebantur obediebat, et inter alterutros unanimitatem et dogmatum salubritatem libenter amplectebantur, pauci vero, quorum supra meminimus, apostolicis resistentes dogmatibus Arrium defendebant. Dictantes enim fidei peticionem, coetui communi dederunt. Quae cum lecta fuisset, ab universis repente dirupta est, et adultera et fraudulenta pronunciata est, turba reclamante, et tumultu contra eos habito ab omnibus cunctisque proditionem ob eis factam accusantibus pietatis, formidantes surrexerunt, et primi Arrium abdicarunt, excepto Secundo et Theona. Cumque fuisset impius ille destructus, concorditer universi fidem gloriamque dictantes, que hactenus in aecclesiis permanet, et subscriptionibus roborantes solvere concilium. Dolose tamen et non salubriter predicti viri in fidei termino consenserunt, quod testantur tam ea que postea ab eis machinata sunt contra pietatis propugnatores, quam que ab ipsis conscripta noscuntur. Secundus autem et Theonas nolentes adquiescere, condempnati sunt. Synodus autem Arrium et consectatores eius anathematizavit omnes adicientes, neque accedere eum in Alexandriam. Preceptumque principis repente eundem Arrium et qui circa Eusebium et Theognium, et qui cum eis erant, exilio deportavit. Eusebius vero Nicomedie et Theognius Niceae post paululum tempus exilii, libellum penitentiae porrigentes imperatori, in fide consubstantialitatis consenserunt et ab exilio revocati sunt, et suas aecclesias receperunt expellentes qui in eorum locis fuerant ordinati. Imperator interea post concilium degebat laetus. Denique Arrius dolose penitentiam agens et fidei Nicenae subscribens et ipse revocatus est, et rursus episcoporum exemini ab imperatore directus. Cognitis autem eius fraudibus, iterum condempnatus est, et ultra in Alexandriam redire non est permissus. Imperator autem de concordia fidei et communi pace absentibus talem scripsit epistolam: *Victor Constantinus maximus augustus episcopis et populo. Malignos et impios Arrius imitatus, dignum est, ut illorum quoque suscipiat ultionem. Sicut ergo Porphirius divinae pietatis inimicus iniqua volumina contra religionem proferens, dignam meruit invenire mercedem et talem, per quam in posterum esset obprobrio et plurima compleretur infamia; et nunc placuit Arrium et consectatores eius vocari Porphirianos, ut quorum mores imitati, eorum vocabulo censeantur. Super hec autem si qua conscriptio ab Arrio facta reperitur, igni tradatur*[f], *ut non solum praescia eius doctrina depereat, sed neque illa eius possint permanere commenta. Hoc etiam praecipio, si quis conscriptiones Arrii celasse comperitur et non repente proferens igne consumpserit, mortis supplicio subiacebit. Mox enim ut in hoc fuit captus, capitalem suscipiet ultionem.* Sic itaque famosissimus imperator Arrianam heresim sua auctoritate dampnavit, et fidem Nicenam omni studio confirmavit, omnes abhominans et a se alienans, quicumque huic fidei non communicabant. Arrius apud imperatorem hoc agere satagebat, quatenus in communionem ab episcopis reciperetur. Imperator vero de Arrio experiri volens, interrogat si Niceni concilii decreta servaret. Ille vero nichil moratus repente subscripsit, decreta fidei per subscriptionem arte callida circumveniens, et imperator quidem miratus ei intulit iusiurandum. Qui etiam hoc fraudulenter egit, quodammodo iusiurandum arte deludens. Scripsit enim Arrius sectam suam in carta quam sub ala ferebat, unde vere se iurare credidit dicens, sic se sapere sicut scripsisset. Credens igitur imperator, suscipi eum ab episcopo Constantinopolitane urbis Alexandro in communionem praecepit. Erat autem tunc sabbatum, et sequenti die

a) *addidit sed delevit* de *cod.* b) disletici *cod.* c) invitavit *corr.* introivit *cod.* d) q; *cod.* e) *add. sed del.* libri *cod.* f) traditur *corr.* tradatur *cod.*

eos communicare exspectabat alterutris. Sed praesumptiones Arrii iudicia Dei secuta sunt. Nam cum egressus ex imperiali fuisset aula, obsequiis honorabatur satellitum Eusebii et per mediam civitatem perspicuus tunc apparebat. Cumque venisset iuxta locum cui vocabulum est Constantini forum, ubi columpna porphiritica collocata est, terror eum subito ex quodam conscientiae secreto constrinxit, et cum formidine secuta est ventris effusio, percontatusque, si secessum esset in proximo, agnoscens esse post Constantini forum, perrexit illuc. Quo facto defectus eum quidam cum effusione corripuit, et una cum stercoribus meatus quoque prolapsus est. Tunc ergo concidit, et sanguinis multitudo cum subtilibus intestinis subsequenter effluxit decurrebantque cum splene etiam interna iecoris, et ita factum est ut repente sequeretur et mors. Secessum vero ubi talia gesta sunt omnes transeuntes digito notabant, detestabilem Arrii recordantes interitum. Post aliquod vero tempus quidam fautorum Arrianae vesaniae dives et potens studium habuit, et eundem locum a publico comparavit, et diruens quod erat primitus, domum ibi constituit, quatinus oblivio facti procederet et per successionem huiusmodi memoria deperiret; fama tamen per cunctam cucurrit civitatem, et orbi terrarum mortem Arrii declaravit. Imperator de interitu Arrii letus, Deo gratias egit sepe illud proclamans: *Iustus es, Domine, et rectum iudicium tuum.* — Hier 328. Licinius Thessalonicae privatus occiditur.

Hier 328. 20. Helena imperatoris mater, Iherosolimam petens sepulcrum Christi requisivit, et quamvis difficillime tamen invenit. Id namque pagani sordibus operuerant, oblivioni tradere cupientes memoriam salutarem, et desuper templum edificaverant luxoriosissimae demonis id est Veneris. Praecepit igitur destrui sceleratissimum templum ipsumque pulverem funestis sacrificiis violatum eici et procul a civitate dispergi. Igitur in altum fodientibus apparuerunt tres cruces et clavi simul, et titulus Hebraicis, Grecis Latinisque litteris conscriptus: Ihesus Nazarenus rex Iudeorum. Tunc ergo que crux esset Domini, que latronum, dubitare ceperunt. Proinde Macharius civitatis praesul huiusmodi tractatu dubitationem solvit. Mulieri namque nobilitati clarae longa egritudine fatigatae unam de crucibus cum oratione adhibens, virtutem Salvatoris agnovit. Mox enim ut mulierem crux attigit, salutem recepit. Tactu quoque crucis mortuus surrexit. Sic itaque mater imperatoris quod cupiebat agnoscens, de clavis quidem alios in galea misit imperatoris, filii capitis providentiam gerens, alios freno equino permiscuit, cautelam filii agens, et Zachariae prophetiam adimplens qui dicit: *Et erit quod in freno est sanctum Domino omnipotenti.* Crucis vero partem aliquam dedit imperatori, reliquam Machario civitatis sacerdoti. Ipsa vero ultra octogesimum annum etatis agens, redit ad filium et cum leticia transivit a seculo, multa filio pietatis mandata committens novissimis benedictionibus adimpleto.

Ekk. 330. 21. Hucusque historias scribit Eusebius, exin Iheronimus.

Ekk. 331. 22. Antiochie ordinatur Vitalis episcopus 20, post hunc Philogonius, dehinc Paulinus, post eum Eustasius; quo ob fidem exiliato, successerunt Arriani numero 11.

Hier 331. 332. 23. In Anthiochia dominicum quod vocatur aureum edificare ceptum.

Ekk. 333. 24. Iuvencus presbyter Hispanus ewangelia versibus composuit.

Hier 331. 334. 25. Donatus agnoscitur, a quo per Affricam Donatiani.

Hier 334. 335. 26. Dedicatur Constantinopolis, omnium urbanarum pene urbium nuditate. Hanc civitatem inclitam et solam semper ydolatria carentem Constantinus condidit, et eam imperiali Romae in omnibus magnificentiis et dignitatibus coequavit. Nam cum ei omnia prospere cederent, propriam voluit habere civitatem; veniensque ad campum ante Ylium iuxta Hellespontum super Achillis[a] tumulum, ubi Achivi contra Hectorem[b] pugnantes habuerunt castra, civitatem designavit, portasque fecit, que hactenus videntur a navigantibus. Hec agenti per noctem Deus apparuit, monens ut alium quereret locum, eumque ducens ad Bizantium Traciae, illic eum habitare et edificare iussit. Hanc igitur auxit et maximo eam muro circumdedit, et de nomine suo Constantinopolim appellavit, et secundam Romam lege firmavit.

Ekk. 334. 336. 27. Athanasius Alexandriae ordinatur episcopus.

Ekk. 338. 337. 28. Romae Marcus papa sedit menses 8.

Hier. 335. 338. 29. Edicto Constantini omnia gentilium templa subvertuntur.

Hier. 339. 30. Constantinus cum filiis suis honorificas ad Antonium litteras misit.

Ekk. 340. 31. Constantia Constantini soror, uxor Licinii, moriens Arrianum quendam presbyterum fratri commendat. Cumque religiosissimus imperator potius christianitate gauderet, et vere Dei testimonio fidem Nicenam roborari cognosceret, cum tres haberet filios, eos cesares appellavit et singulos eorum per decenos annos participes imperii esse constituit, id est primum qui est sui nominis Constantinum Hesperiarum partium in decennali suo fecit habere principatum, secundum vero avi nomine nuncupatum Constantium in vicennalibus suis cesarem in oriente constituit, iuniorem vero Constantem in suis tricennalibus ordinavit. Anno vero post hec transacto, ingressus sexagesimum quintum etatis annum egritudine captus, ex urbe Constantinopolitana quasi ad calidas aquas egressus est. Qui dum in Nicomedia degeret, facto testamento tribus filiis constitutis heredibus defunctus est. Corpus autem eius in aureo loculo collocatum, ad Constantinopolim est devectum et in palatii celso loco repositum, quod in multis honoribus atque veneratione quasi viveret habebatur, donec aliquis filiorum eius assisteret. Postea vero ab oriente Constantio veniente cum imperialibus exequiis funus eius sepultum est in apostolorum aecclesia. Vixit autem Constantinus imperator annis 65, et regnavit annis 30 et dimidio, et de terreno ad perenne migravit regnum vicesima secunda die mensis Maii, erat autem annus secundus[c] ducentesime et octavae Olimpiadis. Ekk. 341. Scribunt autem quidam Constantinum in heresim Arrianam corruisse; sed hoc ecclesiastica non docet historia, quae sub magna religione illum decessisse narrat.

Ekk. Annus Domini 341. Constancii 1. Constantius Constantini filius, 35. ab Augusto, adeptus imperium annis 23 regnavit. Divisum autem erat imperium in quatuor partes. Nam Constantinus cuncta trans Alpes obtinuit, Constans vero in Italia et Illirico et Affrica imperavit, Constantius quoque Asiam et orientem ad regendum suscepit, Dalmatius autem cf. Ann. Quedl. p. 29. eorum fratruelis in Tracia et Macedonia regnavit. Sed his tribus brevi tempore interfectis, solus Constantius obtinuit monarchiam.

Ekk. 341. 342. 2. Dalmatius, prosperrima indole patruo haut dissimilis, a militibus occisus est, Constantio patruele suo sinente magis quam iubente.

Ekk. 341. 343. 3. Orta est discordia inter Constantinum et Constantem propter Italiam et Affricam. Constantinus itaque, dum nititur partes fratris iunioris invadere, bellum movit contra eum, sed dum inconsultius apud Aquileiam praelium adgressus est, a Constantis militibus occisus est, et in fluvium cui nomen Alsa est proiectus.

Ekk. 345. 344. 4. Maximinus Trevirorum episcopus clarus habetur, a quo Athanasius Alexandrinus episcopus, a Constantio profugus, honorifice suscipitur.

Hier. 345. 5. Franci a Constante perdomiti, pacem petunt.

a) *ita ed.* achatis *c.* b) *ita emendavi;* contractu : : : *c.* c) secundum *corr.* secundus *cod.*

346. 6. Arriana heresis, Constantii fulta praesidio, omnes non suae partis episcopos persequitur. Ekk. 341.

347. 7. Paulus Constantinopolitanus episcopus ab Arrianis expellitur, et Macedonius substituitur, a quo heresis Macedoniana. Hier. 345.

348. 8. Sapor Persarum rex christianos persequitur. Hier. 347.

349. 9. Athanasius ad Constantis litteras Alexandriam regreditur. Ekk.

350. 10. Magnis rei publicae expensis in Seleucia Siriae portus effectus. Hier. 351.

351. 11. Eusebius Misenus, Arrianae signifer factionis, multa et varia scripsit. Hier.

352. 12. Maximus post Macharium Iherosolimorum episcopus moritur, post quem heretici ecclesiam[a] invadunt. Hier.

353. 13. Romanae ecclesiae[a] 34. ordinatur Liberius, quo in exilium ob fidem truso, omnes clerici iuraverunt, quod nullum alium susciperent, et multi eorum periuraverunt. Nam cum Felix ab Arrianis fuisset substitutus, quidam eum recceperunt, sed post annum cum eo pariter eiecti sunt; quia Liberius tedio victus exilii et in heretica pravitate Romam quasi victor intraverat. Constans haut longe ab Hispania castro cui Helene nomen est, interficitur anno aetatis 30, Magne tio arripiente imperium. Hier. 352. Hier. 353.

354. 14. Gallus Constancii patruelis cesar factus. Felix papa cum Constantium convinceret esse hereticum eiectus est, et Liberius heresi subscribens est restitutus. Hier. Ekk. 355.

355. 15. Gallus apud Anthiochiam quosdam nobilium interficit. Hier.

356. 16. Victorinus rethor et Donatus grammaticus Romae insignes habentur. Ekk.

357. 17. Iulianus frater[b] Galli, interventu Eusebiae augustae morti subtractus, cesar efficitur. Ekk. 341 et 357.

358. 18. Eusebius Vercellensis et Dionisius Mediolanensis et Lucifer Carolitanus episcopi exilio deportantur. Ekk.

359. 19. Antonius abbas migravit anno etatis centesimo quinto. Ekk.

360. 20. Ossa Andreae apostoli et Lucae ewangeliste et Thimothei Constantinopolim sunt allata. Ekk.

361. 21. Paulinus Trevirorum episcopus in exilio moritur. Hilarius Pictaviensis episcopus Arrianorum instinctu a Constantio in Frigia exiliatur cum Dionisio Mediolanensi et Eusebio Vercellensi, sed quarto exilii anno, cum librum Constantio de fide porrexisset, redire permissus est. Ekk.

362. 22. Synodus apud Ariminum et Seleutiam Ysauriae facta, in qua antiqua patrum fides damnata est. Sed Gallia per Hilarium huius concilii dolos vitavit. Hier. 363. Hier. 364.

363. 23. Constantius inter hec bellum Parthis praeparans, cum audisset Iulianum ad imperium inhiare, Parthica expeditione rediit, et inter Ciliciam et Capadotiam febri acerrima quam indignatio augebat moritur, anno aetatis suae 45. Hic in principio admodum mansuetus et magnae tranquillitatis fuit, sed ventosae levitatis, ita ut in Arrianam pravitatem declinans, primo Athanasium, dehinc omnes non suae partis episcopos exiliis carceribus et variis persecutionum generibus insequeretur, licet frequenter a fratribus Constantino et Constante correptus litteris et legationibus, ut paternae recordaretur religionis et pietatis, emendationem promitteret. Ekk. 341.

Annus Domini 364. Iuliani 1. Claudius Iulianus cesar 36. ab Augusto imperium accepit et annis 2 regnavit et mensibus 8. De cuius genere ac disciplina, et quomodo apostataverit[c] vel qualiter ad regnum pervenerit, pauca dicenda sunt. Constantinus qui Bizantium suo nomine Constantinopolim appellavit, duos habuit ex eodem patre non eadem matre germanos, quorum unus Dalmatius, alter Constantius vocabatur, et Dalmatius quidem sui nominis habuit filium, Constantius autem duos habuit natos, Gallum et Iulianum. Post mortem vero Constantini dum milites Dalmatium iuniorem peremissent, tunc et isti defuncto iam patre pene mortis periculum sustinuerant, nisi Gallum quidem egritudo que putabatur inevitabilis liberasset, Iulianum vero etas infantilis. Erat enim annorum octo. Cumque ab eis fervor imperatoris quievisset, Gallus quidem circa Ephesum apud doctores erat, porro Iulianus crescens in auditoriis Constantinopolitanae urbis exercebatur, in basilica ubi doctores erant, habitu privato incedens. Rethoricam vero legebat apud Eubalum sophistam tunc christianum, quod providentia quippe Constantii gestum est, ne apud paganum sophistam legens, ad eius supersticionis dogma declinaret. Erat enim Iulianus ab initio christianus. Cumque fama per populum volitaret, quod posset etiam gubernare rem publicam, Constantius misit eum ab urbe regia in Nicomediam, praecipiens ne conveniret apud Libanium Sirum sophistam paganum. Supervenit autem in Nicomediam Maximus philosophus, quem postea quasi artes magicas exercentem Valentinianus imperator iussit occidi. Tunc igitur non ob aliam causam in Nicomediam venerat, nisi Iuliani fama protractus. Apud quem Iulianus cum verba philosophica praegustasset, cepit etiam doctoris imitari religionem. Hic enim etiam imperii cupidinem animo eius immiserat. Cumque hec non laterent aures imperatoris, inter spem metumque positus, suspicionem celare volens tonsus monachicam simulabat vitam. Denique in aecclesia Nicomedie lector est constitutus, et sub hoc habitu furorem[d] declinavit imperatoris. Hec equidem pro timore faciebat, dicebatque plurimis amicorum suorum, felicia fore tempora, quibus ipse rerum potiretur imperio. Post paululum vero interemto fratre eius Gallo, Iulianus quoque suspectus fit imperatori, sed interventu Eusebiae augustae nichil mali passus est, sed ad philosophandum Athenas est missus. Discurrens autem Iulianus totam Helladiam, vates querebat responsa reddentes, consulens si res[e] publica ad suam imperium perveniret. Invenitque virum qui ei desiderata se dicere fatebatur; is eum perducens ad quendam idolorum locum et intromittens in aditum, demones evocavit. Quibus apparentibus, terrore compellitur Iulianus in fronte sua crucis formare signaculum, et repente demones disparuerunt. Tunc magus culpare cepit Iulianum. At ille et terrorem insinuavit, et crucis se dixit obstupuisse virtutem, eo quod videntes hoc demones evanuerunt. Porro magus: *Non hoc estimes*, inquit, *o bone vir, quod timuerint, sed abhominati potius hoc signum abcesserunt*, et ita capiens miserum odio replevit christiani signaculi Iulianum. Post hec Constantius evocans Iulianum, constituit eum cesarem, dansque ei sororem suam coniugem, contra barbaros eum destinavit ad Gallias; et dum quandam civitatem fuisset ingressus, corona laurea, quibus solent civitates ornari, inter columnas pendens, rupta fune super eius caput decidit, et aptissime eum coronavit. Quo facto cuncti clamaverunt, quod ei signum foret imperii. Contra barbaros vero fortiter agens, regem eorum captum transmisit Constantio, et augustus a militibus appellatur. Cumque corona imperialis deesset, unus signa portantium torquem sumens, Iuliani capiti circumposuit, et hoc modo imperator est factus, statimque contra Constantium intestinum praeparatur bellum. Quod cum sine multo sanguine finiri non posset, Deus consiliorum iudex unum sine alterius concertatione finivit. Iulianus igitur in ipso principio imperii ita impudenter negavit christianam fidem, ut quibusdam sacrificiis et invocationibus babtisma studeret abluere, et dum aliquando idolis sacrificaret, apparuit signum crucis in visceribus pecudis corona circumdatum. Quo viso ministri sunt perterriti, estimantes huiusmodi religionis virtutem et christiani dogmatis eternitatem, eo quod corona indicium esset victoriae; Iulianus vero confortans eos, dixit prospera esse iudicia, quoniam signum dogmatis christiani per se coerceretur, et quia ei quo vellet dilatari non liceret,

a) ecles. *saepius cod.* b) ifrater *cod.* c) apostataverat *corr.* apostataverit *cod.* d) furoris *corr.* furorem *cod.* e) rex *corr.* res *cod.*

circuli esset termino consertum. Quod tunc pagani contra religionem egerint Iuliani solatio[a], multa sunt et propriis libris egentia. In Ascalonia sacerdotum et virginum dividentes uteros et ordeo impientes porcis apponebant. In Sebastia vero Iohannis babtiste sepulcrum aperuerunt, ignique tradiderunt, ossa vero ac pulverem disperserunt.

365. 2. Iulianus Galileorum filiis, sic enim Salvatoris nostri cultores denominabat, poetarum et rethorum atque philosophorum legere disciplinas prohibuit. Deinde Galileos militiis expulit[b]. Iulianus nullum iniquitatis genus ommittens, etiam Iudeos contra christianos armavit; primumque convocans requisivit, cur eis praecipiente lege immolare nequaquam sacrificiis uterentur. Cumque respondissent, uno tantum loco sibi offerendi sacrificium fuisse permissum, repente Deo odibilis iussit destructum resuscitari templum, credens infelix dominicum verbum se destruere, cuius per hoc veritatem magis ostendit. Haec itaque verba Iudei libenter accipientes, cunctis per diversum terrarum orbem mandavere Iudeis. Qui undique concurrentes, pecunias ad edificium alacriter offerebant; ministravit quoque plurimum ipse Iulianus, non largitatis gratia set veritati repugnans. Dicitur etiam, quod ad repurgium faciendum argenteas hamas et cofinos et scafas habuerint. Cumque die multitudo fodisset, nocte spontanea terra de valle crescebat. Cumque gipsi et calcis multa modiorum milia congregassent, vis magna ventorum repente respirans omnino dispersit, et adhuc vesanientibus eis primo terre motus factus est; cum vero neque hoc terrerentur indicio, ignis ex fundamentis egrediens fodientium plurimos concremavit, nocte quoque una porticus cadens cum tecto dormientes oppressit; et sic Iudei ad propria sunt reversi. Interim cum Perse mortuum cognovissent Constantium, capta fiducia ad terminos venerunt Romanorum, denunciantes bellum. Ob quam rem Iulianus congregato exercitu, misit in Delfim et Delum et Dodonem ad percipienda responsa idolorum. Tunc universi vates et pugnandi fiduciam dabant et victoriam promittebant. Pergens igitur ad bellum, diis suis sanguinem vovit christianorum; et theatrum statuens in Iherusalem, interminatus est, sacerdotes et monachos et virgines sacras illic se beatiis traditurum, cum victor reverteretur in pace. In Anthiochia vero vir quidam optimus pedagogus adolescentium habitabat, eratque illic famosissimus sophista Libanius impius, exspectavitque Iuliani victoriam, habens prae oculis eius minas. Ergo interrogavit pedagogum[c], nostram deridendo religionem: *Nunc*, inquit, *fabri filius quid putas agit?* At ille plenus gratia divina, respondit: *O sophista, locellum sepulturae Iuliano componit.* Post paucos itaque dies mors illius nunciatur erronei, et in locello positus est advectus, minarumque timor evacuatus est. De cuius interitu diversi diversa sentiunt. Nam cum praesidens in equo exercitum confortaret, iaculum repente delatum discurrens per brachium in eius latus immersum est, et ex hoc vulnere suscepit terminum vite. Quis vero iustissimum intulerit vulnus, hactenus ignoratur. Sed alii quendam invisibilium hoc intulisse ferunt, alii unum pastorum Ismahelitarum, alii militem fame et itinere fatigatum. Sed sive homo sive angelus fuerit, palam est, quod divinis iussionibus ministravit. Dum vero fuisset vulneratus, manum sanguine suo complevit, et in aerem sparsit dicens: *Galilee, vicisti!* confessus cum blasfemia victoriam. Verumtamen in libro vitae sancti Basilii legitur certissime, per Mercurium martirem Iulianum fuisse interemptum. Periit ergo Iulianus in regione Persica, sexta die Iunii mensis, anno tercio imperii sui, septimo vero ex quo cesar a Constantio est factus, vite vero 31.[d]

Ekh. Annus Domini 366. Ioviani 1. Iovianus ab Augusto 37. imperium suscepit et menses 8 regnavit, genitus patre Baroniano incola provinciae Pannoniae. Cuius pater cum filios crebro amitteret, per sompnum ei dictum est, ut eum, qui partu instante edendus foret, Iovianum diceret. Fuit insignis corpore, letus ingenio, studiosus in litteris, fortis viribus, miles illo tempore quo Iulianus impius legem militibus proposuerat, ut aut sacrificarent aut militia decederent. Qui cingulum magis elegit ammittere, quam praeceptis imperatoris obedire. Sed Iulianus propter belli necessitatem tunc eum inter milites habebat. Hic cum a militibus violenter ad imperium raperetur, clamavit se nolle paganis hominibus imperare, cum ipse esset christianus. Dumque omnium vox communiter proclamaret, se quoque christianos esse, suscepit imperium. Facta autem pace cum Persis, ingeniose exercitum reduxit illesum, quem Iulianus responsis idolorum nimis credulus in periculis dereliquerat. Dein cum Constantinopolim festinaret, venit ad praedium Dadastam, ubi tempore hiemis languore constrictus, cum in novo cubiculo recubaret, calore prunarum et nitore parietum nuper calce illitorum suffocatus obiit, octavo mense imperii sui, anno vitae 33. 13. Kalendas Septembris.

Ekh. Annus Domini 367. Valentiniani 1. Valentinianus 38. ab Augusto imperator efficitur, vir optimus et apice principali dignissimus, qui regnavit annis 11. Iste fuit Pannonius genere, de Cybala civitate, cuius pater Gracianus mediocri stirpe ortus, Funarius est appellatus, eo quod quadam die venalem funem portanti quinque milites nequiverunt extorquere. Qui merito accitus in militiam, usque ad praefecturae praetoriane dignitatem ascendit. Ob cuius commendationem apud milites Valentiniano oblatum est imperium. Qui cum sub Iuliano apostata scutariorum tribunus esset, et integram fidem haberet, et Iulianus quadam die templum Fortunae ingrederetur, ministri templi ex utraque parte ianuarum stantes, aspersione aque, sicut ipsi dicebant, ingredientes purgabant. Tunc Valentinianus praecedens imperatorem ut aspersionis guttam sua vidit in clamide, indignatus pugno percussit templi ministrum, dicens se maculari potius quam purgari. Quod videns imperator, iussit ut aut sacrificaret aut militia discederet, et mox sponte discessit. Nec mora Iuliano interfecto et Ioviano mortuo, in loco persecutoris sui suscepit imperium. Hic primo imperii sui anno fratrem suum Valentem consortem regni facit, largiens ei partes orientales, sibi occidentales retentans.

Ekh. 367 et 368. 368. 2. Valentinianus filium Gratianum cesarem facit hortatu Serenae uxoris suae. Damasus papa 39. sedit annis 18 sub seditione tamen, quia Ursinus diaconus Romanae ecclesiae sacerdotium sibi usurpaverat. Damasus vero constituit, ut die noctuque psalmi in ecclesia dicantur.

Ekh. 367. 369. 3. Valentinianus cuiusdam Iustinae virginis amore captus, legem proposuit, ut quilibet impune qui vellet bina matrimonia susciperet, et sic ipse Iustinam duxit, Serena nequaquam abiecta. Ex qua generatus est ei filius Valentinianus et tres filiae, Iusta, Grata et Galla, quarum duae in virginitate permanserunt, Gallam vero Theodosius maior postea duxit uxorem.

Ekh. 369. 370. 4. Lana vera pluviae permixta fluxit de nubibus.

Ekh. 371. 5. Athalaricus rex Gothorum christianos in sua gente persequitur.

Hier. 372. 6. Nicea terre motu funditus eversa est.

Ekh. 373. 7. Valentinianus Saxones cede perdomuit in Francia.

Hier. 376. 374. 8. Didimus Alexandrinus multa de nostro dogmate commentatur per notarios, quia quinquennio cecus elementorum ignarus fuit.

Ekh. 375. 9. Martinus Thuronis ordinatur episcopus.

Ekh. Hier. 377. 376. 10. Magnentia nobilissima Romanorum, Iherosolimam veniens in tantum virtutibus et humilitate claruit, ut Teclae nomen acceperit. Auxentio Arriano Mediolanensium episcopo defuncto, Ambrosius praesidatum urbis agens,

a) *in margine suppleta.* b) *tota fere pagina 28. in codice vacua relicta, 28' pergitur.* c) populus *corr.* pedagogum *cod.* d) 11 *lineae vacuae relictae nova col. incipiente.*

necdum babtizatus communi civium consensu episcopus eligitur, iubenteque Valentiniano babtizatur et ordinatur, per quem omnis Italia ab heresi liberatur.

377. 11. Valentinianus rupta vena nuper incisa moritur. [Ekk.]

Annus Domini 378. Valentis 1. Valens vero frater Valentiniani cum regnasset cum fratre annis 11, post mortem [Ekk. 377.] fratris annos 4 regnavit cum Gratiano et Valentiniano Valentiniani filiis. Hic itaque Valens iniquitatem, quam ante conceperat, mortuo iam fratre pariebat, catholicos ubique persequens et monachos in miliciam cogens, nolentes militare crudeliter interficiens. Nam dudum suadente Dominica uxore sua ab Eudoxio Arriano episcopo rebabtizatus mox persecutionem in christianos movisset, si fratrem non timuisset. Considerabat quippe, qualem fidei zelum imperator haberet, qui sub [Oros. VII, 32.] Iuliano tantum religionis fervorem miles habuisset.

Igitur Valens perscrutari volens quis post eum regnaturus esset, nicromantiam fecit, sed diabolus eius nequitia et [Ekk. 377] crudelitate abusus, obliqua ei responsa dedit, per que multos artificiose interemit. Demonstravit enim ei 4 litteras, Θεοδ, dicens hoc nomen post Valentem imperii culmen accepturum. Unde ille zelo ductus, Theodatos, Theodoros, et Theodotos, et Theodunculos occidebat, et quicumque has litteras in principio sui nominis habebant. Hoc ergo timore multi sua nomina mutantes cum iuramento negabant. Inter ceteros autem occisus est Theodosius vir fortis, ex Hispania ducens genus, pater Theodosii postea imperatoris. Hic a Valentiniano fratre Valentis missus in Affricam, Firmium quendam in regnum sese extollentem ad mortem coegit, totamque Affricam et Mauritaniam imperio Romano subiecit. Hic cum traheretur ad mortem[a], prius in remissionem peccatorum rogavit babtizari, et sic ultro iugulum praebuit percussori.

379. 2. Basilius Cesariae Capadociae[b] episcopus claruit. [Ekk. 378]

380. 3. Athanasius Alexandriae episcopus 66. sacerdotii sui anno migrans, Petrum successorem reliquit. Hic est [Ekk. 379] Athanasius insignissimus fidei propugnator, qui per innumeras tribulationes ab Arrianis frequenter dampnatus et exulatus, mille pro Christo martyria suscepit.

381. 4. Gothi a Hunis expulsi per Traciam funduntur permittente Valente. Gothi fame compulsi rebellant Va- [Ekk. 380 et 377.] lenti, contra quos[c] ille Traianum magistrum militiae misit, qui mox victus ignominiose revertitur. Cui cum Valens mol- [Ekk. 381.] liciem exprobraret, ait: *Non ego victus sum, o imperator, sed tu, qui contra Deum pugnas; an nescis, quos ab ecclesiis* [Ekk. 377.] *expulisti, et quibus eas tradidisti?* Ille vero sera penitentia stimulatus, episcopos ceterosque sanctos revocari ab exiliis praecepit. Dehinc commissa pugna cum Gotis, victus est eius exercitus, ipse quoque sagitta sauciatus et in fugam versus, cum ob nimium dolorem de equo laberetur, in vilissimam casam deportatur, ibique supervenientibus Gotis crematur anno vitae suae 50, imperii 15. Regnavit cum fratre annos 11, post illum 4. Iusto quippe iuditio Dei ab illis est crematus, quos ille perfidiae succenderat igne. Ante quippe petentibus Gothis, ut eis praedicatores mitteret qui eos catholicam fidem instruerent, misit Arrianos doctores, sicque omnis illa gens Arriana facta est.

Annus Domini 382. Graciani 1. Gratianus filius Valentiniani 39. ab Augusto post mortem patrui sui Valentis [Ekk.] electus est ad imperium, et regnavit cum fratre Valentiniano annis 6, cum prius regnasset cum patruo annis 4. Ea tempestate Theodosius tam propter parentum nobilitatem quam propriam fortitudinem habebatur nominatissimus; set invidia dissimilium fatigatus, in Hispania morabatur, ubi et ortus fuerat et nutritus. Igitur Gratianus admodum iuvenis, cum adhuc fratrem suum puerum cerneret, et inestimabilem hostium multitudinem Romanis infusam finibus, fretus Christi potentia viriliter egit, et apud Argentariam Galliae oppidum plus quam 30 milia Alemannorum interfecit. Accitumque de Hispania Theodosium magistrum militiae fecit, eumque cum expeditione contra barbaros misit in Pannoniam. Qui vadens, fortiter cum maximis Scithiae gentibus pugnavit, et triumphavit. Mox dux optimus, exercitu disperso per urbes, ipse velociter ad principem remeavit, ipseque triumphorum suorum nuntius fuit. Quam ob rem letatus princeps Gratianus, faventibus cunctis Theodosium 33. aetatis annum gerentem apud Sirmium purpura induit Orientisque et Traciae imperio praefecit.

383. 2. Apud Mediolanum Ambrosius, Thuronis Martinus, Gregorius Nisenus, et Gregorius Nazianzenus[d], et apud [Ekk. 382.] Bethleem Iheronimus, Alexandrie Theophilus toto orbi radiabant.

384. 3. Theodosius cum Athalarico Wisigotorum rege pacem fecit, eundemque postea Constantinopolim venientem [Ekk. 382.] benivole suscepit, ibique defunctum honorifice sepeliri fecit, et hac benignitate omnes Gothos Romano imperio subiugavit.

385. 4. Theodosius veniens Thessalonicam, egritudinem incurrit, cupiensque babtizari, Antholium, eiusdem civi- [Ekk. 382.] tatis episcopum, requisivit, cuius esset fidei. Quo respondente, quod Arriana pestis in Illiricum non valuisset accedere, ab eo babtizatus est, atque ab egritudine liberatus, Archadium filium suum consortem imperii facit.

386. 5. Synodus 150 episcoporum Constantinopoli adversus Macedonium congregatur sub Damaso papa. Hic [Ekk. 384 (386).] decretum est, ut Constantinopolitanus post Romanum pontificem habeat privilegium. In Gallia quoque Itacius et Ursatius episcopi aecclesiae communione privantur, eo quod ipsorum accusatione Priscillianus hereticus sit dampnatus, episcopis nefas ducentibus cuiuslibet hominem episcoporum accusatione interfici. Unde et beatissimus Martinus a Maximo molestabatur, nolens Ithacianis communicare.

387. 6. Maximus ex Brittannia tyrannidem assumpsit, vi coactus ab exercitu, vir strennuus et imperio dignissimus, [Ekk. 382. 387.] si per tyrannidem non emersisset. Hic apud Lugdunum Gratianum occidit. Valentinianum cum Iustina matre Italia expulit.

Annus Domini 388. Theodosii 1. Theodosius, genitus patre Theodosio, matre Thermantia, interfecto per Maxi- [Ekk.] mum Gratiano, 40. ab Augusto Romanum imperium solus obtinuit, et 11 annis regnavit, cum in Oriente prius vivente Gratiano 6 annis regnaverit. Valentinianum vero, quamdiu vixit, secum regnare fecit; ipse vero bellum adversus Maximum qui tunc Aquileiae insidebat assumpsit, illumque, cum vim imperatoris ferre non possent, a militibus propriis traditum peremit. Fuit autem Theodosius propagator rei publicae et defensor eximius, clemens et misericors, communis omnibus, [Ekk. cod. D? E. 388 (p. 133).] solo habitu differens a ceteris, in omnes honorificus, in bonos profusius. Quantae autem mansuetudinis apud homines fuit, tantae humilitatis coram Domino extitit. Quod in illo comprobatur obedientie exemplo, quo beato subiectus fuisse legitur Ambrosio, prohibenti illum ingredi ecclesiae limina propter inconsiderata quorundam innocentum homicidia. Con- [ibid. p. 133.] iunx vero eius sepe eum divinas leges ammonebat, se ipsam perfecte erudiens prius. Non enim regni fastigiis elevata est, sed repente ut venit ad purpuram, claudorum atque debilium maximam habuit curam, non servis non aliis ministris utens, sed per semet ipsam agens, et ad eorum habitacula veniens unicuique quod opus habuit praebebat. Sic enim per ecclesiarum xenodochia discurrens, suis manibus ministrabat infirmis, ollas eorum tangens, ius gustans, coclearia offerens, panem frangens cibosque ministrans, calices abluens, et alia cuncta faciens que servis mos est agere. Eiusdem principis temporibus apud Palestinam in castello Emaus natus est puer integer et perfectus, sed ab umbilico sursum divisus, ita

a) coeg *addit cod.* b) Palestine, *superscr.* Capadocie *cod.* c) quem *corr.* quos *cod.* d) naizanzenus *cod. habere videtur.*

Ekk. p. 133. ut haberet duo pectora et duo capita et quoscumque sensus; et cum unus edebat et bibebat, alter non edebat, unus dormiebat, alter vigilabat; nonnumquam insimul dormiebant, ad alterutrum ludebant et flebant, et utrique se invicem percutiebant. Vixerunt autem annis ferme duobus, et unus quidem mortuus est, alter vero supervixit diebus quatuor.

Ekk. 389. 2. Theodosius vir plenus virtutibus, Valentinianum, a Maximo Italia expulsum, in regnum restituit.

Ekk. 388. p. 132. 390. 3. Theodosius Rome positus multum profuit Urbi, alia praebendo, alia auferendo.

Ekk. 391. 4. Augustinus a Manicheorum heresi per Ambrosium convertitur.

Ekk. 388. p. 132. 392. 5. Theodosius, relicto Rome Valentiniano, Constantinopolim revertitur.

Ekk. 393. 6. Iohannes monachus claruit.

Ekk. 394. 7. Siricius papa 40. sedit annis 8, et Paula et Eustochium filia eius Christo ancillantur in Bethleem.

Ekk. 395. 8. Iheronimus librum, quem de illustribus viris scribit, hic finit.

Ekk. 396. 9. Corpora Abacuc et Michee prophetarum revelantur. Didimus Alexandrinus obit.

Ekk. p. 132. 397. 10. Valentinianus fraude Arbogasti comitis sui et Eugenii gramatici dormiens suffocatus est, eiusque locum Eugenius invadit. Quod Theodosius audiens, congregavit multitudinem militarem, filiumque suum Honorium constituit imperatorem. Misit autem Eutropium eunuchum sibi fidelissimum in Thebaidam ad Iohannem monachum praescientia clarum, ut eum adduceret, aut venire nolentem de belli eventu requireret. Qui mandavit ei, quod interfecto tyranno victoria sit potiturus, sed ipse in Italia moriturus. Relictis ergo ambobus filiis in urbe Constantinopolitana, Theodosius contra Eugenium pergit. Eugenius igitur et Arbogastus cum transitus Alpium tenerent, Theodosius in summis Alpibus constitutus, ieiuniis et orationibus erat intentus. Congressione autem facta, turbo ventorum maximus a parte Theodosii in ora hostium surgebat, qui tela que ipsi mittebant in ipsos retorquebat. Eugenius itaque corruens ad pedes imperatoris, veniam petebat, sed a militibus circa pedes eius capite truncatus est; Arbogastus vero propria se manu interfecit. Theodosius autem Mediolanum veniens egritudinem incurrit, et

Ekk. p. 132. 398. 11. evocans de Constantinopoli Honorium, imperatorem Romae ordinavit, ipse vero in pace quievit 16. Kalend. Ekk. 398. Februarii, anno imperii 17, vitae 40. Augustinus Ypponi ordinatur episcopus.

Ekk. 398. Annus Domini 399. Archadii et Honorii 1. Archadius et Honorius 41. loco ab Augusto commune tenuerunt imperium diversis tantum sedibus, Archadius in Oriente, Honorius in Occidente. Hi secuti zelum patris, toto orbe templa ydolorum iubent destrui. Gildo comes Affrice a Theodosio dudum ordinatus, cognita morte eius arbitratus parum spei in puerio, cepit sibi Affricam vendicare. Cuius frater Mascehel cum esset fidelis, germani perfidiam detexit; ille vero duos filios fratris, dum pater abiret, interfecit. Contra quem ut hostem idem Mascehel cum exercitu missus est, et cum eum valde coartaret, in fugam versus, post paucos dies strangulatus est. Hesperiam vero plagam in regno Honorii primum Radigisus Scita crudelissimus cum 200 milibus Gothorum inundavit, quibus omnem Romani populi sanguinem propinare devovit. Qui comprehenditur a Romanis, et missus in carcerem ibi moritur. Tanta vero multitudo[a] Gothorum capta est, ut sicut vilia pecora venderentur. Post Radigisum Alaricus rex Gothorum intravit, et multa eis mala inferens, apud Consentiam mortuus est. Ekk. 399 Iohannes heremita obiit.

Ekk. 400. 2. Sanctus Martinus migravit.

Ekk. 401. 3. Beatus Ambrosius de seculo transivit.

Ekk. 402. 4. Anastasius papa 41. ordinatur, sedit annis 3.

Ekk. 403. 5. In Brittannia Pelagius doctrina execrabili aecclesiam[b] maculare nititur, docens inter cetera, hominem sine gratia Dei posse salvari suis meritis et hominem nasci sine peccato originali.

Ekk. 404. 6. Synodus fit Alexandrie propter doctrinam Origenis.

Ekk. 405. 7. Innocentius papa 42. sedit annis 15. Hic constituit ad missas pacis osculum dari.

Prosper. 406. 8. Attila Gothorum consilio et auxilio tyrannidem praesumit in Gallia.

Ekk. 407. 9. Severus vitam sancti Martini eleganter scribit.

Prosper. 408. 10. Honorius Romam cum triumpho ingreditur praeeunte currum eius Attila, quem tamen Lippare vivere fecit exulem.

Ekk. 408. 409. 11. Iohannes Crisostomus urgente Eudoxia augusta episcopatu abdicatus ab Archadio exilio relegatur, ubi non multo post moritur. Sed Innocentius papa et occidentales episcopi pro Iohannis praeiudicio ab orientalium se communione suspendunt. Iram Dei pro morte Iohannis nimia grandinis tempestas Constantinopoli incumbens minatur, et mors Eudoxiae augustae.

Ekk. cod. D? E. 399. 410. 12. Romae celebrato gladiatorio ludo, Achatius monachus increpans populum attentius spectaculo inhiantem, lapidatus est ab eis. Quam ob rem offensus Honorius imperator, ludum gladiatorium edicto in perpetuum removit.

Ekk. 399 et 411. 411. 13. Archadius orientalis imperator, cum regnasset post obitum patris annis 13, Constantinopoli defunctus est anno aetatis 31, relinquens filium nomine Theodosium annorum 8, quem ante mortem suam appellavit imperatorem, qui succedens patri regnavit annis 41, cum patruo Honorio 15, postea 26, qui fiunt 41. Huius tempore Claudianus et Prudentius poete insignes habentur.

Ekk. Annus Domini 412. Honorii et Theodosii 1. Honorius post mortem fratris sui cum Theodosio filio fratris regnavit annis 15.

Ekk. 411. 413. 2. Nestorius Constantinopolites episcopus, in heresim que in Christo deum ab homine separat vertitur, a quo Nestoriani . . . . . . . . . . . . . . . . . [c].

Ekk. p. 140. Annus Domini 550. Iustiniani 24. Bilisarius patricius, accusatus apud imperatorem quod adversus eum conspirasset, ablatis omnibus in custodiam missus est, sed post non multum tempus dimissus omnia recepit.

Ekk. 551. 25. Victor Capuanus episcopus librum suum de pascha scribens, Victorii redarguit errores.

Ekk. 551. 552. 26. Theodebertus filius Theoderici filii Clodovei obiit, cuius filius Theobaldus fuit.

Ekk. 553. 27. Terre motus terribilis factus est Constantinopoli et in urbibus circumquaque positis per dies 40.

Reg. p. 548. 554. 28. Imperator extruxit Constantinopoli templum, quod Greco vocabulo Agyan Sophiam nominavit, cuius opus adeo cuncta edificia excellit, ut in totis terrarum spaciis huic simile non possit inveniri.

Ekk. 555. 29. Apparuit ignis in celo quasi species lanceae.

Ekk. 556. 30. Sanctus Medardus obiit.

Ekk. 557. 31. Radegundis regina, uxor quondam Lotharii regis, mutata veste claret sanctitatis nobilitate.

Ekk. 558. 32. Gregorius, ex praetore urbano factus monachus, Romae claret.

Ekk. 559. 33. Theobaldus filius Theodeberti moritur anno regni sui 8.

a) multorum *corr.* multitudo *cod.* b) ęclesiam *saepius cod.* c) *finis quaternionis, sequens praetermissis annis* 414—549 *pergit; igitur quaternio codicis* 5. *excidit.*

560. 34. Beatus Nicetius Trevirensis archiepiscopus mira sanctitate refulget.

561. 35. Attila, rex Hunorum et totius Europe terror, a puella, quam a patre occiso vi rapuit, cultello perfossus, interiit. Ann. Quedl. p. 32.

562. 36. Hilpericus Lotharii filius regnare cepit. Ekk. 563.

563. 37. Lotharius filius Clodovei, rex Francorum, moritur anno regni sui 51, relinquens 4 filios. Ekk. 564.

564. 38. Iustinianus imperator obiit. Ekk.

Annus Domini 565. Iustini minoris 1. Iustinus minor, Iustiniani nepos, genere Trax, 49. loco ab Augusto regnavit annis 11, coronatus cum uxore sua Sophia ab Euthicio patriarcha. Hic primo erat pius et orthodoxus, et adornavit aecclesias quas Iustinianus fundaverat, dans eis thesaurum et reditus; postea vero in omnem avariciam incidit, factus exemptor pauperum, spoliator senatorum, faciens arcas ferreas, in quibus quecumque rapiebat auri talenta reconderet. Ekk.

566. 2. Armenii suscipiunt fidem. Ekk. 565. (p. 150.)

567. 3. Childebertus et Clotharius reges cum exercitu Hispaniam intrant, Cesaraugustam civitatem obsident. Cives induti ciliciis tunicam sancti Vincencii super murum circumferunt, Deum contrito corde exorantes. Reges divina inspiratione miseratione flexi obsidionem solvunt. Episcopus eiusdem civitatis Childeberto regi pro munere stolam sancti Vincencii dat. Idem rex Parisius basilicam in honorem sancti Vincencii construit. Regino 498 p. 548.

568. 4. Narses cartularius quondam Iustiniani imperatoris, sed pro bono servicio factus patricius, Totilam regem Gothorum occidit, gentemque Gothorum de Italia exterminavit. Ekk. p. 141.

569. 5. Narses Buccellinum ducem Francorum ad devastandam Italiam missum occidit, et Sindoaldum regem Brendorum qui remanserat de genere Herulorum, quas Odoacar duxerat in Italiam, apprehendit, et in alta trabe suspendit, totamque Italiam ab hostibus liberavit. Erat enim vir sapiens et catholicus, in pauperes largus, aecclesiarum reparator, in vigiliis et orationibus assiduus, in tantum ut victoriam magis oracione quam armis optineret. Ekk. p. 141.

570. 6. Romani per invidiam accusationem adversus Narsetem direxerunt ad Iustinum imperatorem et Sophyam uxorem eius dicentes: *Melius esset nobis servire Gothis quam Grecis, ubi Narses castratus imperat, et nos servicio premit, et noster sanctissimus princeps hoc nescit. Aut libera nos de manu eius, aut civitatem Romanam et nosmet ipsos gentibus trademus.* Augustus ira commotus adversus Narsetem, Longinum praefectum misit in Italiam, qui locum Narsetis[a] optineret. Sophya quoque augusta inter alia verba Romanis sic respondit de eo: *Ponam illum castratum in genicio, ut per pensam filet lanam cum puellis.* Ad hec Narses respondit: *Talem ei ordiar telam, ut quamdiu vixerit Sophya non possit deponere eam.* Et quia timuit redire Constantinopolim, contulit se Neapolim, et legatos suos ad Longobardos misit eosque in Italiam introduxit. Ekk. p. 141.

571 7. Longobardi Mediolanum intraverunt. Ekk. 570.

572 8. Gregorius Turonensis episcopus in Gallia claret. Ekk. 571.

573. 9. Rupta est pax inter Romanos et Perses. Ekk. p. 141.

574. 10. Iustinus imperator cum Aretha rege Indorum pacem fecit, mittens ei epistolam, ut se amaret contra regem Persarum eumque vastaret; quod et fecit. Ekk. p. 141.

575. 11. Iustinus imperator convocavit tam Euticium pontificem et senatum quam omnes sacerdotes et cives, et adducto cesare Tyberio palam omnibus designavit eum imperatorem, et post paucos dies moritur. Ekk. p. 150.

Annus Domini 576. Tyberii Constantini 1. Tyberius Constantinus genere Trax, 50. loco ab Augusto regnavit annis 7, coronatus ab Euticio patriarcha. Hic cum adhuc vivente Iustino praeesset palatio et ut vere christianus thesaurum multum, quem Iustinus male congregavit, peiusque in ferreis archis reposuit, pauperibus distribueret, Sophia augusta frequenter eum increpavit dicens: *Quod ego per multos annos contraho, tu modico tempore expendis.* Cui ille ait: *Confido in Domino, quia pecunia non deerit fisco regali, tantum pauperes elemosinam accipiant, et captivi redimantur.* Ekk.

577. 2. Tyberius imperator multas elemosinas fecit, unde et Deus multas ei pecunias demonstravit. Quadam itaque die deambulans per palatium, vidit in pavimento petram in qua sculptum erat sancte crucis signum, et ait: *Cruce Domini frontes et pectora nostra signare debemus, et ecce sub pedibus nostris eam calcamus;* et iussit eam auferri. Quae cum levaretur, invenerunt aliam simili modo signatam; cumque et hanc levari iussisset, apparuit tercia. Hanc quoque cum sublevassent, invenerunt plus quam mille centenaria auri. Quo sublevato, multum pauperibus largitus est ex eo. Ekk. p. 151.

578. 3. Sigebertus filius Lotharii interfectus est anno etatis 14. Ekk.

579. 4. Narses patricius magnam domum habuit, in qua cysternam faciens, multum aurum et argentum in ea recondidit, occidens omnes conscios huius rei preter unum senem, a quo iuramentum exigens omnia ei commendavit. Mortuo autem Narsete, predictus senex ad Tyberium venit et de eadem pecunia ei indicavit. Qui gavisus misit pueros suos cum eo; qui aperientes cysternam, tantam pecu m invenerunt, ut per multos dies vix potuisset deportari. Quam more suo pene omnem pauperibus erogavit. Ekk. p. 151.

580. 5. Rex Persarum congregavit exercitum contra Tyberium, contra quem ille misit ducem Mauricium, qui Perses vicit; reversusque cum victoria, honorifice a Tyberio est susceptus, dataque sibi filia imperatoris Constancia, gener eius est effectus. Similiter et Germano praetori iunxit filiam suam Charito, utrumque cesarem creans. Ekk. p. 151.

581. 6. Hilpericus rex Francorum Tyberio legatos suos misit et multa dona accepit, et aureos tales quorum unus solidus libram pensavit, et habebant ex una parte figuram imperatoris et per girum scriptum: *Tyberii Constantini perpetui augusti;* ex altera parte currum et hominem super eum, qui minabat illum, et ibi erat circumscriptum: *Gloria Romanorum.* Ekk. p. 151.

582. 7. Tiberius imperator cum infirmatus mortem sibi imminere sensisset, cum consilio Sophiae augustae Mauricium generum suum ad imperium elegit, sicque de hac luce migravit; quem universus populus ob nimiam eius bonitatem multum planxit. Fuit enim summe bonitatis, ad elemosinas promptus, in iudiciis iustus, in discretione cautissimus, nullum despiciebat, sed omnes cum bona voluntate suscipiebat, et quia omnes dilexerat, omnibus dilectus erat. Ekk. p. 151.

Annus Domini 583. Mauricii 1. Mauricius genere Cappadocus 51. loco ab Augusto, primus ex Grecorum genere adeptus imperium, regnavit annis 21. Ekk.

584. 2. Mauricius imperator consul appellatus est, et multos thesauros Urbi donavit. Ekk. p. 151.

585. 3. Suevi a Leubigildo rege victi et obtenti, Gothis subiciuntur. Mar. Chron. (587.)

586. 4. Levigildus rex Wisigotorum Arrianus, Horminigildum filium suum ob fidem catholicam, quam a Leandro episcopo perceperat, in sancta dominica paschae securi fecit occidi. Ekk.

587. 5. Hilpericus filius Lotharii moritur. Ekk. 586.

588. 6. Hilpericus Lotharius Hilperici filius regnare cepit. Ekk.

a) Nasetis *cod.*

Regino p. 549. 589. 7. Mauricius imperator Childeberto regi Francorum quinquaginta milia solidos misit, petens ut Longobardos de Italia exterminaret. Quo Italiam cum exercitu intrante, Longobardi munera tribuunt, et pacem cum eo faciunt. Imperator solidos requirit, sed ille viribus suis fretus, pro hac re nec responsum reddidit.

Regino p. 549. 590. 8. Childebertus bellum contra Hispanos movit eosque superavit. Causa autem belli hec fuit. Childebertus Ingundam sororem suam Herminildo, Levigildi regis Hispanorum filio, in coniugium tradiderat. Quem cum idem pater ob fidem catholicam occidisset, Ingundis in Gallias redire voluit, sed a pyratis capta et in Siciliam deducta ibi moritur.

MariiChron. (588.) 591. 9. Gothi, Recharedo principe intercedente, ad fidem catholicam revertuntur.

Ekk. 595. 592. 10. In Italia factum est diluvium, quale post tempus Noe creditur non fuisse, quod subsecuta est per pestem inguinariam magna mortalitas hominum, quae primum percussit papam Pelagium. Gregorius levita ob eandem cladem letaniam septiformem instituit, et paulo post annuente imperatore Mauricio ad gradum Romani pontificatus promotus est, cuius filium idem Gregorius antea de baptismate suscepit. Hic inter alia bona que fecit antiphonarium regulariter composuit, kyryeeleison et alleluia ad missam decantari, et orationem dominicam super hostiam dici constituit. In canone quoque superaddidit: *Diesque nostros in pace tua disponas* et cetera.

MariiChron. (588.) 593. 11. Avares adversus Romanos dimicantes, auro magis quam ferro pelluntur.

Ekk. p. 151. 594. 12. Mauricius imperator Philippicum quendam praetorem Orienti praefecit, cui et filiam suam Gordiam uxorem dedit, quem tamen postea regni usurpatorem suspectum habuit.

Regino p. 549. 595. 13. Mauricius iterato legationem ad Childibertum regem misit, rogans ut Longobardos ab Italia removeret. Qui exercitum in Italiam direxit, et commissa cum Longobardis pugna, Francorum exercitus terga vertit.

Ekk. 596 et 603. 596. 13. Gregorius papa Augustinum, Mellitum, Iohannem cum aliis pluribus monachis ad praedicandum Anglis Christi ewangelium misit.

Ekk. 597. 14. Guntrammus rex filius Lotharii moritur.

Ekk. 583. p. 151. 598. 15. Mauricius ad exercendam in Gregorium papam tyrannidem exarsit eo quod idem Gregorius, regiam dignitatem minime reveritus, nimiam eius avariciam frequenter increparet.

Ekk. 599. 16. Hildebertus filius Sigeberti obiit.

Ekk. 600. 17. Sanctus Goar veniens ex Aquitania claret in Gallia.

Ekk. p. 151. 601. 18. Vir quidam monachico indutus habitu, spatam in dextera tenens, a foro usque ad aeneam gladiatoris statuam discurrit, et imperatorem gladio moriturum omnibus pronuntiavit. Quod Mauricius audiens, a tyrannide Gregorio inferenda se continuit. Recognoscens etiam excessum quem in captivatione multorum fecerat; — multa enim prelia in diversis regionibus preliatus — compositas scripsit preces eidem Gregorio, et ad omnes patriarchales sedes et ad monasteria omnium civitatum sive solitudinum cum cereis et tymiamatibus et pecuniis transmisit, et ut pro peccatis suis intercederent supplicavit, hoc potissimum deprecans, ut hic et non in futuro que meruit reciperet.

Ekk. 601. 602. 20. Contentio inter Romanam ecclesiam et Iohannis Constantinopolitani episcopi arrogantiam nomen sibi universalis patriarche usurpantis, sub Pelagio concepta et a Gregorio non leniter ventilata, non ante qui scere potuit, Ekk. 603. quam idem Iohannes subita morte interiit. Tunica Domini inconsutilis[a] in Zaphat procul ad Hierusalem in archa marmorea reperitur, que a Gregorio Anthioceno et Thoma Iherosolimitano et Iohanne Constantinopolitano, et aliis multis Ekk. p. 151. 152. episcopis Iherosolimam reducta, posita est in aecclesia ubi crux Domini adoratur. Mauricius imperator digna penitentia se astringens, precibus et lacrimis indefessis a Deo postulabat, ut in hoc seculo peccatorum suorum penas solveret. Quadam autem nocte vidit in somnis apud aeneam palatii portam se coram populo multo imagini domini Salvatoris assistere, et vocem terribilem ex eadem imagine se audire dicentem: *Date Mauricium!* Et tenentes eum iudiciorum ministri, posuerunt eum apud purpureum umbilicum, qui illic erat. Cui eadem vox imaginis ait: *Ubi vis reddam mala que fecisti, hic an in futuro seculo?* At ille respondit: *Amator hominum Domine, et iudex iuste, hic mihi potius quam in futuro retribue!* Et iussit divina vox eum et Constanciam uxorem eius et filios et omnem cognationem eius tradi Focae militi. Evigilans autem Mauricius, fecit vocari Philippicum generum suum, quem dudum suspicabatur velle sibi regnum surripere. At ille pro suspicione praedicta se perdendum credens, advocatae ad se Gordie uxori suae ultimum vale dixit, sacramentoque communionis accepto veniens[b] ad palatium, ad pedes imperatoris procidit. Cui assurgens imperator, ad pedes eius nichilominus corruit dicens: *Ignosce mihi rogo propter Deum, quia peccavi in te; nunc enim certissime novi, quod nichil peccaveris in me. Si quem vero scias in exercitu nostro qui Focas nominetur, dicito mihi.* Cui Phylippicus ait: *Unum scio sic vocatum, qui nuper ab exercitu procurator positus, tuo contradicebat imperio. Est enim iuvenis temerarius, at tamen timidus.* Et Mauricius ait: *Si est timidus, profecto et homicida;* et narravit Philippico somnium quod vidit. Porro nocte illa visa est cometa. In crastinum vero venit Magistrianus quem miserat ad heremitas, ferens ab eis huiusmodi responsum: *Deus recepta penitencia tua salvabit animam tuam, et cum tota domo tua in numero sanctorum te constituet, ab imperio vero cum ignominia discedes.* His auditis, Mauricius glorificavit Deum magnifice.

Ekk. p. 152. 603. 21. Mauricius imperator penitenciam quidem tenuit, sed avariciam non deseruit, adeo ut exercitum in periculosis locis hyemare et victum ab extraneis iuberet cum periculo querere, ne videlicet alimenta publica ministraret[c]. Quod audiens exercitus in sedicionem convertitur, exaltatumque super clypeum Focam imperatorem proclamat exarchum. Commoto autem gravi tumultu Constantinopoli, Mauricius mutata veste cum uxore et filiis noctu fugiens, apud sanctum Anthomon venit. At Focas in septimum miliarium cum exercitu veniens imperator efficitur, a quo Mauricius cum uxore et filiis penes Calcedonem missus decollatur. Verum Mauricius pacienter infelicitatem sustinuit, Deum in omnibus invocans et crebro pronuncians: *Iustus es, Domine, et rectum iudicium tuum.* Fertur autem, quod eo occiso lac cum sanguine fluxerit, ita ut omnes inspicientes dire lamentarentur.

Ekk. Annus Domini 604. Foce 1. Focas quidam, Prisci patritii quondam strator, post ad miliciam provectus, deinde a populo procurator factus, 52. loco ab Augusto imperium invasit et 8 annis regnavit.

Ekk. 605. 2. Beatus papa Gregorius migravit ad Dominum.

Ekk. 606. 3. Savinianus papa 67. annum 1, menses 5. Libros Gregorii papae Romanis exurere volentibus obstitit Petrus diaconus, prodens se Spiritum sanctum specię columbae super caput Gregorii tractantis sedentem vidisse, idque confirmans iurisiurandi sacramento, mox moriens ex condicto fidem fecit suo testimonio.

Ekk. 604 et 607. 607. 4. Bonifacius papa 68. sedit annum 1, menses 8. Huius rogatu Focas constituit, sedem Romanae aecclesiae caput esse omnium[d] aecclesiarum, quia antea Constantinopolitana aecclesia se scribebat primam omnium.

Ekk. (604.) p. 152. 608. 5. Cosdroe rex Persarum adversus rem publicam bella gravissima gerens, multas Romanorum provincias et ipsam Ierosolimam vastavit, aecclesias vastavit, sancta prophanavit, ornamenta omnia abstulit, inter que etiam vexillum dominicae crucis abduxit.

a) *ita codex.* b) veniensque *corr.* veniens *cod.* c) ministraro *cod.* d) *cod.* omni *littera* m *erasa.*

609. 6. Bonifacius papa sedit annos 6, menses 8. Huius rogatu Focas iussit in veteri phano quod Pantheon vocabatur, ablatis idolorum sordibus, ecclesiam beatae semper virginis Mariae et omnium sanctorum fieri, ut ubi quondam omnium demonum cultus agebatur, ibi deinceps omnium sanctorum memoria coleretur. Ekk. 604 et 609.

610. 7. Alexandriae Iohannes episcopus claruit, qui ob eximiam in Christum liberalitatem nomen cleymonis, id est elemosinarii, meruit. Ekk.

611. 8. Focas imperator cum homicidia aliaque mala multa fecisset in populo, Priscus patricius gener eius dolens pro his scripsit Heraclio patricio et pretori Affricae, ut filium suum Heraclium mitteret, quatenus contra Focam tyrannum veniret. Qui veniens pugnavit cum eo et vicit eum; vulgus autem apprehensum eum interfecit, et in igne apud taurum concremavit. Ekk. 604 et 611.

Annus Domini 612. Heraclii 1. Heraclius 53. loco ab Augusto accepit imperium, regnavitque annis 27, coronaturque a Sergio patriarcha in oratorio sancti Stephani, quod est in palatio, cum desponsata sibi Euxdoxia, simulque acceperunt nuptiarum coronas, et in una eademque die Heraclius et imperator et sponsus efficitur. Ekk.

613. 2. Nascitur imperatori filius de Eudoxia Heraclius minor, qui et Constantinus novus dictus est, et mortua est augusta eodem anno. Ekk. 612.

614. 3. Heraclius imperator inceste duxit Martinam neptem suam, sororis sue filiam, quae coronata est in augustam a Sergio patriarcha heretico. De qua suscepit filium Heraclonam. Ekk. 612.

615. 4. Anastasius Persa monachus factus est. Ekk.

616. 5. Deusdedit papa sedit annis 3. Ekk.

617. 6. Lupus Senonensis episcopus claret, cui aliquando eucharistiam consecranti gemma de celo in calicem descendit. Ekk. 616.

618. 7. Edwinus rex Anglorum efficitur. Ekk.

619. 8. Heraclius misit in Persidem legatos ad Cosdroen postulans pacem. Qui sprevit eos dicens: *Non parcam vobis donec crucifixum, quem Deum esse fatemini, abnegetis, et solem adoretis.* Bonifacius papa sedit annos 5. Ekk. p. 152. Ekk. 623.

620. 9. Chaianus rex Avarum direxit aciem contra Tracem, sed missis ab Eraclio legatis fecit cum eo pacem. Ekk. p. 152.

621. 10. Eleutherius patricius et exarchus invasit imperium, sed veniens Romam in castrum quod dicitur Luceolis, ibidem a militibus Ravennatibus interfectus est, et capud eius Constantinopoli ad imperatorem transmissum est. G. Bonif. V.

622. 11. Anastasius monachus passus est. Hic natus in Persidae, magicas a patre adhuc puer didicit artes, sed ubi a captivis christianis Christi nomen acceperat, in eum toto animo conversus Ierosolimis baptismum percepit, et quarto ab eadem civitate miliario monasterium abbatis Anastasii intravit. Ubi 7 annis regulariter vivens, dum Cesaream Palestinae orationis causa venisset, captus a Persis et multa diu verbera passus, inter carceres et vincula iudice Marzobana tandem mittitur ad regem Cosdroe, a quo tercio verberatus, ad extremum una manu per tres horas suspensus, sicque decollatus, martyrium cum aliis 70 peregit. Cuius tunica demoniacus quidam vestitus mox curatus est. Ekk. p. 153.

623. 12. Heraclius imperator contracta omni milicia movit exercitum suum in Persidem, multaque prelia committens cum diversis ducibus, per 6 annos Persidem devastavit, occisoque Cosdroe 7. anno Constantinopolim rediit. Ekk. p. 152. 153.

624. 13. Honorius papa 72. sedit annis 12.

625. 14. Desiderius[a] Viennensis episcopus consilio Brunehildis a Theoderico rege lapidibus obrutus martirizatur. Ekk. p. 153.

626. 15. Mahumet apud Arabes et Sarracenos magnus habetur, adeo ut etiam christus, qui ab eis exspectabatur, esse putaretur. Hic erat pseudopropheta, natus de stirpe Hismahel. Qui cum esset inops, seduxit quandam viduam divitem, tollensque eam uxorem, habuit omnem substanciam eius. Porro habebat passionem epylempsiae, id est morbum caducum. Quo comperto uxor eius valde contristabatur, sed ipse eam consolabatur dicens: *Visionem angeli Gabrihelis contemplor, cuius aspectum non ferens mente cado et deficio.* Ipsa vero cum haberet quendam amicum propter infidelitatem suam ibi exulantem, indicavit ei verba viri sui et nomen angeli. At ille volens ei placere, respondit: *Veritatem locutus est. Iste enim angelus mittitur ad omnes prophetas.* Quae credens ei, predicavit aliis mulieribus vicinis suis, prophetam eum esse, et sic ex feminis fama venit ad viros, et postea tantus habitus est, ut et vivus et post mortem pro Deo coleretur. Ekk. p. 153.

627. 16. Reliquie beati Anastasii martiris primum monasterio suo, deinde Romam advecte venerantur in monasterio sancti Pauli apostoli, quod dicitur ad Aquas Silvias. Ekk. p. 153.

628. 17. Ysidorus Hispalensis doctrina claret. Ekk. 627.

629. 18. Heraclius imperator interfecto Cosdroe rege Persarum crucem dominicam, quam ille Ierosolimis abstulerat, revexit Constantinopolim. Ekk.

630. 19. Heraclius crucem dominicam cum debita veneratione Ierosolimam reduxit, et exaltacionis eius celebritatem annuatim dedicavit. Ekk. 629.

631. 20. Lotharius Hilperici filius moritur, relinquens successorem filium suum Dagobertum. Ekk.

632. 21. Heraclius a Sergio patriarcha et ab Anastasio quodam aliisque hereticis circumventus, in Euticianam lapsus heresim, et mathematicus et astrologus factus est. Ekk. p. 153.

633. 22. Heraclius videns in astris, imperium suum a circumcisis gentibus esse vastandum, per omnes imperii sui provincias Iudeos baptizari praecepit. Ekk. p. 153.

634. 23. Heraclius missis legatis ad Dagobertum regem Francorum, omnes regni eius Iudeos baptizari petiit et impetravit. Ekk. p. 153.

635. 24. Agareni qui et Sarraceni, gens circumcisa, provincias Heraclii vastant. Contra quos dum Heraclius dimicaret, centum quinquaginta milia militum eius Sarraceni interficiunt, et spolia eorum Heraclio remittunt. Que ille non recepit, sed magis de ultione cogitavit. Ekk. p. 153.

636. 25. Heraclius portas Caspias, quas Alexander Magnus Macedo super mare Caspium fecit, et propter multitudinem sevissimarum gentium serari iussit, aperuit, indeque centum milia auro armata cum omnibus universarum provinciarum militibus contra Sarracenos in prelium misit. Cumque in crastinum essent preliaturi, ipsa nocte quinquaginta duo milia in castris Heraclii percussit angelus Dei. Unde videns Heraclius, se nequaquam posse resistere, merore correptus factus est hydropicus. Ekk. p. 153.

637. 26. Severinus papa 73. sedit menses duos, Iohannes papa sedit annum 1, menses 9. Ekk. 638.

638. 27. Heraclius imperator hydropicus moritur. Ekk.

Annus Domini 639. Constantini 1. Constantinus filius Heraclii et Eudoxie 54. loco ab Augusto suscepit imperium, qui cum regnaret menses 4, a noverca sua Martina et Pyrro patriarcha veneno necatur, ipsaque cum filio suo Heraclona dominatur. Ekk.

a) Desideius *cod.*

Ekk. 640. 2. Sanctus Arnolfus ex maiore domus Mettensium episcopus, ex episcopo solitarius[a], dormivit in Christo.

Ekk. 639. 641. Senatus Constantinopolitanus et omnis populus indignatione iusta commotus, lingua Martinae et naso Heraclone absciso, eos in exilium destinavit, Pyrrum quoque patriarcham expulit, et Constantem filium Constantini nepotem Heraclii in imperium promovit.

Ekk. Annus Domini 642. Constantis 1. Constans filius Constantini 55. loco ab Augusto regnavit annis 28.

Ekk. 643. 2. Oswaldus rex Nordanymbrorum a Penda Merciorum rege peremptus, rex et martir migravit ad Dominum.

cf. Ekk. 649. 644. 3. Martianus papa sedit annis 6.

Ekk. 645. 4. Dagobertus rex filium suum Sigebertum regnaturum in Austriam misit Pippino et sancto Cuniberto Coloniensi episcopo.

Ekk. p. 154. 646. 5. Paulus patriarcha, Pyrri tam in heresi quam in cathedra episcopali successor, aperta persecutione catholicos cruciat, apocrisiarios sancte Romane ecclesie ad correctionem eius missos partim carceribus, partim exiliis, partim verberibus affecit.

Ekk. p. 154 647. 6. Constans imperator a Paulo deceptus, exposuit typum contra fidem catholicam, nec unam nec duas voluntates aut operaciones in Christo diffiniens esse confitendas, quasi nichil velle vel operari credendus sit Christus.

Ekk. 648. 7. Sanctus Furseus in Hybernia claruit, qui peregrinationem pro Christo aggressus, in Galliis post aliquot annos quievit.

Ekk. 649. 8. Martinus papa congregavit synodum 110 episcoporum, in qua dampnavit Cyrum, Sergium, Pyrrum et Paulum.

Ekk. p. 154. 650. 9. Constans imperator furore repletus contra papam Martinum, misit Theodorum exarchum Romam, qui abduxit sanctissimum papam Constantinopolim ad imperatorem, qui etiam misit eum in exilium apud Cersonam civitatem.
cf. Ekk. 659. Eugenius papa 77. sedit annis 2.

Ekk. 650. 651. 10. Hitta Pippini relicta, instinctu sancti Amandi se et sua Deo vovens, monasterium Nyvalense fundavit, eique filiam suam Gerthrudem Deo dignam virginem praefecit.

cf. Ekk. 662 et 658 652. 11. Vitalinus papa 78. sedit annis 14. Martinus papa in exilio moritur.

Ekk. 652 653. 12. Pestilentia gravissima tribus mensibus grassata est, cunctis visibiliter cernentibus bonum et malum angelum noctu civitatem circuire, et quociens iussu boni angeli malus angelus venabulo, quod manu gerebat, ostium cuiuscumque domus percussisset, tot ex eadem domo sequenti die interibant.

Ekk. p. 154. 654. 13. Constans imperator permotus zelo Dei synodo convocata heresim abdicavit, misitque beato Petro apostolo ewangelia aurata gemmis albis mire magnitudinis in circuitu ornata.

Ekk. 654 655. 14. Sarraceni capta Rhodo famosum eius colossum everterunt, ex cuius aere 900 cameli onerati sunt.

Reg. p. 551. 656. 15. Rotario Longobardorum[b] rege mortuo, Grimaldus vir strennuus regnum optinuit.

Reg. p. 551 657. 16. Constans imperator contra Longobardos egressus Beneventum intravit, omnesque civitates Longobardorum per quas venerat cepit, Luceriam ad solum prostravit.

Reg. p. 551 658. 17. Imperator Beneventum cum omni exercitu circumdedit, ubi Rumaldus filius Grimaldi regis se incluserat, acceptaque obside predicti Rumaldi sorore, soluta obsidione Neapolim proficiscitur.

Reg. p. 551 659. 18. Dagobertus filius Clotarii cum Saxonibus dimicans graviter vulneratur.

Reg. p. 551 660. 19. Imperator Romam proficiscitur, ubi a Vitelliano papa cum sacerdotibus et omni populo Romano 6. ab Urbe miliario sibi occurrente honorifice suscipitur, obtulitque super altare sancti Petri pallium auro textum, toto exercitu cum cereis ecclesiam intrante. Manens autem in Urbe 12 diebus, omnia quae antiquitus instituta ex aere in ornamentum civitatis fuerant, deposuit, adeo ut etiam ecclesiam beate Marie que Pantheon vocabatur, discooperiret tegulasque aereas inde auferret.

Reg. p. 551 661. 20 Imperator Siciliam ingressus, 6 annis ibi deguit, ibique multas et inauditas depredationes exercuit.

Ekk. p. 154 662. 21. Imperator regnum Romam transferre voluit, quia odiosus factus fuerat Bizantiis, pro eo quod Martinum papam exiliavit et Maximi viri sapientissimi linguam manumque truncavit, duosque Anastasios discipulos eius tormentis et exiliis tradidit, et multos orthodoxorum verberibus proscriptionibus et exiliis dampnavit.

Reg. p. 551 663. 22. Sarraceni Alexandriam et Egyptum devastant.

Ekk. 665 664. 23. Dagobertus filius Lotharii moritur.

Ekk. 665. 24. Sancta Gertrudis obiit.

Ekk. cf. Ekk. 671 666. 25. Clodoveus filius Dagoberti regnum patris suscepit. Adeodatus papa sedit annis 4.

Ekk. 666. 667. 26. Sigebertus frater Clodovei regnavit in Austrasia.

Ekk. 669. 668. 27. Theodorus archiepiscopus in Angliam a Vitaliano papa directus, habita synodo multa ecclesie utilia constituit. Scripsit enim penitencialem librum mirabili et cauta discretione, distinguens modum singulorum culparum.

Ekk. p. 154 669. 28. Imperator quadam die balneum ingressus cum cepisset sapone Gallico deliniri, Andreas quidam qui illi obsequebatur, sumens sytulam dedit eam in vertice imperatoris, et statim fugit. Quo mortuo, Mizetius quidam arripuit imperium. Filius autem imperatoris audiens de patris obitu, cum multo navigio Siciliam intravit, et Mizecium cum occisoribus patris sui necavit, ordinatisque Hesperiis Constantinopolim rediit, et Romanis cum Tyberio et Heraclio fratribus imperavit.

Ekk. Annus Domini 670. Constantini 1. Constantinus filius Constantis 56. loco ab Augusto regnavit annis 17 cum
cf. Ekk. 676 fratribus Tyberio et Heraclio. Domnus papa sedit annum 1.

671. 2. Agatho papa 81. sedit annos 2, menses 6, dies 4, et eo mortuo cessavit episcopatus annum 1, menses 7, dies 5.

Reg. p. 551 672. 3. Sarraceni cum multis navibus venientes, Siciliam invadunt, Siracusas ingrediuntur, multam stragem faciunt, auferentesque predam nimiam, Alexandriam reversi sunt.

Ekk. p. 155 673. 4. Agatho papa misit legatos suos Constantinopolim pro adunatione facienda sanctarum ecclesiarum; qui benigne ab imperatore suscepti, iussi sunt remissis disputacionibus phylosophicis pacifico colloquio de fide vera perquirere, datis eis de bibliotheca Constantinopolitana cunctis antiquorum patrum quos petebant libris, collecta sinodo 150 episcoporum, presidente Georgio eius urbis patriarcha et Antiochiae Machario; qui eciam convicti sunt, quia unam astruebant in Christo voluntatem et operacionem, falsasse patrum catholicorum dicta perplurima. Finito conflictu Georgius correctus est; Macharius vero cum suis sequacibus Cyro, Sergio, Pyrro et Paulo anathematizatus est. Tanta autem gratia legatos apostolicos comitata est, ut Iohannes Portuensis episcopus, qui erat unus ex ipsis, in octava paschae missas publice in ecclesia sancte Sophye coram imperatore et patriarcha latine celebraret.

a) salitarius *cod.*? b) logobardorum *cod.*

674. 5. Canichberto rege Longobardorum mortuo, inter proceres de regno magna fit dissensio. Plurimi occiduntur, nonnulli excecantur, mulieres etiam que se reginas esse iactaverant naso et auribus privantur. Tandem Heribertus dux Taurinensium regnum optinuit. Reg. p. 552 cf. Ekk. p. 155

675. 6. Leo papa 82. sedit menses 10, dies 17, et cessavit episcopatus menses 11, dies 22.

676. 7. Inter Romanos et Sarracenos in 30 annos firmata est pax, ut solvant Sarraceni Romanis auri libras tria milia et viros captivos 50 et totidem equos nobiles. Ekk. p. 155

677. 8. Benedictus papa sedit menses 10, dies 12.

678. 9. Iohannes papa sedit annos 2.

679. 10. Chudbertus Linisfarnensis episcopus claret. Regino 632 p. 552

680. 11. Conon papa sedit menses 11.

681. 12. Clodoveus filius Dagoberti obiit, cui Lotharius successit. Ekk.

682. 13. Sergius papa sedit annos 13.

683. 14. Sanctus Lampertus Traiectensi episcopatu successit sancto Theodardo. Ekk. p. 155

684. 15. Sancta Edildrudis virgo, filia Anne regis Anglorum, primum alteri viro permagnifico, deinde Ekfrido regi coniux data, postquam 12 annis thorum virilem incorrupta servavit sumpto velamine sanctimonialis ex regina efficitur; nec mora virginum mater et nutrix extitit. Cuius merita testatur caro mortua, que post annos 16 sepulture suae cum veste, qua involuta est, incorrupta reperta est. Ekk. p. 155

685. 16. Ravennas aecclesia censura imperatoris sub ordinatione sedis apostolice restituta est, scilicet ut qui in ea electus fuerit episcopus, Romam veniat ordinandus. Ekk.

686. 17. Constantinus imperator obiit. Ekk.

Annus Domini 687. Iustiniani 1. Iustinianus imperator filius Constantini 57. loco ab Augusto regnavit annis 10. Ekk.

688. 2. Sanctus Kylianus cum sociis suis passus est. Ekk.

689. 3. Pipinus filius Anchisi maior domus efficitur in Gallia, regnumque Francorum amminIstravit annis 27, cuius etiam anni suorumque successorum deinceps annotantur in cathalogo regum. Ekk.

690. 4. Iustinianus pacem firmam decennio fecit cum Sarracenis terra marique. Ekk. p. 155

691. 5. Provintia Affrica subiugata est Romano imperio, que a Sarracenis fuerat tenta. Ekk. p. 155

692. 6. Clodoveus filius Theoderici fratris Dagoberti cum fratre Hildiberto regnare cepit. Ekk.

693. 7. Iustinianus imperator a Callinico patriarcha exegit, ut orationem faceret ad destruendam aecclesiam sanctae Mariae iuxta palacium sitam, que metropolite dicebatur, volens edificia facere, ubi a populo susciperetur. Patriarcha vero dicebat: *Orationem quidem ad statuendam ecclesiam habemus, ad destructionem vero aecclesiae oracionem non suscepimus.* Cogente autem omnimodis imperatore orationem, dixit patriarcha: *Gloria Deo, qui iugiter sustinens patitur nunc et semper et in omnia secula seculorum Amen.* Quo audito, destruxit ecclesiam. Alia quoque multa improvide faciens, odium populi in se excitavit. Ekk. p. 155

694. 8. Sanctus Remaclus Traiectensis episcopus migravit. Ekk.

695. 9. Willibrordus, qui et Clemens, a Sergio papa gentium ordinatur episcopus. Ekk.

696. 10. Leontius patricius, quem imperator quondam pretorem et magistrum militum orientalium fecerat, sed iam per tres annos in custodia tenuerat, cum exinde protractus in exilium mitteretur, contra eundem imperatorem sensit, iunctisque sibi multis, ipsum comprehendit, nasoque preciso in insulam quandam relegavit, ipseque regnavit. Ekk. p. 153

Annus Domini 697. Leontii 1. Leo qui et Leontius 58. loco ab Augusto regnavit annis tribus. Ekk.

698. 2. Sanctus Sulpicius Bituriacensis episcopus claret. Reg. p. 552

699. 3. Leontio imperatore apud Constantinopolim posito, venit Tyberius, qui et Absimarus, ex adverso civitatis; et prodita sibi civitate, Leontium cepit precisoque naso eius in monasterium Dalmat sub custodia constituit, ipseque regnavit. Ekk.

Annus Domini 700. Tyberii 1. Tyberius, qui et Absymarus dictus est, 58. loco ab Augusto imperium invasit et annis 7 regnavit. Ekk.

701. 2. Gisulfus dux Beneventum et Campaniam igne gladio et captivitate vastavit. Regino 635 p. 553

702. 3. Sanctus Lampertus episcopus occiditur. Ekk. 700

703. 4. Lodowicus rex corpus beati Dyonisii discooperiens, minus religiose licet cupide os brachii eius fregit et rapuit, confestimque stupefactus in amenciam incidit. Reg. p. 552

704. 5. Concilium Aquilege celebratur. Reg. p. 552

705. 6. In Gallia Audoenus Rotomagensis, Eliginus Noviomensis episcopi clari habentur. Regino 632 p. 552

706. 7. Iustinianus filius Constantini, quem superius a Leone[a] de regno expulsum diximus, per adiutorium Terbellis regis Bulgarum expugnata Constantinopoli, regnum[b] recepit; Absymarus autem qui et Tiberius ex urbe profugit, sed insecutione captus et ad Iustinianum est perductus. Adducto quoque Leoncio, qui eum deiecerat, fecit ambos catenis astrictos, dum ludi equestres agerentur, per plateas trahi, tractosque publice ante pedes suos, dum in solio resideret, proici, calcavitque fortiter colla eorum universa plebe clamante: *Super aspidem et basiliscum ambulasti et leonem draconemque conculcasti!* Sicque eos precepit decollari. Ekk. 707

Annus Domini 707. Iustiniani 1. Iustinianus filius Constantini 59. ab Augusto per auxilium Terbellis regnum recepit, et 7 annis regnavit. Recepto autem regno, multa dona et regalia vasa Terbelli donavit, eumque in pace dimisit. Innumerabilem quoque multitudinem eorum, qui contra eum senserunt, diversa morte fecit necari. Quia enim eum naso detruncaverant, quociens defluentem guttam reumatis detersit, totiens pene aliquem ex illis iugulari precepit. Ekk.

708. 2. Iustiniano imperatori natus est filius ex Theodora filia Chaiani, quam acceperat dum esset in exilio, eumque vocavit Tyberium, coronavitque eum cum matre sua, et regnaverunt cum eo. Ekk. 707

709. 3. Imperator Callinicum patriarcham erutis eius oculis Romam exiliavit, et pro eo Cyrum in episcopatum promovit, qui fuit abbas in Ponto, quique illum exulem alebat, et eum in imperium restituendum predicabat. Ekk. 707

710. 4. Dagobertus iunior regnare cepit. Ekk.

711. 5. Ansbrandus, qui apud Baioariam 9 exulaverat annos, cum Baioariis Italiam venit, pugnansque cum Heriberto vicit eum. Qui dum in Franciam fugere voluisset, Ticinium fluvium equo transnatare voluit, sed quia auro gravatus erat, aquis suffocatus extinctus est. Ansbrandus regnum optinuit tres tantum menses. Quo mortuo Liutbrandus filius eius regnum suscepit. Reg. p. 553

712. 6. Iustinianus imperator misit exercitum in Pontum ad comprehendendum Philippicum. Exercitus autem conversus ad Philippici partem, fecit eum ibidem imperatorem, reversusque Constantinopolim pugnavit contra Iustinianum Ekk. 707

a) Leontio *legendum*. b) *hoc vocabulum bis scripsit cod.*

miliario ab urbe 12; victoque illo et occiso accepit regnum Philippicus. Filius quoque Iustiniani, adhuc puer, ab his qui a Philippico premissi fuerant occisus est.

Ekk. Annus Domini 713. Philippici 1. Philippicus 60. loco ab[a] Augusto regnavit annum 1 et menses 6. Hic antequam imperaret, habuit quendam amicum monachum inclusum, qui erat hereticus, attamen previsor; qui dixit ei: *Imperium tuum est; hoc autem dico tibi, quia sexta synodus male acta est; hanc si abieceris, erit imperium tuum forte et longevum.* Qui cum iuramento promisit, se hoc esse facturum. Cum ergo regnaret, fecit synodum pseudoepiscoporum, et abiecit sanctam et universalem sextam synodum. Eodem anno vanus ille inclusus oculorum cecitatem incurrit. Hic eciam Cyrum episcopum Constantinopolitanum deponens ad monasterium suum remisit, et pro eo Iohannem sui erroris sequacem constituit. Idem autem Philippicus in disputacionibus quidem rationabilis videbatur et prudens, in actibus[b] autem inhoneste ac indigne vitam consummans, improbabilis ubique demonstrabatur. Erat enim hereticus et adulter. Sabbatho autem pentecostes cum ingressus civitatem in equitatu et organis, lotusque in balneo publico, et habito prandio cum civibus antiquae prosapiae meridie requiesceret, repente per auream portam introivit Rufinus primus stratorum cum Theodoro patricio, festinansque in palatium et inveniens eum quiescentem, eruit oculos eius: in crastinum vero, id est die pentecostes, congregato in magna ecclesia populo, coronatus est Artemius, mutato nomine Anastasius.

Ekk. Annus Domini 714. Anastasii 1. Anastasius 61. loco ab Augusto imperium adeptus, regnavit annos 3. Hic statim ut regnum accepit, Constantino pape per Scolasticum patricium litteras Romam misit, quibus se fautorem et defensorem catholicae fidei et sexti concilii predicatorem esse docuit.

Ekk. 715. 2. Sanctus Egidius veniens a Grecia, sanctitate claret in Gallia. Pipinus maior domus obiit, cui filius eius Karolus successit. Dagobertus rex Francorum obiit.

Ekk. 714. 716. 3. Coniuraverunt quidam contra Anastasium imperatorem, et contra urbem regiam cum exercitu ascenderunt. Cum autem ad Ramium adissent, et essent sine capite, invenerunt illic hominem indigenam Theodosium nomine, inertem ac idiotam, qui publicorum tributorum erat exceptor, et hortati sunt eum imperare. At ille fugiens latebat in monte. Quem inventum ut imperatorem laudibus extulerunt, vi cogentes eum. Quibus Anastasius cognitis, in Nycea se munivit. Theodosius autem secutus magno prelio vicit eum, datoque sibi sacramento clericum eum fieri, et postea presbyterum fecit ordinari.

Ekk. Annus Domini 717. Theodosii 1. Theodosius a militibus electus, 62. loco ab Augusto regnavit annum 1. Leo quippe, qui erat pretor Orientis, quoniam auxiliabatur Anastasio, non erat subditus Theodosio. Veniens Nicomediam apprehendit filium Theodosii cum omni apparatu regio et primis viris palatii, et venit Chrisopolim. Quod audiens Theodosius, per Germanum patriarcham accepit a Leone indempnitatis verbum et aecclesiae sine perturbatione servande, et sic ei committunt imperium. Ipse vero Theodosius una cum filio clericus factus, reliquum vitae suae tempus transegit in pace.

Ekk. Annus Domini 718. Leonis 1. Leo pretor Orientis, genere Syrus, 63. loco ab Augusto regnavit annos 24. Erat autem in christianos et aecclesias Dei ac religionem sanctam impius.

Ekk. 718. 719. 2. Leo imperator a quodam nomine Beser refuga fidei seductus, precepit in Constantinopoli, ut quicumque haberent imagines Salvatoris seu sancte genitricis eius vel aliorum sanctorum, sibi eas afferrent; quas ille in medio civitatis fecit exuri, et quia multi de populo huic impietati non consenserunt, decollati sunt.

Ekk. 718. Ekk. 720. 720. 3. Natus est imperatori filius de Maria uxore sua, quem vocavit Constantinum. Qui dum baptizaretur a Germano patriarcha, in sancto lavacro caccans, magnum dat presagium, quod futurus esset aecclesiae Dei scandalum.

Ekk. Reg. a. 655. p. 553. 721. 4. Sarraceni Constantinopolim obsident, et triennio ibi morantes multasque provincias devastantes, tandem populo ad Deum clamante, fame pesteque depulsi sunt, multique frigore ferro naufragioque perierunt. Intra Constantinopolim vero tempore obsidionis 300 milia hominum pestilentia perierunt.

Ekk. 723. 722. 5. Liutprandus rex Longobardorum, audiens quod Sarraceni depopulata Sardinia etiam illa loca fedassent, ubi aliquando propter devastacionem barbarorum ossa sancti Augustini translata fuerant, misit et adduxit ea per precium Tycinum, ibique ut decuit honorifice recondidit.

Ekk. 723. 6. Leo imperator coegit Iudeos et montanos baptizari; sed Iudei abluebant unctionem chrismatis et post cibum communicabant sacramentis et contaminabant fidem. Montani vero definientes sibi diem, introierunt domos errori suo deputatas, et incenderunt semet ipsos.

Ekk. 724. 7. Iudeus quidam maleficus promittens Gizit Sarracenorum principi cum 40 annis regnaturum, suadet ut in toto regno suo Dei sanctorumque imagines deponi edicat. Qui spe diu regnandi seductus, edictum quidem posuit, ipse tamen mox obiit.

Ekk. 725. 8. Sanctus Pirminius episcopus Augiam intravit, eamque a serpentibus emundavit.

Reg. p. 553. 726. 9. Karolus princeps cum Boioariis pugnavit eosque vicit.

Reg. p. 553. 727. 10. Karolus Sueviam ingressus, contra Lantfridum dimicavit et sibi eandem gentem subiecit.

Reg. p. 553. 728. 11. Karolus Wasconiam ingressus, Eudonem d cem Aquitaniae bello perdomuit.

Reg. p. 553. 729. 12. Sarraceni[c] ex Hispania cum uxoribus et parvulis venientes, Aquitaniam Galliae provinciam quasi in ea habitaturi intrant. Karolus autem cum Eudone duce Equitaniae contra eos pari consilio dimicaverunt. Nam irruentes Franci super eos, 375 milia ex eis interfecerunt. Eudo quoque super eorum castra irruens, pari modo multos interficiens omnia devastavit. Mille quingenti tantum ex Francis ceciderunt.

Ekk. **730. 13. Pirminius ex Augia venit in Alsaciam.**

Ekk. 731. 14. Germanus sanctissimus patriarcha videns impietatem Leonis, abrenuntiavit sacerdotio. In cuius locum Anastasium tantae impietati consencientem Leo constituit. Beda venerabilis Anglorum presbyter obiit.

Reg. p. 553. 554. 732. 15. Karolus filium suum Pippinum ad Liuthprandum regem Longobardorum pro tondenda cesarie misit; quod ille faciens, pater ei effectus est, eumque cum multis donariis remisit ad patrem.

Ekk. 733. 16. Karolus Fresiam vastat.

Ekk. 718. 734. 17. Leo imperator filio suo Constantino filiam Chaiani Scypharum regis sociavit, eamque christianam faciens Hyrenen nominavit. Quae cum sacras litteras didicisset, pietati[d] operam dedit, et hos sepe impietatis redarguit.

Reg. p. 554. 735. 18. Karolus cum exercitu in Wistracha venit, eamque sue dicioni subiecit.

Reg. p. 554. 736. 19. Karolus iterum cum valida manu Wasconiam ingressus est, et Eudonem regno simul et vita privavit.

Reg. p. 554. 737. 20. Karolus contra filios Eudonis dimicavit.

Reg. p. 554. 738. 21. Sarracenorum exercitus rursus in Galliam introiens, multam devastacionem fecit. Contra quos Karolus non longe a Narbona bellum committens, maxima eos cede prostravit.

a) *deest cod.* b) *vocabulum erasum est.* c) Sarrani *cod.* d) pieta *cod.*

739. 22. Theodericus rex Francorum obiit. Ekk. 737.

740. 23. Sarraceni Gallias rursus ingressi, Arelaten ceperunt et omnia circumquaque demoliti sunt. Tunc Karolus misit ad Liutprandum regem, petens auxilium, qui et venit cum omni exercitu Longobardorum. Quod Sarraceni mox ut audierant, fuga elapsi sunt. Ekk. 739. Reg. p. 554.

741. 24. Leo imperator impius obiit. Ekk.

Annus Domini 742. Constantini 1. Constantinus filius Leonis 64. loco regnavit annis 34. Hic erat perniciosissimus, ferus, agrestis, Antichristi precursor, legum persecutor, tyrannice non legitime regnans, a Deo eiusque genitrice et ab omnibus sanctis abscedens, magicis, maleficiis, luxuriis et sacrificiis et invocationibus demonum, molliciebus quoque ac omnibus animam corrumpentibus a primeva etate delectatus, persecucionibus eciam ecclesiarum, peremptionibus monachorum, violationibus monasteriorum malisque variis supercrescens, non minus quam Decius et Diocletianus ceterique antiqui tyranni. Karolus, Pippini filius, maior domus regni Francorum, qui dictus erat bellicosus, moritur, relinquens tres filios, Pippinum, Karlomannum et Gryphonem. Quorum Grypho, qui minor natu erat, a matre sua nomine Suanehilda, que erat neptis Oudilonis Baioariorum ducis ad spem tocius regni incitatus, sine dilatione Laudunum civitatem occupavit et fratribus bellum indixit. Qui celeriter cum exercitu Laudunum obsidentes, fratrem in dedicionem accipiunt, quem etiam donec provincias, quae a societate Francorum defecerant, revocarent, ne quid interim mali in regno moliretur, in Novo castello iuxta Arvernum custodiae manciparunt. Ekk.

743. 2. Pippinus et Karlomannus principatu potiti, primo Aquitaniam contra Hunoldum eiusdem provinciae ducem ingrediuntur, et capto castello quod dicitur Lucas, in eadem provincia in loco qui Vetus Pictavis vocatur, regnum quod communiter habuerant inter se diviserunt, et Karlomannus Austriam Alamanniam et Thuringiam sortitur, Pippinus vero Burgundiam Neustriam atque Provinciam; sicque Karlomannus usque in annum sextum, Pippinus usque in undecimum principabantur. Ekk.

744. 3. Karlomannus et Pippinus contra Oudilonem ducem Baioariorum profecti sunt, prelioque commisso exercitum eius fuderunt. Unde reversi Karlomannus cum suis Saxoniam profectus est, cepitque castrum quod dicitur Hochseoburg, et Theodericum Saxonem illius loci primarium in dedicionem accepit. Ekk.

745. 4. Fuldense monasterium inchoatur. Ekk.

746. 5. Karlomannus patefecit fratri suo Pippino se velle pro regno celesti regnum terrenum dimittere et in habitu monachico Deo servire. Unde nullam expedicionem hoc anno facientes, preparavit se uterque, Karlomannus ut votum suum perficeret, Pippinus ut eum cum donis regalibus honorifice dimitteret. Ekk.

747. 6. Karlomannus divino succensus amore Romam venit, et a Zacharia papa clericus factus, constructo monasterio in monte Sirapti in honore sancti Silvestri cum aliis secum ad hoc venientibus monachicum habitum suscepit, et dignos habitui actus per cuncta exercuit. Rachis quoque rex Longobardorum, dum Romam inquietare nititur, predicti papae instinctu non solum a malo reprimitur, sed etiam cum uxore et filiis Romam veniens monachus efficitur. Ekk.

748. 7. Gripho fratri suo Pippino subiectus esse nolens, quamvis sub illo honorifice viveret, in Saxoniam profugit; collectoque exercitu super fluvium Ovachra, in loco Orheim consedit; Pippinus vero cum exercitu Francorum per Thuringiam in Saxoniam ingressus, contra illum in loco Scahaningi dicto castra posuit. Prelium tamen non commiserunt, sed ex placito discesserunt. Ekk.

749. 8. Gripho cum copiis suis de Saxonia egressus, Baioariam peciit ipsumque ducatum in suam potestatem redegit, Thassilonem ducem cum Hiltrude in dedicionem accepit. Quod audiens Pippinus, cum maximo exercitu Baioariam venit, Griphonem cum omnibus suis cepit, Tassilonem in ducatum restituit, domumque reversus Griphoni more ducum 12 comitatus dedit. Sed ille tali beneficio non contentus, eodem anno ad Waifridum Aquitaniae ducem profugit. Ekk.

750. 9. Sanctus Burchardus Wirciburgensis episcopus et Folradus archicappellanus ad Zachariam papam Romam missi sunt, ut consulerent eum super regibus Francorum, qui tempore illo tantum nomen regis sed nullam potestatem regiam habebant. Solebant enim Franci ex antiqua regum stirpe reges habere, qui a Meroveo, Clodii secundi regis eorum filio, Merovingi dicebantur; quorum genealogia usque ad Hildericum tunc temporis regem permanebat; in quo etiam licet videretur esse finita, iam dudum tamen nullius vigoris erat, nec quicquam in se clarum preter inane regis vocabulum preferebat. Nam et opes et potentia regni penes palatii prefectos, qui maiores domus dicebantur, tenebantur, nec quicquam regi permittebatur, nisi ut regio tantum nomine contentus, crine profuso, barba summissa, solio resideret, et speciem dominantis ostenderet, legatos undecumque venientes audiret, eisque abeuntibus responsa, quae doctus erat aut iussus, velud ex sua potestate redderet, cum preter regis nomen et precarium vitae stipendium, quod ei maior domus, prout videbatur, exhibebat, nichil possideret, quam unam perparvam reditus villam, in qua domum et ex qua famulos necessaria sibi ministrantes haberet. Quocumque eundum erat, carpento ibat, quod iunctis bobus, et bubulco more rustico agente trahebatur. Sic ad palacium, sic ad publicum conventum, qui Kal. Maii ob regni utilitatem annuatim celebrabatur, ire solebat, et coram tota gente presidens, omnes salutans et ab eis dignis obsequiis honoratus, sic domum redibat, ibique usque ad alterius anni Maium residebat. At omnia regni negocia domi et foris agenda publica et privata maior domus procurabat. Quo officio cum prefati legati Romam mittebantur, Pippinus Karoli filius velud hereditario iure fungebatur. Zacharias vero papa super hoc negocio consultus remandavit, melius esse illum vocari regem, apud quem summa potestatis consisteret; dataque sua auctoritate Pippinum regem constitui iussit. Ekk. 751.

751. 10. Pippinus more Francorum electus ad regnum, per manus sancti Bonifacii Mogontini archiepiscopi elevatus est in regni solium, in Suessionum civitate. At Hildericus, antea rex, tonsus et in monasterium est trusus. Ekk. 752. Regino 750.

752. 11. Karlomannus monachus propter eos, qui frequenter de Francia Romam ex voto veniebant eumque tamquam dominum suum preterire nolentes crebris salutacionibus a sua quiete perturbabant, locum mutare compulsus nocte cunctis ignorantibus cum uno tantum socio, quem ab infancia sibi in omnibus fidelem probaverat, aufugit et ad Cassinum montem usque pervenit. Ubi portam monasterii ex more pulsans, cum patris monasterii colloquium expetisset et impetrasset, mox in terram ad pedes eius corruit, se homicidam esse, se reum omnium criminum protestans, misericordiam exposcit, penitenciae locum exquirit. Quid multa? In cellam noviciorum cum suo collega suscipitur, et secundam regulam probatur, tantoque arcius quanto barbare et ignote gentis homo erat; tandemque post anni circulum congregacioni sociatur. Cumque irreprehensibiliter inter fratres conversaretur, omnibusque polleret virtutibus, exigente ordine congregationis cum suo collega ad coquinae officium deputatus, gratanter officium suscepit; sed cum in multis utpote rex et servilis officii insuetus delinqueret, cocus vino exestuans ei alapam dedit dicens: *Ita te fratribus deservire oportet.* Cui ille placido vultu respondit: *Indulgeat tibi, frater, Dominus et Karlomannus.* Neque enim nomen suum cuiquam prodiderat, ne ex vocabulo agnosceretur. Cumque rursus deliquisset, et a coco secundo percussus eadem que et prius respondisset, tercioque nichilominus crudeliter cederetur, indignatus ille comes suae peregrinationis, quod tantus vir a tam vili persona tam contumeliose afficeretur, iam ferre non valens, arripuit pilum unde panis in olera fratrum mittendus Ekk. 747. Regino 746.

Reg. 746. conterebatur, et eum omni annisu percussit dicens: *Nec tibi Deus parcat, serve nequam, nec Karlomannus indulgeat.* Quo audito fratres commoti, quod alienigena et pro misericordia receptus talia facere presumpsisset, absque mora eum custodie mancipaverunt. In crastinum productus de custodia, in medio conventu interrogatus, cur extendere manus presumpsisset in ministrum fratrum, respondit: *Quia*, inquit, *vidi servum omnibus nequiorem non solum verbis, sed eciam verberibus dehonestare virum meliorem et nobiliorem omnibus quos terra conservat.* Illi vero indignatione repleti, quod hominem peregrinum tanta laude ceteris pretulisset, interrogant, quis esset ille tantae nobilitatis et bonitatis, cui nec patrem monasterii preferre voluisset. Tunc ille necessitate compulsus: *Ille est,* ait, *Karlomannus quondam rex Francorum, qui pro Christi amore regnum et gloriam mundi reliquit, ac se tantum humiliavit, ut modo a vilissimo servo non solum contumeliis, sed et verberibus afflictus sit.* Quo audito tremefacti pedibus eius se prosternunt, veniam de contemptu postulantes. Ille econtra in terram provolutus cum lacrimis negare cepit, dicens, non se esse Karlomannum, sed hominem peccatorem et homicidam, collegam suum timore inpulsum ut penas delicti sui evaderet hec confinxisse. Quid plura? cognitus ab omnibus, cum magna reverentia est observatus.

Ekh. 755. 753. 12. Constantinus imperator Constantinopoli synodum congregat 330 episcoporum, in qua imagines Dei et sanctorum eius deponi constituit et contra catholicos tyranidem exercuit.

Ekh. 754. 13. Pippinus manu valida Saxoniam ingressus, Saxones licet obstinatissime resistentes vicit, et ipse usque ad locum qui dicitur Rimie iuxta fluvium Wisaram accessit. In qua expedicione Hildegarius episcopus occisus est in monte qui dicitur Iuburg. Inde revertenti regi nunciatur frater suus Grypho esse occisus. Stephanus papa ad Pippinum regem venit in villa Carisius dicta, petens auxilium contra infestatorem Romanae aecclesiae Haistulfum Longobardorum regem. Venit et Karlomannus frater regis, ut apud fratrem precibus papae obsisteret. Invitus tamen hoc fecisse putatur, quia nec ille iussa abbatis contempnere, nec abbas suus preceptis regis Longobardorum, qui ei hoc imperavit, audebat resistere. Pontifex vero postquam a rege Pippino pro sanctae Romanae aecclesiae defensione firmitatem accepit, ipsum sacrae unctionis oleo in regem confirmavit, et cum eo duos filios eius Karolum et Karlomannum cum matre eorum Berthrada; Francorumque proceres una cum populo auctoritate beati Petri obligavit et protestatus est, ut numquam ipsi, vel quique ex eorum progenie per succedentium temporum curricula progeniti, de alia stirpe regem ponerent, nisi ex eorum propagine, quos divina providentia tunc in defensionem aecclesiae dignata est sublimare.

Ekh. 755. 14. Pippinus rex Francorum propter iusticiam beati Petri apostoli exigendam a rege Longobardorum Italiam intravit. Haistulfus vero rex apud Papiam se inclusit, quem Pippinus tam diu obsedit, donec pro facienda Romanae aecclesiae iusticia obsides 40 recepit. Quibus datis Pippinus Stephanum papam cum Folrado capellano et valida Francorum manu Romam remisit, Karlomannus autem frater regis cum Berthrada regina in Vienna civitate remansit, correptusque febre obiit. Cuius corpus iussu regis ad montem Cassinum relatum est. Sanctus Bonifacius passus est.

Ekh. 756. 15. Haistulfus rex Longobardorum cum nichil eorum quae datis obsidibus et facto iuramento promiserat complesset, Pippinus iterum Italiam ingressus, eum in Papia obsedit, et ad complenda quae promiserat coegit; redditamque sibi Ravennam pertinentem sancto Petro dedit. Cumque in Galliam redisset et Haistulfus ea quae promiserat denuo violare meditaretur, in venatione de equo suo prolapsus, ex eodem casu intra paucos dies vitam finivit; cui Desiderius successit.

Ekh. 757. 16. Constantinus imperator misit Pippino munera, inter quae et organum; quae ad eum in Compendio villa pervenerunt, ubi tunc ille generalem conventum habuit. Illuc et Tassilo dux Baioariorum cum primoribus gentis suae venit, fidelitatemque tam ipsi Pippino quam filiis eius Karolo et Karlomanno super corpus sancti Dyonisii promisit.

Ekh. 758. 17. Pippinus valida manu Saxoniam ingressus est, et quamvis Saxonibus validissime resistentibus et se munitionibus tuentibus, pulsis propugnatoribus prelio, per ipsum vallum quo patriam defendere conabantur intravit; commissoque prelio victor extitit, promiseruntque annis singulis 300 equos se honoris causa daturos.

Ekh. 759. 18. Sanctus Gingolfus in Burgundia a quodam clerico occisus est, pro uxoris suae sibi adamato adulterio.

Ekh. 760. 19. Waifrius dux Aquitaniae, cum res aecclesiarum quae in sua potestate erant, et ad aecclesias quae sub manu Pippini regis constitutas pertinebant, reddere noluisset, ipsumque regem pro his per legatos suos commonentem contra se ad bellum incitasset, ille collectis undique copiis Aquitaniam intravit. Cumque in loco Tedoad dicto positis castris consedisset, Waifrius bello concertare non ausus, missa legatione ad regem promisit se aecclesiarum iusticias redditurum, dans eciam obsides[a] duos de primoribus gentis suae, Adalgarium et Itherium.

Ekh. 761. 20. Waifrius bellum sibi illatum ulcisci volens, exercitum, qui Francorum possessiones popularentur, usque ad Billonem civitatem fecit accedere. Quod cum Pippino generalem conventum agenti in villa Duria nuntiatum fuisset, cum magno belli apparatu Aquitaniam ingressus, omnia ferro et igne vastavit, quedamque oppida vi, quedam vero spontanea deditione cepit.

Ekh. 762. 21. Pippinus rex suscepto bello finem imponere cupiens, tercio Aquitaniam intravit, captisque Biturica civitate et castello Toarcis reversus, hiemavit in villa Gentiliaco.

Ekh. 763. 22.[b] Pippinus Aquitaniam quarto intravit, cunctaque extra municiones usque ad oppidum Cadurciam vastavit. Tassilo dux Baioariorum postponens sacramenta quae iuraverat, et oblitus bona quae sibi suus avunculus Pippinus rex fecerat, simulata infirmitate ab hac expedicione per dolum se subduxit, et in Baioariam reversus firmatoque ad defensionem animo, ad conspectum regis se ulterius venturum abiuravit.

Ekh. 764. 23. Pippinus rex, distracto in diversa animo propter duo bella, Aquitanicum scilicet iam olim susceptum, et Baioaricum propter Tassilonis ducis defensionem suscipiendum, conventum in Wormacia habuit dilataque in futurum expedicione hoc anno se domi continuit.

Ekh. 765. 24. Pippinus generalem conventum in Atiniaco villa habuit, sed et hoc anno expeditionem nusquam movit. Corpora sanctorum Gorgonii Naboris et Nazarii de Roma translata sunt in Affricam[c].

Ekh. 766. 25. Pippinus Aquitaniam quinto ingressus, destructum a Waifrio Argentomagum castrum reedificavit et ipsam[d] civitatem Bituricam praesidio munivit.

Ekh. 767. 26. Constantinus imperator et Abdellas rex Sarracenorum pari vesania in orthodoxos deseviunt, multosque pro Christo periment. Constantinus insuper egre ferens gloriam sanctorum miraculis coruscantium, lipsana eorum ubique iubet effodi et in profundum iactari. Pippinus Aquitaniam sexto ingressus est, multisque castellis et pagis captis, Viennam revertitur; ibique exercitu recreato mense Augusto ad reliquias belli profectus est, multaque castella et petras atque speluncas, in quibus se hostium plurima multitudo defendebat, cepit.

Ekh. 768. 27. Pippinus, rursus contra Aquitaniam evocato exercitu, Santonicam civitatem contendit, captoque in itinere Rimisteino cum ad urbem praedictam venisset, mater et soror et neptes Waifrii ducis ad eum adductae sunt. Inde ad

a) *vox bis scripta cod.* b) XII *cod. et ita deinceps.* c) *ita c.* d) ipsum *c.*

Garonnam proficiscitur, ubi ei Herivingus cum alia praefati ducis sorore occurrit, seseque et illam regi tradidit. Rebus igitur aliquot prospere gestis, rex revertitur, celebravitque pascha in castro quod dicitur Sels; assumptaque secum uxore sua, iterum ad urbem Santonicam venit; dimissaque ibi regina cum omnibus copiis ad persequendum Waifrium animum intendit, nec prius desistere quam vivum caperet aut bellantem interficeret. Quo interfecto in territorio Petragorico, Santonas reversus ibi aliquamdiu egritudine decubuit, delatus tamen Turonum ad sancti Martini memoriam oravit, indeque Parisium veniens 8. Kal. Octob. obiit, sepeliturque in basilica sancti Dyonisii. Filii vero eius Karolus et Karlomannus omnium Francorum consensu reges creati sunt, ea condicione, ut totum regnum ex aequo partirentur, et Karolus eam partem quam pater eius Pippinus tenuerat, Karlomannus vero eam quam patruus eorum Karlomannus possedit, susciperet; et Karolus 7. Id. Oct. in Noviomo civitate, Karlomannus vero in Suessiona regni susceperunt insignia Ekk.

769. 18. Karolus magnus, Pippini filius, 46 annos regnavit, 3 cum fratre Karlomanno, 43 solus postea. Hunoldus quidam Aquitaniam, quae in sortem Karoli cesserat, invasit; contra quem Karolus profectus, fratris auxilium postulavit, sed impedientibus malis hominibus habere non potuit. At prosequendum tamen Hunoldum profectus est, cumque ad Lupum Wasconiae ducem fugitivum, missa legatione, recepit cum uxore sua, ipsoque Lupo cum tota Wasconia sibi obediente regressus est. Ekk.

770. 19. Corpus sancti Othmari in insula, qua defunctus est, post 10 annos incorruptum reperitur, ablatumque in basilica sancti Galli sepelitur. Ekk.

771. 20. Karlomannus in villa Salmoniaco moritur, et Karolus ad capiendum ex integro regnum Narbonacum villam venit, ibique Willibarius episcopus Sedunensis et Folradus presbyter, aliique plures sacerdotes comites et primates fratris sui, ad eum venerunt; uxor vero Karlomanni cum filiis et parte optimatum ad Italiam profecta est. Ekk.

772. 21. Karolus rex congregato Wormaciae generali conventu, Saxoniam bello aggredi statuit; eamque sine mora ingressus, cuncta ferro et igne depopulatus, Eresburg castrum cepit, ydolum quod a Saxonibus Irminsul dicebatur evertit. In cuius destructione cum in eodem loco per triduum moraretur, propter continuam celi serenitatem exsiccatis omnibus illius loci rivis et fontibus, aqua ad bibendum inveniri non potuit. Sed subito divinitus, ut creditur, in cuiusdam torrentis concavo tanta vis aque eruperat, quiescentibus cunctis meridiano tempore, ut omni exercitui sufficeret. Tunc rex, idolo destructo, Wisaram fluvium accessit, ibique acceptis a Saxonibus 12 obsidibus recessit. Ekk.

773. 22. Adrianus papa insolenciam Desiderii regis Longobardorum ferre non valens, Karoli expetivit auxilium. Qui collecto exercitu veniens, Desiderium intra Tycinum obsedit, totumque hibernum tempus multa moliendo in hac obsidione consumsit. Interim vero Saxones, nacta occasione pro absentia regis, contiguos sibi Hassorum terminos populantur; venientesque in locum qui Frideslar nominatur, ecclesiam quam beatus Bonifacius martyr dedicaverat et numquam incendio perituram praedixerat, incendere moliti sunt. Cumque multa vi eam incendere molirentur, apparuerunt quibusdam christianis atque paganis duo iuvenes in albis, qui ab igne eam protexerunt; nutuque divino immisso terrore omnes in fugam versi sunt. Inventus est autem postea unus ex eisdem Saxonibus mortuus iuxta aecclesiam, genibus flexis, ligna et ignem habens in manibus et quasi ore flans, ut illam incenderet. At Karolus fatigatam longa obsidione Tycinum ad dedicionem compulit, quam ceterae civitates secutae, regiae potestati se subdiderunt. Sic subacta et ordinata pro tempore Italia, in Franciam revertitur, captivum ducens secum Desiderium regem. Ekk.

774. 23. Karolus tripertitum exercitum in Saxoniam misit, qui direptionibus et incendiis cuncta vastantes, compluribus qui resistere conati sunt interfectis, cum ingenti preda reversi sunt. Ekk.

775. 24. Constantinus imperator, filius Leonis, persecutor christianorum et aecclesiarum legisque destructor, plaga pessimi incendii divinitus percutitur, et clamans adhuc vivus: *Igni sum inextinguibili traditus*, miserabiliter moritur. Ekk.

Annus Domini 776. Leonis 1. Leo filius Constantini 65. loco ab Augusto, regnavit annos 5. Hic primo visus est esse pius ac monachorum amicus; unde et metropolitanos ex monachis in primis sedibus collocavit, multosque ordines in urbe bene ampliavit. Quapropter principes omnes una cum populo pecierunt filium eius Constantinum imperatorem, iuraveruntque omnes se non admissuros alios imperatores preter Leonem et Constantinum, et ex semine ipsorum, et hoc scripto confirmaverunt; et sic in sancto die paschae coronatus est imperator. Ekk.

777. 2. Karolus iterum Saxoniam intravit omnesque fallaciter devotos invenit. Cuncti quippe ad eum venerunt preter Widikindum, unum ex primoribus Westfalorum, qui multorum sibi conscius facinorum timuit regem, et ad Sigifridum regem Danorum cum paucis profugit. Ceteri qui venerant, ea condicione veniam optinuerunt, quatinus, si ulterius sua statuta violarent, patria et libertate privarentur. Baptizata est autem et multitudo magna, quae, licet falso, christianam se fore promiserat. Ekk.

778. 3. Karolus Hispaniam petens, quasdam urbes subegit, obsides a Sarracenis accepit; sed in regressu plerique aulicorum per insidias Wasconum occisi sunt. Interea Saxones comperto quod tam longe recessisset, sumptis armis Renum usque profecti, quicquid a Tuicio civitate usque ad fluvium Mosellam vicorum villarumque fuit, ferro et igne populati sunt; nullum discrimen sexus aut etatis ira hostis fecerat, ut liquido pateret, eos non predandi sed ulciscendi se causa terminos Francorum introisse. Quod cum rex Autisiodoro positus audisset, orientales Francos et Alamannos ad propulsandos eos misit. Quorum adventum Saxones audientes recesserant; sed illi e vestigio secuti, invenerunt eos in partibus Hassorum super fluvium Adernam, statimque in ipso fluminum vado illos adorti, tanta cede prostraverunt, ut ex ingenti multitudine vix pauci redierint. Ekk.

779. 4. Venit ad Karolum Hildibrandus, dux Spolitanus, cum magnis muneribus in villa Wirciniaco; quem ille benigne suscepit donatumque in suum ducatum remisit. Ekk.

**780. 5. Karolo Saxoniam venienti omnes orientalium parcium Saxones occurrerunt, multique de populo baptizati** sunt; veniensque in locum ubi Hora et Albia confluunt, ordinavit res tam Saxonum quam Sclavorum; reversusque in Franciam, Romam causa orationis cum uxore sua Hildigarda et liberis perrexit, et natale Domini Papiae celebravit. Leo imperator obiit. Ekk.

Annus Domini 781. Constantini 1. Constantinus filius Leonis 66. loco ab Augusto cum matre sua Hyrenę regnavit annos 17. Karolus Romam veniens, ab Adriano papa honorifice suscipitur; et cum ibi pascha celebraret, baptizavit idem pontifex filium eius Pippinum eumque de sacro fonte suscepit, et eum in regem Italie, fratrem vero eius Lodowicum in regem Aquitaniae unxit. Rex autem Roma digressus, Mediolanum venit, ibique baptizata est filia eius Gisla ab archiepiscopo Thoma, et ab eodem est de sacro fonte levata. Inde rex in patriam reversus, succedenti tempore Saxoniam intravit, eamque in 8 episcopatus divisit, id est Bremensem, Halverstadensem, Hildinesheimensem, Fardensem, Paderbrunnensem, Mindensem, Monasteriensem, Asenbruggensem, et terminos eisdem episcopiis constituit; sanctoque Stephano martyri in loco qui dicitur Seligenstide monasterium construxit, quod posteą translatum in locum qui vocatur Halverstad, ubi nunc sedes episcopalis est, idque ad propagandum Catalaunensi episcopo Hildegrimo, qui erat frater beati Liudgeri confessoris, commendavit. Ekk. cf. Ann. Sax. cf. A. Quedl. 781.

Ekk. 782. 2. Constantinopoli quidam lapideam archam invenit[a] et in ea virum iacentem cum hac scriptura: *Christus nascetur ex Maria virgine, et credo in eum; sub Constantino et Hirene imperatoribus, o sol, iterum me videbis.*

Ekk. 783. 3 Hiltigardis regina, uxor Karoli, obit. Cuius funeri cum sollempni more iusta persolvisset, Saxoniam tendens, pugnavit cum eis in loco qui Theotinelli vocatur, et vicit eos; indeque Paderbrunnen veniens, audivit eos in finibus Westfalorum iterum paratos ad pugnam; ad quos tendens eadem qua prius felicitate pugnavit cum eis. Inde reversus in Franciam, duxit uxorem filiam Rodolfi comitis de orientali Francia, nomine Fastradam, de qua habuit filias duas. Berthrada regina, mater regis, obiit.

Ekk. 784. 4. Karolus in loco qui Lippiheim dicitur pagos Westfalorum vastavit, veniensque ad Wisaram, cum inundatio aquarum transitum negaret, dimisit filium suum Karolum in finibus Westfalorum, ipseque per Thuringiam divertens, depopulatus est partes quae sunt circa Albiam, reversusque est in Franciam. Saxones vero congressi sunt cum filio eius Karolo; sed ille magna cede facta, cum victoria rediit ad patrem suum Wormaciam.

Ekk. 785. 5. Widikint et Albio ex Transalbiana regione venerunt ad Karolum apud Attiniacum, ibique in gratiam recepti baptizati sunt; quievitque Saxonica perfidia per aliquot annos.

Ekk. 786. 6. Karolus audiens Anglos et Saxones Brittanniam invasisse, misit illuc cum exercitu Audolfum, prepositum mensae regiae, qui perfidae gentis contumaciam cito repressit, acceptosque obsides cum plurimis populi primoribus Wormaciam ad regem adduxit. Rex autem undique pace facta statuit Romam ire et partem Italiae quae est circa Beneventum suae potestati subicere, cuius maiorem partem, capto Desiderio rege, iam sibi subdiderat.

Ekk. 787. 7. Karolus rex Romam veniens, honorifice susceptus est ab Adriano papa, qui eciam cum ipso Beneventum contendit. Quod audiens Aragisus dux Beneventanus, misit ad regem filium suum Rumoldum cum magnis muneribus, rogans ne terram intraret. Quod ille abnuens et Rumoldum secum retinens, Capuam venit bellum gesturus. Aragisus vero, relicta Benevento, quae capud est illius terrae, Salernum se quasi municiorem contulit; missaque legatione, utrosque filios suos regi optulit, promittens se per omnia obediturum, tantum ne ad conspectum eius venire cogeretur. Cuius precibus rex annuens, minorem filium nomine Grimoldum secum retinuit, maiorem vero patri remisit. Accepit insuper a populo obsides 11, misitque legatos, qui ipsum ducem et omnem populum Beneventanum sacramento confirmarent.

Ekk. 788. 8. Instancia Adriani papae et Tharasii patriarchae Constantinopolitani apud Niceam universalis synodus 350 episcoporum congregatur, in qua fides catholica in praesentia Hyrenes et filii eius Constantini cunctorum subscriptione roboratur, et heresis execrantium imagines Dei in perpetuum abdicatur.

Ekk. 789. 9. Karolus contra gentem Sclavorum qui Wilci dicuntur exercitum ducens, cuncta ferro et igne vastavit, donec eos subiugavit.

Ekk. 790. 10. Karolus nullam expedicionem fecit, sed residens in Wormacia, legatos Hunorum audivit, suosque ad eorum principes misit. Agebatur autem inter eos de confiniis regnorum suorum; quae res futuri belli seminarium fuit.

Ekk. 791. 11. Karolus, ut Hunis bellum inferret, per Baioariam iter disposuit, divisoque exercitu Teodericum comitem et Meinfridum camerarium suum cum una parte per aquilonare Danubii latus ire iussit, ipse cum altera per australe latus descendit; venientesque ad Anesum fluvium, qui est limes Pannoniae et Bawariae, castra posuerunt per triduum letanias ibi facientes. Huni autem videntes exercitum utrasque ripas tenentem, divinitus immisso terrore municiones suas dimittentes fugerunt, et uterque exercitus libere ingressus, magnam partem Pannoniae usque ad fluvium qui dicitur Raba devastavit.

Ekk. 792. 12. Pippinus, filius Karoli ex concubina, quibusdam Francis agentibus conspiravit contra patrem, itemque alii propter Fastradam reginam, cuius crudelitatem se ferre non posse Franci dicebant. Quae conspiracio cum per Fardolfum Longobardum detecta fuisset, ipse ob meritum fidei servatae, monasterio sancti Dyonisii donatus est, auctores vero coniurationis partim gladio cesi, partim patibulo suspensi sunt.

Ekk. 793. 13. Karolo in Franconvord pascha celebrante, synodus episcoporum magna collecta est ex omnibus regni provinciis, legati quoque Adriani pape in eius vice affuerunt. In hac synodo heresis cuiusdam episcopi nomine Felicis dampnata est, qui Christum secundum quod homo est adoptivum Dei filium dicebat, et liber contra eam communi episcoporum auctoritate compositus est, in quo omnes subscripserunt. Mortua est autem ibi Fastrada regina, et Mogontiae apud Sanctum Albanum sepulta.

Ekk. 794. 14. Karolus, diviso inter se et filium Karolum exercitu, Saxoniam cum magno apparatu intravit, sed ipsi faciem eius reveriti, datis obsidibus se per omnia obsecuturos iuraverunt.

Ekk. 795. 15. Karolus generalem conventum habuit ultra Renum in villa quae dicitur Cufestein, indeque Saxoniam ingressus, pene totam populando peragravit, itemque acceptis obsidibus in Galliam remeavit.

Ekk. 796. 16. Karolus Saxoniam petens, filium suum Pippinum Italiae regem, in Pannoniam misit, ipseque depopulata Saxonia Aquisgrani revertitur, Pippinus vero, fugatis ultra fluvium Tizaha Hunis, cum magno Hunorum thesauro ad patrem revertitur.

Ekk. 797. 17. Karolus rursus expedicionem in Saxoniam movit, et usque ad oceanum ultra omnes paludes et invia loca transivit, totamque Saxoniam per obsides in dedicionem accepit, deinde Aquisgrani reversus, Abdellam Sarracenum, filium Ibimaugae regis, a fratre depulsum sibique se commendantem, suscepit. Mediante autem mense Novembre rursus cum exercitu Saxoniam intravit, positisque castris apud Wisaram, locum castrorum Herestal vocari praecepit. Illuc legati Hunorum cum magnis muneribus venerunt, indeque Abdellam Sarracenum cum filio suo Lodewico in Hyspanias reverti fecit, Pippinum in Italiam remisit; ipse vero ad disponendam Saxoniam totum hyemis tempus impendens, natale Domini et pascha sequentis anni ibi celebravit.

Ekk. 798. Constantinus imperator ob insolentiam morum suorum, sive ut quidam verius fatentur matris suae Hyrenae consilio, ut ipsa sola imperaret, excecatus est, ac deinde post breve tempus obiit, sicque mater de cetero annos 5 imperavit. Obscuratus autem est sol eo tempore per dies 17, ita ut oberrarent naves in mari, et omnes dicerent, quod propter imperatoris excecationem sol obscuratus sit.

Ekk. 799. Romanis in sua securitate gloriantibus, levatum est cor eorum secundum morem illorum, volueruntque ea quae imperialis erant potestatis sibi vendicare. Resistente autem Leone papa quidam ex cognatis beatae memoriae Adriani papae seditionem moventes in populo, concitaverunt eos adversus papam. Unde cum in letania maiore processurus de Lateranis ad aecclesiam sancti Laurentii, quae ad Craticulam vocatur, equo sedens pergeret, insidias a Romanis dispositas iuxta eandem aecclesiam incidit; deiectusque de equo et erutis oculis eius linguaque amputata, nudus ac semivivus in media platea dimissus est. Deinde iussu eorum qui huius facinoris auctores erant, in monasterium sancti Herasmi martyris missus, et a Winigiso duce Spolitano susceptus ac Spoletum ductus est. Cuius rei nuntium dum Karolus accepisset, ipsum quidem ut vicarium beati Petri cum summo honore ad se adduci precepit, iter tamen quod in Saxoniam

a) *deest cod.*

disposuerat non intermisit. Habito itaque conventu super Renum in loco qui dicitur Lippeheim, transfretavit, et ad Paderbrunnen veniens, misit Karolum filium suum ad Albim cum exercitu propter quedam negocia cum Wilcis et Abodritis disponenda; et cum eius reditum expectaret, venit ad eum pontifex bene videns et loquens; susceptusque ab eo honorifice, cum aliquot dies apud eum mansisset, intimatis regi omnibus pro quibus venerat, per legatos regis honorifice loco suo restitutus est. Huni a fide defecerunt, et Geroldus Bawariorum prefectus pugnans contra eos in prelio occisus est, de quo in visione Wetini legitur, quod inter martyres annumeratus sit. Ekk.

800. Karolus orationis causa Turonis venit, ibique uxor eius Liutgarda mortua et sepulta est. Deinde Romam tendens, pridie quam Urbem intraret, occurrit illi Leo papa apud monumentum[a] 12. lapide ab Urbe, prandensque cum eo, dimisit eum ibi nocte illa, et precessit eum ad Urbem. In crastinum vero ordinatis per loca congrua turbis, ipse stans in gradibus cum episcopis et clero honorifice illum suscepit, cunctisque psallentibus in basilicam sancti Petri illum introduxit. Post 7 vero dies rex concione vocata omnibus cur venisset patefecit, inter quae potissimum erat de discuciendis quae obiecta sunt pontifici criminibus. Ut enim se quasi absoluciores redderent eius calumpniatores, mortiferum ei crimen imposuerunt. Rege autem de hoc inquirente, cum nullus esset criminis probator, pontifex assumpto ewangelii textu coram rege et omni populo ambonem conscendit, astantibusque accusatoribus invocato sanctae Trinitatis[b] nomine de obiectis se expurgavit. Ekk.

Annus Domini 801. Karoli 1. Karolus magnus rex Francorum 67. loco ab Augusto Romanorum imperator consecratus est anno regni sui 33. imperavitque annos 14. Cum enim pro calumpnia papae ingesta Romam venisset et natale Domini ibi celebraret, et ipsa die sacratissima ad missarum sollempnia veniens, dum ante confessionem beati Petri ab oratione surgeret, nichil minus speranti Leo papa coronam imposuit et imperatorem Romanorum pronuntiavit, et a cuncto populo Romano acclamatum est: *Karolo augusto a Deo coronato, magno et pacifico imperatori Romanorum, vita et victoria!* Post quas laudes ab apostolico unctus imperator et augustus est appellatus. Post paucos dies habita questione de adversariis papae, secundum legem Romanam ut rei maiestatis decollatione adiudicati sunt. Pro quibus tamen papa pio affectu intercessit; nam vita et membrorum integritas eis concessa est, sed pro facinoris magnitudine exilio deportati sunt. Fertur tamen quod de maioribus eorum uno die in Lateranensi campo 300 decollati sint. Innocentiam vero Leonis pape ita Dominus approbavit, ut clariores ei oculos donaverit, sed in signum virtutis eius pulcherrima cicatrix in modum tenuissimi fili turturinas acies niveo candore decoravit. Ekk.

802. 2. Hyrene imperatrix de Constantinopoli misit legatos suos ad Karolum pro pace firmanda inter Francos et Grecos, et Karolus vicissim misit Iesse episcopum Ambianensem et Helmgaudum comitem Constantinopolim pro eadem causa, et ut postularent Hyrenen imperatricem, ut illi iungeretur in coniugio. Quae in hoc consensisset, si non eius patricius inhibuisset, prevalens et imperium ad fratrem suum Nycephorum transferre satagens. Nam cum adhuc in urbe essent legati Karoli, Nicephorus imperium invasit, et Hyrenen in monasterium, quod ipsa construxerat, misit. Ekk.

803. 3. Venerunt de Constantinopoli[c] legati Karoli et apocrisarii Nycephori, qui tunc rem publicam apud eos gerebat, Michael episcopus et Petrus abbas et Calistus candidatus, qui invenerunt imperatorem in Germania, in loco qui dicitur Salz, et pactum pacis in scripto ab eo susceperunt. Ekk.

804. 4. Imperator ducto exercitu in Saxoniam, omnes qui trans Albiam habitabant Saxones cum mulieribus et parvulis transtulit in Franciam, et pagos Transalbianos Abodritis dedit. Ekk.

805. 5. Imperator misit Karolum filium suum in Boemiam, qui, depopulatis omnibus, ducem terre illius nomine Lechonem occidit, indeque regressus ad patrem, in Vosego silva venatui studentem invenit. Ekk.

806. 6. Imperator, habito conventu cum primoribus Francorum de pace constituenda et de divisione regni facienda inter tres filios suos, ut sciret unusquisque illorum, quam partem tueri et regere deberet, si sibi superstes devenisset, de hac particione testamentum fecit et optimatum iuramento firmavit. Ekk.

807. 7. Legati Persarum venerunt ad imperatorem, deferentes ei munera papylionem et tria tentoria varii coloris, mirae magnitudinis et pulchritudinis, omnia bissina tam funes quam tentoria. Preterea pallia serica multa et preciosa atque ungenta et balsamum, nec non et horologium ex auricalco arte mechanica mirifice compositum, in quo 12 horarum cursus ad clepsidram vertebatur, cum totidem aereis pillulis, quae ad completionem horarum decidebant et casu suo subiectum sibi cimbalum tinniri faciebant, additis in eodem eiusdem numeri equitibus, qui per 12 fenestras completis horis exibant, et impulsu suo e regione totidem fenestras, quae prius erant apertae, claudebant. Alia quoque multa erant in ipso horologio, quae enumerare longum est. Ekk.

808. 8. Karolus imperator audiens Godefridum regem Danorum in Abodritos cum exercitu traiecisse, Karolum filium suum cum valida Francorum et Saxonum manu misit contra eum, si forte Saxoniae terminos aggredi temptaret. Ille autem expugnatis aliquot Sclavorum castellis, cum magno copiarum suarum detrimento reversus est. Ekk.

809. 9. Ludewicus rex, filius imperatoris, cum exercitu Hispaniam ingressus, Dertosam civitatem obsedit; sed eam capere non valens, soluta obsidione in Aquitaniam se recepit. Ekk.

810. 10. Pippinus rex Italiae, filius imperatoris, perfidia ducum Veneciorum incitatus, Veneciam bello terra marique iussit appetere, subiectaque Venecia duces eius in dedicionem accepit. Eo anno sol et luna bis defecerunt, sol 7. Id. Iun. et 2. Kal. Decembr., luna 11. Kal. Iul. et 18. Kal. Ian. Pippinus rex obiit. Godefridus rex Danorum obiit, cui Hemmingus filius fratris sui successit. Ekk.

811. 11. Imperator pace cum Hemmingo rege Danorum firmata et placito generali Aquisgrani habito, in tres partes regni sui totidem exercitus misit, unum trans Albiam in Limones, qui et ipsos vastavit et castellum Hochburi superiori anno a Wilcis destructum restauravit; alterum in Pannonias ad controversias Hunorum et Sclavorum finiendas; tercium in Brittones ad perfidiam eorum puniendam: qui omnes prospere egerunt[d]. Karolus filius imperatoris maior natu obiit. Ekk.

812. 12. Nicephorus imperator pugnans contra Bulgares occiditur, et Michael gener eius imperio potitur. Qui legatos Karoli imperatoris ad Nicephorum missos suscepit, et cum eis legatos suos misit et pacem a Nicephoro ceptam firmavit. Ekk.

813. 13. Imperator Karolus filium suum Ludewicum regem[e] Aquitaniae ad se vocavit, eique coronam imponens, imperialis nominis consortem fecit. Bernhardum vero nepotem suum, Pippini filii sui filium, Italiae regem constituit. Michael imperator Bulgares bello appetens, ubi male pugnavit, domum reversus, deposito diademate, monachus efficitur, pro quo Leo filius Bardae patricii constituitur. Ekk.

814. 14. Karolus imperator dum Aquisgrani hyemaret, febre et pleurisi, id est lateris dolore, tactus, 5. Kalend. Ekk.

a) momtū *cod.* b) trinitati *cod.* c) Constantinopo *cod.* d) egregunt *corr.* egerunt *cod.* e) ad gem *cod.*

Ekk. Febr. moritur anno etatis suae 71, regni autem 46, imperii vero 14. Quod cum audisset Ludewicus filius eius, 30. obitus illius die ab Aquitania Aquisgrani venit, summoque omnium Francorum consensu ac favore patri successit.

Ekk. Annus Domini 815. Lůdewici 1. Ludewicus, qui cognominatur Pius, filius Karoli Magni 68. loco ab Augusto regnavit annis 27.

Ann. Quedl. 816. 2. Lodewicus imperator Aquisgrani magnam synodum habuit, ubi constituta est regula canonicorum.

Ekk. 817. 3. Ludewicus generalem conventum Aquisgrani habens, filium suum primogenitum Lotharium imperii sui socium sibi constituit; ceteros reges appellatos, unum Aquitaniae, alterum Bajoariae prefecit. Post hec nuntiatum est ei, Bernhardum nepotem suum Italiae regem quorundam consilio tyrannidem meditari; ad quos motus comprimendos[a] imperatore celeriter cum exercitu veniente, Bernhardus rebus suis diffidens, apud Cabilonem imperatori se tradidit.

Ekk. 818. 4. Imperator Aquisgrani reversus, auctores coniurationis simul et regem iudicio Francorum capitali sentencia dampnatos, luminibus tantum privari iussit. Irmingardis imperatrix obit.

Ekk. 819. 5. Imperator Welfi comitis filiam nomine Iudith duxit uxorem; quae genuit ei Karolum Calvum.

Ekk. 820. 6. Propter iuges pluvias et aerem nimio humore resolutum hominum et iumentorum pestilentia grassata est; frumenta quoque et legumina corrupta sunt.

Ekk. 822. 821. 7. Imperator filio suo Lothario desponsavit Irmingardam, Hugonis comitis filiam, de qua ille suscepit Lotharium, Ludewicum et Karolum.

Ekk. 822. 8. In regione Thuringorum quodam loco cespes longitudine pedum 50, latitudine 24, altitudine sesquipedali, de terra sine manibus precisus et sublatus, ab eo loco, in quo sumptus est, 25 pedum spacio distans inventus est. Inchoatio monasterii novae Corbejae per sanctum Adelhardum, antiquae Corbejae in Francia abbatem.

Ekk. 823. 9. In territorio Tullensi iuxta villam Commerciacum puella quedam annorum circiter 12 post sacram communionem, quam in pascha de manu sacerdotis accepit, sine omni victus desiderio plenum biennium usque in tercium annum dimidium complevit, nulla penitus corporis alimenta percipiens. Ieiunavit autem ab hoc anno, a pascha usque in annum dominicae incarnationis 825, ac circa inicium Novembris, peracto ieiunio, cibum sumere et ceterorum hominum more cepit vivere. In Saxonia quoque in pago Firicsaze 23 ville igne celesti crematae sunt, et fulgura in sereno visa sunt.

In territorio Cumetensi civitatis Italie in vico Grabadona in aecclesia sancti Iohannis baptistae imago sanctae Mariae puerum Ihesum gremio continens, in absida eiusdem ecclesiae depicta, et ob nimiam vetustatem pene deleta, tanta claritate per biduum effulsit, ut omnem splendorem novae picturae sua pulchritudine penitus vincere videretur. Imagines eciam magorum munera offerentium iuxta eam depictae erant, quas preter munera quae offerebant claritas illa minime irradiabat.

Ekk. 824.[b] 10. Legati Michaelis imperatoris Constantinopolitani ad imperatorem Ludowicum pro pace confirmanda cum muneribus et epistolis venerunt, deferentes inter cetera libros Dyonisii Ariopagytae, ab eo conscriptos de ierarchia, id est sacro principatu, petente ipso Ludewico de Greco in Latinum translatos; qui libri Parisius in ipso sancti martyris festo missi, cum gaudio suscepti sunt. Quod gaudium virtus sancti martyris auxit, 19 egrotis ipsa die ibi sanatis.

Ekk. 824. 825. 11. In territorio Augustudunensi, aere in tempestatem subita mutatione converso, ingens fragmentum ex glacie simul cum grandine decidisse narratur, cuius longitudo pedes 15, latitudo 7, crassitudo duos habuisse dicitur.

Ekk. 826. 12. Hildwinus, abbas monasterii sancti Dyonisii, ab Eugenio papa corpus sancti Sebastiani martyris impetratum, apud Suessionum civitatem in basilica sancti Medardi collocavit; ubi dum adhuc inhumatum in loculo, quo allatum fuerat, iaceret, tanta signorum multitudo enituit, ut a nullo aut numero comprehendi, aut verbis valeat enarrari; quorum quedam tanti stuporis esse narrantur, ut humane imbecillitatis fidem excederent, nisi certum esset, Dominum, pro quo ipse passus est, omnia posse.

cf. A. Quedl. 827. 13. Hildigrimus primus Halberstadensis aecclesiae episcopus obit, eique Thiatgrimus successit.

Ekk. 828. 14. In Wasconia, in pago Aginensi, annona de celo pro pluvia descendisse fertur, sed grana frumento paululum breviora ac rotundiora habuisse, de quo imperatori allatum est ad palatium Aquisgrani. Witinus Augie monachus in spiritu raptus, mirabilem vidit visionem.

Ekk. 829. 15. In quadragesima Aquisgrani terrae motus ventusque tam validus noctu factus est, ut non solum humiliores domos, verum etiam sancte Dei genitricis basilicam, tabulis plumbeis tectam, totam pene nudam reddiderit.

Ekk. 830. 16. Michael imperator Constantinopolitanus obit.

Ekk. 831. 17. Amalarius episcopus librum de aecclesiasticis officiis ad Ludowicum imperatorem scribit.

Ekk. 831. 832. 18. Corpora sanctorum Valentis Senesii Theopontii in Augiam insulam deferuntur.

Ekk. 833. 19. Imperator filio suo Karolo ex Iudith nato dedit Alemaniam, Reciam et partem Burgundiae indignantibus ceteris filiis.

Regin. 836. 834. 20. Brittones federa violant et rebellare incipiunt; contra quos imperator exercitum duxit, sed non prevaluit.

Reg. 837. 835. 21. Murmanus rex Brittonum[c] obit et Numenoio successit.

cf. Ann. Sax. 836. 836. 22. Adventus sancti Viti in Saxoniam ad Novam Corbeiam.

Reg. 838. 837. 23. Ludowicus imperio privatur a filiis suis, et privatus custodiae traditur; regnum per electionem fratrum filio eius Lothario datur.

Reg. 838. 24. Ludowicus a filio suo Ludowico et Francis de custodia ereptus, in regnum restituitur. Fuit autem hec deiectio ex maxima parte facta propter multimodam fornicationem Iudith, uxoris eius.

Reg. 839. 25. Lotharius derelicta Francia Italiam petiit. Ebo Remorum episcopus in generali synodo deponitur, et multi alii exilio dampnantur qui in deiectione imperatoris conspiraverant.

Reg. 840. 26. Ludowicus imperator dum filium Lodowicum trans Renum persequeretur, morbo gravatus, in insula iuxta Inglinheim moritur. Inde ad Mediomatricorum civitatem delatus, in basilica sancti Arnolfi honorifice sepelitur; statimque Lotharius de Italia regressus imperium arripuit[d].

Ekk. Reg. Annus Domini 841. Lodewici iunioris 1. Ludowicus, superioris Lodowici filius, 69. loco ab Augusto regnavit annis 36. Post mortem enim patris iste Lodowicus et Karolus Calvus, indigne ferentes regnum a Lothario invasum et se paterna hereditate privatos, exercitum undequaque contrahunt, fratremque bello apud Fotiniacum aggressi sunt. In qua pugna ita Francorum vires attenuatae sunt ac famosa virtus infirmata, ut non modo ad amplificandos regni terminos,

a) comprimendo *cod.* b) XIV. *corr.* XXIV. *cod. et ita usque a.* XXIX. c) Bittonum *cod.* d) Anno Domini 840. Heimo, Hersfeldensis ecclesiae monachus, tercius episcopus Halberstadensis a Ludewico filio Pii Ludewici mittitur et anno 13. ordinacionis sue 6. Kal. Aprilis obiit et Halberstad sepelitur *cod. manu saeculi XV. exeuntis; cf. A. Sax.* 840 *et* 853.

verum eciam ad proprios tuendos in posterum vix sufficerent. Tamen licet cum nimio suorum dispendio Lodowicus et Karolus vicerunt. Reg

842. 2. Tres predicti fratres imperium inter se diviserunt; et Karolo occidentalia regna cesserunt a Brittannico oceano usque ad Mosam fluvium; Lodowico vero orientalia, scilicet omnis Germania usque ad Reni fluenta, et nonnulle civitates cum adiacentibus pagis propter vini copiam. Lotharius vero, qui maior natu erat, totam Italiam cum urbe Romana simulque nomen imperatoris optinuit. Reg — Ekk. 841

843. 3. Rex Bulgarum ad christianismum conversus cum gente sua, missis ad eum a sede apostolica ministris sacri ordinis, adeo in fide solidatur, ut non multo post filio maiore in regnum ordinato ipse abrenuncians[a] seculo monachus factus sit. Sed cum filius eius iuveniliter agens ad gentilitatis cultum vellet redire, miliciae cingulo et regio cultu resumpto filium persecutus cepit, et oculis eius effossis eum in carcerem trusit, et filio iuniore in regnum locato sacrum habitum recepit, et in eo usque ad finem vitae perseveravit. Ekk. 841

844. 4. Bellum fuit inter Pippinum, filium Pippini, et Karolum. Aecclesia in nova Corbeia dedicatur. Ekk.

845. 5. Rabanus Fuldensis abbas expulsus est de monasterio. cf. A. Quedl. cf. A. Q. 842

846. 6. Ludowicus rex, filius Ludowici, Pannoniam subegit, indeque reversus Boemios vastavit. cf. A. Quedl

847. 7. Otkerus Mogontinus archiepiscopus obiit, cui Rabanus Fuldensis abbas successit. cf. A. Quedl.

848. 8. Iudith imperatrix, uxor Lodowici prioris, obiit. Ekk.

849. 9. Liudericus 3. Bremensis archiepiscopus obiit. cf. A. Sax.

850. 10. Irmingardis regina, uxor Lotharii imperatoris, venerabilis matrona, obiit, quae tres[b] filios Lothario genuit, Lodowicum, Lotarium et Karolum. Reg. 851.

851. 11. Northmanni Brittannicum mare navigantes, ostia Ligeris fluminis occupaverunt, et repentina irruptione civitatem Namnetis invadunt, omniaque cedibus incendiis ac rapinis vastantes, pontificem civitatis ipso paschali sabbatho, cum baptismum ex more celebraret, in aecclesia interficiunt, clerum trucidant; omnemque circumquaque regionem vastantes, primum Andegavensem, deinde Turonicam occupant urbem, templumque sancti Martini incendio cremant. Reg. 853

852. 12. Karolus Pippinum regem Aquitaniae, nepotem suum, cepit, et attonsum habituque monachico indutum Suessionis in monasterium sancti Medardi misit, pro eo quod pace soluta eadem provincia a suis indigenis vastaretur, et multa illic mala inpune patrarentur. Fuit vero iste Pippinus filius Pippini, filii Lodowici imperatoris. Reg. 853

853. 13. Hemmo episcopus Halberstadensis obiit, cui Hildigrinus iunior successit. cf. A. Quedl.

854. 14. Terrae motu, aeris insolita commotione, turbinibus et multis incommodis homines quassantur. Quidam quoque homo igne celesti consumptus est, veste illesa manente. Ecclesia quoque sancti Kyliani Wirciburg fulmine exusta est. Ekk. 855

855. 15. Lotharius coram primoribus regni imperium divisit filiis suis, Ludowico Italiam tradidit eumque imperatorem vocari fecit, equivoco vero Lothario regnum, quod ex suo nomine vocatur, Karolo autem, qui iunior natu erat, Provincie regnum largitus est. Dispositis itaque omnibus reliquit seculum, atque in Prumia monasterio comam capitis deposuit et habitum monachicum suscepit. Reg

856. 16. Lotharius rex Thietburgam reginam in matrimonium sumpsit. Ex qua coniunctione non solum ipsi, sed etiam omni regno eius ruina maxima provenit. Reg

857. 17. Hildigart regina obiit. Ekk.

858. 18. Karolus rex, filius Lotharii imperatoris, moritur qui Provinciam regebat, et de regno eius facta est non modica controversia inter Lotharium regem et patruum eius Karolum. Reg

859. 19. Lotharius Hucberto abbati ducatum inter Iurum et montem Iovis commisit, eo quod tunc fidelissimus putaretur, utpote affinitate coniunctus propter sororem Thietburgam. Reg

860. 20. Lodowicus senior, frater Lotharii imperatoris, bella plurima strennuissime peregit contra Sclavos. Siquidem Marahensium[c] regna ingressus, armis cuncta perdomuit, captoque principe nomine Rastiz, eum cecari fecit. Reg

861. 21. Brittones Franciam devastant. Ob eam rem ulciscendam Karolus cum ingenti exercitu Brittanniam intravit, pugnamque commisit. Brittones more solito huc illucque cum equis ad talem conflictum exercitatis discurrentes, in Francos spicula torquent. At Franci qui cominus strictis gladiis pugnare consueverant, attoniti stabant novitate ante inexperti discriminis perculsi, nec ad resistendum nec ad fugiendum idonei. Sequenti die iterum pugna inchoatur, sed graviori Francorum infortunio finitur. Unde Karolus, nimio terrore dissolutus, nocte inscio exercitu aufugit, relictis tentoriis et omni regio apparatu. Mane facto cum exercitus regem fugisse conspiceret, cum ingenti formidine et confusione in fugam versus est. Brittones cum clamore irruunt, castra Francorum omnibus referta bonis invadunt, omnem belli copiam rapiunt, Francos fugientes persecuntur, totumque exercitum usque ad internicionem pene prosternunt. Reg. 860.

862. 22. Sanctus Meginradus heremita occiditur. Ekk

863. 23. Fames magna et morbus in Germania et in aliis Europe partibus grassatur. cf. A. Quedl.

864. 24. Karolus cum grandi exercitu fines Brittonum intravit, sed minime prevaluit; novissime vero pacem cum eis fecit. Reg. 863

865. 25. Lotharius rex cepit occasiones querere, ut Thietburgam reginam a suo consorcio separaret, quatenus Waldradam, que eius fuerat concubina cum adhuc esset adolescens in domo paterna, sibi legitime copularet. Guntharium itaque Coloniensem presulem aggressus, promisit se neptem illius in matrimonium accepturum, tantum ut Thietburgam eius et aliorum episcoporum auctoritate repudiare potuisset. Qua ille spe seductus, Thietgaudum Trevirensem archiepiscopum de hac causa alloquitur. Quid plura? Concilium Mettis convocant, reginam canonice vocatam in medio statuunt, testes producunt, qui[d] gravia crimina ei inponentes inter alia protestati sunt, quod eadem Thietburga confessa fuisset, semet ipsam fratris germani incestuoso concubitu esse pollutam. Sic illa non solum a legitimo viro separatur, verum etiam omnis copula maritalis inhibetur, penitencia iuxta modum culpae indicitur. His ita patratis, Waldrada iam in publicum procedit, omnisque regia aula resultat, Waldradam reginam esse. Guntharii episcopi neptis accersitur, ac semel ut aiunt ab eo constupratur, atque cum cachinno et omnium derisione ad avunculum remittitur. Igitur agentibus fratribus Thietburgae reginae, haec omnia ad noticiam Nicolai papae referuntur. Reg. 864

866. 26. Missi sunt Hagano et Rodoaldus a sede apostolica ad discuciendam Thietburgae causam. Qui in Franciam venientes, pecunia corrupti sunt, responsumque a rege acceperunt, se nil aliud egisse, nisi quod episcopi in generali synodo agendum demonstrassent[e]. Interea Thietgaudus et Guntharius archiepiscopi Romam profecti sunt, ut regem innoxium a supradicto facto, se quoque aecclesiastica exercuisse decreta, monstrarent. Itaque cum in presentiam Nicolai Reg. 865

a) abrenuncian *cod.* b) te *maiori spatio relicta cod.* c) Ramahensium *cod.* d) quia *cod.* e) demonstassent *cod.*

papae venissent, eorum anatematizata sunt scripta, et ipsi a tota synodo abiudicati, depositi et omni aecclesiastica dignitate sunt privati, communione tantum laicali eis concessa. Sic turpiter dehonestati in patriam regressi sunt. Licet imperator omni conamine eis suffragari niteretur, conatus omnis frustratus est. Thietgaudus prolatam in se sententiam pacienter servavit. Guntharius vero superbiae spiritu inflatus, vetitum sibi officium ausu temerario usurpare presumpsit. Sed cum postea iterum atque tercio sedem apostolicam restitucionis suae causa adissent, in Italia infirmitate preventi peregrini et exules moriuntur.

Reg. 866. 867. 27. Arsenius, episcopus et apocrisiarius Nicolai papae, vice ipsius in Franciam directus, tanta auctoritate usus est, ac si ipse advenisset apostolicus. Convocato nam episcoporum conventu, Lotharium regem gladio anathematis Waldradam vellet nollet relinquere, et Thietburgam reginam interposito iurisiurandi sacramento in matrimonium recipere coegit. Quod tamen iuramentum ille non diu servavit. Redeunte enim Romam apostolico legato, rursus Waldrada eiusque amicis decertantibus Thitburga regina despicitur, abhominatur, reicitur, crimen adulterii impingitur. Illa mortis periculum timens, latenter ad Karolum regem aufugit, eiusque tuicioni se commisit, sicque[a] Lotharius rursus Waldradam recepit.

Ekk. 867. 868. 28. Basilius occiso domino suo Michaele, regnavit pro eo.

Reg. 868. Ekk. 868. 869. 29. Nicolaus papa obit, cui Ardrianus 106. successit.

Reg. 869. 870. 30. Lotharius Romam profectus est. Quo veniente cum eum Adrianus papa benigne suscepisset, sciscitatus est ab eo, si monita Nicolai pape nec non et iusiurandum inviolatum custodisset. Qui respondit, se omnia ac si divinitus imperata essent custodisse. Cumque proceres et optimates eius eadem testificarentur, nec ullus adversus regiam auctoritatem legitimum auderet perhibere testimonium, papa talia prosequitur: *Si vestrae testificationi veritas suffragatur, restat, fili karissime, ut ad confessionem beati Petri pro tua tam corporis quam animae incolomitate hostiam salutarem immolemus, ex qua te nobiscum participari oportet, ut per hanc membris Christi, unde abscisus videbaris, merearis incorporari.* Finitis igitur missarum sollempniis summus pontifex, accepto in manibus corpore et sanguine Domini, ita regem alloquitur: *Si innoxium te recognoscis a prohibito tibi adulterii crimine, et hoc statutum habes quod numquam Waldradae nefario miscearis concubitu, fiducialiter sacramentum salutis aeternae in remissionem peccatorum tuorum percipe. Si vero te conscientia accusat nefarie sauciatum, aut iterum redire mente disponis, nequaquam sumere presumas, ne ad iudicium et dampnationem tibi eveniat.* Qui mente captus et obduratus, absque[b] retractatione communionem percepit. Deinde idem presul conversus ad sequaces regis, unicuique communionem obtulit in hec verba: *Si domino ac regi tuo Lotario in obiecto crimine favorem non prestitisti, et Waldradae et aliis ab hac sede apostolica excommunicatis non communicasti, corpus et sanguis domini nostri Ihesu Christi prosit tibi in vitam aeternam!* Igitur quisquis sub tali contestatione mali conscius sacram communionem temerare presumsit, divino iudicio percussus, ab hac luce subtractus est ante sequentis anni principium. Pauci qui se a communione subtraxerant, vix mortis periculum evasere. Porro Lotharius Roma egressus morbo corripitur, et apud Placenciam civitatem moritur. Tanta autem strages in prefati regis populo facta est, ut non peste perisse, sed hostili gladio corruisse tota nobilitas videretur.

Reg 870. 871. 31. Ludowicus et Karolus una cum optimatibus et proceribus suis ad Marsanam venientes, regnum Lotharii equis inter se partibus diviserunt.

Reg 870. 872. 32. Karlomannus filius Karoli a primeva etate in clericatus officio educatus et diaconatus officium promotus, velud alter Iulianus per apostasiam ab aecclesia recedens, collecta predonum multitudine aecclesias cepit devastare et alia multa mala exercere. Quem cum Karolus benignis correptionibus compescere non posset, captum cecari iussit. Orbatus itaque Lodowicum patruum suum adiit, miseriarum suarum erumnas apud eum lugubriter deplorans. Qui miseratione motus Epternacum monasterium sancti Willibrordi ad subsidium presentis vitae ei concessit, ubi non multo post tempore mortuus est ac sepultus est.

Reg. 872. 873. 33. Ludowicus imperator contra Adalgisum ducem Beneventanum coniugem suam cum exercitu misit. Qui faciem illius reveritus, in Corsicam insulam fugit ibique latuit.

Reg 873. 874. 34. Locustarum inestimabilis multitudo totam pene vastavit Galliam.

Reg. 874. 875. 35. Lodowicus imperator obit. Fuit vero princeps iste pius et misericors, iusticiae deditus, simplicitate Ekk. purus, aecclesiarum defensor, orphanorum pater, elemosinarum largitor, servis Dei humiliter se submittens. In Italia Brixae tribus diebus et tribus noctibus sanguis de coelo pluisse narratur. Karolus Romam tendens a Iohanne papa imperator efficitur.

Ekk. 876. 36. Cometes solito clarior apparuit. Subita et nimia aquarum inundatio facta est mense Iunio, ita ut in Saxonia villa quedam longe a torrentibus et fluminibus remota, in momento cum hominibus et iumentis, cum arboribus et ēdificiis, cum aecclesia et altari penitus absorpta sit, nullumque habitacionis vestigium remanserit.

Ekk. Annus Domini 877. Karoli iunioris 1. Karolus, iunior filius Lodowici, qui fuit nepos Karoli, 70. loco ab Augusto regnavit annis 11 cum fratribus suis Karlomanno et Ludewico. Ludewicus quippe tenuit Ostrofranciam, Karolus Alemanniam, Karlomannus Baioariam; cuius filius Arnolfus postmodum optinuit monarchiam.

Ekk. 878. 2. Karolus rex Galliarum, frater Ludowici, cognomento Calvus, obit.

Ekk. 879. 3. Ludewicus Balbus filius Karoli obit.

Reg. 880. 4. Ludewicus comperto quod frater obisset, Baioariam ingressus Ratisponam venit, ubi omnes optimates ad eum venientes, eius dicioni se subdiderunt.

Reg. 881. 5. Karolus de Alemannia egressus, Longobardorum fines occupavit, ac in paucis diebus totam Italiam in dedicionem accepit; et Romam perveniens, a Iohanne papa et omni senatu favorabiliter susceptus et cum magna gloria imperator ordinatus est.

Ekk. Reg 883. 882. 6. Ludewicus rex Francorum, frater Karoli imperatoris, obit. Karlomannus frater illius regnum optinuit.

Reg. 883. 7. Hugo, filius Lotharii, Wichbertum comitem sibi fidelissimum dolo trucidari fecit, pulchritudine uxoris eius captus, quam absque mora in matrimonium recepit, cui nomen Friderada fuit.

Reg. 384. 8. Karlomannus in venatione ab apro graviter vulneratus, moritur, et ad Sanctum Dyonisium sepelitur. Fertur autem, quod a quodam suo satellite inprovide arma ferenti vulneratus fuerit, et quia non sponte hoc facinus commiserat, idcirco a rege celatum sit, ne innoxius morti traderetur. Karolus imperator regnum illius optinuit.

Ann Hild. 885. 9. Wlfarius episcopus cum aliis[c] multis occisus est a Sclavis.

(cf. A. Sax.) 886. 10. Hildigrimus episcopus[19] obit, cui Aiulfus successit

Ann Hild 887. 11. Karolus imperator apud Triburias placitum habuit, ubi conspiratione facta contra eum orientales Franci elegerunt Arnolfum regem; cui se Karolus subiecit.

a) sique *cod.* b) abque *cod.* c) alii *cod.*

19) Halberstadensis.

Annus Domini 888. Arnolfi 1. Arnolfus, filius Karlomanni, fratris Karoli iunioris, 71. loco ab Augusto 12 annis regnavit, 5 vero imperavit. Huius anno primo Karolus imperio privatus obit. Principabatur autem iam dictus Arnolfus Baioariis, Suevis, Francis orientalibus, et post mortem Karoli Calvi Lotharingiis audacibusque Saxonibus. Ekk.

889. 2. Arn Wirciburgensis episcopus in Saxonia occisus est inter missarum sollempnia. Ekk.

890. 3. Ratispona incendio flagrat. Ekk. 891.

891. 4. Arnolfus rex exercitum Nortmannorum delevit. Ekk. 890.

892. 5. Poppo dux Turingorum dignitate sua expoliatur, et ducatus eius Conrado commendatur. Reg.

893. 6. Sunderoldus archiepiscopus a Normannis occiditur; pro quo Hatto ordinatur, obscurus quidem genere, sed acutus ingenio, et qui difficile discerneretur, melior consilio foret an peior. Ekk.

894. 7. Arnolfus rex Zuendebaldum filium suum ex concubina natum facit regem Lothariensium. Ekk.

895. 8. Arnolfus rex Italiam Burgundiamque sibi subiecit. Ekk.

896. 9. Arnolfus rex Romam veniens imperator efficitur. Ekk.

897. 10. Karolus iam quindennis creatur in regem Galliae. Ekk.

898. 11. Ungarii Italiam ingressi multa mala commiserunt. Reg. 901.

899. 12. Magna fames homines se invicem comedere compulit. Ekk.

900. 13. Arnolfus imperator de Roma reversus, afflictus a minutis vermibus quos pediculos vocant, adeo in corpore eius scaturientibus, ut a nullo medicorum minui possent, moritur. Nam cum Formosus papa vehementer a Romanis affligeretur, eius hortatu Arnolfus rex Romam advenerat; qui ingressus Urbem, multos Romanorum principes obviam sibi properantes, ulciscendo apostolici iniuriam, decollari precepit. Causa autem simultatis inter apostolicum et Romanos hec fuit: Formosi decessore defuncto, quaedam pars Romanorum Sergium quendam, Romanae aecclesiae diaconum, quedam vero pars non infima natu Formosum, Portuensem episcopum, pro vera religione et doctrinae sciencia papam fieri anhelabant. Cum autem in eo esset ut Sergius ordinari debuisset, pars quae Formoso favebat non sine militari tumultu Sergium ab altari expulit et Formosum papam constituit. Unde Sergius descendit in Tusciam, ut per Adelberti marchionis iuvaretur potentiam; quod et factum est. Nam Formoso defuncto, et Arnolfo in patria morte qua diximus extincto, is qui post Formosum constitutus est, expellitur; Sergius per Adelbertum papa constituitur. Qui constitutus ut impius et sanctarum scripturarum inscius, Formosum e sepulchro extrahi, et in sede Romani pontificatus sacerdotalibus vestimentis indutum locari, sicque decollari precepit. Cui et ait: *Cum Portuensis esses episcopus, cur ambitionis spiritu universalem sedem usurpasti?* Deinde sacris exutum vestibus abscisisque digitis tribus in Tyberim iactari precepit, cunctosque ab illo ordinatos gradu proprio depositos iterum ordinavit. Quod quam male et iniuste actum sit, quilibet in aecclesiasticis sanctionibus peritus facile agnoscit. Quante autem auctoritatis et sanctitatis idem Formosus papa fuerit, hinc colligere possumus, quoniam dum a piscatoribus postmodum inventus atque ad aecclesiam beati Petri principis apostolorum esset deportatus, sanctorum imagines quae ibi erant se inclinantes, hunc in loculo positum venerabiliter salutaverunt.

Annus Domini 901. Ludewici II 1. Ludewicus, Arnolfi imperatoris filius, 72. loco ab Augusto, admodum puer, imperavit annis 12. Ungarii Boioariorum, Suevorum, Francorum regna devastant. Ekk.

902. 2. Ungarii Charentaniam invadunt, et commissa in sabbato sancto paschae pugna, omnes occiduntur. Ekk.

903. 3. Zuentebaldus rex a Lothariensibus in bello perimitur; in quo bello quicumque vulneratus est, aut mortem non evasit aut numquam sanari meruit. Franco Leodicensis episcopus obit, cui Stephanus successit, vir sanctitate et scientia clarus, qui vitam sancti Lamperti ad Herimannum Coloniensem episcopum scripsit; cantum quoque nocturnum de eodem martyre, sed et de sancta Trinitate et de inventione sancti Stephani prothomartyris dulci et regulari modulatione composuit. Ekk.

904. 4. Folco Remorum archiepiscopus a quodam Winimaro, satellite Baldwini comitis, occisus est. Reg. 903.

905. 5. Heriveus Remorum cum multis episcopis Winimarum excommunicavit, et pro tam inaudito scelere perpetuo anathemate condempnavit. Reg. 903.

906. 6. Beringer Reginolt et Gerhart, germani fratres, occiduntur. Ekk.

907. 7. Adelbertus, predictorum primatum frater, contra Conradum, Lodowici imperatoris fratrem[a], ob ultionem fratrum bella continua tamque ingentia commisit, ut nec ipse imperator animositatem eius aliqua vi vel arte sedare potuerit, donec eundem Conradum occidit. cf. Ekk. 901 et 907.

908. 8. Ludewicus imperator, sciens se fratris sui Conradi necem non posse ulcisci in rebellione principis tam violenti, nisi quadam tergiversatione, Hattonem Mogontinum archiepiscopum, quid super hac re faciendum esset, consuluit. Qui ut erat versucia plenus: *Desine*, ait, *ego te securum meis sollicitudinibus faciam; ego, ut ad te ille veniat, providebo; tu, ne redeat, curato.* Hatto itaque fraude animatus, Adelbertum in castello Bavenberch quasi rebus eius consulturus adiit, multaque in dolo locutus, suasit ei ad regem venire, promittens ei iureiurando, aut ei pacem cum rege facturum, aut incolomem eum suo loco restituturum. His pactis consentiens Adelbertus, fidei et amiciciae causa ut dignaretur prandere rogavit episcopum. Quo calliditatis obtentu negante, ilico urbem egressi sunt, episcopo dexteram Adelberti tenente. Cum pertransissent oppidum cum omni comitatu, episcopus exclamavit dicens: *Proch, quam sepe petit, qui oblata spernit! Tedet me longioris viae et tardioris horae; nam ieiuni tota die non possumus pergere.* Haec audiens Adelbertus, nichil mali suspicatus ad genua pontificis se letus inclinavit, et ut in urbem prandendi gratia reverteretur rogavit. Pontifex cum Adelberto in urbem revertitur, deputans se liberatum a vinculo iuramenti, eo quod incolomem illum sic restituisset loco suo. Post haec cum pontifice exiens, regi Ludewico ab eo praesentatur, moxque habito iudicio, principum qui affuere decreto, capitalem subiit sentenciam et in proprio castello Tharissa accepit sepulturam. Ekk. 901 et 908.

909. 9. Ungarii Saxoniam et Thuringiam vastant. Ekk.

910. 10. Ungarii Alemanniam vastant. Ekk.

911. 11. Franci pugnant cum Ungariis. Ekk.

912. 12. Ludewicus rex obit. Post cuius mortem, cum non esset ei filius, omnis populus Francorum et Saxonum querebat magno duci Ottoni, qui erat frater Machtildae reginae, uxoris Ludowici regis, diadema regni imponere; sed ille quasi iam gravior, recusabat onus imperii; eius tamen consultu Conradus quondam dux Francorum, filius Conradi, quem Adelbertus occidit, ungitur in regnum. Summa tamen imperii penes Ottonem semper et ubique fuit. Natus est autem eidem Ottoni filius mundo necessarius, optimus Heinricus, qui primus libera potestate regnavit in Saxonia; cui pater moriens totius Saxoniae ducatum reliquit. Ekk.

Annus Domini 913. Conradi 1. Conradus, filius Conradi, ex genere Francorum oriundus, vir strennuus bellorumque exercicio doctus, communi electione 73. loco ab Augusto regnavit annis 7. Otto imperator nascitur. Ekk. cf. A. Quedl.

a) *in margine suppletum.*

Ekk. 913. cf. A. Hild. (Hersf.) 914. 914. 2. Conrado regi rebellant principes potentissimi, Arnoldus de Baioaria, Burchardus de Suevia, Eberhardus comes de Francia, Giselbertus dux Lotharingiae, et inter eos praecipuus Heinricus dux Saxonum et Thuringorum; quos tamen rex tam sapientiae vigore quam fortitudinis robore superavit et ad suam fidelitatem perduxit. Otto dux magnus obit.

Ekk. 915. 3. Ungari Alemanniam vastant. Hatto archiepiscopus Mogontinus obit; cui Heriger successit.

916. 4. Reinwardus Bremensis archiepiscopus obit.

Ekk. 917. 5. Ungari Alemanniam totam devastantes usque ad Fuldam perveniunt.

Ekk. 918. 6. Basilea ab Ungaris destruitur.

Ekk. 919. 7. Conradus rex moriens, coram principibus regni regem designat Heinricum, filium Ottonis Saxonum ducis ex Liutgarda, filia Arnolfi[a] imperatoris.

Ekk. Annus Domini 920. Primi Heinrici 1. Heinricus genere Saxo, filius Ottonis ducis, 74. loco ab Augusto regnavit annis 17. Cui cum unctio offerretur et diadema a Herigero archipraesule, non sprevit nec tamen suscepit: *Satis*, inquiens, *mihi est, ut prae maioribus meis rex dicar et designer, divina annuente clementia vestraque pietate; penes meliores vero nobis unctio et diadema sit; tanto honore nos arbitramur indignos.* Placuit iste sermo coram omni multitudine, et dextris in celum levatis, nomen novi regis laude frequentabant.

Ekk. 920. (cod. E. anno 921) (p. 180). 921. 2. Arnoldus dux Baioariae solus ex omnibus principibus regi Heinrico rebellat. Contra quem ille cum valida manu in Baiouriam tendens, in urbe Ratispona eum obsedit. At ille videns se regi non posse resistere, portis apertis egressus est ad regem, tradens se ei cum omni regno suo, et honorifice susceptus ab eo amicus regis appellatus est.

Ekk. 922. 3. Stephanus Leodicensis episcopus obit; cui Richarius successit.

Ekk. 923. 4. Ungaris Franciam Alsaciam Alemanniam Saxoniamque vastantibus, Heinricus rex congressus iuxta Merseburch, inestimabili cede usque ad internicionem pene delevit.

Ekk. 924. 5. Rex Heinricus et rex Francorum Karolus apud Brunnam[b] confederantur, episcopis et comitibus rem utrimque iuramento confirmantibus, reddiditque Karolus Heinrico regi regnum Lotharingiae. Sanguis Domini crucifixi venit in Augiam insulam, forte ille, qui de imagine Domini fluxit, cum secundo in imagine sua a Iudeis priora pateretur.

Ekk. Ekk. cod. E. (cf. p. 182.) 925. 6. Karolus rex Francorum a comite Heriberto captus, Petrone in custodiam truditur. Heinrico rege ad dilatandum imperium super Lotharios tendenti, in ipsa profectione ubi Renum transiit Karoli legatus occurrit, salutato eo verbis humillimis: *Dominus meus*, inquit, *Karolus, regia quondam dignitate praeditus, modo privatus, misit me ad te, demandans tibi, quia sibi ab inimicis circumvento, nichil possit esse dulcius quam de tui magnifici profectus gloria aliquit audire, et hoc tibi signum fidei transmisit*; protulitque de sinu manum preciosi martyris Dyonisii auro gemmisque inclusam: *Hoc*, inquiens, *habeto pignus amoris perpetui, hanc partem unici solatii Francorum Galliam inhabitantium, postquam nos sanctus martyr Vitus ad nostram perniciem deseruit, et ad vestram perpetuam salutem Saxoniam visitavit, communicare maluit. Neque enim ex quo corpus eius translatum est, a nobis civilia vel externa cessavere bella, et sicut res Francorum minui, sic Saxonum postea ceperunt dilatari.* Rex autem divinum munus omni gratiarum actione suscipiens, reliquiis cod. D. E. 925. (p. 182.) sanctis prosternitur, et deosculans eas summa veneratione veneratur. Rudolfus rex Burgundionum[c] eodem fere tempore Heinrico regi lanceam misit, quam Constantini magni, sanctae Helenae filii, fuisse dicebant; quae novo quodam opere novaque elaborata arte et figura, iuxta mediam spinam habuit utrobique quasi fenestram, et in media spina cruces ex clavis manibus et pedibus salvatoris domini nostri IHESU CHRISTI affixis. Per hanc igitur idem rex de hostibus sepe triumphavit, eamque filio suo Ottoni magno moriens cum regno reliquit, eamque credimus esse, quae ex tunc usque hodie in imperatorum tutela solet manere. Hiltine Augustensis episcopus obit, cui sanctus Oudalricus successit.

Ekk. 920. (p. 182) cf. 926. 926. 7. Heinricus rex Sclavos qui Hevelli dicuntur cum exercitu petit, et multis eos praeliis fatigans, tandem hieme asperrima, castris super glaciem positis, cepit urbem quae dicitur Brandenburg, fame ferro frigore. Qua urbe potitus, omnem simul per eam tenuit regionem, vertitque signa sua contra Dalmatiam, adversus quam iam olim pater suus ei reliquit miliciam.

Cont. Reg. 928. 927. 8. Heinricus rex Boemos hostiliter invasit, et praestante Deo gloriose triumphavit.

Ekk. 927. 928. 9. Karolus rex Franciae sub custodia Heriberti comitis exul et martyr moritur.

cf. A. Quedl. 929. 10. Otto magnus Edith, filiam Ethmundi regis Anglorum, matrimonio sibi iungendam Saxoniae advexit, eique urbem Magdeburg, quae nunc metropolis est Saxoniae, tunc vero Halberstadensi diocesi subiecta fuit, inter ceteras opes pro dote optulit. Ekk. cod. D. E. 929. Ratherius Lobiensis monachus, vir nimie simplicitatis sed experientia liberalium artium nominatus, a Hugone rege Verone episcopus constituitur.

cf. A. Quedl. 930. 11. Pugna valida facta est iuxta Albiam prope Lungini, in qua Saxones gloriose vicerunt, prostratis Sclavorum 120 milibus, in captivitatem vero 800 ductis.

Cont. Reg. Adam I, 59. 931. 12. Heinricus rex regem Abodritorum et regem Danorum efficit christianos. Ingressus namque Daniam cum exercitu, regem nomine Wrm vicit, et apud Sliaswik, que nunc Heidiba dicitur, regni terminum ponens, marchionem ibi statuit.

Ekk. 932. 13. Tiedo Wirciburgensis episcopus obit.

Ekk. 933. 14. Ratherius a Hugone rege episcopatu pulsus, quia Bawariis faverat, Papiae exiliatur, ubi et librum de suis erumpnis edidit. Scripsit et alia multa legentibus utilia.

Ekk. 935. 934. 15. In Genuensi urbe fons sanguinis erupit.

Cont. Reg. 934. 935. 16. Heinricus rex Ungros in Swirbia multa cede prostravit, pluresque ex eis comprehendit. Eodem anno Sclavos, qui Urcani vocantur, hostiliter invasit et vicit, sibique tributarios fecit.

Cont. Reg. 935. Ekk. 920. p. 183. 936. 17. Heinricus rex paralisi percutitur. Cumque in castello, quod dicitur Hiemelewa, quod est inter Saxonum et Thuringorum confinia, lecto decumberet, ubi et mortuus est, convocato omni populo, designavit Ottonem filium suum regem, quia eum prudentissimum et religiosum noverat, licet in imperio natus non esset. Ceteris autem filiis praedia cum thesauris distribuens, testamentum legitime fecit, rebusque omnibus rite completis defunctus est anno regni sui 17, vitae autem fere 60. Translatum est autem corpus eius in Quidelingaburg et in basilica sancti Petri ante altare cf. A. Q. 936. sepultum. Quo defuncto Machthild inclita regina cenobium in monte Quidelingeburgensi, ut ipse prius decreverat, construere cepit.

Ekk. Annus Domini 937. Ottonis 1. Otto magnus, Heinrici filius, 75. loco ab Augusto ab omni populo Francorum et Saxonum in regem electus, regnavit annos 38. Electus autem apud Aquisgrani, mox ibidem unctus est in[d] regem a pontifice Mogontino, nomine Hildiberto. Unctione vero benedictionis percepta, quam sapientem in regni moderamine, quam fortem in adversantium certamine, quam strenuum in religione se exhibuerit, facile enarrari non potest. Primum itaque barbaris

a) Anolfi *cod.* b) *ita cod.* c) Burgungundionum *cod.* d) *deest cod.*

ad novas res moliendas desevientibus, Bolizlaus occidit fratrem suum Wentizlaum, virum christianum, regno fidelem et religiosum[a] Dei cultorem. In cuius ultionem cum rex exercitum mitteret adversus Bolizlaum, primo nostri victores extiterunt, deinde pro recenti victoria securius agentes, repentina incursione omnes ab eo occisi sunt; et bellum hoc perseveravit usque ad 15. regis imperii annum; ex eo regi fidelis et utilis permansit.

938. 2. Eberhardus dux Francorum, Giselbertus dux Lotharingiae, Wigmannus et improbus Tancmarus conspiravere contra regem, sed illa iniqua conspiratio sapienter oppressa est. Nam Tancmar miserabiliter occisus est, ceteri vero suspensi sunt, Eberhardus in exilium missus, Wigmannus pedibus regis provolutus reconciliatus est, ut plenius post docebimus. Eodem tempore praedictus rex instinctu et peticione pie coniugis suae Edith regine abbaciam regalem intra urbem Magdeburg fundavit. Sed antequam de hac fundatione plenius dicamus, non ociosum putamus, si de tam famose civitatis prima fundatione, et unde hoc nomen Parthenopolis sive Magadeburg suscepit, penes tradicionem veterum paucis perstringamus. Cesar igitur ille quondam potentissimus, ab Yulo Aeneae filio stirpis dirivatione cognominatus Iulius, dictatoris ordine cum Crasso et Pompeio sublimatus Romae, cum totam Galliam trinae divisionis Romano imperio armis subiugandam suscepisset, in has susceptae gentis partes veniens, tum ut eo tucius cum exercitu pausaret, tum ut circumpositas nationes facilius coerceret, plures competentibus in locis civitates condidit, quarum nonnullas terrae lignique materia circumvallatas plerasque etiam murorum ambitu cinctas munire studuit, quantum opere festinato valuit inhianter accedens multitudo. Inter quas et hanc non infimam ad honorem Dianae condidit, quae quia apud gentiles dea virginitatis stulto errore credebatur, a parthenu, quod Grece virgo dicitur, ipsa parthena quoque vocabatur, sicque a parthena, id est Diana, Parthenopolim, id est parthenae urbem, appellavit. Quod etiam barbarum nomen testatur, quia Magadeburg quasi virginis urbs dicitur. Fecit quoque idem Cesar intra urbem, ut fertur, iuxta ripam Albiae fluminis templum, immo ydolium eiusdem Dianae, ubi ad supplementum religionis pluribus virginibus dicatis, sacra deae statuit quae posteritas celebravit. Decursis post haec pluribus annis cum summae virtutis Karolus magnus sceptra regni gerens, ut suo in loco plenius digessimus, Saxoniam continuis bellorum procellis subactam ad fidem Christi convertisset, huius ydolii aras destruxit, et oratorium prothomartyris Stephani ibi dedicari fecit, et diocesi Halberstadensi ipsam civitatem subiecit. Sed iam dicto Albiae flumine iugi impulsu usque ad aecclesiae parietes litus suum cavante, illa tandem corruit, pro qua hanc permodicam, quam usque hodie cernimus, vulgi paupertas erexit. Prefatus autem imperator Otto magnus et post tempora Karoli nulli inter omnes Romana sceptra gerentibus secundus, volens non solum suae sed et futurae etatis generationibus relinquere nominis sui memoriale celebrandum, simulque ob aeternae remunerationis praemium, novum huius civitatis posuit fundamentum. Volebat enim ibi sedem episcopalem facere; sed partem parrochiae quae Halberstadensi diocesi subiacebat, a Bernhardo eiusdem aecclesiae episcopo, quamdiu ille vixit, impetrare non potuit. Fundavit ergo inibi regalem, ut diximus, abbatiam in honore beati Petri, apostolorum principis, ac MAURICII, egregii Thebeorum ducis, dignique contubernalis illius INNOCENTII militis fundavit, cuius corpus Rodoulfus rex Burgundionum ei ac reginae transmissum, regium immo divinum munus donavit. Maximam quoque partem corporis sancti MAURICII et quorundam sociorum eius, cum plurimis apostolorum, martyrum confessorum ac virginum reliquiis, in eandem civitatem transtulit eodem anno iam dictus Otto rex gloriosus 11. Kal. Octobris. Prefecit autem abbaciae Annonem, virum venerabilem, Treveris de cenobio sancti Maximini assumptum, transductis inde et aliis fratribus numero et sanctitate monasticae disciplinae perfectionem informare sufficientibus. Qui domnus Anno, postquam abbatiam per annos quos nos invenire nequivimus, strennue rexit, Wormaciensis praesul eligitur, eique Othwinus in abbatia substituitur.

cf. A.Q. 937. Ekk. — Cont. Reg. — cf. Chron. Magd. p. 269. — p. 270 — p. 272 — p. 270 — p. 271

939. 3. Otto imperator Brandeburg et Havelberga episcopia fundat, et Mogontini suffraganeos esse constituit. Rodolfus rex Burgundiae et Arnolfus dux Baioarie moriuntur. Eberhardus et Giselbertus Heinricum fratrem regis capiunt, eumque astucia sua a regis fidelitate disiunctum factioni suae applicant, suggerentes ei, regnum magis competere in patris regno nato, quam Ottoni ante regnum nato. Sed Otto rex a Baioariis sibi resistentibus reversus, Eberhardum comprehensum exiliat, iterumque Baioarios aggressus, omnes sibi subdidit praeter unum filium Arnolfi.

Cont. Reg. 937. — Ekk.

940. 4. Eberhardus ab exilio remittitur, rursusque totum regnum rebellionibus et inimiciciis confunditur. Eberhardus enim et Giselbertus cum Heinrico, regis fratre, contra regem iterato coniurant, et cum eis etiam quidam aecclesiastici viri. Tunc rege Lotharingienses, ubi tunc rebellionis summa erat, adeunte, Giselbertus cum fratre regis transitum Reni regi prohibere volens, sociis regis congreditur, rege interim in alio[b] Reni littore ante clavos Domini

Cont. Reg. 939. — Ekk. p. 185

a) reliosum *cod.* b) alio re reni *cod.*

C. Reg. 939. Ekk. I. I. Cont. Reg. 939.
lanceae suae infixos in oratione prostrato; sed Deo victoriam praestante, et fratre regis in brachium insanabiliter vulnerato plurimisque suorum occisis, Giselbertus et ipse frater regis fugae praesidia petunt. Quos rex insequens usque ad Caprimontem pervenit, et eos in castello in eodem monte sito firma obsidione vallavit.

C. Reg. 939.
941. 5. Ludewicus, rex Francorum, filius Karoli, consilio inimicorum regis, sub obtentu requirendi Lotharingiam, quam pater suus Karolus Heinrico regi remiserat, Alsaciam invasit, ubi queque poterat plus hostiliter quam regaliter gessit. Quod rex Otto non ferens, Caprimontem obsidione absolvit, et Alsaciam petens, Lodewicum regem expulit. Quo expulso, Brisacam castellum munitissimum obsedit, ubi utrimque fortia bella gesta sunt. Unde Fridericus Mogontiensis et Rodhardus Strazburgensis episcopi, fixis in obsidione tentoriis, relictis ibi omnibus copiis suis noctu clam aufugerunt, et Mettensem urbem adeuntes, Giselberto et Heinrico se occursuros, ut coniuraverant, speraverunt. Sed longe aliter eis evenit, quia Giselbertus et Eberhardus iuxta Anternacum castellum cum suis Renum transituri, ab Udone et Conrado comitibus ceterisque regis fidelibus bellica manu intercepti, Eberhardus occiditur, Giselbertus in Reno submergitur, plurimi ex sociis eorum gladio vel aqua submersi, reliqui vero fugati aut capti sunt. Quo audito, Brisacenses castellani regi subduntur, sicque obsidio solvitur. Tunc rex iterum Lotharienses[a] adiens, omnes suo subiecit imperio; sed et fratrem suum proiectis armis ad se venientem solita suscepit clementia. Solus Adelbero Mettensis episcopus aliquamdiu resistere conatus est. Fridericus archiepiscopus ad Fuldam monasterium, et Rothardus Corbeiae monasterio destinantur. Dum haec aguntur, Tancmarus regi rebellis in Eresburg castello occiditur, et eius complices suspenduntur, Wigmannus, frater Hermanni Saxonici ducis, regi reconciliatur.

Cont. Reg. 940.
942. 6. Heinrico, fratri regis, Lothariensis ducatus committitur, qui eodem anno a Lotariensibus expellitur; eique Otto comes subrogatur. Fridericus episcopus a Fulda remittitur.

C. Reg. 941. A. Qdl. 941.
943. 7. Heinricus frater regis cum quibusdam Saxonibus in paschali festivitate, celebrante rege eandem in Quidelingeburg, contra ipsum conspirat, quorum qui maiores videbantur rex decollari fecit, quosdam vero exilio religavit, fratrem vero suum Inglinheim custodiae mancipavit. Fridericus archiepiscopus, quia conspirationis huius particeps videbatur, publica se examinatione, perceptione corporis et sanguinis Domini coram populo in aecclesia purgavit.

Cont. Reg. 942.
944. 8. Rex natale Domini Frankenvord celebravit[b], ubi frater eius per Rodbertum, Mogontinae aecclesiae diaconum, e custodia noctu clam aufugiens, antelucano tempore, regis ad aecclesiam euntis pedibus se prostravit, et

Ekk. 944.
misericordiam cum pacis osculo optinuit. Stephanus et Constantinus, filii Romani Grecorum imperatoris, egre ferentes se iusta patris severitate a iuvenili levitate coerceri, dispositis in palatio insidiis, ignorante altero Constantino, Leonis imperatoris filio, patrem de solio deponunt, et tonso ei capite ad vicinam insulam in cenobium monachorum

Cont. Reg. 944.
transmittunt. Sol horribilem eclypsin passus est. Ungri a Carantanis graviter ceduntur.

Ekk.
945. 9. Stephanus et Constantinus, videntes post patris deposicionem, Constantinum, filium Leonis imperatoris, ab omnibus sibi ad imperium praeferri, et se iam vix in secundis haberi, cum deliberarent hoc quod patri fecerant etiam Constantino facere, publicato eorum consilio, cum ad convivium ex condicto consedissent, et de prioratu sedendi inter se consulto decertarent, dato signo a viris Constantini, ambo fratres de solio deturbantur, et tonsis capitibus ad idem mo-

Cont. Reg. 945.
nasterium, ad quod patrem miserant, etiam ipsi tramittuntur. Bertholdus dux Bawariae obit, cui Heinricus frater regis in ducatu successit.

Cont. Reg.
946. 10. Ludowicus rex Francorum, a suis regno expulsus, auxilium petens regem Ottonem adiit, et ut desideraverat optinuit. Nam manu valida rex Galliam intravit, et Remensem urbem et Laudunum aliaque castella perplura firma et munita Ludowico reddi fecit, ipseque usque Rothomagum hostili manu pervenit; indeque omnibus pene, excepto Hugone Rodberti filio, regni maioribus regi suo subactis, in patriam regreditur.

Thietm. II, 2. Ann. Quedl. 946.
947. 11. Regina venerabilis Edith anno 19, postquam Ottoni matrimonio coniuncta est, ordinationis vero suae anno 11, 7. Kal. Febr. amarum mortis poculum degustavit, sepultaque est Magdeburg in maiori aecclesia in oratorio

Cont. Reg. 947.
aquilonari. Conradus dux Lotharingie Liutgardam, filiam regis, in matrimonium sumpsit. Rex quoque filio suo Liudolfo desponsavit Idam, Herimanni ducis Suevorum filiam, communi totius senatus consensu eum regni consortem constituens sibique succedere optans.

Cont. Reg.
948. 12. Synodus Inglinheim[c] 34 episcoporum habetur, cui praesidente Marino episcopo, Romanae aecclesiae legato, reges Otto et Lodowicus affuerunt. Ubi inter cetera aecclesiae negotia causa Hugonis, qui Althardum archiepiscopum expellens, sedem aecclesiae Remensis invaserat, ventilatur, et omnium qui affuerant episcoporum iudicio dampnatur.

Cont. Reg. Ekk.
949. 13. Hermannus dux Sueviae, vir sapiens, obit. Taxis rex Ungariorum in Italiam veniens, decem modios nummorum a Berengario pro reditu accepit.

Cont. Reg.
950. 14. Rex purificationem sanctae Mariae Frankenvord celebravit; inde Wormaciam adiit, ubi viduam praedicti Hermanni ducis ad se venientem benigne suscepit, et filio suo Liudolfo ducatum Alamanniae commisit. Tunc quoque defuncto Rihgowo eiusdem civitatis episcopo, successit illi venerabilis Anno, primus abbas Sancti Mauricii in Magdeburg, eique in abbatia substituitur Othwinus.

Cont. Reg.
951. 15. Rex Otto in Italiam iturus, multo se ad hoc iter apparatu praestruxit, quoniam Adelheidam, viduam Lotharii regis Italici, filiam Rodolfi regis, a vinculis et custodia qua a Berengario tenebatur liberare, sibique eam in matrimonium assumere et per eam regnum Italicum acquirere deliberavit. Quod iter filius eius Liudolfus anticipans, patrique, si quid ibi ad ingressum suum fortiter ageret, placere desiderans, nil tale ut speraverat peregit, sed potius patrem inconsultum offendens, totius inde rebellionis et discordiae seminarium sumpsit. Patruus enim eius, Heinricus dux, omnium honorum eius invidus, de Bawaria legatos suos in Italiam praemisit, omniumque Italicorum ab eo mentes avertit, in tantum ut nec civitas nec castellum, quae subsequenter regis pistoribus et cocis patuerant, filio regis aperiretur, omniaque ibi incommoda pateretur. Rex autem, ut desideraverat, Deo propicio Adelheidam venerabilem reginam a custodia

Ekk. p. 188. Cont. Reg. 951.
liberatam in matrimonium sumpsit, et nuptias regales regali munificentia Papiae celebravit, indeque totum regnum Italicum, sicut optaverat, optinuit. Tunc Liudolfus dux haec omnia egre ferens, inconsulto patre cum Friderico archiepiscopo in patriam revertitur.

Cont. Reg.
952. 16. Rex expulso Berengario in patriam rediit, ducemque Conradum ad persequendum Berengarium in Italia reliquit. Liudolfus dux de Italia reversus regio ambitu natale Domini Saleveld celebravit, ubi Fridericum archiepiscopum omnesque qui in promptu erant principes secum detinens, verbis et donis regalibus rebellare regi persuasit. Conrado autem duce ad persequendum Berengarium relicto, Berengarius eiusdem ducis consilio in Saxoniam ad regem venit, nil tamen prosperum optinuit; sed machinatione Heinrici ducis, fratris regis, vix vita et patria indulta Italiam

a) Lothariens *cod.* b) celelebravit *cod.* c) in Glinheim *cod.*

rediit; unde etiam Conradus dux multum offensus, a regis fidelitate defecit. Unde etiam Fridericus archiepiscopus [Cont. Reg. 952.] eidem duci reconciliatus est; nam antea inimicus erat. Eodem tamen anno, mense Augusto, conventus Francorum Saxonum Bawariorum Suevorum et Longobardorum publicus apud Augustam Rhetiae provintiae urbem agitur, ubi rursus Berengarius cum filio suo Adelberto et uxore Willa vocatu, se regis dominationi subdidit, et reginae iram suplex [Thietm. II,3] placavit, et tunc Italiam cum gratia et dono regis accepit regendam. Marca tantum Veronensis et Aquileiensis excipitur, et Heinrico fratri regis committitur. Igitur rex Otto, postquam omnia fere regna, quae post mortem Karoli magni [Adam II,3] defecerant, suo imperio subiugavit, in Danos arma convertit. Dani enim tunc rebellare moliti, apud Sliaswik legatos Ottonis cum marchione trucidarunt, omnem Saxonum coloniam funditus extinguentes. Ad quam rem ulciscendam rex cum exercitu statim invasit in Daniam, transgressusque terminos Danorum apud Sliaswik olim positos, ferro et igne totam vastavit provinciam usque ad mare novissimum, quod Northmannos a Danis dirimit, et usque hodie a victoria regis Ottensand dicitur. Cui egredienti Haroldus Danorum rex, filius Worm regis, apud Sliaswik occurrens bellum intulit, in quo utrisque viriliter concertantibus, Saxones victoria potiti sunt, Dani victi ad naves cesserunt. Tandemque condicionibus ad pacem inclinatis, Haroldus Ottoni subditur, et ab eo regnum suscipiens, christianitatem in Dania recipere promisit. Nec mora, baptizatus est ipse rex Haroldus cum uxore Gunhild et filio parvulo, quem rex a sacro fonte susceptum Sueinotto vocavit. Eodem quoque tempore Daniam cismarinam, quam Iudland incolae appellant, rex Otto subiciens tributo, in tres divisit episcopatus, et Hamanburgensi dyocesi subiecit, unum constituens apud Sliaswik [Adam Desc. c. 1.] quae et Heidiba dicitur, quam brachium quoddam barbari maris alluit, quod incolae Sliam vocant, unde et civitas Sliaswik nomen trahit; ex eo portu naves emitti solent in Sclavoniam, vel in Svethiam, vel ad Seland, usque in Greciam. Alterum fecit episcopatum in civitate quae dicitur Ripa, quae civitas alio cingitur alveo, qui ab oceano influit, per quem vela torquentur in Fresiam, vel in Angliam, vel in nostram Saxoniam. Tertium episcopatum constituit in Arhusan, et hanc fretum quoddam a Fune dirimit brevissimum, quod ab orientali pelago ingrediens longis anfractibus inter Funem et Iudland protenditur in boream usque ad eandem civitatem Arhusan. A qua navigatur in Funem aut Seland, vel in Sconiam vel usque in Norweiam. Servantur autem in Bremensi aecclesia privilegia regis, quae [Adam II, 3] signant Ottonem regem in sua dicione regnum Danicum tenuisse, adeo ut etiam episcopatus ille donaverit.

953. 17. Rex Otto natale Domini Frankenford celebravit, indeque in Alsaciam progrediens, socrui suae Berthae, [Cont. Reg.] matri scilicet Adelheidis reginae, abbatiam in Aerestein dedit. Tunc iam animositates et consilia occulte contra eum facta ceperunt palam apparere, et unusquisque eorum quae in corde contexerant aperire. Redeunte enim illo de Alsatia et Inglinheim pascha celebraturo, Liudolfus filius eius et Conradus dux fautoribus maxime iuvenibus de Francia Saxonia et Bawaria sibi coadunatis, conspiraverant, et quascumque poterant munitiones seu castella futurae seditioni muniebant. Nec enim clam agebatur quo tendebant, sed aperta rebellionis signa monstrabantur. Rex igitur Inglinheim perveniens, paucis suorum secum habitis, non tutum ratus inter hostes pascha celebrare, Mogontiam secessit; ubi aliter quam regem decebat, diutius ante portas expectans, Friderico archiepiscopo iam cum illis conspirante, vix urbis ingressum obtinuit. Tunc Liudolfus et Conradus ibi ficta ad eum humilitate venientes, nichil talium se in eius contrarietatem egisse dicebant, sed si Heinricus frater eius in pascha Inglinheim veniret, illum se comprehensuros non negabant. Quod rex tranquille ac modeste suscipiens, navigio Coloniam indeque Drotmanni vico deveniens, ibi pascha celebravit. Post pascha coadunata fidelium suorum multitudine, iterum Coloniam rediit ibique Metensem episcopum, in quo maxima spes et fiducia Liudolfo et Conrado erat, omnesque Lotharienses, exceptis paucis quibus praedae et rapinae cordi erant, obvios habuit, et ab inimicis suis deficientes benigne suscepit et in sua fidelitate firmos et stabiles coadunavit. Quibus dispositis, in Saxoniam revertitur; ubi firmatis nichilominus rebus suis, iterum in Franciam hostili manu regreditur. Quo audito, Fridericus archiepiscopus Mogontia cessit, et civitatem inimicis regis tuendam commisit, ipseque Brisacam castellum, latibulum Deo regique semper rebellantium intravit, totam pene hestatem rei eventum ibi praestolando. Rex autem audiens Mogontiam, metropolim Franciae regiamque civitatem, inimicis suis traditam, collecta fidelium suorum multitudine Francorum Saxonum et Lothariensium, firma eam obsidione vallavit. Sed et frater eius Heinricus de Bawaria regi auxilium collaturus advenit, sed plus ibi incommodi quam utilitatis conquisivit. Nam interim Liudolfus Bawarios ab eo avertit, et Ratisponam intromissus, omnes eius thesauros diripuit et suis rapiendos distribuit. Quae eius incommoda rex suis praeponens, Mogontiam obsidione absolvit, et in Bawariam iter dirigens Ratisponam obsedit. Baioarii autem regi resistere non valentes — nam paulo ante ab Ungariis non parum bello lesi fuerant — petunt pacem et inducias, ut [Wid. III,31] locus esset dandae pro se rationis. Pax igitur usque 16. Kal. Iulii firmatur, et conventus publicus tunc apud Curinam[a] futurus indicitur. Eodem anno Wigfridus Coloniensis archiepiscopus obit; cui Bruno frater regis succedens, [Cont. Reg.] totius Lothariensis regni ducatum cum episcopatu suscepit. Qui quantus qualisve fuerit apud Deum et homines, [Ekk.] ediscat lector in vita ipsius, quam Rotgerus luculenter descripsit.

954. 18. Rex omissa obsidione natalem Domini in Saxonia celebravit. Fit deinde universalis populi conventus [Cont. Reg.] tempore et loco constituto, ubi Liudolfus pro se rationem redditurus procedens ait: [Wid. III, 32] *Conductos adversum me pecunia, fateor, obtimui*[b], *ne me mihique subiectos lederent. Si in hac parte culpabilis predicor, sciant me omnes hoc non voluntarie, sed ultima necessitate coactum fecisse.* Post haec quoque pontifex Fridericus pro se rationem redditurus intravit, dixitque, se numquam contra regem sensisse vel egisse, timore coactum a rege discessisse, quia eum pravorum delatione sibi iratum cum sensisset, se innocentem gravissimis accusationibus obrutum, de cetero quecumque rex imperasset iudicio se expurgaturum et fidem deinceps servaturum. Ad haec rex respondit: *A vobis ego non exigo iudicium neque iuramentum, nisi pacis et concordiae;* et hoc dato, in fide ac pace eum dimisit. Liu- [Wid. III,33] dolfus autem cum nullatenus ad pacis conditionem inclinari potuisset, proxima nocte cum suis a rege discedens, [Wid. III,34] Ratisponam cum exercitu intravit. Rex autem sequens filium, et urbem offendens, quae dicitur Rossedal, obsedit [Wid. III,35] eam; factaque est ibi pugna magna nimis, multis ex utraque parte cesis, pluribusque sauciatis; crepusculum diei praelium diremit. Die sequenti rex non utile arbitratus ibi diutius morari ad maiora tendentibus, recenti praelio attritum exercitum inde abstraxit, triumque dierum itinere proinde ad Ratisponam pervenit, et eam [Wid. III,36] obsidione vallavit. Urbanis autem machinas muris applicari viriliter prohibentibus, satis dure frequenter ab utrisque pro muris pugnatum est. Cumque diu in hunc modum obsidio protraheretur, coacti sunt obsessi de belli negotiis aliquid altius actitare. Arbitrati sunt enim, si ad id cogerentur, peius esse fame torqueri, quam in acie strennue mori. Placuit itaque, ut equites, quasi impetum in castra facturi, de porta occidentali erumperent, et alii interim naves ascendentes, per flumen urbi contiguum, dum equestri praelio pugnaretur, castra armatis deserta invaderent. Ad quod agendum cum urbani signo nolae congregarentur, hostes in castris huius rei non ignari ipsi quoque non segniter praeparantur. Cumque equites in erumpendo moram facerent, navigantes ab urbe longius elapsi,

a) *sic cod.* cinnam *Widuk.* b) *lege* obtinui.

[Wid. III,36.] exilientes de navibus in castra irruunt[a], ubi armatos offendentes ab ipsis circumfusi undique caeduntur. Alii naves ingredi volentes, sed nimio timore perculsi deviantes, flumine absorbentur; alii naves plus aequo ingressi nichilominus dimerguntur, adeo ut vix pauci de pluribus superessent. Equites vero subsequentes ab equitibus victi fugatique, [Wid. III,37.] in urbem coguntur. Sic ergo urbani crebris praeliis triti, fame quoque periclitari ceperunt. Unde egressus urbe Liudolfus cum principalibus viris, pacem postulat, sed non impetrat, quia patri obedientiam negat. Ingressus vero urbem, Geronem comitem portam orientalem obsidentem armis temptat. Cumque ab hora tercia usque in horam nonam acriter pugnaretur, Arnolfus iunior, Arnolfi ducis filius, ante portam urbis, equo cui insederat cadente, armis exutus telisque perfossus occubuit. Cuius morte urbani satis confusi, iterum de pace tractabant. Interventu deinde principum, [Wid. III,38.] tertium Liudolfus cum sociis urbe egressus, dum mense integro et dimidio obsideretur, pacem optinuit usque ad con[Wid. III,39.]cilii diem apud Frideslare constitutum. Rege igitur in patriam redeunte, Ratispona proxima nocte pene omnis concre[Wid. III,40.]mata est. Cumque rex exercitandi gratia venationem ageret in loco qui dicitur Suveldun, Liudolfus adveniens nudis pedibus illi prosternitur, intima tactus penitentia, et oratione flebili primum patris, deinde omnium praesentium lacrimas [Cont. Reg.] extorquet. Amore itaque paterno susceptus in gratiam, spondet se obtemperaturum omni paternae voluntati, ducatumque [Ekk.] suum patri reddidit, quem Burchardus suscepit. Dux autem Conradus, Dei et regis transfuga, ad Ungarios se conferens, eos in Lotharingiam usque ad Carbonariam silvam perduxit; et virtute Dei apud Lobias contra eos ostensa ultra prodire [Cont. Reg.] prohibiti, inpune redeunt. Eodem anno Fridericus Mogontinus archiepiscopus obit, vir apud Deum et homines valde laudabilis, excepto quod sicubi vel unus regis inimicus emersit, ipse se statim secundum apposuit. Cui successit [Ekk.] regis filius Willehelmus, a populo et clero in Arnestad concorditer electus. Ratherius bis episcopatu Veronensi depulsus, Leodicensium episcopus ordinatur per Brunonem archiepiscopum post Farabertum. Lodewico rege Francorum mortuo, Lotharius, filius eius ex Gerberga Ottonis regis sorore, regnavit annis 32.

[Ekk. 956. Cont. Reg.] 955. 19 Ungarii ductu Conradi ducis iterum regnum Ottonis regis depopulaturi, cum tanta multitudine advene[Wid. III,44.]runt, ut nisi terra eis dehisceret vel coelum eos obrueret, a nullo se vinci posse dicerent. Quod cum rex audisset, quasi nil laboris praeterito bello tolerasset, cepit ire contra hostes, sumptis secum admodum paucis ex Saxonibus, eo quod [Ekk. 956.] bellum Sclavonicum iam illos urgeret. Castris igitur positis in confinio Augustanae urbis, Conradus dux ab Ungariis refugiens ad regem penitendo venit, tanta ductus penitentia, ut Deum oraverit, ut pro pena perfidiae suae in ipso bello [C. Reg. 954.] ab Ungariis perimeretur. Omnium ergo quas habuit diviciarum nudus, omisso ducatu, in gratiam regis recipitur, vita et [Wid. III,44.] patria et praedio suo contentus. Occurritque ibi regi exercitus Francorum et Bawariorum. Cum valido quoque equitatu venit in castra praedictus Conradus, cuius adventu erecti milites, iam optabant non differre certamen. Erat enim natura audacis animi, et quod rarum est audacibus, bonus consilio, et dum eques et dum pedes iret in hostem, bellator intolerabilis, domi miliciaque clarus. Ieiunio ergo in castris praedicato, iussum est omnes in crastino paratos esse ad bellum. Primo diluculo ordinatus exercitus procedit de castris, octo tantum legiones habens, erectaque signa sequens. Primam et secundam et terciam legionem direxerunt Bawarii, quibus praefuerunt praefecti ducis Heinrici. Nam ipse bello interim aberat, infirmitate detentus, qua et mortuus est. Quartam ordinavere Franci, quorum rector erat dux Conradus. In quinta, quae erat maxima quae et dicebatur regia, ipse rex princeps erat, vallatus electis militum milibus. Sextam et septimam tenuerunt Suevi, quibus praefuit dux Burchardus, cui nupserat filia fratris regis. In octava erant Boemi, electi milites, armis potius instructi quam fortuna, in qua et sarcinae omnes ac impedimenta queque, quasi ipsa esset tutissima quae esset novissima. Sed aliter quam arbitrati sunt, eis evenit. Nam Ungarii nichil cunctantes Lech fluvium transierunt, circumeuntes exercitum, extremam legionem sagittis lacescere ceperunt, et impetu cum ingenti clamore facto, aliis cesis vel captis, sarcinis omnibus potiti, ceteros legionis illius armatos fugere compulerunt. Similiter septimam ac sextam agressi, plurimis occisis, reliquos in fugam verterunt. Rex autem cum intellexisset bellum ex adverso esse et post tergum novissima agmina periclitari, misso duce cum quarta legione, captivos eripuit, praedam excussit, hostium [Thietm. II,4.] agmina fudit, sicque victor dux Conradus ad regem rediit. Postera die, quae tunc erat festivitas Christi martyris Laurentii, rex Deo humiliter prostratus, seque solum prae ceteris culpabilem Deo professus, hoc fecit profusis lacrimis votum, ut in civitate Merseburgensi episcopatum in honore victoris ignium construeret, domumque suam magnam noviter ibi inceptam sibi ad aecclesiam edificaret, si intercessione tanti praeconis sibi vitam et victoriam dare dignaretur. Nec mora erectus a terra, post missae celebrationem susceptamque communionem sumpsit rex clypeum et sacram lanceam, suosque [Wid. III,46.] breviter allocutus, primus in hostes impetum fecit, eorumque agmina perrumpens, fortissimi militis ac optimi imperatoris officium strennue gessit. Hostium audatiores primum resistentes, ut socios viderunt terga vertere, obstupefacti nostrisque intermixti extinguntur. Alii equis fatigatis villas proximas intrant, circumfusique armatis cum ipsis villis pariter con[Wid. III,47.]cremantur; alii flumen contiguum transnatantes, dum ripa altior ascendentes non recipit, undis obvoluti pereunt. Dux vero Conradus dum fortiter pugnans animi fervore solisque ardore, qui eo die nimius erat, accensus estuaret, loricae vinculis solutis dum auram captat, vulnere sagittae adverso gutturis defixae secundum votum suum ibi occu[Ekk. 956. Thietm. II,4.]buit. Prostratis igitur usque in vesperam hostibus, castra eorum invasa captivique omnes erepti sunt. Sic tandem cede [Wid. III,46.] peracta, qua tantum attenuati sunt Ungarii, ut nec quidem ultra iam mutire ausi fuerint, rex cum victrice turba pratis [Thietm. l. l. Ekk. 956.] virentibus considens, populum recensens, Conradum ducem, generum suum, militem egregium ibi oppetiisse comperit; [Thietm. II,4. Thietm. II,5.] cuius corpus merito defletum aromatibusque conditum, Wormatie misit tumulandum. Ipse vero in Saxoniam reversus, quanta laude et gloria a matre sua ac cunctis principibus omnique letantium sexu et etate susceptus sit, nullius, ut reor, lingua explicare sufficit. Deinde matri ceterisque familiaribus suis rex pandens votum suum, ad id perficiendum eorum obnixe petiit consilium. Abbatiam quoque quam in Magdeburgensi civitate construxerat[b], variis et multiplicibus rebus, incipiens aecclesiam mirum in modum in loco ubi sancta requiescit Edith, iuxta quam et ipse post obitum suum pausare optavit. Quicquid in praediis vel rebus in aliis promisso contraxit in tempore, totum hoc Deo [Thiet. II,11. (cf. Chron. Magd. 272.) Ekk. 954.] militique eius Mauricio concessit heredi. Preciosum quoque marmor cum auro gemmisque[c] Magdeburch adduci et in omnibus columpnarum capitellis sanctorum reliquias diligenter includi iussit. Eodem anno Ratherio ab episcopatu Leodicensium eiecto, Baldericus substituitur.

[Cont. Reg.] 956. 20. Rex in pace et otio degens, maximo suorum fidelium conventu Coloniae placitum regale habuit. Eodem anño Liudolfum in Italiam ad deprimendam Berengarii tirannidem dirigens, in brevi expulso Berengario, totius pene [Ekk.] Italiae possessor efficitur. Brun archiepiscopus Coloniensis, frater regis, cenobium sancti Pantaleonis construxit.

[Cont. Reg.] 957. 21. Rex iterum Sclavos hostiliter invasit. Liudolfus filius regis in Italia moritur, cuius corpus inde translatum, a venerabili archiepiscopo Willehelmo, fratre eius, Mogontiae apud Sanctum Albanum honorifice tumulatum est. [Ekk. 954.] Brun archiepiscopus Coloniensis plures Northmannorum cum principibus eorum baptizari fecit.

[Cont. Reg.] 958. 22. Rex pascha celebravit in Inglinheim, unde navigio Coloniam, placitum ibi acturus, venit. Eo anno

a) irrunt *c.* b) mox *scriptum sed deletum.* c) ad *scripsit sed delevit c.*

signum crucis in vestimentis hominum apparuit, illis qui derisui illud habebant mortem inferens, illis vero qui hoc pie [cf. A. Quedl.] et religiose venerabantur nichil nocuit.

959. 23. Rex iterum Sclavos invasit, ubi Thietmarus occiditur. [Cont. Reg.] Legati Helenae Rugorum reginae, quae sub Romano Constantinopolitano imperatore Constantinopoli baptizata est, fictę, ut post claruit, ad regem Ottonem venientes, episcopum et presbyteros eidem genti ordinari petebant. Quod ille audiens, nimium gavisus consensit deprecationi [cf. A. Q. 960.] eorum, fecitque eis ordinari venerabilem et catholicum virum Libutium. Sed isdem Libutius ab itinere quibusdam dila- [C. Reg. 960. C. Reg. 961.] tionibus suspensus, 15. Kal. Marcii diem clausit extremum; cui Adelbertus, ex coenobitis sancti Maximini, machinatione et consilio Willehelmi archiepiscopi, licet meliora in eum confisus fuerit et nichil umquam in eum deliquerit, peregre mittendus in ordinatione successit. Quem piissimus rex, solita sibi misericordia omnibus quibus indigebat copiis instructum, genti Rugorum honorifice destinavit. Sed et hic nichil in his ad quae missus fuerat proficere valens et in- [C. Reg. 962.] aniter se fatigatum videns, revertitur; et quibusdam suorum in redeundo occisis, ipse cum magno labore vix evasit, adiensque regem, caritative suscipitur, et a Deo amabili Willehelmo archiepiscopo pro retributione tam incommodae, ab eo sibi machinate peregrinationis, bonis omnibus et commodis, quasi frater a fratre amplectitur et sustentatur.

960. 24. Rex natale Domini Franconofurd celebravit, [Cont. Reg.] Gallia et Germania iam bene pacata, intendens idem rex fortissimus et Italiam pacare, praesertim ad hoc eum anxię evocantibus papa Iohanne ceterisque Italiae episcopis. [Ekk. Adam. II, 5.] Subiciens itaque suo imperio universos Sclavorum populos, quos pater suus uno grandi domuerat bello, ipse deinceps tanta constrinxit virtute, ut tributum et christianitatem pro vita pariter et patria victori libenter offerrent. Baptizatusque est in Sclavonia totus gentilium populus, aedificatae aecclesiae, monasteria etiam virorum ac mulierum Deo ibidem servien- [Adam. II, 24.] tium plurima constructa sunt. Tunc Sclavonia in duodeviginti pagos dispertita, ad christianam fidem fertur omnes fuisse conversos absque tribus. Pax fuit continua, Slavi sub tributo servierunt.

961. 25. Regnante serenissimo imperatore Ottone anno regni eius 25. praesentibus [A. Halberst. cf. An. Sax] missis universalis papae Iohannis, Iohanne scilicet archidiacono sanctae Romanae aecclesiae et Azone protoscriniario cum 13 episcopis vocantibus eum contra severissimam Be- [cf. An. Hild.] rengarii filiorumque eius insaniam, quam super spiritalis[a] potestatis exercuerat imperium, in vigilia nativitatis Domini corpus sancti Mauricii et quorundam sociorum eius, insuper et plurimorum reliquiae san- [Thiet. II, 11.] ctorum, apostolorum scilicet, martyrum, confessorum atque sanctarum, praefato regi gloriosissimo Radis- [cf. Ch. Magd. p. 270.] ponae allatae sunt. Cęlebrata ergo ibidem nativitate Domini, accelerato Romam itinere venit, ibique a summo pontifice [Cont. Reg. 961. 962.] honorifice susceptus, augustalis sedem principatus supersedit, et pro tantae dilectionis praemio aucta super eum summi [A. Hild. 962.] pontificis benedictione 4. Non. Febr. imperator et augustus appellatur. Eodem anno consensu et unanimitate regni [Cont. Reg.] procerum totiusque populi filius eius Otto in regem eligitur, omniumque Lothariensium electione Aquis rex ordinatur. Eclipsis solis 16. Kal. Iun. facta est.

962. 26. Imperator Romam egressus, Papiae pascha cęlebravit, indeque progressus, Berengarium tyrannum in [Cont. Reg] quodam monte qui dicitur ad sanctum Leonem, coniugemque eius nomine Willam in insula quadam quae dicitur ad sanctum Iulium, timore imperatoris inclusam, Deo propicio celeriter capit; mittensque eos in castellum Bavenberch [cf. Cont. Reg. 964 et A. Hild. 964] dictum, ubi et praesentem vitam finierunt, totius Italiae possessor efficitur. Eodem anno reliquiae [A. Halberst (cf. A. Sax.)] sanctorum martyrum Fabiani, Eustachii, Pantaleonis, Ypoliti, Eugei, Miniatis, Valentis et corpus sanctae Laurentiae virginis a praedicto imperatore Quidelinggeburgensi civitati transmissae, religiosissime susceptae sunt.

963. 27. Imperator iterum Papiae natale Domini et pascha celebravit. Interim Adebertus, filius Berengarii [Cont. Reg.] supra memorati regis Longobardorum, circumquaque discursans, tandem Corsicam se tueri nitens intravit, Romanumque pontificem tum per se, tum per internuncios in suum adiutorium multipliciter sollicitabat. Tandem peticionibus atque muneribus victus isdem pontifex Iohannes fidelitatem iam dudum imperatori factam oblivioni tradidit, praedictum Adalbertum Romam intromittens. Quas dolositatis eius fraudes imperator agnoscens, cum milite armato Romam versus pergit continuo. Cuius ipsi metuentes adventum, plurimum sancti Petri rapientes thesaurum, fugae subsidia petunt. Tunc Romani in plura divisi, partim imperatori faventes, partim apostolico blandientes, licet diversa sentirent, imperatorem tamen debito cum honore Urbem intromittunt, datisque obsidibus, se per omnia illius ditioni subiungunt. Imperator vero, plurimorum collecta multitudine episcoporum, synodum coadunavit, missaque legatione aufugam apostolicum canonica auctoritate ad sedem[b] apostolicam remeare praecepit. Illo tamen hoc omnimodis rennuente, plebs Romana Leonem protoscriniarium, virum strennuum et industrium, communi consensu in locum eius elegit, et praesentibus fere omnibus Romaniae et Italiae episcopis ordinavit. Post haec Iohannes, qui et Octavianus, videns se pontificatu orbatum, sera penitentia ductus ab Adalberto disiungitur; Adalbertus vero in Corsicam revertitur imperatoris praesentiam ad tempus latere desiderans.

964. 28. Imperator natale Domini Romae cęlebravit. [Cont. Reg.] Romani iterum ab imperatore solito more deficientes, pluribus castellanis extrinsecus sibi per coniurationem adiunctis, eum occidere moliebantur. Sed patefactis eorum insidiis, necem sibi paratam anticipans, 3. Non. Ianuar. cum paucissimis suorum eos aggressus, non modicam illorum multitudinem infra Urbis muros prostravit. Die vero sequenti Romani iterum venientes, centum obsides dederunt, supraque corpus beati Petri sub iureiurando fidelitatem imperatori ac papae Leoni promiserunt. Imperator autem plena adhuc apud illos ebdomada manens, Spolatinum et Camerinum ducatum ordinaturus exivit, et ad preces Leonis papae obsides Romanis remisit. Sed his beneficiis ingrati, non longe illo ab Urbe posito, Iohannem supra memoratum Urbi intromittentes, fidem imperatori et apostolico promissam violare non metuunt. Sed idem papa Leo omnium facultatum nudus, vix cum paucis evadens, imperatorem in Camerino ducatu positum adiit, ibique cum eo pascha celebravit. Iohannes autem, qui et Octavianus, Iohannem diaconem et Azonem protoscriniarium crudeliter detruncavit, Otgerum quoque, Spirensem episcopum, comprehensum et flagellatum, aliquamdiu licet incommode secum detinuit, sed postea eum spe impetrandae ab imperatore veniae remisit. Quae spes divina eum ordinatione fefellit. Nam 2. Idus Maii rebus humanis excessit. Romani vero imperatoris adventum non modice metuentes, Benedictum quendam, Romanae aecclesiae diaconum, fidei et electionis domni Leonis immemores eligunt, ordinatumque sedi apostolicae imponunt. Quo comperto imperator collecta undiquessecus suorum fidelium multitudine, firma Romam obsidione, ne quis pateret exitus, ex omni parte munivit. Prefatus autem Benedictus falso nomine apostolicus Romanos diutius ad resistendum imperatori animavit, ipsique imperatori suisque fidelibus excommunicationem comminans, muros Urbis ascendit. Ad ultimum Romani, fame atque

a) specialis *c*. b) aedem *corr*. sedem *c*.

Cont. Reg. obsidione constricti, se errasse inque imperatorem iniuste deliquisse penitentes, in vigilia praecursoris Domini portas Urbis aperiunt, intromissoque imperatore debito cum honore, Benedictum sacrilegum imperatoriae ditioni reddunt et domnum Leonem sedi apostolicae restituunt. Isdem autem Leo coadunato multorum episcoporum synodo, praedictum Benedictum, apostolicae sedis invasorem, ab invaso gradu deiectum, pallium pontificale, quod sibimet inposuerat, abscindens, ferulamque pastoralem manu eius arreptam coram omnibus in frusta confringens, ad preces imperatoris diaconatus tantum gradu eum uti concessit. Cęlebrata ergo ibidem beati baptistae Iohannis nativitate ac sanctorum apostolorum festivitate, imperator Urbem egressus, infeliciori, quam speraverat, omine in redeundo fruitur. Nam tanta exercitum eius pestis et mortalitas invasit, ut vix vel sanus quis a mane usque ad vesperam, vel a vespera usque ad mane se victurum speraverit. Tandem miseratione divina cessante pestilentia, imperator Liguriam pervenit, ibique autumnali tempore pace vacans et otio, se venationibus exercitabat.

Ann. Hild. 965. 29. Otto imperator Longobardiam egressus, Franconofurd. venit, totumque annum illum degens in regno Cont. Reg. Francorum, interim omnes ad pacem et concordiam adunavit. Benedictum quoque superius memoratum Adaldago A. Halberst. (cf. A. Sax.) archiepiscopo custodiendum committens, secum vexit in Franciam. Corpus etiam sanctae Iustae virginis Thiet. II, 22. idem rex religiosus honorificę transmisit in Saxoniam. Halverstadensis aecclesiae basilica 2. Kal. Cont. Reg. Ekk. 964. Aprilis cecidit. Eodem anno domnus Leo papa obiit. Brun quoque dux et archiepiscopus Agrippinae civitatis, frater imperatoris, ad pacificandos nepotes suos in Franciam pergens, ubi Compendium venit, febre correptus Remis redit, ubi quicquid habuit in re manubii delegato per testamentum aecclesiis sanctorum, vita discessit. De hoc venerabili an- Thiet. II, 10. tistite cuidam sacerdoti ostensa est visio talis. Isdem sacerdos cum diu fideliter imperatori serviret, nimium infirmatus et in extasy effectus, in montem excelsum ducitur, ubi civitatem magnam pulchraque eius conspicatur edificia. Inde perveniens ad turrim arduam, laboriosos eiusdem scandit ascensus, in cuius summitate Christum cum suis omnibus videre meruit. Ibi Brun archiepiscopus ob inanem philosophiae executionem a summo Iudice accusatus, sed a beato Cont. Reg. Paulo apostolo defensus, iterum intronizatur. Eodem fere tempore legati Romanorum, Azo videlicet protoscriniarius et Marinus Sutriensis aecclesiae episcopus, imperatorem pro instituendo quem vellet Romano pontifice in Saxonia adeuntes, honorifice suscipiuntur et remittuntur. Otgerus etiam, Spirensis episcopus, et Liuzo, Cremonensis episcopus, cum eisdem Romam ab imperatore diriguntur. Eligitur ergo ab omni populo Romano Iohannes, Narniensis aecclesiae episcopus, sedique apostolicae intronizatur. Sed isdem Iohannes dum maiores Romanorum elatiore quam oporteret animo insequitur, in brevi inimicissimos patitur. Nam ab Urbis praefecto et a quodam Rothfredo comprehensus et Urbe expulsus, in Campania custodiae mancipatur.

Cont. Reg. 966. 30. Imperator natale Domini Coloniae cęlebravit, ibique omnia Lothariensis regni negotia pro libitu suo disponens, Erkanberto Wizinburgensis coenobii abbate iam defuncto, Adaelbertum, Rugis iam antea ordinatum episcopum, electione monachorum eidem monasterio praefecit. Post haec habito Wormaciae cum omnibus regni maioribus concilio, festinus Alpium iuga transgrediens, Italiam intravit. Cuius adventum Romani metuentes, Rothfredo supra memorato iam defuncto, Iohannem apostolicum a custodia qua tenebatur absolvunt, veniamque pro malis quae ei ingesserant poscentes, sedi suae debito cum honore restituunt. Eodem anno Berengarius, quondam rex Ytaliae, exul moritur, ac regio more Bavenberch sepelitur; cuius vidua Willa, antequam sepeliretur, velum sanctimoniale assumpsit.

Cont. Reg. 967. 31. Imperator Romae natale Domini cęlebravit, exceptoque praefecto Urbis qui aufugerat, 13 ex maioribus Romanorum, qui auctores expulsionis domni Iohannis papae videbantur, suspendio interire iussit. Post haec Ravennam adiens, ibique pascha cum domno Iohanne papa cęlebrans, habito synodo utilitati sanctae aecclesiae in multis prospicere studuit, reddiditque praedicto apostolico urbem et terram Ravennatium aliaque complura, multis retro tempo- Ann. Hild. ribus Romanis pontificibus ablata. Eodem tempore misit legatos suos Willehelmo archiepiscopo Mogontino, aliisque principibus regni, praecipiens eis, filium suum Ottonem cum omni regali dignitate in Italiam ducere, ubi illum pater Cont. Reg. suscipiens honorifice Romam perduxit; quem Iohannes apostolicus sua benedictione augustum fecit. Commorante autem adhuc apud Ravennam eodem imperatore gloriosissimo, legati Nichophori Grecorum imperatoris venerunt, honorifica secum munera ferentes, et pacem ab eo vel amicitiam poscentes. Quibus honorabiliter susceptis decenterque remissis, domnus imperator nuncium suum eidem imperatori Grecorum direxit pro coniungenda in matrimonium filio suo, Thiet. II, 12. regi Ottoni, privigna ipsius Nichophori, filia scilicet Romani Constantinopolitani imperatoris. Eodem anno Willehelmus, filius imperatoris serenissimi Ottonis, archiepiscopus Mogontinus, cui cura a patre suo commissa fuerat Parthenopolim disponendi, cum egrotantis matris finem, venerabilis scilicet reginae Machthildis, expectaret, in Redulverothe 6. Non. Martii moritur.

A. Halberst. 968. 32. Insignissima regina Machtild imperatorum genitrix, optimatum ac principum dominatrix, pauperum egenorumque consolatrix, monasteriorum constructrix, ovibus materno lacte pro Christo hactenus a se nutritis 2. Idus Martii corporali spetie subtracta est. (cf. A. Sax.) Quae piis admodum studiis adornata, ut e plurimis pauca referamus, coenobium sanctorum confessorum Dionisii et Servatii in monte Quidilingburgensi situm, alterum in eadem civitate sub honore sanctorum Iacobi apostoli et Wicberti confessoris in curte regia, tercium sanctae Dei genitrici Mariae in Northusun, quartum in Aggeri[20] sancto Dionysio, quintum iterum sancto Servatio in Polithi, plena religione construxit. Et licet omnium status aecclesiarum, quas vel nunciis invisere vel per se ipsam poterat adire, totis viribus opibusque curaret sustentare, haec tamen quae praediximus monasteria quasi propriori quodam affectu sibi suoque nomini singulariter asscripta, fovere non destitit omnigenis commodis. Thiet. II, 12. Thiet. II, 14. Eodem anno Bernhardus venerabilis episcopus praesenti luce excessit, in cuius locum Hildiwardus Dei famulus a clero simul et ab omni populo electus, pastorali culmine subrogatur, vir summae castitatis ac caritatis et ultra humanum modum humilitatis ac pacientiae virtute laudabilis. Huius Hildiwardi pater Ericus nomine, Ottonem imperatorem quibusdam aliis sibi sociatis Quidilingeburch in pascha occidere volens, ab eodem decollari iussus est. Liutharium vero comitem, eiusdem consilii participem, idem imperator perdere volens, sed devictus consilio principum eidem familiarium, captum eum misit in Bawariam ad comitem Bertoldum, ablatis rebus omnibus ac late distributis, usque in annum integrum; postea regis gratiam suaque omnia cum magna pecunia et praedio in Sonterslevo et

20) Enger in Westfalia.

in Wodeneswege[a] iacenti acquisivit. Postquam autem in dominum suum regem taliter deliquit, culpam hanc abluere [Thietm. VI. 30] sedulo cogitans, monasterium in loco qui dicitur Walbizi in honore sanctae Dei genitricis construxit, concedens fratribus ad victus vestitusque necessaria decimam hereditatis suae partem. Huius comitis uxor Machthild dicebatur, [cf. An. Sax. 998. et 1032] quae genuit ei duos filios Sigifridum et Werinharium. Sigifrido coniuncta est in matrimonio Kunigund, soror Heinrici Sigifridi[b] et Udonis, qui navali praelio contra Northmannos dimicantes victi sunt et capti. Haec genuit viro suo quinque filios, Thietmarum, Sigifridum, Brunonem, Heinricum, Frithericum. Ex quibus duo, Sigifridus scilicet et Bruno, abbatiae sancti Iohannis baptistae Magdeburch praefuerunt; postmodum vero Sigifridus Monasteriensis aecclesiae, Bruno Verdensis, Thietmarus Merseburgensis episcopi facti sunt. Heinricus autem comitatum patris optinuit; Frithericus praefecturam in Magdeburch amministravit. Quidam Ottonis imperatoris familiaris ante oculos omnium a diabolo arreptus, ita ut se ipsum de- [Ekk.] cerperet, iussu imperatoris ad papam Iohannem adductus, ut catena sancti Petri collo eius circumdaretur, dum a fallacibus clericis semel bis alia catena furenti adhiberetur, nec quicquam remedii proveniret ubi nichil erat virtutis, tandem vera sancti Petri catena allata et collo furentis adhibita, diabolus spumans et multum clamans abcessit. Quam catenam Theodericus Metensis episcopus arreptam, cum diceret, se eam non nisi manu abscisa dimissurum, tandem imperator, sedato litigio, a papa Iohanne optinuit, ut anulum huius catenae exsertum episcopus mereretur.

969. 33. Magdeburgense archiepiscopium ab Ottone christianissimo imperatore fundatur, anno regni sui 30, imperii vero 6, atque Adelbertus primus ibidem episcopus ordi- [cf. Thietm. II, 14.] natur, qui primitus Ruscis ad praedicandum directus vix evasit. Et quoniam in superio- [Chr. Magd p. 273] ribus huius opusculi de fundatione istius tam inclitae tamque famosae civitatis, prout potuimus, disseruimus, de fundatione etiam archiepiscopatus in eadem civitate aliquid disserere, utilitati legentium censuimus esse proficuum. Anno igitur incarnationis domini- [967.] cae plus minusve nongentesimo sexagesimo septimo, regnante Ottone imperatore augusto, christianae religionis ac divinae servitutis propagatore sollertissimo, eiusdem imperatoris industria habita est synodus Ravennae in suburbio in aecclesia beati confessoris et episcopi Severi, residentibus [Act. syn.[21]] domno Iohanne summo et universali pontifice, et pluribus Italiae Germaniae ac Galliae praesulibus, et de statu aecclesiae tractantibus, astante etiam innumerabili clero et populo. Idem ergo serenissimus imperator augustus Otto, qui eandem sanctam synodum ob communem imperii sui salutem congregaverat, plurimas Sclavorum nationes ultra flumen Albiae in confinio Saxoniae multo se labore et maximis sepe periculis ad Christum convertisse, coram omnibus retulit. Et quia rudes et nec dum stabiles erant, qua tuicione quave custodia et cottidiana sollicitudine in fide corroborari deberent, sanctam synodum consuluit, rogans ut quod ipse summo studio Deo mancipaverat, pastorum negligentia ad vomitum redire non sineret. Huius dignam relationem et tantam fidei confessionem sancta synodus benigna aure suscipiens, Deoque in his omnibus gratias agens, tot Sclavorum populos ad Deum noviter conversos[c] non nisi per episcopos in convenientibus locis, in unaquaque eorum provincia, secundum populi quantitatem et rationabilem terrae divisionem constituendos, ad hoc animari atque erudiri posse, censuit et ratum estimavit. Ad quod agendum ut maior firmitas et tutior in episcopis ordinandis sit oportunitas, archiepiscopum, ad quem negotium suum et controversiam, si qua[d] orta fuerit, quasi ad caput referre et discutere valeant, eis constitui atque proponi communi deliberatione censuit, et hoc eius iudicio et discretione, in quo maxima reparandae et confirmandae religionis post Deum fiducia erat, fieri debere omnino[e] iudicavit. Est praeterea civitas[f] in parrochia Halberstadensis episcopii, Magdeburch dicta[g], in confinio Saxonum et Sclavorum, in ripa praedicti fluminis Albiae, in qua[h] isdem serenissimus caesar[i] populi multitudinem adunavit, aecclesias construxit, plurimorumque martyrum beati scilicet Mauricii et Innocentii aliorumque innumerabilium[k] corpora sanctorum[k] illuc transferens, canonicosque inibi Deo famulantes constituens[l], ad eorundem[m] victum et aecclesiae utilitatem castra villas praedia decimasque cum universis adiacentiis affluenter ex proprio concessit. Placuit igitur omnibus apud prae- [cf. Ch. Magd. p. 272] dictam civitatem Magdeburch archiepiscopalem fieri cathedram, eo quod haec in confinio Sclavorum, ut praediximus, loco videretur oportunior, et in eius propagatione voluntas imperatoris esset amplior. Ad haec imperator precibus et Dei voluntate commotus, sanctae congregationis de- [Act. synod.] creto[n] paruit, et hoc privilegio apostolicae sedis corroborari dignum duxit; quod et actum est, et a summo pontifice omnibusque praesulibus Italiae Galliae et Germaniae qui aderant, propriis manibus corroboratum. Ceterum, quia [cf. Ch. Magd. p. 272. 273.] praesul Halverstadensis synodo huic non affuit, causae clausulam in eius adventum differre placuit, ut civitatem ipse a debito subiectionis absolveret, et tunc demum privilegium et subscriptio illibata fieret. Anno igitur integro et dimidio iam evoluto, cum Hatto archiprae- [968.] sul Magociensis cum praefato Hildewardo, suo videlicet suffraganeo, eo devenisset, et imperator illos pro praedicta causa blanda peticione convenisset, Hildewardus episcopus tam ex archiepiscopi consensu quam omnium qui aderant consulto[o], prompta et hylari mente pie eius peticioni annuit, ac facto in praesentiarum pari estimatione concambio, synodali decreto sancto Mauricio Magdeburch, sanctoque Laurentio Merseburg quaeque petita tradidit, id est omnem parochiam sitam inter fluvios Albiam Salam Horam et Bodam, usque ad

a) *ita c. littera s est non vero f.* b) Sigrifridi *cod.* c) adductos *Act.* d) quae *Act.* e) omnia *Act.* f) locus *Act.* g) quem Magdeburg dicunt *Act.* h) ubi *Act.* i) civitatem mirifice fundavit, *addunt Act.* k) *deest Act.* l) constituit *Act.* m) quorum *Act.* n) voluntati *Act.* o) consultu *Chr. M.*

21) apud Leibn. Ann. imp. III, 238. Meibom. I, 731.

cf. Ch. Magd. p. 273. ea loca, ubi castra Unnesburch, Wanzleva, Hortersleva[a], cum omnibus pertinentiis et villis, quae burchwart appellantur, versus occidentem longius protenso fine terminantur, cum omni decimatione banno subiectione obedientiis et omni aecclesiastico ordine, prout Halverstadensis aecclesia visa est eatenus possedisse. **Recepit autem ad vicem ab imperatore in partem et utilitatem suae aecclesiae omnem decimationem in Hosgowe, ut terminatur in fluviis Sala, Willerbike et Wippera, cum omni possessione quam de abbatia in honore beati Wicberti in territorio Herolvesfelt constructa, idem imperator equa commutatione acquisierat, cuius etiam abbatiae ipse fundator erat. Huic autem concambio confirmando iussione domni Iohannis summi et universalis pontificis et caesaris augusti Ottonis, peticione quoque Hildewardi Halverstadensis antistitis, Ambrosius palatinus cancellarius, et Petrus sanctae Ravennatis aecclesiae archiepiscopus, alii quoque quam plurimi episcoporum Italiae et Germaniae subscripsere, quorum etiam nomina in praesenti paginula studuimus annotare. Hatto Mogontinus archiepiscopus interfuit et subscripsit. Hildewardus Halverstadensis episcopus interfuit et subscripsit. Reginoldus Rubilonensis[22] aecclesiae episcopus. Adelbertus Rugorum episcopus interfuit et subscripsit. Alberisus Tarvisianensis aecclesiae episcopus. Lantwardus Mindensis aecclesiae episcopus. Everacrus Leodicensis aecclesiae episcopus. Teupertus Feltrensis aecclesiae episcopus. Gauslinus Patavianensis aecclesiae episcopus. Sichelmus Florentini episcopus aecclesiae. Adelbertus Bononiensis aecclesiae episcopus. Arnadus Foropopuli episcopus. Iohannes Imolensis episcopus. Ingizo Castellanae aecclesiae episcopus. Martinus episcopus f^atres[23] aecclesiae.**

cf. Act. synod.

cf. Ch. Magd. p. 273. His ita peractis caesar admodum letatus, nec minus pro adhuc peragendis secundum Deum sollicitus, accersito Richario Magdeburgensis coenobii abbate tercio, coram Annone Wormaciensi et Othwino Hildinesheimensi episcopis, secum tunc forte commorantibus, volebat illum officio episcopatus fungi, in ipsa mutatione sedis suae; sed impedierunt quidam occulto consilio, et imperator pro hoc secreto delatae litterae. Qui dum se tanto honore privatum intelligens, minus equo animo ferret, ac in impediendo tam sancto proposito imperatori quoque pacto obviare proponeret, ne malicia mutaret intellectum illius brevi pulsatus valetudine, terrena mutavit coelestibus, successitque in ipsa sedis mutatione Herdingus, in eadem congregatione nutritus et electus. **Transmutata est itaque abbatia in montem suburbio eiusdem civitatis adiacentem, deputaturque sancto Iohanni baptistae, et adhuc habetur, et o utinam diu feliciterque habeatur famulatura. Monachi quoque succedentibus sibi clericis reliquerunt in libris et aliis rebus plurima ornamenta, quae ibidem imperiali munere et propria industria fuerant congregata. Cumque illorum corda de hac migratione non inmerito gravaret tristicia, caesar eis pro consolatione praediorum suae hereditatis non parva dona adiecit, et quocumque in loco cum canonicis in una statione conveniant, ipsi dextra in parte subpremum locum obtineant constituit, sed et praeterea ut recurrente annuatim translationis huius die, quae est 5. Idus Augusti, id est in vigilia victoris ignium levitae Laurentii, pedibus nudis processione lugubri sedem suam visitantes missam celebrent, quo dum apud canonicos quam et apud monachos facti huius perpetim staret inviolabilis memoria, eos quoque dilectio iungeret indivulsa, quatenus illi hos tamquam primos aecclesiae suae patres omni honoris exibitione praeveniant, illique non dispari talione quod membra debent capiti, quod etiam testator heredi plena devotione restituant. Sed nec fefellit adinventorem tam prudens consilium, sicut est usque hodie cuique scire volenti publicum. Erat tunc temporis quidam magni nominis et meriti Adebertus, qui dudum Treveris de coenobio sancti Maximini monachus abstractus et episcopus consecratus, sicut in superioribus partim tractavimus, ad praedicandum Rugis fuerat destinatus. Sed populus exasperans dura fronte et indomabili corde expulit illum de finibus suis, contempnens ewangelium pacis, quia Dei providentia in terra nostra populus illi committendus erat novae acquisitionis.**

968. cf. Ch. Magd. p. 273. 970. 34. Igitur imperator **praedictum Adelbertum, de Wizinburgensi abbatia quam** interim regebat assumptum, **praedictae aecclesiae per omnia dignum et probatum sacerdotio promovit, eumque pro pallio et privilegio ab apostolica sede suscipiendo cum litteris** suae auctoritatis direxit. **Quem Iohannes apostolicus nominis illius 13us, in ordine vero** Romanorum pontificum 136us, **benignissime suscipiens**, pro pio etiam studio **gloriosissimi**

a) *ita e correct.* Hoeldesleva *Act.*, Ottersleve *Chr. Magd.*

22) Rubilocensis, Eichstadensis. 23) *fortasse:* Sutrens.

imperatoris quod in amplificatione divini cultus habebat gaudens, ideoque iustis eius peti- cf. Ch. Magd. p. 273 cionibus annuens, apostolica illum auctoritate archiepiscopum fore eiusque successores decrevit. Dans etiam eidem pallium[24] ad missarum sollempnia cęlebranda, nimia dilectione 24 commonitus, 15. Kal. Novembris, id est in festo sancti Lucae ęwangelistae, ipse circumposuit; et privilegio[25] apostolicae auctoritatis sanxit ac confirmavit, eum in omni aecclesiastico ordine primatum habere omnium aecclesiarum archiepiscoporum qui in Germania cf. Ch. Magd. p. 274. ordinati sunt; in Gallia quoque Coloniensi Mogontiensi[a], Trevirensi archiepiscopis per omnia honore similem esse, crucis signaculum ante se ferre, et inter cardinales episcopos Romanae sedis consortium habere. Preterea 12 presbiteros, 7 diaconos, 24 subdiaconos cardinales ad morem sanctae Romanae aecclesiae ordinare, qui ad principale altare ministrantes cottidie excepto ieiunio dalmaticis, festis vero scandaliis uterentur; et ut presbiteri et abbates Sancti Iohannis baptistae tunicis induerentur, et ut his exceptis et episcopis, super altare in honore beati Mauricii dedicatum missam cęlebrare aliquis nullo modo praesumeret. Preterea statuit eum esse metropolitanum totius ultra Salam et Albiam Sclavorum gentis, tunc ad Deum conversae vel convertendae, et ut secundum desiderium imperatoris in his civitatibus, in quibus olim barbari ritus maxima viguit supersticio, id est Cizi, Misni, Merseburch, Brandeburch, Havelberga, Poznani, in honore Domini episcopia fundarentur, quorum pastores secundum canonicam auctoritatem Magdeburgensi archiepiscopo fidem et subiectionem debendo sociarentur. His et aliis quae privilegia adhuc inibi conservata[b] testantur, synodali decreto ordinatis et sub interminatione Dei et apostolici nominis confirmatis, praefatus archiepiscopus cum legatis Romanae aecclesiae, Widone scilicet episcopo bibliothecario, et Benedicto cardinali, qui illum cum Hildiwardo Halverstadensi episcopo sedi suae inthronizarent dimissus, ad imperatorem remeavit letus; quem imperator nichilominus gaudens, utpote beati desiderii compos, cum litteris commendaticiis Magdeburg destinavit. Illuc ergo ex praecepto imperatoris episcopi marchiones et reliqui Saxoniae principes convenientes, ipsum honorifice susceperunt, et vocum acclamatione manuumque elevatione, electum cum praefatis apostolicae sedis legatis cęlebri ritu inthronizaverunt. Affuit omnis sexus et etas gaudentium, fuit prorsus generale tripudium. Ubi ad confirmationem sui idem archiepiscopus in praesentia eorundem nativitatem Domini secum cęlebrantium Bosonem monachum Merseburgensi, Burchardum Misnensi, Hugonem Cizensi aecclesiis primos episcopos ordinavit, et Adeldagum primum aecclesiae Magdeburgensi prepositum instituit. Dudo quoque Havelbergensis et Dudelinus Brandeburgensis episcopi, prius quidem Mogontino archiepiscopo subiecti, sed tunc agente imperatore a debita sibi obedientia absoluti, Magdeburgensi aecclesiae eiusque archiepiscopo cum praefatis confratribus fidem et subiectionem promisere. Ipse namque felicis memoriae imperator Otto[c], constructor omnium harum quas episcopatui subiecerat episcopalium sedium, nimirum infinitae hereditatis suae potissimum cupiens heredem esse Deum, non pauca tamen relinquens successioni filiorum. In tanti ergo talisque sollempnii pro summi regis exortu cęlebratione, tum etiam pro nova populi ipsius vel cultus augmentatione, gaudebat chorus Magdeburgensium, et a summo principe missum principem canit frequentia principum, palmamque a pastoribus aecclesiae laudabili numero hic adauctis, laudatur pastor creator omnium.

971. 35. Eodem anno sanctae Coloniensis aecclesiae archiepiscopus Gero, eiusque cf. An. Sax. 970. germanus marchio Thietmarus aecclesiam sanctae Dei genitrici Mariae in Thancmaresfelt fundaverunt, partemque hereditatis suae monastici ordinis fratribus Deo ibidem militaturis tradiderunt. Transactis post haec quinque annorum curriculis translata est de loco eodem cf. An. Sax. 975. religio monastici ordinis in quoddam castellum Nigenburch[26] dictum, in ripa Sale fluminis, in pago Northuringa situm. Nam ipsis inibi Christo militantibus ac compluribus Christi fidelibus loci ipsius asperitas omnigenaque incommoditas obstare videbatur. Predictus igitur Thietm. II, c. 16. Gero dum ab omni clero et populo pari voto ad pontificatus apicem eligitur, hoc imperatori felicis memoriae Ottoni absque dilatione nunciatur. Qui quoniam fratri suo praedicto Thietmaro multis de causis admodum iratus fuit, dare huic episcopatum noluit. Sed isdem Gero, quia interim regis capellanus erat, in uno dierum missam cęlebrans in Papia civitate, vidit solus sanctum Petrum et Ambrosium sancto se benedicentes oleo; quod tamen nulli mortalium prodidit, sed

a) mogotiensi *c.* b) conserata *cod.* c) *scilicet* erat, *quod Chron. Magd. habet.*

24) bulla d. d. 18. Oct. 968. Jaffé Reg. pont. Rom. n. 2858. 25) V. bullam d. m. Oct. 968. Jaffé n. 2859, quam truncatam non interpolatam habemus. 26) Nienburg prope confluentes Salae et Albis.

Thiet. II,16 divinae pietatis munus equa mente portavit. Imperatori autem in sancto dominicae resurrectionis die evaginato apparuit angelus gladio, cum iam praeparatus excepta corona ad aecclesiam pergere voluisset: *Nisi*, inquiens, *in Gerone hodie compleveris electionem, securus non evades hanc sedem.* Expavescens ob hoc cesar: *Domnum*, infit, *vocate Geronem*; eique protinus venienti curam baculo pastoralem commisit, et indulgentiam humiliter postulavit. Igitur quoniam de meritis tanti pontificis brevitati studentes pauca diximus, plura silentio teximus, de obitu eiusdem unum non Thiet. III,2. mediocriter mirandum dignum duximus ponere miraculum. Huius obitum cuidam abbatissae Gerbegae, quam propter castitatem mentis et corporis idem multum dilexerat, secumque sepe detinuit, diabolus bonorum invidus omnium, sicut prius solebat in ceteris, prodidit: *Vellem tibi*, inquit, *meum aperire secretum, nisi te scirem cuncta hactenus numquam servasse commissa. Sed si fideliter hoc promittis continere, ea dico ratione, ut quandocumque alicui volueris aperire, vitam tibi me non dubites tollere. Gero, tuus familiaris, hoc anno tantam incidet infirmitatem tribus diebus, ut mortuus esse credatur; et si ab aliquo spacium hoc custoditur, tale potest securus evadere periculum.* Sed ancilla Christi, verbis obstupefacta talibus, fideli se silentio promisit omnibus occultare. Cum autem eundem videret evanescere, directo mox itinere archiepiscopo universa narravit. Quod diabolus intelligens, in tantum eam cecidit, ut post paucos dies vitam hanc fragilem vita mutaret aeterna. Archiepiscopus autem in die depositionis eius missam celebrans, meritum eius cunctis indicavit, indulgentiamque ei ab his postulavit et ipse fecit. Post haec infirmitate praedicta gravatus, se cuidam Evurgero custodi aecclesiae custodiendum commisit. Qui eundem acri dolore defatigatum, quasi mortuum lavari, ac feretro impositum ad aecclesiam portari, posteraque die iussit sepeliri. Sed isdem episcopus, ut aiunt multi, tercia nocte quasi de gravi somno evigilans, campanam sonantem audivit, et ut sibi aperirent velociter, terna exclamatione rogavit. Obstupefactus his[a] qui audivit, Evurgerum prefatum custodem aecclesiae, ut episcopo laboranti succurreret, interpellavit. Qui eundem per omnia fuisse mentitum affirmans, magno percussit baculo; sicque quievit 3. Kal. Iunii[b] divae presul memorie.

A. Halberst. cf. Thietm. II, 22. 971. 36. Imperator natale Domini Romae, pascha Ravennae celebravit. Eodem anno honorabile templum in Thornburg exustum est una cum thesauris regiis.

A. Halberst. 972. 37. Otto Romanorum imperator augustus, filio suo unice dilecto Ottoni, agnomine Rufo, hisce regionibus nullam tantae copulationi dignam nisi in sua cognatione, cui nequa- cf. An. Sax. 972. quam iungi licebat, repperiri non nesciens feminam, Greciam misit, et Grecam illustrem imperatoriae stirpi proximam, ingenio facundam vultuque elegantissimam, Theophanu nomine, Constantinopolitanam, in pascha Romam adduci fecit, et regales nuptias regali apparatu celebravit; peractisque rite nuptialibus, in octava paschae nurum filio felici omine iunxit, arridentibus cunctis Italiae Germaniaeque primatibus. Eodem tempore idem imperator serenissimus, terrenis licet inplicatus curis, coelestis tamen regis et domini cultum sive servicia multis in locis maximeque in sua sibique dilecta civitate Magdeburch omni cf. Thietm. II, 10. conamine augmentare studuit, mittens ab Italia eidem civitati per Dodonem capellanum cf. Ch. Magd. p. 275. suum plurima sanctorum corpora. Dum itaque predictae civitatis honoribus semper prospiceret intente, liquido ostendit sibi gratissimam esse, quia illam pre aliis exaltare et decorare studuit divitiis et honoribus, eaque tempore quodam licet modicum violata graviter est offensus. Ipse namque discedens a Saxonia, diutius commoraturus apud Italiam, Her- cf. Thietm. II, 18. manno duci strennuissimo regis vice regendam commiserat provinciam. Qui Hermannus advocata aliquando Magdeburg contione, more imperatoris susceptus est ab archipresule, manuque ad aecclesiam ductus, accensis luminaribus et campanis cunctis sonantibus. Heinricus autem comes de Stadhen tantae insolentiae obsistere volens, non valuit quidem ad presens, sed a duce ob vindictam iniuriae iussus, iter aggressus, et transcensis Alpibus venit ad imperatorem. Qui se apud hunc accusatum metuens, solo tenus prostratus placare eum studuit, et quare se illum offendisse timeret, et quam ob rem iussus advenerit enarravit. Cui de statu Saxoniae et precipue suae Magdeburch plurima sollicite perquirenti singula intimavit, et de susceptione ducis, quomodoque his[c] in medio episcoporum illic discubuisset[d] ad mensam loco imperatoris. Unde caesar graviter commotus, aliquam excepto imperatore laicam personam ab archiepiscopo in aecclesia tanta magnificentia a se sublimata susceptam doluit, quamvis eundem ducem pro suae probitatis excellentia pre aliis semper dilexisset, eumque idcirco patriae suae ut diximus regis vice praetulisset. Quapropter ut in futurum huiuscemodi presumptionem memorabili suae auctoritatis exemplo reprimeret, mandavit per litteras eidem archiepiscopo, ut pro huius delicti satisfactione quot campanas pulsari vel coronas accendi precepisset, tot sibi equos mitteret. Archiepiscopus autem iussa complens, hoc emendationis suae dampno posteris exemplum tradidit, et quibus poterat modis offensum caesarem placare studuit. Prefatus autem comes Heinricus pro fidelitatis suae indicio gratiam caesaris circa se auctam confirmavit, et torque aurea donatus ab illo, honorifice repatriavit.

cf. Ch. Magd. p. 275. 973. 38. Ipse autem cesar Otto, postquam de Italiae, immo totius Europe gentibus gloriosissime triumphavit, et Romanae rei publicae dignitatem excellentissime sublimavit,

a) i. q. is. b) Iulii *Thietm.* c) *i. e.* is. d) discubuisbuisset *cod.*

ut testatur supra memoratus papa Iohannes[27], a quo vocatus et descriptus est tercius post Constantinum et Karolum augustorum augustissimus, ipse, inquam, tandem dilectam revisens Saxoniam, dominicam palmarum in sua Magdeburch post constitutionem archiepiscopatus primam et heu ultimam suae praesentiae sollempnitatem cum venerabili Adelheida (cf. Thietm. II, 20) imperatrice et filio equivoco imperatore cęlebravit. Ipse quippe tenax divinae religionis, in diebus festis ad vesperas, ad matutinos atque ad missam cum honorabili episcoporum ac totius cleri processione ad aecclesiam duci solebat, ibique cum magno timore Dei et reverentia stans aut sedens, nichilque preter divinum loquens, donec finirentur universa persistebat; deinde ad cubiculum suum cum luminaribus multis comitatuque magno sacerdotum ducum ac comitum rediebat. Illic ergo secunda feria, id est 16. Kal. Aprilis, confirmante ac favente presentia omnium, multiplicavit locupletare aecclesiam varietate donorum imperialium, et vel tunc vel ante collata roboravit scripto testamentorum fidelium atque stabilium, inestimabile beati desiderii sui votum his ostendens quasi primitiis, quibus quantisve in futuro illam proposuerit amplificare beneficiis, cui et antea in Italia constitutus, multis sanctorum corporibus per Dodonem capellanum suum aliosque persepe transmissis innumerabilibus reliquiis, ipsorum eam sublimaverat patrociniis. Post haec Quidelingeburch abbatiam, quam venerabilis mater sua Machthildis condidit, adiens, advenientibus ibi Polanici ac Boemici ducum, Grecorum quoque, Beneventorum, Ungariorum, Bulgariorum, Danorum et Sclavorum legatis, cum totius regni principum concursu paschalia gaudia festivo honore peregit, licet illa Hermannus, praedictus Saxoniae dux sibi dilectissimus, tunc moriens non modicum conturbaverit. Deinde cunctis pacifice consummatis, (cf. Thietm. II, 27) dimissisque legatis ac magnis muneribus ditatis, dum peragrans provinciam, Merseburch cęlebrasset ascensionem dominicam, ibique supplesset omnem quam distulerat de Magdeburch promissionem suam, tercia feria ante pentecosten Mimminleve deveniens, postquam illum et sequentem diem ibidem explevit letus, vespertinum auditurus officium, subito infirmari, caputque cepit declinare; moxque Christi sacramentis refocilatus,

Fessus et emeritus, felici fine potitus,
Pax ubi vera datur, ad coelica regna vocatur.

Sic proch dolor! immatura morte migrans migravit (Brun. Vita S. Adalb. c. 9)

Otto pius, Otto rigidus, et fluxa regere doctus,

migravit, inquam, summae famae et felicis memoriae magnus ille Romanorum imperator augustus, anno dominicae incarnationis 973, anno vero regni sui 38, imperii autem 12, indictione prima, anno 5. ex quo fundavit archiepiscopium Magdaburgense. Huius aurea (Brun. Vita S. Adalb. c. 9) tempora merito nunc gravi gemitu memorat, quando pressa malis sancta aecclesia absque ulla requie hostes insurgere dolet: *Vere*, inquiens, *meus*

*Felix mundus erat, Otto dum sceptra gerebat.*

Nemo rex studium habet ut convertat paganum; diligunt magis honorem suum quam Christi lucrum. Post sanctum (Brun. Vita S. Ad. cd. 1 c. 10) enim et imperatorem magnum Constantinum, post optimum exemplar fidei Karolum, post serenissimum divinae religionis speculum Ottonem magnum, ut ad Christum paganos converterent, nomen et rem gloriae coram Deo et hominibus pauci acceperunt, et est eheu pro peccatis qui persequatur christianum, et nullus prope dominus rerum, qui aecclesiam intrare compellat paganum. Corpus autem prefati gloriosissimi regis Ottonis, ab (cf. Thietm. I 1.) Ottone secundo imperatore filio ipsius ad Magdeburgensem delatum civitatem, ab Adelberto et Gerone archiepiscopis aliisque compluribus marmoreo sarcofago impositum, honorifice tumulatur, ubi permanens in seculum non delebitur memoria eius. Etenim

Tres luctus causae sunt hoc sub marmore clausae,
Rex, decus ecclesiae, summus honor patrie[a].

Annus Domini 974. secundi Ottonis 1. Sedente post haec in paterni regni solio prememorato Ottone secundo, ab habitu faciei agnomine Rufo, uti per quendam figuratę dicitur: (cf. Chr. Magd. p. 276.)

Decolor argento mundi successit imago.

Neglecta namque iusticia et iudicio quae fuerant aurea preparatio sedis paternae, misericordia et veritas quae faciem eius precessere, post obitum sui dilectoris a prevalente iniquitate fugatae, terris terga dedere. Surrexit gens contra gentem commovens prelia, et fomes malorum in medio grassabatur discordia; quodque potentum invicem sevit commotio, aecclesiarum et pauperum gravis luit oppressio. Iuventus quippe regis effrena, sana (cf. Brun. V. S. Adalb. c. 10.)

a) *reliqua paginae quaternionisque parte relicta, sequenti pagina pergitur.*

27) Iohannes XIII in bulla d. d. 20. Apr. 967. Jaffé Reg. pont. Rom. n. 2847.

cf. Brun. Vita S. Adalb. c. 10. Ekk. Ann. Hild. seniorum spernebat consilia, dumque omne quod libet licere credit[28], viam erroris sine magistro ductus currit. Erant tamen in eo multarum insignia virtutum, quarum erat precipuum cum hilaritate laudabilis munificentia. Sublevabat modo nobilium, modo ignobilium inopias, extollebat tam prediis quam honoribus circumquaque Christi aecclesias. Unde et inter cetera velut dote memorabili sibi subarrans aecclesiam Magdaburgensem, perpetuo illi liberam preficiendi sibi antistitis concessit electionem, offerens eum eiusdem concessionis privilegio librum ex auro et gemmis, imaginem ipsius et Theophanu coniugis eius continentem, qui ob memoriam ibi cum veneratione habetur usque in hodiernum diem. Eodem anno sanctus Oudhelricus episcopus, signis ac miraculis coruscans, ex huius vitae erumnis subtractus, totus in Christo quievit. Heinricus dux Bawariorum captus est et ad Engilenheim perductus.

Thietm. III, 1. Ann. Halberst. ? cf. A. Hild. 975. 2. Otto imperator piae genitricis suae Adelheidis instinctu, cuius gubernaculo vigebat, Mimminlevo[a] ubi felicis memoriae pater suus obiit decimasque, quae Heresfeldensi cenobio pertinebant, iusto acquirens concambio, adunavit ibidem quamplurimos monastici ordinis idoneos ministros, liberam perpetuo constituens esse abbatiam, datis insuper rebus necessariis, apostolico suoque corroboravit privilegio. Facta est eodem anno hyemps durissima et importuna, adeo ut in Idus Maii extensa, nix magna noviter lapsa totam operuerit terram. Routhbertus archiepiscopus Mogontiensis obiit, cui Willigisus[b] successit.

Ann. Halb. ? cf. A. Hild. 976. 3. Imperator natale Domini in Herestein, pascha in Altstidi celebravit. Heinricus dux Bawariorum sua potestate privatus, et excommunicatus, cum Sclavis degebat vagus et profugus.

Ann. Halb. ? Ekk. Ann. Hild. 977. 4. Ottoni secundo imperatori ex Theophanu augusta nata est filiola, quam egregio nomine genitricis suae imperatricis augustae insignivit, quo et eius vocabuli decore niteret, et meritis iuvaretur. Eodem anno Lotharius rex Francorum Lotharingiam recipere volens, usque ad palatium Aquisgrani venit. Quem Otto imperator insecutus, usque Parisius nullo obsistente omnia vastando pervenit; in redeundo autem circa Axonam fluvium partem impedimentorum amisit. Et quia nil pensi neque moderati habuerunt, quin etiam aecclesias sanctorum depopularentur, quidam famulus Dei reclusus praedixit, quod nullus auctorum huius mali usque ad septennium vivendo duraret. Heinricus quondam dux cum consilio minoris Heinrici Pataviam civitatem invasit, sed ibidem continuo ab imperatore obsessus, illius se subdidit potestati coactus.

Ann. Halb. Ekk. 978. 5. Heinricus dux cum Heinrico minore filio Bertoldi apud imperatorem accusati, eius iussu Magdeburch capti sunt una cum Ekberto comite, ac exilio deputati. Adelheida imperatrix illustrissima cum filia sua serenissima Machthilde abbatissa, nimii doloris acerbitate viscerotenus sauciata, quorundam delatorum indebitas inter se et filium discordias seminantium culpa, in Longobardiam est profecta. Eodem anno Otto imperator cum magno exercitu Galliam, quae dicitur Karlingia, invasit ac devastavit. Igneae acies visae sunt in coelo per totam noctem 5. Kal. Novembris.

Thietm. III, 7. 979. 6. Gero comes apud imperatorem a quodam Waldone accusatur, et in loco qui Sumeringe dicitur ortatu Adelberti Magdaburgensis archipresulis et Thiederici marchionis captus, custodiae mancipatur. Deinde convocatis Magdaburch cunctis regni principibus, congressi sunt in insula quadam singulari certamine, vulneratusque binis ictibus in verticem Waldo, ardentius insequitur hostem, cuius caput percutiens ictu valido, terrae prostravit eundem. Interrogatus autem ab eodem Gero comes si plus pugnare potuisset, coactus est profiteri quod iam defecisset. Waldo itaque egressus, dum armis depositis aqua refocilatur, post tergum[c] cadens, amaro mortis poculo iusto Dei iudicio debriatur. Decreto vero iudicum et voce imperatoris Gero iussus est a quodam carnifice decollari 3. Idus Augusti. Haec pugna nulli placuisse dinoscitur, excepto Adelberto archipresule ac Thiederico marchione, correptusque est non modice imperator ab Ottone Bawariorum duce, filio Liudolfi, eodem die venienti, et a comite Bertoldo, quod ob tam vilem causam tam industrium virum dampnari decrevisset. Isdem autem comes Gero in propria urbe, quae Aleslove dicitur, congregationem sanctimonialium in honore sancti Iohannis baptistae construxerat; post cuius decollationem soror ipsius Tetta et coniunx eius Aedhela pro eiusdem memoria omnem suam tradiderunt hereditatem. Factum est autem post tres annos, ut corpus prefati comitis, cum iuxta illud contectalis sue poneretur, integrum una cum vestimentis inveniretur.

Ann. Hild. Thietm. III, 7. Ann. Halb. ? cf. Chron. Halberst. 980. 7. Lotharius rex Galliae cum magnis muneribus ad imperatorem veniens, sese cum suo filio subiecit voluntati ipsius. Ipso anno firmata pace imperator in Italiam ivit, hasque regiones, proch dolor! numquam amplius invisit. Hildiwardus quoque, venerabilis Halverstadensis aecclesiae antistes, sanguinem sancti Stephani protomartyris cum articulis duobus donante Theoderico Metensi episcopo Halverstadensem transtulit ad aecclesiam, ubi cum maximo honore et gloria a clero simul et populo suscipitur, et sanctitas eius signis evidentibus divinitus declaratur. Facta est autem haec

a) *est Accusativus,* Mimminlevo decimasque acquirens. b) *in margine haec manu saeculi XV. leguntur addita:* Item in preiudicium ecclesie Hersfeldensis et Mymeleybensis perpetuum quidam comes de Orlemunde cepit edificare in monte prope zu deme Windelsteyn, quod pro nunc possidet Fridericus miles de Wiczleyben cum Lisa uxore sua MCCCC° LVII. c) postergum *cod.*

28) Cf. Brun. Vit. S. Adalb. c. 9: *et dum omne, quod vult, regem oportere sequi, non bene putat.*

translatio 7. Idus Maii, suae vero ordinationis anno 12. Otto, tercius nominis ac culminis clausula imperatorii, flosculi more purpurei ex illustris prati virecto nascendo enituit.

981. 8. **Otto imperator Apuliam et Calabriam Italiae provincias ad ius regni Grecorum appendentes, ad Romanum imperium transferre conatur propter affinitatem, quam per uxorem suam Theophanu cum imperatore Grecorum habebat.** [Ekk. 980] Celebravit autem eodem anno pascha in urbe Romana cum imperatrice Theophanu, pre- [Ann. Halb ?] sente matre sua Adelheida imperatrice augusta, una cum sorore Machthilde Metropolitanense[29] abbatissa, convenientibus quoque ex Burgundia regibus Conrado scilicet et Machthildo, rege etiam Karlingorum Hugone, aliisque principum et optimatum perpluribus, regio luxu atque tripudio universis exultantibus. Interim Adelbertus, primus Magdaburgen- [cf. Chron. Mgd. p. 276. [cf. Thietm. III, 8]] sis aecclesiae archiepiscopus, 13. pontificatus sui anno, consummatus in bonis, cum ex more partes diocesis suae ac Gisilharii, qui interim in servitio imperatoris apud Italiam morabatur, suos docendo et confirmando circuiret, veniensque Merseburch 13. Kal. Iunii missam celebrasset, proxima nocte in loco nomine Cruwati pernoctans, altera luce exurgens conquestus est se vehementer capitis dolore detineri, nec tamen ob hoc ceptum iter omittens, Frekenlove cum suis cepit proficisci. Cumque Crimini villam preterisset, languore subito prevalente, quasi casurus paulatim de equo nutando cepit declinare. Mox igitur a suis sustentatus, et ibidem tapeti superpositus, atque his, quae a clericis dicenda erant cum festinatione completis omnibus, suavi obitu

Rite supernorum factus consors monachorum,
Ut nova stella chorum conregnans fulcit eorum,

iuxta illud: *Qui ad iusticiam erudiunt multos, tamquam stellae fulgebunt in perpetuas aeternitates.* Corpus vero ad Givekenstein castrum delatum, ibique pontificalibus indumentis velatum, navigio Magdaburch est usque transvectum. Ubi a clero et populo et precipue a monachis flebiliter[a] susceptum, coram altari sanctae crucis sanctorumque apostolorum Philippi et Iacobi in medio maioris aecclesiae a venerabili Hildewardo Halverstadensis aecclesiae episcopo, et Herdingo primo Sancti Iohannis baptistae abbate, condigno est cum honore tumulatum, talique sepulchrum aepytaphio decoratum:

Presul Adelbertus, omni virtute refertus,
Membra solo clausus, letos agere aethere plausus,
Clerus eum plangit, nec non populum dolor angit,
Ipsius hoc pietas meruit, fleat omnis ut aetas.

982. 9. **Greci offensi, eo quod imperator Otto contra ius et fas provincias eorum invaderet, bello eidem in Calabria congrediuntur, in quo bello omnes Romanorum copiae usque ad internicionem pene deletae sunt. Imperator vero nando evadere nitens, a nautis ignorantibus eum capitur, et a quodam eorum, qui negotiator erat, agnitus nec proditus, et per illius miserationem et industriam re delata ad imperatricem Theophanu et Theodericum Metensem episcopum, qui in civitate Thosan rei eventum prestolabantur, cum magna difficultate per Sclavum et episcopum de manibus nautarum liberatus vix evasit. Omnibus itaque pro infortunio et pudore rei publice animo consternatis, sola imperatrix Theophanu feminea et Greca levitate insultabat eis, quod ab exercitu suae nationis tam miserabiliter victi essent Romani. Quod verbum altius quam rata erat in pectus omnium descendit, ac hoc cepit primatibus exosa haberi.** [Ekk. 981] Interea dum haec [cf. Chron. Mgd. p. 277. [cf. Thietm. III, 8]] aguntur, Magdeburgensis aecclesiae filii, pastore destituti, omnes pari consilio et voluntate Ochtricum suum confratrem, tunc vero in aula imperatoris degentem, elegerunt, sed hoc nullatenus fieri posse, prefatum archiepiscopum Adelbertum, dum adhuc viveret predixisse, non adverterunt, vel advertentes parvi penderunt. Cum enim idem Ochtricus episcopi moribus non conveniret, et ob hoc animum erga se non rectum persentiret, postquam multos liberalium arcium disciplinis nobiliter instruxerat, quia sapientia et facundia sui [Brun. Vit. Adelb. c. 5.] temporis magistris incomparabilis erat, ibidemque scolis prefuerat, deliberavit impetrata per Ottonem cesarem Rufum licentia claustrum exire et potius in aula et regia capella deservire. Unde illo absente cum in die resurrectionis dominicae archiepiscopus ad missarum sollempnia paratus staret, subdiacono ex more coram se crucem sanctam tenente, piis illam amplexus palmis cum lacrimis petiit, ut Ochtricus et Hico numquam sedi suae preficerentur. Peracto autem divino officio ipse ad mensam sedens, pro tali supplicatione se exauditum a Domino cunctis assidentibus Spiritu revelante palam indicavit, quod et postea rerum eventus comprobavit. Nam illo ad Deum assumpto, cum prefatum Ochtricum cuncti, ut diximus, elegissent, Walthardo sibi dilecto suaeque sedis successori quarto, qui et vocabatur Dodico, de tali electione merenti, sed solummodo causa obedientiae et concordiae assentienti, quadam hora facto in excessu mentis, idem episcopus coram australi

a) flebibiliter *cod.*

29) Quedlinburgensi.

ostio monasterii stans cum baculo et pera quasi Romam iturus apparuit, eumque stupentem blande affatus, omnia affirmabat quae de Ochtrico sedem suam numquam possessuro prophetico instinctu adhuc seculo vivens predixerat. Clerus autem et populus pro sua electione imperatori insinuanda nuntios idoneos in Italiam, ubi imperator tunc morabatur, miserunt. Quo venientes, pro suae legationis causa gnaviter peragenda Giselharii episcopi suffragium precantur, quia eum sicut res erat apud imperatorem plurimum posse rebantur. Qui, licet in dolo, benignum et fidum pro Ochtrico, suo iam dudum amico, favorem promisit; et ingressus ad imperatorem eique mortem archipresulis insinuans, mox solotenus vestigiis eius provolvitur, et ut devotae servitutis illi a se inpensae vicem modo inventa oportunitate sibi recompensare dignaretur, obnixe deprecatur. Imperatore autem voluntati eius se satisfacturum pollicente, egressus, et a legatis vel prefato Ochtrico quid eis sperandum de commisso a cesare referret perquisitus, cum irrisione respondit, vix sibi ipsi, nedum illis in hoc suffragari potuisse, cum sibi quisque sit proximus. Sic ergo Ochtricus cassatus, dum mox reverti ad suos disponens Beneventum devenisset, subito infirmatus, obiit septima die mensis Octobris, et ibidem sepultus, „clarum" sapientiae suae „memoriale" reliquit [cf. Chron. Mgd. p. 278] pluribus, ut dicitur in passione beati Adelberti episcopi et martyris[30], qui et ipse fuit ex discipulis eius. Otto igitur imperator, ut pollicitus erat, Giselhario Magdaburgensem archiepiscopatum 4. Idus Septembris ut mos exegit, commisit, eumque data licentia, honorifico comi- [cf. Thietm. III, 9.] tatu Theoderici Metensis episcopi ad sedem suam direxit. Quo illum 2. Kal. Decembris id est in festivitate sancti Andreae venientem, clerus et populus festivo ritu suscepit. Eundem [cf. Thietm. II, 23.] igitur Giselharium Otto imperator magnus, quia stirpis morum et industriae nobilitate pollere cognoverat, de claustro Magdeburgensi assumptum, capellae suae praefecerat, et defuncto Merseburgensi episcopo Bosone, quorundam interventu ipsum illi substituerat. Sed adeptus a secundo Ottone desideratum utpote longe potioris dignitatis et opulentiae Magdaburgensem archiepiscopatum, ambitionis ceca cupidine ductus, assentiente sibi ad malum imperatore, postposito Dei et vindicis Laurentii honore, Merseburgensis episcopatus sedem pariter cum nomine destruxit, illumque pro abbatia archiepiscopio adiciens tenuit. Unde plura scribere supersedimus, quia quorundam pro concessis ab eo sive ab imperatoribus ex peticione ipsius temporalibus beneficiis, actis illius faventium, offensam incurrere vera prosequentes metuimus, falsa vero adulationis causa dicere ut nefas refugimus, cum et ipse Dominus haec sibi non placuisse, in utrorumque detrimento indiciis declaraverit evi- [cf. Chron. Mgd. p. 279] dentibus, ut apparebit in sequentibus. Nam ut refert sanctus episcopus et martyr Bruno[31], post destructionem episcopatus cuidam sapienti talis divinitus ostensa est revelatio, in qua visus est illi praefatus cesar secundus Otto aureo subnixus solio, vallante illum episcoporum principumque et nobilium agmine longo: cum subito ille victor ignium magnus Laurentius igneo terribilis aspectu, circumamictus aurea stola, in medio apparuit, et velut lacessitus iniuria prorumpens, argenteum de sub pedibus imperatoris scabellum tulit, seque torvo avertens intuitu abire cepit. Cumque a quodam astantium quis aut cuius auctoritatis esset, qui sic in gloria sua sublimatum regem exhonorare presumeret, inquireretur, et subpedaneum reddere rogaretur, respondit, quia nisi sibi illatum dedecus ab ipso imperator corrigeret, ipsum quantocius de solio indubitanter deponeret. Quod et ita factum est, quia imperator hanc visionem auditam parvi pendens et archiepiscopi amorem male blandientis timori Dei preponens non correxit errorem, et idcirco minoravit Deus dies temporis eius et in ipsis eum omni perfudit confusione, donec in brevi ut praefixum erat [ibid. p. 278.] vita pariter et imperiali caruit potestate. Igitur [Thietm. III, 11.] temporibus cesaris prefati multis bellorum turbinibus paganorumque incursionibus sancta quatiebatur aecclesia catholica, capiturque ac depre- [Thietm. III, 10.] datur a Boemiorum exercitu Cicensis aecclesia, Hugone primo eiusdem loci episcopo primitus effugato. Gentes quoque quae suscepta christianitate regibus et imperatoribus tributarie servierant, superbia Theoderici ducis aggravatae, praesumptione unanimi arma commoventes, 3. Kal. Iunii percusso in Havelberga presidio, episcopalem cathedram ibidem destruxere. Trium autem transactis spaciis dierum conspirata manus Sclavorum Brandeburgensem episcopatum, 30 annis ante Magdeburgensem archiepiscopatum constitutum, cum iam prima sonaretur invasit, fugiente prius tercio eiusdem aec- [Thietm. III, 11.] clesiae antistite Volcmaro, et defensore eius Thiederico. Militibus vix evadentibus, clerus omnis ibidem capitur. Postea monasterium sancti Laurentii martyris in urbe quae Calvo dicitur, et Hammanburch ubi sedes episcopalis quondam fuit, Mistui dux Abodritorum[a] incendit atque vastavit.

[Ann. Hild.] 983. 10. Otto imperator Veronae placitum habuit, ibique Heinricus minor de exilio reductus dux Bawariorum [Ann. Halb.?] est constitutus. Hoc ipso anno Sclavi Saxonibus rebelles facti sunt, quos Saxonici principes postmodum

a) abroditorum *cod.*

30) in Brunonis Vita S. Adalb. c. 5. 31) ibid. c. 12.

collectis viribus, sine rege, sine homine duce, divinitus adiuti gloriosissime vicerunt, 30 *Ann. Halb.?* milia una die perimentes, paucissima parte in latibula quedam paludium silvarumque turpi fuga transacta. Imperator itaque ad placitum Veronae conventus Saxonum, Francorum, Lotharingorum, Bawariorum, Italicorum, aliorumque natione lingua et habitu dissimilium, occursum gloriosissimum habuit. Post haec Romam reversus, apostolicum digno cum honore sanctae Romanae prefecit aecclesiae. His omnibus ingenti sollertia peractis, vi febrium arreptus, cum se proximum excessui conspiceret, collecto primum in vires animo, quicquid census habere poterat, in quadrum dispertiens, unam in honorem principis apo- *[cf. Thietm. III, 14.]* stolorum beati Petri templo et altari deferre precepit, alteram matri imperatrici ac unicae sorori pro commendatione debitae caritatis transmittere curavit, terciam militibus qui vitam patriamque suam suo amori et obsequio postposuerant erogare decrevit, quartam pauperibus sustentandis paterna largitate distribuit. Deinde astante coram apostolico una cum episcopis suaque coniuge imperatrice Theophanu, ceterisque fidelibus, fidem catholicam catholicis admodum verbis, pleno ore, inconcussa spei caritatisque constantia munitus verissime confitetur; acceptaque ab eis optata remissione ac sacrosancta communione, terrae quod suum est tribuens, spiritum astris inseruit. Publico deinde elatus funere, in paradyso iuxta basilicam Dei genitricis Mariae ad pedes domini Salvatoris, ubi sanctum Petrum iussu suo super mare inusitate gradientem, pro periculo tempestatum aliquid fide gressibusque titubantem, pia manu porrecta ne mergeretur erexit, non sine lugubri suorum conclamatione honorifice tumulatur, anno regni sui 23, imperii autem 17, cuius postea sepulchrum fidelium suorum veneratione insignibus marmoreae structurae columnis studiosissime adornatur. Reliquit autem successorem puerili quidem aetate parvulum, sed pietate, pul- *Chr. Magd. p. 280.* chritudine et omni morum venustate praecipuum, et ut dicebatur iusticiam mundi Ottonem tercium. Facta est autem inter primates de substituendo imperatore dissensio, aliis odio imperatricis Theophanu, quod *Ekk. 982.* sibi illa per levitatem suam consciverat, imperium a filio eius Ottone transferre volentibus ad Heinricum ducem, filium Heinrici, qui frater fuit primi Ottonis, aliis vero legitimo heredi Ottoni, Ottonis imperatoris filio, imperium deberi certantibus; quorum etiam pars praevaluit.

Annus Domini 984. Ottonis III. 1. Filiolus imperatoris, tercius Otto, per unctionem Iohannis Ravennatis archiepiscopi Aquis- *Ann. Quedl.* grani in die natalis Domini unctus est in regem. Sed postea, comperta morte imperatoris, Heinricus dux de exilio reversus, cum sibi faventibus Agrippinam civitatem intravit, simulans, se primo ob ius propinquitatis partibus regis infantis fidelissime patrocinaturum, dein accrescentis avariciae stimulis agitatus, quorundam etiam presumptione[a] malę illectus, regnum tyrannice invasit, atque in id elationis usque prorupit, ut et rex dici et in regem appeteret benedici. Sed rex dici a paucis obtinuit; in regem vero benedici, prohibente Deo cetusque fidelium sibi non consentientium sed regi electo et uncto iure faventium decertatione non meruit, quamvis regem apud se teneret. Missis vero interim probatis ad imperatricem Adelheidam legatis in Longobardiam, hi qui partes regis adiuturi, iurisiurandi vinculo in hoc firmiter perdurandum sese constrinxerant, hanc perturbationem ordine intimantes, si quid de regno ac nepote curaret, adventus sui et consilii ope suis ut cito succurreret, obnixius rogavere. Illa vero conciliato sibi primitus divino subsidio, accelerato admodum itinere, cum nuru sua imperatrice Theophanu, matre regis, nec non illustri abbatissa Machthilde filia sua, amita eiusdem infantis regis, comitantibus fratre suo rege Burgundiae Counrado, et duce Francorum eius equivoco, cum totius Italiae, Galliae, Franciae, Sueviae, Lotharingiae primis, occursu quoque Saxonum, Thuringorum, Sclavorum, cum universis optimatibus, qui unitis animorum nisibus aut pro rege fideliter morituri, aut, quod Dei gratia factum est, fortiter victuri, absque mora convenere. Habito deinde concilio maximo, mirandum memorandumque posteris signum, stella videlicet perlucida in ipso partium conflictu, medio coeli axe, media ultra morem die, quasi divinum capto regi prebitura iuvamen, cunctis qui aderant cernentibus mirantibusque, radiavit. Qua visa, perterrita moxque cedente parte iniusta, Heinricus prefatus usurpato nomine ac regno iure privatus, regem aviae matri et amitae presentare cogitur, interventuque regis Counradi soceris sui, ac principum, qualicumque gratia donatus, in patriam mestus abscessit. Accepto itaque unico pignore, imperiales dominae Saxoniam adierunt, ac primo Quidilingburgensis monticuli vertice eminentem usque civitatem una pervenientes, dulcisona laudum melodia cleri ac populi Christoque inibi famulantium virginum occursu, gemino affectu gaudiorum, et pro optato spiritalis matris adventu et pro triumphali regis eventu, pie gratulantium officiosissime susceptae, quod reliquum erat vitae, summo cum honore transierunt.

985. 2. Saxones Sclaviam invaserunt, quibus ad supplementum Misacho cum magno exercitu venit; qui totam *Ann. Quedl.* terram illam incendiis et cedibus devastaverunt. Interim supra memoratus ille Heinricus, divino instinctu ad se reversus, quid egerit, in quantum se plus equo et honesto extulerit, et ex quanto deciderit, anxię secum non semel pertractans, iuxta ęwangelicam sententiam sua se exaltatione humiliatum comperiens, dedecoris conscientia pungitur, culpae penitentia cruciatur. Veniente igitur in Francanfort rege infante tercio Ottone, ibidem ipse adveniens humiliavit se iuste, quo penam evaderet dampnationis[b] iniustae, regique puerulo, quem orbatum captivaverat, cuius regnum tyrannice invaserat, presentibus domnis[c] imperialibus, quas regni cura penes erat, avia, matre et amita eiusdem regis, humilis habitu humilis et actu, totius in aspectu populi ambabus in unum complicatis manibus militem se et vera ulterius fide militaturum tradere non erubuit, nil pasciscendo nisi vitam, nil orando nisi gratiam. At domnae, quarum ut diximus cura regnum regisque regebatur infantia, tanti viri summissa deditione admodum gratulabundae — quia piorum moris est non solum pro malis mala non reddere, sed etiam pro malis bona rependere — digno eum honore susceptum, gratia fideli donatum, ductoria itidem dignitate sublimatum, deinde non tantum inter amicos sed etiam inter amicissimos, uti ius propinquitatis exigebat, debito dilectionis venerantur affectu. Lotharius rex Galliae obiit, filius Gerbergae reginae, *cf. Ekk. 985 et 896.* sororis primi Ottonis imperatoris.

a) persuasione *Q.* b) elationis *Q.* c) *infra a.* 986. domna *plane scribitur.*

Ann. Quedl. 986. 3. Otto rex adhuc puerulus cum magno exercitu Saxonum perrexit in Sclaviam, ubi adveniens Miseco cum multitudine nimia, optulit ei unum camelum et alia xenia multa, semet ipsum etiam subdidit potestati illius; et tunc simul pergentes devastaverunt totam terram incendiis et depopulationibus multis. Eodem anno monasterium in monte occidentali Quidilingburgensi in honore sanctae Dei genitricis Mariae ob monimentum unice dilecti germani fratris sui, sub religione regulae sancti Benedicti a Machthilde, imperiali gemma et filia, studiosissime constructum est. Ida quoque regalis domna, contectalis Liudolfi filii magni Ottonis, huic luci subtrahitur.

Ann. Quedl. 987. 4. Saxones iterum Sclaviam invaserunt, et ad ultimum ipsi Sclavi regis ditioni subduntur, et castella iuxta flumen Albiam denuo restaurata sunt. In proxima quoque hieme aquae nimium inundaverunt, et ventus ingens multa edificia stravit.

Ann. Quedl. 988. 5. Estatis fervor inmanis omnes[a] pene fructus absumpsit, et mox grandis mortalitas hominum subsecuta est. Adaldagus Bremensis archiepiscopus obiit. Hic sedit annis 53.

Ann. Quedl. 989. 6. Cometae apparuerunt, quas pestilentia grandis hominum et iumentorum subsecuta est, et maxime boum.

Ann. Quedl. 990. 7. Eclipsis solis facta est. Adaldago Nienburgensis cenobii primo abbate mortuo, Ekkihardus substituitur.

Ann. Quedl. 991. 8. Theophanu imperatrix augusta cum filio suo imperatore tercio Ottone paschale festum imperiali gloria apud Quidilingburgensem[b] peregit civitatem, ubi etiam marchio Thuschanorum Hugo et dux Sclavonicus Miseco cum ceteris Europae primis ibidem confluentibus affuere ad obsequium imperatorii honoris, que quilibet preciosissima posse-derat, pro xeniis deferendo; e quibus Miseco aliique quam plurimi honorifice donati in patriam redierunt. Hugo vero cum eadem imperatrice filioque suo, quocumque regni vel imperando vel regendo proficiscuntur, famulando prosequitur, usque dum Niumagon perventum est. Ibi ergo, dum quasi compede totum sua ditione colligasset imperium, Theophanu imperatrix consummato in bonis vitae suae cursu, proh dolor! quod est miserabile dictu, inmatura dissolvitur morte 17. Kal. Iulii; indeque lugubri filii sui imperatoris ceterorumque fidelium suorum comitatu evecta, ad urbem defertur Agrippinam, inque sancti Pantaleonis martyris aecclesia, ut ipsa decreverat, stipante episcoporum monachorum virginumque cetu, astante etiam clero ac populo, ultimo flebiliter tumulatur honore. Eodem anno Hercanbaldus, Frithericus et Biligrimus episcopi obierunt. Manogold quoque, non infimus Sueviae matris filius, Saxoniae obiit, ac propter fidele servicium Adelheidae imperatrici persepe exibitum, ipsa comitante, Quidilingburgensem advehitur civitatem, ibique honorifice sepelitur. (Thietm. IV, 10.) Comperta vero imperatricis morte, prefata Adelheida augusta, regem iuvenculum, septem iam tunc annos regnantem, quamvis esset non minus illo tristis effecta, visitando consolatur, eumque vice filii tamdiu secum tenuit, quoadusque idem rex protervorum consilio iuvenum depravatus, tristem eam dimisit.

Ann. Quedl. 992. 9. Gloriosissima et famosissima dedicatio sanctae Halverstadensis aecclesiae facta est 17. Kal. Novembris a venerabili suo provisore Hildiwardo episcopo, anno suae ordinationis 24, quam secum in tipo apostolicae dignitatis duodenario numero 12 episcopi consecraverunt praesente rege sereno tercio Ottone, suaque avia Adelheida augusta una cum filia sua gemma regiae stirpis perlucida Machthilde, et nepte sua Hathuwi veneranda abbatissa, duce quoque Bernhardo, et Liudolfo Capuano comite, prefectis etiam plurimis et proceribus aliaque innumerabili atque inequiperabili multitudine cleri ac populi in laudem Dei conclamantium. Eodem anno 12. Kal. Novembris totum coelum ter in nocte visum rubrum. ([cf. Ann. Saxo.]) Adelheith imperatrix augusta debito maternae dilectionis, Machthildi, filiae suae, curtem, quae in Saxoniae finibus sita Walbiki dicitur, cum appendiciis hereditatum eo pertinentium dono dedit, et sive propriis usibus aptandi, sive quodlibet alio pro velle illius arbitrio permittens, per cirographi inscriptionem imperatorio anulo signati, stabili pactione firmavit. Haec nimirum divini amoris ut erat estu ferventissima, largitatis ac benivolentiae studiis acerrima, non sibi quo[c] apud seculum dicior videretur quippiam reservari cupiens, sed totis desideriis ad superna semper anhelans, heredem sibi talem, cuius regni et imperii status omni careat termino, Deum scilicet omnipotentem, humili adoptione providit; deinde totis nisibus cenobium in honore sancti Andreae apostoli collectioni virginum sub regula sancti Benedicti monastice degentium construere cepit. (Ekk.) In Burgundia Odilo, ex clerico Brivatensi monachum professus, in Cluniacensi cenobio preficitur; quod per annos quinquaginta sex miro religionis fervore rexit et provexit. Qui egregie quoque preter alia pietate insignis, non solum vitae exemplis, sed etiam miraculis in vita sua claruit.

Ann. Quedl. 993. 10. In nocte natalis sancti Stephani protomartyris inauditum seculis vidimus miraculum, tantam videlicet lucem circa primum gallicinium ab aquilone effulsisse, ut plurimi dicerent diem oriri. Stetit autem per unam pleniter horam, et postea rubente aliquantulum coelo, in solitum conversum est colorem. (Ekk.; Ekk. 991.) Gerbertus, qui et Silvester cognominatus est, Romanae aecclesiae preficitur. Cuius est hoc de se monostichum:

*Scandit ab R. Gerbertus ad R., post papa viget R.;*

insinuans se de Remensi presulatu ad Ravennatium archipresulatum scandere, post etiam papam Romanum fore. (Ekk.) Quidam autem transito Silvestro Agapitum hoc in loco ponunt, quod non ociose factum creditur. Quia enim isdem Silvester non per ostium in ovile ovium intrasse dicitur, a quibusdam etiam nigromantiae arguitur, de morte quoque non recte tractatur, eo quod a diabolo percussus obisse referatur, a numero paparum merito exclusus iudicatur. Quam rem nos in medio relinquimus. (Thietm. VI, 61.) Fuit autem natus de occiduis regionibus, et a puero liberalibus artibus inbutus; optime callebat astrorum cursus discernere, suosque contemporales variae artis noticia superare. Hic tandem a finibus suis expulsus, Ottonem petiit imperatorem; et cum eo diu commoratus, in Magdeburg orologium fecit, illud recte constituens, considerata per fistulam quadam stella nautarum duce.

Ann. Quedl. 994. 11. Hyemps durissima 3. Idus Novembris exorta, usque 3. Idus Maii duravit, rarissimis intermissa diebus; deinde pestiferis et frigidis flantibus ventis, noctibus plurimis pro rore hybernum cecidit frigus; ad ultimum Nonas Iulii grande factum est gelu, tantaque siccitas fluminum et penuria facta est pluviarum, ut in plerisque stagnis et pisces morerentur, et in terris arbores plurimae penitus arescerent, et fruges perirent et linum. Subsecuta est quoque grandis pestilentia hominum, porcorum, boum et ovium; prata etiam in plerisque locis ita exaruerunt, veluti igne exusta fuissent. Sclavi omnes, exceptis Sorabis, a Saxonibus defecerunt. Liuppolt Bawarici limitis marchio clarus in civitate Wirziburch in hospicio suo per fenestram cum sagitta inprovise vulneratus obiit, et Ekbertus comes prudentibus sapientior, et fortibus audatior, Nonas Aprilis e medio excessit. Facta est etiam eodem anno fames in pluribus locis Saxoniae.

a) cunctos *Q.* b) Quidingb. *cod.* c) *add. sed del.* ad *cod.*

995. 12. [Ann. Quedl.] Saxonibus peior annus priore exoritur. Nam tanta in eos qui vocantur Osterliudi pestilentia exarsit, ut eorum non solum domus, sed etiam villae plurimae mortuis habitatoribus vacuae remanerent. Fame insuper magna compressi, tam assiduis Sclavorum incursionibus fatigabantur, ut peccatis suis promerentibus, iuste de eis dictum videatur illud propheticum: *Mittam super eos tria iudicia mea, pestem, gladium et famem.* Imperator quoque Otto cum magno exercitu Abroditos et quasdam Wlotaborum terras invadens, incendiis et depredationibus plurimis vastavit, licet motum eorum nullo modo compresserit. Reversus deinde ab expeditione, in Quidilingburgensi civitate a memorabili amita sua, Machthilde abbatissa, regalis preconio laudis suscipitur; ubi Adelheith, germana illius soror, equivoca imperatricis aviae suae, spretis pro Christi amore regalibus nuptiis nuptiarumque promissis, non solum thesauris, sed etiam ultra valentiam aureis montibus et urbibus, sub iugo regulari canonice degendum, astante fratre suo imperatore Ottone, totius in aspectu senatus ac plebis, sanctorum Dionysii et Servatii pontificum obsequiis sese propriam dicavit, eademque hora sacri velaminis arrabone Christo, sponso coelesti[a], antistite eiusdem aecclesiae Hildiwardo, ceterisque archiepiscopis et episcopis coram astantibus consignata est. Eodem anno Bawaricae regionis dux Heinricus secundus inmatura morte obiit. Qui dum ad extrema venisset, vocans ad se filium suum Heinricum, talibus verbis instruere cepit: [Thietm. IV, 13.] *Revertere, fili, celeriter in patriam, regnumque dispone, regi quoque ac domino tuo umquam resistere cave; multum enim me penitet hoc umquam fecisse. Patris memor esto tui, quia hunc amplius in hoc seculo non videbis.* [Ann. Quedl.] Isdem igitur Heinricus, ut superius diximus, mortuo imperatore secundo Ottone, aliena potius quam propria voluntate ad invadendum imperium eotenus illectus est, ut comprehenso imperatore iuvenculo rex eligeretur; sed ante consecrationem penitentia ductus, regnum respuit, et regi humiliter subiectus, Bawarico honorifice donatus est regno. In quo pro componenda pace ita ultra priores suos effloruit, ut ab illius incolis regni Heinricus Pacificus et pater patriae appellaretur. Quo mortuo, filius suus Heinricus, rex futurus, Bawaricum ducatum rege prefato Ottone donante suscepit. Hildiwardus venerabilis episcopus in Stuterlingeburch civitate cenobium virginum construxit. In Halverstadensis aecclesiae territorio natus est infans nichil corporis habens a posterioribus deorsum, nec crura, nec menbrorum virile vel muliebre, sed tantummodo dimidius homo, habens posteriora quasi aucae sine plumis, aurem dextram maiorem sinistra, et oculum similiter sinistro maiorem; dentibus vero crocei coloris horribilis, sinistro brachio absque quatuor digitis solo cum pollice integro, dextro brachio penitus privatus; qui ante baptismum attonitis videns oculis, post baptismum numquam oculos aperiens, quarto suae nativitatis die infandum moritur monstrum. Commune dampnum in pestilentia porcorum et boum omnem Germaniam vexat.

996. 13. [Ann. Quedl.] Lux clara sanctae Augustensis aecclesiae Liudolfus episcopus huic mundo subtractus, coelesti annumeratur familiae, cui Gevehardus, inter egregios abbates precipuus, subordinatur episcopus. Dehinc precurrente tempore, cum multos a sanctuario Domini divinum raperet iudicium, gemma etiam sacerdotum, et episcopalis aureum decus dignitatis, Halverstadensis aecclesiae pontifex Hildiwardus 7. Kal. Decembris ab huius vanitate seculi solutus, verae caritatis, quae Christus est, presentatur obtutibus, illius humilitatis ac dilectionis super quam credi potest verus Israelita pie imitator existens. Rexit autem aecclesiam et gregem sibi commissum per annos 29; cui successit Arnulfus abbas, illustri valde [Thietm. IV, 17.] prosapia exortus, sed nobilior moribus, et sincera largitate preclarus. Huius anni vernali tempore Otto rex, compacta [Ann. Quedl.] inter Saxones et Sclavos pace, Italiam perrexit, et dominicam resurrectionem Papiae regali more celebravit. Dehinc omni regno potenter potitus Italico, Romam veniens, beatae memoriae Iohannem papam defunctum repperit; cui nepotem suum Brunonem, virum valde preclarum, non solum cleri sed et omnium Romanorum unanimi voto civium, pontificem electum subrogari pie consensit; quem Romani, dempto Brunonis nomine, Gregorium vocaverunt. Hic ergo sede inthronizatus apostolica domnum Ottonem[b], hactenus regem vocatum, non solum Romano sed pene totius Europae populo acclamante, 12. Kal. Iunii, in ipsa ascensionis Christi festivitate, imperatorem consecravit augustum. Post haec Italico regno disposito, Franciam revertitur, et in Agrippina Colonia summi imperatoris condigno honore celebrat natalem diem. Sanctus Adelbertus, episcopus de Praga civitate, eodem anno a Prucis glorioso martyrio 9. Kal. Maii coronatur. [1000.] Quod[32] cum imperator nuper reversus de Italia comperisset, mox ad illius limina orationis [cf. Chron. Mgd. p. 280 (cf. Thietm. IV, 28)] causa profectus est cum imperialibus donis; ubi a Bolizlao duce magnifice susceptus, et Gnesin est usque perductus, in qua, eodem duce emente a loco interfectionis translatum pausabat prefati martyris corpus. Hanc ergo urbem devotus imperator, occurrente sibi loci episcopo, nudis pedibus intravit, et post lacrimosam ad sanctum Adelbertum orationem, nova illum institutione, id est archiepiscopatus in eodem loco fundatione, sed non legitima honoravit. Nam tota haec provintia unius Poznaniensis episcopi erat parrochia, et ipsa cum omnibus futuro tempore illic fundandis episcopatibus, auctoritate primi Ottonis et pontificum apostolicae sedis metropolitano Magdeburgensis archiepiscopii fuerat subiecta. Hanc ergo sine utrorumque episcoporum consensu iste imperator in quinque dividens episcopatus, in ipsa urbe Gnesi Gaudentium, beati Adelberti germanum, consecrari fecit archiepiscopum, eique tres alios episcopos in tribus locis, id est Salzcolberch, Cracowe, Wrotizla[33] ordinatos subiecit; Poznaniensem vero episcopum non assentientem, priori iuri et Magdeburgensis archiepiscopi subiectioni reliquit.

997. 14. [Ann. Quedl.] Sclavi innata sibi perfidia tacti, provintiae[c] fregerunt pactum, terminosque Saxonicos latrociniis corroserunt furtivis. Quos contra commotus imperator, Ztodoraniam quam vulgo Heveldun vocant, egregiam inter Sclavonicas terras, magno invasit exercitu, vicit, predavit, victorque in Magdeburch, precipuam Saxoniae urbem, gloriose subintravit. Interim autem dum imperator Heveldun devastaret, Wlotabi Bardangao provintiam improvisi rapinis multis aggressi sunt et incendiis. Quod videntes Westfaloi, quos prefatus imperator in expeditionem pergens ad custodiendam reliquerat provintiam, celeriter Liuticos fortiterque excipiunt, ipsique cum pauci essent, illam innumeram paganorum multitudinem tanta cede prosternunt, tantamque ab eis predam diripiunt, ut nec cedis illius nec predae numerus ullo modo possit humano explicari sermone. Hoc anno instauratio sanctae Metropolitanensis aecclesiae in Quidilingburgensi castello iussu imperialis filiae Machthildis abbatissae omni studio peragitur. Quam cum ab avo suo rege[d] Henrico, aviaque Machthilde constructam arciorem, quam tantae celsitudinis ius exigebat, propter confluentis populi frequentiam

a) ab *add. Ann. Quedl.* b) *vox haec excidit.* c) pacis *Ann. Quedl.* d) *in loco raso.*

32) Cf. a. 1000. p. 161. 33) Breslau.

Ann. Quedl. cerneret, innata ac concreta sibi benivolentia ad augmentum eiusdem in honore sancti Servacii archiepiscopi et confessoris, latioris et altioris structurae edificium apponere curavit, quod etiam totius conventu cleri ac populi ab Arnulfo Halverstadensi episcopo nuper ordinato cum aliis archipresulibus et episcopis, quos modo nominatim evolvere longum est, congruenter ad Dei domum 6. Idus Marcii dedicari fecit. Walbicensem quoque aecclesiam, in brevi constructam, in anniversario patris sui magni Ottonis, eodem anno Nonas Maii dedicari fecit. Hoc etiam anno Crescentius quidam, diabolica fraude deceptus, Romam absente papa Gregorio invasit, Iohannemque quendam Calabritanum, quem domnus imperator Otto III, pro Greci imperatoris filia sibi matrimonio acquirenda, cum Bernwardo episcopo Constantinopolin miserat, inde revertentem cum Grecorum legatis se indigno suscepit honore, eumque non tam papam quam apostatam constituens, legatos imperatorios sub custodia Romae retinuit. Hic ergo Iohannes natione Grecus, conditione servus, astu callidissimus, imperatorem augustum Ottonem secundum sub paupere adiens habitu[a], ob interventum suae dilectae contectalis Theophanu augustae, regia primum est alitus stipe. Dehinc procurrente tempore, vulpina, qua nimium callebat, versutia prefatum eotenus circumvenit augustum, ut pro loco et tempore satis clementi ab eo gratia donatus, pene inter primos usque ad defunctionem suam clarus haberetur. Post dormitionem vero secundi Ottonis, regnante iam tercio Ottone filio suo, quem ab ipso matris utero divina subsequebatur miseratio, prefatus Iohannes ingenita[b] sibi circa eos calluit securius astutia, quo regis infantia et primatum illius permittebatur incuria. Ad haec defuncto Placentinae urbis episcopo, vir bonae indolis illi subeligitur. Quo indecenter eiecto, prefatus Iohannes, non pastor sed mercennarius, eandem non regendam sed devastandam suscepit aecclesiam. Quam cum aliquot annis teneret, avaricie diabolicae inebriatus veneno, in tantum se extulit super se, ut etiam Romae ipsam beati Petri apostoli sedem, uti praedictum est, antichristi membrum vere effectus, fornicando potius pollueret[c], quam venerando insederet.

Ann. Quedl. 998. 15. Imperator, tantis praesumptionibus compertis, secundam profectionem paravit in Italiam. Cui venerabilis papa Gregorius Papiae obviam factus, dum ei pessima Iohannis et Crescentii narrasset gesta, ille divino commotus zelo, Romam quantotius perrexit una cum apostolico. Quod audientes prefati ministri sathanae, Iohannes quidem fugam iniit, Crescentius vero presidio, quod veterem Romam et Leonianum coniungit castellum, se cum suis inclusit. Tunc quidam, non tantum imperatoris quantum Christi amici, insequentes Iohannem, comprehenderunt eum; sed timentes, ne si eum ad augustum destinarent inpunitus abiret, linguam ei et nares amputarunt, oculosque pariter eruerunt. Hoc ita multato divinitus, domnus papa Gregorius sedem apostolicam honorifice recepit, eamque usque ad obitum suum libere insedit. Imperator igitur Romam adveniens, sanctissimam illic Christi resurrectionem celebravit, statimque post albas, scalis et machinis arcem quam Crescentius insederat, hactenus omnibus inexpugnabilem, fortiter expugnat, illumque captum decollari, et e summo precipitatum in patibulo pedibus iussit suspendi. Eodem anno mense Iulio terrae motus horribilis factus est per totam Saxoniam, duoque lapides igniti ex tonitruo ceciderunt, unus in ipsa civitate Magdeburch, alter ultra Albiam fluvium. Quorum inusitata dilapsio dirum omni populo exitium minando portendit; quod in sequentibus certissime apparuit, tunc scilicet, cum mundus iste insanabilis plagae ictibus ter cerebrotenus percussus, ipsa, ut ita dixerim, vitalia amisit.

Ann. Quedl. 999. 16. Imperatore commorante in Italia, insignissima imperatoriae stirpis gemma, magni Ottonis filia, quae ut sepe memoravimus sceptrigeris edita parentibus, virescentis rudimenta infantiae, honesta decenter nutricum sub cura transcendit, queque dehinc florida vacillantis tempora iuventutis, corpore sensibusque plus ceteris id etatis maturescens, nilque sibi commissi regiminis errabundum relinquens, undecimo ortus sui anno Metropolitae sibi hereditatis, licet tantis impar oneribus, imperatorum tamen consultu patrum, nec non communi electione antistitum, benedictione perpetua gerende proficiscitur. Cum vero ad Pitagoricae bivium perventum est litterae, sine mora, angustiori semita, Spei quae non confundit fidutia arrepta, tota animi diligentia se suaque ab non esse transferre conata est ad verum esse. Haec fratruele suo, largo scilicet Ottone, Romam proficiscente, imperatoria vice commissa sibi regna non levitate feminea gubernans, barbarorum etiam induratos vertices regum artificioso aviti paternique ritu ingenii ita placabiles subiugalesque reddiderat, ut huiuscę pacis fundamenta, qua nunc sancta Dei aecclesia pro parte fruitur, post tantarum devastationem provintiarum post effrenem barbarorum motum, non gladio, non armis, non ullis bellicorum instrumentis apparatuum, licet et ad hec percipienda[d] satis esset idonea, continuata vigiliarum orationum inediaeque instantia, soli Deo intenta, illius comitante gratia prima posuerit atque construxerit, eoque usque struere non destiterit, quo non laborando, sed eius laboribus subintrando, succedentes postmodum reges tanto facilius summa eiusdem pacis attingerent, quanto ipsa imis primitus construendis vigilantius insudasset. Novissimis namque temporibus suis colloquio apud Magdeburch habito, conventu episcoporum, cum duce Bernhardo, comitum ac totius senatus plebisque concursu, confluentibus ibidem omni ex natione legatis, undique vallata, qualis fuerit, quam irreprehensibilem se exibuerit, quamque mira discretione sua cuique tribuerit, quanta veneratione presulum personas pre ceteris honoraverit, quanta sollertia optimates et iudices aliosque, quorum id curae relinquitur, pro consolidanda re publica, pro privatis etiam usibus confirmandis monuerit, quanta lenitate pios permulserit, quanta districtione reos terruerit, quantaque industria patriam conservaverit, adiuverit et auxerit, nec notis intellectuum nec etiam vocum cuiquam edicibile reor. His itaque omnibus dispositissime ordinatis, oviculas quibus singulari preerat cura, adventus sui expectatione suspensas, materna dilectione revisit, dignoque ab illis honore suscepta, paucis post haec superstes diebus, modica febre pulsata, inopinata cunctis, set sibi longe ante provisa morte 7. Idus Februarii resoluta, Domino spiritum gratulabunda reddidit; atque in medio basilicae sancti Petri sanctique Stephani eiulatu nimio planctuque suorum reconditur. His ita flebiliter peractis, privatae sanctimoniales feminae cum episcopis, quos divina clementia illius obsequiis adesse disposueral, Arnulfo et Bernwardo, nec non duce Bernhardo convenientes, fratruelem ipsius domnae Machthildis Adelheidam, in locum eius elegerunt, missisque legatis ad imperatorem in Italiam ei rem gestam innotuerunt. Igitur legati Romam pervenientes, prefatum imperatorem recenti nepotis sui papae Brunonis, qui Romana lingua Gregorius dicebatur, obitu admodum mestum repperiunt, ac priori posteriorem multo graviorem adiciendo dolorem, ob excessum suae illustrissimae amitae ex mesto mestiorem reddunt. Resumptis tamen demum post tantam perturbationem animi viribus, grates pro obsequiis suae amitae exibitis, grates pro electione sororis sanctae congregationi remandat innumeras, eamque honori et oneri matris spiritualis, non ut potuit imperando, sed ut pium decuit postulando succedere postulavit. Modici igitur intervallo spatii Adelheida, prefatae Machthildis genitrix, inclita, Romanorum imperatrix augusta, quae statum imperii terra marique sibi subacti una cum suo consorte, magno augusto et pacifico Ottone, non minus meritis moribusque insignierat egregiis, quam ille viribus et triumphis consolidarat eximiis: post obitum itaque eius et ipsa per totum seculo moriens, quasi non sibi nata sed inopum usibus tantum divinitus esset provisa, quicquid habere potuit ex regio censu

a) *in loco raso.* b) ingenita — securius *in loco raso.* c) *in loco raso, ubi prius vox ab annalista Quedlinburgensi servata scripta fortasse erat.* d) praecipienda *Q.*

Ann. Quedl.

toto orbe tributario iure vel etiam donario quesitum, inter cetera virtutum insignia manibus pauperum in coelestes thesauros deportandum, hilari mente et facie commendare non destitit. Solebat namque creberrime set secretissime, more rusticarum ad id desiderabile sibi opus succincta, ne vel ipsa vestium prolixitas ullam sibi ingerere posset morulam, ambabus pro dextra manibus utens, tamdiu[a] huic pio insistere labori, quousque vacillante incessu non largitate set corpore deficiens, necessario quietura vel modicum sese cogeretur reclinare; id tamen in voto habens, ne vel sedendo vel stando vel quibuslibet occupationibus detenta umquam a familiarissimo sibi misericordiarum opere cessaret. Haec igitur postpositis que esse videntur, non quod vere sint quia transeunt, set quod nobis sensuum qualitate degentibus esse videantur, ut diximus, nobili illa hominis prerogativa ad ea quae vere sunt, quae nec ortum sui respiciunt nec finem, toto se erigens annisu, ac meliori oculo superna semper intuens, tandem emeritae admodum aetatis, ad eum quem medullitus sitiverat 16. Kal. Ianuarii laborum suorum centuplicatum receptura premium, angelicu stipata cetu, gloriosę migravit, atque in bas''ica Salinensi, quam ipsa in honorem sancti Petri apostolorum principis pio labore construxerat, honorifice tumulatur.

Thietm. IV, 27. Ann. Quedl.

1000. 17. Gregorius apostolicus, imperatoris cognatus, 2. Non. Febr. migravit ad Dominum; cui successit Gerbertus, cuius superius mentionem fecimus. Imperator autem, post modicum comperto suae aviae obitu, ultra quam credi possit meroris nimietate afficitur; sanctam Dei aecclesiam, quae continuato trium lapsu columpnarum, quibus mira firmitate subnixa hactenus inconcussa steterat, domni scilicet apostolici, aviaeque suae prefatae imperatricis augustae, nec non amitae suae Machthildis imperialis abbatissae discessibus vacillare, sibique iam soli inniti conspiciens, curarum pondere gravatus, his tamen quae ibidem vel in publicis rebus vel in aliis agenda erant dispositis, patriam desolatam quasi consolaturus citato cursu visitare maturat, non paucis secum ex Romano senatu una pergentibus. Transcensa vero Alpium difficultate, ut primum Galliae partibus pedem inferre potuit, tota ei Gallia, Frantia, Suevia, equestri et pedestri agmine turmatim obviam ruit; sorores quoque ipsius, Sophia et Adelheida, cum Saxoniae ac Thuringiae utriusque sexus primis occurrendo, velut unicum unice dilectum ac merito diligendum, ipso ut ita dicam conridente mundo, unanimi gratulatione suscipiunt, et cum eo pariter, quamdiu destinati itineris acceleratio patiebatur, debita caritate morantur. Ille vero ęwangelici non inmemor precepti, quo dicitur: *Primum querite regnum Dei*, iuxta morem parentum suorum imperatorum, omnia sua regi ac meliorari divina exoptans clementia, humili devotione in Sclaviam, sicut superius[34] diximus, sanctum Adelbertum episcopum nuper pro Christo laureatum adiit, eius interventum obnixius postulans. Deinde in patriam revertitur, et in Quidilingburgensi civitate una cum sorore sua Adelheida abbatissa coenam Domini, parasceuen quoque et sabbatum sanctum, nec non dominicam noctem resurrectionis debitae venerationis obsequiis festivę peregit. Unde in ipsis horis mattutinalibus ad curtem suam, totius senatus ac plebis expectationi satisfacturus[a], rediit, illamque septimanam regalibus inpendens officiis, regendo, indulgendo, largiendo ac remunerando consummavit; deinde profectus, sororem suam una secum Aquisgrani, quam etiam cunctis tunc post urbem Romam urbibus preferre moliebatur, summa veneratione fraternaque caritate comitante perducens, aliquantulum temporis quae cepto itineri congruere videbantur ibi parando quievit. Set dum nec cursum longius protrahere deliberatum, nec sororem, quam arcius diligebat, presentialiter relinquere posset, promisso tandem post se Romam veniendi compacto, paululum lenito dolore, ille uti decreverat in Italiam ultima proh dolor! profectione acceleraturus, illa monasterium cui spetialiter preerat revisura, utrique cassa spe ulterius sese in hac luce videndi discedunt. Eodem anno prefatus imperator facta cum episcopis in Magdeburch synodo secunda feria palmarum, Gisillerum eiusdem civitatis episcopum convenit, ut dans honorem Deo, priori suo uno et legitimo contentus esset episcopio. Ipse autem non ratione set pecunia respondens huius causae mediatoribus, usque in frequentiorem curiam paschae Quidilingburch agendam protelari rogavit. Quo dum pre languoris instantia venire non posset, quendam Rotmannum clericum sibi familiarem et Walthardum Magdeburgensis aecclesiae prepositum, ut eum excusatum haberent, direxit, ubi nichilominus inducias ad concilium Aquisgrani coram imperatore congregandum accepit. Huc ergo cum fautoribus suis profectus, ab apostolicae sedis legato de predicta causa bis terque convenitur; nec minus ille renitens defensiones molitur, set tandem sententia omnium convictus, haec usque ad generalem Romanae aecclesiae synodum differri callide precatur. Talibus machinamentorum artibus impedita res, nec terminata intercipitur.

cf. Thietm. IV, 28. (Chr. Magd. p. 280.)

Ann. Quedl. 1000 et 1001.

1001. 18.[b] Imperator post haec emensis iterato Alpibus, peragrata Italia, Papiae aliquantulum remoratur. Inde Romam proficiscens, sacrosanctum dominicae resurrectionis festum debita ibi veneratione cęlebrare instituit. Interim callidus nequitiae auctor totiusque doli repertor, mille ut est nocendi artibus instructus, reinduto quo primos homines decepturus quondam sibi adoptaverat colubrino amictu, inter Romanorum precordia serpit, venena inflat, linguis trisulcis, ut manus improbas sine causa ipso cesari inferre moliantur, persuadet. Set dum opposito illis divinae pietatis clippeo a lesione imperatoris sese coelitus repelli conspicerent, quoscumque iustae parti faventes repperire poterant, cruenta cede multabant; nec ab illa seditione nefanda aliquo modo sedari valebant, donec invitus imperator, collectis suorum viribus, ab urbe, prius pre ceteris amata set ulterius pre cunctis detestanda, mestus, ut ferunt, in cuiusdam castelli munimina discederet, ibique pro ulciscenda iniuria assiduo tractatu instantem penitus consummavit annum.

Ann. Quedl.

1002. 19. In ipso introitu huius anni Otto tercius imperator augustus, decus rei publicae, sectator iusticiae, inmatura heu morte defungitur, anno regni sui 18. et ut credimus, in gremio patriarchae Abrahae, magnae resurrectionis tempore melius coronandus ac felicius regnaturus, angelicis transvectus manibus collocatur. Cuius rei eventus, ne procacitati hostium citius intimaretur, hi qui aderant occultando tegebant, quousque convocatis qui per castella dispersi vagabantur sociis, facto agmine, funebri profectione domini sui corpus efferentes inprovisi prorumpunt, pluribus tamen ibi ob penuriam equorum sine spe vivendi relictis. Cum vero res tanta diutius latere non posset, hostes Romani his maturę compertis, indebito ausu execranda omni aevo commovent bella. Armis instructi, velut pro vita patriaque certaturi, defuncti corpus imperatoris inpudenter distrahere, mirisque iniuriae modis sine more mortuum excruciare, quem vivum nocere nequiverant, ternae[c] belli invasione pertemptant. Quos divina pietas tociens nece crudeli multari permisit, adeo ut vix pauci, latibulis fugae sese

) *in loco raso.* b) *cod.* XVII. c) *tetra Q.*

34) a. 996.

[Ann. Quedl.] dedentes, inglorii discederent. Nostri vero felici ubique victoria usi, depositum preciosi ponderis thesaurum fideli devotione trans Alpium nivosa cacumina, iam tandem securi, deferunt. Quo comperto, Heinricus dux, ad quem summa imperii pertinebat, maxima comitante caterva, funeri miserando omnibusque dignę plangendo admodum tristis occurrit, et ad Aquasgrani, quo vivens sitiverat, gemitibus multis mortuum corpus tandem perducit. Nec mora, itur in templum; magno huiusmodi honore mixto intolerabili dolore, terrae commendatur suum, plurimis clauditur magnum solatium. [Thietm. IV, 34.] Interea diversi diversa sentientes, dum maxima pars procerum Herimanno duci Suevorum auxilium promittunt ad regnum acquirendum, Heinricum mentientes ad hoc esse minus idoneum, statum pacis et imperii perturbare non metuunt. [Ann. Quedl.] Dum enim quique sibi pro sua parte ius imperii raptum ire molirentur, Ekkihardus marchio in Palithi a Sigifrido et Udone pessime occisus est, plurimique suorum cum eo. Dehinc intrante Iulio, prefatus dux Heinricus, nepos regalis, in regnum eligitur a Francis, insciisque Saxonibus Mogontiae a Willigiso unctus coronatur. Fama volat super his, dicens pariter Merseburch illum quam citissime venturum; quod et factum est. Illo Bernhardus dux et Saxonum primates cum decore suorum convenientes, benigne ab eo suscepti sunt, moxque dominum sibi illum ac regem elegerunt. Set et Bolizlavonem Poloniae ducem occurrisse et regis gratiae ibi supplicasse, pacis federe promisso, repperiunt; quae quia firma non fuit, postmodum patuit. Inde digressus, per urbes et loca provintiae aliquantisper commoratus, quae agenda erant prout tempus et res poscebant, prudenter disponebat. Dominae quoque imperiales filiae, Sophia et Adelheida, honorifice tanti nominis novitatem accipientes, quanta potuerunt caritate occurrerunt. Congaudent regi nepoti, quia non licuit fratri. Quas secum digno cum honore ducens, Cunigunda contectali sua una cum eis comitante, Paderbrunnensem ventum est civitatem; qua periculosa inter Bawarios et Saxones orta est seditio, multorum morte subsecuta. Post haec in nativitate sancti Laurentii inponitur corona benedictionis Kunigundae reginae; datur etiam Sophiae, imperatoris filiae, benedictio Ganderesheimensis abbatiae. Quibus peractis, rege Heinrico Rhenum transmeante, quique in sua rediere. Herimannus autem dux cum Suevis regi restitit, et Francorum pars quedam refragari cepit, multa inutilia perpetrantes, sancta loca exurentes, aliaque devastantes; quos tamen Deus citissime humiliavit.

[Ann. Quedl.] Annus Domini 1003. Heinrici secundi 1. Heinricus rex Sclavos Milkianos hiemali tempore invasit, et cruenta cede devastans, sibi subiugavit. Quadragesimali autem tempore Magdeburch venit, diem palmarum ibidem acturus, dein [Ekk. 1002. (Thietm. V, c. 20.)] Quidilingeburch pascha cęlebrat, pentecosten Halverstad. Post haec Heinricum marchionem et alios sibi resistentes cum exercitu petit. Inde in silvam Spetheshart, quae Bawariam a Frantia dirimit, veniens, post laborem expeditionis, delectatione recreatur venationis. [Adalbold c. 28.] Dehinc per Frantiam morose transiens, in Saxoniam venit, et Saxonibus atque Thuringis [Ann. Quedl.] in Milzaniam expeditionem indixit. Eodem anno Herimannus dux ad extrema pervenit, et discordia Suevorum quievit.

[cf. Chron. Mgd. p. 281.] 1004. 2. Igitur rex Heinricus, cultor aequitatis inclitus et religionis divinae precipuus, quecumque regni negotia a decessore suo, tamquam puero et ipso intempestivo obitu preoccupato, relicta fuissent minus caute ordinata, ipse secundum Domini timorem restaurare iusteque disponere studuit. Huic igitur ut innotuit Merseburgensis episcopatus destructio, ob tam incorrigibilem longo tempore Gisilleri Magdeburgensis archipresulis ambitionem non mediocriter dolens, omni annisu se armavit ad ipsius reparationem. Unde et cum regni sui anno secundo nativitatem Domini Polithi celebrasset, inde Thorneburch profectus, Willigisum archiepiscopum cum aliis sapientibus et idoneis viris Magdeburch direxit ad prefatum archiepiscopum, qui iam pre diuturni languoris vexatione a multis desperatus erat, monens et obtestans per Dominum, ut rediens ad cor, divinae saltim correptionis tam liquido in suo corpore perspicabilis flagella animadverteret, ut usurpatam iniuste sedem relinquens et legitimam resumens, quicquid in destructione eius errasset, vel nunc in extremo vitae suae satisfaciens peniteret. Ille autem quae facere nolebat, vix ipso auditu sufferebat. Pauca tamen pro tempore locutus, promisit se abiturum et die tercia indubia responsurum. Set

O male dilata bona, post haec sepe negata.

Curru ergo, quoniam aliter ex multo iam tempore non valebat, inpositum se abduci in curtem suam Thriburi iussit, ubi biduo commoratus, morbis excruciatam, quia non est consilium contra Dominum, 8. Kal. Februarii animam reddidit. Quo audito, imperator ipse funereis presens exequiis, corpus Magdeburch prosequitur, a quo Wipertus, capellanus suus, de eligendo Taginone voluntatem regiam legaturus, ad fratres premittitur. Walthardus autem supra dictus prepositus, coadunatis fratribus, ut eis antistitis mortem et regis ad illos visitationem innotuit, quid super electione idonei provisoris censerent, consuluit. Qui omnes unanimiter ipsum licet humiliter recusantem se eligere, responderunt. Corpus autem delatum ad sancti Iohannis baptistae monasterium, prima nocte honorificis vigiliis conservatur, nec minus sequenti die ad Sanctum Mauricium deductum, a superveniente tunc rege, clero et populo suscipitur, circaque illud propensiori ritu psallentium secunda nocte excubatur. Mane autem facto, Arnulfus Halverstadensis episcopus, ut fratres de electione Taginonis conveniret, a rege mittitur. Walthardus itaque prepositus respondere rogatus pro omnibus, quamvis ab eis ipse fuisset ad hunc honorem pontificii electus, tamen a se primo removet huius ambitionis suspitionem, sed de alio eligendo cum dicat omnes regis sentire intentionem, profitetur eos velle et petere, ut mereantur canonica auctoritate [p. 282.] habere liberam nec potestate regia coactam electionem, nec pati posse suo tempore detrimentum subire suae aecclesiae dignitatem. Rex igitur his auditis, accersito eodem

preposito et reliquis seorsum maioribus, benigne obsecrando et multa pollicendo, tandem [cf. Chron. Mgd. p. 282] ipsius et omnium voluntate ac consensu electo Taginoni commisit episcopalem, in qua et ipse eum honorifice collocavit, cathedram. Cuius, ut mos est, laude universorum favore cęlebrata, ad defuncti exequias alio carmine conveniunt, quem et coram altari australi cum multo luctu et lacrimis sepeliunt. Dehinc rex Merseburch diu pastore viduatam consolationis gratia adiens, [Thietm. V, 26.] pristinis eam restitui honoribus quam maxime conatur. Ibi tunc Tagino venerandus in purificatione sanctae [cf. Chron. Mgd. p. 282] Mariae[a] unctus est a Willigiso archiepiscopo Mogontino, utriusque suffraganeis qui tunc aderant honorificę suffragantibus, apostolicae autem sedis legato et Hilderico tunc in ordine suffraganeorum primo consentientibus. Ordinandus enim ab solo apostolico fuerat, set hunc adire causa instantis necessitatis non poterat. Tunc rex coram omnibus tradidit Mer- [(cf. Thietm. VI, 1.)] seburgensem episcopatum supradicto Wiperto, capellano suo, dato ei novi archipresulis baculo, per quem illi omnia reddidit, quae ab Gisilhario iniuste hinc ablata didicit. Quem [cf. Chron. Mgd. p. 283.] nichilominus illis diebus consecravit idem Tagino cum quaternario astantium suffraganeorum suorum numero. Postquam ergo rex beati desiderii sui explevit votum, reversus Magdeburg, ne quod ex hac institutione archiepiscopo incusaretur intulisse dampnum, quoddam sui iuris[35] eidem cum legali testamento tradidit predium, cum omnibus pertinentiis suis, in Zeudici provintia situm. Nam ipse in Domino magnae devotionis rex, de capella sua sumens non modicam partem reliquiarum beati Mauricii, hieme tunc forte redivivo frigore seviente terramque glaciali asperitate et nive cooperiente, a monte sancti Iohannis baptistae ubi servabantur, nudis pedibus, ut fertur, calore pietatis illum animante, tricesimo die depositionis Gisilharii archiepiscopi in civitatem detulit, cunctis festivo ritu, ut par erat, eas suscipientibus; quas et sancto altari cum predictis donariis obtulit, ipsumque diem in honore prefati martyris eius aecclesiae celebrare, quemadmodum adhuc habetur, instituit. Post haec per Franciam in Italiam veniens, sanctum pascha ibi acturus, set adempto gaudio, multa [Ann. Quedl.] milia rebellium iussit interire gladio, ob ulciscendam niuriam ab eisdem Romanis Theothonicis iam [cf. Thietm. VI, 3.] dudum illatam, omnibus simul edificiis Papiae exustis, quae veterum construxerat industria illustris. Fulgura et [Ann. Quedl.] tonitrua hoc anno simul cum nimia et terribili turbine venerunt, perterritis ubique terrarum populis, et rex de Italia regressus, parvo post tempore Boemiam, quam Bolizlavus Polinensis iniuste possederat, pugnaturus intravit, set Deo adiuvante, tota illa gens sese cum pace suaque omnia regi dedere, et ille tirannus Bolizlavus contumeliose evasit. Deinde [Thietm. VI, 12.] reversus rex, Merseburch venit, ubi pro remedio animae cuiusdam Esiconis comitis predium quoddam, Uppusun dictum, cum candelabris duobus argenteis altari tradidit, insuper et Wiperto episcopo mercatores et Iudeos, ab Gisilhario primitus acquisitos ac diu commutatos, reddidit.

1005. 3. Rex, ira permanente contra Bolizlavonem, reparato agmine Poloniam accelerans, fugientem insequitur, [Ann. Quedl.] suam quasi iniuriam defensurus; set proh dolor! multos perditurus. Bernhard et Isi, Thietbern et Bernhard cum aliis multis occiduntur. Rex cum exercitu, secum deferens corpora mortuorum, revertitur.

1006. 4. Baldwinus in Gallia elevatur contra regem cum Lamperto in Valentia, civitate non sua. Quod rex [Ann. Quedl.] egre ferens, eo in expeditionem properat, plurimo suorum sudore, et longo tempore frustra ibidem commoratus, tandem facta pace revertitur.

1007. 5. Rex Ratispone dominicam resurrectionem cęlebrans, recenti suorum nece corde tenus tactus, mittit legatos [Ann. Quedl.] ad Bolizlavonem, bellum se sitire, bellum demandat contra se parari; set fama iterum de Baldwino non bona percrebruit, quae, id ne fieret, prohibuit. Tandem celeriter in Galliam reversus, et sanctae aecclesiae precibus adiutus, quem reliquerat hostem, gaudet recepisse inbellem. Bolizlavus interim incursu Saxonum ex legatione regis concitatus, audaci animo elatus prope Parthenopolim pergens omnem Sclavoniae eo loci provintiam devastat, incolas aut neci tradidit aut captivos colligari precepit, donec ripam Albiae fluminis attigit, ubi superba quedam iactans verba, obstante summi regis milite sancto Mauricio, suae non compos voluntatis revertitur in propria, ducens secum in vinculis fortes viros Saxonum Liudolfum, Thadilan et Tadi. Rex talia audiens, animo dolet, et hortatur suos, ne id inultum ferrent. Set huiusmodi affectum, nescio quo obstaculo, nullus etiam nunc subsequitur effectus. Bavenbergense episcopium a rege [Ekk. 1006.] Heinrico construitur, et Everhardus ibidem primus episcopus ordinatur. Considerans namque rex se filios non habi- [Ekk. 1001.] turum, quippe qui, ut multi testantur, consortem regni sui Kunigundam numquam cognoverit set ut sororem dilexerit, omnium bonorum datorem Dominum habere delegit heredem; sapientique usus consilio, predictum episcopatum Bavenberch in honore sancti Petri sanctique Georgii constituit, locumque ipsum prediorum diviciis et omnis ornatus decore, ut in presentiarum cernitur, copiosissime ditavit. In meridiana quoque parte civitatis monasterium in honore sancti Stephani protomartyris sub ordine canonico construens, ex altera vero, hoc est aquilonari, aliud monasterium sub monachili regula in honore sancti Michahelis archangeli sanctique Benedicti constituens, sibi suaeque civitati supra petram apostolicae firmitatis fundatae muroque et propugnaculis meritorum sancti Georgii ceterorumque sanctorum munitae ac exornatae, contra incentivos viciorum iactus turrim fortitudinis in Stephano et contra refrigerantes flatus illius qui in aquilone, unde malum omne pandetur, sedem ponere disposuit, refrigerium certum in angelico preparavit presidio, ut a dextris et a sinistris iusticiae armis vallatae, in nullo sufficiat prevalere. Aliis quoque sanctorum locis per regni latitudinem non minus prout opus erat, munificentiae suae inpertivit largitatem, quedam iam dilapsa in melius restituens, quibusdam quae minus suppetebant adiciens.

a) s. M. *in loco raso.*

35) *nostri servitii et regiae proprietatis loca in provincia Zeudici sita*, dicuntur in Heinrici charta Magdeburgi 6. Kal. Martii a. 1004. edita, scilicet civitas nomine Chut cum toto eius territorio sive burgwardio. Est Gautsch intra Elstram et Plisnam a meridie Lipsiae in pago Chutici.

[Ann. Quedl.] 1008. 6. Adelbero clericus, reginae frater, regi factus adversarius, abhominationes multas concitavit, contra omne ius et fas Treverim sibimet cum suis sequacibus mancipavit, sicque discessit. Quod cum rex comperisset, suas ilico copias colligens advenit; Lotharingos sibi resistentes palacio obsedit, 16 ebdomadas ibidem faciens. Illi vero tandem fame coacti, falso dextras dedere, regem remeare fecerunt, ipsi nichilominus in sua perfidia permanentes. Stella paschalis ebdomadae feria secunda, media die visa est 6. Idus Aprilis.

[Ann. Quedl.] 1009. 7. Subita et nostris temporibus insolita aquarum refusio facta est 3. Idus Ianuarii, 2. feria, luna 10, multis dampnum inferens et septem diebus permanens. Sanctus Bruno archiepiscopus, qui et Bonifacius, primum canonicus Sancti Mauricii in Magdeburch, deinde monachicum habitum suscipiens, tempore istius [Thietm. VI,58.] cesaris Merseburch venit, benedictionem episcopalem cum licentia domni papae ab eo petens, eiusque iussione ab archiepiscopo Taginone consecrationem, et quod ipse detulit pallium ibidem suscepit. Dehin 12. conversionis ac conversationis suae anno in Pruciam pergens, steriles agros semine divino studuit fecundare, set spinis pullulantibus, horrida non potuit facile molliri. [Ann. Quedl. Thtm. VI,58. Ann. Quedl. Ekk. 1008. Ann. Quedl.] Tunc in confinio predictae regionis Rusciae et Lituae cum predicaret, primo ab incolis prohibetur, set plus ewangelizans capitur; deinde a paganis primo manibus ac pedibus precisis tandem capite plexus cum sociis suis numero 18, 7. Idus Marcii martir inclitus coelos petiit. Pater prefati episcopi Bruno dicebatur, mater Ida, frater Gevehardus. Gevehardus genuit Burchardum et Idam, Burchardus genuit Gevehardum, patrem Counradi Magdeburgensis archiepiscopi. Ida vero genuit Gevehardum comitem, patrem Lotharii imperatoris. Hoc anno dominica palmarum guttae sanguinis in quibusdam locis vestimentis hominum instillabant. Sol quoque nebula horribili obscuratus, mirantibus intuentium oculis velut sanguineus ac minor se visus, terrorem incussit tercia Kal. Maii, feria 6, luna prima, duobus diebus tales minas ostendens, tercio die proprio vix lumine vestitur. Pestilentia et mortalitas graves secutae sunt. Wipertus Merseburgensis episcopus obiit, cui Thietmarus successit. Incendia insolita facta sunt per plurima loca. Eodem anno obiit Alfkerus abbas de cenobio sancti Iohannis baptistae Magdeburch, cui mox Sigifridus, frater predicti Thietmari episcopi, successit, electus de eadem congregatione.

[Ann. Quedl.] 1010. 8. Heinricus rex in expeditionem suas contrahens copias, Bolizlavum Poloniae quesiturus, set quo velle ducebat minime perventurus, gravi ingruente egritudine, media revertitur via, ceteris, ut erant bello parati, plurima devastantibus loca, multamque predam secum reportantibus. [Ekk.] Theodericus Metensium episcopus, dotem et patrimonium reginae Kunigundis, quae soror erat sua, Bavenbergensi aecclesie dolens delegari a rege, contra ipsum rebellat.

[Ekk.] 1011. 9. Rex Metensem urbem predictumque Theodericum episcopum tamdiu obsedit, quousque mediante iusticia pax inter eos convenit. Eodem tempore inter milites Baldrici Leodicensis episcopi eo presente et Lampertum comitem Lovaniensem apud villam Hugardis dictam conserto prelio, episcopus Lamberto vincente multis suorum captis vel occisis, gravi atteritur infortunio. [Ann. Quedl.] Pestilentia et mortalitas, inaudita tempestate ubique locorum monasteria castella et oppida devastantes deseviunt. Hyemps quoque pruinarum asperitate importune longa, ita ut solis ardore insolubilem multo tempore glaciem retineret, ac multa hominum corpora languida redderet. Tercia etiam Kal. Augusti, 2. feria, luna 26, grando glacialis cecidit ingens et horrenda. Et ventus ingens plurima edificia subito turbine subvertit, et multa alia dampna commisit.

[Thietm. VI,40.] 1012. 10. Peracta in civitate Bavenbergensi aecclesie maioris constructione cum natalicius dies regis Heinrici adesset, 2. Non. Maii omnis primatus ad dedicationem illius aulae continuo congregatur, et sponsa haec Christi per manus Iohannis, patriarchae de Aquilegia, et aliorum 36 episcoporum ministerio consecratur, quae ut summo decuit regi, in omnibus ornata fuit. [Ann. Quedl.] Intererant etiam regio gaudio domnae sorores abbatissae Sophia et Adelheida, quod erat insigne decus imperatoriae aulae. Aderat et incredibilis frequentia cleri ac populi, inter quos multis reis[a] indulgentia a rege donata est, aliis venia repromissa. In quadam villa Saxonice Suevie, Cokstede nomine, nati sunt gemini fratres cum dentibus, os habentes quasi aucae, alter vero dextrum brachium dimidium, ut ala aucae. Tercia die nativitatis dicuntur inter se risisse. Quos civili contigit consensu mori, quia eos diu vivere omnibus erat timori. Magna a piratis devastationis clades facta est in partibus aquilonis in provintia Unna, ita ut multis interfectis, aliis miserabiliter captis, exustis etiam plurimorum edificiis cum pertinentibus bonis, pauci vix veluti nudi evaderent. Terrae motus quoque per plurima loca fiebat, et commotio aeris cum tonitruo et fulgure, et inundatio[b] pluviarum tanta facta est 4. Idus Aug., ut biduo perseverans, plurima dampna perageret, domos multas cum suis utensilibus, nec non acervos frugum pessum daret, homines quoque periclitarentur. Walthardus Magdeburgensis archiepiscopus extrema sortitus est, cum Domino felicius regnaturus. Vixit autem post obitum Taginonis antistitis ter terno ebdomadarum numero et nocte una; sedit vero in episcopatu 7[c] septimanas[c] noctesque binas, trinum et unum Deum ore predicando, unctus Spiritu sancto, pacem in invicem et in omnes ecclesiae[d] Dei, in dilectione Dei et proximi preparando. Post eius mortem Bolizlavo multis milibus suorum contractis Dalamantiae terminos occupavit, urbem Eoloci[e] noviter instauratam dolose expugnavit, et utrimque magna strage peracta, cum captivis domum reversus est. Heinricus rex post festum sancti Martini Confluentie veniens, magnam synodum habuit, Theodericum Metensem episcopum ceterosque sibi rebelles causâ dampnandi, si nollent converti, et alia perplura acturus. Quod regis decretum illi aliquantulum timentes, legatos pacis causa miserunt, veniam precantes. Set rex, recenti vulnere saucius, per omnia voluntati eorum satis non fecit, consilio tamen fidelium suorum Magontiae se videndi licentiam dedit. Quo quidam ex illis venire neglexerunt, alii vero regio imperio, ut decuit, paruerunt, et inde non integre pacis gaudia reportantes, set firmande adhuc suspendia exspectantes, reversi sunt in sua. Expulsio Iudeorum facta est a rege in Mogontia, et quorumdam hereticorum refutata est insania. Hoc etiam anno inchoatum est fundamentum ecclesiae sancti Iohannis baptistae in suburbio Parthenopolitanae civitatis a domno Sigifrido abbate anno 4. ordinationis suae.

[Thietm. VI,53. Ann. Quedl.] 1013. 11. Heinricus rex natale Domini in Palithi festivis peregit gaudiis, ubi Walkerus Treverensis ecclesiae episcopus egrotavit, et aliis inde[e] euntibus[e] ibidem relinquitur, 3. Idus Ian. proh dolor! moriturus. Eodem anno duae lucernae ardentes, mundo subtractae reconduntur[e] celo: Lievizo Hammanburgensis archiepiscopus, et Wonlcph presbyter et monachus solitarius. Episcopus namque vi febrium detentus, cum laboris sui premium imminente iam morte a Deo speraret, ut erat nimiae caritatis, providebat suis portum salutis. Erat inter ceteros clericos quidam Oddo ei specialis familiaris. [Thtm. VI,53. Thtm. VI,54.] Quem nobiliter episcopatu dignissimum esse predicans, ipse primus sancta oratione in hoc opus elegit, deinde cleri ac populi unanimiter acclamantis eadem vota persensit, ac sic letus obdormivit in Christo 2. Non. Febr. Interea

a) regis *cod.* b) inundantia *Q.* c) *in loco raso.* d) ecclesias *Q.* e) *sic, sed arcte coniuncta.*

rex de Alstede discedens, ubi epiphaniam Domini celebravit, Merseburch venit, et Bolizlavi nuncios pacem poscentes et Thiet. VI,54 confirmationem cum Misecone eiusdem filio fieri promittentes audivit, et ibidem predicti antistitis obitum comperit, recordationem eius summopere[a] faciens. Post haec transiit a Merseburch, et purificationem sanctae Dei genitricis in Magdeburch celebravit, et in ipsa die predictus Oddo, clericis comitantibus ac laicis, supplex venit, et regis gratiam ad completionem electionis per fidos intercessores postulat. Quos rex nullatenus audit, set capellano suo Unvano cum laude advenientium, etsi non[b] spontanea, episcopatum dedit, Oddonem per manus suscipiens et promissa sibi pietate demulcens. Tunc iussu regis in presentia eiusdem a Gerone archipresule cum consensu et auxilio episcoporum Ekkehardi et Thurgati Unvan ungitur. Interpositis diebus paucis, Miseco Bolizlavi filius cum magnis veniens muneribus regis efficitur, et fidem sacramento firmat. Dehinc cum honore magno remittitur, et ut iterum veniret, delectatur. In his diebus tempestas magna post solis occasum contigit, homines subito perterruit; quam fragor et ignis subsequuntur, et in A. Q. 1013 locis quibusdam ecclesias subvertens, multa alia dampna commovit, Idus Maii luna 1. Diruit etiam tunc ecclesiam Thiet. VI,54 extra urbem positam, quae de rubro facta est ligno, regnante primo Ottone. Incendium quoque plurima archipresulis bona consumpsit. Interea pervenit ad regias aures, quod Werinzo sive Werinharius quondam marchio cum Ekkehardo, Hermanni marchionis fratre, ad Bolizlavum sine licentia pergeret, ibidem quoque multa gratiae suae contraria loqueretur, eiusque nuntios hic sepe in secreto haberet. Hoc omne rex graviter suscipiens, utrosque in suam venire iussit presentiam. Tandem Werinharius gratiam et incolatum cum predio suo et auro comparavit, alter vero longe post cum fideli interventu revertitur. In proxima quadragesima rex ad Werlu veniens, diu colica passione ibi in- Thiet. VI,55. firmatur, et multa per visionem sibi revelata sunt. Statuit etiam, se sanctum pascha Aquisgrani celebraturum; quod Ann. Quedl. ne fieret, gravis et repentina infirmitas obstitit, quae divinitus tantum ei timorem mortis incussit, ut alios dignitate exutos, alios suae gratiae dulcedine iniuste privatos, remittendo priori suo redderet loco. Ad ultimum lacrimis et Thiet VI,55. oratione multorum convalescens, quia in tam brevi intervallo ad predestinatum non valuit pervenire locum, paschale festum cum Meinwerco, sibi admodum familiari, in Patherbrunnun digna veneratione peregit, pentecosten autem Merseburch. In cuius vigilia Bolizlavus cum securitate obsidum apud se relictorum venit, et optime suscipitur. In die sancto manibus applicatis miles efficitur, et post sacramenta, regi ad ecclesiam ordinato, incedenti armiger habetur. In secunda feria regem magnis muneribus a se et a contectali sua oblatis[c] placavit, deindeque regia largitate his meliora ac multo maiora cum beneficio diu optato suscepit, et obsides suos cum honore et leticia remisit. Post hec vero Ruciam, nostris ad hoc auxiliantibus petiit, et magna regionis illius parte vastata, cum commotio inter suos et hospites Pezineigos fieret, eosdem, quamvis sui essent fautores, iussit interfici omnes. Rex stultorum depravatus con- Ann. Quedl. silio, Fuldensis monasterii bona mirabiliter diripuit, dum sibi fratrum vita displicuit, et data occasione corrigendi, invaluit potestas destruendi. Diffugiunt hac et illac vagantes, qui erant cenobitae, iugum Christi ferentes. 270 annis a Karolo primo eo loci Deo militabant; illis autem temporibus, proh dolor! spectaculum facti mundo, et sibi dolori et aliis timori. Commotio quoque aeris valida hoc anno fiebat, ut per plurima loca edificia ruerent, et res quedam preciosae a fulmine tactae interirent. In civitate etiam Bernhardi ducis Luniburch dicta, horribilis hiatus terrae apparuit, ipsi templo minas ruendi prebens, et incolis timore perterritis confugii tempus funditus auferens. Rex Thiet. VI,56. autem ad occidentales pergens regiones, iter suum ad Longobardiam disposuit, rursumque Merseburch repedavit, et inde 11. Kal. Octobris discedens, per Bawariorum atque Suevorum fines transivit. Mox inundatio nimia facta Ann. Quedl. est aquarum, multa dampna inferens, 19. Kal. Ian. luna 9, feria 3. Quod rex flocci pendens iter inceptum peregit, et natale Domini Papiae honorifice celebravit, regina comitante. Ad supplementum huius itineris Bolizlavus antea invitatus Thiet. VI,56. nil aspiravit, et in bene promissis more solito mendax apparuit. Insuper antea domno papae questus est per epistolae portitorem, ut non liceret sibi propter latentes regis insidias, promissum principi apostolorum persolvere censum. Tunc vero missis illo nunciis tacite rimatur, qualiter rex in his partibus haberetur. Quoscumque potuit ab eius servitio amovere conatus est.

1014. 12. Heinricus, Dei gratia rex inclitus, mense Februario, ebdomada tercia, anno autem regni sui tercio Thiet. VII,1. decimo, a senatoribus duodecim vallatus, quorum 6 rasi barba, alii prolixa incedebant, mystice cum baculis cum dilecta sua coniuge Cunigunda ad ecclesiam sancti Petri, papa exspectante, venit; et antequam introduceretur, ab eodem percunctatus, si vellet fidelis Romanae ecclesiae patronus esse, sibi autem suisque successoribus per omnia fidelis, devota professione respondit, et tunc ab eodem unctionem et coronam cum contectali sua suscepit; priorem autem coronam super altare principis apostolorum suspendi iussit. In octavo vero die inter Romanos et nostrates magna nascitur commotio in ponte Tyberino, et utrimque plures occubuere, nocte eos ad extremum dirimente. Huius rei auctores erant germani tres, Hug videlicet, Hecil ac Ecilin, qui postea capti et in custodia detenti sunt. E quibus unus in his partibus evasit, secundus ad Fuldum abbatem deductus est, tercius in Ivicanstene castello diu servatur. Domi- Thiet. VII,3. nicam resurrectionem inperator in Papia civitate celebrans, instabilem Longobardorum mentem caritate cunctis exhibita confirmavit. Dehinc sedatis tumultibus universis, reversus est ab Italia, et Hardwigus ob hoc admodum gavisus Vercellensem invasit civitatem, Leone eiusdem episcopo vix effugiente. Omnem quoque hanc civitatem comprehendens, rursum superbire cepit; quem, ut in sequentibus patebit, divina maiestas nimis humilitatum se culpabilem cognoscere coegit. Hoc anno imperator Corbeiae venit ad visitandos fratres, quorum sibi vita displicuit, et eam imperiali auctoritate Ann. Quedl. corrigere voluit. Unde plures illorum instituta patrum defendentes, et plus iusto contra ius imperii sevientes, eheu misere desipiunt, cum percussi in maxillam, non prebent alteram, set sine consilio rebelles male parant pugnam. Quid deinceps actum sit, nostris temporibus magis est stupendum, quam stilo commendandum. Sedecim tamen ex illis capti custodiae traduntur, et ceteri inperatoris mandata sectantur. Res miranda et nimium stupenda contigit 3. Kal. Octobris in partibus occidentalium regionum, Walachre et Flandere. Horrendae nubes apparuere, quae per tres noctes, miro modo immobiles, minas intuentibus intulere. Tercia vero die tonitrui inauditus fragor adveniens turbavit maria, ita ut horribiliter intumescerent, et incredibiliter crescendo nubibus coherecent. Cumque gementes incolae repentinae calamitatis miseriam in tantae inundationis mole conspicerent, et sicut post mortem Iuliani apostatae naves ad prerupta montium penderent, vel in antiquum chaos redirent, timore mortis perculsi, terga vertere ceperunt; sed peccatis prepedientibus multa milia hominum subito fluctibus interierunt, quoniam vultum Domini iratum effugere non valuerunt. Hoc etiam anno sol et luna aliaque sydera dant metum tristium signorum, quae mox pestilentia seva et mors subitanea sequuntur. Stella multis in medio die apparuit.

1015. 13. Heinricus imperator in Walbike diem palmarum agens, nuntios de Italia sibi in sacramenta constrinxit, A. Q. 1015. et inde digressus Merseburch paschale festum peregit; ibi Bolizlavo omnia munera, quae illi miserat, simul cum gratia A. Q. 1014. perdit, dum illum legatione superba infestum reddidit. Commotio aeris et ictus fulminis hoc anno periculosa dampna A. Q. 1015

a) suope *cod.* b) et non si *cod.* c) ablatis *cod.*

Ann Quedl. intulere quibusdam partibus monasterii sanctae Mariae in monte occidentali. Imperator iterum Corbeigensium privilegia et consuetudines aliquas priorum, quas 239 annis Ludowico pio dante habuerant, potestative mutavit, amoto monasterii patre, ignotum et fortasse bonum illis prefecit, qui quasi doctior errata corrigeret, et devios sanctae regulae tramitem cautius doceret. Ex hoc illi nimium merentes, vitam suam quae cunctis pene monachis exemplo claruerat, vilescere ingemiscunt, seque mutuo hortantur, potius discedere quam tantae iniuriae subiacere. Sicque factum est, ut pauci admodum superesse viderentur, ceteris seculo mirabiliter occupatis, sed postea Dei gratia decenter conversi, divinis rursum se mancipaverunt obsequiis. Addidit etiam hoc anno imperator legationem mittere ad Bolizlavum pro restituendis regionibus quas abstulerat. Ille vero more consueto superbe respondit, se non solum propria retinere velle, quin potius non sua diripere malle. Ad hec imperator merito indignatus bella parat, fortiaque virorum milia vocat in arma, cum quibus sine mora Poloniae attigit fines. Cui in primo aditu divina assunt solatia; hostes enim terga verterunt, set alibi nongenti ceciderunt, ipse quoque Bolizlavus a facie eius eminus fugit. Sicque rex exhilaratur, salvo satellite, excepto uno iuvene egregio, qui viribus imbellis, cum paucis fortibus intrepida morte laudabiliter occubuit. Imperator vero dolet, sibi quemquam[a] perisse, cui prius contigerat triumphasse; consilio suorum exercitum iubet redire. Illi ut erant ignari viarum, per silvam quandam tendunt ad locum, qui vix tantae multitudinis capax, undique interfluente palude et frondium cingente corona, brevem lassis concessit quietem. Conveniunt primates et lasciva iuventus, suis viribus victoriam iactantes, et pro iteranda strage absentibus inaniter minitantes. Nullus ut decuit Deum deorum pro collatis beneficiis laudibus studet attollere, vel de futuris preces effundere; ah, ideo contigit nobis deflere. Cingitur interim miles collectus subita belli formidine, nam assunt hostes de insidiarum latibulis, memores iniuriae civium, et hos recessus gladiis, illos spiculis iaculisque excludunt. Exoritur clamor, et si quod fuit gaudium, merore confunditur, dum utrimque sevissime preliatur, et pars inimica cessisset, si peccata nostra non revocassent. Sarcina cuiusdam Fritherici periclitabatur; et ipse, dum nititur succurrere suis, coram cunctis prosternitur, redintegrato dolore. Gero autem comes miserans casum morientis amici, medios fertur in hostes; nunc hos valida dextra, nunc illos frementi proterit equo. Tandem nimia cede lassatus, gloriosae mortis pocula inter multos degustavit primus. Ceteri vero, ut se in arto positos vident, Deum sibi placari optant, quem iam cougnoscunt iratum; set non Th. VII. 12 poterat sentencia evelli, quia constat illos pro Christo mori. Cesar Oderam transmeans, reluctantem Poloniorum multitudinem admodum prostravit, et nemo de exercitu regio, nisi Oddo, inclitus iuvenis, cum aliis duobus satellitibus sauciatur[b]. Hic cum Sigifrido, filio Oddonis marchionis, ab imperatore accusatus, eo quod Bolizlavo nimium hactenus familiaris fuisset, eodem die viriliter se expurgat, et a suis eminus digressus, cum hostes solus fugientes insequeretur sagitta per timpora immissa primo ocellum, et post vitam amisit. Eorum autem qui ex parte hostili oppetierunt, ducenti fuere, predam relinquentes copiosam.

Th. VII. 19. 1016. 14. Imperator natalem Domini in Pathelbrunnun festivis peregit gaudiis, et post hec Popponem, Liuppoldi marchionis filium et Bavenbergensis ecclesiae prepositum, Treverensi prefecerat urbi. Et cum is ab Erkenbaldo, Magociensi archiepiscopo, iussu cesaris et licentia Virdunensis episcopi, qui, primus horum in ordine confratrum, consecrari debuisset, a Thiederico Metensi antistite, eo quod a se iustius haec ordinatio fieri deberet, assidua acclamatione humilique peticione id incassum prohibebatur. Nam imperator hunc, scripta demonstrantem et banno id interdicentem, non Th. VII, 29. exaudivit, set unctionem fecit compleri. Egregius antistes Cantuariae civitatis Dunstan a Northmannis innocenter inter- Ann Quedl. emptus est, et gloriosus Christi martyr effectus. Wigmannus comes occidentalis Saxoniae, spe inter se et Baldericum comitem reconciliatae pacis persuadente callida perfida et avara coniuge eiusdem, insidiis pessimorum in itinere dolose interemptus occubuit. Luna 30. collisiones nubium horrisonae cum crebra coruscatione et ymbrium nimietate plurima subruunt edificia.

Ann Quedl. 1017. 15. Heinricus imperator hoc anno in Ingilaheim paschalibus gaudiis interfuit. Eodem anno in cenobio religiosorum monachorum 8. Kal. Mart. dedicata est ecclesia sancte Mariae semper virginis, et exusta est ecclesia sancti Iohannis baptistae cum uno monacho. Imperator castra movit contra Bolizlavum, set mira pestilentia et mortalitate populi obstante, sine bello rediit; cui illico venienti nuntiatur, Gerhardum in Francia, plurimis civili gladio peremptis, mala grandia concitare. Unde commotus, illo disposuit ire. Eclipsis lunae facta 7. Idus Th. VII, 30. Novembris. Palatinus comes Bernhardus paralisy percussus est. Magdeburch a Bernhardo marchione cum magna multitudine appetitur noctu, et ibi miles quidam archiepiscopi innocens capitur, alter vero vulneratur.

Th. VII, 40. 1018. 16. Tempore Heinrici imperatoris et Geronis archiepiscopi in urbe Parthenopolitana duae consorores fuere, quarum prior Alwred et sequens Ermengarth dicebantur; ambae admodum laudabilis vitae, non cum ceteris sanctimonialibus conversando, set singulariter in ecclesia, quae Rotunda dicebatur, Christo eiusque dilectae genitrici sedulum exhibebant obsequium. Iunior lumine privata, interiori acie eterno splendore, nec longe post ad patriam semper optatam 6. Idus Febr. migravit. Huius senior germana nepti suae innixa Fritherunae, et crebro amissae sororis et assiduae infirmitatis dolore deficiens, nil nisi quatuordecim septimanas et tres dies supervixit. Hec, pridie quam carnis debitum persolveret, in excessu mentis effecta, in presentiam sanctae Dei genitricis delata est, ubi Taginonem et Waltharдum archiepiscopos, et Eidum presulem venerandum magno lucentes[c] honore sibi indulgere promeruit. Cognovit quoque ibidem materteras Geronis archiepiscopi, Mirisuidam et Emnildam et Eddilam nomine, que abbatiam relinquens, Christi amore iuxta monasterium doctoris gentium sancti Pauli Romae includitur, et aliam quae Oda vocabatur, omnes illud psalmigraphi canentes: *Placebo Domino* etc. Interim presentibus cunctis quasi mortua videbatur. Tandem expergiscens oculosque elevans, visionem palam edidit: *Hactenus*, inquiens, *libenter commorabar, nunc consideratis multo his melioribus, piget iam in hac lutea me amplius manere casa. Novi enim vere, quod cras vos relictura, locum mihi predestinatum munere divino possidebo.* Sicque factum est. Nam felix anima eiusdem transiit ad Dominum 11. Kal. Iun. Haec vera esse, fratres in Christo mihi credite, et has ecclesiae adiutrices admodum utiles esse pro certo scitote. Ann. Quedl. Cometa visa est, quae luctum nimiae vastationis per Thiedericum Galliae partibus, pestilentiam insuper et mortalitatem A. Q. 1017. misero mundo nuntiavit. Qua clade obiit Baldericus Leodicensis episcopus, cui Fulmodo preclarus successit. Thietdag Th. VII, 48. Pragensis episcopus obiit; cui successit Ekkehardus Nienburgensis abbas; huic subrogatur Herdiggus ab imperatore. Ann. Quedl. 1019 Imperator natalem Domini Patherbrunnun celebravit, et Goslariae quadragesimale tempus pergit. Inde Walbike iter agens, comitante imperatrice ac venerabili nepte sue Adelheida, Quidilingeburgensi civitate una cum episcopis ac collecto utriusque sexus populo familiaque Dei laudes divinas studiosius alternante, diem palmarum sollempniter celebravit; deinde Merseburch paschalia festa peracturus venit, quo plurimorum infamia congnita, digna est pena multata. Th. VII, 35 Bolizlavo Rusciam auxilio strennuorum Saxonum sibi subegit. Kal. Ian. Gero archiepiscopus iussu imperatoris Bernhardum marchionem nudipedem emendationem pollicentem suscepit, et solutis pluribus ab eo inpositis bannis, ecclesiae

a) quequam *cod.* b) *in loco raso.* c) *in loco raso.*

siae presentavit. Cesar a Palithi exiens, in Altstede ephiphaniam Domini decenti honore peregit. In eadem sacra [Th. VII, 35] nocte Frithericus comes fidelis Christo obiit in urbe sua Ilburch dicta. Hic quia vir sapiens fuerat, et finem sibi presentis vitae iam vicinum intellexit, predictam urbem fratris sui filio, Thiederico nomine, ea ratione dedit, ut cum laude sua, quia heres fuit et hoc aliter legittime fieri non potuit, liceret sibi tribus filiabus suis omne predium quod remansit tradere. Huius comitatum et potestatem super Siusile pagum isdem Thiedericus imperatoris munere suscepit. Postquam ergo duo archiepiscopi, scilicet Erkenbaldus Magociensis et Gero Parthenopolitanus, Arnulfus quoque Hal- [Th. VII, 36.] verstadensis episcopus, cum comitibus duobus, Sigifrido videlicet et Bernhardo, aliisque quam plurimis ob contemptum Bolizlavi se fallentis, commoti adveniebant, imperatoris mentem apertis legationibus incendunt. Itaque tum ibi de futura expeditione tractatur, et fidelis quisque ad hanc preparari monetur, et ut nullus inter nos et publicum hostem nuntius mitteretur sive susciperetur, firmiter ab augusto prohibetur, et quisquis hoc hactenus agere presumeret, publicaretur. Dehinc imperator a Merseburch proficiscens, Magdeburch adiit, ubi gloriose susceptus est. [Th. VII, 37] Postera vero luce, id est dominica die qua septuagesima instabat, carnes deposuit et 2. feria archiepiscopus cappellam septentrionalem benedixit presente rege. In cathedra vero sancti Petri imperator cum regina ab archiepiscopo Ge- [Th. VII, 38.] rone magnis muneribus honorantur. Crastino autem pergentes inde, Halverstade venerunt. Interea in monte beatissimi [Th. VII, 43] Iohannis baptistae, qui Parthenopoli vicinus est, res admodum lamentabiles 12. Kal. Aug. nocte dominica contigere. In dormitorio namque venerabilium fratrum lucerna quedam ardens maior solito illuxit, et proxima queque occupans, voraci flamma consumpsit, iuxta quiescentibus, proh dolor! sero nimium intelligentibus. Cumque tamen omnes tale iam evasissent periculum, unum ex suis causa eripiendi sacerdotalem apparatum subito regressum, et in medio ignis peccata confitentem amiserunt. Huic nomen fuerat Hemuco. Dehinc monasterium ab eius loci abbate Sigifrido, 8 annos decentissime elaboratum, ardens, omnibus timoris magnitudinem infudit. Duas nichilominus cappellas cum refectorio ceterisque coherentibus officinis ignis late circumvolans consumpsit. Corporis denique reliquias perusti mane fratres summopere colligentes, suis predecessoribus apposuere. Itaque abbati suo absenti per internuncium miserabilem indicavere eventum. Quibus agnitis, venerabilis abbas suis imposuit commissis, et quia corrigere in presenti nequivit honesta fronte subportavit, dicens: *Dominus dedit, Dominus abstulit, sicut Domino placuit, ita factum est, sit nomen Domini benedictum!* In omnibus ergo his tribulationibus suis non peccavit paciens pater labiis suis neque stultum aliquid contra Deum[a] locutus est.

1019. 18. Cesar a Bavenberch pergens per Wirciburch venit Frankenvorde, ubi natalem Domini regio more [Th. VII, 53] peregit. Set ne huius nominis antiquitas te, prudens lector, lateat, sicut a veridicis viris audivimus, sic tue discretioni intimabimus. Regnante Karolo magno imperatore, Pippini regis filio, bellum fit inter suos et nostros, in quo certamine Franci a nostrae fortitudinis iuventute devicti, cum flumen Mogin dictum palantes transire cogerentur sine aliqua itineris certitudine, cervam precedentem et divina miseratione quasi viam eis demonstrantem secuti, optati litoris securitate hilares potiuntur; ex hoc locus hic dictus Francorum vadum. Piae memoriae Thietmarus Merseburgensis episcopus migravit ad Christum; cui successit Bruno.

1020. 19. Hoc anno hiemps solito asperior inhorruit, adeo dura, ut ipsa vi algoris plerique extincti occumberent; [Ann. Quedl.] quam etiam prius inaudita clades mortalitasque subsecuta, totum pene orbem subitaneo vastans occasu, in momento inque ictu oculi incolomes, ac sua quasi de sospitate certissimos, in ipsis nec non epulis letissimos, inopinate subtraxit. Domnus papa Benedictus cum Heinrico imperatore cenam dominicam, ipsumque paschale festum in Bavenberch decenti fertur excoluisse ministerio; ibique imperatoris ac principum debito obsequiorum ritu honorifice ac multiplici opum copia donatus, dominam mundi Romam locuples ac sospes revisit. Deinde 15. Kal. Aug. feria 2, luna 23, incipiente hora diei 3, usque post 6. apparuit circulus magnus circa solem, colorem yris habens, quem alii quatuor lucidiores circuli binis loris in modum crucis complexi sunt; set tamen tribus rarescentibus, duo, id est medius et aquilonalis, diutissime perstiterunt. Interim res mira cunctisque retro temporibus inaudita incolis septemtrionalis plage accidisse fertur. Nam Albis et Wisara fluvii, insolita inundationis mole non solum alveos suos egressi, set ab ipso imotenus fundo, nescio qua immani ventorum violentia evulsi, appia[b] rura cuncta circumiacentium late confinia terrarum, ipsis quoque collibus et montibus, quos natura quadam pre ceteris sublimitate munierat, altius insurgendo, mersisse et quod his mirabilius ac omnimodis incredibilius est auditu, villas integras, nequaquam soluta edificiorum compage, cum inibi degentibus, de alia in aliam transvehendo ripam, eadem qua prius positione constituisse. Inter hec ecclesiam quandam, opulentis fidelium ibidem confluentium votis rite dicatam, eodem quo reliqua inpetu pristino funditus statu evulsam, alibi translatam refertur. Supradicti quoque fluvii, Wisara et Albis, ternis dierum vicibus ac noctium, flammivomis contra naturam superficietenus[c] visi sunt arsisse vaporibus. Quid de cadaveribus dicam? quorum numerositas, omni humanae estimationi difficilis, in plures quasi aggerum cumulos concreta, decrescente diluvio, dum pia quorumdam sollertia debitum humandi prebere studuerunt, tantis tamque tenacibus serpencium, colubrum, cunctarumque id genus pestium involucris ita connexa reperiuntur, ut nec ferro nec cuiuslibet artis instrumento ea dissolvendi ullam timida mortalitas viam invenire quivisset; set de his quid fuerit, sit, vel fiat, ipsi qui eandem gentium pressuram pro confusione sonitus maris ac fluctuum futuram predixerat, discutiendum relinquimus.

1021. 20. Imperator pro concessa sibi divinitus victoria, Deum deorum Dominum collaudans, Saxo- [Ann. Quedl.] niam properat, sollempnitatem palmarum Walbike peracturus, gaudiaque paschalia Merseburch debita celebraturus devotione. Hoc itinere venerabilem Heribertum archiepiscopum migrasse felici cursu congnovit, celeri[d] intimante legato. Hic ergo piae memoriae presul quam assiduus in oratione, quam pernox in vigiliis, quam sollicitus curatione pauperum, quamque in omni religione ecclesiastica studiosus extiterit, quia humana facundia proferre non sufficit, acta divinitus ad tumulum eius protestantur miracula. Emensa vero imperator augustus inchoata via, cunctis, ut ita dicam, Europae primis ad eum confluentibus diversarumque gentium missaticis ad imperiale eius obsequium undique properantibus, sacrosanctum dominicae resurrectionis gaudium toto iam conridente mundo, eximia celebravit gloria. His igitur omnibus convenienter expletis imperator Parthenopolim profectus, sacros dies pentecosten apud famosissimum iusdem civitatis archiepiscopum Geronem non inferiori gaudiorum digneque venerationis studio gloriosissime peregit. Inde curtem regiam Alstide dictam[e] repetens, habitoque inibi colloquio, cum totius senatus plebisque concursu pios lenitate permulcendo predulci, reos severa districtione terrendo, totaque industria patriam muniendo, intra huius provinciae civitates totum illum annum feliciter perduxit. Ekkehardus quidam in cenobio

a) *superscripta vox.* b) oppida *Q.* c) superfietenus *cod.* d) sceleri *cod.* e) dictum *cod.*

[Th VIII, 9] beatissimi Iohannis baptistae monachus, paralysi depressus loquelam perdidit. **Otto comes in presentiam imperatoris supplex veniens, coniugem suam, quam federe illicito sibi copularat, tribus sacramentis amisit.**

[Ann Quedl.] **1022. 21. Imperator de loco in locum proficiscendo, primum urbis munitissimae, Troiae videlicet, cuius menibus indigenas provincialium legatione ditioni regiae congnoverat rebelles, bellicosam invexit aciem. Quam licet obsidione longa suorumque sudore plurimorum more avorum attavorumque regum namque gloriosissimo devincens, incolasque huiusce aut neci tradens aut captos colligari precipiens, quos antea contumaci animo sibi ingemuerat renitentes, suo postmodum dominio, Deo cooperante, gaudebat subiugatos. Set his prosperitatibus non elatus verum Dei misericordia preditus, huiusmodi victoriam non suis set Domini virtutibus asscribens, Romanae sedis apicem acceleravit; ubi aliquantulum moratus, regni illius optimatibus pace gratiaque sui redimitis, nivosa Alpium cacumina veloci transgreditur cursu, tanta mortalitate subsecuta, quo vix aut nullatenus vocum nutibus vel etiam officiis stili valeat enucleari. Quam videlicet cladem imperator augustus evadens, celitus obumbratus set raro milite comitatus, exceptis his quos sibi mater Europa occurrendo admiserat, Germanicas pervenit ad horas, magnumque sinodale colloquium, confluentibus undique diversarum regionum episcopis, in partibus habuit occidentalibus. His itaque, prout res tempus poscebant, peractis, Grona dictum perventum est ad locum, quo regali in presentia inter geminos presules, Geronem videlicet et Arnulfum, nefanda omnique evo execranda oritur seditio; ideo dico nefanda, quia periculosa, ideo periculosa, quia non peritura, set ut vereor illos perditura, amborumque necem perdurabat exspectatura[a].**

[Ann Quedl.] **1023. 22. Heinricus imperator albas festaque paschalia, principibus turmatim undique concurrentibus, Merseburch rite peragens, quod rarum vel penitus inauditum videtur, terna unius eiusdemque templi dedicatione gratificatur. Gero Magdeburgensis archiepiscopus, multis confectus doloribus 11. Kal. Novembris seculo moriens set Christo** [(cf. Chron. Magd. p. 286. Ann. Sax.)] **vivens migravit.** Hic cum consilio fidelium suorum commutavit xenodochium, quod primus Otto construxerat in villa quae dicitur Rothartdestorp, et facto infra urbem monasterio in honore sanctissimae Dei genitricis Mariae, eadem predia, unde prius Christi militibus, scilicet egentibus, necessaria prebebantur, cum aliis bonis precio proprio acquisitis eidem ecclesiae contulit, et prepositurarn ibi constituit. Aliam preterea ecclesiam in honore beati Iohannis ewangelistae construxit et dedicavit, canonicisque ibidem Deo servientibus de sua proprietate, unde sufficiens illis victus et vestitus esset, deputavit, et statum loci cum illis ecclesiis honorifice amplificavit. Muros nichilominus urbis, quos Otto pius imperator inperfectos reliquit, hic consummavit, domum etiam sancti Mauricii cum variis ornamentis et edificiis episcopii renovavit, et omnia in sua diocesi tam exterius quam interius meliorando refecit. Decessit autem in villa Vaddarroht vocata in parrochia Halverstadensi, relin- [Ann Quedl.] quens posteris plurima suae industriae monimenta. **Arnulfus Halverstadensis episcopus, Christi fidelis famulus, sapiencia divina preditus, scientia humana facundus, cunctis perpetim seclis lugendus, coeli collocatur** [(cf. Ch. Halb. Ann. Sax.)] **palatio.** Is acquisivit Sancto Stephano, divina favente clementia, mille et ducentos mansos, multaque alia in molendinis, in areis, pratis, silvis, in fossis salenariis, in palliis, in missalibus indumentis ad omnes ordines pertinentibus admodum auxit. Tabulam altaris suppremi auro puro et gemmis decoravit. Thuribulum aureum, et thuris receptaculum aureum, et calicem magnum aureum, cum patena et varia ornatuum genera Sancto Stephano contulit.

[Ann. Quedl. 1023] **1024. 23. Imperator natalem Domini Bavenberch peregit. Ibi turba convenerat pastoribus destituta, quia omnes suspensi manebant, cuius providentiae cura imperiali potestate committerentur. Igitur cum his, quos summos habitos congnovit, inito destinationis decreto substituit Hunfridum in vice Geronis Magdeburgensis archiepiscopi, assumptum de choro Wirciburgensi. Eadem die Brandagus Vuldensis bbas, Arnulfi antistitis successor** [Ann. Quedl. 1024] **constituitur. Cesar diversis doloribus vexatus, eodem loco crebra infirmitate diutinas protraxit moras, resumptisque, demum viribus, citato cursu Parthenopolim ire proposuit. Tandem post longam deliberationem laboriosi itineris, diem palmarum in loco qui dicitur Alstede festive celebravit. Die vero reconciliationis, exigente infirmitatis gravedine, remota a se quae convenerat multitudine, paucis comitantibus, Nienburch cenam dominicam peregit. In sancto vero sabbato contracto totius senatus conventu, contectali sua Cunigunda comitante, Parthenopolim venit; ubi cum grandi honore susceptus est. Dominicae quoque resurrectionis gaudia celebri honore transegit, deinde ab antistite eiusdem loci auri sericorumque varietate plurimum donatus, Halverstade adiit. Inde nichilominus Goslariam profectus est, ubi diebus decem peractis, ad locum quendam Grona dictum properat, ibique forti egritudine depressus, et amarae mortis poculo debriatus vitalem emisit spiritum. Dehinc flebili querimonia secundum quod ipse decreverat Bavenbergensi castello defertur, et cum merore terrae matri commendatur. Facto autem in brevi totius senatus conventu, Conradus princeps in regem eligitur atque a Mogontino archiepiscopo Aribone unctus, coronatur.** [Ekk. 1025] **Sublimatus autem in regni sede, consilio Brunonis Augustensis episcopi, fratris Heinrici imperatoris, qui ut dictum est semper felicibus eius invidebat actibus, Bavenbergensem episcopatum meditabatur destruere, quia idem Bruno episcopus pollicebatur Gisilae reginae, omnia predia hereditario iure ad se pertinentia filio eius Heinrico contradere. Locus vero et tempus conventui statuitur, ubi haec res ad certum perducatur. Nocte igitur, que diem precesserat in qua haec ventilanda erant, Everhardus Bavenbergensis episcopus ad tentorium predicti Brunonis clam accessit, lecto eius assedit, multa super haec monendo, obsecrando, memoriam fratris in animo conculcando, cum eodem sollicitus egit. Qui ubi iam multa noctis hora transacta recesserat, et episcopum pro auditis sollicitatum somnus oppresserat, visus est ei frater suus Heinricus imperator lecto suo astare, faciemque suam barba ex una parte dipilata turbatam obicere. Cui super hac re miranti, ac quis tam temerarios ausus in eum presumeret interroganti:** ***Tu,*** **ait ille,** ***haec fecisti, qui me et sanctos Dei, quos rebus a Domino mihi concessis dotavi, despoliare disposuisti. Cave iam ulterius super hac temeritate, ne incepta luas magna infelicitate.*** **Ad haec ille expergefactus ac de visione non parum perterritus, menbrorum quoque horrore non leniter est attactus. Mane autem facto, cum diu exspectatus ad conventum procerum non veniret, regina pro filio sollicita, nuntiis missis obnixe precabatur, ac devote, ut adveniens promissa perficeret. Ille vero affirmabat, se tanta**

a) exspectura *cod.*

infirmitate gravari, ut nec de lecto surgere nec pedem quoquam posset movere. Cumque rogaretur ut in lecto se ad conventum ferri concederet, quo vel sic propositum perficeretur, omnino abdicavit, set se in Deum et in sanctos eius in fratremque suum peccasse testatur. Sic itaque divina pietas per merita famuli sui, ne spe, quam in se posuit, fraudaretur, omnia illius pravae conspirationis machinamenta repressit, idque quod ab eo bene ceptum est confirmando, semper exinde ad meliora provexit. Ekk. 1025.

Annus Domini 1025. Conradi 1. Conradus rex primum suae felicitatis annum in natali Domini Minde initiavit, et epiphaniam Patherbrunnensi civitate more regio peregit. Inde post epiphaniam Hildinisheim venit, ubi predictus Aribo archiepiscopus, qui vivente Heinrico imperatore per biennium conticuerat, inventa occasione sanctum Godehardum super Gandisheim inquietare cepit, quam tamen eius machinationem novus rex primatum consilio diremit. Bolizlavo dux Polonie, obitu Heinrici imperatoris comperto, elatus animo, superbiae veneno perfunditur, adeo ut uncto inponi sibi coronam temere sit usurpatus. Post hunc Meseco filius eius natu maior, haut dissimili tumens superbia, virus arrogantiae longe lateque diffudit. Res admiranda nostrisque temporibus vehementer stupenda pridie Nonas Februarii contigit. Siquidem sol aureis invectus quadrigis, dum mediam poli axem mira sui splendoris claritate perfunderet, subito sub terna figura visus est fulsisse. Quod mirabile prodigium rei eventu constat probatum. Hoc anno fames prevaluit multaque loca incendio periere. Obiit Marquardus quintus abbas Sancti Iohannis baptistae; cui successit Bruno, frater Sigifridi abbatis religiosi. Vit. God. II. c. 21. An. Quedl.? Vit. God. I. l. Ann. Quedl.

1026. 2. Rex natalem Domini Leodii celebravit, et Heinricum filium suum regem fecit, cui etiam filiam Cnud regis Danorum, mediante Unwano Bremensi archiepiscopo, deposcens uxorem, dedit ei Sleswigh civitatem cum marcha quae trans Egdoram est in foedus amiciciae, et ex eo tempore fuit regum Daniae. Eodem anno memoratus Aribo archiepiscopus in natali sancti Matthei apostoli Seligunstat concilium generale duodecim episcoporum concivit; in quo presulem Hildinishensem super predicto Gandisheimensi territorio publice convenit; quam tamen synodum unanimitas fratrum in annum futurum distulit. Obiit[36] Riddagus, secundus abbas Sancti Iohannis baptistae, qui depositus a Taginone[a] archiepiscopo, post Luniburgensi abbatiae prefuit. Vit. God. I. l. Adam II. c. 54. Vit. God. II. c. 22. 36

1027. 3. Rex nativitatis Domini festum Yporeae initiavit, inde ad limina apostolorum tendens, feria 3. ante cenam Domini Romam prospere intravit, atque in sacrosancta resurrectione dominica coronam imperialem a beato Iohanne apostolorum vicario suscepit. Inde in proxima dominica regressus, ac pervasa circumquaque potestative ea regione, in pace repatriavit, atque nativitatem beatissimi Iohannis baptistae Imbripoli regaliter celebravit; ubi defuncto in bona senectute Heinrico duce Bawariorum, filio suo Heinrico eundem ducatum principum delectu[b] commendavit. Eo item anno Aribo Mogontinus concilium synodale habuit, presidente imperatore cum episcopis 23, in quo iterum beatum Godehardum de sepius preventilata causa more suo inquietavit. Ubi presul tandem, summa veritate quae Deus est miserante, episcopatus sui proprietatem super totum Gandisheimense territorium testimonio septem episcoporum, qui pactionem in Gandisheim et audierant et viderant, canonice retinuit. Vit. God. I. l. Vit. God. II c. 23.

1028. 3. Imperator natalem Domini Leodii celebravit, pascha vero Aquisgrani festive feriavit; ubi filius eius Heinricus regalis nominis coronam a Biligrimo archiepiscopo cleri plebisque electione honorifice percepit. Eo iterum anno sepe dictus Aribo synodum suam Geizlice concivit, ad quam beatum Godehardum inquietandum legatis et scriptis vocavit, quo ille ire[c] dissimulans, venerabilem virum Tadilonem decanum illius ecclesiae cum fratribus ei obviam misit, qui eum honorifice ex parte senioris sui salutando de preteritae synodi diffinitione commonuit, et plurali altrinsecus auctoritatum collatione profusa, episcoporum auxilio eum ab ipsa repeticione compescuit. Vit. God. I. l.

1029. 4. Imperatore Palithi in natali Domini consedente, predictus Aribo archiepiscopus ibidem synodo habita, veterem querelam contra beatum Godehardum presente rege incepit; set post multa et varia disceptationum colloquia vix tandem ab episcopis commonitus destitit. Conradus imperator Stephanum Pannoniae regem cum exercitu petit, difficili et laborioso itinere eandem regionem invadens. Item hoc eodem anno ducere multimodas legiones in Poloniam decrevit. Imperatrix autem reversa, Merseburch prestolabatur eventum rei. Delusus[d] ergo rex cum exercitu, silvis, deviis, palustribus, desertis periculosisque locis admodum lacessitus, nec quo voluit pervenit, set quorumdam consilio Budasin[37], urbem quandam suo regno non parentem, obsedit. Circa quam multi ex utraque parte interiere. Videns igitur Cesar adversarios superari non posse, proximo anno distulit, seque Saxoniae partibus recepit. Vit. God. II c. 24. An. Quedl.? 37

1030. 5. Imperator natalem Domini Patherbrunne celebravit, peractisque diebus festis, ultra Renum ire proposuit. Septima Kal. Februar. orta est res miseranda cunctisque Christi fidelibus stupenda. Meseco dux Polanorum, qui contra Romanum imperium regale sibi nomen usurpavit, falsus christianus, homicida, tyrannus, comperto obitu Thietmari marchionis, clam assumptis satellitibus diaboli, exercitum paganorum in sanctam duxit ecclesiam. Nam inter Albiam et Salam centum villas incendiis cedibusque vastavit, novem milia et sexaginta quinque virorum ac mulierum christianorum ipse miserabilis miserabiliter captivavit, reverentissimum quoque Brandenburgensem episcopum Liuzonem ut vile mancipium cepit, nec sacris pepercit altaribus, sed omnia cede sanguineque polluit, matronas etiam nobiles armata manu sibi vendicavit. Hoc ergo solum fuit levamen malorum, scilicet preciosa et exoptata mors. Honestas enim mulieres et gravidas violenta dextra paganorum gladiis lanceisque prostravit. Interea Theodericus comes cum robusta militum caterva superveniens, alios occidit, alios vero effugavit. Talis ergo est rex An. Quedl.?

a) Tagione *cod.* b) delecto *corr.* delectu *cod.* c) *vox deest in cod. sed cf. Vitam Godehardi.* d) Delasus *corr.* Delusus *cod.*

36) d. 10. Nov., Necrol. S. Mich. Luneb. apud Wedekind Not. III, 85. 37) Bautzen.

An. Quedl.? Mesecho, haec viarum suarum abhominanda simplicitas, haec innocentiae dampnanda puritas, haec iusticia, haec fides falsissima eius christianitatis. Si ergo rex, quare praedo? si simplex, quare apostrophus? si fidelis, quare apostata ac tyrannus? Quid tibi, cruenta belua, regale ornamentum in corona et lancea deaurata? Quae conventio Christi cum Belial? Quae te, tumide, vexat vesania, ut in regnum Romanae virtutis temere duceres arma? Quod quam tibi sit periculosum, tum sero percipies, cum tui imbelles plurima multitudine armati, a nostris bella scientibus, immo et facientibus, ut digni sunt, conterentur[38].

Ann. Hild. 1031. 6. Conradus imperator natalem Domini Patherbrunne, pascha autem Nieumago celebravit. Hoc anno imperator et filius eius Heinricus et dux Bawariae et Stephanus rex Ungariorum cum iuramento pacem in invicem firmavere. Vit. God. II c. 24. Aribo piae memoriae Mogontinus archiepiscopus, celebrante cesare festum natalis Domini, ut dictum est, in Patherbrunnen, in sancto die inter missarum sollempnia, publico sermone habito, licentiam ab imperatore et fratribus Romam pergendi rogavit, simul a clero et populo indulgentiam sibi a Deo inpetrari postulans. Sicque post purificationem beatissime Dei genitricis Mariae iter assumens, Romam adiit. Inde vero post aliquot dies digrediens, Idus Aprilis iter universae carnis ingressus est, ordinationis suae anno undecimo; cui vir simplex et rectus Bardo Hersveldensis abbas successit; qui Deo provehente ad[a] brevi ad culmen summae perfectionis feliciter processit; qui propter dulcisonam predicandi melodiam Bardo Crisostomus dicebatur. Ann. Hild. Imperator Conradus cum parva manu Saxonum Sclavos autumnali tempore invasit, et Miseconem, diu sibi resistentem, regionem Liusizi cum aliquot urbibus et preda quae prioribus annis in Saxoniae partibus facta est restituere, pacemque iuramento firmare coegit. Qui Miseco post mensis tantum spatium a fratre suo subita invasione perturbatus, ad Othelricum in Boemiam fugere compulsus est.

Ann. Hild. 1032. 7. Imperator natale[b] Domini Goslariae gloriose peregit. Hoc anno Misseconis frater ob immanissimam suae tyrannidis seviciam a suis interfectus est machinatione fratrum suorum. Miseco vero domum rediit, congnoscensque sibi propter immoderatam sui insolentiam, quam prius exercuit, omnia quae perpessus est per divinum iudicium merito evenisse, nuntios ad imperatorem direxit, et tempus se presentandi digneque satisfaciendi postulavit. Cesare autem annuente, Mersebur venit, et coronae ac totius regalis ornamenti oblitus, semet ipsum Nonis Iulii in imperatoriam inclinavit potestatem. Quem imperator clementius quam ipse opinabatur suscepit, eique et patrueli suo Theoderico regnum, quod prius hic solus possederat, divisit. Udalricus vero, eadem regali iussione invitatus, venire contempsit; quem inperator postea ad se tandem venientem et rationum veritate convictum in exilium misit.

Ann. Hild. 1033. 8. Imperator natalem[c] Domini Patherbrunne, pascha Niumagan feriavit, et estivo tempore Burgundiam intravit, Udonemque resistentem ibi obvium accepit, qui regionem eandem illicite sibi usurpaverat, sumptisque ab eo de pace iuramentis et obsidibus, pacifice rediit. Hoc anno ad castellum Wirbeni Liudegerus comes cum aliis quadraginta duobus occisus est, multaeque clades ibi per aliquot annos factae sunt in homicidiis, in incendiis et depredationibus. Piae memoriae Cunigund imperatrix 5. Non. Martii obiit. Eclipsis solis facta est 3. Kal. Iulii, 6. hora.

Ann. Hild. 1034. 9. Imperator natalem[c] Domini Mindo, pascha vero Reinesburch celebravit. Ibi Odalricus Boemiorum dux obtentu reginae nec non et procerum de exilio rediit, et ducatus sui medietatem, fratre suo Germiro alteram partem retinente, suscepit. Meinhardus Wirciburgensis presul migravit ad Dominum; cui Bruno, patruelis imperatoris, successit. Miseco dux Polanorum inmatura morte interiit, et christianitas ibi a suis proavis bene inchoata set a se melius roborata, flebiliter proh dolor! disperiit. Predictus quoque Odalricus dux post reversionem fratre cecato, filio ugato, A. Quedl.? item sacramenta infringens, infidelitati more consueto institit, et tandem cibo et potu suffocatus interiit. Huius filius Kazimer, cum matre sua a Polanis de provincia expulsus, diu in Saxonia exulavit. Nam mater ipsius soror fuerat Coloniensis archiepiscopi. Interim Polonia a vicinis nationibus et maxime a Boemiis multum devastata est, et reliquiae sancti Adelberti sanctorumque Benedicti et Iohannis cum ceteris de[d] eadem provincia translatae sunt.

Ann. Hild. 1035. 9. Imperator natalem[c] Domini Goslariae, pascha Patherbrunnae, ascensionem Seliganstad, pentecosten autem Bavenberg celebravit, unde expeditionem suam in Liutizios mandavit. Otto comes de Swinvordi filiam Bolizlavi Polanorum ducis desponsavit. Imperator cum validissimo exercitu regiones Liutiziorum intravit, quas longe lateque incendiis Ekk. 1036? et populationibus devastavit. Gevehardus Ratisponensis episcopus obiit, pro quo item Gevehardus.

Ann. Hild. 1036. 10. Imperator natalem[c] Domini Argentine feriavit, purificationem beatissimae Dei genitricis Mariae Augustae peregit, ubi publicum conventum tenuit, in quo Conradum patruelem suum ducem Carentinorum constituit, a quo ducatu priori anno Adelberonem maiestatis reum amovit. Hoc tempore Adelbero Willehelmum comitem interfecit, sicque in castellum suae munitionis confugit. Sanctae Agrippinensis ecclesiae metropolitanus Biligrimus, ad omnia in divinis et humanis religiosissime strennuus, migravit ad Dominum, in cuius locum nobilissimae indolis iuvenis Hermannus nomine intravit. Sibertus Mindensis presul spiritum in manus Domini perhenniter victurum tradidit, nobilisque prosapiae tyro Bruno, imperialis capellanus, cum generali omnium tripudio idem antisticium gloriose suscepit. Brandagus 39 Halverstadensis episcopus obiit in Domino, cui Burchardus regius capellanus substituitur. Hic[39] fecit duas preposituras Halverstade, unam in honore sancti Iohannis baptistae, alteram in beati Iohannis ewangelistae sanctique Bonifacii episcopi et martyris.

Ann. Hild. 1037. 11. Imperator natalem[c] Domini Verone celebravit, et regina eosdem dies cum filio Heinrico rege et nuru Inbripoli egit. Eo tempore consecratus est Burchardus Halverstadensis episcopus. Igitur cesar Alpes trans- 40 scendens, cum regni illius maioribus conventum tenuit[40] de corrigenda re publica. Contigit quoque et Mediolanensem episcopum, qui eidem colloquio interfuit, ab imperatore de

a) *lege* in brevi. b) *hoc anno et sequenti Annales etiam Hildesheimenses* natale *scribunt.* c) nat *c.* d) deadem *c.*

38) Haec ipso anno, ante prosperum anni sequentis eventum scripta esse apparet. 39) Brandagus. 40) Papiae (v. Ann. Sangall. maior. 1037. SS. I, 84. Herimanni chr. 1037. SS. V, 122. Arnulfi gest. Med. SS. VIII, 14. Landulfi hist. Med. ibid. 58. Wiponis vita Chuonr. c. 35. SS. XI, 272.), non Salerni, ut tradunt Annal. Hildeshem. 1037, et eas secutus Annal. Saxo.

quadam infidelitatis nebula notari, et a conprovincialibus[a] in multis acusari. Cumque ab Her. Gesta? imperatore amoneretur ut talia emendaret, primo secessum petiit, indeque regrediens, spiritu arrogantiae perflatus audenter ait, si quid in proprietate ecclesiae sancti Ambrosii invenerit vel quoquo modo aquisiverit, se semper vita comite firmiter habiturum, nec ullius iussione sive peticione vel minimum quicquam dimissurum. A primatibus autem, ut vel solam cesaris personam exciperet, amonitus, predictum sermonem iterando peroravit. Imperator ergo commotus, consiliante senatu, iniuste usurpata restitui precepit, eumque apprehensum Aquilegiensi patriarchae Popponi servandum commisit. A quo liberius debito habitus, post aliquot dies fuga lapsus est, quodam monacho suo machinante, qui solus cum eo miserationis causa permissus est habitare. Sicque Mediolanum rediit, et munita civitate, quae tamen per se satis muniminis ac firmitatis habet, totum annum illum temeraria transgressione legum contemptor resedit. Deinde consentientibus sibi tribus episcopis. missis clam nunciis, cum Ottone Burgundiae tyranno consiliatur, quomodo ipse in Romanum imperium suo suorumque iuvamine, augusto necato, introducatur. Quod ipse libenter audiens, eiusque consilium hianti cupiditate evidenter ad interitum festinando promptus arripiens, diem locumque determinat, quo eorum omnium legati convenirent, qui eiusdem sacrilegae temeritatis conspirationem iuramentis invicem confirmarent. Quod et factum est. Sed, ut quidam sapiens ait, contra Deum infatuatur consilium[b]. Nam socrus Hermanni Suevorum ducis, legatorum conventum rescivit, missisque satellitibus, omnes simul comprehensos veritatemque confessos, imperatori, ubi in publico conventu eisdem prenominatis tribus episcopis presentibus consederat, transmisit. Augustus vero cum fidelibus Christi condignas Deo, qui revelat archana, gratiarum actiones agens, ex senatus decreto predictos episcopos trans Alpes conservandos contulit; sicque illa conspiratio deperiit. Item sepe dictus episcopus Mediolanensis[41], quia in priori machinatione condignum exitum sibi non 41 invenit, alia via, divina eum propellente sentencia, perire temptavit. Nam ante ruinam corde elato Aquisgrani palatium invadere decrevit, seque nativitatem Domini inibi sessurum[c] preiactavit. Sicque mensis tantum spacio ante idem festum urbem imperatoris quae Bera[42] dicitur circumquaque debachatus predando obsedit, ibique a Gozilone duce et filio 42 eius circumventus, inter vulgares occisus inglorius occubuit.

1038. 12. Imperator natale Domini Parme celebravit, ibique civibus eiusdem civitatis Her. Gesta? contra imperialem maiestatem tumultuatis, famosa inclitaque eorum urbs depredatione et incendio cum innumerabili multitudine funditus deperiit. Prescriptus autem Mediolanensis episcopus, adhuc in incepta permanens transgressione, quia nec minis terreri, nec venialibus promissis, quae ei digne compassionis gratia tam a domno apostolico quam etiam a ceteris episcopis offerebantur, ad penitendi satisfactionem conduci potuit, domnus apostolicus illum generali pontificum consensu anathematis condempnatione percussit, et in eius sedem Ambrosius, vir nobilis, successit, illo infra muros residente, isto deforis pro posse res suas contrahente. Sanctae memoriae Godebardus Hildinisheimensis episcopus migravit ad Dominum, cui Ann. Hild. Thietmarus regius capellanus successit. Nobilis etiam regina Cunigunht[43] hoc anno carnis debitum persolvit.

1039. 13. Imperator natale Domini Goslariae cum reverentissima procerum congratulatione decenter celebravit. Ann. Hild. In die sancto dum ad missam in decore regio processurus prestolaretur, horrendum dictu, Her. Gesta? insolita et terribilis nubium collisio ab hora tercia in sextam ab astantibus cum timore simul et admiratione consideratur. Item augustus ad celebrandum sanctum pentecosten Traiectum venit, ubi Ann. Hild. summa cum leticia conversatus est primum diem. Sed sequenti die, id est secunda feria, hora sexta, 2. Non. Iunii mensae reficiendi gratia assidens, subita defectione prereptus, vix confessionis sententia prolata, flebiliter expiravit. Post haec Heinricus, filius eius, communi electione paterno inthronizatus est solio.

Annus Domini 1040. Heinrici tercii 1. Novus rex Heinricus incarnationem Domini[d] et purificationem beatissi- Ann. Hild. mae Dei genitricis Mariae, Augustae celebrans, ibique aliquamdiu degens, placitum habuit cum Alpinis primoribus de rei publicae stabilitate; cunctisque pro velle dispositis, Franciam repetens, tempus quadrage- Her. Gesta? simae iuxta Renum consedit. Metropolitanus Mediolanensis adveniens et de omni controversia sua quam contra cesarem exercuit satisfaciens, interventu procerum gratiam regalem recepit, rursusque iuramento pacem servaturum affirmans, patriam remeavit. Rex autem ascensionem Domini Niumago, pentecosten vero Leodio celebravit; debinc expeditionem in Boemiorum regionem coadunato exercitu destinavit. Inde comitatu in eandem[e]

a) proconvincialibus *cod.* b) *in margine suppl.* c) *in margine suppl.* d) Ratisponae *manu saeculi XVII. additur.* e) eadem *cod.*

41) immo Odo comes. 42) Bar. 43) Heinrici III uxor Cunihilt.

Her. Gesta? regionem digrediente, et Ottone marchione cum Bawariis explorandi causa per saltuosa et invia irrumpente, quidam ex latere regis emissi, sperantes se fortiter facturos, obstructionem quandam in saltu expugnaturi inconsulte processerunt, ibique pretensis insidiis, a sagittariis circumventi, Wernherus comes primicerius et signifer regis, cum aliquot satellitibus, et Reinhardus comes cum electissimis ex familia sancti Bonifacii cruenta, proh dolor! cede procubuere. Posteriori vero die ex legione Ottonis, quae pretergressa est, eandem obstructionem ex alia parte aggressi, cum Bawaricis pluribus militibus perempti sunt. Saxones autem cum metropolitano Mogontiaco Bardone, et Ekkehardo marchione convenerunt, et eandem regionem, divina eos ut claruit protectione comitante, cum parva admodum manu, die dominica 9. Kal. Septembris violenter introierunt, et per novem dies potestative peragrantes, cede, preda incendioque vastaverunt, donec venerabili viro Guntario monacho cum legatione regis adveniente, pace data et accepta, victores redierunt. Eodem tempore aquae longe lateque inundavere; unde multi per diversa loca interiere.

Her. Gesta? 1041. 2. Heinricus rex natale Domini Mimigardevorde festive peregit. Ibi domnus Suitegerus, Bavenburgensis presul, pontificalem promotionem a venerabili Bardone archiepiscopo gloriose percepit. Sequenti vero die 4. Kal. Ian. ibidem monasterium preclarum, ab Hermanno eiusdem loci episcopo noviter constructum, generali omnium episcoporum consecratione in honore beatissimae semper virginis Mariae dedicatur.

Her. Gesta? 1042. 3. Imperator in assumptione sanctissimae Mariae Boemiam cum maximo exercitu intravit. Eodem tempore Ekkehardus marchio cum Mogontino archiepiscopo aliisque episcopis et primatibus altera ex parte expeditionem Saxonum invexit Boemiam, ipsamque regionem multis modis vastantes, castra metati sunt penes regium exercitum. Item rex et marchio inde moventes castra, in superiori parte Pragae, Domino largiente, victores honorabillime convenere, ibique data et accepta pace reversi sunt. Dux quoque Boemicus quantocius se fide marchionis committens, humillima satisfactione venit ad regem, offerens censum Boemicae regionis.

Her Gesta? 1043. 4. Rex natalem Domini Auguste peragens, Burgundiam venit, ibi resurrectio-
Ann. Hild. 1042. nem gloriosissime celebravit. Hoc anno Ungarii Ovonem regem sibi eligentes, priorem expellunt. Qui profugus, Heinrici regis, cui priori anno rebellaverat, gratiam invenit. Ovo autem rex ob susceptum ab Heinrico rege a se
Adam II, 78? expulsum, fines Bawariae preda et incendiis depopulatur, sed magna pars exercitus eius ab Adelberto marchione deleta est. Adelbrandus Bremensis episcopus obiit; cui successit Adelbertus prepositus. Hic[44] iacens in extremis fertur gratu-
Adam III. 68. lans dixisse, quod amplius quam duo milia mansorum aquisierit sue ecclesiae ex sua hereditate vel proprio labore.

Ann. Hild. 1043. 1044. 5. Heinricus rex Pannonias invadens, duas populosissimas civitates evertit, plures deditione subiecit. Sed cum Petrum regem, quem secum ducebat, provinciales nollent recipere, alterum quem volebant ducem eis constituit; quem Ovo post discessum eius in Boemiam expulit. Gisla imperatrix, mater Heinrici regis, 16. Kal. Marcii migravit.

Ann. Hild. 1044. 1045. 6. Heinricus rex iterum Pannonias invadens, satisfactionem, obsides, munera, pacis per iusiurandum confirmationem accipiens, discessit. Inde reversus, Constantiensi synodo affuit, ubi debita cunctis dimisit, destructisque omnibus inimicis, pacem confirmavit. Deinde Agnetem, Willehelmi Pictaviensis principis filiam, reginam apud Maguntiam ungi faciens, sibi in matrimonium copulavit Ingelenheim, unde infinitam multitudinem histrionum et iocul ato-
Ekk. 1044? rum sine cibo et munere vacuam et merentem permisit abire. Hoc anno maxima pecudum pestis propter algoris immanitatem fuit.

Ann. Hild. 1045. 1046. 7. Heinricus rex tercio Pannonias commotus ingrediens, Domino favente et beato Udalrico impetrante,
Ekk. 1045. victoriam obtinuit, Ovonemque cum uxore et filiis effugabat, et Petrum restituens, honorifice revertitur. Godefridus dux Lothariorum regi rebellans, ad deditionem coactus, custodiae mancipatur.

Adam III, 7. 1047. 8. Heinricus rex, domitis Pannonum seditionibus, aecclesiastica necessitate Romam tractus est, comitem habens cum ceteris regni magnatibus Adelbertum Bremensem archiepiscopum. Ubi synodaliter depositis, qui pro aposto-
Chr. Wirzb. 7–9. lica sede certaverant, Benedicto, Gratiano et Silvestro scismaticis[a], Suidgerum Bavenbergensem episcopum papam constituit, a quo ipse cum coniuge imperiali benedictione eadem die sublimatur. Interea Petrus Ungariorum rex a quodam tyranno captus et cecatus est; ille autem qui eum expulit regnare cepit. Corpus sancti Widonis de Italia allatum est Spiram ab imperatore. Damasus, qui et Poppo, obiit eodem anno quo constitutus est.

Ekk. 1048. 9. 'Bruno, qui et Leo postea dictus est, Tullensium episcopus, papa constituitur. Hic, Conradi imperatoris consobrinus, cum ad capessendam sedem apostolicam Romam tenderet, audivit nocte voces angelorum in sublimi dicentium: *Dicit Dominus, ego cogito cogitationes pacis et non afflictionis* etc. De hoc inter cetera legitur, quia cum pauperem leprosum ante fores domus suae offendisset, eum fotum et curatum diligenter in lecto suo collocavit, quem reserato hostio cum non invenisset, in paupere se Christum suscepisse obstupuit. Hic undecumque doctissimus cantus dulci et regulari modulatione composuit de aliquibus sanctis, Gregorio scilicet papa, Cyriaco martyre, Gorgonio martyre. Qui etiam in Gallia et Germania synodis canonice[b] habitis statum ecclesiae refecit.

Ekk. 1049. 10. Heinricus imperator anno imperii sui quarto quasdam Galliae partes invasit contra Godefridum et Baldewinum duces; quibus ad deditionem coactis, et regno his in partibus pacificato, cum honore revertitur. Synodus Mogontiae habetur.

a) scimaticis *cod.* b) canicę *cod.*

44) cf. Ann. Sax. 1072.

1050. 11. Ungarii item rebellant. Quibus Gevehardus Ratisponensis episcopus, qui fuerat imperatoris patruus, obviam veniens vice regis, in fugam conversos non modica cede afflixit; insuper urbem Heimemburch, in marca positam, edificiis restauravit et militari custodia muniri fecit, ipseque summa cum pace regressus est. Ekk.

1051. 12. Bartho archiepiscopus in Christo quievit, cui Liupaldus successit. Grecis in heresim multiformem declinantibus, auctore Michahele patriarcha Constantinopolitano et Leone Acridano Bulgarum archiepiscopo, Leo papa errores eorum redarguens, scribit contra eos librum firmis scripturarum testimoniis roboratum. Nicetas monachus[a] Constantinopolitanus, qui agnominabatur Pectoratus, scripsit contra Romanos librum plenum erroris et stulticiae pretytulatum: *de azimo, de sabbato, de nuptiis sacerdotum.* Leo itaque papa per epistolam ad imperatorem Constantinum conscriptam animum eius sibi concilians, apocrisarios suos, Humbertum videlicet cardinalem episcopum Silvae Candidae, Petrum Amalfitanorum archiepiscopum, Fridericum septimum levitam et cancellarium Constantinopolin dirigit ad confutandas Grecorum hereses, qui ut Symoniaci donum Dei vendebant, ut Valesii hospites suos castratos etiam promovebant ad episcopatum, ut Arriani rebaptizabant Latinos baptizatos in nomine sanctae Trinitatis, ut Donatistae in sola Grecia orthodoxam aecclesiam esse iactabant, ut Nicolaitae nuptias sacerdotibus concedebant, ut Severiani maledictam dicebant legem Moysi, ut Pneumatomagi professionem sancti Spiritus a symbolo abscidebant, ut Nazareni Iudaismum observabant, parvulos ante octavum a nativitate diem baptizari, mulieres in partu vel menstruo periclitatas communicari, vel si paganae fuerint baptizari prohibebant; de fermentato sacrificabant, Latinos Azimitas vocabant et eos nimium prosequebantur, et eorum aecclesias claudebant, et filiis suis Romanam aecclesiam anathematizabant, eique ecclesiam Constantinopolitanam preponebant. Legati ergo ab imperatore benigne suscepti, Nicetam monachum ante eum convicere, adeo ut librum, quem contra Romanos scripserat, incenderet. Michahele vero patriarcha eis colloqui denegante, carta excommunicationis coram clero et populo super altare sanctae Sophiae posita, recessere. Michahel cartam ipsam corrumpens populoque legens, illos revocatos ad synodum absente imperatore convocavit, ut a populo lapidarentur, quod imperatore prohibente, Michahel commovit populum contra eum; sed convictus cartam excommunicationis falsisse, Michahel omnesque sui a gratia et palatio imperatoris remoti sunt. Ekk.

1052. 13. Imperator Pannoniam petiit et inacte rediit, secum habens in comitatu Brunonem apostolicae sedis presulem. Qui papa veniens Ratisponam, reliquias sancti Dyonisii martyris, de quibus diu dubitatum est an ibi haberentur, presentibus Parysiorum legatis prospexit, ibique teneri probavit; sanctum quoque Wulfgangum[b], eiusdem urbis episcopum, de tumulo levavit, indeque Babenberg[c] cum imperatore transiens, privilegia eiusdem loci a cancellario perspici, et palam pronuntiari mandavit, suaque auctoritate confirmavit. Ekk.

1053. 14. Apostolico et imperatore natalem Domini divino et regio cultu Wormaciae agentibus, missarum celebratione in sancta die peracta ut oportuit ab apostolico, in sequenti die Liupoldum Mogontinum archiepiscopum, utpote in sua diocesi praecipuum, huic subrogavit officio. Qui peracta processione, et ubi ad hoc ventum est dicta oratione, postquam se in sua sede locavit, quidam ex diaconibus suis nomine Humbertus, sicut multi ob illius venerationem festi solent, lectionem decantavit. Quod quidam ex Romanis papae astantibus vituperantes, persuasere ei, ut ad eundem diaconem mitteret et decantationem interdiceret. Quod cum ille iuvenum more contempneret, iterum mittendo interdixit. Hic autem eadem vocis sonoritate, qua prius, decantavit legens decenter usque ad consummationem lectionem. Papa vero illum ad se accersiens, quasi pro inobedientia degradavit. Archiepiscopus autem rogavit sibi reddi ministrum. Quod ubi papa abnuit, pontifex ut erat antiquae disciplinae, licet egre pacienter tamen interim tacendo sustinuit. Perlecto autem ewangelio et decantato offertorio, ubi sancti sacrificii tempus advenit, pontifex in sua sede resedit, vere contestans, nec se nec alium quempiam completurum illud officium, nisi reciperet ministrum. Quod ubi apostolicus intellexit, pontifici cessit, reindutumque ministrum remisit continuo. Quo recepto, debito se presul iniunxit officio. Qua in re et pontificis auctoritas et apostolici consideranda est humilitas, dum et ille officii sui dignitatem defendere contendebat, et iste, licet maioris dignitatis, metropolitano tamen in sua diocesi cedendum perpendebat. Ekk.

1054. 15. Religiosus Brun papa, qui et Leo, gloriose presentis vitae clausit diem 14. Kal. Maii, honorificeque sepulturae traditus Romae, miraculis coruscat. Cono dux Noricorum, federatis sibi Ungariis, graviter rebellat. Ekk.

1055. 16. Heinricus imperator Italiam cum exercitu petens, omnia in pace disposuit, revertensque neptem suam Beatricem, matrem Mathildae, secum duxit, indigne eam tractans propter quasdam insolentias eius, quibus vivere consueverat mortuo ipsius marito Bonifacio duce. Cono, dux antea Noricorum, ab imperatore pro perfidiae suae culpa pulsus in Pannoniam exul obiit. Ekk.

1056. 17. Hermannus comes orientalium Francorum 6. Kal. Febr. obiit. Gevehardus Ratisponensis episcopus, Heinrici imperatoris patruus, hostis oculte pessimus deprehensus et convictus, atque custodiae mancipatus sed misericorditer tractatus de exilio remittitur, sedique pristinae restituitur. Magna cedes a Liuticis in christianos facta est; quorum quidam gladio, quidam fugientes in aqua periere; inter quos Willehelmus marchio occiditur. Hisdem temporibus multi diversarum interiere[d] provinciarum, fames multas regiones afflixit, egestas et penuria undique prevaluit, multaque mala evenere. Heinricus vero imperator pro his rebus cordetenus dolore conpunctus, extremam sortitus est horam, relicto filio Heinrico in negocio regni. Post cuius obitum quia proles Heinrici[e] adhuc puerulus erat, domna imperatrix Agnes, mater pueri, regnum sub sua cura tenuit et sapienter rexit, donec principes aliqui invidia ducti eam ab hoc regimine alienavere; quorum numero domnus Anno Coloniensis archiepiscopus se immiscuit, qui puerum in loco, qui dicitur Werida, navi imponens matri abduxit. Quod ille qua intentione fecerit, vel qualiter divino iudicio placuerit, discernere non valemus; multa tamen incommoda orta et deinceps aucta, certum tenemus. Nam perinde dissensiones in re publica, ecclesiae perturbatio, monasteriorum destructio, clericatus despectio, totius iusticiae conculcatio et cepit et permanet. Ekk.

Annus Domini 1057. Heinrici quarti 1. Heinricus quartus, Heinrici imperatoris filius, admodum puerilis, patri succedens regnare cepit 81. loco ab Augusto et regnavit annis quinquaginta. Agnes imperatrix mater ipsius ducatum Bawariae suscepit. Gevehardus, qui et Victor, iter universae carnis ingressus est, Romanus pontifex laudabilis; pro quo Fridericus nobilis monachicam professus religionem, communi omnium procerum utriusque partis electione Romanam gloriose suscepit ecclesiam regendam; qui etiam Stephanus est appellatus. Saxones, congregato exercitu, gentem efferam Liuticorum hostiliter invasere, diversisque malis affligentes, Romanae ditioni subdidere. Eodem tempore quidam Fridericus et fratres eius Germaniae partibus tyrannidem exercentes, ab Agnete imperatrice et principibus victi ad deditionem venere. Ekk.

1058. 2. Stephanus papa migravit, cui Gerhardus, qui et Nicolaus, successit. Heinricus rex Galliae obiit, relicto herede filio suo Philippo. Ekk. 1059.

a) monachos *cod.* b) *in loco raso.* c) babenger *cod.* d) *in margine.* e) H. *cod.*

1059. 3. Rex natalem Domini Merseburch celebravit, pascha vero in Magdeburch cum matre sua Agnete imperatrice. Burchardus Halberstadensis episcopus obiit, cui Bucco Goslariensis prepositus successit.

Lamb. 1057. 1060. 4. Otto, frater Willehelmi marchionis, set matrimonio impari, matre scilicet Sclavica natus, vir acer ingenio et manu inpiger ad regis curtem Merseburch pergens a Brunone et Egberto comitibus circumventus est iuxta villam quae dicitur Nienthorph secus fluvium Salicam. Mox Bruno et Otto, ambo pleni irarum, tam concitatos in se vicissim inpetus dederunt, ut uterque alterum primo incursu equo excussum letali vulnere transfoderet. Statimque Egbertus, quamquam graviter saucius, dolore interempti fratris efferatus, Bernhardi comitis filium, egregium adolescentem, vix militiae maturum interficit.

Lamb. Ekk. 1060. 1061. 5. Heinricus rex Willehelmum marchionem Turingorum et Epponem Cicensem episcopum cum duce Boemiorum et exercitu Bawarico misit in Ungariam ad ferendum auxilium regi Andreae. Liupoldus Mogontiensis archiepiscopus obiit, pro quo Sigifridus Fuldensis abbas constituitur. Albinus Nienburgensis abbas migravit, eique Folcmarus successit.

Lamb. 1062. 6. Willehelmus marchio reversus in Thuringiam, dum redire in Ungariam et sponsam suam cum magna opum suarum ostentatione abducere pararet, inter eundum secunda mansione morbo correptus exspiravit. Marcam Otto frater eius optinuit. Sed is beneficia Mogontini episcopatus aliter optinere non potuit, nisi promitteret decimas se de suis in Thuringia possessionibus daturum, et ceteros Thuringios ut idem facerent coacturum. Quae res multorum malorum seminarium fuit.

Ekk. 1063. 7. Nicolaus papa obiit, cui Alexander Lucensis episcopus successit, quodam tamen Parmensi episcopo papatum turpiter ambiente, usque ad sanguinis effusionem Christi aecclesiam scandalizante, sed post per Annonem Coloniensem archiepiscopum ultramontanarum partium tunc legatione fungentem, ac universos Italiae presules eadem est controversia direpta, Parmensis abdicatus, Alexander, ut ius erat, confirmatus. Eggilhardus Magdeburgensis archiepiscopus obit, pro quo constituitur Wezelo qui et Wernherus, frater Annonis Coloniensis archiepiscopi. Agnes inperatrix sacrum velamen accepit.

Ekk. 1064. 8. Sigifridus Mogontiensis archiepiscopus, Guntherus Bavenbergensis, Willehelmus Traiectensis aliique quam plures presules vel nobiles multo comitatu Iherosolimam tendentes, grandes infestationes a barbaris perpessi sunt, tandemque perventione optata fruentes, numero et rebus admodum attenuati redierunt.

Ekk. 1065. 9. Guntherus episcopus Bavenbergensis ab Iherosolimis rediens in Pannonia moritur, perlatusque Bavenberg ibi sepelitur, post quem Hermannus ordinatur. Gozwinus comes in episcopio Wirciburgensi tyrannidem exercens, a comitibus Adelberonis presulis occisus est.

Ekk. 1066. 10. Cometes per totum orbem diu apparuit. Eodem anno Anglia per Willehelmum Nortmannicum miserabiliter afflicta, tandemque subacta, ipse rex eius effectus est. Qui mox omnes pene regni eiusdem presules exilio, nobiles vero morti destinavit, mediocres autem suis militibus in servitutem, uxores indigenarum universorum advenis in matrimonium subiugavit[a]. Nam post mortem sanctissimi regis Anglorum Edwardi, contendentibus pro illo regno principibus, Haroldus quidam dux Anglorum, vir maleficus, sceptrum invasit. Hoc frater eius nomine Tostin moleste ferens, contra eum regem Nortmannorum duxit Haroldum, regemque Scottorum, et occisus est ipse Tosti, et rex Hiberniae, et Haraldus cum toto exercitu eorum a rege Anglorum. Vix quoque, ut aiunt, dies octo transierunt, et ecce Willehelmus, cui pro obliquo sanguinis congnomen est Bastardus, ab Gallia transfretavit in Angliam, lasso victori bellum intulit. In quo Angli primo victores, deinde victi, a Nortmanno usque ad finem contriti sunt. Haroldus etiam ibi cecidit et post eum ex Anglis fere centum milia. Bastardus autem victor in ultionem Dei, quem ipsi offenderant Angli, omnes fere monachos et clericos absque regula viventes expulit.

An. Rosenv. Ad. III, 49. 50. 1067. 11. Heinricus Triburi nuptias celebrat. Eodem tempore interfectus est Godescalcus a paganis, quos iugo dominico subicere conabatur. Et quidem vir omni aevo memorabilis magnam partem Sclavoniae conversam habuit ad divinam religionem. Passus est autem in civitate Leontia 7. Idus Iunii, cum presbytero Eppone, qui super altare immolatus est, et aliis multis tam clericis quam laicis, qui diversa ubique pro Christo pertulere supplicia. Ansverus monachus cum pluribus apud Razzisburch lapidatus est; fertur autem idem, cum ad passionem duceretur, flagitasse paganos, ut prius sotii, quos deficere metuebat, lapidarentur. Quibus coronatis, ipse cum Stephano posuit genua gaudens. Iohannes episcopus senex cum ceteris christianis in Magnopoli civitate captus, servabatur ad triumphum. Iste ergo felix pro confessione nominis Christi fustibus cesus, ac per singulas civitates Sclavorum tractus ad ludibrium, cum ab hoc proposito flecti non posset, truncatis manibus et pedibus in platea sacrum corpus est proiectum. Capud vero eius desectum est, quod pagani conto prefigentes in tytulum victoriae deo suo Redigosti immolarunt. Sclavi totam Hammanburch provinciam ferro et igne demoliti sunt, Sturmarii fere omnes aut occisi aut in captivitatem ducti, et in derisionem Salvatoris nostri etiam cruces truncatae sunt.

Ekk. 1068. 12. Heinricus rex adolescentiae usus libertate, solam Saxoniam ex omni Romano imperio cepit incolere, principes despicere, nobiles opprimere, inferiores sustollere, venatui, lusibus, ceterisque huiusmodi exercitiis plus quam iusticiis faciendis, ut accusatus est, operam dare, filias illustrium quibuslibet obscure natis coniugare. His discordiae seminariis contigit regi quam plurimos insidiatores tam regni quam vitae succrescere. Qui tamen cum maturitatis[b] necdum attigisset annos, erant qui tam ipsum quam Adelbertum Premensem archiepiscopum culpandum iudicarent, quod eius consilio haec omnia ageret. Sanctus Cono Treverorum episcopus martyrizatur in deserto loco.

Ekk. 1069. 13. Agnes imperatrix, mater regis Heinrici, tedio affecta vel potius divinitus conpuncta, ducatum Bawariae deposuit, et regni gubernacula penitus spernens pro Christo, Romam se contulit, ibique dignis penitentiae fructibus mira inserviens humilitate, post aliquot annos in Domino migravit.

Ekk. 1070. 14. Dedi marchio non sine principum consilio tyrannidem in partes regias orditur, quae tamen celesti simul et terrena maiestate compescitur, duobus castellis eius a rege destructis, filio suo aequę militari viro a proprio mancipio interempto, ipsoque communi morte finito.

Ekk. 1071. 15. Otto dux Bawariae ducatum amisit. Hic ergo Saxo genere, vir amplissimae nobilitatis, rebusque bellicis perpaucis erat conparabilis et in tanta apud universos primates excellentia habitus, ut rex, qui iam Saxonibus omnino suspectus et invisus erat, ipsum contra se in regni fastigium elevari posse[c] formidaret. Hinc perversitatis materiam arripiens, quidam Egino mediocri loco natus, rebus admodum tenuis, audacia tamen et nequicia satis diffamatus,

a) *in cod. litterae su sequuntur, sed deletae esse videntur.* b) maturatatis *cod.* c) posset *corr.* posse *cod.*

patrocinantibus sibi quibusdam regis fidelibus, curiam irrepsit, et magnum illum heroam, qui se numquam noverat, secum de nece regis tractasse commentatus est, se ipsum etiam, ut mos est, regiae potestati vadem optulit, quousque campionis duello cum duce confligens vera comprobaret, quae retulit. Quid multa? Placitis vel colloquiis regalibus, uno Mogontiae, altero Goslariae condictis, Otto cum Eginone, utpote dux cum latrone, primas cum ignobili congredi contempsit, sua tamen innocentia vel Eginonis inprobitas minime latuit. Sic ducatum Bawariae Otto ut reus maiestatis amisit, quem Welefo quidam illustris et acer atque bellicosus, natu Suewus, accepit; idque principalis discordiae semen in perpetuum preliorum et predarum fructus lamentabiles germinavit. Ekk.

1072. 16. Rex Ottonem usquequaque persecutus, quam plures eius munitiones destruxit, predia vastavit, et ut vere rei publicae hostem omnino eum delere nitebatur. E contra ille militibus electis instructus ipse quoque manu fortissimus animoque nimis efferatus, qui regis copiis confligere non poterat, nunc preda, nunc flammis, nunc etiam ferro, quacumque se fors obtulit, ulcisci suas iniurias non distulit. Ipso namque mediante, non cessat gens Saxonum, ut est animis acerrima, coniurationem adversus regem unanimi conspiratione confirmare, acusationes inauditas ad sedem apostolicam referre, sotiosque sibi ex omni regno Teutonico litteris et nuntiis asciscere. Quorum rex insidiis perterritus Saxonia cessit et in aliis regni partibus agendis rebus institit. Ekk.

1073. 17. Anno Coloniensis episcopus et Hermannus Bavenbergensis Romam missi sunt, pecuniam, quae regi debebatur, congregandi gratia. Qui legatione peracta reversi, litteras Alexandri apostolici detulere, regemque vocantes ad satisfaciendum pro symoniaca[a] heresi, aliisque nonnullis emendatione dignis, quae de ipso Romae fuerant audita. Post haec Saxones adiciunt etiam presidia multa construere, — nec dum enim plures habebat munitiones —, insuper castella quae rex dudum edificaverat, funditus evertunt; inter que precipuum illud castrum, quod Hartesburch dicebatur, diruunt, monasterium et claustrum canonicorum[b], quod ibi erat, multa furentes audatia solo tenus deiciunt, et quod dictu nefas est, innocentis cuiusdam regis filii ibidem sepulti ossa in contumeliam patris de sepulchro proiciunt. Ekk.

1074. 18. Beatae memoriae Alexandro papa defuncto, Hildibrandus, qui Gregorius dictus est, professione monachus et archidiaconus, Romanae sedi successit; sub quo Romana res publica et omnis aecclesia novis et inauditis scismatum erroribus periclitari cepit. Qui cum absque regis consensu solis tantum Romanis[c] faventibus hunc apicem conscendisset, sunt, qui illum non canonice constitutum, set tyrannice papatum sibimet asseverent usurpasse. Pro qua re et a nonnullis episcopis abdicatus est. Hic regem Heinricum crebris nuntiis et epistolis denuo ad synodalia responsa vocavit. Ekk.

1075. 19. Heinricus rex manu valida tam ex Alamannia, quam Bawaria et Germania atque Boemia congregata, Saxones petit, eisque iuxta Unstrot fluvium congreditur; et non modica strage utrimque peracta, tandem victoria potitus revertitur. Ibi Rodulfus dux Alamanniae atque Burgundiae, qui postea regnum tenuit, fortiter cum suis pro rege dimicasse fertur. Anno Coloniensis archiepiscopus plenus sanctitate defunctus est, et in monasterio Sigibergensi, quod ipse construxit, positus. Ekk.

1076. 20. Bernhardus abbas Sancti Iohannis baptistae vita discessit, cui Bernhardus iunior successit. Concilium Wormatiae congregatur, ubi Hildibrandus abdicatur. Eodem itaque anno circa 18. Kal. Oct., colloquium maximum apud Oppenheim factum est, ubi pene totius regni principes, set maxime Saxonum et Alemannorum subiectioni regis renuntiabant, causam pretendentes, quod a duobus apostolicis vocatus ad satisfactionem non venisset, et pro hoc contemptu sententiam excommunicationis in Romana synodo a papa accepisset. Hac commotione coactus rex, humiliter Romam, utpote veniam postulaturus ab apostolico, inimicis non sperantibus, tetendit; inventoque papa in oppido Canusio, ibi per triduum ante portam castri deposito omni regio cultu, discaltiatus et laneis indutus, perstitit; nec prius cum multo fletu apostolicae miserationis auxilium implorare non destitit, quam omnium qui aderant precibus et lacrimis intercedentibus, laxato tandem anathematis vinculo, in communionis gratiam et sinum matris aecclesiae receptus est. Inter haec quae gesta sunt, totus mundus sui commotione testatur. Ekk.

1077. 21. Rodulphus indigena Sueviae, quae regalis omnino stemmatis est aliena, mediantibus Sigifrido metropolitano et Adelberone Wirciburgensi episcopo, Bertolpho quoque duce Carinthiae, ac Ottone aliisque nonnullis principibus in presentia quorundam Romanae sedis legatorum non voluntarie annuentium, apud Forcheum elevatur in regem. A quibus etiam deductus Mogontiam in media 40. 12. Kal. April. a Sigifrido episcopo ungitur in regem. Ubi eodem die pessimo auspicio seditione facta, multa turba vulgi cesa est ab eius militibus, ipse autem cum Sigifrido episcopo Mogontia egressus est in Saxoniam, ubi collecto exercitu copioso, Wirciburgenses regi fidem servantes obsedit, set diversis machinis ad urbis obpugnationem instructis, terrore Heinrici regis, circa Kal. Iul. ab Italia reversi, inacte regreditur. Heinricus vero Alamanniam cum exercitu petit, ibique quendam ex indigenis Hugonem aliosque rebelles expugnat. Berectholdus autem de Zaringon, dux quondam Carinthiae, dum videret impune cuncta vastari, dolore plenus exspiravit. Ekk.

1078. 22. Heinricus rex properanti contra se cum valida manu Rodulpho iuxta Strowi occurrit, initoque bello non pauci utraque parte sternuntur, atque incerta fit victoria. Ubi a vulgaribus hominibus Wecil Magdeburgensis archiepiscopus in fuga occiditur, Magnus dux spoliatur, Hermannus comes, eiusdem Magni patruus, et Adelbertus Wormaciensis episcopus comprehensi, ac plurimi de militibus Saxonicis interempti sunt. Ex parte quoque regis Heinrici Poppo quidam cum plurimis occubuit. Ekk.

1079. 23. Rodulphus rex constituit pro Wernhero Magdeburgensi archiepiscopo Hartwigum eodem die post annum, quo predecessor suus interfectus est. Bellum fit iterum inter Rodulphum et Heinricum, hieme nimis aspera, ubi in primo congressu Saxones terga vertunt. Ibi dux Boemiae Fratizlaus regalem lanceam Rodulphi adeptus est; quae exinde permissione regis Heinrici semper quemvis[d] illius gentis ducatum insignem in omni festiva processione precedit. At rex Heinricus propriis redditus, de armigeris quos reliquerat pene nullum invenit. Una quippe ex legionibus Saxonum castra regis invasit, multosque comprehendens strangulabat, magna rapiens spolia abcessit. Rex autem dimisso exercitu in orientalem Franciam divertit. Ekk.

1080. 24. Apud Brixinam Noricam triginta episcoporum magnaeque partis optimatum regni conventus contra papam Hildibrandum iniuste habetur. Rursum inter H. regem et R. regem [bellum][e] geritur, in quo idem cecidit R., et post paululum ibidem defunctus, a suis Marseburg delatus honorifice ibidem humatus est. Hoc eciam prelio ex parte H. Ratbodo comes regi satis fidus interit. Fertur tamen, prius quam ingressus sit bellum, ad episcopos dixisse: *Videte qui me solium H. regis fecistis conscendere, ut recta via me vestra monita sequentem duxissetis.* Bellum iuxta Fladecheim commissum est, 5. Kal. Febr. 2. feria; ubi Magenfridus comes Magad. interemptus est. Apud Brixinam Noricam 30 episcoporum magneque partis optimatum regni conventus contra papam Hildebrandum iniuste habetur. Bellum iuxta Elstrit committitur Idus Octob. feria 5, in quo Rudolfus rex qui et dux occiditur. Ann. Hild. et Rosenv. Ekk. Ann. Hild. et Rosenv.

a) symmoniaca *cod.* b) *in loco raso.* c) *add. iterum;* tantum *cod.* d) quamvis *cod.* e) *deest cod.*

Ekk. 1081. 25. Rex H. Italiam cum exercitu petit Romamque perveniens, resistente sibi cum Romanis Hildebrando papa, ante castellum sancti Petri castra posuit; ubi etiam crebris per biennium incursionibus urbanorum infestatus, [Ekk. 1083.] parva manu multa viriliter peregit. Interim in Palatino monte munitionem instituens, non paucos, quos in presidio po- [Ekk. 1081.] suerat, ingravescente super eos estatis insueto fervore, amisit, sed et de exercitu multos eadem mortalitas absumit. In vigilia paschae monasterium Babenbergense crematur. Saxones et Alamanni in orientalem Franciam ad colloquium venientes, non sine magna clade eiusdem provincie ad propria redierunt. Bellum geritur inter Alamannos Baioariosque Hoistetetin.

An. Rosenv. Heinricus rex Romam obsedit et Wicbertum papam substituit Gregorio. Bellum inter Liupoldum marchionem et Conradum fratrem ducis Boemie 4. Idus Maii. Item bellum inter Suevos et Bawarios iuxta Danubium in loco, qui [Ekk.] vocatur Hohenstedin, 3. Idus Aug. Monasterium sancti Martini Mogonciae exustum est, et tria monasteria prope posita, [Ann. Hild.] et pene omnis civitas exusta est. Heinricus rex natus est iunior filius.

Ekk. 1082. 26. Herimannus, quidam vir prepotens ac nobilissimus ex Germania, a Saxonibus et Alamannis rex constituitur. Cui cum in suis partibus, hoc est in Lotharingia vel Germania, nemo rebus in bellicis atque diviciis posset equiperari, sumpto regis nomine, tam suis quam alienis cepit in brevi despectus haberi. Udo senior marchio obiit 4. Non. Maii. Monasterium sancti Iohannis baptistae in suburbio Magadeburgensis civitatis consecratum est a Hartwigo archiepiscopo et Godescalco[45] et Giffrodo[46] episcopis.

Ekk. 1083. 27. Herimannus cum paucis orientalem Franciam hostiliter invadit, et per eandem partem visus est quasi [Ann. Hild.] equitum discurrens exercitus, quorum tamen vestigia nullo modo poterant agnosci. Roma ab Heinrico rege capitur, ex- [Ekk. 1084.] pulsoque papa Hildebrando Wicbertus Ravenensis episcopus, qui et Clemens, introducitur, a quo ipse rex et Bertha uxor eius in pascha imperiali benedictione sublimantur.

Ekk. 1084. 28. Defuncto Sigefrido archiepiscopo Magontino Wecil successit. Heinricus imperator de Italia reversus, Augustam ab Alamannis invasam obsedit et cepit.

cf. Ann. Sax. 1085. 28. Nativitatem dominicam egere Herimannus rex Goslarie, Heinricus Colonie, et fluentibus[a] ad eius[47] curiam multis, utpote novi dominii cupidis; Gregorius papa Salerni, eius supplantator Rome. Utriusque dehinc partis primates ob discuciendam tam immortalem controversiam 13. Kal. Februar. apud Percstad Turingiae villam convenerant. Hinc archiepiscopi, Otto Ostiensis a suo Gebehardo Constantiensi digressus, Hartwich Magadeburgensis, et inproperium Christi thesauris Egyptiorum preferens Gebehardus Iuvavensis[b]; episcopi Udo Hildeneshemensis, Burchart Halverstadensis, Hartwich Viridunensis, Guernhere Merseburgensis, Gunthere Cicensis, Benno Misnensis, Heinrich Paterbrunnensis[c] designatus et adhuc tantum subdiaconus. Illinc Liemarus Bremensis, et qui a papa illius partis pallia acceperant Mogontinus, Coloniensis, et quicumque eis faverant eorum suffraganei. Susceperunt defensionem cause hinc archiepiscopus Iuvavensis, illinc Mogontinus legendo, Traiectensis sermonizando. Stabant ut arrectis auribus diverse secularium persone velud in turbulentissimi temporis causa angelico quodam examine discutienda. Iuvavensis exordiens dixit: *Venimus probare, prout condictum est, licitum nobis non esse ut communicemus his qui nobis nunciati sunt excommunicati, et maxime quos[d] papa, possessa absque contradictione apostolica sede, in publica synodo excommunicavit, nobisque et eos a se excommunicatos cum causa excommunicationis et ne eis communicemus, per litteras demandavit.* Hec dicendo, ut fidem verbis daret, mandati eiusdem indices sigillatas apostolici epistolas complures presentat, et obediendum eius edictis, nec communicandum his qui nunciantur excommunicati, euangelica apostolica decretali apostolice sedis presulum et diversorum canonum auctoritate probat. Econtra Traiectensis: *Sentenciae*, ait, *vestrae nullus nostrum refragabitur, sed dominum nostrum, cuius hic causa discutitur, negamus excommunicatum, quia apostolicus iniuste secum egit, excommunicans quem excommunicare non debuit.* Cuius sermocinationem cum Mogontinus iam probaturus esset legendo, Iuvavensis responsum non differens, astipulatur, ex institutis Gelasii et synodorum Nicene et Sardicensis nulli quamvis iniuste excommunicato communicandum ante utriusque partis[e] iustam examinationem, et nisi reconciliato per suum excommunicatorem. Et ecce Mogontinus expectato potitus silencio, legerat capitolum, nullum rebus suis spoliatum ad synodum posse vocari, iudicari, dampnari. Et hoc laicis exponens, testatus est, quia nec potuerit apostolicus excommunicasse dominum illorum, postquam Saxones et aliqui Suevorum ab eo defecerant, magna parte regni spoliatum. Ad haec Iuvavensis[b]: *Capitolum*, ait, *hoc nec universaliter verum, nec huius auctoritate illum, de quo agitis, ab excommunicatione apostolica defensum, facile probaremus; sed de nostro periclitaremur gradu, si contra apostolicorum Gelasii, Nicolai et aliorum multorum edicta apostolice sedis retractaremus iudicia, cum illius sit de omni iudicare aecclesia, nullius de illa. Et ideo cum primum hec indicta est dies colloquii huius, actionem hoc[f] cautele respectu determinavimus, ut de alia re nulla vobis hic respondendum*

a) *i. e.* confluentibus. b) *ita corrigo;* iuuanensis *c. hic et infra.* c) patbrunnensis *cod.* d) *deest in cod.; est in A. S.* e) partem *c.* f) hanc *Ann. Sax.*

45) Havelbergensi. 46) fortasse est Guntherus Niumburgensis. 47) i. e. illius, Herimanni scilicet.

*affirmaremus, nisi catholica lege nos constringi, ut eis non communicemus, quos nobis presul sedis apostolice et a se excommunicatos et ne eis communicemus, certa demandavit legatione. Et hoc, non alio nos pacto ad hunc conventum inductos, vestros huius colloquii testamur mediatores.* Sic istis edicta patrum exorbitare nolentibus, illis quod Rome oportuit esse definitum, in bivio et sub alieno auditore retractari poscentibus, infecto disceditur negocio. Sequenti die Saxones item et Thuringi convenere, scituri, qui secum usque ad sanguinem resisfere, si qui ab eis vellent deficere. Accusantur Uto Hildeneshemensis episcopus et frater eius Conradus et comes Thiedericus, Heinricum hostem eorum infestissimum convenisse et patrie traditionem ei promisisse. Set cum protestati dicerent se nullam adhuc subiectionem Heinrico pollicitos, non negarent autem se ei locutos, expetuntur obsides dare ad certificandum compatriotas de promissa fide. Illis reclamantibus, non esse nominate eorum dignitatis, ut ad patrocinium patrie, cuius ipsi primates et hactenus defensores erant, ab his quorum id minus referret, cogerentur, Thiedericus, egregie dignitatis comes, a quibusdam precipitati impetus interficitur, episcopus et suus frater et eorum complices fugantur. Nec mora, episcopus hanc vindicaturus iniuriam, ad Heinricum Fritislariae sibi obviantem venit, subiectionem ei firmavit. Et ut Saxones sollicitandi et Hermannum deserendi peroraturus mediator esse posset, sacramentum accepit ab Heinrico, si Saxones ad eum converterentur eumque paterno uti regno paterentur, ipse numquam eis illud ius infringeret, quod a tempore expugnatoris eorum Caroli aptissimum honestissimumque habuerant; et si quisquam suorum cum aliquo de Saxonibus contra legem ageret, ipse a die facte sibi proclamationis infra sex septimanas digna illud satisfactione componeret. Iuraverant alii eius primates episcopi et seculares, ut si Heinricus hoc statutum umquam postponeret, ipsi nullum sibi sublementum contra Saxoniam essent. Episcopus mox in sua reversus, compatriotis quod sibi iuratum est promittendo, multos conciliaverat parti cui ipse accessit. Heinricus, ne sibi in tam optata oportunitate ipse deesset, expeditione indicta Saxoniam erat aggressurus. Hermannus ei cum eisdem qui sibi remanserant erat obviaturus, set utriusque collectam impedierat instans tempus septuagesimae, in qua propter iuratam usque in octavam pentecostes Dei pacem nec licitum erat vel arma portare. Designati, alter iam septimo, alter quarto anno, Sigefridus Augustensis, Norbertus Curiensis, consecrati sunt episcopi apud Mogontiam ab illo Mogontino in purificatione sancte Mariae, tenente adhuc magnam partem Augustensis episcopatus Guigone, quem Goslariae Sigefridus archipresul consecravit sub Roudolfo rege. Videres tunc temporis faciem Saxoniae inrevocabiliter alteratam. Qui enim se antea pro solo apostolice sedis patrocinio Heinrico adversatos affirmaverant, qui se ei nisi per suum excommunicatorem, papam scilicet Gregorium huius nominis septimum, reconciliato numquam communicaturos iuraverant, iam obliti[a] papam eundem violenter expulsum, Hermannum regem inhumane destitutum, Heinrico per crebras legationes non solum communicant, verum etiam imperatorem, quamvis ab excommunicato consecratum, appellant, in captanda eius benivolencia altero alterum preoccupante, et illum sibi ipsi defuturum iudicante, quicumque Heinricum, iam Saxonia et integritate Teutonici regni potiturum, sibi debitorem suae restitutionis non faceret. Conspirans quippe omnis fere Saxonia, tanto excommunicatum reposcit affectu, quanto prius nondum excommunicatum expulit impetu. Reclamant archiepiscopi cum episcopis, set narratur fabula surdis, utpote tunc defunctis qui robustioris etatis et ingenii erant, Ottone scilicet qui dux erat Bawariae, Udone marchione, Thiederico comite, Saxonici principatus cesserint fluctuanti pueriсiae. Cuius multis allecti promissis, hec concordat sentencia, nullatenus alicui eorum interesse, ut Heinricus per eos avito exheredetur imperio, cum ipse experta Saxonum vi correctus, eos velit securos reddere de numquam infringendis patriis eorum legibus; nec bellandi causam[b] superesse, expugnato propter quod pugnavere. Hac negotiorum executione pacifica exspectatur statutae pacis terminus, estas scilicet media. Notum est, quod eandem sentenciam **Wezelonis Moguntini episcopi**, regis adversarii tanto insequebantur zelo, ut habito postmodum in Kviddelingeburch concilio, ubi Otto episcopus Hostiensis interfuit, legatus Hildebrandi Gregorii, ipsam nimium ventilantes heresin Wezelonis, ipsumque, quod dictu nefas est, heresiarcham appellarent, contra fidem scilicet illum dogmatizasse culpantes, quod, quamdiu quis suis spoliatus sit rebus, divinis non subiaceat legibus. Synodus Mogontiae habetur, cui interfuit Heinricus, ubi presentibus legatis Wicberti heresiarchae et Romanorum, omnes sibi rebelles episcopi deponendi iudicantur. Hic eciam communi consensu atque consilio constituta est pax Dei. Non multo post substitutis ab imperatore per parrochias abdicatorum presulibus, in locum Adelberonis

Febr. 2

Ekk. cod. A

a) oblati *cod.* b) *deest cod., habet A. S.*

Ekk. cod. A. cf. A. Sax. Meinhardus, conversatione probabili, litteris eciam et ingenio atque facundia nulli pene secundus Wirciburchensis ecclesiae presul ordinatur. Eodem anno circa estatem ipse Heinricus in Saxoniam venit, et castris positis iuxta Magadaburch in pratis virentibus, cum optimatibus suis intravit urbem, ibique susceptus est regio more. Set quia propter metum ipsius advenientis archiepiscopus Hartwigus cum Halverstadensi episcopo et Hermanno rege ad Danos abierat, sicut prius animo conceperat, in locum illius Hartwigum abbatem Herfeldensem substituit, et pro Burchardo Halverstadensi Hamozonem eiusdem ecclesiae canonicum constituit, avunculum Lothowici comitis de Turingia. His ita gestis, illoque abeunte, episcopi a Dania regressi sunt, et ipse Heinricus cum illis superpositis mox de patria effugatus est. Ekk. Hildibrandus qui et Gregorius uti[a] apud Salernam exulatus moritur, et ibidem in ecclesia sepelitur; cui Northmannorum et Mecthildis potentissime per Ytaliam feminae, cunctorumque eiusmodi sectam emulantium assensu Desiderius, cardinalis Romanus et abbas Casinensis, verus Christi famulus, licet multum corde simul et corpore renitens, substituitur, Victor nominatus. Etenim cum infirmitate gravi laborans, ad summum hunc apicem invitus, immo captivus, proveheretur, precibus optinuit, ut infra non multos dies ex hac vita tolleretur. Post hec per eosdem electores et ordinatores Otto, Ostiensis episcopus, eidem officio delegatur. Recepto iam a Saxonibus pacifice Heinrico, quidam Eggibertus marchio, regis etiam propinquus, armis strennuus et animosus atque ditissimus iterum in Saxonia contra regem tyrannidem suscitavit. His rex cognitis, in Franciam propere rediit.

Ekk. 1086. 30. Heinricus Saxoniam vastat. Wirceburc a Saxonibus et Alamannis obsidetur. Ad quam liberandam Heinricus copiosum tam peditum quam equitum congregat exercitum, et iuxta Bleichfelt pugna commissa, ab hostibus victus fugatur. Ab ipsis urbe mox occupata, episcopus Adelbero introducitur, relictoque cum eo militari presidio, ad propria quisque proficiscitur. Set paulo post eadem urbs ab Heinrico recipitur, expulsoque Adalberone cum suis, Meginhardus intronizatur.

Ekk. Ann. Hild. An. Rosenv. 1087. 31. Hermannus regis nomine deposito, permissione tamen Heinrici ad propria reversus, post paucos dies in cuiusdam oppidi obsidione[b] interiit. Bertha imperatrix obiit. Pestilencia facta est. Heinricus marchio obiit.

Ekk. 1088. 32. Obiit Bertha imperatrix. Buggo Halverstadensis episcopus Goslarie in quadam seditione occiditur. Augusta urbs Suevorum insidiis in cena Domini capta, secunda feria pasche destruitur, et Sigefridus eiusdem urbis episcopus custodie mancipatur. Wigoldus, eiusdem ecclesie invasor, intra paucos dies moritur. Meginhardus Wirciburch episcopus obiit. Cui successit Emehardus adhuc Adelberone vivente. Wecil archiepiscopus Mogontinus obiit, cui Ruother successit.

Ekk. An. Rosenv. 1089. 33. Obiit Otto Radispone, pro quo Gebehardus adolescens constituitur. Imperator Colonie nuptias celebravit, quandam Utonis marchionis viduam, filiam regis Ruzorum, ducens uxorem. Post hec congregato exercitu oppidum quoddam Ekberti marchionis, quod Glichi dicitur, in Thuringia positum, nimis firmum obsedit. Quem Ekbertus, suis confidens, in vigilia natalis Domini, quia iam magna pars primatum ob diem festum abierat, audacter invadit, et naviter primo resistentem tandem cedere compellit. Ibi Burchardus Losanne episcopus, qui ea die sacram imperatoris lanceam ferebat, occisus est. Welf iunior habitu peregrini Italiam ingrediens, Mathildam accepit uxorem; hanc prius habuit Godofridus dux gibbosus.

Ekk. An. Rosenv. Ann. Hild. 1090. 34. Heinricus imperator rursum Italiam ingreditur. Predictus Ekbertus marchio a quibusdam imperatoris fidelibus in quodam molandino pausandi gratia deprehensus turpiter occubuit. Heinricus natale Domini Ratispone celebravit. Spire conventum habuit de agenda pace. Herrandus abbas, qui et Stephanus, Halverstadensis[c] episcopus electus est. Huizmannus Spirensis episcopus obiit, pro quo Iohannes constituitur. Ludolfus dux obiit; item Bertolfus dux, filius Ruodolfi; Hermannus Metensis episcopus obiit. Adelbero vicesimus post beatum Burchardum sacrosanctae Wirceburcgensis ecclesie episcopus, defuncto domno Brunone 3. Kal. Iulii constitutus, vixit post acceptum episcopatum anno 45, menses 3, dies 7, substitutis duobus tamen episcopis Meinhardo iuniore et Emehardo. Obiit 2. Non. Oct. in predio patris sui, sepultus in monasterio sui Lambach, ubi in pace requiescit. Hermannus Mettensis obiit.

Ekk. Ann. Hild. 1091. 35. Visi sunt per multas regiones vermiculi nimis ignoti, non longe a terra volantes, hoc est ut vel manu vel virga tangi possent, grossitudine quidem muscis equales, sed longitudine deductiores; quorum tam infinitus extitit exercitus, ut unum pene miliarium in latitudine, 2 vel 3 in longitudine viderentur occupare, densitate vero sua ipsam solis lucem terris denegare. Per quam prodigiosam visionem, que post quadrigennium facta est Iherosolimam tendentium profectionem quidam interpretantur prefigurari. Mahtilth de Longabardia Heinrico regi rebellat.

Ekk. 1092. 36. Pestilentia magna fit hominum atque pecudum. Hoc anno[48] presidente Romane ecclesiae Urbano pontifice, ipso ortante et domino nostro Iesu Christo cooperante, ab omni populo christiano sanctae Ierosolimitane viae cepit esse origo, regnante Heinrico imperatore in Germania, in Francia rege Philippo.

Ekk. An. Rosenv. (A. Hild.) 1093. 37. Conradus, filius imperatoris, patri suo rebellat. Visus est splendor quasi facula volans per aerem ab oriente. Emehardus ordinatur 6. Kal. April. Eclipsis solis facta est tertia hora diei, et visus est draco. Fratrislaus dux Boemie in venatu de equo cadens, subitanea morte recessit.

Ekk. 1094. 38. Ecclesia mortalitate inmensa incredibiliter est devastata, insuper pestilentia turbinibus ymbrium inundationibus et diversis cladibus nimium afflicta. Saxones et Thuringi inter se pugnaverunt.

Ekk. Ann. Hild. 1095. 49. Lidizlaus rex Pannonie misericordie operibus plenus in Domino vitam finivit. Item Luppoldus marchio et Heinricus palatinus comes obierunt. Sophia ductrix pie memorie 14. Kal. Iunii obiit.

Ekk. 1096. 40. Welf, dux antea Noricus, qui ab Heinrico iam dudum abiuraverat et ob id ducatum perdiderat, in gratiam eius redit, ducatumque recipit. Signum in sole apparuit 5. Non. Marcii, id est secunda feria inicii quadragesimae; diversa quoque prodigia mundus parturisse ubique referebatur. Mox ex omnibus pene terrae, set maxime ab occidentalium regnorum partibus[d], tam regum et nobilium quam eciam vulgi utriusque sexus innumerabiles turmae armata manu Iherosolimam tendere ceperunt, excitati scilicet in zelum frequentibus nunciis super oppressione Domini et sepulchri ac desolatione omnium orientalium ecclesiarum, quas gens ferocissima Thurcorum per aliquot annos suo subactas dominio inauditis

a) *ita cod. loco* VII. b) obsione *cod.* c) halverstat *corr.* halverstadensis *cod.* d) *add. ex Ekk.*

48) imo a. 1095.

calamitatibus iam iamque deleverat. Quibus, ut dictum, subventuri, sicut diversis agminibus, ita diversis et incertis Ekk. plerique ducibus properantes, primi quendam Petrum monachum sequentes 15 milia estimata, per Germaniam indeque per Bawariam atque Pannoniam pacifice transierunt, quam plurimi navali per Danubium, vel per Alamanniam pedestri itinere, alijque 12 milia per Saxoniam atque Boemiam a quodam Folcmaro laico et prius incluso, itemque nonnulli a Godescalco presbytero per orientalem Franceam ducti, qui et ipsi nefandissimas Iudeorum reliquias, ut vere intestinos ecclesie hostes, per civitates quas transibant aut omnino delebant, aut ad baptismatis refugium compellebant. Plurimis exinde manubiis onusti Pannoniam vel Ungariam attingentes, quibusdam seditionibus, ut videbatur, indigenis invisi facti, re autem vere facultatum suarum abundantia eosdem semibarbaros in avariciam accendentes, iussu regis eorum Colomanni dolis potius quam armis capti, plurimi morte multati, pauci armis et rebus nudati, fugam pro maximo lucro reportabant; quamvis et amplissima utriusque[a] sexus multitudo a quodam ......[b] militari seducta, vel potius ut Israeliticus quondam exercitus spiritu fornicationis decepti, paucis sibi Pannonie ingressum in presidio Miseburch obstantibus, fuga nemine persequente repatriaverunt. Hoc anno aliquid antea nec visum nec auditum seculis imminere, signis e celo An. Rosenv. presagabatur frequentius, de quibus unum ponatur, ut de reliquis fides certior habeatur. Die quadam advesperascente, sicut hi, qui videre, testati sunt, nulla in aere apparente nubecula, diversis in locis globi ut videbatur ignei emicuerunt, rursumque alia in celi parte se condiderunt. Quod non ignem, set angelicas fuisse virtutes animadversum est, vagatione sua eam quae postea totum pene corripuit occidentem significans commotionem et de locis suis populi praemonstrantes profectionem. Ut ergo hec manifesta fierent quae signa portenderent, quidam cui Petrus nomen erat, in finibus emersit Hispaniae, qui ut ferebatur primum reclusus, inde claustris exiens, predicatione sua totam commovit Provinciam, et non solum viros plebeios, verum etiam reges, duces ceterasque mundi potestates. Ad maiora veniam, episcopos, monachos reliquosque ecclesie ordines, ut se sequerentur, persuasit, quandam circumferens cartulam, quam de celo asserebat lapsam, quaque continebatur universam de cunctis mundi partibus christianitatem Ierosolimam armis instructam migrare debere, indeque paganos propulsantem eam cum finibus suis in perpetuum possidere; hocque de illo euangelii testimonio confirmabat, ubi Ihesus destructionem[b'] urbis illius faciens sermonem sic conclusit: *Et Ierusalem*, inquit, *calcabitur a gentibus, donec impleantur tempora gentium*. Consentientibus igitur dictis illius omnibus, regna rectoribus, urbes pastoribus, vici vastantur habitatoribus; non tantum viri seu pueri, sed et mulierum quam plurimae iter hoc sunt aggressae. Iudei baptizari com- Ann. Hild. pulsi sunt, renuentes inmensa cede profligabantur. Apud Mogontiam Iudei numero virorum ac mulierum et infantum mille et 14 interfecti sunt, et maxima pars civitatis exusta est. Iudei per diversas provincias christiani facti sunt, et iterum a christianitate recesserunt.

1097. 41. Heinricus imperator ab Italia Radisponam Bawariae urbem venit, ibique aliquamdiu moratur, et Iudeis, Ekk. qui baptizati fuerant, iudaizandi ritum concessit. Interea Godefridus dux Lotharingiae, vir genere, armis et ingenio clarissimus, qui dudum et priori anno, cunctis que possederat in precia redactis, militibus copiosis fideque non modica instructus, iter per orientalem fecerat, neque ab Ungaria fugientibus territus, set tam imperatoris Heinrici, quam regis Colomanni permissione Pannonias Bulgariamque permearat, Constantinopolitano federatus imperatori, eiusque presidiis fultus Romaniam attigit, ibique sociatis sibi tam Sicilie quam Greciae, Danorum, Normannorum ceterorumque transmarinorum exercitibus, immo universorum Christum colentium auxiliis frequenti aggressu barbaros atterere cepit. Etenim Ekk. cod. A 1098 cum, capta Nicea civitate, exercitus inde discederet, plus quam 300 milia armatorum ibi fuerunt, et licet hec tanta multitudo universam Romaniam occupare, flumina epotare, depascere segetes omnes una die posset, tamen cum plenitudine tanta eduxit eos Dominus, ut de ariete nummus, et de bove vix 12 acciperentur. Preterea etsi principes et reges Saracenorum contra eos surrexerunt, Deo volente facile victi et conculcati sunt. Ob hec itaque feliciter acta quia quidam intumuerant, opposuit illis Deus Antiochiam, urbem humanis viribus inexpugnabilem, ubi per novem menses detentos in obsidione eiusdem ita humiliavit, ut omnis superbiae eorum tumor in humilitatem recurreret. Illis igitur sic humiliatis, ut in toto exercitu vix centum equi boni reperirentur, aperuit Deus copiam sue benedictionis et misericordie, induxitque eos in civitatem atque Turcos et omnia eorum potestati suorum tradidit. Cumque hec quasi viribus suis acquisita optinerent, nec Deum, qui haec contulerat, digne magnificarent, a tanta multitudine Saracenorum obsessi sunt, ut nullus de civitate egredi auderet. Preterea fames ita in civitate invaluit, ut vix ab humanis carnibus se aliqui continerent. Respiciens autem Dominus populum, quem tamdiu flagellavit, benigne consolatus est eum. Itaque primum quasi pro satisfactione tribulationum lanceam suam munus invisum a tempore[c] pignus victoriae illis optulit. Deinde corda hominum adeo animavit, ut et ipsis, quibus egritudo vel fames ambulandi vires negaverat, arma sumendi et viriliter contra hostes dimicandi virtutem infunderet. Exin cum triumphatis[d] hostibus fame et tedio exercitus deficeret Antiochie maxime propter discordias principum, in Syriam profecti Barram et Marram, urbes Sarracenorum, expugnaverunt, castellaque regionis optinuerunt. Conradus patri suo Heinrico rebellat imperatori, et ob hanc iniuriam iuniori filio suo regnum Ann. Hild. iniungit. Magontiae conventum de instituenda pace habuit, et natale Domini apud Argentinam celebravit. An. Rosenv.

1098. 42. Cum in Syria populus Dei moram[e] facere disposuissent, tanta fames fuit, ut corpora Saracenorum Ekk. cod. A. iam fetentium nonnulli commederent. Proinde cum divino monitu in interiora Hispaniae progrederentur, largissimam, misericordem et victoriosam manum omnipotentis patris secum habuerunt. Cives namque et castellani regionis, per quam procedebant, ad eos cum multis denariis legatos premittebant, parati servire et oppida sua reddere. At illi, qui iam exercitum non multum habebant, qui et ipsi unanimiter in Ierusalem festinabant, acceptis securitatibus, tributarias eas fecerunt, quippe cum unaqueque de multis civitatibus, que in maritimis illis sunt, plures homines haberet, quam in illorum exercitu fuissent. Conradus comes de Hoenburch regi rebellat, idcirco expulsus est. Rothardus archiepiscopus Ann. Hild. Mogontinus gratiam regis perdidit, et simulata indignatione clam ab urbe discedens in Thuringiam venit[f]. Cum auditum esset An. Rosenv. Ekk. cod. A. Antiochiae, Loodicie et Robas, quia manus Domini esset cum populo suo, plures de exercitu suo, qui ibi remanserant, consecuti sunt eos apud eos[g]; sicque Deo conviatore et cooperatore cum ipsis, ab[h] Ierusalem usque pervenerunt. Cuius in obsidione cum exercitus laboret, maxime propter aquae inopiam, habito consilio episcopi et principes circinandam esse civitatem nudis pedibus predicabant, ut ille, qui pro suorum salvatione eam humiliter ingressus est, pro se humiliatis ad faciendum de suis hostibus iudicium aperiret. Qua Dominus humilitate placatus, 8. die post humiliationem civitatem cum suis hostibus illis tribuit, eo videlicet die, quo primitiva ecclesia inde abiecta fuit, cum festum de dispersione apostolorum a multis fidelibus celebratur. Et si quis scire desiderat, quid de hostibus ibi repertis factum fuerit, sciat quia in porticu Salomonis et in templo eius christiani equitabant in sanguine Saracenorum usque ad genua equorum. Inde cum ordinatum esset, qui civitatem retinere deberent, et alii amore patriae et pietate parentum suorum

a) veritusque *cod.* b) *dimidiae lineae spatium vacuum relictum; desunt vocabula* Emichone viro. b') de destructione *Ann. Rosenv.* c) *deest cod. spatio relicto,* apostolorum *suppl. L.* d) tri ....... *cod.* e) *deest cod.* f) *hic* 1. *perperam annum novum orditur, his verbis:* Annus Domini 1099. Heinrici 43. g) apud Tyrum *Ekk.* h) ad *Ekk.*

Ekk. cod. A. redire voluissent, nunciatum est eis, quod rex Babiloniorum Ascalonem venisset cum innumerabili multitudine paganorum ducturus Francos qui Ierosolimis erant in captivitatem et expugnaturus Antiochiam, sicut ipse dixerat. Aliter autem Dominus statuerat de suis. Ita cum in veritate comperissent, exercitum Babiloniorum Ascalone esse, contenderunt obviam illis, relictis sarcinis et infirmis suis in Ierusalem cum presidio. Cumque exercitus Dei hostes conspexisset, genibus flexis adiutorem Deum invocaverunt, ut qui in aliis suis necessitatibus legem christianorum confirmaverat, in presenti bello confractis viribus Sarracenorum et diaboli, regnum Christi et ecclesie a mari usque ad mare usquequaque dilataret. Nec mora, clamantibus ad se Deus affuit, atque tantas audacie vires subministravit, ut qui eos in hostem currere videret, fontem aque vivae sitientem cervum segnem adiudicaret; miro videlicet modo, cum in exercitu eorum non plus quam 5 milia militum et 15 milia peditum fuissent, et in exercitu hostium 100 milia equitum et quadraginta milia peditum esse potuissent. Tunc mirabilis in servis suis Dominus apparuit, cum antequam confligę[a], pro solo eorum impetu hanc in fugam multitudinem vertit, et omnia eorum diripuit, ut si deinceps illis repugnare vellent, non haberent arma in quibus sperarent. De spoliis vero non est querendum quantum captum sit, ubi thesauri regis Babiloniae occupati sunt. Ceciderunt ibi plus quam 100 milia armatorum gladio. Timor autem eorum tantus erat, ut in porta civitatis ad duo milia suffocati sint. De his vero qui in mari interierunt non est numerus; spineta eciam ex ipsis multos optinuerunt. Pugnabit[a*] certe orbis terrarum pro illis, et nisi spolia castrorum ex ipsis multos optinuissent, pauci essent de tanta multitudine hostium, qui renunciare potuissent de bello. Pridie autem quam bellum fieret, multa milia camelorum, boum et ovium cecidit exercitus. Cumque iussu principum hec populus dimisisset, ad pugnam progrediens mirabile dictu multas et multiplices turmas cameli fecerunt, similiter boves et oves. Hec autem animalia cum eis comitabantur, ut cum stantibus starent, cum procedentibus procederent, cum currentibus currerent[b]. Nubes etiam ab estu solis eos defenderunt et refrigerabant. Celebrata itaque victoria, reversus exercitus Ierusalem, et relicto ibi Godefrido duce, Regimunt comes Sancti Egidii et Ruotbertus comes Normanniae et Ruotbertus Flandrensis Laoditiam reversi sunt; ibi classem Pisanorum et Boimundum invenerunt. Cumque archiepiscopus Pisanus Boimundum et dominos[c] reliquos concordare fecisset, regredi cf. Ekk. 1099. Ierusalem pro Deo et fratribus comes Regimundus disposuit. Urbanus papa obit, et in ecclesia sancti Petri sepultus est, cui post paucos dies Reinherus cardinalis et abbas de Sancto Clemente, vir boni testimonii, in sedem apostolicam, ultra quam credi potest renitens, a Romano clero et populo substitui- cf. Ekk. 1101 p. 220 tur, et octavo[49] die electionis suae iuxta morem consecratus, Paschalis appellatur. Visus est globus igneus mire magnitudinis ab occidente in orientem per aerem deferri.

Ekk. 1099. 43.[d] Heinricus inperator natalem Domini Colonie celebravit, in epiphania vero Aquisgrani filium suum iuniorem Heinricum quintum regem fecit, reprobato maiore filio Cuonrado, quem prius coronaverat; ipse vero per quas- Ann. Hild. dam Italiae partes et nomen et dignitatem regis annis fere 9 optinuit. Pascha Radispone celebravit, ubi isdem diebus mortalitas magna eoritur, in qua Rathbodo palatinus comes cum aliis innumerabilibus moritur. Conradus Traiectensis episcopus 4. feria paschae a negotiatore Fresico crudeliter occiditur, cui Burchardus successit.

1100. 44.[e] Fames magna per multas regiones invaluit. Mortalitas eciam non modica An. Rosenv. subsecuta est. Congregatio Hilsineburgensium monachorum Friderico Halverstadensi invasori et excommunicato Ann. Hild. subdi et obedire recusans, hac de causa ab ipso coacta est claustrum egredi. Udo marchio et alii plures Saxonum barbaros qui Liutici vocantur invasit, et urbem quae Brandeburch dicitur obsedit et honorifice cepit. Hiemps[f] dura. Obiit Godefridus dux apud Ierosolimam, qui exercitum christianorum regebat, pro quo frater eius Baldewinus ad regendum populum constituitur. Rex Wilhelmus de Anglia sagitta interfectus est; Heinricus vero frater eius in eodem loco pro remedio animae suae volens monasterium construere, apparuit ei, et duo dracones ferentes eum, dicens, nichil sibi prodesse, eo quod suis temporibus omnia destructa essent, que antecessores sui in honorem Domini construerent.

Ann. Hild. 1101. 45.[g] Imperator natalem Domini apud Mogonciam celebravit. Ibi multi principes convenerunt, et consilium imperatori fecerunt, ut Romam mitteret nuncios propter unitatem ecclesiae, et papam constituere secundum electionem Romanorum et omnium ecclesiarum. Comes Heinricus gratiam imperatoris[h] acquisivit, et ipse imperator marchiam Fre- cf. Ann. Sax. sonum sibi tradidit. Qui statim illuc pergens cum uxore sua, ibi interfectus est, et illa vix evasit. Imperator Leodio pascha celebravit, filius eius iunior gladium accepit. Heinricus comes regi rebellat et Theodoricus comes; idcirco castellum suum Lintburch obsedit et fregit, postremo ipse An. Rosenv. comes se in potestatem regis dedit. Congregatio monachorum apud monasterium sanctae Dei genitricis Mariae in Rosenvelde cepit institui, et domnus Wernerus abbas primus Ekk. electus est[i]. Conradus rex adolescens, nono postquam a patris palatio discesserat anno, inmaturo preventus occasu, plena fide et bona confessione migravit Mahthildis magnae illius et nobilissimae .......[k].

An. Rosenv. 1102. 46.[l] Hoc idem monasterium, libertati concessum, a marchione Udone et a matr ipsius et fratre datum est Romae sancto Petro. Hartwigus Magadaburgensis archiepiscopus obiit subitanea morte, cuius intestina apud Sanctum Iohannem, reliquum corpus in ecclesia sancti Mauricii sepelitur. Huic successit Ekk. Heinricus eodem anno electus a clero et populo. Ruotbertus episcopus Babenbergensis obiit; cui per imperatorem Heinricum Otto, cancellarius eius, substituitur, vir bene religiosus.

An. Rosenv. cf. Ekk. 1103. 47.[m] Couno comes occisus est, Heinricus de Ilburg marchio obiit. Principes Saxoniae contra Udonem marchionem congregantur, et Alesleve obsident. Patria ab utraque parte nimio incendio vastatur.

An. Rosenv. (cf. Ekk.) 1104. 48.[n] Heinricus imperator natalem Domini Radispone celebravit, ubi comes Sigehardus a militibus regis occisus est. Monasterium in Alesleve igne flagravit. Humbertus Bremensis episcopus obiit, cui successit Fridericus.

a) confligerent *Ekk.* a*) Pugnabat *Ekk.* b) current *cod.* c) dn̄s *cod.* alios *Ekk.* d) Annus Domini 1100. Heinrici 44. 1. e) Annus Domini 1101. Heinrici 45. 1. f) hieps *cod.* g) Annus Domini 1102. Heinrici 46. 1. h) perdidit *scr. sed del. cod.* i) *haec postea scripta esse videntur.* k) *ø post additum est, quae desunt vid. ap. Ekkehardum.* l) Annus Domini 1103. Heinrici 47. 1. m) Annus Domini 1104. Heinrici 48. 1. n) Annus Domini 1105. Heinrici 49. 1.

49) imo sequenti.

Counradus adolescens, filius Beatricis marchisie, postquam spretis litterarum studiis, quibus adprime inbutus erat, armis [Ekk.] operam dedit, iuxta Christi praesagium quia gladium accepit, gladio periit. Nec multo post etiam ipsa Beatrix obiit, iuxta patrem suum Ottonem ducem castello Suinfurti sepulturam accepit.

1105. 49.[a] Heinricus, Heinrici imperatoris filius, cepit regnare vivente patre. Voluit autem Saxoniam [An. Rosenv] propter quosdam catholicos hostili manu invadere, quod minime potuit, quia filius eum detestabatur, quemadmodum et cuncti fideles, quia denunciabatur excommunicatus ab apostolicis Gregorio, Urbano, Paschali. In ipsa autem expeditione, qua Saxoniam moliebatur intrare, filius quadam nocte de exercitu eius cum paucis aufugit. Hac igitur iniuria stimulatus pater, infecto negocio revertitur. Ille vero Sueviam petens, a legato Romano, scilicet Gebehardo Constantiensi episcopo, de excommunicatione est absolutus, et matris aecclesiae gremio restitutus. Inibi ergo ecclesiasticis rebus satis prudenter ordinatis, assumpto secum legato Romano, Bawariam Saxoniamque adiit, invasores sinodaliter deposuit, reliquos vero[b] heresiarche ab officio suspendit, ac subiacere examini domni apostolici coegit. Rothardus Mogontinus archiepiscopus proprie sedi restituitur. Heinricus Magadaburgensis archiepiscopus consecratus est a Gevehardo Constantiensis ecclesie episcopo[c], qui erat legatus apostolici et a suffraganeis Magadaburgensis ecclesie. Fridericus dux Swavorum[d], cui nupserat filia imperatoris Heinrici, obiit.

Annus Domini 1106. Heinrici iunioris 1.[e] Heinricus rex natale Domini Mogontie celebravit, ibique conventum habuit de [An. Rosenv] rebus agendis. Communicato consilio principum presentavit sue curiae patrem, ibique multis suasionibus ac precibus aggreditur. Qui tandem confessus est, se innodatum vinculo anathematis apostolice maledictionis. Expleta autem confessione, celesti regi et apostolico nuncio nec non et principibus ibi astantibus lanceam atque coronam omniaque ornamenta regalis dignitatis restituens, visitare limina apostolorum vovebat, atque in decretis et preceptis domni apostolici perpetua stabilitate permanere. Et licet hoc peregisset, tamen nequaquam ea quae pacis sunt a filio adipiscitur. Nam inter ceteras eorum dissensiones accesserunt quidam manu valida occupare Leodium, ubi tunc pater consederat iam regno destitutus. Fautores vero patris ex hoc incitati, eruperunt de sedibus suis, irruentes super ipsos repente. Qui terga verterunt, et precipitio fluminis interiit multitudo maxima eorum. Cometa visa est. Eodem anno Ludegerus marchio qui et cognomine Udo, habita conventione cum Magno duce et Bremensi episcopo, vehementi infirmitate repente cepit laborare. Qua ingravescente, ad locum qui dicitur Rossevelden deportatus, ibi vitam finivit. Rudolfo, fratri illius, commissa est marchia per 8 annos a Heinrico rege, ut nutriret filium eius Heinricum. Gebehardus Hirsungiensis abbas obiit, pro quo Bruno constitutus est. Obiit Magnus dux, cuius ducatum optinuit Lutgerus comes. Heinricus iunior Coloniam obsidet ad iniuriam patris. Interim pater eius Heinricus imperator Leodio 7. Idus Aug. moritur, et Spire sepelitur. Thiedericus comes de Kathalanburg obiit.

1107. 2.[f] Heinricus Magadaburgensis archiepiscopus obiit, cui Adelgotus eodem anno successit. [An. Rosenv] Heinricus rex, dum in Goslariensi oppido conventum habuisset, et iura regni prout[g] voluisset disposuisset, subito nimia tempestas et horribilis fulgurum et choruschationum et tonitruorum exorta, regem et omnem populum perterruit. Adeo enim vehemens fuit, ut ensem regalem tempestas perstringeret, partem non modicam in acumine cum balteo clippei regalis absumeret, coriumque interius eiusdem clippei per partes in rugam contraheret. Deinde rex Flandriam cum valida manu intravit, ferro et igne cuncta domans, Ruobertum eciam comitem cum omni populo subiugavit.

1108. 3.[h] Heinricus rex Pannoniam cum exercitu aggreditur, ubi ob infidelitatem quorumdam nichil memorie [An. Rosenv] dignum ab eo agitur. Eodem anno Boemiorum fere ad tria milia a proprio duce sunt necati. Dedicatio basilice sancte Dei genitricis in Rossevelde. Obiit Sifridus comes.

1109. 4.[i] *Rothardus Magontinus archiepiscopus obiit, cui successit Adalbertus. Heinricus rex Poloniam cum [An. Rosenv] exercitu ingreditur, eamque preda et incendio depopulata revertitur. In illa expeditione dux Boemicus nomine Zuedebolt inter suos furtive occiditur. Monasterium canonicorum Hamersleve inchoatur.

1110. 5.[k] Gebehardus Constantiensis episcopus obiit. Oda marchionissa obiit. Hec fuit filiastra Ottonis [An. Rosenv] ducis de Northeim, qui ut predictum est ex matre ipsius Richeza nomine tres filios procreavit et filias 3, ex quibus unam nomine Ethilindam accepit Welfus dux Bawariae, et postquam illam repudiavit, duxit eam Hermannus de Calverla, genuitque illa Hermannum comitem. Secunda nomine Ida nupsit Thiemoni comiti de Witin, peperitque illi duos filios Dedum comitem et Cuonradum marchionem. Torciam vero sumpsit Cuonradus comes de Arnesberch, quae dicta est[l] . . . ., genuitque ex ea Fridericum comitem. Heinricus rex Italiam [An. Rosenv] valida manu ingreditur, eiusque oppida castella municipia ferro ignique depopulatur. Prepositura in Hildesleve mutatur in abbaciam, ubi primus ordinatur Alvericus abbas.

1111. 6.[m] Heinricus rex Romam pro imperiali benedictione pergens, datis et acceptis obsidibus pacifice a Romanis suscipitur. Postquam vero ingressus est urbem, rupit pacem, ac multos trucidans, domnum papam cum aliis principalibus viris cepit, ab eo extorquens regnandi privilegium ecclesiastice fidei contrarium. Set domnus Paschalis pontifex concilio habito [An. Rosenv] decretum promulgavit, seque adcompleturum cum iusticia et auctoritate affirmavit, scilicet ecclesias decimis et oblationibus contentas, regem vero predia et regalia a Karolo eiusque successoribus aecclesiis collata recipere et detinere, ea conditione ne pontifices regali manu anulo et virga investirentur. Cum vero rex supradicte propositioni annueret, si confirmaret promissa, ecce repente ortum est bellum, et sicut predictum est, cesus est populus Romanus maxima contricione et captivatus, ipso papa detento cum cardinalibus et clericis, populis nimio terrore dispersis. Rex vero potita victoria, misit ad papam inprecans reconciliationem, quod adipiscitur, relaxata captivitate, atque diadematis inpositione ab

a) Annus Domini 1106. Heinrici iunioris 1. 1. b) fautores *add. ex Ann. Rosenv.* c) ēpē *cod.* d) *superscr. cod.* e) Annus Domini 1107. Heinrici iunioris 2. 1. f) Annus Domini 1108. Heinrici iunioris 3. 1. g) prout ut *cod.* h) Annus Domini 1109. Heinrici iunioris 4. 1. i) Annus Domini 1110. Heinrici iunioris 5. 1. k) Annus Domini 1111. Heinrici iunioris 6. 1. l) *sic cod. lacuna haud indicata.* m) Annus Domini 1112. Heinrici iunioris 7. 1.

An. Rosenv. eo coronatus imperator et augustus efficitur. Exegit autem ab eo privilegium, ut investitura ad ipsum episcopatuum pertineret, et nisi ab eo investirentur, a nemine consecrarentur; sicque roborata amicicia vicissim cum pace revertitur.

An. Rosenv. 1112. 7.[a] Paschalis papa congregato 125 episcoporum et plurimorum catholicorum cetu, favore ipsorum promulgavit edictum, ne aliqua spiritalis dignitas regali manu investiretur, cassans omnia dicta scriptaque privilegii prioris, ducens privilegium ab imperatore per violentiam extortum non debere dici privilegium set pravilegium, quod noscitur ad redemptionem captivorum factum fuisse, et ne quid auctoritatis et efficacitatis haberet, penitus excommunicavit. Commotio adversus imperatorem concitata est a duce Luthgero et marchione Roudolfo propter Fridericum comitem de Stathen, quem captum vinculis mancipaverunt. Quod imperator graviter accepit, et tandem post plura discrimina datis Ekk. obsidibus pacificantur. Adalbertus Mogontinus episcopus capitur ab imperatore et custodie mancipatur. Hoc tempore obiit quidam de Saxoniae principibus nomine Odelricus, Ludewici comitis dudum gener, iam propter eiusdem filiae repudium invisus. Cuius possessiones predictus comes palatinus hereditaria sibi vendicabat successione, set Heinricus imperator easdem in ius regni conabatur attrahere. Que causa recidive discordiae fomitem cepit ministrare.

1113. 8.[b] Werra inter Heinricum regem et principes Saxoniae, in qua Wicbertus et Sigifridus palatinus comes eius gratiam perdunt; qui fugientes ab eo, ab Hagero[50] in quadam villa deprehensi, Wicbertus quidem capitur et regi offertur, Sigifridus vero vulneratur, ex quo vulnere non multo post moritur. Barbari qui dicuntur Liutici, consilio Ruodolfi marchionis, propter odium quod habebat adversus Milonem, multas strages patrie intulerunt. Domnus Hildeboldus, omnium bonorum memoria dignus Magadaburgensis abbas, An. Rosenv. decessit, cui Hugo eodem anno successit. Wernerus Rosveldensis abbas obiit.

An. Rosenv. 1114. 9.[c] Heinricus imperator assotiatus est regi Anglorum, ducens filiam eius Mathildam uxorem, celebrans nuptias apud Mogonciam magnifice. Fridericus Coloniensis archiepiscopus alienavit se ab imperatore, nec non et alii multi principes. Rodolfus comes remisit Heinrico filio fratris sui marchiam, expletis 8 annis.

An. Rosenv. 1115. 10.[d] Factum est bellum in Saxonia Welfesholz inter imperatorem et principes 3. Idus Februarii, ubi cesar victus aufugit, suorum plurimis amissis. Adalbertus Mogontinus archiepiscopus pristino honori restituitur. Mathildis prepotens femina de Longabardia obiit. Otto comes de Ballenstede cum 60 de Theutonicis vicit duo milia et octingentos de Slavis in loco qui Cothine[51] dicitur, ex quibus ibidem corruerunt mille septingenti et amplius 5. Idus Februarii.

1116. 11.[e] Gertrudis ductrix obiit, avia Lotharii imperatoris.

An. Rosenv. 1117. 12.[f] Terre motus factus est adeo, ut plurima menia corruerent. Gerthrudis marchonissa obiit. Bernhardus diaconus et monachus obiit. Egeno senior de Conradesburch genuit Burchardum seniorem, Burchardus senior genuit Eginonem, qui interfecit Adalbertum comitem de Ballenstede, habuitque duas filias, quarum una nomine Gerburch nupsit Folcmaro de Domensleve, procreavitque ex ea Alvericum et Bernhardum. Alvericus interfectus est, relinquens fratrem heredem. Frater autem Bernhardus omnem hereditatem suam tradidit Sancto Mauricio et Sancto Nicolao, et ipse monachus factus est.

An. Rosenv. 1118. 13.[g] Paschalis papa obiit; cui successit Gelasius. Quem Heinricus a Roma expulit, et Gregorium, qui et Burdinus, papam substituit. Defuncto Gelasio, Calistus, prius Vivanensis archiepiscopus, subrogatur, a quo Heinricus cum suo papa excommunicatur. Heinricus ab Italia revertitur. Bernhardus Havelbergensis episcopus obiit, cui Hemmo successit. Helpricus comes de Plozeke et Hermannus comes, advocatus Magadaburgensis ecclesiae, obierunt. Bernhardus presbyter solitarius de Lapide sancti Michaelis in Christo obiit.

An. Rosenv. 1119. 14.[h] Adelgoz Magadaburgensis archiepiscopus obiit, cui successit Ruokerus. Hugo abbas[52] obiit, pro quo Arnoldus subrogatur[i].

1120. 15.[k] Hemo Havelbergensis episcopus obiit, cui Gumbertus successit. Couno obiit de Wippera et Thiedericus comes senior de Ameneslove.

An. Rosenv. 1121. 16. Burdinus a Calisto papa capitur, monasterio cui nomen est Cavea intruditur, et ipse in sedem Romanam excipitur ab omnibus honorifice. Bruno Hirsungensis abbas obiit, pro quo Folcmarus statuitur.

An. Rosenv. 1122. 17. Calistus papa revocavit in communionem ecclesiae Heinricum imperatorem, dudum ab antecessoribus suis Paschali, Gelasio excommunicatum. Canonica autem auctoritate sancitum est, ne amplius sibi regalis potestas usurparet investire spiritalia, set libera electio fieret a clero et populo. et sic insigniretur regalibus per sceptrum. Quod utrique confirmaverunt, sicque facta est pax et concordia inter ipsos.

An. Rosenv. 1123. 18. Fridericus episcopus Bremensis obiit 3. Kal. Februarii, cui successit Adalbero. Obiit eciam Reginhardus Halverstadensis episcopus Kalendis Martii, cui successit Otto. Heinricus marchio iuvenis veneficio interiit. Item obierunt Lodewicus comes monachus factus, et Otto comes de Ballenstede. Theodericus episcopus Cicensis[l], Adela cometissa obierunt. Prepositura in Ballenstede mutatur in abbatiam, ubi primus Ekk. ordinatur Iohannes abbas. Gertrudis cometissa de regione que vulgo Hollant vocatur, soror Lotharii Saxonici ducis, imperatori[m] rebellat.

a) Annus Domini 1113. Heinrici iunioris 8. 1. b) Annus Domini 1114. Heinrici 9. 1. c) Annus Domini 1115. Heinrici 10. 1. d) Annus Domini 1116. Heinrici 11. 1. e) Annus Domini 1117. Heinrici 12. 1. f) Annus Domini 1118. Heinrici 13. 1. g) Annus Domini 1119. Heinrici 14. 1. h) Annus Domini 1120. Heinrici 15. 1. i) *quatuor lineae vacuae relictae ut inter singulos annos saepius.* k) *numeri hic desunt* 1 l) Cinensis *corr.* Cicensis *cod.* m) impr *cod.*

50) i. e. Hogero de Mansfeld. 51) Köthen. 52) S. Iohannis Magdeburgensis.

1124. 19. Fridericus comes de Arnesberch moritur. Eclypsis solis facta est 3. Idus Augusti, hora quasi sexta. Rudolfus marchio obiit. Calistus papa obiit, cui Honorius successit.
An. Rosenv.

1125. 20. Heinricus imperator obiit anno regni sui 21, 83 loco ab Augusto. Liutgerus, Gebehardi comitis filius, dux Saxoniae, Mogontiae rex eligitur. Rukerus archiepiscopus Magadaburgensis obiit.
An. Rosenv.

Annus Domini 1126. Lotharii 1. Rex Lutgerus pascha Magadaburg celebravit, et post[a] Boemiam manu valida ingreditur, sed mox in ingressu a duce illius gentis per insidias circumvenitur. Occiditurque multitudo nobilium de comitatu regis cum aliis pluribus, Adalbertus etiam marchio cum aliis multis capitur: demum dux cum rege pacatur, indulta in ipso exercita iniuria, sicque revertitur. Rukero succedit Norbertus in sedem Magadaburgensem. Heinricus dux Bawariorum obiit.
An. Rosenv.

1127. 2. Liutgerus rex obsedit Nurenberch cum duce Boemico, et non potuit debellare munitionem, que tamen postea ei tradita est. Karolus comes de Flandria in ecclesia a suis servientibus occisus est. Wilhelmus comes Pictavorum[53] obiit. Meinfridus Slavus de Brandeburch occisus est. Heinricus dux Bawariorum, Gertrudem filiam regis duxit uxorem. Eodem anno 15. Kal. Ianuarii Cuonradus, frater Friderici ducis Suavorum, regium nomen, machinantibus quibusdam principibus, tirannice sibi imposuit; propter quod a tribus archiepiscopis Mogontino, Salzburgensi et Magadaburgensi et suffraganeis eorum excommunicatus est, et ab omni ecclesia anathematizatus.
An. Rosenv. — cf. Ann. Sax. 1128.

1128. 3. Rex celebravit pascha Mersburch et pentecosten Aquisgrani. Conradus falso nomine rex, et Fridericus frater illius, cum suis complicibus a domno Honorio papa in paschali die extinctis luminibus a sancta ecclesia dampnati et excommunicati sunt. Lothario autem regi expansis ad celum manibus benedicebant, et eum collaudabant, vitam et salutem, pacem et victoriam ei a Domino exoptantes. Otto Halverstadensis episcopus Rome ab Honorio papa deponitur. Heinricus marchio, filius Udonis marchionis, obiit. Spira a rege possidetur[54], quia Fridericus dux Suavorum meditans rebellionem, cum suis eam preoccupaverat.
cf. Ann. Sax. — cf. Ann. Rosenv.

1129. 4. Rex pascha Goslarie celebrat, et pentecosten Quidelengeburch monasteriumque sancti Servatii ipso instituente consecratum ac dedicatum est feria 2. ab episcopis Hildinisheimensi et Mindensi. Adalbertus marchio Hildegesburch[55] quadam nocte cepit et combussit. Spiram rex iterum firma obsidione circumdedit, et honorifice recepit. Eodem anno in commemoratione sancti Pauli apostoli facta est commotio maxima civium in Magadaburg contra Norbertum archiepiscopum, eo quod maiorem ecclesiam, sicut sibi dictum erat pollutam, nocturno tempore purificaverit. Crescente itaque tumultu, ascendit in superiora antiquioris monasterii cum Misnensi et Havelbergensi episcopis et preposito maioris monasterii, ibique multum diu obsessus est, sevientibus atque obiurgantibus adversariis, quod altaria fregerit et reliquias sanctorum furto abstulerit. Set hunc divina gratia mirabiliter de insidiis eorum eripuit, et persistentes in malo excommunicans eos sibi subiecit. In festivitate sancti Michahelis magna violentia ventorum extitit.
cf. Ann. Sax. — cf. Ann. Rosenv. Iun. 30. — Sept. 29.

1130. 5. Rex pascha Bavenberch celebravit et pentecosten in Quidelengeburch. Udo comes de Frakenleve[c] ab hominibus Adalberti marchionis occisus est, et Conradus de Eikstede apud Hallam a civibus eiusdem oppidi cum aliis multis miserabiliter occisus est. Honorius papa obiit. Tunc Romani divisi, elegerunt duos cardinales, Gregorium et Petrum Leonem; factaque est inde magna perturbatio et dissensio per totam ecclesiam. Heinricus comes et signifer regis, frater Luodewici comitis de Thuringia, clam vulneratus et confossus inmatura morte obiit, et Burchardus de Lukenem, comes Fresonum, in quodam cimiterio a militibus domini sui, sicut ipsius voluntas fuerat, insidiose circumventus, infideliter est interemptus. Huius perfidiae vindex fuit Lotharius rex, qui urbem illius Wincenburch dictam obsedit et fregit, et comitatum ipsius dedit Lodewico predicto de Thuringia. Marchia etiam septentrionalis tradita est Cuonrado, filio Helprici de Plozeke. Gregorius qui et Innocencius, qui Petro Leoni in electione prevaluit, in Wirzeburch a Lothario rege et ab omnibus ibi congregatis eligitur et confirmatur.
cf. Ann. Sax.

1131. 6. Habita est synodus[d] generalis in quadragesima apud Leodium, presidente papa Innocencio cum numerosa multitudine episcoporum, abbatum et clericorum diversorum ordinum, presente rege Lothario et regina Richeza[e] ibique ab ipso apostolico et omni ecclesia inibi collecta excommunicati sunt Petrus Leonis, Counradus, et frater suus Fridericus cum omnibus illis faventibus. Otto eciam Halverstadensis episcopus, ab Honorio papa
cf. Ann. Sax.

a) *imo antea.* c) frankeneeve *corr. ut edidi.* d) synadus *cod.* e) R. *cod.*

53) Sedunensis Anselmo ad h. a. 54) i. e. obsidetur. 55) ad Ohram prope Wolmirstädt.

[cf. Ann. Sax.] depositus, ibidem propter peticionem ecclesie et regis pristinam resumpsit sedem. Heinricus Magadaburgensis prefectus, filius Wiperti marchionis, marchiam, quam patre suo [Apr. 19.] defuncto comes Adalbertus a rege acquisierat, legati iure recepit. Rex pascha celebrat in [Iun. 7.] Treverensi civitate et pentecosten in civitate Argentina, et Bruno eiusdem loci episcopus pastoralem curam amisit, Gevehardo sibi succedente. Et quia Fridericus dux cum illis comprovincialibus regi maxime conabatur resistere, plurima castella in eadem provincia ab ipso eodem tempore obsessa et confracta sunt. Rex Saxoniam regressus, exercitum duxit contra Danos, eosque datis obsidibus potenter devicit. Innocentius papa iterum col- [Oct. 18.] lectis ecclesiasticis viris et fidelium turbis, apud Remensem urbem in festo sancti Lucae euangelistae, generali synodo per aliquot dies presidebat. Fridericus Coloniensis archiepiscopus obiit.

[cf. Ann. Sax.] 1132. 7. Rex celebravit natalem Domini Coloniae et purificationem sanctae Mariae Bavenberch. Ekbertus Monasteriensis episcopus obiit, cui successit Wernherus canonicus Halverstadensis ecclesiae, fratruelis sancti Annonis Coloniensis[a] ecclesiae archiepiscopi. [Apr. 10. Mai. 29.] Rex Aquis pascha celebravit[b], et pentecosten in Fuldensi monasterio. Bruno successit Friderico Coloniensi archiepiscopo. Corpus sancti Godehardi Hildinisheimensis episcopi [Mai. 4] 4. Non. Maii elevatum est honorifice de tumulo. Obierunt Cuono Ratisponensis episcopus [Aug. 15.] et Hermannus Augustensis episcopus. Rex celebravit assumptionem sanctae Mariae in Werzeburch, et inde cum exercitu Longabardorum fines intravit. Et quia archiepiscopus Coloniensis defuit, qui iure debet esse cancellarius in illis partibus, Norbertus archiepiscopus Magadaburgensis huic officio deputatus est.

[cf. Ann. Sax.] 1133. 8. Rex celebravit natalem Domini in Italia apud castrum quod dicitur Medicina, et Conradus marchio de Plozeke post festivos dies in obsequio eiusdem regis pergens, sagitta transfigitur; sicque egregius iuvenis heu inmatura morte obiit. Cuius corpus in patriam délatum, commendatum est terre in Kakelinge cum parentibus suis. Rex autem [Mart. 26.] inde progressus, sanctum pascha celebravit apud Sanctum Flavianum, ac postea in Kal. [Mai. 1.] Maii Romam veniens ad Sanctum Iohannem in Lateranis, a papa et clero ac Romanis ho- [Mai. 14.] norifice suscipitur, ibique pentecosten celebrat, et in ipso sancto die in monte Adventino ad Sanctam Sabinam coronatus processit. Ibidem ergo per sex continuas ebdomas commoratus, tandem[c] ex consilio et voluntate principum mediante Norberto archiepiscopo in prefata basilica Constantini a papa Innocentio imperialem suscepit benedictionem cum [Iun. 4.] coniuge sua 2. Non. Iunii die dominica, que tunc tertia exstitit post sollempnitatem adven- [Sept. 8.] tus Spiritus sancti. His ita gestis imperator, transcensis Alpibus, celebrat nativitatem sancte Marie in Werzeburch, habuitque gloriosum occursum ad curiam suam ex principibus diversarum provinciarum, tam ecclesiastici ordinis sublimitate quam et seculari dignitate prefulgentibus. Ibi confirmantur electiones episcoporum Heinrici Radisponensis et Walteri Augustensis. Et quia Heinricus Basiliensis episcopus omnino degradatus fuit, Adalbero Nienburgensis abbas eidem canonica electione cleri et populi per consilium imperatoris successit.

[cf. Ann. Sax.] 1134. 9. Imperator natalem Domini celebrat Coloniae, epiphaniam Aquisgrani. Adel- [Apr. 15.] bertus comes succedit Cuonrado marchioni. Imperator celebrat pascha Halverstat. Ubi [cf. Ann. Erphesfurd. et Hildesh.] quidam de primoribus Danorum Magnus nomine advenit, et in die sancto manibus applicatis miles imperatoris efficitur, et regnum ipsius patrie ab ipso percepit, et post sacramenta, cesari ad ecclesiam procedenti, circulo illius decoratus ensem imperatoris honorifice portavit. Qui in patriam reversus, a quodam Herico et fratre illius occisus est, cum 5 episcopis et 60 clericis. Pater eciam eiusdem, Nicolaus nomine, in civitate Slieswich ante ecclesiam cum suis miserabiliter occubuit, insidiose invitatus et infideliter interemptus. [Iun. 3. Iun. 6. Iun. 11.] Imperator celebrat pentecosten Mersburch, et in feria quarta eiusdem ebdomade Norbertus Magadaburgensis archiepiscopus obiit, et in feria 2. sequentis ebdomade in monasterio [Iun. 29.] sanctae Mariae est sepultus. Festivitatem apostolorum Petri et Pauli celebrat in Magadaburg imperator, et Cuonradus, eiusdem ecclesie canonicus, ipso imperatore consenciente, generali electione cleri et populi archiepiscopus constituitur. Adelberoni Nienburgensi abbati successit Arnoldus abbas Sancti Iohannis baptistae. Berthou Fuldensis abbas veneno vitam finivit, eique Cuonradus eiusdem cenobii monachus per concessionem imperatoris [Aug. 15.] succedit. Assumptionem sanctae Marie celebrat imperator in Werzeburch, et inde cum

a) *deest cod. suppl. L.* b) cebravit *cod.* c) tantem *cod.*

exercitu Sueviam intravit, propter Fridericum ducem et[a] fratrem eius, qui et quoddam *cf. Ann. Sax.* oppidum eiusdem regionis Ulma dictum contra eum munierant, et cives ad resistendum eidem incitaverant. Set Heinricus dux Bawariorum preveniens imperatorem, oppidum expugnavit, depredavit atque incendit absque ecclesiis, duce et fratre suo inde fugientibus, et 12 de prestantioribus captivos secum adducentibus. Postea plures ex eisdem comprovincialibus ad cesarem confluxerunt, quibus et gratiam suam dedit, et ipsi e contra sibi fidelitatem promiserunt. Devastata autem ex plurima parte regione, imperator ad Fuldensem abbatiam divertit. Fridericus vero dux, cernens se a pluribus derelictum et destitutum, et sibi adherentes valde afflictos, necessitate compulsus adiit imperatricem, in predicto loco cum imperatore degentem, nudis pedibus satis humiliter flagitans gratiam ipsius, simulque sperans, se per illam, quia neptis sua erat, in gratiam cesaris deventurum. Quod et sic factum est. Nam ipsa fecit eum absolvi per legatum apostolici, qui ibi tunc presens fuerat ab excommunicatione, qua per septem continuos annos fuit separatus a communione sancte ecclesie. Primum enim fuerat excommunicatus cum fratre suo in Theutonicis partibus a tribus archiepiscopis, Mogontino Salzburgensi et Magadaburgensi, et suffraganeis illorum, deinde in sequenti anno a papa Honorio et aliis ecclesiasticis viris, qui Rome ad synodum congregati fuerant in cena Domini, tercio in Leodicensi concilio a papa Innocentio et omni ecclesia. Receptus ergo in consortium sancte ecclesie, magnis sacramentis se obligavit, quod imperatori fideliter et devote in posterum vellet adherere, et ad proximum placitum coram principibus gratiam illius cum illorum auxilio exquirere.

1135. 10. Imperator natalem Domini Aquisgrani, et purificationem sanctae Marie *cf. Ann. Sax.* Quidilingeburch celebrat. Lodewicus Augensis abbas occisus est in ecclesia a ministralibus suis, per insidias, sicut fama fuit, Othelrici, fratris Friderici comitis de Zolre. Qui ei successit, set ipse eodem anno veneno vitam finivit. Cesar venit in quadragesima sicut promiserat ad[b] Bavenberch, ubi facta est permaxima confluentia principum et populi, et *Mart. 17.* Fridericus dux cum suis, licet aliquamdiu retinuisset, gratiam imperatoris, publice provolutus pedibus illius, humiliter exquisivit et mox impetravit. Qui eciam se profecturum cum ipso imperatore in Italiam in proximo anno spopondit, et pacem per totam Sueviam, sicut decretum fuit, firmiter observari precepit. Imperator celebrat pascha Quidilingeburg, pente- *Apr. 7.* costen Magadaburg, *Mai. 26.* ubi Oudelricus dux Boemiorum et legati Bolizlavi ducis Polanorum et Godefredi ducis de Lovene, Ungrorum etiam et Danorum, nec non et Slavorum cum principibus illuc confluentibus affuere, quos omnes cum dignis responsis remisit. Congregatio sanctimonialium canonicarum in Luttere ab imperatore commutatur in regularem vitam sancti Benedicti, et Eberhardus de monasterio sancti Iohannis baptistae illuc cum monachis missus, primus ibi ordinatur abbas; et eodem anno a cesare et imperatrice positis in fundamento ab ipsis primis lapidibus, novum monasterium incipitur. Imperator comme- *Iul. 10.* morationem sancti Petri ad vincula Nuenburch, *Aug. 1.* et festivitatem sancti Laurentii et assum- *10. 15.* ptionem sanctae Marie in Merseburch celebrat. Illuc confluebant cum primariis regni Bolizlavus atque Othelricus duces, et legati Grecorum imperatoris, honorifica secum munera ferentes, pacem ab imperatore et amiciciam ac auxilium contra Ruokerum tirannum poscentes, qui partem Romani imperii et eciam terram Grecorum nimis vexaverat. Quibus decenter remuneratis, cum suis legatis Havelbergensi episcopo Anshelmo et ceteris eis remisit in propria. Bolizlaus vero post sacramenta in die sancto manibus applicatis miles eius efficitur, et cesari ad ecclesiam processuro, gladium illius ante ipsum portavit. Postea causa orationis perrexit ad sanctum Godehardum, indeque rediens in Magadaburg propter peticionem imperatoris festiva processione sonantibus campanis suscipitur, quod nullus meminit prius umquam fuisse factum, ut talis persona ibidem susciperetur, nisi tempore *v. supra a. 972.* Adalberti primi archipresulis, qui Hermannum ducem Saxoniae, virum prudentem et iustum et studiosum in defensione sanctarum ecclesiarum, ibidem[c] simili modo suscepit, in quo tamen ipsum imperatorem Ottonem, auctorem et fundatorem illius loci, nimis offendit, et ut scriptum invenitur, vix tandem placavit[d], licet ille maioris reverentiae esset quam Sclavus et alienigena. Imperator post festum sancti Michahelis Mulehusen venit, ubi Cuonra- *Sept. 29.* dus, frater Friderici ducis, corone ac totius regalis ornamenti oblitus, humiliter per Cuonradum archiepiscopum Magadaburgensem ab excommunicatione solvitur, ac deinde per intercessionem imperatricis[e], cesaris pedibus provolutus, gratiam illius promeretur.

a) *deest cod., suppl. L.* b) a *cod.* c) ibdem *cod.* d) placant *cod.* e) impri *cod.*

cf. An. Sax. 1136. 11. Imperator natalem Domini Spire celebrat. Heinricus marchio et Magadaburgensis comes tunc ad curiam pergens Mogontiae obiit, cui in comitatu Magadaburgensi Burchardus, frater archiepiscopi, successit. Marchia vero concessa est Cuonrado marchioni. Cesar pascha celebrat Aquisgrani, pentecosten Merseburch, natalicia apostolorum Petri et Pauli Goslariae, ibique Anshelmus Havelbergensis episcopus rediens a Constantinopoli[a], quo missus fuerat, venit ad eum. Havelberga capta est a filiis Widekindi, et ecclesia destructa. Imperator celebrat assumptionem sanctae Mariae Werzeburch, indeque iter suum direxit ad partes Italiae.

cf. An. Sax. 1137. 12. Imperator celebrat natalem Domini in campestribus Bolonie civitatis, et pascha Firme, deinde ingressus est Apuliam. Ibi apud civitatem que Trana dicitur, Bruno Coloniensis episcopus sanguine minutus est feria 4. ante pentecosten, et tercia die subitanea morte defunctus est. Cesar vero transiens per Romaniam et Campaniam ingressus est Barum civitatem, ibique pentecosten celebravit, et in die sancto papa missam cantavit in monasterio sancti Nicolai, astante imperatore. Ibi sepultus est Bruno Coloniensis archiepiscopus, cui Hugo successit decanus eiusdem ecclesiae, qui ibidem consecrationem et pallium a papa suscepit. Eodem tempore obiit Adalbertus Mogontinus archiepiscopus. Imperator natale apostolorum Melphie celebrat; ubi Hugo archiepiscopus predictus sanguinem sibi minui fecit, et quarto die obiit, ibique sepultus est. Deinde non post multos dies in eodem itinere obiit Adalbero Basiliensis episcopus. Imperator Trigentinam veniens, festum sancti Martini celebravit gaudens, et ibidem infirmari cepit. Dum vero cottidie languor ingravesceret, nec ob hoc iter suum intermisisset, tandem prevalente mortali infirmitate apud Breduwan villam in faucibus Alpium constitutam 2. Nonas Decembris a seculo migravit. Corpus eius in Saxoniam perlatum in sua propria abbatia, que Lutere nominatur, terre commendatum est.

cf. An. Sax. 1137. Annus Domini 1138. Conradi 1. Meingotus Merseburgensis episcopus de predicta expeditione usque in Sueviam languens perductus obiit, cui successit Ekkilevus, eiusdem ecclesie prepositus. Eodem tempore Lambertus Hilsenburgensis abbas et Brandenburgensis ecclesie electus, revertens a Roma, a latronibus occisus est. Huic successit in abbatia Sigebodo, eiusdem loci monachus, in episcopatu Wikkerus, Sanctae Marie prepositus in Magadaburg. Pro Hugone etiam Coloniensi archiepiscopo constitutus est Arnoldus Sancti Andree[b] prepositus. Petrus Leonis, qui contra Innocentium papam apostolicam sedem usurpaverat, obiit. Primates regni decreverunt generalem conventum fieri Mogontie in pentecosten, ut communiter ibi regno preficerent, quemcumque Deus ad hoc preordinasset. Interea quidam sequestrantes se ab aliis, mediante Thietwino cardenali episcopo in medio quadragesime apud Confluentium oppidum Conradum, fratrem Friderici ducis Suevorum, privatum sibi regem elegerunt, unde deinceps non modica dissensio et perturbatio exorta est. Eodem anno obiit Bolizlaus dux Polanorum, relinquens quinque filios superstites, quibus et divisit hereditatem suam coram episcopis et principibus illius terrae. E quibus Bolizlavus, quia senior erat et gener Conradi regis, ducatum illius terre obtinuit. Folcmarus abbas Corbeiensis obiit, cui successit Adalbero frater Heinrici ducis, electus de eadem congregatione. Eodem tempore castrum quod Berneburch dicitur igne crematum est propter tyrannidem, quam exercebat inde Eilica cometissa cum suis.

cf. An. Sax. 1139. 2. Rex natalem Domini Goslarie celebrat, ubi et publicum conventum habuit, sed nichil ibi de rei publice stabilitate tractatum est, sicque nonnullis dedignantibus curia defluxit, illo ibidem per integrum mensem inutiliter degente. Intrante vero Februario Quidilingeburch venit, purificationem sanctae Marie peregit, Cuonradum Magadaburgensem archiepiscopum ceterosque principes Saxoniae, qui Goslarie deerant et illuc se venire spoponderant, exspectans. Quibus venientibus et prope ipsum locum hospitantibus, ipse subito recessit et expeditionem suam fieri in Saxoniam in proxima estate firmiter iussit. Post pascha Cuonradus Magadaburgensis archiepiscopus cum duce Heinrico et aliis principibus sibi auxiliantibus castrum Bernhardi comitis Plozeke obsedit, cepit, destruxit. Appropinquante vero festivitate assumptionis sanctae Mariae, idem archiepiscopus cum duce et predictis principibus apud Cruciburch contra regem convenit, qui ut predictum est Saxoniam hostiliter intrare ac devastare summis viribus conabatur. Ibi facta per internuncios conventione, pax firmata est usque ad condictum tempus. Deinde facto colloquio in

a) constantinopolis *cod.* b) Fuldensis *glossa saec. XV.*

Quidilingeburc, Heinricus nobilissimus atque probissimus dux Bawariorum atque Saxonum, [cf. An. Sax.] veneficio ibidem infectus, 13. Kal. Novembris vitam finivit. Corpus eius Luttere ad dexteram Lotharii imperatoris positum est.

1140. 3. Obiit Lothowigus rex Franciae[56], relinquens duos filios superstites, quorum alter Lothowigus nomine[57] regnum obtinuit, alter vero perfectionem[a] vitalium vitam finivit. Item obiit Otto pie memorie Babenbergensis episcopus, qui sua predicatione Pomeranos convertit; cui successit Heilbertus eiusdem ecclesie canonicus. Obiit etiam domna Cuonegund de Aldeslove. Obierunt Lodewicus comes de Thuringia et Wilhelmus palatinus comes. Item Siwardus Mindensis episcopus, Godeboldus[b] Misnensis episcopus et Bernhardus Werdinensis abbas. Pro Siwardo electus est Heinricus[c] abbas de eodem loco; et pro Godeboldo constitutus est Reinwardus eiusdem ecclesie prepositus; et Bernhardo abbati successit Lambertus monachus eiusdem monasterii. Eodem[d] etiam anno obsesse sunt et destructae [cf. A. Palid.] munitiones iste, Groninge, Anehalt, Gebelinzi, Witekke[e].

1141. 4. Obierunt Richeza imperatrix et Adalbertus Mogontinus archiepiscopus; cui [Ann. Palid.] successit Marcolfus prepositus de Asscaphanburch, vir per cuncta laudabilis.

1142. 5. Obierunt Cuonradus Magadaburgensis archiepiscopus et Eilica cometissa et [Ann. Palid.] Otto episcopus et Marcolfus Mogontinus archiepiscopus; cui successit Heinricus prepositus maioris ecclesie eodem anno. Cunrado successit Fridericus in archipresulatu, custos maioris ecclesie et prepositus Bivere.

1143. 6. Innocentius papa obiit, cui cardinalis Wido qui et Celestinus successit. Ekki- [Ann. Palid.] levus etiam Merseburgensis episcopus obiit, eique Reinhardus successit. Obiit Adalbero Corbiensis abbas, et Gertrudis ductrix, et Agnes marchionissa mater Cuonradi regis.

1144. 7. Obiit Celestinus papa, eique successit cardinalis Gebehardus, mutato nomine [Ann. Palid.] Lucius. Rothulfus comes de Staden interfectus est a Transalbianis Saxonibus qui Tedmarsgoi dicuntur, propterea quia oppressiones eius diutius ferre noluerunt. Sigifridus comes de Bouminiburch etiam obiit, et in ambobus cessavit miserabiliter deducta antiquitus prolis successio Obiit etiam Salome ductrix, coniunx Bolizlavi ducis.

1145. 8. Cuonradus rex celebraturus natalem Domini Magadaburg venit, et quia secum [Ann. Palid.] habuit Hermannum comitem de Stalekke a Mogontino archipresule excommunicatum, a clero regali more susceptus non est. Lucius, qui et Gerhardus, papa obiit, cui successit Bernhardus cardinalis et abbas de Sancta Anastasia, mutato nomine Eugenius. Obierunt Bertrada cometissa et filius eius Cuonradus comes de Hoensteino. Obiit etiam Luthgart marchionissa. In eadem nativitate Domini Fridericus Magadaburgensis archiepiscopus magnam partem de allodiis domni Hartwici et matris eius Richardis, datis beneficiis, data copiosa pecunia, in proprietatem Magadaburgensis ecclesiae contrahens, magnum et gloriosum memoriale nominis sui posteris reliquit. Intererat quoque eidem curiae quidam princeps Poloniae nomine Petrus, christiane religionis sectator devotissimus, qui ad propagandum sub suo principatu catholicae religionis cultum, a iam dicto episcopo aliquod de sanctorum reliquiis munus sibi inpendi peciit, et per regis interventum impetravit. Communi enim consensu tam episcopi quam et canonicorum donata est magna pars reliquiarum sancti Vincentii episcopi et confessoris. Translatum est autem idem donum maximo luctu civium a Parthenopoli 9. Kal. Iunii, que tunc erat dies ascensionis Domini, perductum vero ad locum destinatum 8. Idus Iunii que est dies natalis eius, et summa cum devotione prefati Petri susceptum, adeo ut primum omnes potestatis suae captivos resolveret, et sic coadunatis terre illius primatibus decenter occurreret Latores quoque magnifice redonatos, transmissis et episcopo donariis, honestissime ad propria remisit. Quod autem ipse sanctus hanc sui translationem adamavit, illic crebris miraculis usque ad presens innotescit.

1146. 9. Cuonradus rex dum Cuine curiam haberet, Wlodisclazo, qui erat senior inter [Ann. Palid.] fratres et qui sororem regis habebat in coniugio, regem adiit, ac suscepta patria ut solus ducatum optineret fratres exheredare conatus est. Denique cum reversus civitatem

a) *an* per sectionem? b) goldeboldus *c.* c) *add. iterum* est *cod.* d) Ecodem *cod.* e) *quum non ubique, ut hoc loco, certo constet, quaenam noster ex Ann. Palidensibus non mutuatus esse dici possit, omnia quoque ex eis derivata littera maiore exprimenda duxi.*

56) Ludovicus VI. iam a. 1137. obierat, compluribus filiis relictis; maior natu Philippus a. 1129. a patre rex coronatus, a. 1131. casu interierat. 57) Ludovicus VII. annis 1137—1180. regnavit.

Ann. Palid. Postnen[59] cum exercitu obsideret, fratres collectis paucis ex inproviso hostes ingenti strage vulneraverunt. Deinde fratri colloquentes, iureiurando fidem et pacem cum eis confirmavit. Sed Deus, qui occulta cognoscit, iuramenta eius detexit. Nam terra in ipso loco iuramenti ut refertur disrupta, sanguinei fluminis patefecit abyssum. Postea multas clades inferens fratribus, favente Deo expulsus a patria regem adiit, contra fratres auxilium flagitando. Rex autem cum principibus Saxoniae colloquio habito, mense Augusto coadunato exercitu Poloniam ad restituendum ducem aggressus est. Fratres vero premunitas ingenti exercitu itineris semitas observabant, regi prohibentes introitum. Tandem consilio Adalberti et Conradi marchionum, obsidibus datis vicissim, regem adeunt, iuniore fratre obside dato aut promissa pecunia, patriam ab ipso suscipiunt; sicque rex reversus est.

Ann Palid. 1147. 10. Rex in festo beati Georgii martiris Nurinberch habita curia coadunatis fidelibus, qui se vivifice crucis vexillo signaverant, una cum ducibus Welpone et Friderico aliisque quam plurimis tam episcopis quam comitibus Ierosolimam ire decreverunt, ut Roas civitatem prioribus annis a paganis nocte natalis Domini, occisis christianis, incendio concrematam, christianis restituerent, utque vires barbarorum minuerent, quia Sanguin quidam nomine multas clades christianis inferebat. Sed heu peccatis exigentibus, occulto iudicio Dei, dum magis de se quam de Domino presumpsit, res humanis viribus cepta, 60 frustrata est effectu. Eodem anno 5. Kal. Novembris[60] eclipsis solis ferme die medio horribili caligine mundum obtexit, adeo ut circulus in modum falcis videretur, ipsum qui eo tempore fundebatur humani generis sanguinem designans. Nam a rege Constantinopolitano quasi benigne suscepti sunt, set subdole seducti, quorum sexcenta et quinquaginta milia annumerata fuerunt; qui cum cupiditate diviciarum seu gloriae seu victorie civitatem quandam paganorum ditissimam aggredi conarentur, a rege Grecorum per loca deserta et avia abducti, 18 dierum fame ac siti pene omnis multitudo interiit, insuper a paganis qui dicuntur Turci circumventi, facile sine congressione, utpote labore fame sitique confecti, sagittis interimebantur, ubi et Bernhart comes de Plozeke occubuit. Rex autem, qui longe abierat ab hac cede, tandem cum paucis, qui secum barbaros sepe invadentes evadere potuerunt, Constantinopolim rediit; ibique a rege Grecorum honorifice susceptus, apud illum natalem Domini celebravit, et usque ad purificationem sancte Marie secum permansit. Lothewicus eciam rex Francorum, 60 milibus ea em expeditione pene deletis, cum paucis rediit. Huius expeditionis auctor et instigator exstitit Bernhart Clarevallensis abbas, qui tunc miraculis coruscare ferebatur[a]. Eodem anno circa festum sancti Petri, divina inspiratione et apostolice auctoritatis exortatione et multorum religiosorum ammonitione, magna christiane militiae multitudo contra paganos versus aquilonem habitantes assumpto signo vivifice crucis exiverat, ut eos aut christiane religioni subderet, aut Deo auxiliante omnino deleret. Ubi in una societate convenerant Fridericus archiepiscopus Magadaburgensis, Rotholfus Halverstadensis episcopus, Wernherus Monasteriensis, Reinhaldus Mersburgensis, Wickerus Brandeburgensis, Anshelmus Havelbergensis, Heinricus Moraviensis episcopi et Wibolt Corbegensis abbas, Conradus marchio, Adalbertus marchio, Fridericus palatinus comes, Hermannus palatinus comes cum multis comitibus et armatis bellatoribus sexaginta milibus. Interim in alia societate se in unum collegerant Albero Bremensis archiepiscopus, Thietmarus Fardensis episcopus, Heinricus dux Saxonie, Conradus dux Burgundie, Hartwigus princeps prenobilis cum multis comitibus et nobilibus et ceteris armatis numero quadraginta milibus pugnatorum. Rex eciam Dacie cum episcopis terre illius et cum universo robore gentis sue, maxima multitudine classium collecta, circiter centum milibus exercitum paraverat. Item frater ducis Poloniae cum viginti milibus armatorum exiverat. Cuius etiam frater maior cum infinito exercitu adversus Pruscos crudelissimos barbaros venit, et diutius ibi moratus est. Contra quos etiam Rutheni, licet minus catholici tamen christiani nominis karacterem habentes, inestimabili Dei nutu cum maximis armatorum copiis exiverunt. Hi equidem omnes cum maximo apparatu et commeatu et mirabili devotione in diversis partibus terram paganorum ingressi sunt, et tota terra a facie eorum contremuit, et fere per tres menses peragrando omnia vastaverunt, civitates et oppida igni 61 succenderunt, fanum eciam cum idolis quod erat ante civitatem Malchon[61], cum ipsa civitate

a) *hic in codice sequitur:* Annus Domini 1148. Cuonradi 11. *perperam, ut ex Annalibus Pegaviensibus patet, quorum auctori codex antiquior ad manus fuit. Ita et anni sequentes usque* 1160. *a scriba perperam numerati sunt, quod correxi.*

58) Posen. 60) d. 7. Kal. Nov. ut recte Ann. Palidenses et Pegavienses habent. 61) Malchim.

concremaverunt. Eodem tempore in octava pasche, quae fuit 5. Kal. Maii, movit se navalis exercitus de Colonia, qui 14. Kal. Iunii venit in portum Angliae, qui Tremunde[62] dicitur, ubi comitem de Flandria[a] cum 200 fere navibus tam Anglorum quam Flandrensium invenit. Ibi per triduum commoratus sexta feria ante rogationes inde navigavit, et per continuos octo dies et noctes in alto mari laborans, in vigilia ascensionis et in ipsa sollempnitate sevissima quassati tempestate, octava demum die in portum Hispanie qui Gozin[63] dicitur cum 50 fere navibus, ceteris circumquaque dispersis, appulit. Ubi per triduum requiescens, rursum in portum eiusdem littoris, qui Viver[64] dicitur, venit. Inde exiens 64 sexta feria ante pentecosten in portum Galacie, qui Tambre[65] dicitur, applicuit. Qui portus a Sancto Iacobo octo miliaribus distat, ad cuius sanctum sepulchrum in vigilia pentecostes veniens sanctam sollempnitatem cum magna hilaritate celebravit. Unde ad portum revertens, in octava pentecostes navigavit secunda feria ad civitatem Portugalim[66], per alveum 66 fluminis qui Dorus dicitur appulit, ubi episcopum eiusdem civitatis adventum suum cum magno tripudio ex precepto regis prestolantem reperit. Ibi per dies 11 adventum comitis A., qui a se predicta tempestate divisus erat, expectans, equam venditionem tam vini quam ceterarum[b] rerum et deliciarum ex benivolentia regis habuit. Exinde comite A. ceterisque sociis receptis, navigans alveum fluminis qui Tagus dicitur, intrans secunda die apud Ulixibonam in vigilia apostolorum Petri et Pauli appulit. Quae civitas, sicut tradunt hystoriae Sarracenorum, ab Ulixe post excidium Troie condita mirabili structura tam murorum quam turrium super montem humanis viribus insuperabilem fundata est, circa quam exercitus omnis predictus figens tentoria, Kalendis Iulii suburbana eius virtute divina adiutus cepit. Post hec circa muros assultus varios non sine magno suo et illorum detrimento faciens, usque ad Kalendas Augusti in machinis faciendis tempus protraxit. Siquidem duas turres iuxta litus, unam in orientali parte ubi Flandrigene consederant, alteram in occidentali, ubi Anglici castra locaverant, magno sumptu construxit. Pontes etiam 4 in navibus, per quos sibi aditus super muros civitatis pateret, composuit. Hec omnia in inventione sancti Stephani prothomartyris exercitus admovens, vento contrario repulsus nec non et magnellis quodammodo lesus, naves retraxit. Deinde Coloniensibus ex sua parte dimicantibus cum Sarracenis, Anglici minus caute suam turrim custodientes, hanc ex[c] inproviso succensam igne extinguere non potuerunt. Interim Colonienses quadam machina murum suffodere ceperunt. Quod videntes Sarraceni, igne olio admixto eandem machinam in favillam redigebant, magistrum etiam machinae in fractura muri lapidabant. Preterea mortes innumeras tam magnellis quam sagittis ipsis inferentes, illi quoque simili modo morte[d] multipliciter puniti sunt. Colonienses de iactura machinarum et suorum contricione aliquantisper fracti, set in misericordia divina sperantes, ingenia et machinas reparare ceperunt. Interea Sarraceni civitatis, qui alimentis habundabant, suis concivibus egentibus adeo alimenta subtrahebant, ut quam plurimi eorum fame attenuati morerentur, quidam autem eorum canes et cattos devorare non abhorrerent. Horum pars plurima christianis ultro se obtulit et baptismi sacramentum suscepit. Quidam autem illorum trunccatis manibus ad muros a nostris remissi, a suis concivibus lapidati sunt. Multa eis adversa vel prospera secundum quod varius est belli eventus acciderunt, que longum est enumerare. Tandem quidam Pisanus natione, vir magne industriae, circa nativitatem sanctae Mariae turrim ligneam mire altitudinis in ea parte qua prius Anglorum turris destructa fuerat coaptavit, et opus laudabile tam ex regio sumptu, quam ex totius exercitus labore cira medium Octobrem consummavit. Similiter quidam nostras sub muro civitatis ingentes cavationes suo ingenio et multorum adiutorio fecit, quod Sarraceni moleste ferentes in festo sancti Michaelis circa horam terciam latenter exeuntes, cum Coloniensibus usque ad vesperam pugnam super foveam continuabant. Nostri autem sagittariis eis oppositis, vias per quas redire sperabant, adeo vallaverunt, ut vel nullus vel vix aliquis eorum sine plaga rediret. Hinc nostri viriliter die nocteque laborantes, opus subterraneum lignis levigatis impletum eadem die consummabant, qua rex cum Anglicis turrim suam muris applicabat. Siquidem in ipsa nocte sancti Galli abbatis igne fosse inposito lignisque ardentibus, corruit spacio ducentorum pedum. Nostri de tanta ruina expergefacti sumptis armis cum ingenti clamore assiliebant,

a) *deest cod. spatio vacuo relicto, suppl. L.* b) ceterrarum *cod.* c) rex *cod.* d) morte *cod.*

62) Dartmouth. 63) an Gijon in Asturia? 64) Vivero ab oriente promontorii Ortegal. 65) Nova in ostio fluminis Tambre. 66) Porto.

sperantes vigiles et custodes murorum fugisse. Ad ruinam autem cum venissent, mons aditu difficilis supereminebat et turba Sarracenorum in defensione parata stabat. Nichilominus autem nostri assiliebant, nec a pugna media nocte inchoata usque ad diei[a] horam nonam cessabant. Tandem variis percussionibus attriti pugnae se subtrahebant, quousque communicato consilio turris admoveretur, et sic Sarracenorum populus hinc et inde pugna vexaretur. Et ecce viris bellicosis turris impleta, muro supereminebat. Eadem hora exercitus nostrae partis ad fracturam muri, Lotharingis prima iudicio fronte pugnantibus, Sarracenos mirabili assultu appetebant. Interim milites regis qui ab arce pugnabant, magnellis Sarracenorum territi, minus viriliter pugnabant, usque adeo quod Sarraceni exeuntes turrim concremassent, si quidam de nostris, qui casu ad ipsos venerant, non obstitissent. Huius periculi fama cum ad nostras transvolaret aures, meliores exercitus nostre partis ad defendendam turrim, ne nostra spes in ea annullaretur, transmisimus. Videntes autem Sarraceni Lotharingos tanto fervore turrim ascendentes, tanta fortitudine territi sunt, ut arma summitterent et dextras in signum pacis sibi dari peterent. Unde factum est, ut Aichada princeps eorum hoc pacto nobiscum conveniret, ut noster exercitus omnem suppellectilem eorum cum auro et argento acciperet, rex autem civitatem cum nudis Sarracenis et totam terram obtineret. Consummata est hec divina non humana victoria in ducentis milibus et quingentis viris Sarracenorum in festo undecim milium virginum.

1148. 11.[b] Hyemps nivosa et aspera, unde et siligo in agris sub profunditate nivis diu suffocatus deperiit. Magdeburgensis archiepiscopus Fridericus et quidam alii principes Saxoniae Polonicis ducibus Bolizlavo et Miseconi in epiphania Domini occurrentes in Crusawice fedus amicicie cum eis inierunt. Ibi etiam marchio Otto, filius marchionis Adalberti, sororem Polonicorum principum sibi in legitimum matrimonium copulandam suscepit. In media quadragesima Eugenius papa concilium Remis celebravit, ubi quidam ei representatus est, qui spiritu pravissimi erroris seductus nomen sibi inponens Eus in Gasconia et in finitimis regionibus se Deum esse predicaverat, et gentem illam stultissimam in errorem suum pertraxerat, quibus et erroris sui mandata et scripta dederat; qui et plures episcopatus destruxerat, et plurima religiosorum virorum claustra errori suo favere nolentium dissipaverat. Hic in medio concilio interrogatus, errorem suum confessus est et in caveae captivitatem deputatus, perpetui exilii supplicio deputatus est. In eodem concilio magister Giselbertus scripta sua contra omnes calumpniatores suos magnis auctoritatibus sanctorum patrum defendit ut clericus. Eodem anno rex Romanorum et rex Francorum Ierosolimam veniunt, Damascum obsidione vallant, set Ierosolymitano rege ope sua eos defraudante, nil dignum effecerunt. Rodilbernus Pomeranorum princeps principibus Saxonie in Havelberch in estate occurrit, ibidemque fidem catholicam, quam ex predicatione Bavenbergensis episcopi pie memoriae Ottonis dudum susceperat, professus est, et pro christiana religione semper defendenda et propaganda toto nisu se laboraturum vovit, laudavit et iuravit.

1149. 12.[c] Reges ab expeditione reversi sunt.

1150. 13.[d] A vigilia nativitatis sancti Iohannis baptistae frequenter tonitrua gravi horrore plena, fulmina terribilia, tempestates horribiles, vis[e] ymbrium, nimia inundatio aquarum, nebule tenebrose et fetentes et spissae, et secuta gravissima pestilentia et mortalitas tam hominum quam et pecorum et magna penuria frugum; unde et sequenti anno ante messem tanta fames secuta est, quantam ante non viderant homines illius temporis. Asserunt enim hii qui in astronomia aliquid periciae se accepisse iactitant, illo anno dominium Saturni fuisse, qui completo cursu suo, quem 30 annis peragit, iter consummatum reciprocans in nimia superfluentia fluminum, in maxima pestilentia et mortalitate, in sterilitate terre et famis inedia nec non et aeris intemperię seu et aliis diversis perturbationibus dominium suum exercet. Hyemps aspera et longa, et in sequentem annum nimis producta.

1151. 14.[f] Autumnus[g] ventosus. Obiit Coloniensis archiepiscopus Arnoldus, et succedit cancellarius Arnoldus. Richardis marchionissa obiit, Lodewicus de Wippera, Wernherus episcopus de Monasterio, pro quo Fridericus.

Ann. Palid. 1152. 15.[h] In nocte circumcisionis Domini ventus calidus. Comes Lambertus obiit.

a) die *cod.* b) Annus Domini 1149. Cunradi 12. *c.* c) Annus Domini 1150. Cuonradi 13. *c.* d) Annus Domini 1151. Cuonradi 14 *c.* e) *deest in c. sed legitur in Pegav.* f) Annus Domini 1152. Cunradi 15. *c.* g) automnus *corr.* autumnus *cod.* h) Annus Domini 1153. Cuonradi 17. *c.*

Comes Hermannus de Wincenburch 4. Kal. Februarii feria 3. post septuagesimam occisus est, et coniunx eius Liuchardis. Archiepiscopus Treverensis obiit. Rex Cunradus obiit. Dux Fridericus in regem eligitur in media quadragesima communi omnium principum assensu. 18. Kal. Februar. obiit Fridericus Magedeburgensis archiepiscopus. Ann. Palid.

Annus Domini 1153.[a] Friderici 1. Fridericus rex Saxoniam pacifice intravit. Heinricus Mogontinus archiepiscopus a legatis domni apostolici deponitur, cui successit Arnoldus cancellarius. Item Heinricus Mindensis episcopus deponitur, cui successit Wernherus. Item Bernhardus Hildeneshemensis episcopus ab episcopatu absolvitur et moritur, cui successit Bruno. Eugenius papa obiit, cui successit Cuonradus qui et Anastasius. Wigboldus cum aliis multis in Fresia periit. Yrmingardis marchionissa obiit. Fridericus ab uxore sua separatus est coram legatis apostolici. Ann. Palid.

1154.[b] 2. Eclipsis lunae facta[c] est. Fridericus rex Romam profectus est. Fridericus rex Magdeburch pascha celebrat. Anastasio papa successit Nicolaus Albanensis episcopus, qui et Adrianus. Ann. Palid.

1155.[d] 3. Fridericus rex imperiali benedictione ab Adriano papa sublimatur, et coronatus cum victoria et gloria magna revertitur. Sueno rex Danorum a regni primoribus regno depellitur, cuius regnum a Knuto et Waldamaro nepotibus ipsius occupatur. Ann. Palid.

1156.[e] 4. Heremannus[f] Traiectensis episcopus obiit, cui successit Godefridus. Fridericus imperator Monasterio pascha celebravit. Conventum apud Halverstad habuit Kal. Mai. Arnoldus Coloniensis archiepiscopus obiit, cui successit Fridericus. Heinricus dux Fresiam hostiliter ingreditur, set inacte revertitur. Fridericus imperator Radispone conventum habuit, ubi ipso mediante Heinricus dux Saxoniae ducatum Bawariae optinuit. Heinricus Bawaricus marchiam terre illius retinuit. Marchio Cuonradus obiit[68]. Heinricus dux Suenonem regem Danorum regno suo restituit. Ann. Palid. 68

1157.[g] 5. Brandeburch obsidetur et capitur. Fridericus imperator Poloniam hostiliter ingreditur. Kanutus rex a Suenone dolose interimitur. Waldomarus vero vulneratus vix evasit. Non post multum vero emporis factum est prelium inter Suenonem et Waldomarum. Suenonis pars victa corruit, ipse autem fugiens capitur et obtruncatur. Ann. Palid.

Fridericus[69] imperator natalem Domini apud Magdeburch celebrat. Adalbertus[h] marchio causa visitandi sepulchrum Domini Ierosolimam petiit. Habita curia in purificatione[70], 1158.

1158.[i] 6. Fridericus imperator Franconford conventum habuit, pascha vero apud Traiectum celebravit. Italiam hostiliter intravit, Mediolanum obsedit. Wigboldus abbas Corbiensis apud Greciam mortuus est. Heinricus dux Sclavaniam[k] cum exercitu intrans, terram ferro et igne devastat. Eodem anno tempestas extitit[l], ventus turbinis arbores inmensas radicitus evulsit, ecclesias cum domibus edificiisque evertit, aquarum quoque inundantia hominum[m] multitudinem cum pecoribus extinxit. Fridericus archiepiscopus Coloniensis obiit. Ann. Palid.

1159.[n] 7. Heinricus dux et ceteri principes collecto exercitu Italiam intrant. Friderico Coloniensi archiepiscopo succedit Reinoldus[o] cancellarius. Imperator castrum Grimme[71] obsidet, rebellantibus Mediolanensibus. Adrianus papa obiit, cui successit Octavianus, qui et Victor. Heinricus dux propter multiplicandam christianitatem constituendi et investiendi episcopos in Sclavania potestatem a cesare accepit. Ann. Palid.

1160. Castrum Grimme imperatori traditur, traditum vero funditus exciditur. Sophia marchionissa obiit. Arnoldus Moguntinus archiepiscopus in atrio ecclesiae beati Iacobi ab inimicis suis, eiusdem urbis civibus, circumventus occiditur, ipsaque ecclesia cum omnibus edificiis monasterii igne comburitur. Eclipsis lunae. Heinricus dux terram Sclavorum hostiliter intravit, ferro et igne totam devastavit, principem eorum Niuclath qui et Nicolaus trucidavit, ipsos rebelles sibi subiugavit. Odelricus Halverstadensis episcopus deponitur. Ann. Palid.

a) 1154. *c.* b) 1155. *c.* c) factus *c.* d) 1156. *c.* e) 1157. *c.* f) *ita correxi*, Weremannus *c.* g) 1158. *c.* h) adabertus *c.* i) 1159. *c.* k) Sclauaniam *cod.* l) exlititit *cod.* m) hominem *cod.* n) 1160. *c.* o) reinnoldus *c.*

68) Ita male intellectis Ann. Palidensibus scribit, Conradus a. sequenti obiit, Non. Febr. 69) Haec iam vitio scriptoris primi qui et auctori annalium Pegaviensium ad manus fuit superioribus subiunguntur, pertinent ad annum sequentem; nam et a. 1164. quae res Februario mense acciderunt, minime anno praecedenti adsignatae sunt; et utraque ex Ann. Palidensibus hausta esse constat. 70) Francofurti, quae anno sequenti memoratur. 71) Crema.

cuius in locum Gero prepositus subrogatur. Wigboldo[a] Corbeiensi Cuonradus successit. Fredericus imperator cum Mediolanensibus pugnavit; vexillum beati Ambrosii auferens, [Ann. Palid.] plurimis occisis, victoriam retinuit. Heinricus dux episcopos in Sclavania ordinatos investivit, Geroldum in Aldenburch, Evermodum in Razzisburch, Bernonem in Magnopolim, qui translatus est in Zuarinensem urbem.

1161. 8. Bruno Hildineshemensis episcopus obiit, cui successit Hermannus. Gero [Ann. Palid.] Halverstadensis episcopus dignitatem ferendi palii a Victore papa accepit. Magna discordia inter ducem Heinricum et Radisponensem episcopum.

[Ann. Palid.] 1162. 9. Eclipsis lunae. Mediolanum imperatori traditur. Fridericus palatinus moritur. Conventus apud Bisantium.

1163. 10. Heinricus dux castrum Sclavorum Werlam obsidens ad deditionem coegit. Fridericus imperator Mogontie conventum habuit, murum civitatis cum domibus destruxit, [Ann. Palid.] interfectores episcopi quosdam vita, quosdam rebus abiudicavit. Heinricus dux congregationem in Lubeke clericorum instituit, ecclesiam ex lignis constructam in honore sancte Mariae et sancti Nicolai dedicari fecit. Ubi pacis gratia principes Rugianae insule ad dedicationem venerunt.

[Ann. Palid.] 1164. 12.[b] Commotio aeris nimia, turbines ventorum, fulgurum choruschationes multis in locis terribiliter apparuerunt. Set et fluctus maris in cumulos excrescentes, omnibus circa maritima commorantibus interitum minabantur. Ab aquilone vero ventus turbinis exurgens, cumulos aquarum conquassavit, omnia circa maritima flumina aquis redundare fecit, ex quibus innumerabiles insulae cum hominibus, iumentis, domibus, edificiis, substantiis, ecclesiis ecclesiarumque locis funditus erute sunt vel exstinctae. Homines vero numerum omnino excedentes aquis suffocati, frigore exanimati, littora fluminum cadaveribus repleverunt. Quidam etiam vel in lignis edificiorum vel in vasculis constituti, vi ventorum et fluctuum longe in alias regiones, terras vivi deiecti sunt; eratque maxima miseria gemitus et clamores audire et videre pereuntium. Hec clandestina miseria circa occiden- [Febr. 17.] tem et aquilonem miserabiliter predicatur, facta 14. Kal. Martii. Ipso die in Magnopoli civitate occisa et captivata est multitudo christianorum a Sclavis. Signa quedam in sole et nubibus visa dicuntur. Magna discordia inter Reinoldum Coloniensem electum et palatinum de Reno propter castrum Rineke. Fruges agrorum multis in locis grandine percussae. [ib. a. 1165.] Victor papa obiit, cui successit Wido Cremonensis, qui et Paschalis.

1165. 13. Honorabile monasterium ancillarum Dei in Herse flammis exustum est. Dissensio inter regem Angliae et regem Karlingie, quam concitavit Reinoldus Coloniensis archiepiscopus hac de causa: Idem archiepiscopus functus legatione imperatoris ad regem Franciae, primo honorifice ab eo susceptus est, et fere impetrata causa, pro qua venerat, a Belvacensi episcopo superveniente inpedita est, et ita archiepiscopus non sine indignatione inacte reversus est.

1166. 14. Fulgura et tonitrua terribiliter sevientia et crebra[c] aquarum inundatio estivis messibus inportuna, et magna puerorum mortalitas et iumentorum. Arnoldus Magdeburgensis abbas felicis memorie terrenis exemptus, clarum sui reliquid memoriale. Cui [Ann. Palid.] eodem anno successit Sifridus electus de eadem congregatione. Werra inter Heinricum ducem et Wigmannum archiepiscopum et ceteros Saxoniae principes.

1167. 15. Castrum Haldeslove[d] et Neindorp destruitur. Imperatore in Italia fortiter agente, Romani ad 40 milia congregati, Tusculanum, fidelem imperatori, obsidione cinxerunt in vigilia pentecosten. Hoc comperto Christianus Magontiensis electus cum Flandrensibus et Brabantinis accessit, et iuxta castra illorum sua castra metatus est. Romanis indignantibus et bellum cum eis committentibus, cum iam in eo res esset, ut terga verterent Romanis, Reinnoldus Coloniensis archiepiscopus advenit, rege interim absente et ista ignorante, vexillo beati Petri previo et magnis laudum vocibus ipsius inclamato nomine, tanta virtute eos aggressi sunt, ut octo milia occiderent et quatuor milia caperent, et ceteri saucii vix effugerent; inter quos ceperunt filium cuiusdam Ottonis Frangepanis, quem multis pecuniis redimere volentibus non reddiderunt. Hec victoria peracta est in secunda feria pentecostes.

1168. 16. Italici principes imperatori rebellant. Reinnoldo Coloniensi archiepiscopo successit Philippus cancellarius.

a) *ita emendari*, wigbodo *c.* b) *ita cod.* c) creba *cod.* d) *ita c.*

1169. 17. In Syria Antiochia et aliae civitates terre motu a fundamentis concussae sunt, quarum una terre hiatu absorpta stagnantis abyssi faciem pretendit. Waldomarus rex Danorum, adiunctis sibi Liuticiorum principibus ad Rugianos profectus, deos eorum succidit, et multo auro et argento de precipuo fano ipsorum ablato, umbram eis christianitatis inpressit, que in brevi tam ipsius avaricia quam doctorum penuria et desidia abolita est. Daniel Pragensis Boemie episcopus obiit[72], cui subrogatur Fridericus, assumptus de 72
choro Magdeburgensi.

1170. 18. Fridericus imperator natale Domini Spire celebrat. Estatis fervor insolitus adeo, ut in plerisque locis terra solis exusta ardoribus, multos itinerantes tam equites quam pedites in pulverea precipicia inprovisę ruentes periclitari fecerit, quam comitata est magna mortalitas hominum. Gerungus Misnensis episcopus obiit, cui successit Martinus eiusdem ecclesie canonicus. Adalbertus marchio obiit.

1171. 19. Everhardus Nienburgensis abbas obiit; cui substituitur Sifridus Magdeburgensis abbas. Fridericus imperator in octava sancti Martini Goslarie curiam tenuit, in qua patrimonium Bernhardi comitis, filii marchionis Adalberti, quod dicitur Plozeke, exegit, ex quo gratis inter imperatorem et fratres eiusdem comitis dissensio orta, usque in festum sancti Iohannis baptistae est dilata. Repentina mors hominum et gravis pestilencia pecorum plurimas provincias vastat.

1172. 20. Eclipsis lune in octava epiphaniae in plenilunio noctu facta, inviso modo per quatuor fere horas non apparuit. Mense Ianuario ingens fragor ventorum, et in Februario crebra micuerunt fulmina. Lodewicus[a] lancravius obiit. Ann. Pal.

1173. 21. 3. Idus Februarii nube rubea in celo apparente, secuta est magna siccitas terre, ut frugibus exarentibus, plerisque in locis nec futuri seminis auxilium inveniretur. Processit item de terra nebula crassa, de qua concepta est in hominibus tussis gravissima, ipsaque lues graviter invaluit, pluribus ex ea morientibus et precipue pregnantibus. Mortuus est ex ea Lothowigus Monasteriensis episcopus.

1174. 22. Imperator post assumptionem sancte Marie cum procinctu Longobardiam intrat, gentem perfidam digna animadversione multat, tandem Alexandrinam civitatem obsidione vallat et obpugnat, et diversa fortuna usus nec superior nec etiam inferior congressu invenitur, sicque totum hiemis[b] tempus hac obsidione consumptum est. Hoc anno multa edificia vi ventorum diruta sunt, annosa robora evulsa; fruges habundabant, vinum deperiit[c].

1175. 23. Exacta iam fere istius anni quadragesima, adversarii imperatoris de diversis civitatibus validum exercitum conglomerant, et quasi pugnaturi contra imperatorem acies dirigunt. Cesar hec audiens obsidionem solvit, et contra adversarios inperterritus tendit. Et ecce terribilis castrorum acies, mutata repente voluntate, arma ponunt, gladios iugulis inponunt, et sine conditione vestigiis imperatoris se prosternunt. Quos cesar imperiali clementia in gratiam suscipit, et se in Papiam civitatem recepit. Heinricus dux cum valido exercitu Bodam fluvium transiens et Groninge inicium depopulationis faciens, ad iniuriam Bernhardi comitis omnia igne domat, inter que et famosum oppidum Ascherleve conflagrat, lapidias[d] vero structuras inpulsionibus quassat, quassatas diruit et subvertit. Inter hec et quedam ecclesie cum suis cimiteriis conflagrarunt, in quibus nonnulli hominum simul interierunt. Castrum quod dicitur Helpede[73] a lantgravio capitur insidiis circumventum. 73
Imperator omnibus episcopis ceterisque principibus, qui secum intraverant Longabardiam, redeundi dat licenciam, retentis secum militibus paucis. Longabardi itaque intelligentes imperatorem Teutonico exercitu desolatum, iuramentum ruperunt et subiectionem sponsionis, et ad curiam imperatoris statuto die venire contempserunt. Unde imperator gravi permotus indignatione, dissimulata ira quia exercitum longe remotum tam cito congregare non potuit, in Papia et in Ravenna pluribusque aliis civitatibus, que sibi fideles exstiterant, reliquum tempus anni illius in pace exegit.

1176. 24. Imperator misit epistolas per omnes partes regni Teutonici, archiepiscopis, episcopis et abbatibus, ducibus, marchionibus, comitibus, imperiali auctoritate mandans eos venire sibi in adiutorium. Quapropter Wichmannus Magdeburgensis archiepiscopus et

a) *haec alia manu addita sunt, qua et a. 1183. et 1184. adiiciuntur.* b) hiems *cod.* c) *priori manu pergente.* d) *ita cod.*

72) haec a. 1168. Annales Pragenses, a. 1167. Gerlacus et alii adsignant. 73) Helfta prope Eisleben.

Philippus Coloniensis, cum omnibus quos sibi attrahere poterant episcopis et principibus et militibus, celebrata prius domi paschali sollempnitate, cum magna leticia post octavam eiusdem sollempnitatis exierunt, transcensisque iugis Alpium Longabardiam intraverunt. Imperator Papie positus, adventu[a] eorum cognito, exivit obviam eis cum paucis, et cum magno gaudio eos suscepit. Subito autem gaudium versum est in merorem, quia audierunt Longabardos cum magna multitudine sibi occurrere, et in omnibus viis, quibus iter erat ad Papiam, positas insidias. Imperator videns se circumvallatum ab hostibus et nusquam ad tempus declinare posse, donec Christianus Mogontinus archiepiscopus et marchio de Monteferran, nec non et Papienses cum pluribus aliis sibi fidelibus possent advenire, eligens potius honestam mortem quam inhonestam fugam, Deo se committens ipsos aggressus est. In quo certamine a paucis Teutonicis bene et acriter pugnatum est, de Teutonicis quidem militibus duo ibi corruerunt, plurimi autem captivi ducti sunt. Longabardorum magna ibi corruit multitudo, pauci ex ipsis capti sunt. Imperator ferro iter per eos faciens, Papiam incolomis venit cum paucis; ceteri circumquaque dispersi, aliqui nocte, aliqui die altera, aliqui tercia, aliqui etiam die septima venerunt. Longabardi sperantes imperatorem occisum, eum inter omnia corpora occisorum diligenter quesierunt; post paucos autem dies cum comperissent[b], eum incolomem Papiam advenisse, nec aliquem de principibus perisse nec captum esse, ipsam quam adepti fuerant victoriam pro nichilo ducentes detestati sunt. Hec acta sunt in sabbato pentecostes, quando agitur ieiunium quatuor temporum. [c]Episcopi Teutonie et Longobardie discordiam inter[d] Alexandrum papam et imperatorem iam diu habitam, in concordiam et pacem reducere statuerunt.

74 1177. 25. Alexander papa Venetiis adveniens, imperatorem in Classe[74] manentem exspectat. In vigilia sancti Iacobi imperator Venetiam venit, ubi diu exspectatus et optatus, a cardinalibus et episcopis et nobilibus et populi infinita multitudine honestissime suscipitur, et ante monasterium sancti Marci cum papa in osculo pacis in concordiam et pacem firmam rediit. Cristianum Mogontinum episcopum, quem titulus superpositionis notaverat, in episcopatu confirmat.

1178. 26. Alexander papa Mogontino et Wormatiense pluribusque aliis episcopis et nobilibus viris, quos inperator cum eo direxit Romam reductus, honeste suscipitur. Inter Olricum Halberstadensem et ducem Heinricum grandis controversia nascitur; urbem, quae dicitur Nova, episcopus iuxta[e] Halberstat exstruxit[f]. Alexander papa generale concilium omnibus ecclesiarum prelatis apostolica auctoritate Rome indixit.

1179. 27. Celebratum est concilium generale a domno papa Rome in medio[g] quadragesime, ubi aderant patriarche tres, episcopi, abbates et prelati ecclesiarum pene totius orbis, cum innumerabili fidelium multitudine; in quo de ordinatis in scismate, et diversa que pro temporis necessitate et corrigenda et dispensanda fuerunt, ordinavit. Imperator curiam habiturus, Magdeburch in festo sancti Iohannis venit, et in die apostolorum Petri et Pauli cum uxore et filio rege coronatus processit. Hiemps gravis ipso anno ipsum etiam vernum tempus occupavit, ita ut 13. Kal. Iulii flores in arboribus primum apparerent. In Septembre a militibus ducis Heinrici Halberstat civitas capitur, et plurimis occisis et igne consumptis, tota civitas et domus maior et omnes pene ecclesie cum civitate igne consumpte sunt. Episcopus Olricus captivus ducitur. Magdeburgensis[h] archiepiscopus cum principibus orientis et Coloniense archiepiscopo oppidum Haldesleve obsederunt; ubi discordia inter eos orta, ab obsidione inacti redierunt. Heinricus dux oppidum Calve et fines episcopii Magdeburgensis igne concremavit.

1180. Imperator natale Domini Ulme celebravit. Olricus episcopus a captivitate solvitur. Dux Heinricus ab imperatore ad curiam Wirciburc vocatus, et venire contempnens, ex sententia principum reus maiestatis et privari beneficiis adiudicatur; cui Bernhardus comes in ducatu Saxonie substituitur. Heinricus dux plurima contra imperium debachatus, Northusen concremavit; unde redeunti lancravius et dux Bernhardus congregato exercitu iuxta Wizense occurrerunt, et congressu facto, Heinricus dux victor efficitur. Lancravius cum fratre et plurimi ex militibus captivi ducuntur. Imperator Wirciburch pentecosten celebravit. Sigifridus[i], in monte sancti Iohannis abbas, ad regalem Herfeldensem[k]

a) advento, *corr.* adventu. b) competissent *cod.* c) *quae sequuntur alia manu addita sunt.* d) ī *cod.* e) iuxt *cod.* f) exstux *cod.* g) medie *cod.* h) Magdeburgis *cod.* i) Sigifridus *superscr. manu saec. XIV.* prepositus *cod.* k) herfeldensen *cod.*

74) portu Ravennae.

ecclesiam transfertur. Olricus Halverstadensis episcopus obiit, cui successit Theodericus de ipsa ecclesia electus.

Imperator Heinricum ducatu Bawarie privavit, et Saxoniam cum exercitu intrans, multas urbes ducis et vi et in pace ad se accedentes accepit. Bernhardus quidam de Lippa ab Haldeslevensi oppido cum omnibus ipsius vici Magdeburgensem civitatem et fines eius multis depredationibus invadunt.

1181. 1182. 1183. 1184. 1185.

1186. Udo Cicensis episcopus obiit, cui successit Bertholdus Nuenburgensis ecclesie canonicus. Imperator a Longobardia reversus, malam voluntatem episcoporum Teutonice terre pene omnium contra se, set occultam comperit, precipue Coloniensis, quam[a] Urbanus papa litteris suis et nunciis inter eos concitaverat. Unde imperator convocatis eis Wormatie, machinationem contra imperium eis inponit. Set illi negantes, cum iuramento se preter Mogontinum a suspicione absolverunt. Coloniensis autem nec venit nec negavit. Super quibus imperator graviter motus, curiam ei Strazburg super expurgatione instituit.

1187. Imperator pro pace formanda inter Urbanum papam et imperium legatos Wirziburgensem episcopum et Babenbergensem et abbatem Hersveldensem Veronam misit. Qui bene prosperati, pace in formam acta, legationem imperatori retulerunt in Lutra. Imperator cum rege Francie missis utrimque nunciis, in multa amicitia federati sunt. Res omni christianitati lamentabilis orientali accidit ecclesie. Siquidem rex Saladinus, rex trium regnorum, Damasci, Egipti et Syrie, cum multitudine infinita paganorum terra Ierosolimorum per fraudem quorundam principum christianorum infra octavam apostolorum Petri et Pauli intravit; cui occurrit patriarcha et rex Iherusalem cum templariis et hospitalariis militibus et aliis episcopis de terra et omni exercitu christianorum, crucem dominicam habentes in comitatu. Set domino Deo apostolo suo avertente fatiem et in ira misericordie non recordato, christiani victi sunt, crux dominica capta, patriarcha, rex et episcopi multi occisi cum omni exercitu. Saladinus victor totam terram cum civitatibus et castellis invasit, et furore barbarico seviens, ecclesias clericorum monachorum virginum martirio coronatis, que erant in eis, destruxit. Solam civitatem Tirum Conradus comes filius marchionis de Monteferra, de Constantinopoli veniens, se Deo mittente salvavit. His ita gestis episcopus Ierosolimorum nuncios et litteras de his misit, querens consilium et auxilium. Proinde papa orationes et ieiunia per ecclesias instituens, imperatori et ceteris principibus et fidelibus pro adiutorio illius terre Heinricum Albanensem episcopum cardinalem misit trans Alpes. Eclipsis solis facta est. Imperator pro pace firmanda nuncios, quos pridem, Urbano pape misit. Urbanus papa apud Ferrariam migravit; cui Gregorius substituitur, prius cancellarius. Qui et ipse, legatione imperatoris optime suscepta, pacem, filius pacis et vere Israhelita, in quo dolus non erat, accepit et firmavit. Gregorius papa imperatori et principibus pro adiutorio terre Iherusalem scripsit, et quia vita eius mundus non fuit dignus, apud Pisas in fata concessit; cui substituitur Clemens, prius Prenestinus episcopus.

1188. Imperator pro legatione apostolica de adiutorio orientalis ecclesie omnibus principibus Teutonice terre et ceteris fidelibus curiam in medio quadragesime Magontie instituit. Ad quam Coloniensis episcopus, multis ante temporibus cum imperatore de innocentia[b] sua tractationibus habitis, in gratiam imperatoris omni condicione remota se et civitatem suam coram omni imperio dedit. Imperator inspirante Deo in presentia Albanensis legati et tocius imperii in remissionem omnium peccatorum crucem accepit; deinde filius eius dux Swevie, langravius et multi episcopi, duces, comites et viri nobiles, milites et viri militares crucem acceperunt, ad eam curiam quatuor milia virorum electorum, et expeditio in annum integrum dilata, in die sancti Georgii Ratispone statuta est. Magdeburgensis civitas, iuditio Dei occulto, tamen iusto, in vigilia pentecostes pene tota exusta est; ecclesia sancte Marie et ecclesia sancti Sebastiani martyris cum parrochiis et capellis 12 exuste sunt[c].

---

Item anno 1453 ipso die Cyriaci martiris que fuit die Martis, Apelo de Ebeleyben[75] Iun. 21.
fuit indoctus in posessionem sui castri, qua fuit spoliatus per W. ducem Saxonie et

a) q̄ *c.* b) excusatione *corr.* innocentia *cod.* c) *hic finis annalium; reliquam membranae partem explent notitiae diversis saeculi XV. medii manibus scriptae, de Leone iconoclasta, Karolo Martello, origine Francorum, et quae iam sequuntur.*

75) Ebeleben ad Helbam in terra Schwarzburgensi inter occidentem et meridiem Sondershusae.

lantgravium Thuringie, ex eo quod adhesit Bussoni Wiczthum patruo suo; fuit eciam captus
75 in castro Dornborg[75] apud matrem suam, et sibi fuit desponsata filia Tadani pincerne de Tutenberg, que fuit virgo nobilis regine. Eodem anno est constructa valva apud Sanctum Andream[76] exterius per magistrum Laurencium lapicidam et pro tunc tamen marggrave residens et ad viridem clipeum in parrochia Bartholomei fuit magister structure cum socio suo.

Anno Domini 1453 feria secunda post Bartholomaei — quia ipsa die[77] fuit sexta feria — dux Wilhelmus ex parte dominorum prepositi in Mimeleyben[78] videlicet sancti Benedicti et prepositi sanctimonialium in Rusleyben[79] et nobilis ........ domini de Querfort[80] contra
81 Fredericum de Wiczleyben residentem czum Windelsteyn[81] convocavit comites et pauciores qui fuerunt cum eo in Austria apud imperatorem et regem Ungarorum et Bohemorum fratrem uxoris et conthoralis sue.

Anno Domini 1455. feria 7. post pascha ante villam Steden princeps W. assignavit Io. preposito Rusteleybensi et Frederico de Wiczleyben de Lapide diem in caus captivationis et spoliationis.

Anno Domini 1456. circa festum sancti Iohannis baptiste in Mersseburg concordati sunt Wilhelmus dux et Fredericus de Lapide alias de Wiczleyben.

Eodem anno fuit post Trinitatis hastiludium in Northusen; causa illius fuit ....... de Mansfeld contra .... comitem de Stalberg et Swarczburg et Hoenstin.

Anno Domini 1456. ante festum assuptionis Torco magnus[82] cum 400 milibus perdidit de suo exercitu 100 milia, et de christianis fuerunt solum 40 milia, gubernator Ungarie cum communi populo absque nobilibus.

Eodem[a] anno circa adventum Domini gubernator Ungarie amputat capud comiti
83 .... de Cziley[83].

Item eodem anno servata est dieta in Norembergio et conclusum pro dominis Prusie ordinis Theotonicorum.

Anno 1460. 10. die mensis Iulii que fuit 7 fratrum adductus est Fredericus de Wiczleyben de lapide Wyndelstein ad monasterium Rosteleyben et ibidem sepultus in excommunicatione existens papali.

Item notandum de prodicione domni Dytheri archiepiscopi Moguntini et triumpho comitis palatini eodem anno.

a) Eodem — Theotonicorum *alio atramento*.

75) Dornburg ad Salam. 76) ecclesia S. Andreae et parrochia Bartholomaei Erfordiae haec scripta esse monstrant. 77) scil. S. Bartholomaei, d. 24. Augusti. 78) Memleben. 79) Rossleben ad Unstrutam. 80) ab occidente Merseburgi. 81) Wendelstein castrum olim dominorum de Witzleben prope Rossleben. 82) der Grosstürk, Soldanus. 83) Cilly.

# ANNALES STEDERBURGENSES

## AUCTORE GERHARDO PRAEPOSITO.

*Inter antiqua Saxoniae castra quae Ovacrum fluvium inde ab origine sua in montibus Hercyniae comitantur, urbs Stediernburg vel Stederburg, incertum an ab Heinrico I rege condita, anno primum* 938. *civium virtute et Ungarorum clade inclaruit*[1]. *Saeculo undecimo ineunte a Friderunde, Altmanni comitis Olsburgensis et Hadwigis coniugis filia, castrum in monasterium puellarum conversum est, quod hodieque ab occidente civitatis Wolfenbüttel situm, sub abbatissae et praepositi regimine permanet. Saeculo duodecimo duo Gerhardi cognatione iuncti praepositura functi sunt, uterque ex Goslariensi coenobio Richenberg acciti, quorum alter Lothario imperatori et Heinrico Superbo carus res monasterii incuria priorum dilapsas restituit, alter Heinrici Leonis et felicia tempora et calamitates vidit, qui senescentis ducis cum Heinrico sexto imperatore reconciliationi studiosus et non sine rei publicae commodo interfuit. Qui auctoritate, qua apud ducem et episcopos eius aevi Hildesheimenses et Halberstadenses, Adelhogum praecipue, aliosque viros, nobiles, cives, liberos valebat, magno cum fructu ad incrementum monasterii in terris, reditibus, aedificiis cultuque usus, haud minus scribendi quam agendi capax litteris quoque operam dedit, et annales monasterii componendos suscepit atque ad sua usque tempora produxit. Qua in re ita processit, ut a fundatione loci exorsus, annalium Palidensium et Hildenesheimensium excerpta notitiis ad res cum monasterii sui tum Goslarienses et Hildesheimenses facientibus augeret, quarum nonnullae ex eodem cum annalibus Magdeburgensibus fonte derivatae, aliae ex libris Stederburgensibus et Richenbergensibus petitae sunt, plurimae autem et quae maximi pretii sunt Gerhardum ipsum primum auctorem agnoscunt. Quum enim a cognato suo Gerhardo praeposito educatus, dein cellerarii officio in monasterio Richenbergensi functus, inde ab anno* 1163. *per quadraginta sex annos*[2] *praepositoram Stederburgensem ageret, rerum quas calamo commisit noscendarum plurima ei facultas adfuit. Postquam igitur munus suscepit, annalibus brevibus historiam administrationis suae et rerum a se ipso domi forisque gestarum adiunxit, quae inter primi ordinis narrationes eius aevi historicas locum sibi vindicat, et hoc primum loco integritati quantum fieri potuit restituitur. Nam periit autographum, olim saltem ad decimi tertii saeculi exitum*[3] *in monasterio servatum, et cuius nonnisi in chartulario Stederburgensi vestigia extant. Siquidem Iohannes praepositus, qui annis* 1269—1290. *coenobio praefuit, quum privilegia loci perspiceret, Gerhardi exemplo auctus chartas ecclesiae „ad negligentias praecavendas*

1) Widukindi lib. II. cap. 14. 2) obiit a. 1209. 3) Liber et auctori chronici rhythmici ducum Brunsvicensium eo tempore compositi ad manus fuit.

*in uno volumine conscribi voluit*[3]*; et libro Gerhardi primo loco posito, quum ob inde annales silerent, chartas usque ad initium sui regiminis per ordinem subiecit, et diplomata deinde sua industria ecclesiae comparata insertis per annos narrationibus addidit. Quod tamen registrum aeque periit. At initio saeculi XIV quum nova chartarum collectio a posterioribus addenda esset, praepositus eius temporis, sive sit Heinricus de Warthkenstede sive successor eius Arnoldus, intra a. 1315. et 1319. rem ab integro incepit, atque Iohannis registrum una cum chartis usque ad a. 1315. in librum chartarum transscribi iussit, qui hodieque in tabulario serenissimi Ducis Brunsvicensis et Luneburgensis Welferbytano adservatur. Exaratus est*[4]*, ut iam monui, intra annos 1315 et 1319. in membrana, littera satis perspicua, cuius specimen adiicimus, et una eademque manu monasterii chartularium inde a folio 9—139 praebet; folia anteriora et posteriora post annum 1319. adiecta, chartas et notitias saeculorum XIII exeuntis et XIV exhibent, a scribis decem vel duodecim diversis sibi succedentibus exaratas, quorum ultimo et index totius libri debetur.*

*Hoc uno subsidio editores priores et nosmet ipsi usi sumus. Et Heinricus Meibomius quidem a. 1662. „Gerhardi praepositi Stederburgensis de Heinrici Leonis postremis rebus gestis historicam narrationem“, subiecto „Anonymi chronico Stederburgensi sub Gerhardo praeposito conscripto“, notis illustrata et oratione panegyrica de Heinrico Leone addita primus edidit, quae in nepotis eius Heinrici Meibomii Rerum Germanicarum tomis a. 1688. inde a pagina 425 repetita legimus. Vir de historia patria bene meritus duos libros distinguendos putavit, et unum post alterum exprimi curavit. Qua in re Leibnitium minime successorem nactus est; cuius Tomo I. Scriptorum Brunsvicensium pag. 849 sqq. ut unum opus recte quidem, prout in codice manuscripto habentur, constituuntur. Utrique tamen quam curam textus talis libri desiderat, ei navare non placuit, quin immo multa scribae incuria depravata, intacta reliquerunt, alia nonnisi manca ediderunt. Quod quum desiderium ipsius codicis moveret, inquirenti mihi incassum primo in bibliotheca ditissima Welferbytana, tum vero in tabulario eiusdem civitatis felici ave contigit, ut viro doctissimo et de historia patria optime merito, ill. Hettling tabularii praefecto favente, codicem ipsum evolvere et in usum nostrum vertere liceret. Quod ita feci, ut primum ipse opus aggressus, reliqua Waitzii nostri curae committerem, edendo libro ipse provisurus. Ita evenit, ut lacunae iam plurimae expletae, vitia multa sint emendata, totumque librum prout fieri potuit restitutum historiae studiosis proponere liceat. In textu autem restituendo ita egi, ut quum Gerhardi liber imperitas duorum scribarum manus transierit antequam ad nos deveniret, vitia manifesta, e. g. Bernwardi nomen duodecimo saeculo constanter loco Bernhardi usurpatum et alia eiusmodi tollerem, chartasque a Meibomio et Leibnitio omissas textui insererem. Tenendum tamen in animo est, vel sic sisti librum, qualem ex registro Iohannis praepositi acceptum scriba chartularii repetere voluit. Ad cuius finem textus annalium, annis 1200—1209. usque ad obitum Gerhardi adscriptorum deletus, et in loco raso haec, incertum quo auctore, scripta sunt:*

Beatus ille servus videlicet dominus Gerhardus prepositus lucra talenti crediti sibi reportaturus ad Christum, viribus corporis iam destitutus, cum finem dierum suorum adesse sentiret, sacre unctionis oleo per sacerdotum manus in remissionem peccatorum illinitus est et vi doloris excessus suos Domino libans, in hac nostra ecclesia laborioso certamine quasi in ultimo purgatorio gne emundatus, felicem animam celo reddidit, et desolatis filiis

4) Cf. codicis descriptionem Archiv T. VII. p. 598 sqq.

maximum de transitu suo dolorem reliquit, et crepantibus interim campanis cum fletu et gemitu utriusque sexus, beata illa anima preteritorum laborum suorum premia receptura, celo ut speramus illata est, et commendacione et missarum celebracione peracta, ante altare sancti Iohannis ewangeliste corpus eius humatum deponitur, et quia loci nostri restaurator et personarum et prediorum plurimorum exstitit, anima eius per misericordiam Dei lucidas et quietas mansiones in sorte sanctorum possideat amen. Aniversarius eius in vigilia Mathei apostoli peragetur.

*Gerhardi liber prout iam olim Meibomius observavit, auctori chronici rhythmici ducum Brunsvicensium exeunte saeculo XIII. innotuit, et ab eo in usus suos conversus est. Fragmenta ad historiam annorum* 1275. 1279. 1282. 1319. *facientia a Leibnitio pag.* 867—869 *textui Gerhardi subiecta, integritati restituta alii loco reservamus.*

## INCIPIT PROLOGUS DE INSTITUTIONE ECCLESIE SANCTI IACOBI ET SANCTI CHRISTOPHORI IN STEDERBORCH.

In nomine sanctae et individuae Trinitatis. Eventus rerum temporalium, in quibus nulla vel modica est utilitas, tantum vel favor vanae laudis ab ore hominum non deficiat, per scripta memoriae commendantur, et plena nugacitatis volumina aureis gemmatisque scriniis recondenda inseruntur; ea vero, quae ad laudem et honorem Dei geruntur, quamlibet necessaria fuerint, ab eis etiam[a], a quibus promoventur, silentio pressa penitus negliguntur; sicque fit, ut ecclesiis Dei ecclesiarumque rectoribus et eorum filiis error inextricabilis et dampna rerum temporalium irrecuperabiliter generentur[b] Quodsi ab inicio haec fuisset negligentia, nec praecedentium sanctorum vel patrum vita claresceret, nec ante acti status regni cuiquam pateret. Liceat igitur nobis, immo expediat ecclesiae Dei, quantum possumus, prospicere, et ad utilitatem sequentium, et ad devitandum totius erroris incommodum, sano ut speramus consilio, actionem in ecclesia nostra habitam, scripto stabilitam memoriae tradere; et ut iniquis in posterum malignandi aditus usquequaque praecludatur, ea, quae, auctore Deo, vel ante tempora nostra vel in temporibus nostris per inmensam eius clementiam acta sunt, fidelibus innotescant, quatinus nostrae parvitatis memoria aput iustum iudicem in benedictione fiat dulcedinis, et rei gestae ordo filiis, qui nascentur et exurgent, fideliter transmittatur.

Qualiter domna[c] Frederundis filia serenissimi comitis Altmanni ecclesiam in Stederborch fundaverit.

Fundata est ecclesia in Stedereburch a Friderunda venerabili domna, Altmanni comitis et Hadewigis de Alsburch[5] filia, quae de castro latrocinii claustrum fecit virginis filio, 6
Bernwardo Hildensemensi episcopo id promovente, sub Heinrico imperatore secundo.

Anno igitur post partum Virginis millesimo venerabilis domna Frederunda, serenissimi 1000
Altmanni comitis et felicis uxoris eius Hathewigis comitis de Olesburch filia, divinae inspirationis ductu castrum suum in Stedereburch divino servitio mancipavit, cuius quondam fama ac timor barbaras etiam nationes adeo exterruit, et robur fortissimum debellavit, ut sicut verorum cronicorum[6] testatur digestio, Attilam famosissimum Hunorum regem, cum partes Orientis prospero sibi subiugasset eventu, cum exercitu infinitae multitudinis ab eodem castro invasum fugatum et caesum et adeo annullatum, ut ipse cum paucis, id est septem viris turpiter aufugerit, Stedereburgis exterminavit exercitus. Quae venerabiles feminae[7] cum de Olsburch, comitante exercitu, castrum suum Stedereburch venandi studio 7
inviserent, venatoribus bestias cornicolando insequentibus, egregia virgo Friderundis in sinu venerabilis comitissae Hathewigis matris suae reclinata obdormiens, praestantissimum egregiae formae miraeque longitudinis gloriosissimum Christi martirem sanctum Cristoforum altitudine muri incumbentem taliaque sibi dicentem aspexit: *In hoc loco divinitus electo michi monasterium aedificabis, et sanitatem integerrimam tam animae quam corporis*

a) *quum codex circa annum* 1315. *exaratus* ae *et* t *saepissime* e *et* c *scribat, auctoris lectionem a Meibomio et Leibnitio restitutam servare placuit.* b) generentur *corr.* generetur *c.* c) *c.* domina *scribere solet.*

5) Olsburg ab occidente Brunswigae. 6) Widukindi lib. II. cap. 14. huic narrationi ansam dedisse videtur. 7) scilicet Hathewig et Friderunda.

1000. *recuperabis.* Quae subito evigilans supernae visitationi congaudens, spiritaliter iocundata, matri devotissimae coelicam visionem simul et divinam iussionem alacriter intimavit. Quibus gratissimae filiae dictis devota comitissa Hathewigis ardentissimo sancti Spiritus fervore succensa, gratulabundo animo consentiens, eiecta raptorum et praedonum violentia, de castro latrocinii claustrum largissimis expensis et aedificiis decrevit fieri. Hoc, inquam, castrum Deo servientibus deputavit et collegium sanctimonialium, canonicarum ut vulgo dicitur secularium, prout de patrimonio eodem sustentari poterant, coadunavit. Eo tempore gloriosissimus et summe iustus, ut post imperius claruit meritis, Heinricus Bavembergensis totius imperii monarchiam feliciter tenebat, et septimo anno ante institutionem ecclesiae Bavembergensis, quae de studio fundatoris sui et regii apparatus futuro relucet[a] seculo, huius donationis et felicis institutionis coepit initium. Ad cuius regiam maiestatem gloriosa virgo Friderundis cum cognato suo venerabili domno Bernwardo Hildensemensi[b] episcopo summa industria personaliter accedens, ab ipsius dominatione imperialis mundiburdii[c] defensionem super liberalissimam propriae haereditatis donationem sagacissime,
1007 ubi ad imperatorem accessit anno Domini millesimo septimo, sicut in privilegiis suis continetur, inpetravit. Eo namque praesidente et attestatione privilegii sui eandem constitutionem corroborante, sub Willegiso Moguntinae sedis archiepiscopo et summo imperatoris cancellario diffinita est, praesidente tunc sanctae Hildensemensi ecclesiae venerabili ac sanctissimo viro domno Bernwardo, qui ut putatur de eiusdem generositatis prosapia oriundus, hac consanguinitatis familiaritate consuluit, ut ius fundatoris beatae Mariae in Hildensem contraderet. Igitur Deo auctore, eis temporibus, et talibus, ut dictum est, principibus, ecclesia in Stedereburch a primo instituta est ad laudem ipsius[d] domini nostri Ihesu Christi et beatae Mariae virginis et beati Iacobi apostoli et sancti Cristofori martiris singulare patrocinium. Huius bonae indolis puellae eiusque reverendae matris prima donatio legitimae dotis facta est in patrimonio, cuius est summa 240 mansi, cum mancipiis, areis, silvis, nemoribus, pascuis, pratis, aquis, aquarum decursibus[e], piscationibus, molendinis et molendinorum locis et eorum iustitiis.

Postquam haec Deo dicata virgo claustrum fundaverat et omnia honorifice disposuerat, habitum religionis adiit, seseque cum omnibus pompis suis omnipotenti Deo sancto Iacobo sanctoque Cristoforo hostiam inmaculatam obtulit, deinde capellis subscriptis cum villis et omnibus pertinentiis patrimonium adornavit. Omnes quoque quos iure haereditatis possederat litones, feodales, officiales nostro Domino subiugavit, et quod ad huius mundi gloriam pertinet secundum ritum principum, dapiferis, pincernis, marscalcis, militibus, ministerialibus nostram ecclesiam gloriosissime decoravit. Eodem tempore idem venerabilis Bernwardus nobilissimae ecclesiae beati Michahelis in Hildensem fundamenta initiavit. Fundato igitur in Stedereburch ut diximus coenobio, postquam suam in Domino donationem scripto commendavit, et iura eiusdem ecclesiae tam imperatoris quam episcopi privilegiis et multis testimoniis confirmavit, carne soluta, Deo vocante, spiritum reddidit, et pro manufactis in terra aedificiis domum non manufactam in coelo aeternae beatitudinis praemio assecuta est. Pro hiis largissimis expensis liberrime ab ea receptis et usque in finem recepturis, sit summae Trinitati gloria, eique cum matre devotissima angelorum societas et requies aeterna sit perhenniter in Iherusalem superna. Amen.

Huius autem ecclesiae sub primae institutionis regula priorissae usque ad centum sex annos administrationem post mortem bonae memoriae praedictae domnae Fridegundis obtinuerunt, quarum nomina, prout memoriae nostrae occurrerunt, dignum duximus exprimere: Hathewiga, Ricburgis, Athelsinindis, Hathewiga. Quibus procedente tempore descendentibus et aliis sibi invicem succedentibus, ecclesia nostra non solum incrementa sui non
8 accepit, verum etiam ex praediis suis in prima donatione sibi collatis, sicut adhuc se carere gemit, detrimenta non modica passa est. Nam undecim villas quas in Oriente[8] supra fluvium Horam aliquando quiete possidebat, quae et in privilegio supra dicti imperatoris piissimi domni Heinrici lucide enumerantur, usque ad haec tempora iniuste perdidit. Ita in hac rerum defluxione et negligentia ecclesia nostra miserabiliter per annos 126 decidit in eadem desolatione et miseria sub quinque regibus, Heinrico Bavembergensi, Conrado,

a) relucetur *corr.* relucet *c.* b) berwardo hildensem *c.* c) [illegible] *corr.* [illegible], mundiburgii *c.* d) superius *corr.* ipsius *c.* e) decursionibus *c.*

8) i. e. in Ostfalaha.

Heinrico filio eius, fundatore[a] Goslariensis civitatis, Heinrico qui senior dicebatur, et Heinrico filio ipsius, sub quinque praesulibus, domno Godehardo, domno Titmaro, domno Ezzelino, domno Udone, domno Etthelone, sub quinque priorissis hii, quos praesignavimus, anni elapsi sunt.

1001.[b] Heinricus[c] Boemiam et gentem Slavorum superavit[d]. Ann. Pegav.

1002. Frater regis Bruno, Augustensis episcopus, regi adversatur.

1003. Cometes longo tempore apparuit.

1004. Fames valida fuit.

1005. Helpericus librum de ratione compoti scripsit.

1006. Episcopium Bavenberch a rege Heinrico constituitur.

1007. Burchardus Wormatiensis episcopus magnum illud canonum volumen scripsit.

Post obitum gloriosi principis domini nostri Altmanni comitis et Hadewigis felicis uxoris eius domnus Bernwardus cum domna Frederunda hoc privilegium impetravit a Heinrico imperatore:

*In nomine sanctae et individuae Trinitatis Heinricus[e] divina favente clementia rex. Si episcoporum et servorum Dei petitiones pro suis desideriis et praecipue in divinis, quas nobis innotuerunt, ad effectum perducimus, non solum regium ius adimplemus, verum etiam ad[f] utriusque felicitatis gaudia suscipienda id nobis profuturum liquido cognoscimus. Quapropter omnium fidelium nostrorum tam praesentium quam et futurorum sciat industria, qualiter venerabilis Bernwardus sanctae ecclesiae cum quadam matrona domna videlicet Frederunda, Altmanni filia comitis, ad nos veniens, nostram celsitudinem deprecatus est, ut praefatam dominam cum parte suae propriae haereditatis, quam pro remedio suae animae ac utriusque sui partis omniumque suorum tam viventium quam et defunctorum salute ad principale sanctae Hildensemensis ecclesiae altare contradidit, in nostrum mundiburdium susciperemus, id est quicquid in oppido Stederborch nominato habuit, undecim ac ducentos mansos in locis et incolis sic nominatis, Lindun[g], Thidhi, in alia villa Stedere, Northem, Stokkem, Meinolvesrode, Regindegesrode, Herskesgebutle, Thuringesgibutle, Theletunnum, Rindum, Wagken, Meginsnichegibutle, Winnenroth, Brenhorst, Hechorst, Meynum, Smelcke, Onhorst, Wendebutle, Devangebutle, Bokele, Zinilike, Oztruo, Missike, Dobirunke, Kippli, Mildanhovede, Klestenike, Palemke, Starbunde, Gosikestorp, Mapanttorp, Slihtanvelt, Ricbaldesgebutle, Dalhem[9], areas duas et panstel[10] duas. Ea namque ratione, ut in praefato oppido[h] Stederborch ab illo praedio catervula puellarum, quantulacumque congregari posset, aleretur, quae pro nostra sospitate totiusque regni nostri stabilitate cottidiana instantia divinam misericordiam deprecaretur. Cuius petitionem, quam iustam ac salubrem esse cognovimus, assensum ei libentissime praebuimus. Praecipientes ergo iubemus, ut nullus iudex publicus neque quisquam ex iudiciaria potestate villas sive agros seu reliquas possessiones ad illam ecclesiam pertinentes, quas iuste et rationabiliter habere videtur, vel quicquid ammodo propter divinum amorem ibidem collatum fuerit, ulterius invadere aut inquietare praesumat. Sed liceat illo Christo famulantibus ancillulis sub nostra defensione aeque ac quiete residere, Deum, ut diximus, exorare, et praedicti episcopi iussionibus obtemperare. Si autem aliqua persona se inde abusive intromittere voluerit, nos illis fore tutorem ac defensorem certissime sciat. Insuper etiam ecclesiae Christi ancillulae cum auctoritate praefati antistitis plenariam habeant inter se, si digna inveniatur, eligendae priorissae potestatem. Si autem huiusmodi inter illas soror non invenitur, consilii saepe dicti episcopi aliunde ad hoc idonea eligatur priorissa. Et ut licentiam eligendi advocatum habeant, volumus; iubemus quoque, ut cuncta praefati monasterii intus et foris iuxta auctoritatem Bernwardi episcopi eiusque successorum, qui pro tempore ibi ordinati fuerunt, examinentur. Et ut haec nostrae auctoritatis pagina stabilis ac inconvulsa perpetualiter permaneat, hanc inde conscriptam manu propria corroborantes sigilli nostri inpressione insigniri iussimus. Signum domni Heinrici, regis invictissimi. Everhart cancellarius vice Willigisi archicapellani recognovit. Data* 9. *Kal. Febr. anno dominicae incarnationis* 1007. *indictionis* 3, *anno vero domni Heinrici secundi regn.* 5. *Actum Mulihusen feliciter. Amen.* 1007. Ian. 24.

1008. Bruno episcopus a Prucis multis suppliciis affectus, coelos petiit. Ann. Pegav.

a) fundator *c.* b) *anni* 1001—1008. *in Ann. Palidensibus habentur annis* 1003, 1022, 1004, 1004, 1005, 1006, 1006, 1009. c) *in codice quoque Annales hi minori littera exprimuntur.* d) *quae littera minori exprimi curavi, fere omnia ad verbum ex Annalibus Palidensibus aut Hildesheimensibus derivata sunt, qui tamen diversos eis annos haud raro assignant.* e) henricus *c. constanter, quod emendavi.* f) ab *c.* g) lindun *corr.* lindim *codex.* h) opido *cod.*

9) loca in vicinia Ovacrae in dioec. Hildesheimensi et Halberstadensi. Locorum singulorum explicationes V. Cl. Hettling, tabularii ditissimi Welferbytani praesidi debemus, quas v. in Indice rerum. 10) sartagines salis.

Ann. Hild. 1009. Retharius Pathelburnensis[a] episcopus obiit. Monasterium Moguntiacense igni conflagravit.
H. 1010. Godehardus abbas claruit.
H. 1011. Bonae memoriae Willegisus, Moguntinus episcopus, ad Christum migravit.
P. 1012. Heinricus Romae imperiali benedictione coronatur a Benedicto papa.
H 1013. Hildensimmensis ecclesia gravi incendio cum multis ornamentis attrita est.
P. 1014. Symeon monachus virtutibus claruit.
P. 1015. Ernestus dux in venatu occiditur.
1018. Heinricus Werceburgensis episcopus obiit[11].
P. 1019. Hemeradus sanctus presbiter ad Christum migravit.
H 1020. Erkenboldus Moguntinus archiepiscopus obiit.
P 1022. Piae memoriae Bernwardus episcopus ad Christum migravit, in cuius locum beatus Godehardus utiliter subrogatur.
P 1023. Domnus Godehardus ecclesiam in loco qui Sulza dicitur fabricavit.
P 1024. Heinricus imperator ad Christum feliciter migravit.
P 1025. Conradus rex creatur.
H. 1026. Monasterium sancti Mauricii in Hildensim a beato Godehardo fundatur.
H. 1027. Conradus imperiali benedictione provehitur, et Heinricus filius eius rex creatur, qui Goslariensis ecclesiae fundator exstitit.
H. 1029. Bruno Augustensis episcopus obiit.
P. 1031. Aribo Moguntinus archiepiscopus migravit ad Dominum.
H. 1033 1032. Dedicatio monasterii sancti Michaelis archangeli in Hildensim.
H. 1034 1033. Monasterium sancti Michaelis fulmine concrematum est.
H 1034. Stephanus rex Ungrorum[b] obiit[12]. Kunt rex Danorum et Anglorum obiit.
P 1036. Kunegundis regina obiit.
P. 1037. Conradus imperator obiit.
H 1038. Beatus Godehardus migravit ad Dominum.
H. 1039. Heinricus Boemiam cepit.
P 1040. Eberhardus Bavenburgensis primus episcopus obiit.
H 1043. Gisla imperatrix obiit.
H. 1044. Thietmarus Hildensemensis episcopus obiit.
P. 1045. Heinricus rex a Romanis pacifice susceptus, tres papas deposuit.
P 1047. Swidgerus papa obiit.
P. 1048. Poppo, qui et Damasus, papa obiit.
P. 1049. Synodus Mogontiae celebratur, cui interfuerunt apostolicus et imperator.
1050. Dedicatio Goslariensis monasterii.
P. 1051. Bardo archiepiscopus obiit.
H. 1053. Leo papa cum Romanis contra Nordmannos pugnans vincitur. Eodem anno obiit.
H. 1054. Ezelinus episcopus obiit.
H. 1055. Hermannus Coloniensis archiepiscopus obiit. Welpho dux obiit.
P. 1056. Heinricus tercius imperator obiit. Heinricus quartus filius eius regnavit. Pestilentia, fames, egestas et multa mala universam regionem afflixerunt.
H. 1057. Victor papa obiit. Stephanus papa obiit.
P. 1058 Otto de Suinworde obiit; et Rodolfus ducatum Suevorum suscepit. Agnes imperatrix ducatum Bawariae suscepit[13].
1059. Heinricus rex Galliae obiit[13].
P 1060. Lippoldus Moguntinus archiepiscopus obiit.
1063. Seditio Fuldensium et Hildensemensium Goslariae in vigilia pentecostes ad vesperas[14]. Nicholaus papa obiit.
P. 1065. Guntherus Babenburgensis episcopus obiit.
P 1066. Cometes per totum orbem apparuit.
P. 1067. Cono Treverensis archiepiscopus occiditur.
P 1068. Heinricus rex Bertam de Ytalia sibi coniunxit. Angli a Nordmannis devastantur.
P. 1069. Heinricus rex castella in Saxonia et Thuringia construit.
P 1070. Otto dux, Saxo genere, ducatum Bawariae amisit. Dedicatur ecclesia in Stedereburch a venerabili Wernero Merseburgensi episcopo[c].
P. 1071. Welpho, genere Suevus, ducatum recepit.
P. 1072. Coniuratio principum contra Heinricum regem.
P. 1073. Hartesburch a Saxonibus destruitur, et sepulchrum filii regis violatur.
P 1074. Alexander papa obiit.
P 1075. Saxones contra Heinricum regem pugnant iuxta flumen Unstrot, ubi Gevehardus comes obiit[15].
P. 1076. Consilium Wormatiae fit, ubi papa Hildebrandus abdicatur.
P. 1077. Rodolfus rex constituitur. Werceburch obsidetur. Anno Coloniensis archiepiscopus obiit. Agnes imperatrix obiit.
P. 1078. Wizcel Magedeburgensis archiepiscopus, Albertus Wormatiensis, Hermannus comes[d], patruus Magni ducis, occiduntur.
P 1079. Bellum inter Heinricum et Rodulfum Fladicheim, ubi Rodolfus occiditur.

a) pathelburgensis *c. saepius.* b) *ita emendavi,* francorum *cod.* c) *in marg.:* Prima dedicatio ecclesie Stederborch. d) Palatinus *addit ed.*

11) habetur in Ann. Wirzburgensibus et ap. Ekkehardum. 12) Stephanus a. 1038. obiit. 13) cf. Ekkehardum. 14) cf. Ann. Saxonem. 15) cf. Brunonem.

1080. Hermannus regnum invasit, Ettilo[a] Hildensemensis[b] episcopus obiit, cui Udo successit. H. 1079. 82.
1081. Heinricus rex Romam obsedit et cepit. P.
1082. Udo marchio Saxonicus obiit[15].
1083. Rex Wicbertum in apostolicum consecrari fecit. P.
1084. Rex cum regina Berta imperiali benedictione[c] a papa[d] suo Wicberto nomine sublimatur. P.
1085. Rex de Ytalia rediens Augustam cepit. Heinricus imperator Saxoniam vastat. P.
1086. Gregorius, qui et Hildebrandus, papa obiit. P.
1087. Werceburch a Saxonibus capitur; bellum iuxta Bleichfelt. P. H.
1088. Berta imperatrix obiit. P.
1089. Bucco Halberstadensis episcopus occiditur[16]. H.
1090. In vigilia nativitatis Domini bellum apud Glicho iuxta Erpesfort inter regem Heinricum et marchionem Ekbertum. H.
1091. Heinricus imperator Ytaliam petit. Ekbertus marchio occisus est. P. H.
1092. Machthilt de Longobardia imperatori rebellat. P. H.
1093. Pestilentia magna fuit. P. H.
1094. Eclipsis solis. Eodem anno mirabilis pertransivit in universum mundum ignis. P.
1095. Expeditio Iherosolima. P.
1096. Apud Mogontiam Iudei mille et quatuordecim occisi sunt. P
1097. Imperator de Ytalia rediit. Urbanus papa obiit. Godefridus dux cum christianis Iherosolimam cepit. P.
1098. Hyemps dura fuit, fames magna. Udo marchio cum Saxonibus de barbaris triumphavit. H.
1099. Godefridus dux arcem Iherosolime cepit. P.
1100. Godefridus dux christianorum Iherosolimis obiit. P
1106. Heinricus imperator obiit. Magonus dux Saxonum obiit. P.
1107. Theodericus comes de Katelenburch obiit. Udo marchio obiit[17].
1108. Cometa apparuit.
1109. Rothardus archiepiscopus Mogontiae obiit. P
1112. Heinricus pacifice a Romanis susceptus, papam Paschalem cepit, et regni privilegium ecclesiasticae fidei contrarium ab eo extorsit. P
1113. Paschalis papa privilegium, quod invitus statuerat, cum centum viginti quinque episcopis dampnavit. P
1114. Bellum apud Welpesholt inter regem Heinricum et principes Saxonum. P
1117. Ecclesia in Richenberch primum incepta est.
1118. Terrae motus factus est magnus per totum orbem. Paschalis papa obiit. H. 1117.
1119. Gelasius papa obiit. Inundatio fluminum. H.
1120. Elferus presbiter obiit.
1122. Gozmarus praepositus obiit. Dedicatio ecclesiae in Richenberch.
1123. Hermannus comes obiit.
1124. Reinhardus Halberstadensis episcopus obiit. Fredericus marchio obiit. Oddo comes obiit. Calistus papa obiit. cf. H.
1125. Eclipsis solis 4. Idus Augusti. Heinricus imperator obiit. Mirabile signum in luna apparuit. H.
1126. Fredericus comes de Arnesberch[e] obiit[18]. Luderus electus rex.

## De ecclesia in Lindum.

*In nomine sanctae et individuae Trinitatis. Reinhardus Dei gratia sanctae Halberstadensis ecclesiae episcopus. Religiosis desideriis assensum facile accommodare debemus, ut iusta semper vota[g] promptus consequatur effectus. Unde notum esse volumus cunctis fidelibus tam futuris quam praesentibus, quod fidelis Dei famulus venerabilis coepiscopus noster Bertoldus Hildensemensis ecclesiae antistes, ecclesiasticis rebus necessariam satagens providere tutelam, cum sorore sua domna Hadewiga aeque venerabili priorissa in Stedereburch, intimis precibus a nobis exegit, ut in pago qui Linden dicitur ecclesiam fieri in fundo eiusdem Stederburgensis ecclesiae consederemus, quatinus tam praedia memoratae ecclesiae eidem pago adiacentia, quam et populum ibi consistentem, necnon et universos cuiuscumque rei gratia vel necessitatis articulo eo confugientes, ab omni invasione, direptione sive qualibet iniusta laesione constructae ibidem ecclesiae vicinitas communiret. Annuentes igitur carissimorum amicorum petitioni, ut eadem ecclesia aedificaretur licentiam dedimus, eamque in exstruendo consummatam ipsis denuo exposcentibus pro debito nostri officii ecclesiastico more dedicavimus Idus Novembris. Dotata vero est eadem ecclesia manso uno in eadem villa, et altero in pago qui Remnigge dicitur sito, quatinus tam haec praedia quam et omnia quae in futurum eadem ecclesia quibuscumque iustis modis adipisci posset, Deo ibi serviturum sustentarent. Volentes autem eidem ecclesiae firmam in posterum providere cautelam, statuimus ut nullus sacerdos curam eius ulla-*

Hadewigis promovit[f]. 1148. Nov. 13.

a) et tilo *cod.* b) hildensemennsis *cod.* c) *deest in codice, cf. A. Palid.* d) *deest in codice; sed inserendum duxi.* e) arnesborch *corr.* arnesberch *cod.* f) *adnotationes eiusmodi num Gerhardo an Iohanni praeposito debeantur, incertum.* g) nota *c.*

15) cf. Ann. Rosenveld. Magdeburgenses. 16) a. 1089—1093. 1098. in Hildesheimensibus a. 1088. 1089. 1091. 1091. 1092. 1094 et 1099 habentur. 17) Annalibus Palidensibus deberi videntur, qui hoc loco non extant; de anno 1007. cf. Ekkeh. et Ann. Saxonem. 18) cf. Ann. Magd. et Saxonem a. 1124.

1118. Nov. 13. *tenus usurpare praesumat, nisi quem praedicta priorissa de Stederburch ad explendum divinum officium canonice ibi collocaverit; adicientes ex nostra benivolentia, ut eiusdem villae populus in ipsa ecclesia a sacerdote ibidem Deo serviente gratiam baptizandi et infirmes visitandi, necnon et mortuos sepeliendi libere consequatur, exceptis solis liberis hominibus quos ad matricem ecclesiam sepeliendos deferri censuimus. Haec omnia eidem ec lesiae ex nostrae auctoritatis largitate pro petitione praedicti coepiscopi nostri Bertoldi et sororis suae constituimus atque concessimus, salva tamen matrici ecclesiae debitae subiectionis recognitione, quatinus idem populus in eius instauratione et omni necessaria melioratione prompta devotione, quantum eidem villae competit, auxilium ferre non recuset. Ut autem haec omnia inconvulsa et illibata irrefragabiliter conserventur, praesentem paginam in testimonium huius rei conscriptam, banni nostri auctoritate et sigilli nostri inpressione testiumque subscriptione in perpetuum communivimus. Testes vero hii sunt: Gerhardus canonicus Sancti Stephani in Halberstat. Thangmarus canonicus Sanctae Mariae. Harthwigus subdyaconus. Biligrimus canonicus Goslariensis. Heregeldus presbiter de Atlevessen. Bernardus vicedominus Hildensemensis curiae. Widekindus de Vulferesbutle. Engelmarus vicedominus Halberstadensis curiae. Willerus et frater eius Gevehardus. Thethardus de Kelbice. Guncelinus de Biwende. Thetwinus de Hollenstede et alii quam plures. Anno dominicae incarnationis* 1118, *indictione* 11, *Idus Novembris actum est feliciter amen.*

Qualiter episcopus claustro praefuit post obitum extremae abbatissae.

Defuncta domna Hathewiga, extrema priorissa, domnus Bertoldus Hildensemensis episcopus desolationem et tenuitatem loci attendens, pro cognata sua priorissa in propriae administrationis curam locum ipsum suscepit. Quo item defuncto, domnus Bernardus piae memoriae subrogatur episcopus, qui in spe bonae voluntatis et emendationis bono praedecessoris sui praeposito nichil diminuens, eidem ecclesiae in propria persona per annos tresdecim providit.

P 1126 1127. Liuderus rex in Boemiam exercitum duxit. Cometa apparuit.

1128. Dedicatum est monasterium sancti Georgii[19].

P 1128. 1129. Luderus rex Spiram obsedit. Oddo episcopus Halberstadensis ab Honorio papa deponitur.

P 1128 30 1130. Signum sanguinei coloris apparuit. Bertoldus episcopus obiit, Bernhardus substituitur. Honorius[a] papa obiit.

P 1131. Udo comes de Frankkenleve occiditur.

P 1132. Luderus rex Romam profectus est.

P 1133. Translatio sancti Godehardi Hildensemensis episcopi. Eclipsis solis 4. Non.[b] Augusti.

P 1134. Nortbertus Magedeburgensis archiepiscopus obiit.

P 1136. Luderus imperator secundo Romam profectus est. Elvericus decanus obiit.

P 1137. Adelbertus Moguntinus archiepiscopus obiit. Luderus imperator obiit. Conradus electus est rex.

P 1139. Heinricus dux Saxoniae obiit.

P 1141 1140. Adelbertus secundus Moguntinus archiepiscopus obiit. Bernhardus Hildesemensis episcopus Romam profectus est[c].

P 1141. Richensa imperatrix obiit.

1142. Gerhardus Richenberch praepositus ecclesiae in Stedereburch a Bernhardo Hildensemensi episcopo praelatus praeficitur[d], et spiritalis religio inibi per eum confirmatur. Marcolfus Moguntinus episcopus obiit.

Fuit in eo tempore vir magnae apud Deum et homines virtutis et gratiae, cuius vitam omnibus hominibus bonorum exemplum exhibitam divina pietas adeo commendaverat, ut in eo summa non deesset prudentia animi, polleret industria, vitae specialis eluceret munditia, morum efficax esset gravitas, quicquid et mirum in modum in homine esse potuit, odore bono ad summum perfectionis apicem in eo consummaverat honestas. Nam in ecclesia beati Matthiae apostoli, quae ad palatium domni imperatoris constructa est in Goslaria, sub canonica institutione ab exordio militavit, et secularium causas negotiorum exsequendo quicquid ad humanam spectabat industriam felici consummatione adeptus est; et in ea conversatione probatus, Deo inspirante, arctioris vitae et districtioris regulae tramitem concupivit, et patre ac matre cognatis omnibus cum concupiscentiis mundi postpositis, ad ecclesiam Dei genitricis Mariae in Richenberche cum omnibus ad se pertinentibus confugit, et opus bonum, quod ab ingressu aetatis inceperat, libere Deo vacans et ab omnibus abstinens irreprehensibiliter adimplevit, et ut post claruit, in cunctis actionibus suis conmen-

a) honoris *c.* b) *ita Meibom.* November *c.* c) *linea vacua relicta c.* d) perficitur c.

19) Goslariense.

dabilem se reddidit. In brevi namque eidem ecclesiae suae pater praeficitur[a], in qua quantum elaborando profecerit, in praefata patet, quae adhuc in aedificiorum structuris et disciplinae et utilitatis non modicae assecutione pii patris sentit odorem. Hic est Gerhardus ille apud potentissimos principes honoratus, et in omnium ore laudabiliter commendatus. Nam ut de aliis obmittamus, in conciliis et episcoporum conventibus adeo celebris habitus est, ut non solum causas ydonee tractaret, verum etiam causarum adeo sententiosarum decisiones approbatis[b] et in ecclesia nominatis viris sollicitudinis ipsius industriae committerentur, et ab omnibus iudex vel patronus exposceretur. Domnus etiam papa propter bonae conversationis et industriae eius nobilem famam patrem capituli in nostro ordine eum constituit, ac familiarissime sibi eum ascivit. Familiaritates etiam principum, Lotharii videlicet imperatoris et uxoris eius nobilissimae imperatricis Richense nec non et Heinrici senioris ducis et aliorum principum, ita plene assecutus est, ut consiliis eorum numquam deesset, et secretissimis eorum tractationibus, quae ad animae[c] spectabant salutem, conscius immo consiliarius et consolator inter Deum et ipsos medius existeret; unde apud ipsos quantae fuerit auctoritatis animadvertitur, qui et captivos absolvere poterat, et super oppressos, ut semper pia gestabat viscera, apud ipsos solo verbo potens erat. Claustralis etiam religionis et districtionis ita sollicite curam gerebat, ut gravitate morum non solum subditis sed et aequalibus exhibita, ad conformandum se religioni solo exemplo induceret, unde suo in tempore ordinis nostri religio, quae sicut apud plerosque ita apud nos tepuit et dilapsa est, ferventissime custodiebatur; et postremo quicquid in sanctis patribus vel in scripturis sanctis de modo conversationis audivit, in se ipso inplendum esse statuit, et subditis suis recte vivendi formulam prior in se ipso ostendit. Hic igitur talis ac tantus, dum in praedicta ecclesia pastoris fungeretur officio, ecclesiam beati Georgii in Monte[20] infor- 20
mem et quasi de nichilo in bonum statum, ut modo cernitur, laudabiliter levavit, et Deo in ea famulantes tam in aedificiis quam in aliis utilitatibus efficaciter adiuvit. Ecclesiam in Henigghe[21] sollicite procurando sublimavit, ac de seculari conversatione inclusas faciens 21
in melius commutavit. Itemque ecclesiam in Katelenburch divino cultui, ubi ante non fuit, mancipavit. Cum igitur tantas desolationes ecclesiarum felix iste bene amministrando restituerit, perpendat quisque fidelis, quantae fuerit sollertiae, quae in tot distracta curas omnibus et singulis ad meliorationem suffecerit. Ea[d] itaque discretionis sollicitudine omnibus in domo Domini ut luceret ostensa, ecclesia Dei in Stedereburch sub domni Bernhardi[e] episcopi cura, ut dictum est, constituta erat; et ex cottidianis defectibus deiecta immo ad nichilum redacta suo egebat reformatore. Communi denique cleri ac totius populi inductu de eadem ecclesia aliter ordinare conpellitur, et consilio canonicorum principalis ecclesiae in Hildensem, qui domnum Gerhardum pio ut patrem venerabantur affectu, domnus episcopus eundem Gerhardum deprecatus est, ut sicut alibi bene ac laudabiliter fructum bonae operationis deposuerat, ita et hoc in loco Deo per bonae voluntatis studium in promotione servitii divini devotus existat. Domnus itaque Gerhardus, licet in senectute bona iam emeritus ab annis adolescentiae vitam in huiusmodi labore expenderit, et grata sit seni post laborem requies, et licet amplius contemplationi vacare desideraverit quam novis laboribus involutus active anxie deservire, episcopi sui devictus precibus et cleri ac populi exhortationibus, curam regendae ecclesiae in Stedereburch ad laudem Dei suscepit. Ingressus itaque locum ipsum ex dilapsione horridum invenit, et homines incultos ac fere nullius religionis adspexit. Quid plura? Virtus semper inconcussa est, et ideo qui ea utitur ulla inmanitate laboris deterretur. Quinque igitur matronas iam decrepitas invenit, quasdam mutata pelle pravae consuetudinis, inter quas erat Meregardis quaedam probatae conversationis matrona, quae diu in sancta conversatione permanens, plena dierum et digna praemio felici transitu migravit ad Dominum, cum bonae indolis puellulis. Quas colligere poterat, auctoritate domni episcopi inclusit, et spiritalis consuetudinis ritum in loco quondam inculto efficaciter confirmavit; alias vero, quia coacta Deus non eget habere servitia, in spatiosa seculi via dereliquit. Locus autem ipse tam in recuperatione perditorum, quam in utilitate Deo famulantium per eum extollitur, ut vere claruerit, quod Dominus per eum

a) perficitur *litteris er erasis c.* b) aprobatis *c.* c) *ita corrigo;* adam *spatio relicto c.* d) Et *littera* t *erasa c.* e) *ita correxi,* bernwardi *c. constanter.*

20) prope Goslariam, a Conrado II. inceptum, a. 1108. ab Heinrico V. ecclesiae Hildesheimensi oblatum, a. 1527. in Grauhof translatum. 21) Heiningen in dioec. Hildesheim.

locum ipsum misericorditer visitaverit, et ita sub fideli amministratione sex annos permansit. Domnus etiam Bernhardus episcopus, perspecta eiusdem domni Gerhardi, quem semper ut familiarissimum habebat, industria, licet laborioso conamine, eum induxit, ut archidyaconatum in civitate Goslaria in sua procuratione secum teneret, ut civitas illa, quae gentem ex natura feram et indomitam, ex opulentia rerum superelatam nutrit, ipsius discretione facilius coherceri[a] posset. Cuius rei sollicitudinem, ut ad Deum euntem nulla retardaret gravitas, deponere disposuit; quod tamen laboriose, quia domno episcopo summe necessarius erat, uno anno ante felicem eius obitum effecit. Sed quia, ut dicitur, cum multum ambulaveris, deinde redeundum; beatus ille servus lucra talenti sibi crediti reportaturus
1142. ad Christum, confectus senio et infirmitate morose detentus in lectum aegritudinis decidit,
22 et in principali ecclesia sua in Richenberche[22] ad purum decoctus est; et sicut nichil omni parte beatum, quicquid ex transgressione mandatorum Dei et ex pulvere terrenae conversationis ipsi adhaesit, iustus Dominus vas, quod misericordiae deputavit et gratiae, ut in eo nulla esset macula, expurgavit. Deinde ex infirmitate convalescens, ad ecclesiam sancti Georgii in montem transivit, ubi similiter, quia humana fragilitas in multis ostendit, omne suum delictum quod ibi contraxerat ad plenum expendit. Post quam expurgationem in Henighe, ubi longe ante[b] virum industrium servientibus Deo Guntherum praefecerat, devenit, et omnibus vale faciens, quasi transitum suum non ignoraret, occasione se offerente ad nos usque profectus est. Dominus autem, cuius miserationes in omnia opera eius, ne ulla in luna remaneret macula . . . .[c], primo adventus sui die a suis familiaribus in lectum
23 depositus est. Adolescens autem quidam Gerhardus[23], nomine et cognatione sibi conparticipans, quem ut saepe testatus est sincere ac pie prae omnibus suis dilexit, filius ut patri spiritali astitit, ac devote ac familiariter ministravit. Crescente autem dolore, ab ipso patre nostro, Deo ut speramus devoto, illud Martini saepe revolvitur: *Domine, si adhuc populo tuo sum necessarius, non recuso laborem, fiat voluntas tua;* et illud deplorationis miserabile quasi praescium: *Invadent enim gregem tuum lupi rapaces.* Viribus igitur corporis iam destitutus, cum finem dierum suorum adesse sensisset, praedictum domnum Guntherum advocari fecit, et sacrae unctionis oleo per ipsius manus inpositionem in remissionem peccatorum illinitus est, et 72° aetatis suae anno vi doloris et torsione[d] vitalium excessus suos Domino libavit, et in hac nostra ecclesia laborioso certamine quasi in ultimo purgatorio igne emundatus, felicem animam coelo reddidit, et desolatis filiis maximum de transitu suo dolorem reliquit; concrepantibus interim campanis cum fletu et gemitu utriusque sexus, beata illa anima praeteritorum laborum suorum praemia receptura[e], coelo ut speramus illata est; et commendatione et missarum celebratione peracta, Henighe perducitur. Ubi sollempnibus completis exsequiis, ad montem beati Georgii devehitur, ac sancta eius anima in loco, in quo praelaturae dignitate vigebat, Domino commendatur; ac demum sequenti die cum multo cleri ac populi comitatu in locum requiei suae Richenberch devote infertur; ac per biduum sacro ipsius corpore cum psalmorum expensione in laudem Dei custodito, congregatis aliquantis Hildensemensibus[f] canonicis, et in cripta novi monasterii ante altare quod ipse exstruxerat, corpus eius humatum deponitur. Ut ergo vera ipsius efficeretur, ut liceat nobis dicere, prophetia, universa procurationis suae monasteria viri minus[g] utiles
1151. subintraverunt. Ex quibus ecclesia nostra Romanum quendam natione, Azonem nomine, priorem inutiliter habuit, qui nullam boni memoriam posteris reliquit, quia ex nimia ipsius simplicitate loco huic negligentia nata est. Praevalente igitur huiusmodi ecclesiae nostrae defectu, cogente rerum inopia ex querimonia totius congregationis et omnis populi acclamatione et summa necessitate deponitur. Cui domnus Ekbertus Sancti Victoris apud Parisium prior subrogatur, vir praeclarae scientiae, forma et vitae honestate commendabilis. Hic de antiquae munitionis propugnaculo in ipsa urbe monasterio adiacente turrim ecclesiasticam ordinavit et exstruxit, et ipsum monasterium, quod horridam iam minabatur ruinam, ad terram usque devolvens, novi monasterii fundamenta ordinavit et iecit; sed inopinata morte praeventus, praelationis suae anno sexto e medio tollitur. Ei vero domnus Bernhardus prior in monte sancti Georgii substituitur, qui eodem quo intravit anno morte

a) cohercere c. b) autem *littera* m *erasa* c. c) *quaedam excidisse videntur.* d) torcione c. e) receptum *corr.* receptura c. f) hildensem c. g) nimis *corr.* minus c.

22) Reiffenberg monasterium prope Goslariam a. 1117. fundatum, a. 1131. a Lothario imperatore confirmatum. 23) auctor noster.

praeventus est. Defuncto interim felicis memoriae domno Brunone, Hildensemensis episcopo, domnus Hermannus praepositus in locum suum non minus utiliter quam canonice intravit, et ecclesia Dei per obtentum iustitiae suae et promotionem utilitatis viri industriam experta est. Desolatus itaque ecclesia nostra in Stedereburch. 1161.

1143. Bertoldus Hildesemensis praepositus obiit.

1144. Gertrudis ducissa obiit. Innocentius papa obiit. P. 1143.

1145. Celestinus papa obiit. Rodolfus marchio occisus est. Siffridus comes obiit. Monasterium et claustrum sancti Georgii cum omnibus habitationibus conbusta sunt. P. 1144.

1146. Lucius papa obiit. Cometa apparuit. Heinricus comes de Asle obiit. Fames magna fuit. Gertrudis regina obiit. P. 1145.

1147. Conradus rex Franciae et Galliae cum multis principibus Iherosolimam cum infinito exercitu profecti sunt. Expeditio trans Albim contra Slavos. Eclipsis solis 7. Kalend. Novembris. P.

1149. Synodus Eugenii papae aput Remis. Divisio lunae et ignis in vigilia sancti Andreae visus est. Rodolfus Halberstadensis episcopus obiit, cui Odelricus successit. Tempestates et tonitrua et inundatio nimia. Terra omnis sudare visa est[24]. P. 1148. 49. 24.

1150. Gerhardus Richenbergensis praepositus obiit, cui Ludolfus successit 4. Id. Iunii. Fames inaudita fuit, ita ut modius decem solidis venderetur, quadrans frumenti sex talentis. cf. M. 1151.

1151. Azo praeposituram Stedereburch suscepit. Fredericus Magedeburgensis archiepiscopus obiit. Conradus rex obiit, cui Fredericus successit. Werra inter ducem Heinricum et marchionem Adelbertum, ita ut ad pugnam dux circiter quinque milia fortissimorum militum, marchio mille quingentos contraxerit. P. 1152.

1152. Incendium gravissimum fuit. Hermannus comes occisus obiit simul cum uxore a ministerialibus[a] Hildesemensis ecclesiae. P.

1153. Ludolfus comes de Waltiggerod obiit Magna caedes Saxonum apud Frisiam facta est[25], in qua Christianus et alii quamplures nobiles occisi sunt. G gorius cardinalis Heinricum Moguntinensem archiepiscopum et Bernhardum Hildensemensem et Heinricum Mindensem deposuit. Bernhardus episcopus obiit, Bruno substituitur. Heinricus archiepiscopus obiit. Eugenius papa obiit. P. P.

1154. Fredericus rex et Heinricus dux[26] Romam profecti sunt. Anastasius papa obiit. P.

1155. Tempestas et pluvia maxima, adeo ut tempore messis fruges non solum in agris, verum etiam in horreis reconditae fluminum inundatione perirent. Rex Terdonam obsedit et captam evertit. Fredericus rex cum magna victoria perlustrata Ytalia et devictis Romanis imperator efficitur. P. 1154. 55.

1156. Arnoldus Coloniensis archiepiscopus obiit, Fredericus substituitur[27]. Heinricus dux cum magno exercitu Frisiam intravit, deinde post in brevi contra Danos[b] profectus, regem, quem ipsi expulerant, restituit. P.

1157. Brandeburch a christianis obsessa capitur. Fredericus imperator in Poloniam profectus provinciam cum duce suo in deditionem honorifice suscepit. Conradus marchio obiit[28]. Kuntus rex Slavorum a Waldemare occiditur, post et ipse a Suenone interimitur. P.

1158. Saeva tempestas et ventus turbinis multa dampna[c] fecit. Heinricus dux Slaviam depopulatur. Fredericus imperator secundo in Italiam profectus est; Mediolanum imperatori subiugatur. Fredericus Coloniensis archiepiscopus obiit, Reinoldus cancellarius Hildensemensis praepositus substituitur. P.

1159. Fridericus imperator Cremam arta obsidione cinxit et destruxit; Mediolanenses in . . . . .[d] rebellant; detestandum scisma oritur. Adrianus papa obiit, Victor substituitur. P.

1160. Imperator cum Mediolanensibus congrediens honorifice triumphat, vexillum sancti Ambrosii auferens, turres destruens[29], et plurimos eorum capiens. Heinricus dux Slaviam devastans episcopos investivit. Bernhardus Padelburgensis episcopus obiit. Odelricus Halberstadensis episcopus deponitur. Sophia marchionissa obiit. Arnoldus Mogontinus archiepiscopus a suis hostiliter occiditur. P. 29.

1161. Ecbertus praepositus in Stedereburch obiit. Magna discordia inter Heinricum ducem et Ratisponensem episcopum oritur. Ludolfus praepositus in Richenberg deponitur. Bruno[30] Hildensemensis episcopus obiit. P.

1162. Bernhardus praepositus obiit. Imperator regi Francorum et Danorum[e] et omnibus principibus curiam sollempnem Bisuntiae indixit, ad quam tamen rex Franciae non venit. Fridericus palatinus obiit[31]. P.

1163. Gerhardus praepositus electus est. Heinricus dux Werla castrum Slavorum evertit, congregationem clericorum in Lubike constituit. Adholfus comes et Reinoldus et alii occisi sunt. Post[32] Heinricus dux auxilio principum Dimin[f] evertit, filium Niclot[g] Christianum suspendit. P. P. 1164.

## De adventu Gerhardi[h] praepositi secundi.

Anno dominicae incarnationis 1163. tota inibi congregatio in nomine Domini coadunata Gerhardum cellerarium in Richenberch praeferri sibi praeoptabat: ut qui a pii patris sui domni Gerhardi primi praepositi cognatione descenderat, et quasi heredis iure nomine

a) misterialibus *c.* b) *ita correxi ut Ann. Palid. et Magdeb. habent;* slavos *c.* c) dapna *c.* d) *ita spatio relicto c.* e) *ita correxi,* slavorum *c.* f) divini *c.* demin *Meib.* g) *ita correxi,* Melot *c* h) gerhalti *c.*

24) cf. Ann. Pegav. 1150. 25) cf. Ann. Magd. 26) cf. Ann. Palid. a. 1155. 27) cf. Ann. Magdeburgenses. 28) hoc Ann. Erphurd. huic anno adsignant, Palidenses et Pegavienses anno 1156. 29) *t. d.* ex Ann. Palid. a. 1162. 30) *B. H. e. o.* haec Ann. Magd. et Pegav. habent. 31) cf. Ann Magdeb. 32) in Ann. Palidensibus comites postea occisi leguntur.

1163. participabat, et sub eo enutritus, a tempore[a] quo septem erat annorum usque ad annos
discretionis familiarissime conversatus est, virtutum quoque eius exempla et disciplinae et
industriae vestigia pede certo secuturus fore sperabatur. Nam secundo post mortem domni
Gerhardi in obedientiam celleraturae in eadem ecclesia est positus, in qua per novem annos
quam ydonee profecerit, adhuc hodie cernitur. In ipsius igitur persona prima ab omnibus
Dec. 21. facta est denominatio, et tempore condicto, in die videlicet Thomae apostoli unanimis et
voluntaria in nomine Domini subsecuta est electio. Nuncios itaque ad domnum Hermannum Hildensemensem[b] electum festinato dirigentes, de electo suo ipsi formam aperiunt,
et ut moris[c], quicquid iuris sui erat, ab eo expleri constantissime exposcunt. Quam electionem non solum ratam[d] tenuit, verum cum pro futura quam sperabat loci recuperatione,
cum pro speciali personae suae dilectione, completionis operam adhibere festinabat. Quid
multa? Domnus episcopus electioni[e] applaudit, legatos mittit, et domnum Gerhardum cum
praeposito suo vocat, rem gestam aperit, et ad consentiendum sollicite hortatur. Ille vero
quia nec adhuc viribus suis confidebat, constanter rennuit, et domnus episcopus eum infecto
negotio dimisit. Nec multo post, quasi indignans, cum sibi de unanimi constaret electione,
sub obtentu obedientiae praepositum, ut iam dictum Gerhardum praesentet[f], astringit;
33 unde uterque eorum in curia, quae Ruibere[33] dicitur, domnum episcopum adiit, et cohortatione ipsius, cum amplius resistere non potuisset, se[g] Deo et patrocinio beatae Mariae et
sancti Iacobi apostoli et sancti Cristofori humiliter committens, assensum adhibuit. Et in
1164. Ian. 13. octava epyphaniae curam regendae ecclesiae in Stedereburch suscipiens, investitus est,
Ian. 14. et sequenti die per domnum Eillardum praepositum et Richenberch praepositum legatione
et auctoritate domni episcopi functos, honorifice inducitur, et a toto conventu et omni
populo *Gloria tibi Christe* laudibus[h] datis, cum exultatione et laetitia devote suscipitur, et in
ipso ingressu suo debitam obedientiae professionem ab omnibus adeptus est. Unde quia
totius actionis suae promotionem Deo commiserat, voluntati bonae pietas divina non defuit;
sed ad omnia, ad quaecumque manum misit, suum misericorditer adiuvit famulum.

Primo igitur anno inquietudini dominarum, quam ex dilapsione aedificiorum patiebantur, ipse conpassus est. Nam refectorium eis summe necessarium exstruxit. Deinde dormitorium, quod omnino fuit inhabitabile, trabibus ac tectis ac laquearibus aliisque ad aedificationem pertinentibus restauravit. Fuit autem moris, ut laica persona sub antecessoribus suis villicationi praesideret, ac per eum summa rerum distributa in minima utilitate ecclesiae ageretur. Ipse vero quia magnum in hoc perpendit dispendium, immo irrecuperabile ecclesiae recognovit dampnum, manum suam misit ad fortia, et a ministerialibus ecclesiae fidelitate sibi praestita, Brunonem de Vimmelse audacter aggressus est, et villicationem ab eo detentam multo labore de manibus eius extorsit. Insuper et alia quaedam, quae iure ut dicebat feodi iniuste sibi usurpaverat, in potestatem propriam et usum congregationis non sine magno Dei adiutorio redegit. Religionem etiam, quae ex tenuitate rerum tepuerat, in bona pace et karitate praecipua fervenſissime reformavit, et in hiis primus annus expenditur.

1165. Anno secundo[34] rem difficilem et extra spem consummationis[i] positam aggressus est. Nam Theodoricum comitem de Haldesleve, qui quasdam villarum de quibus ante praediximus, quas et de privilegio antiquissimo domni Heinrici imperatoris collegit, ditioni suae iniuste addixerat, confidenter aggrediens, eo usque perduxit, quod idem Theodericus comes vera recognoscens, sex villas non proprietati sed beneficio ab antiquis episcopis ad se deductas addixit, et in signum et monumentum recognitionis compromittente legitimo fratre suo Heinrico, qui heres suus esse debuit, quinque mansos et sex areas in Dungerbeke et in Alrem cum mancipiis et omnibus utilitatibus suis, praesente duce Heinrico in quo tunc summa totius patriae constabat, eo ipso suscipiente contradidit, et firmissime promisit ut eaedem villae post mortem suam, quia sine spe fuit heredis, ad ecclesiae nostrae, unde distractae erant, proprietatem libere redirent. Ipso etiam anno exstructionem novi monasterii, cuius fundamenta bonae memoriae domnus Ekbertus praepositus, ut diximus, ordinaverat, in Dei voluntate et adiutorio magna cum alacritate inchoavit. Fuit autem civis quidam Goslariensis Luderus nomine, vir summae fidelitatis ac devotionis, qui[k] filiam suam

a) *ita Leibn.*, at pater *c.* b) hildensem *c.* c) ut m. ut q. *c.* d) r. non t. *c.* e) electione *c.* f) *ita correxi*, praesenter *c.* g) *ita correxi*, sed *c.* h) de tuis *c.* i) consumacionis *et eiusmodi nonnulla c.* k) *addidit L. deest c.*
33) Rüber. 34) praeposituræ Gerhardi.

Gertrudem, quam unicam habebat heredem, spe enutritionis in habitu seculari, ut in bona disciplina stabiliretur, in claustro dominarum collocavit, ne forte matre defuncta, quia eam custodem habere non potuit, in aliquod devium in domo sua commorata per illectiones seculares leviter devolveretur. Itaque quia vir fuit bonae discretionis, animadvertit eam honestius virginum erudiri sollicitudine, quam suae credere custodiae, donec tandem nubilibus[a] aptam annis deliberative viri thoro eam collocaret. Puella igitur, ut erat bonae indolis, laudabiliter boni propositi iter arripuit, et blandimenta seculi paulatim absque humana cohortatione postponere coepit; et si qua de honestate vitae ab aliis gesta perpendit, in suo desiderio adimplere curavit. Ita aliquamdiu apud nos demorata, Deo coepit devota existere, et quod intus habebat, foris ostendit, et in festo beatae Caeciliae, tamquam ipsius exemplo informata, spiritu fortitudinis nichilominus confortata, patre invito qui secundum hominem se in prole filiae laetificari sperabat, deterrentibus eam amicis et notis, universa quae ex matre et patris donatione habuit, confidentissime abiecit, et aurum suum et gemmas pretiosas in altari deposuit. Postea se Deo ac sanctae Mariae et beato Iacobo et sancto Cristoforo perpetuo servituram, gloria tibi Christe alacriter optulit, et contemptum seculi publice coram omnibus professa est. Tunc demum pater eius affectum quem circa ecclesiam nostram simplum habuit, inducente eum filiae suae dilectione, duplum ostendit, et si quid ecclesiae nostrae servitii vel utilitatis sive per se sive per alios attrahere potuit, fidelissime elaboravit, multa nobis contulit, et inopiae nostrae saepius oportune subvenit. Eodem fere post tempore sepulchrum Domini visitaturus, quicquid habuit vel in patrimonio vel in mobilibus rebus, ecclesiae nostrae contradidit, et in hiis omnibus eam heredem suam constituit. Profectus itaque, Deo favente, feliciter rediit, et in devotione sua erga ecclesiam, ut coeperat, permansit.

1165.

Nov. 22.

Anno 1164. Nova confusio maris et fluctuum orta est, quae terras et oppida cum innumera hominum et animalium multitudine circa occidentem et aquilonem subruit. Ipsa die videlicet 14. Kalendas Martii in Magnopoli multitudo christianorum a Slavis occisa et capta est. P

1165. Reinoldus Coloniensis archiepiscopus tria corpora Magorum Coloniam transtulit. Victor papa obiit. Veronenses inperatori[b] rebellant, Rivolam capiunt. Dissensio inter Heinricum ducem et marchionem et palatinum. Sors super palatinum cecidit, Lewenberch castrum suum duci resignat. P

1166.[c] Consecratum est altare sanctae Mariae ad australem plagam in Stedereburch a venerabili Hermanno Hildensemensi episcopo. Ancillae Christi velatae sunt.

## De consecratione altaris in australi plaga.

Anno igitur dominicae incarnationis 1166. praepositus eo usque elaboravit, quod in honorem domini nostri Ihesu Christi ac sanctae Mariae genitricis eius in australi plaga altare consecrari concupivit; unde vocato dignae memoriae domno Hermanno Hildensemensi episcopo aliisque ecclesiarum praelatis ac maioris ecclesiae in Hildensem canonicis, concurrente maximo utriusque sexus populo, collatis in eo praecipuis sanctorum reliquiis, in magna expensa, die videlicet quo reliquiae beatae Mariae in Hildensem illatae sunt, qui in adventu[d] Domini celebratur, eadem consecratio celebriter peracta est. Nec praetermittendum, quod ea die, cum apud omnes fere ecclesias tam in nostro quam in aliis episcopatibus velatio virginum in nulla esset consuetudine, apud nos, Deo favente, initiata est, et praedicta Gertrudis cum aliis Deo devotis virginibus per manus inpositionem praememorati episcopi, igne caritatis uberrimas tam ab ipso quam ab aliis eliciente lacrimas, sacrae professionis velamen assumpsit, et sic ea devotio festivitati nostrae adauxit, et longe fideles quosque ad simile opus bonum boni imitatores effecit. Eodem anno fames validissima fuit, unde praepositus in acquisitione annonae multa, circa triginta videlicet marcas, expendit. Eodem fere tempore agente domno Hermanno episcopo, Bertoldus de Scartvelde filiam suam, Bertam nomine, in claustro nostro collocavit, et duos mansos in Badesleve et unum molendinum in eadem villa nobis contulit. Circa idem tempus Ludolfus comes de Peine filiam suam divino servitio mancipavit, et argentum contulit unde praepositus quatuor mansos in villa quae Svulb[illegible]inor[35] vocatur a Reinoldo quodam, libero homine, 35
emit; et coram multis testibus hoc factum confirmatum est, ipso Ludolfo comite praesente.

Gerhardus promovit.

a) nubibus c. b) in . . . . . c. c) *horum loco Meibom habet:* Fames validissima, *quod in textu infra habetur.* d) *in margine legitur:* Qualiter prima velacio virginum in ecclesia nostra inchoata est, *et alia manu:* altare sancte Marie in honore gloriose resurrectionis consecratum est c.

35) Kleinen-Schwülper.

1166 Defuncto itaque domno Hermanno, bonae memoriae episcopo, et succedente ei domno Adhelhogo, eo ipso agente, item praefatus Bertoldus de Scartvelde aliam filiam suam Machtildem[a] in collegio dominarum esse statuit, et item duos alios mansos in Badesleve ecclesiae contulit; et ita quatuor mansos cum mancipiis et aliis utilitatibus et unum molendinum inibi ecclesia nostra habuit, in quorum redemptionem praepositus tresdecim marcas per-
36 solvit. Unum mansum in Arebeke[36] per[b] iudicium aquae frigidae recuperamus. Circa idem tempus praepositus dedit Brunoni de Vimmelse et filiis suis quatuor marcas et quatuor talenta pro absolutione unius mansi in Stedereburch et alterius in Stokhem, qui beneficium suum erant, eosque ditioni ecclesiae addixit. Item Brunoni de Vimmelse et heredibus suis dedit praepositus sexdecim marcas pro resignatione totius feodi sui, quod ab ecclesia tenuerunt. Ervoni de Tidhe dedit praepositus quatuor talenta et duas marcas pro inpigneratione praediorum suorum in Tidhe. Item Hildebrando de Stockem unam marcam. Item cuidam Thetmanno dedit praepositus Gerhardus tres marcas et dimidiam pro quibusdam praediis suis. Nec multo post hoc, quod dicimus, elaboratum est. Rotmannus de Hemstide et frater suus Siffridus iure feodi ab ecclesia nostra duos mansos in Stockem et duos mansos proprietatis in eadem villa et dimidium in Melveroth habebant. Praepositus autem praesente duce Heinrico promissis et datis viginti quatuor marcis feodum absolvit, proprietatem cum omni utilitate sibi adhaerente emptione comparavit, et postea coram domno Adelhogo, Hildensemensi episcopo, abrenuntiantibus praedicto praedio matre ipsorum ac sororibus et Rotmanni filiis, quos ei nobilissima domna Sophia comitissa de Asle genuerat, huiusmodi factum determinatur, ipso domno episcopo recognoscente, et banno suo ecclesiae nostrae iura in eodem praedio corroborante. Testes eius confirmationis, quae in palatio domni episcopi in civitate episcopatus sui facta est, hii sunt: Wichardus abbas Sancti Michahelis, Werno praepositus maior, Erpo, Conradus, Burchardus canonicus maioris eccle-
37 siae, Iohannes praepositus in Backenrode[c][37], Luthewicus cappellanus, Thidericus de Insula, Bertoldus de Scartvelde, ... Burchardus de Bornem, cui in hac ........[d] ecclesiae commissum est. Interea surgente novi monasterii opere, in altum parietes erecti sunt, et non considerata invalitudine fundamenti, ei parti quam sanctuarium nominamus cocleas superponi[d'] fecimus. Sed minante ruinam admodum ponderosa massa, cocleam ipsam deiecimus, et trabibus ac laquearibus reordinatis maximi operis labores expendimus. Interim infra claustrum domum in australi plaga continentem duo refectoria et alia commoda instruximus.

38 Nec hoc praetermittimus, quod infra urbem[38] cappellula, quae muro adiacens cappella curiae dicta est, ex antiquitate dilapsa, temporibus piae memoriae domni Gerhardi praepositi penitus neglecta erat. Unde quia perpendit praepositus Gerhardus secundus ex hoc diminutum Dei cultum et beati Nicolai, cuius in ea singulare habitum est patrocinium, confidens etiam animae pii patris ac praedecessoris sui domni Gerhardi profuturum esse remedium, cappellam quae turri ad aquilonem adiacet, ut prioris cappellae loco venerabilis esset, consecrari proposuit.

cf. P 1167. Dissensio magna inter ducem Heinricum et principes orientales. Dissensio inter Heinricum episcopum et ducem Heinricum adeo, ut totus episcopatus incendiis[e] seu rapinis attritus sit.

cf. P 1168. Reinoldus Coloniensis archiepiscopus et dux de Rodenburch et alii quam plures nobilium Romae ex pestilentia perierunt.

1169. Hermannus piae memoriae Hildensemensis episcopus sepulchrum Domini visitans moritur, cui Adelhogus successit.

P 1170. Albertus marchio de Brandenburg obiit.

cf. P 1172 1171. Heinricus dux cum episcopis, abbatibus, praepositis et aliis multis baronibus sepulchrum Domini visitat. Imperator de Ytalia rediit.

1172.[f] Consecrata est cappella ad aquilonalem partem monasterii.

## De consecratione capelle sancti Nicholai.

Anno igitur Domini 1172. praeparatis ad hoc expense necessariis, venerabilem domnum Adelhogum episcopum advocavit, ac pio desiderio suo ac antecessoris sui saluti satisfaciens, in honorem sancti Michahelis et beati Nicolai, cuius ibi reliquias collocavit, ab eodem quem praediximus episcopo cum multa exultatione cordis sui devote consecrari fecit. Postea vero praepositus quaedam praedia hoc modo conquisivit: Gerboldus quidam de Stidegem in eadem

a) machildem *c.* b) pe *c.* c) *ita supplevi,* ba..... *c.* d) causa opus? d') supponi *c.* e) *vocem supplevi.* f) *deest Meibom.*

36) Arpeke banni Sievershausen. 37) Backenrode, hodie Marienrode prope Hildesheim; Iohannes in charta a. 1174. occurrit; v. Lüntzel Dioec. Hildesh. p. 380. 38) scilicet Stederburg.

1172 villa in beneficio de manu domni episcopi duos mansos tenuit. Praepositus itaque conventionem cum praedicto Gerboldo data pecunia fecit, ut ipse eosdem duos mansos domno episcopo resignaret, quod et conpromittente fratre suo Arnoldo, qui legitimus eius heres fuit, factum est. Data item pecunia, praepositus Gerhardus domnum episcopum Adelhogum eo usque induxit, ut ipse proprietatem eorumdem mansorum ecclesiae in Stedereburch iure perhenni contraderet[a]. Duos etiam mansos proprietatis in villa quae Bungestide dicitur, idem Gerboldus possedit, quos item praepositus Gerhardus, permittente domno episcopo et consentiente praedicto Arnoldo, legitima emptione comparavit, et ita quatuor illos mansos in hiis duabus villis ecclesia nostra obtinuit. Donatio autem episcopi et recognitio utriusque facti postea in ecclesia in . . . . .[b] cum in ea domnus episcopus et dux convenissent, praesentibus multis nobilibus viris ac ministerialibus tam episcopi quam ducis Heinrici, rei veritate omnibus contestante, firmissime stabilita est. Nec hoc ignorandum, quod praepositus praedium ecclesiae multo tempore neglectum in Wolveshagen a fratribus W . . . . .[b] de Rothne post mortem eius laboriose requisivit, quod postea Wernero de Dalem, addito uno manso in Rothne pro universo patrimonio suo quod in Thidhe habuit, duobus videlicet mansis et dimidio, consentientibus heredibus suis in commutationem dedit. Huiusmodi autem laboribus et utilitatibus occupatus praepositus ab exstructione monasterii non destitit, sed Dei bonitate adiutus consummationi[c] eius totam operam ardentissime inpendit, et in hiis omnibus Luderum Goslariensem cuius supra mentionem fecimus, virum fidelissimum ac summe devotum, adiutorem et cooperatorem tam consilio quam auxilio semper[d] habuit.

1174. Dedicatio novi monasterii in Stedereburch cum tribus altaribus ab Adelhogo et Efermodo[39] venerabilibus episcopis in praesentia reliquiarum sanctae Mariae. Velatio virginum. 39

## De consecratione novi monasterii in Stederborch. Velatio virginum.

Anno autem Domini 1174. imperante glorioso ac victoriosissimo Friderico, praefato domno Gerhardo ecclesiae eidem praesidente, et eo laborante, monasterium novum in Stedereburch, Dei favente clementia, consummatum est. Unde praepositus voti sui compos, consecrationem eius fieri proposuit. Deus autem, qui voluntati bonae fidelium numquam deest et iustis postulationibus semper praesens est, ipsius in bonum adiuvit desiderium. Tanto namque proposito maximas scivit adesse debere expensas, et multas ad tale negotium necessarias esse divitias. Dei ergo confisus adiutorio, meminit Deum corvos pascentem, lilia agri vestientem et cotidie de granis minimis horrea magna replentem, sibi, ut in quo totius propositi sui fixerat effectum, numquam defuturum; sicque fieri posse ut manus eius vacuae non essent a munere, quia archa cordis eius repleta erat bona voluntate. Dedit namque Deus ei hanc in omnibus operationibus suis gratiam, ut ad quaecumque manum misisset, felici Dei dono effectu consummasset. Sane fidelium suorum corda ita excitavit Dominus, ut in multis ei subvenirent, unde quorumdam benefactorum nostrorum nomina, ut memoria eorum non deleatur in seculum, hic[e] inserere curavimus: Serenissimus ille Bawariae et Saxoniae dux Heinricus primus auxilio suo nos iuvit, et non parvam expensae partem vultu hylari nobis tradidit, nostramque festivitatem sua illustrasset praesentia, si necessaria occupatione detentus in Bawariam[f] iter non arripuisset. Officiatis tamen suis, hoc est dapifero, pincernae ceterisque omnibus ita sollicite iniunxit, ut huic festivitati tamquam suae praeessent. Comes Guncelinus de Zvarin[40], ut saepe ante fecerat, 40 in hac necessitate nobis subvenit, Ericus de Gatersleve, Ekbertus de Wulferebutle, Iordan dapifer aliique plures, qui ut centuplum de benefactis suis recipiant, divinae committimus clementiae. Inter hos primus et nominatus benefactor noster, Luderus Goslariensis, pro eis quae tunc nobis contulit ut lucidam et quietam mansionem accipiat a Domino, non iniuste petimus. Omnibus ergo, ut sperabamus, ydonee dispositis et sufficienter necessariis praeparatis, venerabilis domnus Adelhogus episcopus ad diem festum consecrandae ecclesiae vocatus est. Gaudebat autem in Domino tali ecclesia in episcopatu suo per manus ipsius Christo consecranda, unde maiori devotione festivus adesse disposuit. Confluebant etiam ad hanc sollempnitatem praelati ecclesiarum, abbates et praepositi maioris ecclesiae in Hildensem, canonici reginae coeli et speciali suae dominae beatae Mariae dignum exhibentes obsequium, ipsius quippe reliquiae ad decorem domus Dei venerabiliter allatae

a) contradent *c.* b) *ita c.* c) consummacione *c.* d) super *c.* e) hoc *corr.* hic *c.* f) bauaria *c.*
39) Raceburgensi. 40) Schwerin.

1174. sunt, quarum praesentia virgo suo in dedicatione templi sui congauderet filio, et populus item earum praesentia speciali applauderet gaudio. Allatae sunt etiam a domno episcopo praecipuae sanctorum reliquiae, in eadem ecclesia cum aliis quas praepositus longe a fidelibus Christi collegerat et sollicite comportaverat recondendae. Confluebant undique de vicinis civitatibus et viculis[a] monachorum, clericorum, sanctimonialium et multitudo
cf. Esa. 2, 2. plebis copiosa, ut de encaeniis[b. 40] legimus, ut impleretur: *Et fluent ad eam omnes gentes, et dicent: Gloria tibi, Domine.* Domnus itaque Adelhogus episcopus sexto episcopatus sui anno, cooperante sibi beatae memoriae domno Hevermodo[c] Razeburgense episcopo, monasterium novum in Stedereburch sub administratione domni Gerhardi praepositi ad honorem domini nostri Ihesu Christi et beatae Mariae virginis, et beati Iacobi apostoli et sancti
Iul. 25. Cristofori martiris singulare patrocinium, in die natalis eorum cum tribus altaribus devote consecravit. Ipso etiam die velatio virginum celebrata est, et facta est laetitia magna in omni populo.

41 De[41] reliquiis in altari sanctae Mariae reconditis. Octoginta dies indulgentiae ad altare pertinent. [d]Hoc altare consecratum est in honore resurrectionis.

1166. Dec. 8. Anno dominicae incarnationis 1166, indictione 15, 6. Idus Decembris feria 5. pio studio ac fideli devotione domni Gerhardi huius Stedereburgensis loci venerabilis praepositi elaborante, consecratum est hoc altare a reverendo antistite sanctae Hildensemensis ecclesiae domno Hermanno, anno ordinationis eius sexto[d*], in honore domini nostri Ihesu Christi et sacrosanctae resurrectionis eius ad speciale patrocinium beatae et gloriosae semper virginis Dei genitricis Mariae et sanctae Annae *etc.* et in honore omnium beatarum virginum ac viduarum et aliorum plurimorum sanctorum, quorum hic patrocinia fideliter habentur. Continetur autem hic *etc.*[e] necnon aliorum sanctorum plurimorum, quorum nomina in libro vitae scripta sunt, circiter 127 portiones.

Consecratio templi. De reliquiis quae continentur in principali altari. Octoginta dies indulgentiae pertinent ad altare. Tres anni indulgentiae pertinent ad monasterium. [f]Hoc altare consecratum est in honore ascensionis.

1174. Iul. 25. Anno dominicae incarnationis 1174, indictione 8, 8. Kal. Augusti feria 5. hoc templum cum tribus altaribus consecratum est a venerabili domino Adelhogo sanctae Hildensemensis ecclesiae et reverendo viro domno Evermodo Ratispolitano praesule sub praefato memorabili domino Gerhardo praeposito, ipsius fideli studio id promovente ac plurimorum fidelium Christi pia devotione cooperante ad honorem Dei et sancti Iacobi apostoli ac beati Cristofori martiris aliorumque sanctorum. Consecratum est autem principale altare ab ipso domno Hildensemensi episcopo in honore — titulus altaris principalis — domini nostri Ihesu Christi et gloriosae ascensionis eius beatae Mariae semper virginis, ad speciale patrocinium sancti Iacobi apostoli maioris omniumque apostolorum et ewangelistarum sanctique Cristofori martiris et aliorum plurimorum sanctorum, quorum hic patrocinia fideliter habentur. Continetur vero *etc.*[g] necnon aliorum plurimorum sanctorum circiter 188 portiones praeter plures titulos carentes. Titulus altaris ad septentrionalem ecclesiae plagam.

De consecratione altaris sancti Iohannis et de reliquiis quae in eodem continentur. Octoginta dies indulgentiae pertinent ad altare. [h]Hoc altare consecratum est in honore nativitatis domini nostri Ihesu Christi.

Consecratum est hoc altare a venerabili domino Evermodo Ratispolitano praesule in honore domini nostri Ihesu Christi et sacratissimae nativitatis eius ac beatissimae genitricis eius Mariae semper virginis ad speciale patrocinium beati Iohannis baptistae sanctique Iohannis apostoli et ewangelistae, simul etiam in veneratione omnium confessorum Christi ac pluri-

a) *ita corrigo;* inculis 1. incolis *L.* b) euceniis *c.* c) hervermodo 1. d) Hoc — resurrectionis *alia manu.* d*) secundo *c. Bruno obiit d.* 18. *Oct.* 1161. e) *quae omittere placet.* f) Hoc — ascensionis *alia manu.* g) *reliquiae quas omisimus.* h) Hoc — Christi *alia manu.*

40) dies festus propter consecrationem novi operis. 41) Quae sequuntur de reliquiis et consecrationibus fortasse a Gerhardo primum scripta, sed hic a Iohanne praeposito inserta esse apparet.

morum sanctorum, quorum hic patrocinia fideliter habentur. Continetur autem hic *etc.*[a] et aliorum plurimorum sanctorum circiter 103 portiones. 1174.

### De consecratione altaris sanctae crucis et de reliquiis quae in eodem continentur. Octoginta dies indulgentiae pertinent ad altare.

Titulus altaris quod est in medio ecclesiae, altare principale respiciens. Consecratum est hoc altare item a venerabili domino Evermodo Ratispolitano praesule in honore domini nostri Ihesu Christi et sacratissimae passionis atque crucifixionis eius ac victoriosissimae crucis eius ad speciale patrocinium sancti Cristofori gloriosissimi martiris omniumque martirum Christi et plurimorum sanctorum quorum hic patrocinia fideliter habentur. Continetur autem hic *etc.*[a] et aliorum plurimorum sanctorum, quorum meritis precibusque concedat Dominus ut in omnibus protectionis eius muniamur auxilio Amen. Circiter 97 portiones praeter illas quae in antiquo repertae sunt altari.

### De consecratione capellae sancti Nicholai.

Anno dominicae incarnationis 1172, indictione 7, 8. Idus Decembris feria 4. consecrata est capella ad aquilonarem plagam monasterii a domno Adelhogo sanctae Hildensemensis ecclesiae antistite sub Gerhardo venerabili praeposito in honore domini nostri Ihesu Christi et sanctae genitricis Mariae sanctique Michahelis archangeli et omnium coelestium virtutum sanctique Nicholai confessoris et sanctorum quorum hic reliquiae continentur . . . .[a] 1172. Dec. 6.

1175. Imperator cum Mediolanensibus dimicans vincitur. cf. A. P. 1176.

### De quinque mansis in Lefforde.

Sequenti anno praepositus Gerhardus, datis una minus quam triginta marcis, a quodam Thiderico de . . . . . et patruo suo Gerhardo, qui legitimus ipsius heres fuit, patrimonii sui quinque mansos cum areis et cum omnibus utilitatibus suis in Lefvorde emit. Hec empcio facta est in monasterio beati Iacobi, facta abrenunciatione praedicti patrimonii a praedictis viris in altari beati Iacobi, et praepositus praetaxatum argentum ibi persolvit. Postea vero imperatore cum exercitu et multis principibus iuxta Tenstide[b, 1] sedente, coram domno Wichmanno Magedeburgeusi archiepiscopo et domno Adelhogo Hildensemensi episcopo, coram marchione Misnense Ottone et fratre suo Thiderico marchione de Landesberche, et aliis quam pluribus tam nobilibus quam ministerialibus huiusmodi facti recognitio facta est. Ubi Ludolfus comes de Peine, quia imperium[c] comitiae iurisdictione hoc quod diximus praedium continebatur, iudiciali dictante sententia regio banno in ius ecclesiae nostrae absque omni contradictionis inpedimento addixit. Circa idem tempus idem praepositus quinque mansos et decem areas in Levedhe cum omnibus utilitatibus datis quinquaginta sex marcis cuidam Conrado Hildensemensi ministeriali et Frumoldo sacerdoti[d] fratri eius coemit. Haec emptio facta est coram domno episcopo Hildensemensi Adelhogo et duce Heinrico, et multis aliis ydoneis testibus in prato iuxta Dennestorp firmissime stabilita est. De praetaxato autem argento sex marcae uxori cuiusdam Vertheberni, quae soror Conradi et Frumoldi erat, cesserunt, ut ipsa parti suae, dimidio videlicet manso et uni areae, renunciaret, et cum duabus filiabus suis utriusque partis factum et emptionem compromitteret. Gerhardus praepositus promovit.

1177. Concilium Venetiis celebratur ab apostolico Alexandro et imperatore[e] Friderico cum multis ecclesiae praelatis, ecclesia rediit in unitatem. Odelricus episcopus Halberstat rediit. P.

1178. Coloniensis archiepiscopus cum multis terrae suae principibus totam Westfaliam usque ad Wiseram incendiis et rapinis devastat. cf. P.

1179. Imperator cum Coloniensi archiepiscopo et universis pene regni principibus, ducem Heinricum cum universa terra sua miserabili clade afflixit, ita ut nec coenobiis, nec ecclesiis, nec praebendis fratrum, nec Deo consecratis virginibus, nec ulli aetati vel sexui parceret, et ipsum ducem proscripsit. Eodem anno Halberstadensis civitas cum maiori monasterio et universis tam monasteriis quam ecclesiis, miserabili incendio plus quam cum mille hominibus per homines ducis attrita est. Odelricus episcopus et Romarus praepositus cum pluribus militibus capti sunt. Castrum Horneborch a militibus ducis viriliter expugnatum capitur et destruitur. cf. P.

a) *omissa.* b) senstide *c.* c) imperius *corr.* imperium *c.* d) sacerdote fratre *c.* e) in patre *c.* 1) Tennstädt in Thuringia.

## De Frederico imperatore.

Factum est autem, cum dedisset nobis Dominus requiem ab operibus nostris et sufficientia nobis suppetente, cum in pace quietissima vivere disposuissemus, accessit nobis
1179. inportabile malum. Nam werra maxima in terra oriri coepit. Imperator enim Fridericus
cf. P. cum archiepiscopis, episcopis, abbatibus, principibus regni et toto imperio nobilissimum ducem Heinricum invasit. Iisdem inimicitiis perdurantibus, Coloniensis episcopus vice domni imperatoris, vastator hostilis et impius exactor, nec coenobiis nec ecclesiis parcens, impietatis suae efficaces exsecutores de partibus occidentis adduxit; et licet ad nos tunc non pervenerit, nos, sicut universam terram, crudelitatis eius fama perterruit; unde quantae nos circumdederint angustiae, discretio cuiuslibet animadvertere potest. Coacti enim sumus Deo sacratas virgines de coenobiis suis in tuta loca deducere, quia veraciter auditum est in suo transitu coenobia violenter irrupta, et quod sine gemitu et lacrimis non dicimus, virgines sacras inpudice tractatas, et totius sceleris inmane flagitium completum esse. Abductis itaque, ut diximus, tam sororibus quam aliis utensilibus nostris, non modicum perpessi sumus[a] dispendium. Hac[b] igitur terrae nostrae confusione per quinquennium perdurante sive in malum nostrum accrescente, si qua residua fuerunt hostibus, qui amici nostri esse videbantur penitus ea tulerunt. Nam hii qui in civitate Brunswich erant, omnes fruges agrorum ad supplementum cibariorum intulerunt, sicque factum est, ut vicinam de nostro labore aleremus urbem tamquam nobis diceretur:

*Mantua vae miserae nimium vicina Cremonae.*

42 Quanto per hoc quinquennium[42] labore et dispendio necessaria cibariorum contraxerimus, cum cor meminit, lingua exprimere insufficiens est.

1181. Sexto denique anno, generali domni imperatoris expeditione proposita, cum iam ipse imperator et principes non nisi propulsioni ducis intenderent, unusquisque principum
cf. P. partes sibi adiacentes, quae ad ducis ditionem pertinebant, atrociter invasit. Nam domnus imperator Mericam transiturus, Coloniensem archiepiscopum, Treverensem, Monasteriensem, Pathelburnensem, Hildensemensem, Myndensem, Osenburgensem, abbatem Corbeiensem[c], cum nobilibus tam nostrae quam remotae terrae, in obsidione civitatis ante foras nostras iuxta Ovekaram, in villa quae Lefforde[43] dicitur remota omni misericordia reliquit;
44 Halberstadensem[44] ad obsidionem Blankenburch deputavit; Magedeburgensis priori anno auxilio orientalium civitatem Haldesleve miro artificio et multo labore aquae redundatione ad deditionem coegerat; in qua a Bernhardo de Lyppia longo tempore ante deditionem viriliter reougnatum est. Nobis itaque, quibus tanta multitudo incumbebat, nulla misericordia deputata est. Regionem enim nostram coram nobis alieni devorabant, et a tempore
Iul. 12. messis, festo videlicet beatae Margaretae, usque ad initium autumpni et amplius ista mala perpessi sumus. Vidimus enim optima quaeque diripi, viculos nostros succendi, rapinis nos exponi, equos et iumenta nostra depopulari, et domos nostras absque habitatore relinqui. Desolatis igitur nobis et in desperationem fere delapsis, sola Dei miseratio et patronorum nostrorum pia apud Deum interventio nos respexit, et inimicis nostris aliquantum mitigatis, cor ipsorum et hostile propositum in melius commutavit. Datum est enim nobis, sicut Ioseph et Danieli, in oculis principum gratiam invenire, ut aliquo modo pax nobis sicut redderetur, ne penitus cum habitationibus nostris evelleremur; ac per nos circumiacentibus etiam villis subventum est. Fiduciati igitur in Domino, exteros ad misericordiam inflectere potuimus, sed familiares nostros non evasimus. Quicquid enim a manibus alienorum servavimus, Hildensemenses non abhorrebant diripere, in quorum tamen pace securi
Mich. 7, 6. Matth. 10, 36. esse debuimus, ut completum sit: *Et inimici hominis domestici eius.* Tandem consummato
Aug. 31. malitiae suae tempore, cum irrecuperabiliter attriti essemus, in vigilia beati Aegidii terga vertentes castra moverunt. Nec[d] silendum, quod piae memoriae domnus Arnoldus Treverensis archiepiscopus, exceptis aliis consolationibus quas nobis saepe adhibuit — nam specialis noster defensor extitit — quindecim marcas argenti, inopiae nostrae oportune subveniens, nobis tradidit. Eo tempore nec ad praesentem annum spectantes fruges habuimus, et futuro prospicere, quia seminare non potuimus, nullatenus valuimus; unde pro conquirenda annona sexaginta novem marcas argenti expendimus. Postquam autem imperator voluntatis suae compos rem coeptam prospero satis eventu effectui mancipavit, et nobilem

a) perpessimus c. b) hanc .... confusionem c. c) gorbeiensem c. d) Hec c.

42) scilicet annis 1176—1180. 43) Leiferde prope Wolfenbüttel. 44) episcopum.

ducem Heinricum in deditionem recepit, terra quasi de multis malis respirans siluit. Nos autem, ne pusillanimitas[a] nostra in maius malum excresceret, velut novellam plantationem exstruere coepimus, et ad excolendos agros nostros et aedificiis restaurandis[b] primam manum adhibuimus. Interim etiam alia ad haec praedia conquirere studiose laboravimus.

1180. Heinricus dux Turingiam vastans incendio, lantgravium et fratrem eius cum multis nobilibus captivum duxit. Odelricus episcopus obiit, Thidericus substituitur. Hartheburch reaedificatur. P. 1181.

## 1182. De bonis in Kemme.

Anno igitur ab incarnatione Domini 1182. indictione 15. Idus Iunii[c], anno Friderici imperatoris 31, Gerhardus praepositus in Stedereburch emit in possessionem suae ecclesiae, pollicitis et postea, ut dicemus, datis sexaginta duabus marcis, quaedam praedia in Adersheim. Conradus et Ernestus de Kemme octo mansos iure hereditario possidebant[d], quorum quatuor sorori suae quam duxerat Thidericus de Rothginghe[e] contulerant, duo[f] Conrado, et duo[f] Ernesto contingerant. Praepositus itaque ab uxore praedicti Thiderici qui iure mariti consensit, promittentibus fratribus suis, quatuor mansos emit, a Conrado duos, promittente Ernesto et sorore sua, ab Ernesto duos, promittente Conrado et sorore sua. Haec emptio facta est in claustro beati Mauricii in monte coram Adelhogo Hildensemensi episcopo et quam pluribus maioris ecclesiae et illius ecclesiae canonicis. Qui huius rei stabilitate firmanda pro se fidem dederunt, et hos fideiussores posuerunt: Ernestum dapiferum, Thidericum de Althen, Thidericum de Ro ginghe[e], Conradum de Stenberche. Postea 16. Kal. Iulii persolvit praepositus argentum in vestibulo monasterii sanctae Mariae Conrado, Ernesto et Thiderico de Rothginghe[e] vice uxoris suae, et hii testes affuerunt: canonic Berno, Bruno, Herebort, Thitmar, Hartbreht, Poppo, Bertolt, Rotholf, Herman, Ludolf, Frideric, Iohan, Burchart; layci Thideric, Widego, Arnolt, Conrat, de Goslaria Sebolt et alii quam plures. Postea in magno placito episcopi in Bodenburch confirmatio totius huius facti stabilita est, et hii sunt testes: Hoger, Burchart de Waltingheroth, Conrat de Rothen, Sigobodo, Bertolt de Scartvelde, Frideric de Poppenburch, Iohan, Escwin de Diseldeshem, Adolf et filius eius de Nihenkerken, Ludolf de Hagen, Thideric, Rotholf de Meinersheim, Thideric de Insula, Cono de Depenowe, Engelmar, Unarg, Ropertus de Gandersheim, et fere omnes Hildensemenses ministeriales. Praedictus autem Conradus quia in cunabulis parvulos habebat, cum ad annos discretionis venirent ipsos similiter patrimonio renunciaturos et emptionem ratam habituros hiis fideiussoribus datis spospondit: Conone de Depenowe, Ludolfo de Herre, Eyzone de Eilstrenge, Thiderico de Althen, Heinrico de Toseim, Thiderico de Vlothedhe, Bernhardo et Leonardo de Kemme, Syffrido de Hesethe. Et ita octo mansos in Adersheim cum omnibus utilitatibus praeposito cesserunt. Quidam ministerialis ducis Heinrici Rothericus filium suum quem unicum habebat Rothericum nomine, insperato defunctum, apud nos sepeliri petiit; pro cuius animae remedio, sui quoque memoria simul et felicis uxoris suae Ermengardis cum conscientia et promissione domini sui ducis et conpromissione filiarum suarum Adhelheidis et Cristinae quae legitimae eius heredes erant, medietatem villae quae Hop dicitur ecclesiae nostrae contradidit et omni qua debuit firmitate stabilivit. Post ea non multo filiam filiae suae in collegium dominarum assumi postulavit, cum qua medietatem eiusdem villae quam a Vulrado filio fratris sui conquisivit libera donatione contradidit. Postea item quinque mansos in Brunsele cum omnibus utilitatibus suis nobis contulit. Ita ergo villa quae Tho-me-hope dicitur cum omni utilitate sua ad ecclesiae nostrae possessionem iure perpetuo totaliter accessit, et praedicti viri summam fidelitatem ac devotionem experti sumus.

Gerhardus praepositus promovit. 1182. Iun. 13.? Iun. 16.

## De bonis in Lefforde.

Huic benefacto accessit et hoc quod quidam homo nobilis Bodo de Saldere, cum multis annis advocatus ac bonus defensor ecclesiae nostrae exstitisset, volens etiam sui memoriam apud fideles Christi in benedictionem fieri, compromittentibus filiis suis qui legitimi heredes sui erant, decem et octo iugera cum area una in villa quae Lefforde dicitur, pro remedio animae suae ecclesiae nostrae contulit, et stabilitate qua debuit hoc ratum fore confirmavit. Et paulo post, spacio videlicet octo dierum, ex hac luce vitam finivit.

Gerhardus praepositus promovit.

a) pusillamitas *c.* b) *lacuna in c.; suppl. Leibn.* c) iulii *c.* d) possideant *c.* e) *an* Ricklinghe? f) duos *c.*

### De bonis in Lefforde.

Gerhardus promovit.

Eadem et non minori devotione frater iam dicti Bodonis, Ludolfus, in eadem villa medietatem praedii sui quod sibi iure hereditario cesserat, compromissione legitimorum heredum suorum decem et octo iugera cum area una ecclesiae nostrae pro sui memoria contradidit. Item Bertoldus de Sigerdessen, ministerialis ducis, mansum unum in Machterseim duodecim talentis comparatum pro remedio animae suae nostrae ecclesiae legitime contulit.

### De acquisitione et confirmatione bonorum in Vimmelsen.

Gerhardus praepositus promovit.

Quidam Hildensemensis ecclesiae ministerialis Iustacius de Vimmelse in eadem villa patrimonium habuit, quod quia praeposito adiacens fuit; tum quia ex cohabitatione sua et vicina commansione, utpote qui plus ex alienis quam de propriis vivebat stipendiis, saepe homines ecclesiae turbabantur; tum quia ad maximum ecclesiae hoc fieri intendebat commodum, iam dictum patrimonium, ut Iustacio malignandi tolleretur occasio, sibi temptavit attrahere. Dum vero multo tempore id fieri praeoptaret, accidit ut oportuno tempore huiusmodi emptionem praepositus adoriretur. Pertinebant autem ad idem patrimonium heredes tantum mater et filius. Condicto igitur tempore in claustro sancti Georgii in Goslaria praepositus a Iustacio multis coram testibus et domno episcopo hoc emit patrimonium praetaxato ut post dicemus argento. Postea vero mater ipsius factam emptionem irritam duxit. Sed aliquo tempore post in ecclesia nostra ad altare beati Iacobi uterque heredum, mater videlicet et filius, item multis astantibus cum abrenunciatione patrimonii praefatam emptionem firmissime stabilivit, unde legitimo banno praepositus idem patrimonium ecclesiae suae addixit. Sed et muliebri forsitan levitate et viri cui naturaliter indita[a] erat inconstantia, omnis illa prior actio iniqua mollitione annullata est, et exinde praeposito maxima nata est fatigatio. Deinde post multas et legitimas synodales querimonias et provinciarum placitorum quae vulgo lantdhing dicimus exactiones, eo usque a praeposito actum est, ut tandem tertio anno res ipsa finali[b] concluderetur termino. Unde idem Iustacius et mater eius cum marito suo Conrado venientes in urbem Stedereburch, praesente Ludegero et Ludolfo fratre suo de Waldenberche, Thiderico de Saldere advocato ecclesiae, et praesentibus omnibus qui iure omni vel fidelitate ministeriali ecclesiae nostrae obligati sunt, pollicitis sibi a praeposito sexaginta septem marcis pro patrimonio suo[c] in Vimmelse cum decimatione eiusdem et resignatione duorum mansorum in Linden, quod ab antiquis antecessoribus suis iure feodi possederat, ut de cetero nulla interveniret impedimenti occasio firmavit. Data enim fidei pollicitatione, in manus omnium praedictorum cum matre et vitrico suo, patrimonio et feodo renuntiavit, et allatis beati Iacobi et sancti Cristofori reliquiis, fidem quam promisit se servaturum et de cetero nullum a se sive ab alio inductum inpedimentum iuravit. Postea in magno placito in Striedegem, ubi Ludegerus et frater suus de Waldenberche[1], Ludolfus de Peina et milites amplius quam ad 60 recensiti convenerant, praepositus praetaxatum argentum persolvit, et item cautio et firmatio eius facti ibi recognita est. Ultimo autem facturi omnimodam confirmationis clausulam, ad palatium domni episcopi in Hildensem venimus. Iustacius vero, muliere defuncta cum vitrico suo si aliquid ad eum pertinuit, solus heres relictus, coram domno episcopo huiusmodi factum recognovit, et ut eo firmius esset, quasi de novo patrimonio renuntiavit, et in manum domni episcopi, Adolfi comitis de Scowenburch, Ludolfi minoris de Waldenberche, Arnoldi de Dorstat, Thiderici de Saldere et aliorum multorum omni cautione firmavit; ubi domnus episcopus Adelhogus decimam patrimonii eo modo empti, quod circa sex mansos computatur, quam a Iustacio in prima conventione sibi resignatam ecclesiae nostrae tradidisse recognovit, sententia diffinitiva dictante banno suo de omnibus firmissime stabilivit.

1183. Alexander papa obiit. Lucius succedit. Heinricus dux exulat. Cristianus Moguntinus archiepiscopus obiit. Conradus succedit. 1184. 1185.

### 1186. De concambio quod domnus Gerhardus praepositus fecit cum abbate de Hilseneborch.

Acta sunt haec anno Domini 1186. hiis testibus, Bernone maiore decano, Eilberto canonico, Lothewico cappellano, Adolfo de Scowenburch, Ludolfo minore de Waldenberch,

a) inclita c. b) finili c. c) patrimonii sui c.

1) Woldenberg.

Arnoldo de Dorstat. Supra meminimus quatuor mansorum et unius molendini, quae omnia 1186. cum mancipiis et aliis utilitatibus Bertoldus de Scartvelde, licet diversis temporibus, pro duabus filiabus suis ecclesiae nostrae contulerat. Intendentes autem ea in viciniori et commodiori loco transponere, invenimus quaedam praedia ecclesiae Ilsineburgensis in Mandere, quae longo ante neglecta tempore, nullis iam usibus eidem ecclesiae apta erant. Commodo igitur nostro prospicientes coepimus id agere, ut in concambium praediorum nostrorum in Badesleve ea reciperemus. Sed erant plura quam nostra numero[a] et inferiora utilitate, quia nostra bene culta et aedificiis optime instaurata in bonos usus nostros expedita erant. Verbo itaque habito de hoc, ita statutum est, ut Ilsineburgensis ecclesia nostra praedia cum mancipiis et aedificiis tempore frugum cum omnibus adhaerentibus utilitatibus et censum eiusdem anni reciperet, ut praesens utilitas nostrorum praediorum illis que plura erant responderet. Factum est autem hoc concambium definitive et legitime in conventu Ilseneburgensi a domno Thiderico eiusdem loci felice abbate et Gerhardo praeposito Stedereburgense, astantibus et compromittentibus universis ecclesiae iam dictae fratribus, et attestante praepositi Gerhardi familia, ratum et stabile fore firmatum est. Deinde non multo tempore post habitum est celebre placitum a domno Thiderico Halberstadense episcopo et domno Adelhogo Hildensemensi episcopo in loco qui Stenvelde dicitur, in quo ex utraque parte nobilibus et ministerialibus praesentibus iam dictus abbas Ilseneburgensis et praepositus de Stedereburch coram praedictis episcopis, ad quos ius fundatoris utriusque ecclesiae pertinuit, id concambium stabiliri elaboraverunt. Praedia itaque nostra in Badesleve domnus Halberstadensis de manu domni Hildensemensis accepit, et e contrario domnus Hildensemensis a domno Halberstadensi praedia in Mandere suscepit, et uterque ea quae acceperat suae donavit ecclesiae. Idem concambium postea inconvulsum fore banno firmatum est, ut eo notior huius rei fiat memoria.

Eadem nocte Walterus de Bisenroth in Osterwich occisus est.

De concambio ecclesiae Kathelenborch.

Ecclesia in Kathelenburch[45], nobis adiacens praediolum habuit Wenetfelt dictum, in cuius concambium curiam unam in Alerem cum quatuor mansis dedimus, sed huiusmodi concambium quorumdam pessima subintroductione aliquamdiu cassatum est. Postea vero coram duce Heinrico ratum fore firmatum est. Mansum etiam unum in Dungerbeke pro manso uno in Melveroth eis dedimus. Huius rei conventio firma utriusque partis compromissione terminata est. Luderus quidam, civis Brunswicensis, emit quatuor mansos in Thimere eosque amplius quam triginta annos in quieta possessione tenuit. Deinde pro remedio animae suae filiae suique memoria duos mansos nostrae ecclesiae contulit et reliquos ecclesiae Dei in Riddageshusen adpropriavit. Nos itaque aliquantulum suspectam habentes cum eis commansionem, timuimus ne forte eorum diligentia in posterum per aliquam nostram negligentiam involveremur, commodum duximus praedictum praedium aut totum nobis attrahere aut eis totum relinquere.

Gerhardus promovit.

De concambio bonorum in Levede[46].

Ante haec tempora quidam homo liberae conditionis Wernerus de Levedhe et duo fratres sui se ipsos cum praedio suo in praedicta villa in potestatem ducis Heinrici iure ministerialium dederant. Sed postea eadem praedia, duce permittente et coadiuvante, fratres in Riddegeshusen legitima emptione sibi usurpaverunt; unde ipsi a nobis duos mansos in Thimbere acceperunt, et nos praedium quod in Levedhe habuerunt iure concambii ab eis recepimus, eisque octo marcas super addidimus. Factum est hoc concambium in claustro Riddageshusen per domnum Bertrammum eiusdem loci abbatem et Gerhardum praepositum, praesente Goswino priore et fratribus omnibus.

46 Gerhardus promovit.

1187. Iherusalem cum omnibus civitatibus et castellis ad se pertinentibus exceptis paucis a Sarracenis capta est, christianis omnibus partim occisis partim captis, quam plurimis pecunia redemptis.

De acquisitione Mandere[47].

Anno Domini 1187. praepositus Gerhardus omne suum studium ad suae utilitatem ecclesiae intendens, in villa quae Mandere dicitur, quia pene tota ad liberos pertinebat,

47 Gerhardus praepositus promovit.

a) numera c.

45) ad Rumam fluvium sita. 46) Leve. 47) Grossen Mahner a septentrione Goslariae.

1187. fiducialiter pedem posuit, sperans de Dei adiutorio modico incepto ampliora posse accrescere augmenta. In hoc igitur bono proposito dedit ei Dominus gratiam in oculis amicorum suorum fidelium, qui et collatione suarum rerum et mutuum dando ei non defuere. Emit itaque a comite Friderico de Poppenburch et filio suo Friderico duos mansos cum duabus areis in Mandere. Quorum uterque veniens in monasterium nostrum Stedereburch, acceptis a praeposito decem marcis argenti, oblationem legitimam in altari fecerunt, adicientes et hoc ut memoria fieret comitissae, quae uxor erat senioris et mater iunioris. Hanc emptionem simul et donationem in eodem monasterio coram domno episcopo Adelhogo, praesentibus multis canonicis Hildensemensibus et nobilibus et ministerialibus, ratam fore postea recognoverunt. Emit item mansum unum in eadem villa pro sex marcis a Rodolfo de Mandere, qui duxerat uxorem de civitate Goslaria cui omne patrimonium suum iure dotis contulerat, et fratri ipsius Syffrido et cognato Giselberto civibus Goslariensibus tuitionem eiusdem patrimonii commiserat, ita videlicet ut absque eorum permissione[a] et voluntate in hiis praediis nil ageretur; horum compromissione praepositus iam dictum mansum legitima emptione sibi addixit; sed quia filium parvulum habuit, idem Syffridus et Giselbertus cum pluribus aliis pro puero fideiusserunt, cautione praestita, ut in annis eius virilibus haec emptio firma maneret. Compromisit etiam mater pueri cum eis in placito comitis Ludolfi ubi haec acta sunt. Hiis testibus quae praediximus et quae secuntur acta. Affuit Heinricus de Sladen, Ludolfus de Hagen, Rotholfus de Mandere, Steppe de Mandere, Rotholfus iunior de Mandere, Thiderich, Burchart, Bodo, Ludolf fratres de Saldere, Ludeger de Dudingheroth, Thideric de Flothethe, Arnolt Covot[b], Guntzelin de Lenghedhe, Ernest de eodem, Bertolt de eodem, Friderich, Hillebrant de Rimbike, Huch de Werre, Gerlach de Levedhe.

### De emptione unius mansi in Mandere.

Gerhardus promovit. Eodem tempore emit mansum unum in eadem villa pro decem marcis a quodam Thiderico permissione et indultu comitis Ludolfi in eodem placito, praesentibus multis tam liberis quam ministerialibus; ubi iam dictus comes omni diligentia adhibita ex sententia iudiciaria et ceteris aliis circumstantiis in benivolentia omnium scabinorum idem firmissime stabilire studuit, et regio banno iure suo id confirmavit.

### De uno manso in Mandere.

Eadem die emit mansum unum in eadem villa pro decem marcis a quodam Thiderico et Ricmanno fratre suo, utroque coram comite Ludolfo compromittente et ipso comite id ratum fore statuente; quod eadem die regio banno firmatum est.

### De area in Mandere.

Gerhardus promovit. Eadem die ipso placito emit aream unam in eadem villa a Siffrido et Alberto fratre suo pro quindecim solidis, permittente Rotholfo de Mandere cuius erant proprii, item eodem hoc confirmante.

### De septem iugeribus in Mandere.

Postea modico intervallo emit ab eisdem item eodem Rotholfo annuente septem iugera in Mandere pro duabus marcis et fertone. Item emit a domna Adhelheida, quae erat vidua Iohannis fratris Rotholfi de Mandere, et duobus filiis eius Rotholfo et Luthardo, in eadem villa mansum unum cum duabus areis pro duabus marcis, compromittente matre cum duobus filiis suis coram multis testibus, comite Heinrico de Sladem rogatu praepositi iure patroni id manu capiente, et item haec emptio legitime completa est. Testes fuerunt hii quos praescripsimus. Et domnus episcopus rogatu Rotholfi in ecclesia Stedereburch postea banno firmavit.

### De molendino in Lindum quod Gerhardus praepositus comparavit.

Comparavit idem praepositus molendinum unum in Linden quod erat patrimonio in Asle. Idem[c] autem molendinum Ludolfus de Peina ex ante actis annis a patre suo in proprietatem suam cessisse attestatus est. Deinde domnus Adelhogus Hildensemensis episcopus

a) promissione *c. ita saepius.* b) Covet *corr.* Covot *c.* c) Item *c.*

eiusdem patrimonii medietatem legitima emptione suae addixit ecclesiae. Quoniam autem cessit reliqua medietas proprietati domni ducis Heinrici, locum ipsum molendini diu neglectum quidam parti episcopi, alii parti ducis addixerunt. Eundem locum Ekbertus de Wulferbutle et Guntzelinus frater suus beneficio suo addixerunt. Ut ergo absolute et absque omni scrupulo in quietam possessionem idem molendinum suae cederet[a] ecclesiae, elaborato consensu domni ducis et habita voluntate domni episcopi abrenunciante Ludolfo de Peina, si quid se in hoc habere dixit, ecclesiae nostrae in Stedereburch tradidit; et praepositus datis Ekberto et fratri suo Guntzelino quatuor marcis quicquid ad se pertinere dicebant absolvit; et ita tandem omni semota contrarietate gloria Christo Stedereburch cessit ecclesiae. Rudem[b] igitur locum illum praepositus aggrediens, difficiliter et magno labore a fundo molendinum exstruxit, et in hoc etiam suam bonam voluntatem et ecclesiae suae utilem profectum ampliavit. Sicut antea diximus, domnus episcopus Hildensemensis patrimonii partem quae erat comitis Ottonis de Asle, legitima emptione suae addixit ecclesiae. Eidem parti addictus est quidam Conradus de Linnethe, qui eiusdem patrimonii quinque mansos, duos in Stedere et tres in Northeim in beneficio habuit. Casu itaque incidente volens eosdem quinque mansos praeposito de Stedereburch et suae consignare ecclesiae, cum aliter fieri non posset, eosdem mansos aliis quinque mansis quos hereditario patrimonio possedit, allodio suo in Linnethe videlicet, commutavit; ita scilicet ut eos iure feodi ab episcopo teneret, et priores quinque mansos praeposito legitime venderet. Veniens itaque praepositus Gerhardus in civitatem Hildesemensem in cameram domni episcopi quae turri contigua est, a iam dicto Conrado et filio suo eiusdem nominis hos quinque mansos, in Stedere duos et tres in Northeim, pro quadraginta septem marcis emit; ubi Conradus pro filiolo suo altero fideiussores dedit, ut in perfecta aetate id ratum haberet, Iohannem de Gerboldesheim, Bertrammum de Millelem, Ascolfum filie sue maritum. Domnus episcopus, in cuius praesentia haec acta sunt, consensit. Hii testes aderant: Rotholfus praepositus de Richenberche, Iohannes sacerdos, Christianus sacerdos et canonicus de Richenberche, Gerungus dyaconus et canonicus Sanctae crucis, notarius episcopi, Bertoldus subdyaconus de Stedereburch, Bodo de Honborch, Gerart cognatus episcopi, Ekgerich frater suus, Burchart de Cunesheim, Friderich de Rothe, Lippoldus advocatus, Thiderich de Golturne, Ratudart de Selede, Bertolt de Hasen, Burchart de Saldere.

### Recognitio quinque mansorum in Stidere et trium in Northeim.

Postea in curia domni imperatoris quae celebrata est apud Goslariam, in monte sancti Georgii coram domno episcopo Conradus hanc emptionem adeo firmiter factam recognovit, praesentibus pene omnibus quos antea nominavimus et Ernesto dapifero. Ad hoc praedium persolvendum Bertoldus subdyaconus de Stedereburch, et Bruninghus civis Goslariensis, bona devotione ac plena fidelitate argentum nostrae contulerunt ecclesiae.

### De manso uno in Stideum.

Advocatus ecclesiae nostrae Thidericus de Saldere, cuius bonae voluntatis meritum circa nos posteris nostris semper esse debet commendabile, viam universae carnis ingrediens mansum unum in Stedehem legitimis heredibus suis assensum praebentibus, stabilitate qua debuit id confirmans nostrae contulit ecclesiae.

Gerhardus promovit.

### De area una in Tymberla.

Ludolfus et Thidericus de Bortvelde pro matre sua Ermengarda apud nos sepulta aream unam in Tymberla, solventem quindecim denarios, ecclesiae nostrae iure perpetuo contulerunt. Hildebrandus de Brotheseim et Conradus frater suus contulerunt ecclesiae nostrae legitima donatione pro remedio animae matris suae dimidium mansum solventem decem et octo denarios in Wennenhusen. Burchardus etiam de Saldere contulit huic ecclesiae dimidium mansum et dimidiam aream in Ardesheim, quem emerat a filiis patrui sui Ludolfi de Cramme. Reinoldus canonicus quidam Sancti Ciriaci in Brunswich egit hoc apud domnum episcopum Hildensemensem Adelhogum, ut decimam super allodium ducis in Thanquarderoth quod maiori curiae adiacet, et super curiam unam quae Ekthe dicitur, de manu ipsius in beneficio acciperet; quo abrenunciante, secundo Bruninghus quidam

Gerhardus promovit.

a) ccederet c. b) ruden c.

canonicus Sancti Blasii in castro eandem decimam a domno episcopo iure feodali obtinuit. Quo mortuo domnus Burchardus praepositus de Kinclinge[1] eadem decima inbeneficiatur. Post cuius obitum Arnoldus de Dorstat et Bia uxor sua a domno episcopo eam obtinuerunt. Quoniam autem decima maior civitatis ad ecclesiam in Stedereburch spectat, de interiacente hac media[a] decima a praeposito in[b] Stedereburch et Arnoldo aliquando litigatum est. Ut igitur omnis huius litis tolleretur occasio, convenerunt in hoc, ut datis a praeposito[c] Arnoldo et uxori suae et filiis suis decem marcis argenti, Arnoldo et uxore sua apud domnum episcopum id agentibus ut post suam abrenunciationem ecclesiae Dei in Stedereburch domnus episcopus hanc decimam libere contraderet. Actum est hoc in sollempni placito quod habuit domnus episcopus in civitate Hildensemensi, ubi iam dictus Arnoldus et uxor sua Bia cum duobus filiis suis decimae abrenunciaverunt, et episcopus iure perpetuo eam ecclesiae in Stedereburch contradidit, id agente praeposito Gerhardo praesentibus pluribus tam nobilibus quam ministerialibus qui ad placitum iam dictum convenerant. Quod postea in nostra ecclesia domnus episcopus Adelhogus ratum fore banno firmavit. Decimam etiam de novali prope Stedereburch, quod Hermannus Scadewalt de novo incepit, domnus episcopus Hildensemensis Adelhogus libera donatione praeposito id agente, et dictante sententia id sibi licitum esse, ecclesiae in Stedereburch contradidit et banno firmavit. Testes fuerunt Berno maior decanus, Gerungus canonicus Sancte crucis, Fridericus de Rothe. Gerart et frater suus Ekkeric, cognati episcopi, Rotholfus senior de Mandere, Luppolt advocatus. Thideric de Goltorne, Thiderich de Aleten, Thideric de Stedere, Conrat de Linnethe, Bertolt de Hukenem, Conrat de Lengethe et collegium congregationis et familiae Stedereburch. Eodem tempore contulit episcopus ecclesiae decimam parvulam prope Brunswich de silvula quae Hitdenla dicitur, de qua novale initiatum est. Testes fuerunt Berno maior decanus, Gerungus canonicus Sanctae crucis, Sigebodo de Scartvelde, Conrat de Rothen. Thideric de Goltorne. Bertolt de Stedereburch et alii quam plures.

## De bonis in Solede.

Gerhardus praepositus promovit.

Circa idem tempus Hermannus Ungenathe comministerialis Hildensemensis duos mansos in Sulethe, quos in beneficio habuit, praeposito vendere disposuit. Quod quia absque consensu domni episcopi fieri non potuit, praedictus Hermannus ad huius rei consensum inducere eum[d] temptavit. Quod eo usque elaboratum est, ut coram episcopo idem Hermannus praedicto beneficio renuntiaret, eo videlicet pacto ut iure perpetuo ecclesiae in Stedereburch episcopus contraderet. Venientes itaque condicto tempore Gerhardus praepositus et Hermannus in montem sancti Georgii, in capella monasterii ad plagam septentrionalem in placito domni episcopi eo praesente pro duobus mansis cum[e] totidem areis quorum alter erat absque decima in Solethe, viginti quinque marcas persolvit, Hermanno renunciante et episcopo iure perpetuo ecclesiae Dei in Stedereburch cum omni usu conferente, ubi domnus episcopus hoc ratum et stabile fore banno firmavit. Hiis testibus: Berno decanus maior, Gerungus canonicus Sanctae crucis, Frideric de Rothe, Gerart, Lippolt advocatus, Lippolt de Escherte, Thideric de Goltorne, Thiderich de Althen, Conrat de Kemme, Ernest dapifer, Olric dapifer et aliis quam pluribus.

## De bonis in Solede.

Gerhardus promovit

Quidam Hildensemensis ecclesiae ministerialis Megenwardus de Sancta cruce habuit in Solethe mansum unum in beneficio a maiore praeposito Hildensemensi, quem praepositus Gerhardus de Stedereburch hoc modo suae addixit ecclesiae. Hoc egit apud episcopum, quod ipse mansum unum quem idem Megenwardus a se in beneficio habuit praeposito maiori in proprietatem dedit, ut videlicet praepositura maior nullam in possessionibus pateretur diminutionem; et ille mansus quem iam dictus Megenwardus a praeposito habuit, agente Gerhardo praeposito apud episcopum et maiorem praepositum Bertoldum et Megenwardum et fratrem suum Conradum, nullo interveniente impedimento et consentientibus canonicis cum area et omni utilitate suae[f] ecclesiae in Stedereburch, episcopo donante et praeposito maiore Bertoldo consentiente et Megenwardo et fratre suo Conrado, qui mansum quem episcopus praepositurae donaverat, in beneficio a maiore praeposito receperunt, non contradicentibus in proprietatem cessit perpetuam.

a) a *littera alia manu addita c.* b) *deest c.* c) d. praepositus *c.* d) *deest c.* e) *deest c. lacuna indicata.* f) sua *c.*

1) videtur est Ringelem, Ringelheim.

Cum hiis quae praediximus et hiis similibus diligentissime intenderemus, ea (1187. Gerhardus dicit.) quae laboriose contraximus, fructuoso usui nostro mancipare statuimus. Sed nondum ad plenum deleta est iniquitas terrae. Nam cum multo ante tempore particularis plaga nos attriverit, iusto Dei iudicio universo orbi moestitia accrevit, et terram quam calcaverunt pedes Domini, inquinati et inmundi conculcare et contaminare permissi sunt, et civitas sancta Iherusalem[48] tradita est in manus gentium, quae ignorant Deum. Audivimus (48) enim, quod Saladinus urbis Damascenae potentissimus princeps, collecta innumerabili virtute exercitus sui, christianos hostili bello aggressus est; in quo bello eheu nimis pro- (Iul. 5.) speratus est Saladinus. Nam capto salutifero ligno dominicae crucis, patriarcham et regem urbis Iherosolimitanae in eo conflictu fugavit, cepit, et quod seculo deflendum est, immani strage christianorum peracta, civitatem sanctam cum superbia magna ingressus est, ac (Oct. 3.) loca sancta, quae pro sui veneratione contingere non debuit, stabula equorum constituit. Usque quo, Domine, iratus in finem? Memor esto vinctorum tuorum, et terrae in cuius medio operatus es salutem nostram.

Huius igitur calamitatis et miseriae rumor horribilis dum ad nos perlatus est, suc- (1188.) censi zelo principes tam nostri quam de remotis terrarum locis una cum imperatore Friderico feliciter signati sunt. Set isdem imperator ab odio nobilis viri Heinrici ducis non (Mart. 27.) cessavit, quia antequam expeditionem arriperet, conventum principum in Goslaria habuit: ubi iam dictum Heinricum ducem trium annorum exilio deputavit, ipsum et omnia sua in (Iul. Aug.) firmissima pace fore constituens.

In proximo pascha Heinricus dux exulavit, Machtilden[a] ducissam, filiam regis An- (1189.) glorum, post se relinquens, quae eodem anno in vigilia apostolorum Petri et Pauli de- (Apr. 9.) functa est. Imperator igitur in festo sancti Georgii apud Ratisponam militum habito con- (Apr. 23.) ventu, expeditionis Iherosolimitanae iter arripuit, et cum multa gloria et principum et baronum et militum et reliqui vulgi copia iter terraneum trans Graeciam aggressus est; alii multi se mari committentes, apud Ptolomaydem maritimam residerunt. Itaque imperator aberat, et filius suus Heinricus regia usus est potestate. Absente etiam duce Heinrico, pollicitam sibi ab imperatore non sensit pacem[49], sed bona ipsius omnium exposita (49) erant direptioni. Unde isdem dux Heinricum, filium suum maiorem, inopinate misit, et ipse contra constitutum sibi in brevi eum subsecutus est. Audiens hoc rex, tamquam contra se ageretur, publicas inimicitias adversus ducem habuit[50], et omnimodae destructioni et propulsioni eius intendit. In omnibus hiis Conradum Moguntinum[51] archiepiscopum consiliarium habuit. Convocatis igitur rex principibus in Goslaria, remota omni miseri- (Nov.) cordia causam, immo modum, destructionis ipsius tractare coepit, et licet hyemis inclementia eum posset deterrere, quae tunc ut semper post festum sancti Martini imminens est, inconsulte expeditionem cum suis et Maguntino et orientalibus principibus ducem persecuturus arripuit, fugam ipsius eo fore molestiorem existimans, si hyeme fieri videretur. Interim senior dux castrum Bernhardi ducis Louvenburg[b][52] obsedit, quod viriliter (52) oppugnans, eos qui se in eo contulerant ad deditionem compulit, suosque in ipso collocavit; filius autem suus in civitate sua Brunswich se recepit. Qui accepta certitudine de adventu regis, ad supplementum cibariorum ea quae in villis erant intra muros intulit, et nostra quoque in plerisque locis eadem rapacitas involvit. Adveniens autem rex, adiuncto sibi Moguntino et duce Bernhardo[c], Hildensemensi episcopo, et aliis principibus et baronibus terrae, non obsidioni civitatis intendebat sed vastationi circumiacentis regionis. In cuius executione iam dictus Moguntinus ita se efficacem exhibuit, ut non iam episcopus set magister militum esse videretur. Nam non pacem sed facem, non infulam set galeam ostendebat; cimiteriorum et ecclesiarum depraedationem, non consecrationem, exemplo suo fieri monstravit; clavam vel fustem quo feriret, non virgam qua regeret vel sustentaret, manu gerebat; caligis ferreis quibus conculcaret, non purpureis in quibus torcular solus calcaret, tibias circumdedit; tunica ferrea, non cilicina, induebatur; non mandatis karitatis, sed minis dirae hostilitatis dilatabatur, insidens equo rapido, freno spumantia

a) machilden *c.* b) *ita Chronicon rhythmicum;* lawenburg *edd.* lûneburg *c.* c) B. *c.*

48) hinc cf. Chronicon rhythmicum ducum Brunsvicensium apud Leibn. SS. T. III. Equidem usus sum codice saeculi XIV. membranaceo, cuius copiam lubentissime flagitanti mihi fecit V. Cl. Petersen bibliothecae Hamburgensi praefectus. 49) cf. Chronicon rhythmicum. 50) ibid. 51) erat comes de Witilinspach. 52) Lauenburg ad Albim.

1189. Nov. stringens ora, evagatus ipse effrenis per latos campos perniciosissimae dissolutionis. Hiis armatus non regem sequebatur set praeibat, non compescebat set compellebat ad iram. Hac calamitosa vastatione amplius quam sexaginta mansos cum multis aliis rebus nostris igni exustos invenimus. Completa igitur hac, quam praediximus, malitia, rex et Moguntinus episcopus civitati appropiant, solo terroris incursu incolas eius sibi subiacere existimantes. Set spe impetus sui penitus frustrati, licet ipse rex, omni diligentia adhibita et toto virtutis suae robore in vanum expenso, casas anteurbanas, non fossa aut munitione aliqua sed balistariorum et lancearum portitorum, libere in campo discurrentium, praesidio defensas, exuere non potuerunt. Itaque inglorioso effectu propositi sui rex per episcopatum Hildensemensem regreditur, hostilem magis depraedationem quam regiam pacem suis ostendendo subditis; civitatem[53] Hanovere[a] succendit, castrum Conradi de Rothem 54 Liembere[54] appetens, primo insultu inhoneste repulsus est. Inde regrediens, collectione militum dimissa Goslariam intravit; sicque factum est, ut qui inconsideratum et impetuosum in actionibus suis habuit initium, infeliciter et sine omni gloria suam terminaret expeditionem.

1190. Postea Heinricus dux consilio principum, Mogontini videlicet et Coloniensis archiepiscoporum, se subdidit, et proposita sibi spe recuperandi pristini honoris, regi suam satisfactionem exhibuit, duos filios suos Heinricum videlicet et Luderum obsides constituit; quorum alter, id est Luderus, apud Augustanam urbem defunctus est, alter cum rege in Apuliam cum militibus sibi a patre deputatis abiit, nichilque Heinrico duci de hiis quae sibi promissa erant concessum est. Licet autem huius werrae inevitabile malum multo nos attriverit dispendio, ne deiectos in imum[b] nostra nos pusillanimitas penitus annullaret, ad altiora semper repere et de eadem tenuitate nostra augmentum rerum nostrarum consulte agere curavimus.

Gerhardus praepositus dicit. Eodem namque tempore quo prae penuria rerum amissarum divites etiam mendicare videbantur, decimam in Senethe nobis attraximus. Bertoldus de Scartvelde vicedominus iure feodi eiusdem possessor erat decimae. Dedit itaque praepositus Gerhardus iam dicto Bertoldo octoginta marcas argenti, eo decimae in Senethe ad manum domni episcopi Adelhogi renunciante, et voluntate tam Bertoldi quam uxoris suae Frederundis domnus episcopus praedictam decimam praebendae Deo servientium in Stedereburch iure perpetuo contradidit. Item praenominata Frederundis quatuor mansos cum curia attinente in eadem villa Senethe iure hereditario possedit, quos item praeposito agente ecclesiae Dei in Stedereburch contradidit, eo videlicet pacto, ut ea vivente determinatum censum, viginti videlicet solidos, annuatim accipiat, post mortem autem ipsius ad ecclesiam nostram integraliter omnis eius usus redeat. Huiusmodi autem praedii sui donationem fecit eadem Frederundis compromittentibus filiabus suis, quarum duas in collegium nostrum sub eadem praedii donatione suscepimus; ipsa quoque Deo propitio eo se collatura, quieto fine Deo vacare disposuit. Acta sunt haec in castro Winceburch coram domno episcopo nostro, Gerhardo praeposito agente hiis testibus .....[c].

Sept. 20. Eodem anno venerabilis domnus Adelhogus, specialis ac pius noster in benefaciendo patronus, eheu defunctus est, cui domnus Berno maior decanus substitutus est. In cuius primo ingressu decimam in Mandere nostrae ecclesiae attrahere curavimus; sicut supra meminimus, cum quaedam praedia in hac villa nobis usurpaverimus, commodum nobis visum est, si ad decimam eiusdem villae quoquo modo attingere possemus. Vir illustris Heinricus dux, antequam a beneficiis suis suspenderetur, hanc eandem decimam de manu episcopi iure beneficii tenuit, qua item fratres de Halremunt a domno duce inbeneficiati erant, a quibus item Arnoldus de Burchtorp iure feodi eam possedit. Sicut diximus, ex voluntate domni imperatoris Heinricus dux a beneficiis suis suspensus est, et fratres de Halremunt, Ludolfus videlicet et Willibrandus, eandem decimam ab episcopo tenuerunt; quibus in expeditione defunctis, Arnoldo de Burchtorp haec eadem decima cessit in beneficio ab episcopo. Cui Arnoldo dedit praepositus Gerhardus de Stedereburch centum marcas argenti, eo videlicet pacto, ut compromissione filiorum suorum decimam iam dictam

a) *ita c.* honovere *Chron. rhythmicum.* b) *ita correxi;* unum *c.* c) *testes desunt.*

53) Hic primo Hanovera civitas vocatur; vicus audit SS. T. IV. p. 783. 54) Limmer infra Hannoveram, ad Leinam fluvium.

resignaret episcopo. Unde domnus episcopus, acceptis a praeposito quindecim marcis, 1190. absque omni reclamatione decimam in Mandere usui Deo servientium in Stedereburch contradidit. Postea vero comite de Keverenberch agente cum episcopo, ut feodum quod habuit Ludolfus de Halremunt et frater suus Willibrandus sibi cederet, decima in Mandere tamquam alias translata ab episcopo denominate excepta est[a]. Egit etiam hoc praepositus Gerhardus cum duce Heinrico, ut eo non contradicente hoc fieret. Acta sunt haec in civitate Hildensemensi in generali capitulo, praesentibus omnibus fere canonicis ecclesiae maioris et multa familia eiusdem ecclesiae. Deinde iam dictus Arnoldus in magno placito in Ringelem hanc actionem recognovit coram domno episcopo Bernone et hiis testibus....[b].

Cono de Areberche[54], quidam homo liberae conditionis, Lippoldum de Eschert dimidia *Gerhardus praepositus dicit.* decima in Lefforde inbeneficiaverat, quam ipse a domno episcopo in beneficio habuit, quam item quidam civis Hildensemensis Thideric de Domo qui dicitur Anebart a Lippoldo tenuit. Cui Thiderico dedit praepositus Gerhardus triginta marcas, et Lippoldo, Thiderico hoc agente apud Luppoldum ut eam Cononi resignaret, item Luppoldo et Thiderico erga Cononem agentibus ut eam episcopo resignaret, et Conone et Luppoldo et Thiderico agentibus ut eam ecclesiae Dei in Stedereburch libere conferret. Acta sunt haec in civitate Hildensemensi in camera episcopi quae turri est contigua, ubi praeassignatis absolutionibus promittente Conone de Areberche et Luppoldo de Eschert cum heredibus suis et Thiderico de Domo, domnus Berno venerabilis episcopus eandem medietatem decimae in Lietvorde in proprietatem Stedereburgensi contulit ecclesiae. Testes hii sunt....[b]

## De statu regni.

Nunc ad statum regni ubi supra intermisimus redeundum est. Recte igitur Heinrico *Gerhardus dicit.* iter agente in Apuliam[b*], mors imperatoris audita: de qua nichil gloriosum, nichil memoria dignum dicere possumus praeter id quod exul mortuus est. Qualis enim fuerit intentio eius ab incepta expeditione, inglorioso vitae ipsius termino, qui secretorum est inspector cordium, palam ostendit. Imperator itaque Fridericus, de quo dicimus, transita Graecia et soldani regno, cum praeterisset Iconium, terram desertam et inhabitabilem, terram sitis et inviam periculo suorum attigit, ubi plus quam medietatem sui perdidit exercitus. Quo periculo tandem laboriose evicto, cum ad cuiusdam torrentis alveum consedisset, dehortantibus eum omnibus qui aderant, alveum fluminis inconsulte intravit; quem mox ut ingressus est, reniti non valentem impetus aquae intra manus suorum confectum senio miserabiliter obvolvit, ibique exitu tam improviso, tam celeri vitam finivit. Iun. 10

## De submersione Frederici imperatoris et de obitu Heinrici ducis.

1189. Fridericus imperator cum magno exercitu iter perigrinationis assumpsit. *Gerhardus dicit.* Heinricus dux obiit: 1190. Fridericus imperator peregre submersus est. Iudicia tua, Domine, abyssus multa! Quis audeat in[c] inscrutabile tuae maiestatis consilium mentis aciem tendere! Terribilis es in consiliis super filios hominum. Filius autem imperatoris, Fridericus dux Sueviae, honore quo potuit ossa patris Antiochiam detulit, set et ipse in brevi post trans mare vita excessit; sicque ille exercitus, quem collegerat totius robur imperii, absque nominati alicuius operis executione miserabiliter est dissolutus. Rex igitur eo amplius anhelabat ad coronam, quanto, ne quid erroris interveniret[d], anxius erat. Pro- 1191. fectus itaque Romam, ordinationem, quam in brevi accipere sperabat, morte domni papae Clementis, dum ad muros Urbis rex sederet, intercipi doluit, donec electo domno Iacincto Apr. 14. et sancto die paschae consecrato, sequenti die rex a Celestino papa coronam imperialem Apr. 15. cum benedictione una cum uxore sua percepit. Ad cuius consecrationem adolescens de Brunswich, filius Heinrici ducis, ut consanguineus domni papae[e], summam diligentiae suae operam ostendit, proposita etiam sibi spe immo data sibi certitudine, quam exinde consequeretur, maximi honoris et fructuosae utilitatis. Profectus inde imperator cum Coloniense[55] et duce Boemico[56] et iam dicto adolescente de Brunswich[f], ut primum Apuliam

a) d. e. est *in loco raso c.* b) *testes desiderantur.* b*) appuliam *aliquotiens c.* c) in *deest c.* d) interveniet *c.* e) *Leibnitius loco* papae *legendum putat* imperatoris; *sed et Chronicon rhythmicum lectionem confirmat:* Her (*Celestinus*) was ouch so men iach Dhes langhen herzogen mach. f) brunsvich *c.*

54) Arbergen prope Hildesheim. 55) Philippo. 56) Ottone.

1191. Apr. attigit, viribus atque minis castella cum opibus et civitatum munitionibus quo potuit modo aggressus est, repugnante sibi Tancaredo, qui regnum Apuliae potestativè sibi usurpaverat. Set imperatoris exercitum subitae magnitudo cladis terribiliter turbavit, adeo ut plerique iam sani et validi miserabili mortis articulo solo sternerentur. Heinricus itaque adolescens, filius Heinrici ducis, audita morte fratris sui Luderi, cui divina clementia cum naturalium decore donorum venustam etiam morum honestatem contulerat, timens etiam malo imminentis morbi florem ineuntis perdere iuventutis, nichilque consecutus promissi sibi honoris, Iun. Iul. nec aggressos sibi videns respondere labores, cum imperator aput Neapolin coadunato sederet exercitu, a familiaritate ipsius divisus, eapropter ira imperatoris in ipsum graviter accensa est, ratus aliquam sibi ex hoc nasci intricationem. Unde terra marique omnes ei vias praecludere conatus est; ipse autem caute inde elapsus in Neapolim se contulit, unde navigio calliditate qua potuit evasit [a].

## De episcopo Coloniensi.

Gerhardus dicit. Interim incredibilis illa pestilentia magis ac magis invaluit, et archiepiscopum Coloniensem una cum cancellario ac duce Boemico et multis aliis involvit, et ipse imperator irrecuperabili infirmitate corripitur, adeo ut desperatus et semivivus a Neapoli, nullo peracto negotio, asportaretur. Imperatrix autem apud Salernum ab incolis ipsius custodita est, et sic per biennium imperatorem non vidit; ipse autem, perdita uxore rebus et exercitu, redire cogitur, terrae nostrae etiam signa sui ostensurus infortunii; nec adolescentem illum, quem in dubiis fortuna regebat eventibus, cessabat persequi, sperans alicubi terrarum eum invenire vel circumsepire posse. Dec. Tandem imperator nostro redditur regno, et ipse, quod deliquerat filius, in patrem refudit; certus adolescentem obiectos insidiarum laqueos non posse evadere, patrem mox [a*] acerrimis minis aggreditur. Interim iunior dux, Deo se custodiente, per medios hostes et per dispositas custodias, via quam homo non posset ostendere mirabiliter elapsus, per multos labores et gravia pericula inopinate Brunswich advenit; in cuius adventu patri suo laetitia accrevit, imperatoris autem ira vehementissime efferbuit [b]. 57 Dux[57] ergo Heinricus sperans imperatoris posse mutari animum, sciens etiam suam de non laesa maiestate eius innocentiam, legatos suos ad ipsum disponit, videlicet abbates et praepositos[58], viros religiosos, non solum imperatori sed et principibus et consiliariis ipsius pro integritate gratiae suae supplicaturus. Cuius tota legatio tamquam 59 ludibrium et insipidum quoddam in auribus ipsorum habita est; non intendens[59] nisi ducem funditus exstirpare, qualiacumque et quantacumque emendationis obtulisset obsequia. Nam aliquando se in Apuliam iturum pollicebatur, ut eandem terram suo redderet dominio, imperatricem honorifice reduceret; quae omnia tamquam nichilum et inane reputata sunt ei. Postremo emerserunt quidam iniqui, qui immanis odii inter imperatorem et ducem incentores exstiterunt; hii enim a servitio domini sui ducis se infideliter abstrahentes, sicut erraverunt ab utero, ita locuti sunt falsa, in hoc malitiae suae constituentes solatium, si huiusmodi inimicitiae usque ad deiectionem ducis perdurarent. Isti ergo ab imperatore sequacem postulabant exercitum, certum eum reddentes, sine gravi difficultate se duci posse praevalere. Erant autem hii quos si nominare supersedemus, ex hiis quae [c] gesta sunt, nostro noti erunt seculo; quoniam fiduciati non in Domino, magnitudinem suae malitiae circumiacentibus villis [d] . . . . . . . iniquae promotioni atrociter instabat; et si quos in civitate Brunswich complices habuerunt, sequens actio declarabit. Tales itaque tamque nominati viri, inmisericordes pacis turbatores, quorum iniustitiae oblivionem non accipient, quorum semen in confusione erit, quoniam secundum impetum animi sui, spe inaniter proposita, absque consilio spiritum narium superbientium secuti, nolentem etiam impellebant imperatorem; qui longa mora, sine effectu, ampullas minarum terroremque sui adventus praeambulare fecit, sed cum concussione montium et choruscatione fulgurum vanis [e].

a) *hoc loco in codice scripta sed linea miniata deleta sunt haec:* Ego Iohannes Dei gracia prepositus in Stedereburch perspiciens privilegia eiusdem ecclesie et ad quasdam negligencias precavendas hec in uno volumine conscribi volui quo per ordinem invenies in littera subsequenti. a*) non *c.* b) eferbuit *c.* c) *deest c., inseruit L.* d) *voces aliquot excidisse videntur; fortasse* villis exustis manifestabant et suae iniquae promotioni atrociter instabant. e) inani *L. correxit*, natus *c.*

57) cf. Chronicon rhythmicum. 58) inter quos fortasse Gerhardus fuit. 59) scilicet imperator.

## Confirmatio episcopi super bona ecclesiae in Stederborch.

Gerhardus praepositus promovit.

*In nomine sanctae et individuae Trinitatis Berno Dei gratia Hildensemensis episcopus. Ecclesiarum profectibus plurimum expedire dinoscitur, si donationes eis factae vel aliae iustae conquisitiones debita firmitate roborentur, ut ita malignari volentium iniquitas elidatur et prodesse volentium karitas ad benefaciendum ecclesiis animetur. Inde est, quod notum esse volumus tam praesentibus quam futuris, quod reverendus frater noster Gerhardus praepositus in Stedereburg zelo domus Dei sibi commissae fervens, ut in ea ampliari posset numerus Deo famulantium, redditibus eius ampliandis piae sollicitudinis inpendit studium, cuius desiderio, sicut rei probat evidentia, Dominus optatum concessit effectum. Divina enim favente clementia, et antecessorum nostrorum et nostra opitulante benivolentia, locus ille a laborante praedicto eius praeposito crevit personis, crevit aedificiis, crevit et praediis. Haec autem sunt praedia, quae ecclesiae in Stedereburg*[a] *per solertiam praepositi Gerhardi de novo conquisita sunt. In Lienethe novem mansi et quatuordecim areae; in Mandere quatuordecim mansi et quindecim areae; in Ardesheim octo mansi et dimidius cum totidem areis; in Wimmelsen octo mansi et dimidius cum totidem areis; in Lefforde novem mansi et quatuor areae; in Linden duo mansi et duae areae; in Stokkem et in Melverodhe quatuor mansi et dimidius et totidem areae; in Swilbere quatuor mansi et totidem areae; in Brunsele quinque mansi et totidem areae; villa quae Hop dicitur, in qua sunt novem mansi et areae et prata et paschua; in Alerem et Dunkerbeke quinque mansi et sex areae; in Stidiem tres mansi et tres areae; Bungenstide duo mansi et duae areae; Stidere duo mansi et duae areae; Northeim tres mansi et tres areae; Thidhe quatuor mansi et dimidius et totidem areae; Lewardesbutle unus mansus; Machtersheim unus mansus; Sulethe quatuor mansi et tres areae; Senethe tres mansi; Stokkem unus mansus; Alvethesheim unus mansus et area; in Linden molendinum unum et duos mansos; in Meinolverodhe unum molendinum; decima in Senethe; decima de novali in Stidere; decima in Echte; decima in Mandere, et medietatem decimae in Lefforde. Cum igitur ecclesia in Stiderborch nostrae ecclesiae sit specialis filia, utpote ei a fundatrice sua Friderunda, Altmanni comitis filia, cum praediis quibus eam dotavit collata a rege Heinrico secundo iurisdictioni sancti patris nostri episcopi Bernwardi et successorum eius integraliter supposita, ut testatur privilegium loco illi regia liberalitate eiusdem Heinrici secundi indultum: nos securitati eius et perpetuae paci merito consultum esse volentes, praenumeratorum praediorum proprietatem eidem ecclesiae in Stiderborch confirmamus, et ne quisquam eam*[b] *super hiis inquietare praesumat, auctoritate apostolorum Petri et Pauli et nostra ipsam banno munimus, advocatiam quoque super iam dictis praediis ecclesiae in Stiderborch concedimus, ut causas quae emerserint, praepositus eiusdem ecclesiae diffiniat, vel ad nos et successores nostros, si negotii qualitas postulaverit, referat. Ut autem haec ordinatio perpetuo vigore inconcussa permaneat, eam praesentis paginae scripto sigilli nostri caractere insignito roboramus. Actum in pleno capitulo, anno dominicae incarnationis* 1191. *indictione nona. Hii sunt testes: Bertoldus maior praepositus. Hylarius decanus. Bruno cellerarius. Gotfridus praepositus. Lodewicus sacerdos. Iohannes de Poppenborch. Thiethmarus de curia dominorum. Eilbertus praepositus. Bertoldus custos. Ludolfus praepositus. Poppo praepositus. Conradus de Bobentum. Ekkehardus canonicus. Fridericus canonicus. Hermannus de Lichowe. Rodolfus de Cygenhaghen. Hermannus de Bodensteine. Borchardus de Waldenberch*[d]. *Ludolfus de Waldenberch. Rolandus scolasticus. Theodericus abbas Sancti Michahelis. Theodericus abbas Sancti Godehardi. Alexander abbas de Rinckelum. Richmannus decanus Montis. Bertoldus decanus Sanctae Crucis. Rodolfus praepositus de Richenberch. Ekkehardus praepositus de Monte sancti Georgii. Iohannes praepositus de Heninghe. Gerhardus praepositus de Lammespringhe. Hiddo praepositus de Sulta. Geroldus praepositus de Backenrod. Magister Gerwicus scolasticus Sanctae Crucis.*

## De obsidione civitatis Brunswich.

Gerhardus dicit. 1191.

Anno Domini 1191. convenerunt[60] igitur nobiles terrae cum Halberstadense episcopo[61] et Hildensemense, et Corbeiense abbate[62], et inutilem terrae et indecorum imperio contraxerunt exercitum, qui in loco ob nostrum ad hoc infortunium deputato iuxta Ovakaram in villa Lefforde, ubi prior sederat exercitus, in festo sancti Barnabae apostoli (Iun. 11.) se contulerunt, una parte aquae munitione[c] securi, altera vero fossa vallati. In hoc igitur loco non

a) *stederebur c.* b) *hoc vocabulum bis scriptum est.* c) *municio c.* d) *walld. c.*

60) cf. Chronicon rhythmicum 61) Thiderico de Krosigk. 62) Widukindo de Spigel.

1191. duci sed incolis terrae et sibi ipsi nocentes, non iaculis sed epulis, non militiae[a] sed crapulae studebant, numquam insultum aliquem in hostes nisi ab ipsis provocati facientes; unde sine dampno hostium regressi, saepissime volucres lupos et canes suis escaverunt equis; unde vulturum et corvorum, triste eis praemonstrans portentum, multitudo eos insecuta est. Ad castra autem regressi, sine praeeunte eos capite, sui compotes, quisquis inter eos erat flagitiosior, hic inventus est nominatior; quisquis ad direptionem villarum erat paratior, propter impios actus suos habitus est potentior. Principes non dominabantur nobilibus, nec nobiles suis praeerant minoribus, domini non imperabant servis; sed unusquisque eo quod potuit et libuit abusus est pro licito. Vastitas ergo talis nobis, qui vicini eramus, incubuit, qualem numquam antea sensimus. In villa enim Lefforde, Stockheim, Meinnolveroth, Stederburch, Stedere, Adersheim, Thide, Vimmelse, Northeim, omnem fructum eius anni totaliter amisimus. Nam seges in herba praecisa est; in aliis autem minimam partem frugum et raros torres ex igne rapuimus. Unde pro conquirenda annona dorsalia nostra et campanam unam maximo dolore et miseria distraximus. Ista[b] autem quae praemisimus aut quae subinferemus, nemo in vanum a nobis stilo signari aestimet; profecto cum in utraque parte malum werrae graviter senserimus, utriusque partis, quae fuerit commoditas aut incommoditas, veritate non obmissa loquemur. Tanta enim ex diutina terrae contritione incommoditas nos attriverat, quod saepe dormitavit anima nostra prae taedio; nunc autem omni spe subsistendi remota, modicum passos nos aestimabamus, si modo tantae deiectionis malum nos non attigisset. Perdurante vero huiusmodi malo, principes iam dicti imperatoris adventum falso sibi saepius praefixum inaniter praestolantes, sui destructionem magis quam ducis propulsionem agebant. Interim in civitate Brunswich pro quibusdam captivis intestina quaedam seditio orta est, in qua advocatus Ludol- 63 fus[63] cum filiis suis et cognatis perniciosissime notatus est; qua, ut plerique autumant, non ut dispositum erat terminata, si quid in animo gerebat, iam dictus advocatus ad lucem exposuit. Nam cum filiis suis a servitio ducis et civitate elapsus, in tuta loca, scilicet Dalem[64] 65 et Winethen[65], se contulit. Qui legitime vocatus et usque ad praefixos sibi dies expectatus, non rediit, donec decisa in eum sententia prolata est; ac deinceps hostibus ducis adiunctus est, omnemque sui animi in malum ducis affectum ostendit. Sed in brevi a filio ducis Winethen capta est; sed de Dalem omnis circumiacens regio rapinis et incendiis vastata est. Usque quo, Domine, exaltabitur inimicus? Sed de die in diem visum est principibus ab imperatore se deludi, tantaeque exspectationis pertaesi sunt. Inito igitur consilio, simiam[c] quandam pacis statuere voluerunt; sed cum aditum[d] non haberent, aliquantulum protraxerunt adhuc sibi fiduciam constituentes. Erubescebant enim duci supplicare de pace, nec ipsi ut pacem darent a duce sollicitabantur; ubi efficax praepositi Gerhardi diligentia[e] operata est, qui internuncius utriusque partis adduxit consensum, et pace usque ad festum Aug. 18. sancti Michaelis promissa, in die Agapiti martiris satis inopinate et misero termino conventus ille dissolutus est. In hac pace Ludolfus non est inclusus, quem postea palatinus Reni, cum apud Brunswich eandem pacem protelaret, magno labore inseruit. Ex hoc tempore sicut infirmitas imperatoris[f] ita et robur ducis omnibus patuit hominibus. Discurrunt interim ad imperatorem primi mali effectores, vana fiducia plenas ferentes scedulas; et Ludolfus advocatus cum hiis qui ad eum pertinebant ante praefixum diem primus irrupit. Unde omnia quae ducis erant et ecclesiarum, ab ipso et Ecberto de Wulferebutle diripiuntur; grassati in ira magna, scientes quia modicum tempus habent; sed ante ruinam exaltatur cor. Dux igitur ut de suis plenam consequeretur vindictam, et ut se a circumcurrentibus exoneraret latrunculis, collecta valida multitudine per filium suum et Bernhardum de 66 Welepa[66] et plures nobiles, Wulferebutle obsedit; quod machinis et instrumentis ad hoc deliberative apparatis viriliter appetentes ad deditionem Guncelinum quarto die compellunt, castrum occupant, incendunt et solo sternunt, et in hac parte Brunswich utiliter exoccupatus. Eodem fortunio Dalem inopinate circumdederunt, et Ludolfum advocatum cum iuniore filio suo Ludolfo ibi conprehenso sexto eum die ad deditionem compulerunt, maiore

a) malicie *c.* b) ita *c.* c) *i. q.* falsam speciem. d) additum *c.* e) *deest c., suppl. Meibom. Hoc loco nova pagina incipiente diploma Heinrici VI. scriptum, quod infra loco suo dabimus; quo finito pergitur his verbis:* Gerhardus prepositus promovit. f) *ita Chron. rhythmicum* „dhes keyseres krancheyet"; *edd.* imperii. *Cod. fortasse* imper̄ *vel* imp̄? *Infirmitas tamen non pro morbo accipienda.*

63) »vuget Ludolph der riche« in Chron. rhythmico. 64) »Dalheym« in Chronico rhythmico. 65) Wenden, »Wendhen daz kastel« in Chronico rhythmico. 66) Wölpe ab occidente et septentrione Hannoverae.

filio suo alias transeunte. Hii sunt qui foderunt foveas, sed inciderunt in eas. Ludolfus advocatus cum filio suo captivus abducitur[a], et castrum suum hiis qui eum oderant commendatur. Ipso tempore[67] castrum Ludolfi de Peina[68], qui avunculi sui exemplo devia 67 secutus, Conradum de Rothen[69] in sui perniciem sibi asciverat, altera die capitur incenditur et equatur, et nomen ducis ex huius facti memoria, quo[b] fieri posse videbatur incredibile, eo gloriosius dilatabatur.

Defatigatis igitur nobis in tantis ac diutinis malis, defecit ac defatigatus est spiritus 1194 noster, ut taedeat nos in scribendo numero miseriarum nostrarum ulterius immorari. Perdurante adhuc odio domni imperatoris, quanto virtuosius dux iunior in cunctis actionibus suis patris sui virtutem est secutus, eo maiori imperator[c] circa ipsum accenditur ira, et iuratum inter ducem et filiam palatini de Reno dissipare nitebatur matrimonium[70]. At illa, 70 quamvis a multis impetebatur ab imperatore ad hoc destinatis, in ducis, quem elegerat, amore immobilis permanebat. Tandem matre sua agente, palatino inscio vocatus, per medios fines inimicorum suorum et per varias insidias mirabiliter elapsus protegente se Deo[d], cum etiam ipsa, quae futura erat sponsa, quid gereretur, ignoraret, vespertino crepusculo intravit[71], et ipsa nocte absque nuptiarum celebratoribus, non tamen sine benedictione sacerdotali, thalami collocati sunt, et felix contractum est matrimonium. Vocatus postera die palatinus, qui tunc ad latus erat imperatoris, dum castrum intravit, quae gesta sunt audivit; et tunc demum cum gaudio et exultatione celebres divulgatae sunt nuptiae. Deinde palatinus imperatorem adiit, se de conscientia facti iuramento expurgat, et modis omnibus filium, quem sibi adoptavit per filiam, gratiae imperatoris elaborat restituere. Factus itaque voti sui compos, ut primum filio suo imperatoris mitigavit animum, ducem seniorem in Brunswich adiit, eumque ad praesentiam imperatoris evocat, pollicendo bona, si ad domni imperatoris voluntatem suum inclinaverit animum et se gratiae suae ordinationi submiserit. Dux itaque, licet non ignoraret quoniam difficilis ei foret imperialis irae mansuetudo, tamen ut principum ordinationi esset consentaneus, consilio palatini acquiescit, eique curia in Salevelde[72] praescribitur, ad quam cum imperator accederet, et dux esset in itinere, in arduo nemoris cum appropinquaret loco qui Botvelde[73] dicitur, dux de 73 equo corruit, et ex contritione tibiae ab itinere quod coeperat impeditus est. Sequenti die Walkenred[74] deportatus, nuncios suos ad imperatorem ordinat et destinat, ipse vero mansit in eodem loco gravi ex laesione laborans infirmitate. Imperator ut audivit, quamvis artem suspicaretur subterfugii, principes qui convenerant detinuit, adventumque ducis exspectare disponit.

Interim praepositus Gerhardus per interventum domni Conradi imperialis aulae cancellarii, a domno imperatore obtinuit, ut ipse ecclesiam suam in Stederborch in suum speciale patrocinium assumeret, eique super hoc praesente domno Bernone Hildensemense episcopo et palatino Conrado et duce Bernhardo per manus Sigelhoi, imperialis aulae prothonotarii, privilegium dedit in hunc modum[e, 75]. 75

a) adducitur *c.* b) *i. e.* quo — eo. c) imperatoris *c.* d) *c. lacunam indicat.* e) *hoc loco diplomata duo Gardolfi episcopi Halberstadensis inseruntur; pergitur:* de duce Henrico Gerhardus prepositus dicit.

67) Chronicon rhythmicum dicit: *An eynem boche ouch las ich, Daz bi derselben zit wart gewunnen . . . greven ludolphes burch von peyne.* 68) castrum ad Fusam ab occidente Brunswigae. 69) Rode, sive Lauenrode, castrum Hannoverae oppositum trans Leinam. 70) hoc Mathildis coniugis Heinrici Leonis studio olim iunctum, auctor Chronici rhythmici scribit, qui fortasse hoc et aliis locis magis integro Gerhardi libro quam qui ad nos pervenit usus est. 71) in Stalekke castrum, iuxta Bacharach ad Rhenum. 72) Salfeld ad Salam Thuringicam. 73) Bothfeld ad Bodam calidam, prope Elbingerode in Hercyniae montibus. 74) Walkenried coenobium ad radices Hercyniae meridionales. 75) Chartas supra memoratas hic inseri placuit: *In nomine sancte et individue Trinitatis. Gardolfus Dei gracia Halberstadensis episcopus in perpetuum. Officii nostri debitum exigit ut ea que in ecclesiis nostris iuste et racionabiliter geruntur, auctoritate dignitatis nostre accedente inconvulsa et illesa permaneant. Notum igitur esse volumus tam presentis quam futuri temporis fidelibus, quod ecclesia nostra predium quoddam duodecim solidos solvens habuit in Mandere, quod domnus Conradus de Rothe ipsi eo quod incendio ipsius intererat, pro composicione contulerat et domnus Burchardus de Sladem canonicus noster aliquanto tempore sub nomine obediencie tenuit. Quod quia preposito Gerhardo de Stederburch comode situm erat, ipse predium quoddam in Slonstide similiter duodecim solidos solvens ecclesie nostre assignavit, accedente tocius capituli nostri consensu predictum predium nostrum in concambio recipiens. Ut ergo huius concambii contractus ratus et inconvulsus permaneat et nullus omnino ausu temerario vel quocumque malignandi ingenio ipsum permutare attemptet, auctoritate*

1194. Febr. 28. *In[a] nomine sanctae et individuae Trinitatis. Heinricus sextus divina favente clementia Romanorum imperator et semper augustus. Imperatoriae maiestatis nostrae titulos crescere credimus et augeri et aeterni regni praemio et temporalis imperii incremento, si religiosarum personarum desideriis praestiterimus effectum, et nullum eas in bonis suis et iure ac possessionibus patiamur sustinere dispendium. Inde est quod ad notitiam praesentium ac futurorum devenire volumus, quod nos monasterium Stederburgense et conventum eiusdem loci, curiam quoque claustralem et areas ei attinentes in specialem nostrae defensionis protectionem recepimus, cum universis bonis ac possessionibus quas temporibus Gerhardi praepositi conquisierunt aut in posterum Domino concedente iusto acquisitionis titulo poterunt adipisci; concedentes ut quaecumque bona ecclesiastica vel secularia a quacumque persona largitione vel emptione idem monasterium obtinuerit, nostra imperiali concessione et auctoritate libere teneat et possideat. Statuimus igitur et prohibemus, ut nullus omnino hominum in curia claustrali quae muro cingitur, et in bonis a Gerhardo praeposito conquisitis vel conquirendis, aut in villicos sive homines ipsorum potestatem habeat aut advocatiae dominium. Verum concedimus ut idem monasterium advocatum habeat, quem ad defensionem suam in praedictis praediis elegerint praepositus et conventus. Si autem illum quem elegerint contingat eis ex insolentia sive negligentia quandoque fieri molestum, sancimus ut eo penitus remoto, alium si voluerint substituant. Cum id itaque imperiali auctoritate et consensu principum ac voluntate specialiter honorabilis viri Bernonis Hildensemensis episcopi ordinatum est, praecipimus ut nulla omnino persona alta vel humilis, ecclesiastica vel secularis, praedictis contraire praesumat. Quod qui facere attemptaverit, a gratia nostra se sciat alienum et pro poena quadraginta libras auri purissimi componat, quarum medietas camerae nostrae, reliqua patientibus iniuriam persolvatur. Huius rei testes sunt Conradus Moguntinus archiepiscopus. Ludolfus Magedeburgensis archiepiscopus. Berno Hildensemensis episcopus. Everhardus Mersburgensis episcopus. Gardolfus Halberstadensis episcopus. Conradus Aquensis praepositus. Conradus comes palatinus de Reno. Bernardus dux Saxoniae. Conradus marchio de Landesberch. Albertus marchio Misnensis. Fridericus burcravius de Nurenberch. Adolfus comes de Scowenburch. Gevehardus burcravius Magedeburgensis et alii quam plures. Acta sunt haec anno dominicae incarnationis 1194. indictione 12. regnante domno Heinrico sexto Romanorum imperatore gloriosissimo, anno regni eius 24. imperii vero tertio, apud Salfelden, per manum Sygloi imperialis aulae prothonotarii 2. Kalendas Marcii.*

Gerhardus praepositus promovit.

Circa idem tempus domnus Berno Hildensemensis episcopus de acquisitis et acquirendis praediis privilegium dedit in generali capitulo in Hildensem.

a) *carta haec in codice paullo superius initio paginae adscripta est hoc titulo*. De confirmatione Heinrici regis super bona ecclesie.

*omnipotentis Dei et apostolorum Petri et Pauli nostro quoque banno ipsum confirmavimus et presentem paginam inde conscriptam sigilli nostri testimonio fecimus roborari. Huius rei testes sunt universi canonici nostri, qui eciam suum adhibuerunt consensum, Conradus maior prepositus, Wernerus decanus, Conradus camerarius, Romarus Balsamie archidyaconus, Fridericus vicedominus, Geroldus cellerarius, Olricus scolasticus, Burchardus archidyaconus in Isleve, Otto, Berengerus, Anno, Ludolfus, Almarus. Acta sunt hec anno incarnacionis Domini* 1196. *indictione* 15. *anno consecracionis nostre tercio.*

*In nomine sancte et individue Trinitatis Gardolfus Dei gracia Halberstadensis ecclesie episcopus in perpetuum. Empcionem vendicion m bonorum quoque commutacionem cetera quoque pacta, que inter mortales aguntur, digne privilegiorum testimonio roborantur, ne labente tempore ipsa quoque in oblivionem labantur. Inde est quod ad noticiam tam presencium quam futurorum Christi fidelium pervenire cupimus, quod viri nobiles de Tobin, Otto concanonicus noster et fratres sui Burchardus et Wernherus et Albertus, quatuor mansos in Watenstede et unum in Stokkem cum areis et omni iure, quo eos tenebant, cuidam Hugoldo burgensi in Goslaria vendiderunt, quod et ipsi post in generali synodo nostra in tocius ecclesie nostre audiencia recognoverunt et fide data in manus nostras et comitis Alberti de Werningheroth et domni Volradi de Hessenem et domni Ottonis de Swanebek se prefatam vendicionem semper ratam habituros et quandocumque requisiti fuerint se in presencia comitis et iudicii, in quo prefata bona sita sunt, sicut moris est stabilituros. Ut ergo huius vendicionis contractus ratus et inconvulsus permaneat, presentem paginam inde conscribi et sigilli nostri testimonio fecimus roborari. Huius rei testes sunt Conradus maior prepositus, Wernerus decanus, Albertus comes de Werningheroth, Henricus comes de Regensten, Thidericus de Hessenem, Volradus de Hessenem, Arnoldus de Burchdorp, Cecarius prefectus, Gevehardus de Oscheslove, Henricus de Eilensten, Thidericus de Sumeringhe, Fridericus et Ludegerus fratres de Nihenhagen et alii quam plures. Acta sunt hec anno incarnacionis Domini* 1197. *indictione* 15

Postquam autem intellexit domnus imperator non fictam ducis infirmitatem, viciniorem 1194. loco et tempore productiorem diem constituit ei in Dullethe[76], 76 certificatus a praeposito Gerhardo, qui legatione ducis fungebatur. Dux itaque, aliquantum receptis viribus suis, ad diem et locum sibi constitutum venit, et in plenam gratiam imperatoris ibi receptus est, et filius suus beneficiis palatini, quae ab imperatore tenuit, sollempniter est vestitus, expetente domno imperatore, ut secum iter arriperet in Apuliam. Dux ad sua rediit, et filium suum ad obsequendum domno imperatori modis omnibus adiuvit, spe ductus inani, qui aliqua ex his quae sibi promissa erant exspectabat. Mittitur itaque filius ducis, palatinus comes Reni, cum domno imperatore in Apuliam, sicque dux, beato Iob in hoc non dissimilis, omni orbatus est filio; siquidem duos minores natu, Ottonem et Willehelmum rex Angliae, avunculus ipsorum, pro multis milibus marcarum argenti, quod pro sui liberatione debebat domno imperatori, dederat in pignore; et hic maior natu sub dubia spe revertendi et ancipiti periculo peregre profectus est.

Post haec praepositus Gerhardus duos mansos in Beddinghe[77] suae acquivisit ecclesiae. Siquidem Rotholfus praepositus in Richenberche et universi eiusdem ecclesiae canonici pro ordinanda ecclesiae suae utilitate, acceptis a praeposito Gerhardo decem et octo marcis argenti, praenominatos duos mansos in Beddinghe[a] vendiderunt, et super hoc facto certitudinem quam debebant, privilegio et attestatione sua ecclesiae in Stederburch praestiterunt. Non multo post praepositus Gerhardus emit quinque mansos in Getlede[78] a 78 Bernone et Ludolfo et Hermanno de Cramme, datis quinquaginta marcis argenti. Sane eiusdem praedii medietas Bernoni cesserat, et pars reliqua Hermanno. Dedit itaque praepositus Bernoni viginti quinque marcas pro parte sua, et abrenunciavit praedio compromittente matre sua, et Ludolfo et Hermanno fratribus suis. Sed quia idem Berno duos habebat filios parvulos, dedit fideiussores Ludolfum, fratrem suum et patruum puerorum, et Hermannum fratrem suum, et Thidericum de Vlothede, ut cum ad annos discretionis venerint, praeposito et ecclesiae suae hanc emptionem ratam esse recognoscant. Pro reliqua autem parte dedit Hermanno viginti quinque marcas argenti, item compromittente Bernone et Ludolfo, fratribus suis, et matre ipsorum, qui legitimi heredes[b] erant, hanc emptionem. Facta est haec emptio in Stederburch in capella sancti Nicholai, in die apostolorum Petri et Pauli. Testes hii sunt: Thidericus de Barem, Burchardus senior de Thide, Ludolfus et Alderus de Getlede, Bertoldus et[c.79] Burchardus et Heinricus fratres de Thide, Bertram- 79 mus de Stockem et alii quam plures.

Eodem tempore emit praepositus Gerhardus praedium unum in Beddinghe pro duodecim marcis argenti a duobus fratribus Ludewiko et Ekberto ministerialibus ecclesiae Hildensemensis, compromittentibus filiis ipsorum. Eodem anno obiit piae memoriae domnus Berno episcopus Hildensemensis, cui successit domnus Conradus, Aquensis et Goslariensis praepositus et imperialis aulae cancellarius. Eodem tempore Amelungus de Hemstide, quidam ministerialis ecclesiae Hildensemensis, ab uxore sua quae in amentiam devenerat interfectus est, habens heredes duos filios et duas filias, quos contingebat praedium quoddam in Suledhe, quod solvebat triginta solidos. Frater autem iunior accepta parte sua in praedio altero in Hemstide, renunciavit huic praedio; cessit itaque tribus. Actum est itaque

a) beddinhe *c.* b) heredis *c.* c) *inseritur diploma Heinrici ducis et comitis palatini; pergitur:* De bonis in Solede Gerhardus promovit.

76) Tilleda ad radices montis Kyffhäuser. 77) Beddingen prope Wolfenbüttel. 78) Gittelde. 79) Chartam supra memoratam hic inseri placuit: *In nomine sancte et individue Trinitatis. Heinricus Dei gracia dux et palatinus comes. Sicut qui ecclesias Dei iniusto gravamine molestant Deum offendunt, sic speciale et acceptum Deo prestant obsequium, qui eas earumque rectores ab iniusta tuentur invasione. Quoniam igitur preteritorum noticia caucio futurorum est, presenti scripto noticie posterorum transmittimus, qualiter bone memorie pater noster Heinricus dux molendinum unum in Lindem Deo et beato Iacobo in Stedereburch in speciales usus inibi Deo servientibus tradidit. Ideoque nos felicis patris nostri laudabiles actus imitantes eandem donacionem de prefato molendino, quam sepedictus pater noster fecit, pro parte nostra et fratrum nostrorum Ottonis et Wilhelmi ratam tenemus. Hocque superaddimus, ut si contingerit nos aliquam de hereditate nostra facere divisionem, ne prefata ecclesia in Stederburch aliquo modo in hoc gravetur molendino, hoc eligimus ut ipsum molendinum nostre parti cedat. Quoniam autem presens generacio mutabilis est atque perversa, presentem paginam huius rei attestacionem continentem iussimus conscribi eamque contra omnium incursionum molestias sigilli nostri inpressione munimus. Datum in Brunswich agente Gerhardo preposito prefate ecclesie anno Domini* 1199. *indictione* 15. 15. *Kal. Iunii.*

1194 cum praeposito per Godescalcum quendam ministerialem Hildensemensem qui cognatus ipsorum erat, ut ipse filium seniorem cum altera filia susciperet et filiae quae tertia heres fuit pro parte sua praedii decem marcas argenti daret, sicque totum illud praedium ecclesiae in Stederburch cederet[a]. Acta sunt haec in civitate Hildensemensi in curia Hylarii decani maioris, coram multis testibus, compromittente Godescalco et iuniore Amelungi filio.

## De praedio Stidere.

Gerhardus praepositus promovit

Eodem tempore domnus Conradus, Hildensemensis electus et imperialis aulae cancellarius, contulit ecclesiae in Stederburch rogatu praepositi Gerhardi praedium unum in Stidere, quod fuit beneficium Bertoldi et Eizonis filiorum Gerhardi de Eilstrenge, quinque videlicet mansos et dimidium cum totidem areis, quod ipse praepositus Gerhardus a Bertoldo et Eizone solverat datis quinquaginta marcis argenti, et idem duo fratres dato in manus domni electi praedicto praedio, per manus ipsius collatum est ecclesiae in Stederburch, ut eidem ecclesiae iure perpetuo sit appropriatum. Acta sunt haec anno quo praediximus in choro beatae Virginis in maiori ecclesia in Hildensem, sabbato post dictas vesperas, praesentibus et collaudantibus canonicis eiusdem ecclesiae aliisque viris nobilibus et ministerialibus, quorum nomina haec sunt: Hartbertus maior praepositus. Hylarius maior decanus. Ludolfus praepositus Sancte Crucis. Eilbertus praepositus. Thitmarus sacerdos. Bertoldus custos. Iohannes Grecus. Iohannes Albus. Iohannes Marcus. Lodewicus sacerdos. Fridericus de Suerin. Nobiles: Conradus de Limbere. Comes Adulfus de Scowenburch. Wernerus de Liechtenberche. Conradus et Fridericus de Poppenburch. Rotholfus de Daleheim. Ludolfus et Ludegerus van dheme Hagen. Ministeriales: Lippoldus de Eschert. Thidericus de Tossem. Eizo de Eilstrenge. Rotmannus de Hemstede et alii quam plures.

Sed ut ad ea quae circa ducem Heinricum gesta sunt redeamus, stili cursum transmutandum esse putavimus, quippe cum secundum praeceptores nostros rerum proprietates aptis et convenientibus ad hoc sermonibus sint exprimendae. Porro idem nobilissimus princeps eventum filii sui, quem imperialibus obligaverat obsequiis, anxius exspectabat, quem tamen infra ipsum quo abierat annum, rebus in Apulia bene gestis, sanum et incolumem recepit. Ipse vero nichil nomine dignum, vel honoris vel utilitatis, ab imperatore consecutus est. Videns senior dux imperatorem flecti non posse ad benevolentiam, coelesti Regi placere desiderans, cultum domus Dei ampliare intendit; specialiter autem monasterium sancti Iohannis baptistae et sancti Blasii, quod a fundamentis exstruxerat, decorare studuit; unde ymaginem domini nostri Ihesu Christi crucifixi cum aliis ymaginibus miro et decenti opere in medio monasterii summo studio collocari fecit, pavimento et fenestris ipsum monasterium laudabiliter ornavit, crucem auream opere fabrili fieri instituit, cuius pretium in auro et gemmis ad mille quingentas marcas argenti computabatur. Ipse etiam licet robore et viribus corporis deficeret, et infirmitas, quae quemlibet hominem deiceret, graviter ipsi accederet, animi sui naturalem virtutem nobiliter regebat, et antiqua scripta 80 cronicorum colligi praecepit et conscribi[80] et coram recitari, et in hac occupatione saepe totam noctem duxit insomnem. Negotia etiam permaxima ad ipsum cottidie deferebantur: quia assuetus in hiis animus consilii[b] prudentiam non amiserat. Vestes etiam sacras divinis aptas[c] misteriis in sui praesentia fecit aptari, quas in usum ecclesiarum partim distribuit, partim in capellae suae usum reservavit. Interim domnus imperator ducem inanibus[d] promissionibus suspensum tenet, et frequenter mittit nuncios suos ad ipsum, qui se et filium suum ab indebita laesione debebant eximere, et eos qui indebite ipsi rebelles erant, suae gratiae reformare. Sed in hiis actionibus multum temporis frustra expenditur. Eo tempore dux Austriae Lippoldus[81] de equo corruens vitam miserabiliter finivit, et filium ducis Wille- 82 helmum quem habebat in pignore, sero poenitens antequam moreretur, regi[82] Ungariae duci Heinrico reddendum[e] transmisit Sed et hoc arte imperatoris impeditum est.

1195 Expensa[f] itaque hyeme, et tota quadragesima, dum elemosinarum largicioni totus April. 1. insisteret, in vigilia paschae, nocte media, repentinus eum dolor invasit, et solito plus invaluit malum. Ipse tamen operibus bonis quae coeperat, infatigabiliter insistebat. Ab hoc itaque tempore usque ad diem obitus sui vix aliquod de continuo dolore habebat remedium.

a) *in loco raso c.* b) cosilii *c.* c) apta *c.* d) inanis *c.* e) reddentem *c.* f) exspensa *c.*

80) fortasse Annalistam Saxonem innuit. 81) i. e. Leopoldus. 82) Belae.

Sic exacta aestate, cum dies caniculares instarent, inmoderata sed naturali solutione ventris laborare cepit; ipse tamen nullius medicinae remedium admisit. 1195. Nec hoc silendum, quod 14. ante obitum suum die, quae est vigilia Iacobi, hora diei nona, exorta subito nube Iul. 24 a partibus occidentis, in ictu oculi fulgur miri acuminis et velocitatis apparuit, et tonitru terribile subito subsecutum est, et ex ipsa occulta vi sub tecto plumbeo inter murum et plumbum monasterii tegillae ligneae incensae sunt. Sed omnibus qui circa ducem erant animo consternatis, ipse permansit interritus. Acclamantibus igitur omnibus ad incendium, et ut duci succurratur, quia super caput ipsius erat incendium, grandis pluvia secuta est, et divina potentia, quae invisibiliter hunc ignem accendit, sine humano molimine mirabiliter eum extinxit. Dux itaque quia vim morbi in se timuit, nuncios suos post filium, qui tunc in partibus Reni morabatur, misit; et episcopo Razeburgensi Isfrido, cui specialiter confiteri solebat, nuncium destinavit. Qui subito veniens, vidit eum morbo acrius laborare, verbum exhortationis ad ipsum habuit, ut spiritu fortitudinis in hoc articulo habito, Dominum se vocantem hylari corde sequeretur. At ille hiis et similibus verbis salubriter compunctus, puram coram Deo et episcopo peccatorum suorum confessionem fecit, et quarto Nonas Augusti in remissionem praeteritorum delictorum suorum, secundum consuetudinem Aug. 2. ecclesiae oleo inunctus est, participans sacrosanctis mysteriis Christi. In hac itaque morbi molestia quatuor adhuc dies supervixit, non querulus, non gemens, ut plerique solent infirmi, sed si quando erupit in vocem: *Deus*, inquit, *propitius esto michi peccatori*[83]. 83 Erectus namque in virtutis culmine, animus passionibus corporis non subcubuit, cui etiam in divisione corporis et animae morti succumbere quasi videbatur indecorum. Eodem tempore famosus ille princeps Heinricus dux inter manus cleri sui, quem ipse tenere dilexit, et gloriosae disciplinae tramite imbutum ad altiora tendere semper hortatus est, ex hac luce subtractus, obdormivit[84] ut speramus in Domino, anno aetatis suae 66. Aug. 6. De cuius morte sicut sui non medicam habuere tristitiam, ita aemuli sui magnam concepere laetitiam. Audivimus tamen postmodum eos, qui eum odio habuerunt, commendare gloriam et virtutem principis, et vivere eum instantissime optabant. Deportatus itaque inter manus flentium in monasterium sancti Blasii quod ipse exstruxerat, in medio pavimento ante crucem quam erexerat, in dextro latere uxoris suae Mathildis ducissae, Anglorum[a] regis filiae, honorifice sepultus est; sicque factum est, ut quam habuerat consortem thalami, haberet etiam sociam sepulchri[85]. Quorum animae per misericordiam Dei lucidas et quietas mansiones in sorte 85 sanctorum possideant. Amen.

Supra mentionem fecimus[b] cuiusdam virginis in congregacione nostra Deo dicatae Gerthrudis[86], cuius pater Luderus, ut in par[c] ante notavimus, saepe nostram adivit ecclesiam. 86 Octavo ante mortem ducis die, quae est in Kalendis Augusti et Petri ad vincula[d], cum per dimidium annum gravi ydropisis morbo fuisset[e] afflicta, decocta ad purum ut speramus, in vera poenitentia atque fructuosis lacrimis, mundo erepta est, et creatori suo animam reddidit, sui memoriam in benedictione iustorum pro beneficiis ecclesiae nostrae collatis post se relinquens. In cuius anniversario congregationi servicium, pauperibus elemosinam de praedio in Ardechem fieri studuimus.

a) angelorum *c.* b) *vocem inserui.* c) in pari? pariter. d) *vocem supplevi Waitzius lacunam indicavit.* e) *iterum lacuna, sed nihil deesse videtur*

83) Chron. rhythmicum: *Herre got gnadhe mir sundighem manne.* 84) *uf eynen sunnentach an sante Sixtus tach* Chron. rhythmicum, recte. 85) quod hodieque in ecclesia S. Blasii habetur. 86) vide supra pag. 208 sqq.

# ANNALES PEGAVIENSES

## ET BOSOVIENSES.

*Wigbertus plurimarum per Thuringiam terrarum dominus, postquam Heinrici IV. imperatoris miles bellis eius aevo furentibus maxima virtute et gloria insignis interfuit, anno 1096. in praedio suo proxime castrum quod inhabitare solebat Groitsch vocatum, peccata luiturus, monasterium Pegaviae fundavit. Quod ad sinistram Elstrae albae ripam situm quum tam superstite conditore, inter Saxoniae principes Heinrici V. imperatoris hostes insigni, quam post eius obitum a. 1124. florere coepisset, grato animo ductus monachus quidam Pegaviensis circa annum 1148. vel 1149.*[1] *vitae conditoris et coenobii historiae scribendae manum admovit, eamque ad sua usque tempora produxit. Supererant enim eo tempore fundationis testes, et relationes de miranda fundatoris origine fatisque animum accendere poterant; historiae autem enarrandae materiem modumque, quod praesens erat, Ekkehardi Uraugiensis chronicon subministrabat. Auctor igitur rerum sui monasterii et regionis bene gnarus, librum scripsit ad historiam Thuringiae illustrandam utilem, priore quidam parte, quae saeculo duodecimo anteriora recenset, et fabulis dubiae fidei refertum et historiae specie insignem, sed qui paullatim in modum annalium totus transit, atque inter annales saeculi duodecimi locum suum sibi vindicat, licet ante nostram editionem pro foetu posteriorum saeculorum perperam habitus sit. Usus est auctor plurimum Ekkehardo, quo tacente annis 1125—1137. totus annales Erphesfurdenses*[2] *sequitur, quos paucis tantum locis contractos non ubique accurate repetit*[3]*, et annis 1138—1143, 1147—1149. adauxit. Aliquo tempore post alius quidam monachus Pegaviensis, annales Magdeburgenses usque ad a. 1176 nactus*[4]*, continuationem libri dedit, annis scilicet 1140. 1142. 1148. et 1149. notitias quasdam et textum annorum 1143—1146. adiecit, atque*[5] *una manu annales plurimum quidem ex annalibus Magdeburgensibus excerptos, sed inde ab anno 1176. authenticos coaevos*[6] *et valde utiles, usque ad annum 1181. perduxit. Auctor a scriptore Magdeburgensi eo praecipue discedit, quod Alexandri*

1) A. 1149. prima manus in codice authentico desinit, cui congruit quod ex Wicperti donis in obitu Iudithae a. 1109. oblatis, tempore famis, id est anno 1150, quaedam expensa esse scribit. Et a. 1093. Udalricus, Fratizlai filius, Lothario regnante Boemiae dux fuisse traditur, Richinza Lotharii coniux a. 1117. regina vocatur. 2) inter Scriptores T. VI, p. 536—541. primum editos. 3) Vid. a. 1128. primas quatuor lineas et infra, vocibus alicuius momenti omissis, et a. 1134. 4) in codice qui nostro compluribus locis praestabat; vid. supra p. 106. 188. 5) Anno 1150. obitum Heinrici qui anno 1166. contigit, anno 1159. Friderici I et Alexandri III. reconciliationem a. 1177, a. 1166. Heinrici ducis bella sedecim annos duratura memorat, quae omnia eadem qua reliquus textus manu scripta sunt. 6) Cf. a. 1179. de nive in pascha scripto: *ut volucres ingemiscerent nobiscum* etc.

m.cxlv. Obiit Bernardus quiescens. m.cxlvi. [illegible]
mo m.c.xl.vii. Cunradus rex et Ludewicus rex de gallia cum epis et ducibus atque comi
tibus cumque multarum prouinciarum multitudine innumerabili diuisis editionis tamen [illegible]

[illegible] zelo sanctum. Lit. werg. monasteriensis c.
m.c.lxxv. Exacta tocius anni obsidione. longobardi [illegible] cum [illegible] ipsum
iuadit. Quibus cesar solutam obsidione obuiauit. Longobardi quasi diuinitus mutata mente. arma ponunt.
gladios ungulis iponunt. ad pedes ipsius patronis [illegible]. Quos clementer cos accipiens. papiam uenit.

*W. Wattenbach sc.*

*Annales Yburgenses Cod. Monasteriensis.*

m l xxx ii. Ordinatio Herimanni regis Goslarie a Sigifrido mogontino presule. Expeditio
contra westfalos ante natiuitatem omnemque regionem incendiis ac preda uastat.
Bennonem super castrum obsidere nisus est. nisi instantia Ecberti marchionis et
hildenesheimensis ob antiquam amicitiam domni Bennonis desisteret. sicque rever
Ordinatio Domni Adalhardi abb IIII Kt octobris. Herimannus comes ob
m lxxx iii. Otto dux quondam baioarie ob. Adela comitissa ob. Magnus puerorum et senum
factus est morbo dissenterico. Pax dei orta est in yburg

*G. Schöne sc.*

*Annales Rodenses C. regius Bruxellensis.*

qua ex re defuncta rein Wido. non permissa est ibi amplius includi aliqua uel habitare.
Altera hec sita est apud Holtzheim iuxta mersene. et soluit XI solidos puplice istius monete.
Obiit soror Ren Wido IIII idus martii mensis. ~~Eodem anno ob honorius pp. cui successit innocentius.~~
~~Anno dominice incarnationis [illegible]~~ Gelasius [illegible]
A[illegible] Calixtus sinodum remis. congregata illuc magna multitudine eporum clerique et principum terre totius eu
rope. ubi uerbis inherens eporum urbis rome. precepta et scripta. et in conuentu illo promulgauit. eam [illegible]

*W. Wattenbach sc.*

*Annales Gandenses.*

prologus

Cum quodam tempore [illegible] non [illegible]
in anno que historias [illegible] autentica antiquorum [illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible] apud [illegible]
[illegible] Explicit prologus
Anno ab incarnatione domini [illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible] Anno domini [illegible]
[illegible]
[illegible]

*[illegible] 177 [illegible] 23*

papae partes amplectitur. Cui aliis diversi manibus subiiciuntur annales annorum 1182—1190, et locis vacuis passim relictis manu saeculi XIII. exeuntis notitiae annorum 1189. et 1207. insertae habentur. Notitias demum annorum 1191—1227. saeculo XIV. compositas eodemque tempore codici illatas, scriptura et mentio de Theoderico marchione de Landsberg, qui anno 1283. exeunte vel 1284. obiit, iniectae arguunt. Quae singula ut hodie probe distinguere liceat, debetur

1) codici authentico in monasterio Pegaviensi circa annum 1149. conscripto, membranaceo in folio, qui coenobio extincto primum diu in bibliotheca civitatis Pegaviensis latuit, indeque a. 1853. venditionis titulo in bibliothecam regiam Berolinensem transierat, sed pretio repenso civitati Pegaviensi mox redditus, ad tempus in bibliotheca universitatis Lipsiensis servatur, unde beneficio V. Cl. Falckenstein bibliothecae praefecti transmissum iterum consului. Liber pagina prima vacua relicta inscribitur manu saeculi XIV: Incipiunt cronicarum compendia quarum auctor XLII° anno regni heinrici quarti ipsa compegit, sicut infra in principio gestorum ipsius heinrici invenies. Fol. 1'—200. Ekkehardi chronicon universale integrum usque a. 1125. habetur, textu proxime ad Citicensem quem T. SS. VI. numero 7. signavimus accedente, sed antiquiore, et ita comparato ut eum Citicensis textus fontem habeamus necesse sit. Ekkehardum excipiunt fol. 200'—224 Annales Pegavienses cum continuationibus suis, et fol. 225—232 Chronicon Gozecense, eadem manu qua Ekkehardus et Annales usque ad a. 1149. exaratum. Margines hic illic glossis saeculo XV. exeunte conscriptis implentur, auctoritatis in historiam nullius, sed quae a scribis codicum circa annum 1500. ex nostro transscriptorum textui suo insertae, annalibus Pegaviensibus speciem aetatis multo posterioris praebuerunt. Quae antequam fierent,

2) saeculo XIII. exeunte in usum monasterii „sanctae Mariae in Posavia“ sive Bosoviensis ex libro Pegaviensi Ekkehardi chronicon integrum, adiecta ex annalibus Pegaviensibus continuatione annorum 1125—1195, transscriptum et paucis sententiis ad res annorum 1192. 1197. et 1198. facientibus auctum est. Codex iste in bibliothecam publicam Citizensem delatus quum Iohannis Georgii Eckardi in manus incidisset, vir de historia Germaniae valde meritus continuationem Ekkehardo subiectam sub titulo Annalium Bosoviensium Corpori historicorum medii aevi T. I. p. 1007—1024. inseruit, unde et in Hofmanni Scriptores Lusaticos T. IV. p. 118—137 transiit. Nos igitur ipso codice, a Waitzio nostro a. 1841. iterum evoluto, ita usi sumus, ut Annalibus Bosoviensibus iure omissis scripturae tamen specimine proposito, lectiones quibus a fonte suo, Pegaviensibus scilicet, recedit, et pauca in fine additamenta, textui subiiceremus.

3) Cod. olim in tabulario iam vero in bibliotheca regia Dresdensi adservatus, circa annum 1500. in charta scriptus, post Ekkehardi chronicon annales Pegavienses, ex codice 1. insertis textui glossis, reddit. Expressit eum Ioh. Burch. Mencken in scriptoribus, eo tamen modo ut T. III. inde a pag. 127—130 nonnisi lectionibus prioris partis enotatis, pag. 130—156 primus omnium reliqua annorum 1125—1236. luci daret. Annales excipit chronicon Magdeburgense[7].

4) Cod. bibl. ducalis Guelferbytanae inter Augusteos in folio 76. 30, chartaceus saeculi XVI. ineuntis, sub titulo Libelli de fundatione coenobii Bigaugiensis excerpta libri atque glossarum saeculi XV. exhibet a Madero cum chronico Montis Sereni p. 241, indeque ab Hofmanno in Scriptoribus Lusat.

7) Vid. Annales nostros VI, p. 223.

*T. IV. p. 48 repetita; lectiones eius Waitzius enotavit, sed paucissimas tantum earum exempli causa adducere placuit.*

*Liber saeculo decimo tertio ineunte auctori chronici Montis Sereni innotuit, atque ab eo in usum suum versus est. Prior libri pars usque ad a.* 1124. *sub titulo Historiae de Wiperto marchione a Reinero Reineccio a.* 1580. *Francofurti una cum historia Friderici Admorsi edita, a Hofmanno SS. Lusat. T. I.* 1 *sqq. repetita, in theotiscam linguam versa iam antea anno* 1520. *Lipsiae in* 4°. *et a.* 1556. *edente Ernesto Brotuff in* 4°, *tum Reinero Reineccio Eislebae a.* 1584. *in* 4°, *et in Georgii Hahn historia Martisburgensi Lipsiae* 1606. *in folio prodiit.*

8 *Nos textum subsidio codicis Pegaviensis*[8] *in universum diligenter exarati, sed qui eadem vocabula e. g.* Wicpertus, Wigbertus *diverso modo scribit, constituere, lectiones codicis* 2. *quae alicuius momenti videri poterant adnotare, et glossas editioni perperam insertas loco suo ad calcem paginarum amovere, eoque iam librum pristinae integritati fideique restituere studuimus.*

## INCIPIT PRAEFATIO[a].

Gesta quorumque praestantissimorum litteris mandare, veterum provida sagacitas his de causis duxit commodum, ne qua videlicet vetustatis aut oblivionis oblitteratione favoralis eorum vita per succedentia tempora mortalium animis excideret; quin potius, si qua fortia vel honesta facta attigissent, in his mentes audientium oblectarentur, ad imitationem quoque eorum iugi recordatione inculcata proficerent. Cum igitur paganis et verae fidei penitus extraneis id potissimum fuerit studii, ut non solum propria sed etiam praedecessorum suorum gesta probabilia scriptis ob commendationem perpetuam vel aedificationem, conficta licet nonnulla, posteris transmitterent, cur non potius nos Christi fidelium non tantum honesta sed et felicia gesta scriptis et omnium laudum praeconiis non efferimus, quorum vita multo probabilior, gestorum memoria longe delectabilior, exsecutio etiam piorum operum effulsit fructuosior. Igitur de[b] fundatione Bigaugiensis coenobii intendentes scribere, primo quidem progeniem fundatoris eius ab avis et proavis paulo altius ordientes, narrationem ordiamur. Dehinc quis aut unde oriundus fuerit, summatim praelibatis, demum quae causa institutionis eiusdem loci divinitus, ut credimus, occasionem dederit, quaeve institutor eius, Wicpertus videlicet marchio, tam secundum Deum quam secundum seculum liberaliter ac strenue feliciterque peregerit, quove fine vita decesserit, sicut veridica eorum relatione comperimus, tum qui ab aliis audierunt, tum qui viderunt et interfuerunt, quorum plerosque superstites vidimus, auxiliante Deo simpliciter et sine verborum ambagibus scire volentibus aperiemus.

Emelricus, rex Theutoniae, Dietmarum Verdunensem[9] et Herlibonem Brandeburgensem fratres habuit. 10 Herlibo tres filios, scilicet Emelricum, Vridelonem[10] et Herlibonem, qui Harlongi sunt nuncupati, genuit. Ex his Herlibo, filia regis de Urwege[c] sibi desponsata, sobolem suam duobus liberis propagavit, quorum unum Zuetibor, alterum Wolfum nominavit. Zuetibor Scamborem et eius fratres habuit filios. Wolfus Pomeranorum adeptus primatum, deinde provincia pulsus, ad regem confugit Danorum. Qui validae iuventutis virum, fama vulgante iam antea compertum, libenter suscipiens, exin robore corporis et animi constantia frequenter expertum, inter praecipuos familiares sibi familiarius accivit, filiam etiam suam ei tradidit. Elapso autem brevi tempore, fratres eiusdem puellae ex fama virtutis et prospero successu tam illustris viri invidiae livore tabescentes,

a) Incipit prologus in libellum de fundatione cenobii Bigaugiensis 4. b) de Wigberto marchione Bigaviensis coenobii fundatore i. *ed.* c) *ita* 1. Norwege *ed.*

8) Is capita ea haud agnoscit quae in editis habentur, et a nobis omissa, quia et codicis distinctio non satis apta visa est. 9) i. e. Verdensem. Ermenrici fratres Dietmarum Veronensem et Herlibonem Brisacensem legimus; Ermenricus filium Fridericum ad Wuzos, in terram igitur Brandenburgensem, tributi colligendi causa misisse traditur; et collis quidam prope Brandenburg Herlingerberg vocatur. 10) cf. Ann. Quedlinburg. SS. III, 31.

illum aggrediuntur a se suisque propellere terminis, eadem sibi metuentes in posterum post mortem parentis. Verum livor edax qui felicibus cuncta negat, ipsis plerumque suis auctoribus omnia perdendi occasionem amministrat. Commodum ergo ratus socero adhuc superstite filiorum eius livori cedere, paulo post ubi patrem defunctum agnovit, militari manu eosdem aggressus occidit, cunctisque sibi faventibus, regnum utpote gener regis solus optinuit. Secundis dehinc rebus sibi succedentibus, ex praefata coniuge tres filios suscepit; scilicet Ottonem, Hermannum et Wicpertum, patrem Wicperti marchionis. Praeterea Balsamorum regio[11] sorte bellica cessit eius dominio. Qui scilicet Wolfus 11 tandem senio seu frequentia bellorum attritus, in tantum vulgi favorem ob suae felicitatis indicium emeruerat, ut nisi eo praesente, quamvis nichil agente, vel in bello vel in alio quovis periculo prospera sibi arbitrarentur non posse succedere, ac de eo praesumerent[a], illo praesente se semper fore victoriam consecuturos; maiorem de felicitate quam antea de fortitudine eius fiduciam habentes, et per virum in ultima aetate positum nulla sibi posse adversa praevalere sperantes. Denique ex aetatis imbecillitate nec equo insidere valentem super alligabant, ut vel sic in bello eos praecederet. Qui ubi naturae concessit, barbari more suo ad templum deorum corpore delato, secundum ordinem familiarum suarum, quasi ad procinctum[b] belli strictis gladiis circa feretrum discurrebant, ac flebilibus utentes vocibus, exequias peragebant. Wolfo defuncto, avunculus eorum, quos in Danorum provincia occiderat, odium patris in filios retorsit. Cuius invasionem cum illi sustinere diffiderent, a patriis finibus cesserunt. Quorum primus Otto in Graeciam declinavit, Hermannus in Rusciam, Wicpertus vero in Balsamorum regionem, quae ei paterna hereditate obvenerat, a reliquis fratribus secesserat. Is igitur in armis et consilio viguit, multaque praeclara belli facinora miles egregius exercuit. Qua industria familiaritatem domni Goswini, comitis senioris de Leige[12], emeruit. Qui cum videret animi alacritatem nobilitati eius respondere, filiam suam Wicperto, Sigenam nomine, elegantem facie tradidit, arbitratus, ut revera fuit, illum generis sui decus monumentumque fore; in cuius dotem Morunge[13] et Gaterslebe[14] cum suis territoriis et allodiis ac caeteris appendiciis constituit. Reliqua vero patrimonia, Leige scilicet et Sibichinroth[15] et Trachenstede, dua- 15 bus reliquis filiabus assignavit. Tam felici potitus Wicpertus coniugio, ex eadem filium genuit, quem tam suo nomine quam patrimonio ditavit, quemque longe praestantiorem paternis virtutibus, ut clare scire volentibus liquebit, posthumum reliquit. Praeterea duas filias ex domna Sigena susceperat, quarum unam Heinricus quidam de Leige duxit, alteram Wernherus senior de Velthem, ex qua idem filios habuit Wernherum et Adelgotum, postea Magdeburgensem archiepiscopum[16]. Huic etiam Wernhero extrema Bigaugiensis villae platea iure hereditario cesserat. Wicpertus igitur senior, Balsamorum ut praefati sumus possidens fines, memor cum paternae virtutis tum iniuriarum quas in expulsione sui fratrumque suorum pertulerat, frequenter barbarorum provinciam, et praecipue urbem, quae Posduwlc[17], id est urbs Wolfi, barbarica lingua dicitur, incursu militari vexabat, praedamque incredibilem crebro asportans comprovincialibus cunctis inde largiebatur. Sic favorem tam nobilium quam plebium ad fidelitatis gratiam sibi asciverat. Cum ergo tam virtutis quam roboris enormitate adhuc iuvenis polleret, immatura morte terminum vitae clausit, Wicperto filio adhuc puerulo. Domna Sigena tanti viri contubernio viduata, tandem vix aegre aliquanta consolatione recepta, comiti Friderico de Lengenvelt se sociari passa est, ex quo filium eiusdem nominis suscepit, filiam quoque, quam Ruotgerus comes ducens, Ruotgerum Magdeburgensem postea episcopum[18], et Fridericum comitem ex eadem habuit. 18 Is quoque uxore suscepta filiam genuit, quae Ottoni palatino de Witilinsbach nupsit duosque filios edidit, scilicet Ottonem palatinum patre defuncto, et Fridericum comitem. Haec quasi per excessum dicta, cum tantae genealogiae nobilitate nos cogente, tum ob commendationem domnae Sigenae, quae fundatorem Bigaugiensis coenobii feliciter genitum educavit, tam insigne genus posteritatis agnoscere cupiens[c] rugosa fronte paululum relaxata lector benignius accipiat.

a) *hic folium excisum est in* 1. b) praecinctum *ed.* c) cupientibus *ed.*

11) circa Stendal et Arneburg, intra Albim, Bisam, Mildam et Obram, ab oriente dioceseos Verdensis, ab occidente Brandenburgi. 12) hodie Gross-Leinungen in comitatu Mansfeld. 13) in comitatu Mansfeld. 14) ad rivum Selke. 15) Siebigkerode in comitatu Mansfeld. 16) annis 1107—1119. 17) Pasewalk in Pomerania ad Ucram; *wlc* slavice est Wolf, lupus. 18) annis 1119—1125.

1039. Per idem tempus Heinricus imperator augustus, Cuonradi imperatoris filius illius qui Heinrico Pio successit, rerum summa potiebatur, cuius industria, divina cooperante gratia, securitate pacis res publica fruebatur. Sub quo inter caeteros principes Udo marchiam Stadensem regebat. Huius obsequio Wicpertus adolescens, patre ut praefati sumus orbatus, a venerabili matre destinatur; per quem honorifice quousque adolevit educatus, gladio deinde militari a tanto principe, utpote principum collega quandoque futurus, nobiliter accingitur, ac urbe Tangermunde dicta cum eius attinentiis ab eodem marchione liberaliter inbeneficiatur. Ibat igitur iuvenis corporis et animi viribus opibusque succrescens, dubium consilio an actibus efficacior. Cumque multam ex hostibus stragem manu militari continuis diebus exerceret, iamque non minus quam hostibus ipsis, sibi notis ac familiaribus esset metuendus, ut quod facile solet accidere, aliquando et leviter offendere caverent, quia virtus laudem, laus invidiam pariebat ipsi; qui eius diligere videbantur probitatem, exosam habebant vicinitatem. Quapropter plerique marchioni consilium dederunt, ut quoquo pacto, duntaxat honeste et pacifice, Wicpertum a se removeret, eo quod non sibi suisque tantum sed etiam posteris praecaveret. Qui quod prudenter suggestum erat, sagaciter implere
19 festinans, iuvenem amice conveniens, municipium suum, quod in Orientali plaga[19] situm iuxta Elstram fluvium nomine Groisca[20], cum omnibus eiusdem adiacentibus quae eius iuris erant in villis et sylvis, pratis et pascuis, eius potestati tradidit, pro commutatione regionis Balsamorum. Pro Tangermunde vero alia beneficia ad Nortmarchiam attinentia ei restituit. Wicpertus his annuens et ad Orientem secedens, scilicet ubi eum[a] postea verus ac medullitus visitaret exoriens ex alto, etsi non statim, quando tamen voluit, in eiusdem castri munitionem se suosque recepit, et nobiles quosque in eius vicinia manentes, utpote pacis impatiens et in malis assuetus, non sine pernicie regionis inquietabat. Erant tunc temporis plerique nobiles in hac provincia in suis singuli municipiis constituti,
21 scilicet hi: Bethericus de castello Tuchern[21], Fridericus de Cutze, Ficelinus de Probin, et eius frater de Trebniz, Hageno de Tubichin. Hi unanimiter conglobati, quia semper omnis potestas impatiens consortis erat, Wicpertum tamquam suae vitae seu regionis invasorem ocius removere sunt conati. Quibus ille non sufficiens contraire, coniciensque qualiter sua non usquequaque perderet, tamquam id potissimum ratus est consilium, si ipse e regione ad tempus secedens livori eorum cederet. Et cum suis collocutus, quorum unus Hertwigus[b] eius ministerialis, alter Petrus dictus erat, ut quasi se inscio una cum urbe Groisca praefato Betherico se dederent, centum assumptis militibus ad ducem Boiemiae, Vratislaum nomine, se contulit. A quo honorifice susceptus et ob totius probitatis et industriae nitorem cunctis acceptus, facilem familiaritatis aditum tam penes ipsum ducem quam apud omnes illius optimates emeruit. Post aliquod tempus, sicut ipse cunctis, quis aut quantus esset, innotuerat, ita cum erga alios cuncta sagaciter perpendendo crebrius animadvertisset, inter alia cum duce colloquia: *Mirari satis*, inquit, *non posse me fateor, quod tantus vir, tanti nominis ac potestatis, aequanimiter feras detrimentum et abiectionem regii nominis et auctoritatis. Quod in hoc satis apparet, quia comites et ingenui, magna potestate*[c] *vel honore praediti, antecessoribus tuis sub iureiurando fidem et hominium servantes, tuo recusant dominio subici. Hoc quam indecens et incongruum sit, aperiam. Memini quendam antecessorum tuorum Bougonem dici, cuius principatui non dicam comites aliosve nobilitate opibusque pollentes, immo duces et marchiones militabant. Is adeptus dominium no-*
22 *menque regium, in provinciam Seringorum*[22] *suum dilataverat imperium, aliisque principibus aeque potentibus famosior et eminentior claruit. Quare si regii nominis detrimenta recuperare desideres, considera iam oportunum tempus adesse, turbataque res publica utilem et efficacem dabit occasionem. Ego quoque, quoad potero, sicut consilio ita praesto sum auxilio.* Haec et alia prosecutus, quae arbitraretur utilia patefecit, eique dux in omnibus obtemperaturum se spopondit.

Ea tempestate werra vel dissensio maxima est exorta inter regem Heinricum, praefati Heinrici imperatoris filium, et Saxones, ita ut sedari posse diffideretur nisi, quod absit,
1080. sanguinis iudicio. Imperator vero animo gerebat in Longobardiam et Italiam expeditionem

a) ea *codd. et edd. quod corrigendum duxi.* b) hertt̃unigus *ed.* c) *hic his syllabis pergit* 1.

19) Osterland marchia Thuringiae meridionalis. 20) Groitzsch. 21) Teuchern ab occidente Pegaviae. 22) an Serimunt inter Salam et Muldam?

facere, et Saxonum tumultuosam factionem interim declinare. Wicpertus igitur con- 1080.
summandi quod animo gerebat negocii tempus fore ratus oportunum, imperatorem paucis suorum assumptis adiit, seque cum ipso in ultionem hostium rei publicae cum sexaginta suorum militum et eorum apparatu bellico, suis etiam stipendiis militantibus profecturum spondet, ea tamen conditione, ut si regia magnificentia caeterique primates eum rei publicae probassent necessarium, eius munificentia omne restitueret ei dampnum in Orientali plaga nuper allatum, et remuneraret obsequium. Gratanter haec principes et[a] ipse imperator accepit. Ad hoc ille nactus omnium benivolentiam faustumque tempus arbitratus ut aperiret propter quod venerat, non haec tantum se pro rei publicae emolumentis, immo potiora si imperator ac principes eius consiliis assentirent, acturum allegabat. Cui cum absque cunctatione suum assensum se praebiturum[b] fateretur, ille intulit, nil imperiali dignitati penitus obficere, immo prodesse, si Boemiae ducem Vratizlaum in regem pateretur ac iuberet coronari, et ille quatuor milia talentorum gazis regiis appenderet, insuper et filium suum cum trecentis armatis in expeditionem Italicam cum ipso destinaret. Imperator autem cum iam de perturbatione status rei publicae mente fluctuaret, et hos declinare et illos impetere deliberaret; Wicpertus dato sacramento peragendae cum sexaginta militibus expeditionis, regiae sponsionis omnes principes fideiussores exstiterunt[c], ut si dictis facta compensaret, tum pro eo quod ultro et voluntarie sibi debitum fecerat tanti laboris obsequium, tum ob fidelitatis quam verbotenus praetendebat meritum, dignam eum omnimodis et ut imperialem deceret magnificentiam, dignitatum et beneficiorum ab eo recompensationem adepturum. Cum hac pollicitatione a rege et a principibus cum salutationis officio dimissus, deinde ad Vratizlaum in Boemiam reversus, quae pro recuperatione dignitatis et nominis eius peregerit intimavit, utque 4000 marcharum argenti transmitteret imperatori, et 30 libras imperatrici, insuper et filium suum Borwi cum 300 militibus in Italiam destinaret, luculenta ratione persuasit.

Ventum est igitur ad curiam Herbipolim vel Wirziburch; ad quam cum principes undique sollempniter convenissent exceptis Saxonibus, dux Boemiae Wicperto cum indicta thesauri quantitate praeeunte, proceribus, quos lectissimos[d] habuit, stipatus advenit. Imperatore ergo iubente ac sententia principum astipulante, per Mogontinum archiepiscopum et Constantiensem praesulem et Wirziburgensem, Vratizlaus regali benedictione sublimatur. Exin iurata cum 300 militibus, uti condictum erat, expeditione, conversus dux ad Wicpertum, quatenus cum filio suo proficisceretur obnixe rogavit. Quod Wicpertus nequaquam integrum suae sponsioni fore respondit, cum eadem per se, quae et ille imperatori iuraverit: tamen impetraret, ut rege statuente filii sui tentoriis semper esse proximus sineretur; se pro certo comitem et cooperatorem fore individuum. Quod duce petente a rege, statutum est; et impetrata[e] ab eo licentia repedavit, post recuperationem honoris non immemor suae sponsionis. Proinde fidum ac familiarem sibi prae omnibus conveniens[f] eius-
que fidei committens filium, milites 300 omni bellico apparatu liberaliter ac decenter cum 1081.
stipendiis expeditos, cum eis in aucmentum regii exercitus destinavit, cui apud Ulmam, civitatem Sueviae occurrerunt. Qui magis ac magis accelerantes et reliquum exercitum itinere superantes, primi iuga Alpium transvolant, ac suas experiendo vires, Longobardiam barbarico more devastant, praeda caede et incendio civitates et castella demoliuntur, robustos quosque captivatos violenter suo servicio subiciunt, gnaris quibusque locorum mortem minitando, nisi loca diviciis referta denudarent. Multas municiones in dedicionem coegerunt; iam ad mille armatos exercitum adauxerant. Post quos imperator Alpes transcendens, compertis etiam patratis audacter ab his qui praecesserant, non modica exultavit laeticia. Coadunata dehinc riteque disposita tocius exercitus multitudine, Mediolanum venit, et a consulibus ac primoribus civitatis tam pacifice quam honorifice suscipitur. Quibus insuper auxilium ferentibus, sed et eis, quos ex diversis sibi provinciis asciverat, omnes circumpositas civitates urbes et castella, Cremonam scilicet, Papiam et Laudam, Mantuam et Cremam, cum aliis munitionibus quadriennii obsidione plurimoque labore nec sine suorum detrimento tandem in deditionem coegit, praeter Veronam. Hisque peractis, coepto itinere partes aggreditur Italiae; et quoniam in se summa ruunt — humanis enim rebus hunc numina crescendi posuere modum — turbida Roma, quae semper aut

a) set 1. b) imperator *addit ed.* c) accipit *ed.* d) lectiss. *corr.* elect. 1. e) i. dux ab eo *ed.* f) Wigbertum *addit ed.*

1081. malis patuit aut pravorum incursus tulit, se quoque nunc imperatoris offensam incurrisse nondum poenituit. Imperator tam Ytalici quam Teutonici fidens exercitus copia, Romam arta obsidione vallavit, et triennio circiter in eodem statu duravit. Quo èvoluto, quia cultores ab agris deerant[a], alimenta quoque regis exercitui defecerant, et[b] patitur saevam, veluti circumdatus alta obsidione, famem. Sed utrimque frequenti congressione facta, quia pari detrimento utriusque partes belli dubia sors involvebat, neutra pars ab audacia desistebat. Missis igitur exploratoribus, sicubi ciborum inopiam recuperare possent, Wicperto clam a suis exploratum missis denunciatur, iuxta in montanis victualia cum armentorum et gregis copia a quibusdam recondita. Qui utpote impiger, inexpugnabilis, acer, sociatis sibi tam regis militibus quam Boemis ocius advolat, repperit, ut detectum erat, ut per aliquod tempus tanto exercitui exinde subveniretur. Cui festinanter remeanti intimatur, erupisse Romanos ac regem ad pugnam lacessisse. Imminebat autem tunc festivitas ascensionis dominicae. Qua fama Wicperto iam vicino delata, extimplo belli signa corripiens, cunctis etiam in procinctum non segniter praeparatis, impiger advolat; barba-
23 ricoque more[23] ter Romanorum acies ingrediendo ac regrediendo, quasi tela aranearum caedendo obvios irrumpentes, nimia caede in adversarios debachati sunt.

At Wicpertus ubi regem in arto circumseptum hostibus videt, cum suis ad eum se contulit, tantumque aggressu suo Romanos terruit, ut ad portam usque civitatis eos impelleret. Rege etiam viriliter eis insistente, ensis eius excussus desiliit, cuius dextra crebris ictibus pene diriguit. A quo Wicpertus affuit vocatus, suumque conquerenti gladium tradidit. Et quia nichil in tali necessitate pugnatius animositate, elevato proprii acumine clipei, tanto impetu in armatos inermis[c] desaevit, ut infra muri ambitum propellerentur, sicque victores pugnam finiri iubent. Et quia plures utrimque sauciati fuerant, per septem dies imperator intra castra se continuit.

1083. Interim cum aliquando Wicpertus membra quieti dedisset, nec tamen animum ab instanti negocio relaxasset, accito quodam ex suis viro satis industrio nomine Raz, ammonuit ut murorum ambitus perlustrando diligenter consideraret, sicubi valeret aditum intrandi muros investigare, qua excubantium desidia explorata, clam potuissent ascendere. Paruit ille, diligentia sollerter adhibita, et qua coniecit auditu muros custodia vacare, caute ascendit; et postquam neminem sensit adesse, reversus, domino suo clam indicavit, facili arte Romanos decipi posse, si non negligeret, allegavit. Qui nil ducens negligendum — *semper enim nocuit differre paratis* — suis omnibus et paucis Boemorum assumptis armatis, duabus quoque scalis, Raz milite suo praeduce, post hunc secundus muros ascendit, misso interim nuncio regi, ut quantocius praesidium ferre maturaret. Ex militibus iam quatuordecim muros ascenderant, caeteris etiam accelerantibus, rege quoque cum multitudine ad portas irruente ac valvas securibus excidente; subito Romani conclamant, et eos qui muros ascenderant, ictu lapidum et lancearum impetebant. Rex tandem urbe potitus, occursantes valide Romanos multa strage multavit, nonnullis quoque suorum satis nobilibus et strenuis in tanta congressione viriliter occumbentibus, eis tamen maiorem ex hostibus caedem exercentibus. Apostolico igitur cum Petro Leone avunculo suo fugam ineunte, ac per matricem ecclesiam ad domum Tiderici tendente, adversarii praevenerunt et conatus eorum interceperunt, sicque infra monasterium conclusi sunt, infra quod per triduum se continuerunt. Cumque ex eiusdem templi foribus crebro conarentur erumpere et exteriores impetu quodam ex inproviso lacessere, Wicpertus cum suo signifero condixit, ut foribus patefactis trabem mirae molis inicerent, ne subito, velut ante, eas obstruerent et intro se reciperent. Illis itaque simili conatu suam audaciam perpetrare temptantibus, trabe protinus iniecta aditus valvarum intercipitur. Adhuc Romanis patentes fores acriter tuentibus, Wicpertus cum suis primus eas irrumpere conatus est, ut tam diu in ipsis foribus resistentes caederent, donec eos intro propellerent. Quos insecutus Wicpertus, quamvis clipeo non protectus quippe qui erat minutatim hostium gladiis consectus, mucronem utraque manu corripiens, tam voce quam exemplo multitudinem post se irrumpentem animavit. Ita peccatis exigentibus proh dolor in eodem templo acerrima pugna committitur, plurimum humani sanguinis effunditur. Erat spectare christiani nominis inmane ludibrium, sacratissimi et apostolici honoris et auctoritatis loci[d] excidium. Quis legens aut

a) des::erant 1. b) *hexameter.* c) *glossa* ense carens 1. d) *in margine subiectum* 1.
23) cf. Richeri hist. lib. I. cap. 9.

audiens non exhorreat tam grande sacrilegium, in sacris apostolorum liminibus humanum 1083. fluere sanguinem instar Tiberis? Interim apostolicus cum Petro Leone intra sanctuarium se receperat. Ubi cum maioribus natu comprehensi, rege iubente, Wicperti custodiae sunt mancipati. Saniori deinde utrimque habito consilio, post multas controversiae sententias, excusationis et conventionis occasione prolatas, apostolicus regi reconciliatur: rege iubente ac faciente, omni mundo venerabile templum tridui labore vix tandem a spurcitia cruoris effusi expiatur, in ipsius praesentia denuo consecratur, rex etiam imperiali benedictione sublimatur, omni gratis relaxata captivitate suorum apostolico. Caedes finiri, nova vita videtur oriri. Imperator demum Tiderici domum munitissimam recepit in dominium, in qua suis fautoribus collocavit praesidium. In eadem ex Wicperti militibus 20 constitutis, undecim veneno sumpto perierunt, confecto a mulierculis dolo Romanorum, quorum fraus Wicperto insinuante, imperatori statim innotuit. Sed huius viri quilibet animadvertat strenuum propositum et diligens studium erga regis obsequium, cui transacta septenni revolutione temporis, milites tantum quinque ex sexaginta suis et ex trecentis Boemorum, qui eius paruerant voluntati, novem tantummodo residui fuerant. Adeo parato et inconcusso ad subeunda quaeque pericula animo, more barbarico in mortem praecipites ibant.

Imperator ergo ne quid infectum post terga relinqueret, contra Veronenses exercitum direxit, ad cuius auxilium una Petrus Leo se venturum iuramento confirmaverat, datis interim obsidibus et argento copioso in stipendium cunctis exercitibus. Cumque apud domum Tiderici contra Veronam[a] castra collocassent, dux Veronensis considerans, licet sero, se regiae maiestati ad resistendum non sufficere, legatos mittens rogat ea quae pacis sunt, satisfactionem de omnibus omnimodis exhibens, et quoquo pacto reconciliari mereretur, donis et obsequiis se parere promittens, ut suae dumtaxat potestati seu civitati consultum foret.

Igitur Wicpertus ob conventionem huius satisfactionis Veronam dirigitur; cuius reditum imperator penes Tiderici domum operitur. Astabant tunc imperatori Mogontinus et Coloniensis archiepiscopi, Halberstadensis et Monasteriensis episcopi, Vuldensis et Hersveldensis abbates, aliique principes cum Boemico adolescente. Interim de Wicperto sermo habetur ab asserentibus illum praestantissimae probitatis virum, quod certis experimentis omnibus in hac expeditione claruisset. Tunc imperator ait, hoc se velle certius experiri, iussitque eum, quasi semiplene placiti rationem indicasset, sub celeritate revocari. Erat autem ibi in quadam domo leo clausus. Hunc emitti ad probandam eius constantiam imperavit. Dimissus leo rugiebat; tota frequentia praesentium ad loca tutiora confugiebat. Ille inscius eorum quae gerebantur ingreditur, et cum leo contra eum relaxaretur, a Boemico solum adolescente, quo caveret, ammonetur. Quem ex improviso in se irruentem videns, gladium a spatario suo confestim accipere nitebatur; sed ille ubi eum manu corripuit, pro inermi domino leoni se constanter obiecit. Quod tamen Wicpertus indigne tulit, de propria magis quam alterius virtute confisus, retrahensque militem, mirabile dictu, pugno leonem aggreditur. At leo disturbatis iubis mox ab eo declinavit. Qua in re nil aliud, reor, nisi divinam providentiam, cui cura est de omnibus, possumus animadvertere, ut Wicpertus, cui tanta in futurum praevidit Dei clementia, ab instanti mirabiliter periculo eriperetur. Ad imperatorem deinde ingreditur; cur revocatus fuerit sciscitatur. At ille: *Tuae*, inquit, *salutis gratia, quoniam beatum te fore iam experimento probavimus.* Percunctanti vero diligentius, tandem quod ad comprobationem fortitudinis et constantiae suae revocatus fuerit, imperator aperuit. Quaerebat dehinc et ab episcopis caeterisque principibus rei veritatem. Quibus eadem allegantibus, statim ab imperatore cum suis repatriandi licentiam petiit, sed imperator concedere distulit. Cumque obstinatius a sua peticione non flecteretur, iamque ab eis divertere deliberaret: *Aestimo*[b], inquit, *bonum laborum et dampnorum meorum recompensationem a te promerui* — regi autem loquebatur —, *propter quem tanta pericula sustinui. En, qualia recipio beneficia, qui pro regni tocius emolumentis omnium rerum mearum incurri dispendia, praesertim propriae vitae meorumque discrimina? Cunctos obtestor hos principes, me ante omnes primum Alpium iuga transcendisse, me inter primos tuae tuorumque salutis ac victoriae optentu propugnatorem extitisse, et omnium quae in hac expeditione Italica prospere gessisti eorum ego cum meis praecipuus auctor, si dici*

a) ueronem 1. b) diliberaret. Estimo 1.

1083. *fas est, et incentor exstiti. Sufficere reor, tantos labores et tanta stipendia inaniter me con-
sumpsisse, milites etiam perdidisse. Revertar igitur, iam aliis, non tibi, serviturus, quibus sat
videbitur in sua necessitate meam experiri constantiam, non ludibrio ferarum meam exponere
vitam. Arbitrabar quidem satis acceptabile tibi me praebuisse spectaculum, cum meis brachiis
et viribus in caede grassarer hostium; sed visum est spectabilius, ut bestiarum demolirer den-
tibus!* His et huiusmodi verbis in imperatorem debachatus, utpote impiger, iracundus,
inexpugnabilis, acer, et adhuc arrogans in armis, ab eo digreditur, propter magnanimita-
tem etiam imperatori formidabilis. Quem cum nullis blandiciis aut beneficiorum promissis
sibi posse speraret allicere, consultius aestimabat[a], ut per alios eum mulceret, eiusque
rigorem animi deliniret, quorum verbis magis ille faveret. Mogontinum ergo cum cae-
teris praefatis episcopis et abbatibus aliosque principes, quo eum sagaciter conveniant,
hortatur, et ut regalis erga se devocionis instinctu ac duplicis remunerationis intuitu Wic-
perto ex ecclesiarum ac potestatum reditibus singuli aliquod beneficium sua vice, ut dece-
ret, largirentur, obnixe eos deprecatur; insuper ad satisfaciendum illi, quantocius oportu-
num foret, se paratissimum esse non dubitarent, quantum ipsi dignum decernerent. Ipsi
igitur Wicpertum prosecuti verbis persuasoriis allocuntur, tandemque, licet diu reluctan-
tem, flexere magnanimum, ea tamen interposita pollicitatione, ut omnes cum ipso repa-
triarent, si imperator aliter quam promiserat ageret. Talis autem traditio beneficiorum
sollempniter ab omnibus praesente imperatore facta est. Mogo inus trecentorum et mille
24 talentorum beneficium, Coloniensis pagum omnem, qui dicitur Horla[24], Halverstadensis et
Monasteriensis singuli ad quinquaginta talenta, abbates Vuldensis et Hersvuldensis singuli
ad trecenta Wicperto concesserunt. Revertenti tandem eidem imperator obviam processit,
seque negligenter in tam utilem ac fidissimum sibi totique regno deliquisse fatetur. Pro-
inde castellum nomine Liznich[25] cum pluribus adiacentibus in proprietatem donavit, post-
27 modum ad curiam in Aldestede[26] beneficium trecentorum talentorum et Dorenburch[27] cum
suis attinentiis, postea in curia Merseburch habita eidem ad trecenta talenta designavit.
Imperator deinde acceptis a duce Veronensi obsidibus cum argento quod exegerat, quingen-
tis scilicet pateris, et scutellis aureis et argenteis totidem et quattuor milibus marcharum,
tandem optata pace potiebatur. Ad quem cum filio regis Boemiae, nomine Borwi, Wicper-
tus accedens, licentiam abeundi petivit. A quo imperator consilium quaesivit, qualiter ut
imperialem decebat honorem Boemum dimitteret. At ille: *In hoc*, ait, *satis videbitur, si
argentum ad stipendium ei suisque sufficiens exhibeas, insuper duas pateras totidemque scutel-
las, militibus etiam singulis cum veste duplici binas scutellas largiaris, ut regalem decet muni-
ficentiam, insuper quicquid virtutis apud te patraverunt, patri eius litteris insinues.* Cuius con-
silium approbans, denuo, quam recompensationem ipsemet in muneribus ex regalibus dona-
riis posceret, sciscitatur. At ille, nil inpraesentiarum se sed cum oportunum foret tunc
postulaturum, allegabat; hoc tamen desiderare, ut eodem Boemici regis filio mediante et pro
eo, ut confidebat, sagaciter intercedente, eius patri remunerandus commendaretur, ut vice
imperatoris eius servicium recompensaret, non immemor proprii honoris et nominis, Wic-
perto fideliter ac sagaciter amministrante, nuper recuperati. Ita vero, quia prudenter sug-
gesserat, imperator fieri mandavit, eisque dimissis valefecit. Inde Boemici regis filius
cum Wicperto a rege digrediens, solum natale revisit. Ubi caterva procerum coadunata da-
taque fandi copia, omnium rerum suarum exposuerunt eventum. Apices etiam imperatoris
repraesentarunt, ac munera quae ab ipso perceperunt. Deinde Borwi manu Wicperti com-
prehensa: *Hunc*, inquit, *domnus imperator, pater, industriae tuae huius optentu peticionis
commisit, quatenus devotissimum eius obsequium, quod strenuissime me teste omni regno hactenus
exhibuit, digna recompensatione remuneres.* Iubet igitur Boemus rex clipeum exquisitis-
sima opera, coelaturis ex auro et argento perfecte decoratum, arcum quoque cum pharetra,
quae nuper rex Ungariae transmiserat, deferri et eidem offerri cum magna copia auri et
argenti. At ille nichil horum praeter arcum et pharetram volebat contingere dicens, indu-
stria propriae virtutis auri vel argenti se posse plurimum acquirere. Aestimans ergo
rex plura et potiora eum desiderare, alterum rursus clipeum magis decoratum et potiori-
bus onustum donariis una cum tabula scacorum au redimita, lapidibus etiam eburneis et

a) estimabat 1.

24) Horla in comitatu Mansfeldico 25) Leissnig ad Muldam. 26) Austedt ab occidente Querfurti.
27) Dornburg ad Salam.

cristallinis artificiose sculptis, deferri fecit. Sed nec ex his quicquam praeter tabulam ac lapides voluit contingere. Tercio iussit clipeum similibus onerari, superposito cornu eburneo, insuper 20 equos fabrefactis sellis stratos optulit; sed ex his praeter cornu nichil contigit. Coepit igitur rex animo fluctuare, quid tanti esset, quod oblatum suscipere non renueret. Cuius filius magis quam pater voluntatis eius conscius, clam patrem suum evocat, et ut ei filiam iam adultam iungeret consuluit, multo sibi commodius fore ad suae defensionem regionis asserens, quam si Ruscenorum vel Ungariorum regi eam sociaret. Assensit ille hilaris, ornatamque auro textis induviis et variis ornamentorum insignibus fecit procedere elegantem facie, Iuditam nomine. Wicpertum igitur evocans, illam eius fidei tradidit. Quam ille cum gratiarum actione non modica suscepit, illaque insignia omnia, rege sibi annuente, camerariis suis reservanda commendavit, in posterum sibi profutura providens. Provinciae vero illius partem quam rex in dotem filiae suae delegaverat accipere recusavit, sed extra hanc pagos duos, Nisen scilicet et Budesin[28], pro hac 28
exigens impetravit. Quibus susceptis urbem Scworz[29] nomine construxit, quae coniugi suae tutum foret praesidium. Prosperis ita Wicperto succedentibus, ipse tamen prosperitatis et pacis impaciens et iniuriarum sibi aliquando ab huius provinciae nobilioribus illatarum reminiscens, praedas non modicas ex eis frequenter ex insperato superveniens agebat. Accidit ergo, ut aliquando in urbis Belgor[30] dictae confinia transiens, proximos vicos spoliando vastaret et sublatis omnibus rediret. Quod ubi Heinrico Misnensi marchioni innotuit, assumptis militibus illum ab urbe prosequitur, sed a Wicperto constanter excipitur. Congressione facta, signifer marchionis Heinrici ab Hertwigo milite Wicperti lancea perfossus occubuit, aliisque utrimque cadentibus, tandemque adversariis in urbem fugere compulsis, praedam milites Wicperti deduxerunt. Alio item tempore in quosdam ultionem facere cogitabat, quos clam invadere parabat. Medio ergo noctis in villam quae Lippen dicitur venit, ubi suorum familiarium quidam miles habitabat, et per diem ibi delituit. Sequenti nocte cum eodem Zizam[31] clam venit; ubi infestissimorum sibi Ekelini[a] 31
et Hagenonis explorata praesentia, urbem suam Scworz quantocius repetiit, et electissimis sibi sociatis ac Zizam ex inproviso superveniens comprehendit, Ezelinum[a] cum 17 peremit, Hagenonem cum ceteris in basilicam beati Iacobi fugere compulsos, cum nullo modo ut egrederentur minis optineri potuisset, proh dolor, igne crudeliter iniecto, basilica concrematur; sicque exire compulsi, oculorum tantum lumine privantur, eo quod ad ecclesiae asilum confugissent. Tandem non sine magno regionis exterminio remeavit.

Anno Domini 1079. bellum fuit inter Heinricum et Ruodolfum in loco qui dicitur Fladecheim, ubi Ekkeh.
in primo congressu Saxones terga vertunt. Ibi Vratizlaus dux et rex Boemiae regalem lanceam Ruo- 1080.
dolfi adeptus, quae exinde permissione imperatoris[b] semper quemvis illius gentis ducatu insignem in Ian. 27.
omni festiva processione praecedit. Huic bello affuit et Wicpertus, bellicis eventibus semper insignis.

Anno Domini 1080. rex Boemiae Vratizlaus Saxones disponens invadere, Wicperto praeduce per pagum Nisen transiens, a Worzin[32] usque Libiz[33] subita irruptione facta, 32
cuncta depopulatus est, a Wicperto consilio accepto ut, donec ipse quae circa Belgor erant devastaret, apud Wossin[c] eius praestolaretur adventum. Haec dum fierent, subito cunctis in vicino positis fama invasionis eorum innotuit, statimque conclamantes ad arma, multa statim coadunantur milia, Boemosque in anxio positos aggrediuntur. Quibus in adversum totis viribus enitentibus, iam Boemus pene primam aciem amiserat; sed Wicperto superveniente, Saxones in fugam convertuntur, plurimis eorum occisis, sicque remeandi facultas Boemis ferro patuit. Interea imperator ab Ytalia rediens, curiam suam Boemo apud Radisponam indixit. Ibi coadunato exercitu, Bauwari cum Boemis ceterisque ex Germania gentibus per territorium urbis Wida[34] transeuntes, usque ad munitionem, nomine Milsin, 34
iuxta Elstram fluvium pervenerunt. Ubi Saxones imperatori cum rege Ruodolfo, ante triennium electo, occurrerunt. Bello commisso nec diu protracto, imperatoris exercitus fugam Oct. 15.
iniit, et a Milsin usque ad villam Widerhowe passim prostratus cecidit. Quos Saxonibus acriter insequentibus, rex Ruodolfus in dextro brachio graviter vulneratus et in Merseburch cf. Ekkeh.
delatus, post triduum cum magna poenitentia tantae sedicionis ac caedis propter se factae

a) *ita* 1. b) imperatorum *c.* c) *manus anni c.* 1500 *suprascripto* r Worsin *indicat; i. q.* Wurzen.

28) i. e. inferiorem et superiorem Lusatiam. 29) hodie Schwerzen villa prope Pegau. 30) Belgern ad Albim. 31) Zeitz. 32) Wurtzen 33) Leipzig. 34) Weida a meridie Gerae.

1080. moritur, et ibidem honorifice sepelitur. Imperatoris exercitus undique dispersus, ad sua, rege relicto, quisque revertitur, imperatorem Vratizlaus et Wicpertus, qui eidem bello aderant, per Boemiam cum paucis abduxerunt, nondum Ruodolfi regis interitu comperto. Interim Betericus de Tuchere[a] Wicperti milites forte incurrit; quibus fugientem insequentibus, in villa Quize dicta percussus occubuit. Post huius necem Wicpertus Hertwigum et Petrum milites suos, qui, ut ante retulimus, cum urbe Groischa ad Betericum diverterant, ammonuit, ut fidei suae memores urbem sibi aperirent. Quibus statim eam tradentibus, duas turres satis munitas in ea exstruxit. Suscepit eo tempore in beneficium a Walrabano, Zizensi episcopo, pagum Butsin cum mille et centum mansis eidem adiacentibus. Hiis aliisque quam plurimis, quae singula taediosum esset enumerare, praediis et beneficiis praeditus, praecipuum inter huius provinciae nobiles virtutis et probitatis praeconium est adeptus. Sed quia virtutem laus, laudem invidia comitatur, plerique principum illum manifesto insequebantur odio, quoniam omnis potestas impaciens est consortis. Proinde Ekebertus marchio de Bruniswich, aemulus eius, livore tabescens, cum magno exercitu partes eius nitebatur irrumpere, iamque castellum Tuchere transibat. Quo Wicpertus audito, suos statim iubet arma capessere[b], illumque nil tale opinantem invadere. Cuius inopinato marchio territus impetu, fugae praesidium meditabatur. Sed adversariis persequendo graviter insistentibus, pugna prope idem castrum committitur. Ibi miles quidam Ekeberto acceptissimus lancea Wicpertum impetiit, clipeoque eius transfixo duos illi dentes excussit. Quem Wicpertus gladio statim transverberans, frontem eius mediam debita talione divisit, totamque multitudinem marchionis in fugam convertit.

Annus Domini 1081. Annus Domini 1082. Annus Domini 1083.
Annus Domini 1084. Annus Domini 1085. Annus Domini 1086.
Annus Domini 1087. Annus Domini 1088. Annus Domini 1089.

Anno Domini 1090. Ekebertus marchio rursus multiplicato exercitu cogitabat Wicperti cf Ekkeh. partes invadere; sed in molendino quodam, antequam appropiaret, turpiter occubuit. Igitur Wicpertus ex coniuge nobilissima nomine Iuditha, Vratizlai[c] regis Boemorum filia, duos suscepit filios, Wicpertum iuniorem et Heinricum fratrem eius. et filiam nomine Bertam, semperque de die in diem felicioribus ibat succrescens successibus, ita ut non solum Saxoniae principibus, sed etiam ipsi imperatori Heinrico videretur esse formidabilis. Qui invidiam contra eum cepit habere permaximam eumque a statu tantae felicitatis moliebatur evertere, oblitus iusticiae, nec memor sui fidelis et hactenus consortis in magnis ac frequentibus periculis et laboribus. Tandem omnibus pro voluntate circumpositis, ne abuteretur divinitus sibi concessa tranquillitate temporis, Wicpertus iam meditabatur, qualiter apud Deum posset felix fieri, de cuius mundanae felicitatis enormitate homines livore tabescebant edaci. Tamquam ergo ipsum suae salutis auctorem audiret comminantem: *Praevaricatores, redite ad cor!* postmodum in brevi fundator Bigaugiensis coenobii futurus, ipso miserante qui quos praedestinat vocat, corde compunctus est; et licet sero tandem ad se conversus, ante suae mentis oculos, quae et quanta commiserit, mala revocavit, quociens scilicet aliena diripuerit, quantos caedibus incendiis ac rapinis affecerit, nec solum facultatibus dignitatibus praediis urbibus, sed insuper vita ipsa privaverit; et ut haec omittam, quantum Romae[d] apud limina beatorum apostolorum, et in exustione basilicae beati Iacobi in Ziza commiserit. Ex horum omnium recordatione medullitus ingemuit, et eum, sine quo nil valet humana fragilitas, eius dirigere consilium omni instantia deposcit. O quam efficax semper est sententia ore sanctorum immo a Spiritu sancto prolata, ut, ubi habundavit iniquitas, superhabundaret gratia. Eo nimirum interius se vocante, Wicpertus a moribunda viciorum consuetudine resuscitatus, et divina voce lapidei cordis eius duritiam penetrante, per confessionem et poenitentiam foras prodire commonitus, ad Hertwigum 34 Magdaburgensem et Wernherum[34] tota animi devotione se contulit; quibus sui reatus enormitatem et satisfaciendi voluntatem aperuit, utpote talibus qui mederi morbos animarum nossent, ad ipsorum arbitrium omnimodis pro posse suo satisfacturus. Hii vero tametsi iudicio suo et auctoritate illum emendare se posse non diffiderent, tamen pro modo satisfactionis aliquantulum ei relaxando, quod potissimum arbitrati sunt, ad limina

a) tuchere *corr.* tuchero 1. b) capescere 1. c) vratizlai *corr.* fratizlai 1. d) *in marg. additum* 1.

34) Merseburgensem.

beatorum apostolorum Romam et ad pedes domni apostolici ipsum venire blande persuaserunt. At ille nil moratus, eo ire non graviter tulit. Paucis ergo secum assumptis Romam, ut consultum fuerat, devenit. Ubi prostratus humi, limina apostolorum, quae olim sanguine foedavit, verae poenitentiae lacrimis irrigavit. Dehinc oportunitate sibi data, ad domni apostolici pedes praesentatur, cui cum summa devotione itineris sui occasionem et peccatorum suorum enormitatem ac foeditatem ex ordine confitetur. Tum apostolicus ex suorum auctoritate praedecessorum, verae ac salutaris medicinae experientia luculentissimus et in exhibenda satisfactionis moderatione discretissimus, quibusdam pro inculcanda diligentius poenitentiae compunctione praelibatis, ad patriarcham Hyspaniensium, vitae merito etiam ipsi papae ammirabilem et apostolicae auctoritatis virum, eum transmisit, secretiori scilicet habito consilio, ut ei graviorem itineris laborem vel aliquam impedimenti necessitatem, Deo disponente, ingereret; et ut illius in omnibus obtemperaret praeceptis et consiliis, consuluit. Ad hunc etiam ardenti desiderio properat, et eidem quaecumque hactenus circa ipsum gesta fuissent, ex integro notificat. Qui non ex propria sed ex ecclesiastica censura imponens ei poenitentiae modum secundum magnitudinem criminum, praecavens ne forte cucurrisset in vacuum, non ut exactor importunus erga conservum sed ut compassione proximus, animum periclitantis per eius remigium ad portum salutis recurrere festinantis, hiis salutaribus instituit monitis: *De publice poenitentibus nostri temporis praeiudicium quidem facere veremur, qui utinam essent poenitentes et non magis irridentes: qui postquam reconciliati suscipiuntur in ecclesiam, dissimulant vitam mutare pristinam; sed quia non inchoare sed perseverare vera est iustitia, fili dilectissime, considera, quare tanta terrarum transieris spacia. Potuit enim, immo dignius quam ego debuit domnus apostolicus tibi dare peccatorum indulgentiam, sed labore tanti itineris tuam voluit experiri pacientiam, ut ex hoc comprobato fructu tuae perseverantiae, remissiorem iam a me suscipias modum poenitentiae. Potissimum ergo ac saluberrimum indico tuae dilectioni consilium: elemosinis tua peccata redime, quae sicut ignis aquam*[a], *ea praevalent penitus extinguere. Ceterum si suppeditat facultas, cui famulari debet bona voluntas, templum Deo ad venerationem beati Iacobi, cuius exussisti basilicam, ex tuis sumptibus construe, et illuc Deo servitores quantos te posse arbitraris aggrega, secundum Domini praeceptum amicos tibi faciens de mammona iniquitatis pauperes, disciplinae regularis ordinem conservantes, ut cum a vita praesenti defeceris, impetrent orationibus assiduis, ut in coelesti mansione recipi merearis*[b]. Ad haec Wicpertus: *Si tua paternitas*, inquit, *iudicat sufficere, sex fratribus convenientem possum cellam facere, et eorum necessitati quae sufficiant impendere.* Cui patriarcha prudenter obvians: *Qui parce*, ait, *seminant*[c], *parce et metent*[c]: *et qui in hylaritate et habundantia erogaverit, etiam habunde recipiet. Et quia tenor regularis disciplinae inter tam paucos non omnimodis poterit observari, si ullo modo possis, ad hos totidem alios adde; quia una facilius monasticum valebunt ordinem. Maiori siquidem egent medicina maiores morbi, graviores quoque labores maiora sequuntur premia.* Qui cum omnia pro posse suo se facturum, Deo cooperante et vitam donante, polliceretur, reliquias eidem patriarcha, hoc est poblitem beati Iacobi, dedit, et ecclesiae reconciliatum cum peccatorum indulgentia et benedictione dimisit.

His ita feliciter transactis Wicpertus ad sua regrediens, in urbem suam Liznich divertit, ubi a suis cum frequentia leticiaque suscipitur. Quibus ex ordine causas et eventus itineris sui aperiens, consilium cum eis[d] habuit, ubinam in sua dicione locus coenobio construendo conveniens esse videretur. Cumque de hoc diversi diverse quid potissimum arbitrarentur indicarent, prudentiores tamen in id ipsum consenserunt, ut in vicinia suae urbis Groisch, ubicumque convenientissimum foret, prospicere debuisset. Quo cum eodem animi devoto tenderet proposito, villam quandam Hyla dictam forte transibat, in qua lignea basilica sita est, quae tunc ex vetustate lignorum pene dilapsa fuerat. Ad hanc orationis gratia cum suo familiari nomine Giselhero secessit. Huius enim moris erat, ut numquam ecclesiam, nisi oratione facta, praeteriret. Surgens igitur oratione facta, mirabile dictu, scrinium reliquiarum, altari superpositum, instar libri divinitus vidit aperiri, et exinde contra se vibrante splendore, viri tam magnanimi pectus horrore tanto perculit, ut in suo statu vix persistere potuerit. Inde digrediens, praedictum suum familiarem sciscitatur, si quid viderit. Quo dicente, se quidem nil vidisse horrorem tamen immensum pertulisse, narravit

a) *lege* ignem aqua. b) ut — merearis *post atramento nigriori addita* 1. c) *in* seminant *et* metent *littera* n *in rasura post scripta* 1. d) *supra lineam eadem manu add.* 1.

quid viderat, aitque id animo sibi esse eandem basilicam renovare. Quod cum statim ex suo sumptu mandasset fieri, coepto itinere Groisch devenit. Ibi etiam cum exultatione non modica suscipitur, impaciensque morae, desiderium ac votum suum quod indesinenter animo revolvebat prudentioribus aperuit; quibus visum est, ut in loco quodam eminenti, eidem castro[a] adiacenti, Nible antiquitus, nunc Alde Groisch dicto id fieret. Sed altiori consilio quibusdam cautioribus id sane displicuit, prudenter connicientibus, si aliquando, ut post accidisse claret, idem castrum obsidione vallaretur, illum locum hostibus fore refugium et inibi commorantibus desolationis excidium. Postea placuit, ut cis Elestram fluvium ubi nunc villa quaedam Wolftiz dicta, Bigaugiensi villae contigua, adiacet, quia ille tunc cis citra plateam satis amoenus et amplus locus vacabat, hunc operi tanto designaret. Sed quia publica platea cunctis occasionem seu necessitatem frequenter transeundi faciebat, et id ibidem Deo servituris detrimentum ac ruina foret, etiam id consilium in irritum cessit. Cumque diligenti consideratione circumquaque cuncta pervidisset, ad occidentalem plagam Bigaugiensis villae locum, ut credimus, huic operi divinitus designatum perspiciunt, admodum habilem sed non ex omni parte suae dicionis. Quidam enim Erpo dictus municipium habuit eidem loco contiguum, qui tamen heredem non habuit, sibi quoque consanguinitate et amicitia iunctissimus fuit. Cui cum suum aperuisset animum, habuit eum omnimodis sibi consentaneum; ipse tamen aliis illum beneficiis in Saxonia donavit, ut eiusdem loci proprietate se penitus abdicaret. Iussit igitur eundem locum complanari, munitionem quoque penitus avelli.

Anno Domini 1091. divina igitur Wicpertum inspirando clementia praeveniente, eadem quoque cooperando subsequente, quia karitas in eo divinitus accensa, ociosa esse non potuit, qualiter devotissimi sui propositi decenter opus inchoaret ac decentius consummaret, perdius ac pernox animi sagacissimi crebra meditatione volvebat. Commodum ergo ratus, ut a socero suo, id est a Fratizlao rege Boemiae, solacium et consilium quaereret, non neglexit eo venire. Qui laudabile viri votum, utpote sui generi, gratanter commendans, septingenta eidem ad manus talenta dedit, verbis et promissis illum non modice exhilaravit, ut auxilii sui intuitu fiducialiter ageret et opus decens ad honorem Dei et beati Iacobi cum sua consolatione et adiutorio fundaret. Qui reversus domnum Hertwigum Magdaburgensem archiepiscopum adiit, invitans et flagitans, ut loco considerato fundamenti ac cimiteriorum benedictiones daret. Cum quo etiam Walravanum Zicensem, et Albuwinum Merseburgensem venire corrogavit. Qui convenientes sacerdotalis officii iura persolvunt, dataque benedictione Wicperto consuluerunt, ut propriis humeris per duodecim angulos fundamenti totidem cophinos lapidum primus deferret, scilicet imitando factum religiosissimi principis Constantini, qui primus ac potissimus ecclesiarum Christi fundator inter principes extitit. Paruit ille libens, suosque omnes tanto voluntarii laboris accendit ardore, ut non sicut aliarum ecclesiarum fundatio mercennariorum fit labore, sed manu militari ac illis obsequentium instantia certatim ferveret opus, ita ut infra triennium usque ad cacumen turrium sine aliqua intermissione assurgeret. Curiam interim sibi eidem operi contiguam, in loco ubi nunc hospitale situm est, constituit, in qua kapellam Deo et beato Nicolao confessori statim construi fecit.

Anno Domini 1092.[b] Dehinc utile ducens, ut aliquem religiosi propositi virum inquireret, qui fratribus sibi sociatis manum eidem operi summam imponeret, officinas construeret, praecipue divinum officium iniciaret, coenobium Svarza dictum, sibi notissimum utpote in religione praecipuum, adiens, domnum Beronem aliosque tres fratres tanti laboris consortes ibidem impetravit, cui sui coenobii curam commendavit. Huic aliquando triginta marchas ad usus fratrum et impensas aedificiorum dederat, quas balneatum iens, cinguloque clavem innectens, reliquerat. Tunc quidam ex laico conversus, moribus et astucia perversus, cuius fraudulentiam abbas suus, quia simplicis admodum naturae erat, minus notaverat et — quia boni interdum quod sunt dissimulant, mali vero quod non sunt omni nisu simulant — eundem prae caeteris sibi in ministerium asciverat: is sicut Iudas huiusmodi beneficiis nequiter abusus, tandem oportunitatem diu, reor, praemeditatam nactus, eius abbate balneum intrante clavim furtim surripuit, pecunia sublata aufugit. Hoc Wicpertus comperto, nec modo primum abbatis negligentiam expertus, quamvis id ex

*a) rasurae superscriptum* 1. b) Anno — 1092. *in margine addita* 1.

simplicitate non ex prava voluntate accidere perpendisset, tamen eum a se removere cogitavit, quia per talem virum locum suum promoveri non posse[a] sepius animadvertit. At ille se pollicitus omne dampnum quod acciderat restituere, induciis ab eo impetratis, ne videlicet tanti dispendii infamiam incurreret, ad claustrum suum rediit, et infra aliquod tempus a notis et consanguineis quantitatem argenti negligenter perditi totam recuperavit. Reversus deinde, toto vitae suae tempore pro posse suo laboravit, fratrum tamen numerum nullatenus ampliavit, sine pastorali benedictione satis maturus 10. Kal. Ianuarii in Domino defungitur, et ibidem sepelitur.

Anno Domini 1093. domnus Wicpertus omnibus pene consumptis a socero sibi collatis, scilicet a Fratizlao rege Boemiae, denuo misit ad eum, nec solita consolatione frustratus est. Trecenta enim ei talenta ad supplementum inchoati operis iterum transmisit. Eodem anno idem Fratizlaus in venatu ex equo lapsus, subitanea morte obiit, vir utique in suo principatu omnibus antecessoribus suis honoris ac potentiae seu diviciarum dignitate incomparabilis, etiam imperatori cunctisque principibus Teutonicis formidabilis, regni tamen cooperator fidissimus, in multis necessitatibus rege Heinrico regnante frequenter comprobatus, et ideo non immerito regii nominis excellentia ab eodem imperatore sublimatus, regali quoque circulo et lancea primus in ea gente insignitus est. Reliquit etiam quinque filios, quorum unus Borwi[35] dicebatur, qui patre defuncto ducatum aliquo tempore optinuit, alter Uodalricus, qui postea Lothario regnante eundem principatum adeptus est.

Anno Domini 1094. Anno Domini 1095. summa manus monasterio Bigaugiensis coenobii imposita est. Et domni Beronis industria locum sibi commendatum non segniter amministrando gubernante, plures officinae ad usus fratrum institutae sunt.

Anno Domini 1096. 7. Kal. Aug. dedicatum est monasterium Bigaugiensis coenobii a venerabili domno Herthwigo, Magdaburgensi archiepiscopo, cooperantibus eidem episcopis Albuwino Merseburgensi, Walrabano Cizensi, Ezelino Havelbergensi, in praesentia domni Wicperti eiusdem loci fundatoris, aliisque nobilibus quam plurimis, filiis quoque suis Wicperto et Heinrico praesentibus. Eodem die domna Iudita comitissa, filia Fratizlai Boemici regis, coronata et auro textis induviis regaliter adornata processit; et coronam auro gemmisque insignitam, et cicladem auro textam instar dalmaticae et preciosissimi operis, quam sub mantello ferebat etiam auro texto, haec duo insignia ipsa die super altare Deo sanctoque Iacobo dicavit. De quibus scire volentibus, si quo devenerint, queratur, sicut comperimus, coronam quidem postea domnus Windolfus abbas pro possessionibus in Thuringia comparandis utiliter expendit, cicladem vero domnus Wicpertus iunior postmodum vice patris in Ytaliam ad imperatoris obsequium profecturus sustulit, data pollicitatione, quanti valeret tantum argentum se restituere. Burchardus autem Monasteriensis episcopus, cognominatus Rufus, ciclade considerata, 40 marchas pro ea dedit. Sed Wicpertus ab Ytalia reversus, multis intervenientibus impedimentis eas solvere non potuit ante suum obitum. Haec est autem summa bonorum Bigaugiensis ecclesiae, quam domnus Wicpertus marchio in honorem sanctae Trinitatis et sanctae Mariae sanctique Iacobi apostoli construxit. Dotavit enim eam civitate eidem adiacente cum omnibus suis attinentiis, silvis, pratis, pascuis, exitibus et reditibus, aquis aquarumque decursibus, molis, molendinis, areis, cultis, incultis, piscationibus, venationibus, cunctisque quae dici vel nominari possunt utilitatibus, excepta una platearum extrema, versus septentrionem sita. Dedit praeterea eidem ecclesiae ad dotis aucmentum duas villas, quarum una Hilpertize, altera Borsten dicitur, cum vineis et pratis adiacentibus et molendino, et in Stonse 9 mansos, et decem solidos in Luzke, quibus ad illuminandam sanctae Mariae kapellam luminaria comparentur. Processu ergo temporis religione et fratrum numero crescente, donavit domnus Wicpertus maiora ad fratrum solatia, villas scilicet has, Mucheliz, Borize, Karlesdorph, Heinrichesdorf, Lippen, cum pratis et pascuis et omnibus aliis attinentiis earum; et in Borkwice 4 mansos, et ecclesiam in Luzke cum decimis 16 villarum, et ecclesiam in Diemarisdorf et duos mansos et unum molendinum in ipsa villa, et ecclesiam in Cloveldechesdorf, et in Suchesdorf novem mansos. Quae post haec ab eius filiis et ab aliis plerisque fidelibus ecclesiae nostrae tradita sunt, congruo loco dicemus; nunc ad ea unde paululum digressi sumus, redeamus. Praefatae namque dedicationis festivitate per dies

a) non p. *in margine addita* 1.

35) Boriwoi.

quinque sollempniter protensa, domna Iudita comitissa totidem diebus singulis mutatoriorum insignibus aequaliter redimitis non sine ammiratione cunctorum adornata processit. Omnibus igitur pro voluntate domni Wicperti decenter ordinatis, cunctisque valedicens, tocius concionis solvit frequentiam. Dedit praeterea ad ornatum pulpiti lapides scachorum cristallinos et eburneos sculpturis insignes.

Annus Domini 1097. Annus Domini 1098.

Anno Domini 1099. Heinricus imperator in epifania Domini Aquisgrani filium suum Heinricum quintum regem fecit.

Anno Domini 1100. domnus Bero abbas, hactenus huic loco tam pro posse tam pro nosse prospiciens, tandem laborum suorum praemia recepturus migravit ad Dominum, et in antiquo fratrum conventu iuxta introitum monasterii sepelitur 7. Kal. Ianuarii.

Anno Domini 1101. Eo tempore regularis disciplinae districtio, quae secundum Hirsaugiensium institutionem iam laudabiliter ubique propagari ceperat, prae ceteris Saxoniae coenobiis apud Corbeiam, regalem abbatiam, vigebat, cui tunc domnus Marcwardus abbas, vir veneratione ac memoria dignus, praesidebat. Hunc domnus Wicpertus adiens, ei cuncta ex ordine pandit, quibus eius afficeretur animus, scilicet quia coenobii sui status ac religio hactenus minus quam speraverat ad regularis disciplinae sit aucmentum provectus, hac sola tamen occasione, quod ad tantum opus iniciandum cooperatores idoneos huius propositi non habuerit. Proinde quicquid eius prudentiae potissimum videretur, se facturum pollicetur; hoc tamen obsequii sui frequentia se omnimodis promeriturum, si ex eiusdem sacrae congregationis collegio, quemcumque sibi iudicaret utilem fore, cum aliquantis eiusdem laboris consortibus secum destinaret. Promisit denique, si eius peticioni tantummodo satisfaceret, se ad eorum usus ex praediis suis sufficientia praebiturum. Cuius in Christo desiderium ac peticionem abbas, religionis ac iusticiae tenax, gratanter accipiens, tocius conventus super hoc consilium ac voluntatem sciscitatur; et omnibus in id ipsum consentientibus, talem tantumque virum in tam pio voto non frustrandum, cum eorum unanimi consensu domnus Windolfus venerabilis monachus[a], ad hoc opus idoneum esse ac utilis fore iudicatur. Nec inmerito. Is enim ob vitae continentiam et religionis observantiam tunc cuidam cellae eidem abbatiae pertinenti praelatus erat, qui praelati priores dicuntur, ubi confratribus sibi commissis strennue praefuerat. Antea etiam scolarum regimen narratur tenuisse, litterarumque scientia laudabiliter claruisse. Kanonicam quoque in praepositura quae Heilgistat[36] appellatur habuerat, sed ea propter Christum postposita, religionis amore devictus apud Corbeiam est susceptus. Quia igitur ab exordio perfectionis inchoavit, nulli dubium quam perfectus incremento virtutum se in dies provehente, deinceps fuerit. Quod tamen scire volentibus luce clarius certis experimentis de cetero patebit. Igitur domnus Windolfus in abbatem promovetur, aliique fratres ei ad solacium tanti laboris adiunguntur, quorum unus Ludigerus, qui postea in Reinestorf abbas extitit, in priorem ei designatur. Plurimis etiam necessariis donatus est, ac inter cetera his libris, antiphonario et graduali, libello missali, regula et psalterio, quae usque hodie apud nos perdurant. Praeterea reliquias beati Viti martyris aliorumque sanctorum domnus Marcwardus abbas ipsi dedit, eoque fidei domni Wicperti fideliter commendato, valedicens omnibus eos dimisit. Verum cum dissensio inter regnum et sacerdotium non modica exorta tunc esset, ita ut nullus istius provinciae sacerdotum imperatori Heinrico communicare dignaretur, domnus Wicpertus abbatem suum ad archiepiscopum Moguntinum Ruothardum, qui tunc apud Erpisfurt erat, secum eo adducens, ut ab eodem pastorali benedictione sublimaretur impetravit. Cum quo simul eiusdem civitatis abbas nomine Burchardus eodem die consecratur. Deinde domnus Wicpertus cum Windolfo abbate ad sua reversus, coenobium suum eius fidei tradidit, ut loco animae suae illius in omnibus utilitati provideret. Qui locum sub sua providentia suscipiens, quamquam adhuc rudem, informem, incultum, praecipue Deum sibi cooperatorem fore certissimus, velut aliquis exarator sigilli peritissimus, praedecessoris sui pusillanimitatem ex tam modica omnium officinarum institutione perpendens, prioribus aedificiis oblitteratis, potiora coepit construere, quae ex proprii laboris industria, liberalitate quoque domni Wicperti per omnia fretus, perduxit ad unguem. Loco enim considerato, informia seu palustria loca complanari et exstirpari a veprium aliarumque sordium spurcitia fecit: omnia dilatavit, adauxit, et in ecclesia sibi commendata tamquam in

a) vir religiosus doctus et strennuus, fidelis et prudens *addit* 4.

36) Heiligenstadt in Eichsfeldia.

sigillo perfecti decoris imaginem, usque hodie sui artificis attestantem efficatiam, sapienter exsculpsit. Fratrum inter alia numerum ad 40 et eo amplius numerum ampliavit, quorum cotidiano labore municipium illud domni Erponis, de quo praefati sumus, vallis ac vallibus inexpugnabili terrarum exaggeratione glomeratum ita complanavit, ut ortus ibidem fieret, qui diversa fructuum et olerum ubertate refertus, crebro civitatem Dei eandem laetificaret. Praeterea locum qui usque ab eo Abbatisdorf appellatur, iuxta fluvium Wira[37] in orientali 37 plaga cepit incolere, arbores et arbusta circumquaque funditus evellere, et densitate silvarum exstirpata dilatare novalia; ubi ecclesia constructa, et curia usui inhabitantium habundanter ditata, nostris fratribus in perpetuum fore constituit. Villam etiam Bigaugiensi villae contiguam nomine Wolftiz ex proprio labore statuit, cuius annualem reditum ad talentum adauxit. Locum etiam quendam ad occidentalem plagam eiusdem villae ad usus fratrum octo solidorum censu utilem reddidit. Cuius industriam ac diligens in loco sibi commendato propositum domnus Wicpertus considerans et diligenter approbans, ei liberalissimus in omnibus cooperator exstitit, cunctisque suis id summopere faciendum iniunxit. Quod non solum eo superstite sed et deinceps devote compleverunt, tam ob domini sui dilectionem, quam ob suarum animarum remedium, praeter cotidiana beneficia plurima eidem coenobio praedia conferentes, quod congruo loco dicemus.

Anno Domini 1104. Post haec domnus Wicpertus novale quoddam in Merseburgensi diocesi fecit exarari; partesque Franconiae adiens, ubi domnam Sigenam, matrem eius, in Lenginvelt fuisse maritatam nos ante retulisse meminimus, plurimos eiusdem provinciae colonos inde transtulit, quos praefatum pagum, silva funditus exstirpata, praecepit incolere et hereditario iure deinceps possidere, ac, ut ridiculosum quiddam inseramus, quemlibet illorum cum familiolae suae contubernio villam vel possessionem proprio labore consitam, etiam ex suo nomine nuncupare[38] Plurimis ergo villis inter fluvios Muldam et Wiram 38 locatis, domnus Wicpertus nondum devotissimi propositi sui pertaesus sed indefesso labore ad opus pietatis anhelans, monasterium item in praefato novali in villa scilicet Luzeke[39] fundavit, desiderium habens ut sex saltem fratribus cella fieret ibi congrua, quem locum parrochiam esse omnium circumiacentium villarum disposuit, eumque Bigaugiensi coenobio subiectum fore voluit. Quod quia sine consensu seu permissione domni Albwini ac tocius cleri Merseburgensis nec effici potuit aut debuit, cum peticione supplici ipse voluntatem super hoc convenit eorum. Qui tanti viri erga religionem ac pietatem iuste petita seu desiderata concedentes, et concessa cum auctoritate tocius ecclesiae rata fore statuentes, annuerunt ut episcopus de decimis villarum omnium eidem parrochiae attinentium, sed et aliarum infra Wiram et Snudram[40] fluvios in burcwardio Groisch iacentium privile- 40 gium daret. Cuius exempli causa exemplar hic transcribimus: *In nomine sanctae et individuae Trinitatis, Albuwinus Dei gratia Merseburgensis episcopus. Notum sit omnibus fidelibus tam futuris quam praesentibus, qualiter ego ob interventionem domni Wicperti et Windolfi abbatis decimas villarum quarum nomina subscripta sunt, et ceterarum, si quae circa haec loca adhuc instituentur, ob remedium animae nostrae monasterio Bigaugiensi in honorem sancti Iacobi instructo, et provisori eius Windolfo tradidimus: Scazlausdorf, Ottendorf, Scadorf, Monichoroth, Luziki, Suoerdorf, Zulanesdorf, Belanesdorf, Milanisdorf, Drogisdorf, Scazindorf, Wadisdorf, Wiseska, Everhardisdorf, Moisdorf, Sescuice, Kozowo. Hae autem sitae sunt in burcwardio Groiska, in comitatu Uodonis marchionis, inter fluvios Wira et Snudra. Actum anno* 1105. *indictione* 12, 9. *Kal. Oct. nono anno ordinationis eius, consentientibus illius ecclesiae canonicis Huperto vicedomino, Dietoldo decano, magistro scolarum Walthero, et laicis Ludigero, Heinrico, Gisilberto et aliis clericis et laicis quamplurimis. Ego Albuwinus propria manu subscripsi. Misericordia Domini plena est terra. Si quis autem diabolo instigante huius nostrae traditionis impius violator exstiterit, perpetuo se sciat anathematis vinculo esse dampnandum.*

Anno Domini 1106. Domnus Wicpertus comes coenobii sui commodis non tantum in praesens sed etiam in futurum providens, consilio domni Windolfi abbatis ceterorumque sibi fidissimorum decrevit eundem locum iuri seu potestati sedis apostolicae in perpetuum mancipare, quatinus eum in posterum nullius secularis personae dominio vexari contingeret. Proinde vice sua militem nomine Luvonem[a] in agendis negotiis et causis industrium sibique

a) luuon | *margine absciso* 1. luvonem *ed.*

37) Wybra? Plisnam influit. 38) in Westfalia ad nostra usque tempora areae possessor nomen eius induere solebat. 39) Lausigk inter Bornam et Colditz. 40) Schnauder Elistram influit.

familiarem, ad apostolorum limina Romam direxit, qui Romanae libertati coenobium idem allegatione fideli destinaret, et ab apostolico dari super hac ipsa traditione privilegium impetraret. Domnus ergo Paschalis apostolicus huius nominis secundus, beati Petri vicariam amministrans, cognitis causis itineris eius, auctoritate fretus apostolica cum sigilli sui impressione Bigaugiense coenobium hac privilegii confirmatione sancivit: *Paschalis episcopus servus servorum Dei, fidelibus per Saxoniam salutem et apostolicam benedictionem. Desiderium quod ad religiosum propositum et animarum salutem pertinere cognoscitur, auctore Deo sine aliqua est dilatione complendum. Gwicbertus siquidem Saxonicae gentis illustris comes, in Merseburgensi parrochia in loco praedii sui quod Bigowia dicitur, monasterium pro sua suorumque salute construxit: quod misso vice sua Luvo spectabili milite super beati Petri altare obtulit et in perpetuum iuri sedis apostolicae mancipavit, advocatiam tamen ipsemet domnus Gwicbertus habiturus excepit, post eum aut posteritatis suae natu primus, siquidem iuste et utiliter ecclesiae praeesse voluerit, sin autem, aut quod Deus avertat, posteritas sua defecerit, abbas loci eiusdem saniori consilio suorum utilem sibi et ecclesiae eligat advocatum, quem voluerit. Nos ergo eius desiderium laudabile prosequentes, decreti praesentis auctoritate sancimus, ut tam praefatus locus quam omnia ad eum pertinentia sub apostolicae sedis tutela munita semper et illibata permaneant, servorum Dei illic degentium usibus omnimodis profutura, ut tamen unius aurei census annuus Lateranensi palatio persolvatur. Nulli omnino hominum liceat eundem locum temere perturbare, aut eius possessiones auferre, minuere, vel quasi piis de causis suis usibus applicare. Sane sepulturam loci illius omnino liberam esse decrevimus, ut eorum qui illic sepeliri deliberaverint devotioni et extremae voluntati, nisi forte excommunicati sint, nullus obsistat. Crisma, oleum sanctum, consecrationes altarium sive basilicarum, ordinationes monachorum qui ad sacros ordines sunt promovendi, ab episcopo, in cuius diocesi sunt, eiusdem loci fratres accipiant, siquidem gratiam atque communionem apostolicae sedis habuerit, et si ea gratis ac sine pravitate voluerit exhibere. Alioquin a quovis katholico maluerint antistite consecrationum sacramenta suscipiant. Porro nullus ibi in abbatem qualibet surreptionis astucia seu violentia praeponatur, nisi quem fratres communi consilio vel fratrum pars consilii sanioris secundum Dei timorem et beati Benedicti regulam elegerint. Si quis autem, quod absit, huic nostro decreto[a] in perpetuum mansuro contraire voluerit, anathemate feriatur, et honoris atque officii sui periculum paciatur, nisi praesumptionem suam digna satisfactione correxerit. Observantibus autem haec pax a Deo et misericordia perhenniter conservetur, Amen.* VERBO DOMINI COELI FIRMATI SUNT[b].

Eodem anno Heinricus tercius imperator obiit.

Annus Domini 1107. Annus Domini 1108.

Anno Domini 1109. Hoc anno Heinricus rex huius nominis quartus, natale Domini (cf. Ekkeh.) Mogontiae celebrare disposuit. Quo cum principes Teutonici magno fulti apparatu, sollempniter undique convenirent, Wicpertus etiam cum filiis suis Wicperto et Heinrico affuit, quibus, proh dolor, eadem festivitas in luctum conversa est. Domna enim Iudita comitissa, omnium veneratione memoriaque digna, Deo sicut speramus et optamus pie disponente, pro bona liberalissimaque erga nostrum coenobium sua voluntate, cum beatis coniugatis in nativitate sui Salvatoris angelico carmine gloriam in excelsis agno qui tollit peccata mundi canitura, et in sinu Abrahae cum requie coelestibus pro terrenis fruitura, in suo patrimonio Budissin dicto 16. Kal. Ianuarii viam universae carnis ingreditur. Nunciis igitur celeriter utrimque missis, qui huius obitum non solum domno Wicperto filiisque suis, sed etiam Boemiae principibus, domnae Iuditae fratribus, referrent, interim illius exequiis ab omnibus catervatim occurritur. Verum domnus Wicpertus relatione tam tristi per nuncios accepta, statim a rege impetrata remeandi licentia cum flebili de coniugis suae decessu querimonia, legatoque quantocyus praemisso, qui corpus interim ad Bigaugiense coenobium deferri faceret, illud ab abbate Windolfo cum honore et a fratribus eius cum luctu et cantu rite suscipitur, ipse vero domnus Wicpertus cum suis velocius[c] consequitur. Quo tandem adveniente principibusque Boemiae simul occurrentibus, lamenta fiunt ingentia, fit concursus ex populorum frequentia, qui inter 4 dies undique confluxerat ex quo Bigaugiae corpus allatum feretro continue superpositum et inhumatum remanserat. Praeter episcopum Misnensem, qui cum exequiis advenerat, domnus Wicpertus Albuwinum

a) *alio atramento add. in marg.* 1. b) *hoc dictum in bullis Paschalis obvium in codice truncatum est.* c) uolocius 1.

Merseburgensem et Walravanum Zicensem invitavit, qui stipati ordine clericorum adveniunt, et debita veneratione devote exequiarum officia persolvunt. Quo tandem titulo tantae tamque celebres exequiae, quo lectori satisfiat, merebuntur insigniri vel determinari? Brevi prorsus. Quid enim brevius dici aut verius poterit a nobis audiri, quam terram terrae, cinerem cineri commendari? Sed procul dubio in spe singulari resurrectionis ac regenerationis constituti sunt, qui beate in Domino obdormientes in pace requiescunt. Quam pacem et regenerationis gratiam dominae nostrae Iudithae concedat redemptor animarum nostrarum, qui cum Patre et Spiritu sancto vivit et regnat Deus etc. Sciendum tamen, quia in loco ubi monumentum eius factum apparet, ibi corpus non iacet, sed in crepidine altaris sanctae Crucis, qui locus indicio tali manet adhuc notabilis. Idem enim altare[a] tunc in altiori loco positum erat[b].

His ita transactis, domnus Wicpertus solita liberalitate erga nostrum locum usus, pro suae coniugis animae remedio specialiter ascribenda donavit haec: scilicet mantellum eius preciosissimum insigniter et artificiose satis auro textum, ex quo kasula optima facta est, non tamen ad magnitudinem eius, utpote in varias partes tum utiliter tum inutiliter mutilati, cuius etiam aurifrisium in alteram cappam pergrande transpositum constat. Addidit huic etiam scrinium permagnum, et ad superlativum tam auro quam gemmis et electro decoratum; praeterea tres pergrandes cruces, etiam electro gemmis et auro insignes, et earum bases argenteas; insuper urceolum argenteum ad aquam benedictam congruum. Praeter haec duo kandelabra Graeco opere fusilique decora, et optimam investituram principalis altaris quam ex eius supellectili fuisse tradunt, et velamen optimum quod analogio summis in festis superponitur, in quo euangelium recitari solet. Ex his omnibus quaedam apud nos nunc non sunt: alia enim tempore famis[41] expensa sunt, alia etiam pro 41 comparandis praediis distrahi contigit.

Praeter ista domina Iuditha cum adhuc viveret, kasulam viridis coloris cum aurifrisio huic ecclesiae dederat, sed et beati Nicolai basilicam tam altaris quam sacerdotis praeparatura et duobus mansis regalibus in villa Borkwice dotaverat, ad usum scilicet presbiteri qui iugiter ibidem missarum sollempnia celebraret[c]. Quis demum verbis explicet, quanta non tantum tricesima die, sed etiam infra, domnus Wicpertus liberalissimus, egrotis, egenis, orphanis, viduis largiendo, fami, nuditati, paupertati, omnique eorum necessitati large subveniendo misericorditer expenderit; denique qua frequentia, qua liberalitate ipsum tricenarium suae dilectissimae coniugis exegerit, quis dicere vel quis scire mod ? Et quia nil dignum tanta festivitate brevis haec nostra relatio potest attingere, visum est lectoris ista prudentiae iudicioque relinquere.

Anno Domini 1110. Post haec domnus Wicpertus de suae coniugis obitu tandem vix aegre consolatione recepta, necessarium ducens alteram sibi quodammodo matrem familiae providere, relictam domni Cuononis nobilissimi principis de Bichelinge, nomine Cuonigundem, ducere statuit. Quae cum propositum viduitatis adhuc animo volveret et eius peticioni primum annuere dubitaret, postmodum habito cum suis saniori consilio, quoniam multos potentes invasores praediorum suorum sustinere iam non poterat, quorum habundantiam ei vir suus reliquerat, etsi non voluntate tamen necessitate petitae coniugii copulae consensit. Eorundem enim importunitate graviter vexabatur, quorum fraudulentia vir eius nobilissimus occisus fuerat clam contra ius et fas, nil ab eis utpote suis hominibus mali suspicatus; quorum unus Edelgerus de Ylvelt[42], alter Cristanus de Rotenburch[43] dicebatur. Eius ergo consensu domnus Wicpertus comperto, satis exhilaratur, nec solum eius felici coniugio potitus est, immo persuasit ei, ut filiam suam prae aliis quatuor elegantissimam ac famosissimam nomine Cuonigendem, filio eius seniori, Wicperto scilicet desponsaret. Quod cum impetrasset, utrique, videlicet tam matri quam filiae, una nuptias sollempnes pater cum filio supra quam dici nunc possit liberaliter exhibuerunt. Reliquas vero sorores quatuor nobilissimis Saxoniae et Thuringiae principibus desponsaverunt. Ea demum vicissitudine coniugii pactum et fide a praedicta matrona firmatum est, quod si prior eadem comitissa naturae concederet, domnus Wicpertus et eius haeredes huius patrimonium optinerent. Habebat autem inter cetera praedia sua abbatiam in confinio Saxoniae et

a) altere 1. b) *alio atramento pergit* 1. c) cebraret 1.

41) anno 1150. 42) Ilfeld prope Nordhausen. 43) castrum destructum in monte Kyffhäuser dicto.

Thuringiae Oldesleibon[44] dictam, quam prae omnibus specialiter domni Wicperti, mariti sui, curae dominioque commendavit. Eius enim res valde dilapidatae fuerant, religioque destructa sub regimine Luperti, abbatis eiusdem coenobii, cuius irreligiositas domno Wicperto iam innotuerat. Quo merito deposito, industriae domni Windolfi abbatis idem locus designatur, ut eius status, illo cooperante, priores utilesque fratres ibi providente, aliquo modo recuperaretur. Cui loco cum aliquamdiu pro posse suo utiliter providisset, pertaesus tandem duplicis laboris, quia „pluribus intentus minor est ad singula sensus“, pensansque ex eius loci prospectu Bigaugiensis coenobii defectum, commodius visum est, ut aliquem ibi praeficeret, et suum ex hoc laborem relevaret. Quapropter domnum Hillinum[a] apud Corbeiam impetravit, cuius industriam iam pridem expertus fuerat, quia sibi praestitus prioratum apud Bigaugiam strenue satis amministraverat. Hic eidem coenobio praelatus, cum permultos annos ibi praefuisset, in Ierosolimitana profectione, Cuonrado rege christianorum exercitum ducente, in comitatu domni Bernhardi comitis de Plozeka, 2. Idus Martii feliciter occubuit. Praeter haec potestatis immo felicitatis incrementum domno Wicperto per idem tempus accessit, quod Vizo quidam de Vizemburch[45] nobilis ac praedives ei consanguinitate iunctus, ad extrema deveniens, ipsum omnium praediorum suorum heredem reliquit. Is congregationem sanctimonialium in eodem castello de praediis instituerat. Quo defuncto, domnus Wicpertus venerabilem matrem suam domnam Sigenam, iam secundo viduatam, ibi pausare usque ad vitae suae terminum in sancta conversatione concessit, ad cuius necessitates[b] quantum fuerat dignum impenderat. Qua etiam post aliquod tempus ad Dominum transeunte 6. Kal. Martii, ibidem in monasterio sepelitur cum duabus abbatissis, quae eiusdem loci praefuerant congregationi. Eodem tempore quaedam praedives matrona, neptis supra memorati Friderici comitis de Lengenvelt, ad eundem locum se cum propriis praediis ad quindecim talenta contulit. Haec cum ipsa facultate cumque collegarum suarum numero libertate nobilitatis abutens, animum domni Wicperti erga religionem sacram semper detentum graviter offendit, qui non diu huius offensionis vindictam dissimulavit. Situs enim eiusdem videbatur irreligiositatis occasionem non modicam efficere, ideoque tam ordinem ipsum, immo exordinationem, quam etiam loci situm transponere cogitavit. Praedictam ergo virginum, utpote fatuarum, cohortem sub interminatione locum iussit deserere, ne illum, quem Deo servientes utiliter inhabitare possent, deinceps inutiliter occuparent. Consilium enim a domno Ottone Babenbergensi habuit episcopo, cuius fama religionis ac pietatis late tunc percrebuerat, ut in eiusdem castelli vicinia iuxta fluvium Unstroth monasterium fundaret, in quo monachis aggregatis, praedicti loci praedia eis confirmaret. Qui nil parere moratus, in loco qui Reinestorpf dicitur, sacrae religionis item fundator esse coepit, abbatemque suum Windolfum convenit, quatinus aliquem virum industrium et ad id opus utilem eidem loco praeficeret. Cui satisfacere per omnia sagaciter abbas studens, domnum Luodigerum fratrem venerabilem, de quo supra retulimus, quod in priorem sibi datus, sed denuo receptus decaniam apud Corbeiam amministrabat, hunc in abbatem sibi dari optinuit, quem eidem coenobio praeficere cogitavit. Quo apud Bigaugiam revocato et regulariter electo, interim domnus Wicpertus nuncio celeriter praemisso praefatas sorores locum dare quantocius iussit, demandans ut absque ulla retractione abscederent, nec illius adventum, donec ipse cum abbatibus et fratribus superveniret, ulla racione praestolari praesumerent[c].

c. Ekkeh. 1109. Anno Domini 1110. Heinricus ergo iunior regno potitus, filium Vratizlai regis Boemiae, nomine Borwi, regno privavit, et quendam nomine Zuetipolcum ei substituit[46]. Ex hoc Wicpertus valde doluit, et ut restitueretur summa devotione regem obnixe petiit, nec tamen obtinere potuit, et ex hoc regi frequenter exprobravit. Rex autem Zuetipolco consuluit, ut omnes primates qui Worswice dicebantur decollaret, illeque paruit[47].

Anno 1111. Deinde in Poloniam expeditionem suis indixit, et Wicperto, ut simul proficisceretur, imperavit. Qui sumptis duobus milibus, profectus est. Cum ergo propter Borwi regem haberet infensum, Zuetipolc cum rege plurima de Wicperto clam tractabat consilia, quod illius non diu latuit industriam. Saepius vero Zuetipolco mediae noctis

a) Ludgerum *ed. Hildelinum* 4. b) accessates 1. c) nullus defectus vitae *add.* 1. *manu saec. XV. aliaque pagina pergit.*

44) Oldisleben ad Unstrutam. 45) Vitzenpurg ad Unstrutam in territorio Freibergensi. 46) cf. de his Cosmae chron. III, 27. SS. T. IX. 47) cf. Cosmae chron. III, 24.

tempore ab huiusmodi consiliis ante Wicperti tentoria transeundo ad sua redeunte, tandem [1109.] cum suo egit milite quodam, ut transeuntem sicut heri et nudius tertius inprovisum clam perimeret. Cuius transitum idem diligenter explorans, cuspide in eum vibrata inter scapulas ducem transfixit, illoque ruente, ad castra Wicperti miles aufugit. Exorto deinde clamore Boemorum, ubi eis interitus ducis innotuerat, nil morati praecipites aufugiunt, et regem in grandi positum anxietate relinquunt. Vocatus dehinc a rege Wicpertus, affuit. Quem rex ut se cum suis a Polonia deduceret, obnixe peciit. Quod se facturum gratanter pollicetur, si Borwi per eum in paternum principatum restitueretur. Cuius peticioni tandem refragari non valens, utpote necessitate ductus annuit, et ut illum in paternam sedem reduceret, imperavit. Rex itaque festinus Wicperto praeduce Polonia decessit. Sed Wicpertus iuvenis, filius Wicperti, patre iubente Borwi in principatus sedem Pragam reduxit[48]. Rege vero in partes Teutoniae usque Nuenburc[49] veniente, compertoque [49] quod Wicpertus iunior Borwi reduxisset et adhuc in Poemia moraretur, Lodeszlao magis favens, fratri scilicet Zuetipolc, quem Wicperto inscio pro fratre dolose in principatum subvexerat, eodem instigante seu cooperante Boemiam ingreditur[50], Wicpertum iuniorem et [1110. Ian. 1.] Borwi doli inscios insequitur. Cuius adventu doloque praefati comperto, ad praesidium confugiunt, et[a] Wicpertum quidem in Praga, Borwi in Wissigrat obsedit, eosque per septem dies fortissime reluctantes tandem optinuit et captivos secum abduxit, eosque in Hamerstein custodiae mancipavit.

Anno 1112. Wicpertus senior compertis his quae acciderant, graviter doluit, nulloque alio pacto filium redimere potuit, donec urbem Liznich et pagos Nisen et Butdessin una cum urbe Morunge[b] regi tradidit; quae omnia statim Hogero comiti de Manesfelt, sibi familiarissimo, in beneficium rex concessit. Wicpertus iunior relaxatus, non multo post cum rege in Thuringiam devenit, ubi eum municipio quodam Ekehardberc[51] dicto inbeneficiavit. [51]

Anno 1113. Rex ergo manifesto iam odio Wicpertum seniorem insectatus, Lodeszlao auxilium sibi ferente Groisca deliberavit invadere. Wicpertus quoque iunior Nuenburc urbe se sperans inbeneficiari, regi contra patrem fuit auxilio; Wicpertus autem senior electissimos quosque milites cum apparatu bellico et militaribus instrumentis in munitionem urbis aggregavit. Cumque ab exercitu regis eo ventum esset, Lodezlaus cum suis subito congressu nisus est urbem expugnare, sed ultra 500 suorum amisit. Rex autem expugnationem omittens, post octo dies inde transiit, et Nuenburc[c] urbe quendam sibi familiarem inbeneficiavit. Sicque Wicpertus ab eo deficiens, ad patrem rediit.

Anno 1114. Wicpertus igitur denuo regis adventum praecavens, amiciciam cum Sige- [1113.] frido palatino comite de Orlamunde, et cum Luoduwico comite de Thuringia pepigit. Qui ob huiusmodi placitum apud Warrenstede[52] condixere colloquium. Quorum contra regem [52] conventione Hogerus comperta, cum trecentis insperatus advenit. Illi cum impares armis ac militum numero ad resistendum essent, Lodewigus fugiens evasit, Sigefridus palatinus occiditur, Wicpertus multis vulneribus sauciatus et captivus abducitur, et in Liznich custodiae mancipatur. Dein Wirciburc in curia coram principibus habita regi repraesentatus, ab omnibus capitali sententiae adiudicatur. Traditus est ergo ad decollandum cuidam militi de Plisna[53] Cuonrado nomine. Qui cum iussa perficere moraretur, et in campo eius necem differendo nuncium regis meliorem aliquem praestolaretur, interea cuncti principes Wicperto iuniori suggesserunt, ut Groiscam cum omnibus paternis praediis ad revocandam mortis sententiam pro patris scilicet redemptione regi devotus offerret. Quod cum fecisset, Wicperto quidem vitam indulsit, sed in munitissima urbe sua Drivils[54] eum reservari per trien- [54] nium circiter mandavit. Quo comperto Wicpertus iunior et frater eius Heinricus contra regem ad Saxones se contulerunt, et ob hoc cum Louduwigo comite rei maiestatis adiudicantur. Per triennium ergo patre in captivitate posito, silvarum latibulis, hominum destituti solatiis, instar ferarum se suosque tuebantur.

Anno 1115. Interim Heinricus imperator insolentiae suae modum nesciens imponere, [1114.] omnes principes Saxoniae censu ante inaudito cunctis indicto vehementer infestabat, ita ut episcopum de Halverstat Reinhardum et palatinum comitem de Sumerseburg, et

a) rex *scilicet.* b) unorunge 1. c) nuenbere 1.

48) cf. Cosmae III, 28. 49) Nürnberg indicare videtur, cf. Ekkehard. Natale Babenberg celebravit, unde Regensburch profectus est. 50) cf. Cosmae III, 32. 51) Eccartsberga. 52) Warnstedt villa Halberstadensis. 53) iam Altenburg. 54) Trifels.

1114. Fridericum de Arnesberch, Ruodolfum Nortmarchia[a] potitum, singulos suis dignitatibus privaret, aliosque sibi faventes eis substitueret. Qua iniuria unanimes commoti, cum Louthario duce Saxoniae, et Wicperto iuniore et fratre eius Heinrico ceterisque ab eo iniuriatis pariter adunati, multa conventicula simul habuerunt, et tandem iuxta Cruciburch[55] conglobati, initum foedus iuramento firmarunt[b]. Inde proficiscentes, castrum quod Wallebeche[56] dicitur ad iniuriam regis aedificaverunt, ex quo Hogerum comitem omnibus modis infestabant. Wicpertus vero iunior iuxta Guntorph[57] nemoris latibulo se occulens, ex adversariorum frequenti invasione necessitati propriae subveniebat. Mense iam Novembri opaca silvarum foliis deficientibus illustrabantur; quarum latebras sibi ratus hactenus haut fore tutas, ad Adelgotum tunc archiepiscopum, suum nepotem, legatum cum peticione destinavit, ut in aliquo suae ditionis municipio cum sua coniuge Counegunde paucisque militibus eum concederet hiemare, quem bruma non sineret sub divo latitare. Cuius necessitati episcopus compatiens, misso nobili viro nomine Adelberto, Wicpertum una cum coniuge et quodam Swidigero alioque Bruonone suisque quinque ministerialibus, ultra Albiam in urbe quae Luburch[58] dicitur fecit collocari. Cuius praefectus urbis, nomine Pribron, adhuc pene fuerat paganus, eo quod ultra Albiam illis temporibus rarus inveniebatur christianus. Quod factum ubi imperatori innotuit, ad curiam Goslariae indictam archiepiscopum evocavit, ignorantem erga se dolose agi. Cum quo Wicpertus ad curiam legatum ex suis destinavit, quatenus si quid de se ibi ageretur, per eum resciret. Cumque sero iam esset ex quo postera die imperator cum frequentia principum erat assessurus et de rei publicae statu tractaturus, quidam archiepiscopo familiaris a suo nepote, qui in regis erat ministerio, est clam praemonitus, scilicet archiepiscopum regis circumventum fraudibus, et non solum sequenti die deponendum, sed etiam cum suis omnibus capiendum. Quibus ille compertis ad noticiam domini sui ea detulit; et ille nil moratus, in ipsius noctis tenebris, ignorantibus adversariis et celeriter equis ascensis, Magdaburch ante mediam noctem cum suis aufugit.

Dec. 25. Mane facto, factum rex comperit, contemptumque regiae maiestatis graviter tulit. Querimonia ergo de hoc coram principibus habita, quorum favore illius alebatur audacia, archiepiscopus absens deponitur, et ultio fieri de Saxonibus rei publicae contemptoribus ilico decernitur. Expeditione dehinc post 40 dies, scilicet 4. Idus Februarii suis omnibus indicta, apud Walehusen[59] interim suum adunant exercitum, Saxonibus e contra pro posse in id ipsum enitentibus.

1115. Ventum erat ad tempus indictum, et locum qui Welfesholz[60] dicitur, et ibidem[c] propter hiemis asperitatem ac nivium importunitatem bellum in crastinum differtur. Nocte

Febr. 11. transacta, sub tempore primae surgentis aurorae, Reinhardus episcopus inter missarum sollempnia verbum fecit ad populum, monens eos divinam implorare clementiam, satis affirmans, Deum invocantibus in veritate numquam eius defuisse misericordiam. Peractis missarum sollempniis regis adventum constantissime praestolabantur, et ad defensionem libertatis et patriae se viriliter cohortabantur. Imperator adveniens, suas ordinavit acies, et in primo congressu Hogerus cum suis locatus, prior omnibus a suis paululum cum quodam Luotolfo remotus et audaciae iactantiam iungens, solus equo desiliit, et manu gladium exertum gerens, in Saxones praeceps accurrit. Quem Wicpertus iunior, duobus sibi sociatis Cuonrado et Hermanno fratribus, viribus valde praestantibus, nil moratus aggreditur, forti nisu cuspide in eius pectus vibrata. Qua per Luotolfum confestim extracta, Hogerus Wicpertum ense commotus impetiit, sed ictus clipeo illum protegente cassatur, statimque gladio per medium caput reverberatum Hogerum prostravit, et nitentem exurgere, limbo loricae nudatum gladio transfodit. Sublato igitur clamore, cunei utriusque partis conseruntur, et Saxones pro se patriaque viriliter agentes, hostes nec spe nec timore enitentes quasi oves tanto furore aggressi sunt, ut 30 seu 20 ab uno Saxonum occumberent. Tota ergo die pugnatum est, et nox interveniens bellum diremit. Ita rex victus fugatus est a Saxonibus, tota nocte metu insidiarum ibidem perdurantibus. Victores ubi postera die regem in Baioariam fugisse compererunt[d], ad sua redierunt[e].

a) nortmachia 1. b) firmarent 1. c) ipidem 1. d) comperunt 1. e) 4. *addit hoc loco:* De bellis istis quinque cum Saxonibus satis habetur in cronica Magdeburgensium episcoporum et alibi. Sed nusquam legi nisi hic quis istum occiderit Hogerum de Mansfelt tocius mali incentorem. Nec clare habetur ibi quod hic sequitur de fundacione Novi operis prope Halle quod mirum est.

55) ad Wirram. 56) Walbeck in tractu Mansfeldico. 57) in territorio Schkeuditz. 58) Lobburg ab oriente Magdeburgi. 59) Walhausen in territorio Sangerhausano. 60) in comitatu Mansfeldico.

1116. Anno 1116. fundatum est a venerabili Adelgoto archiepiscopo Magdeburgensi cenobium Hallense, quod dicitur Adnovumopus[60]. [60] Luodewicus comes a vinculis absolvitur. Eruwinus[a] comes monachus factus est. Aput Mogontiam civitatem concurrentibus civibus una cum Arnoldo, ipsius civitatis comite, rex coactus episcopum Mogontiensem Adelbertum a vinculis absolvit[61]. [61]

Anno 1117. 3. Non. Ianuarii ante solis occasum terrae motus factus est magnus. Luna in sanguinem conversa deficere visa est. [cf. Ekk. et Cosm. III, 43.] In Suevia terribile quiddam contigit; terra enim instar domorum ebulliens, subito in abyssum dilabitur. Aer visus est igne pariter et sanguine mixtus. Igitur Wicpertus iunior Dedonem de Crozuch obnixe rogavit, ut miseriae suae condolens, in aliquod municipium suum eum cum suis exciperet. Sed illo dicente, se aditum eius insolentiam cavere, saltem atrium ecclesiae sibi concedi flagitabat. Quo annuente, cunctis in vicinia positis lignorum et lapidum habundantiam ei convehentibus, infra 14 dies tutum sibi suisque aedificavit asilum, et circumquaque posita violenter invasa suis militibus divisit in beneficium. Novem fere dehinc transactis ebdomadibus, urbem Dewin per insidias occupavit, tantumque auri et argenti, vestium, equorum ac ceterarum rerum ibi habundantiam diripuit, ut singuli ex eius militibus suam inde[b] relevarent inopiam. Hac igitur urbe potitus, 24 in brevi circumposita subegit municipia, deinde auxilium ferente Adelgoto Magdaburgensi archiepiscopo, et Gerdrude marchisa, matre scilicet reginae Richincae, opitulante, duobus milibus militum Groiscam obsedit et optinuit. Archiepiscopus Adelgotus cum Halberstadensi episcopo et palatino comite Friderico, Wicperto etiam et Luodewigo Nuenburc obsidione vallavit et adiacentem Thuringiae provinciam grandi ex parte vastavit. Cumque ad diripienda pabula circumquaque discurreret exercitus, Heinricus cognominatus Cum-capite multa per insidias intulit eis incommoda. Quapropter Wicpertus et Luodewigus cum ceteris nobilioribus per se statuerunt ad direptionem pabulorum occupari, ut eidem possent insidiari. Quem cum obvium haberent, fugientem in munitionem Arnesberch[62] persecuti comprehenderunt, et ad archiepiscopum ceterosque [62] principes perducunt. Quo audito urbani Nuenburch tradiderunt. Imperator etiam his compertis, Wicpertum seniorem et Luodewigum, Burchardum quoque de Misna a captivitate laxare tunc demum compulsus est pro relaxatione Heinrici. Wicpertus ergo dimissus, Groiscam revertitur; sed ab urbanis ab ea arcetur, missoque imperator legato, ut ei restitueretur, mandavit. Exinde Liznich Wicpertus cum exercitu petiit; sed castellanis ei resistentibus, multo tandem labore multoque tempore confecto, urbanis expulsis eam optinuit. Eodem tempore ab Adelgoto archiepiscopo Magdaburgense praefecturam mille clipeis et 500 talentis praeditam in beneficium accepit. Omnibus igitur suis ei restitutis, ad curiam Wormaciae indictam perrexit, et imperatori pro suorum recuperatione grates persolvit, et ut marchia Luzensi ab eo insigniretur, promissis duobus milibus talentorum exoravit. Imperator tutum sibi fore ratus, si tantae virtutis virum cum tali beneficio suae familiaritati ascisceret, dignitate quam affectarat eum insignivit, ac deinceps inter reliquos principes tam honore quam familiaritate parem habuit. Sed antequam remeandi licentiam ei concederet, cappa dalmatica seu tunica satis decentibus eum donavit, quae ornamenta Monasteriensis episcopus, rufus Burchardus[63], imperatori obtulerat. [63] Ita Wicpertus prosperis sibi succedentibus, regali munificentia insignitus ad propria remeavit.

Anno 1118. Paschalis papa secundus obiit; qui privilegium Bigaugiensi coenobio pri- [cf. Ekkeh.] mus tradidit, impetrante hoc Wicperto eiusdem coenobii fundatore, postmodum marchione in Luziz. Pro Paschali Gelasius, qui et Iohannes, constituitur. Qui mox ab hereticis expulsus, cum suis Galliam fugiendo devenit. Concilium magnum Coloniae sub cardinali Cuo- [Ekkeh.] none, Praenestinae civitatis episcopo, congregatum est. Item aliud concilium sub eodem in Friteslare. Saxones cum civibus Mogontiensis[c] civitatis oppidum Oppenheim violenter impugnantes destruunt, et ex omni parte flammis conflagrantibus, fere ad 2000 utriusque sexus perimunt. Castrum etiam Cuphese[64] magna vi ac fortitudine Saxonum, non sine morte [64] plurimorum et vulneribus innumerabilium funditus eversum interiit. Heinricus imperator quintus de Italia revertitur. Boppo de Henninberch obiit. Inundatio fluminum facta est.

Anno 1119. Gelasius papa secundus obiit, pro quo Kalixtus Viennensis episcopus, [cf. Ekkeh.]

a) Euerwinus 4. b) s. d. suam c. 1. c) mogontiensę 1. 60) Neuwerk. 61) cf. Ann. Hildesh. 62) castrum supra Arnsburg in principatu Schwarzburgensi inferiori. 63) Constantinopoli legatus obiit; v. Ekkehardum a. 1121. 64) Kyffhäuser; cf. Ann. Saxo p. 755.

a septem cardinalibus et reliquo clero ac Romanis, qui cum papa Gelasio expulsi aput Gallias exulabant, et ab universis Galliae episcopis papa constituitur. Conventus regis ac
65 tocius regni principum fit aput villam Ecstein[65] super ripam fluminis Mogoni. Sinodus
Ekk. aput Remensium urbem a 450 episcopis et abbatibus sub papa Kalixto celebratur. Eodem anno Adelgotus Magdaburgensis archiepiscopus, tam Deo quam hominibus acceptabilis, obdormivit in Domino. Cui Ruggerus successit.

Anno 1120. colloquium ab universis regni Teutonici principibus super dissensione regni[a] habendum Vuldae condicitur. Quo missis nunciis, rex cum suae partis assentatoribus rei negotium omni qua poterat arte, obsecrando, pollicendo, Wormatiam differens, paucis Saxonum ad regem, reliquis omnibus ad propria redeuntibus, conventionis eorum propositum diremit. Welpho dux[b] obiit. Fridericus palatinus de Saxonia obiit. Beatrix relicta Poponis de Henninberch obiit.

cf. Ekkeh. a. 1122. Anno 1121. Erlingus Wirciburgensis episcopus obiit. Sed mox orta dissensione tam cleri quam plebis, pars regi favens Gebehardum quendam, altera vero Friderici ducis de Suevia, et Cuonradi fratris eius ducis nichilominus auxilio freta, Ruggerum constituit, qui et paulo post ab episcopis Mogontiensi, Wormatiensi, Spirensi episcopatum dereliquit expulsus. Sol aere fumoso et fetenti obscuratus et quasi in sanguinem conversus, ab hora diei nona usque in diem tercium soliti splendoris luce caruisse visus est.

Anno 1122. cardinales duo a papa Calixto missi, regem cum omnibus partis suae fautoribus aput Wormatiam excommunicatione absolvunt, ipso tamen rege omnem prius hereticam pravitatem, propter quam fuerat excommunicatus, abiurante, et ecclesiae catholicae fidem[c] et oboedientiam promittente.

Anno 1123. Reinhardus Halberstadensis episcopus obiit, pro quo Otto constituitur. Teodericus episcopus Cicensis ex inproviso occiditur, pro quo Richwinus constituitur. Luodewicus comes, Reinherisbrunnensis coenobii fundator, ibidem monachus factus obiit. Heinricus marchio iunior obiit, pro quo imperator Heinricus binos marchiones constituit, Wicpertum quendam praedivitem, et comitem Hermannum de Winciburch. Sed Adalbertus et Cuonradus comites de Saxonia, ducis Lotharii ceterorumque Saxonum freti auxilio, depulsis illis loca eorum pariter atque dignitates invadunt. Per idem
66 fere tempus cum episcopus Mogontiensis Adelbertus a provincialibus qui Tutersteten[66] marcham incolunt decimas frugum exigeret, illique fortiter resisterent, contigit quosdam ex eis a militibus episcopi occidi, alios obtruncari, nonnullos vero captivos abduci. Unde Thu-
67 ringi permoti ac simile sibi metuentes, in collem Treteburch[67] de cunctis finibus suis conveniunt. Iamque civitatem Erpesfurt ubi tunc episcopus forte manebat, cum viginti milibus irrumpere parant, ceptumque perpetrassent opere, si non idem episcopus, ut erat vir
Ekkeh. a. 1123. naturali praeditus ingenio, prudenti eos avertisset consilio. Eo tempore iuxta Wormaciam apparuerunt animae instar exercitus equites et armatae, vagari, quae fatebantur se animas multorum militum nuper interfectorum.

Anno 1124. Quoniam in praecedentibus pro posse et nosse retulimus domni Wicperti marchionis, Bigaugiensis coenobii fundatoris, nobilissimam genealogiam, tum etiam a puero in virtute animi et corporis industriam, et qualiter in hac provincia, quae Suurbia dicitur, in praediis et beneficiis tam in pace quam in bello acquisitis tandem prae caeteris ditatus invaluerit, principatum quoque ac monarchiam[d] in Lusiz, sed et praefecturam in Magdeburch principalem optinuerit; et inter haec omnia quam ferventer in Bigaugis et aliorum coenobiorum tum fundatione tum cooperatione pro suorum enormitate delictorum Deo et sanctis satisfacere studuerit, cunctisque terrenis opibus divinum cultum praetulerit: modo dicendum restat, multis tamen brevitatis causa omissis, quam beato fine decesserit. In villa Halle, ubi advocatiae causas amministrabat, dum hiemali tempore pernoctaret, in ipsius conticinio noctis omnibus ex securitate peractique diei laetitia gravi somno detentis, paleam ad militum lectisternia huc et illuc negligenter sero disiectam focus ex vicino lare corripuit, et cum aliquamdiu ignis invaluisset, solus princeps expergefactus somno excutitur; impaciensque morae silenter tamen, ut erat seminudus, surgens, nudis plantis conculcando

a) *bis in c.* 1. b) bavariae *manu saec. XV superscriptum* 1. c) fidem — promittente *in fine paginae exciderunt* 1. d) *ita* 1. *marchiam intelligit.*

65) an Hörstein supra Hanau? 66) Duderstadt. 67) collis prope Gebeseo a Lamberto a. 1073. memoratus.

paleas extinguere aggressus est. Quod et omnibus insciis perfecit, ac semiustus stratum revisit. Ex hac exustione paulatim in tantam imbecillitatem devenit, ut ex eo numquam convaluerit. Mane facto manifestis indiciis res innotuit, quae tam compassione quam ammiratione cunctos affecit. Exin ad suam Groischa se iubens reduci, prius ad suum asilum, ut ante semper consueverat, Bigaugiam divertit. Ubi inter manus suis eum deducentibus, tandem ex intimo cordis oratione fusa, ne fratres suae imbecillitatis praesentia nimium sollicitaret, ad urbem statim excessit. Ubi tota hieme ingravescente morbo, tandem exterioris hominis pertaesus importunitatem, totum se convertit ad Deum, qui solus interioris hominis sanat infirmitatem, ut eius ab interitu perpetuo vitam redimeret. Misso igitur ad filium sororis suae, Ruokerum Magdabur ensem archiepiscopum aliosque vicinos episcopos, Arnoldum Merseburgensem, Richwinum Zicensem, Gotheboldum Misnensem ac venerabilem Windolfum abbatem suum, quaesivit ab eis auxilium et consilium ad animae suae remedium. Qui considerantes eum in desperatis rebus agere, post multa compassionis et consolationis alloquia, habitum monasticae religionis eum assumere consultum inierunt. Qui quam libenter ac devote huiuscemodi* consilium animadverterit, ex sequentibus conici melius poterit. Statim in praesentia eorundem episcoporum cum deditione gladii tam militaria quam omnia secularia perosus abdicavit. Sequenti die Bigaugiam allatus, cum luctu maximo fratrum est susceptus, habituque suscepto, cum magna spiritus contricione regularis propositi votum coram altari principali praesentibus fratribus fecit, moxque inter multorum manus deductus est. Deinceps, ut dicitur, tanta observantia obedientiam exequi studuit, ut nec cibi nec potus quicquam sumere, nullique suorum sed nec filio se videri vel visitari, nisi permissione data, consentiret, obedientiae silentioque summopere vacans. Ita post aliquot dies Deo vocante solutus, cum magna frequentia epi- 1124.
scopis et laicis exequias peragentibus, ut singuli episcopi singulis diebus pro eo missas Mai. 22.
facerent, honorifice terrae commendatur, et in medio sui monasterii inter uxorem ac filium sepelitur. Eadem die praedium quod dicitur Karlestorph pro eius anima traditum constat. Transiit autem 11. Kal. Iunii. Cui succedente filio Heinrico, duo comites Adelbertus et Cuonradus marcham eius invadunt, quam etiam aliquamdiu idem Adelbertus optinuit. Sed Lothario regnante, Heinricus in eius gratiam rediens, eam recepit.

Anno 1125. Richwinus Cicensis episcopus obiit[a], pro quo Uoto[b] constituitur, cuius sacerdotii optima fuerunt initia. Kalixtus papa secundus obiit, pro quo Honorius constituitur. Heinricus quartus imperator nominis huius et quintus rex, 10. Kal. Iunii obiit, quo tempore per tres continuas noctes ante mortem eius tanta frigoris immanitas fuit, ut in plerisque regni partibus maxima pars frugum et vini atque pomorum deperiret. Lotharius A. Erphesf.
dux Saxonum apud Mogontiam rex eligitur, et Aquisgrani benedictione regali sublimatur[c]. Otto quidam principatum gerens provinciae quae Merehern dicitur, regem interpellando adiit, conquerens se ducatu Poemiae velut hereditaria dignitate iniuste privatum. Rex ergo Uodelrico, Boemorum tunc temporis duci, post datas iudicio principum inducias, quas idem contempserat, publice bellum indicit. Ruggerus Magdaburgensis archiepiscopus obiit, pro quo Northertus, constituitur. Mirabile signum in luna apparuit. Anno

1126. bellum Boemiae inter regem Lotharium[d] et Uodelricum ducem Boemorum commissum est 12. Kal. Martii, Ann. Erph.
in quo multi nobilium de exercitu regis eeciderunt. Adelbertus quoque marchio et Luodewicus comes de Lara captivi abducti sunt, ubi et Otto dux de Merhern occubuit, qui tocius belli causa exstitit. Cometa apparuit. Anno

1127. Lotharius rex apud Merseburc pentecosten celebrans, Uodelricum ducem Boemorum in amiciciam recepit, Ann. Erph.
et filium eius de sacro fonte baptismatis suscepit, et mox castrum Nurenberch cum exercitu obsidet, habens secum in auxilium eundem ducem cum grandi exercitu Boemorum. Devastata itaque omni circumposita regione per tres menses, dux predictus cum suis ad propria revertitur, moxque rex a Cuonrado fratre ducis Friderici fugatur. Unde et Cuonradus idem nimium inflatus superbia contra ius fasque regium sibi nomen usurpat. Karolus comes Flandrensis, vir iusti tenax, ob defensionem iusticiae a suis in templo Dei occiditur, sed populis inter se dissidentibus, duo mox comites loco eius subrogantur, Willihelmus de Anglia et Teodericus de Alsatia. Quibus contra se pugnantibus, inmensa cede diversisque cladibus Flandrensium devastatur populus. Anno

1128. rex nativitatem Domini Wirciburch celebrans, Embrichonem eidem prefecit episcopum, ciecto Gebehardo. Ann. Erph.
Ubi et Cuonradus regi bellis excommunicatur. Rursum Rome idem Cuonradus a papa Honorio excommunicatur. Spira dolo capitur a Friderico et Cuonrado ducibus. Rex etiam mox eandem cum exercitu occupat. Iamque capienda erat, sed pacem postulantibus rex dextras dedit, et obsidibus acceptis ab eis, dimissoque exercitu rex abiit. Et mentiti sunt rursumque rebellant. Otto Halberstadensis episcopus a regularibus de symonia Rome iniuste, ut multis visum est, accusatus, a papa Honorio deponitur. Anno

1129. Spira a rege Lothario per novem menses continuos oppugnata capitur. Dux Gotefridus de Brabantia a Ann. Erph.
rege deponitur, et Paginus pro eo dux constituitur. Cui Pagino ad peragenda ducatus sui negotia descendenti Gotefridus cum armatorum multitudine occurrit, sed inito certamine idem Gotefridus fugam iniit. Paginus victor ducatum a fol. 213'.

*) huiusce 1. a) *deest* 1. b) Uto *adiecto* senior *rubro colore* 2. c) Hic eciam Luctarius dicitur, vir bonus, antiquus, diviciis pollens, rexit annis 11. *manu saec XV. in margine codicis* 1. d) *superscr. manu subaequali* 1.

Ann. Erph. Rheno usque ad fluvium Getum optinuit. In Halberstat duo episcopi per dissensionem clericorum et regularium statuuntur, sed a rege et ab archiepiscopo Moguntino Adelberto ambo reprobantur. Heinricus marchio de Staden obiit. Uoto comes de Saxonia occiditur. Anno

Ann. Erph. 1130. Honorius papa obiit, et mox duo per dissensionem loco eius constituuntur, scilicet Innocentius, qui et Gregorius, et Anacletus, qui et Petrus, ambo Romae uno die electi, ambo uno die consecrati. Anacletus maioris potentiae Romam optinuit. Innocentius Galliam fugiendo devenit, ibique ab omni Gallicana ecclesia susceptus, etiam a totius Germaniae episcopis et a rege Lothario papa pronuntiatur et confirmatur. Heinricus comes, frater Luodowici obiit. In villa Halla occiduntur a civibus Cuonradus de Eichstete, Adelbertus et Eribo duo fratres, cum pluribus militibus. Domna Eilica de Wirbene vix miserabiliter effugit. Rex ergo Lotharius adversus Halla misit exercitum, ubi truncatis aliis, aliis cecatis, nonnullis diversorum generum mortibus excruciatis, aliis effugientibus, reliqui infinita pecunia vitam redimentes, cum ingenti rerum suarum dispendio poenas sui sceleris solverunt. Burchardus consecretalis Lotharii regis, comes Luchenhemensis de Saxonia, dolo domini sui de Winciburch, principalis comitis Thuringie et Misnensis marchionis, occiditur. Ob quod idem Hermannus a rege Lothario deponitur, et comes Luodewicus pro eo constituitur lanthgravius, et comes Cuonradus de Witin pro eodem Hermanno marchio constituitur in Misna Signum sanguinei coloris apparuit. Anno

Ann. Erph. 1131. Hermannus de Winciburc regi Lothario se suaque omnia dedens captivus abducitur, et in Blankenberch custodiae mancipatur. Winciburch ad solum usque destruitur. Rex Lotharius congregato exercitu in Datiam vel in Daniam proficiscitur propter intestina bella, que gerebantur in ea. Filius quippe Daniae regis filium patrui sui occiderat, timens ne se depulso regnaret, quia eiusdem occisi pater rex fuerat. Cuius fratre aput regem conquerente mortem fratris, Lotharius contra partes easdem exercitum movit. Cuius timore omnes illius gentis velut arena maris ad rebellandum in unum coacti, cum ex adverso exercitum regis, multo licet minorem[a], loricatum conspiciunt, divinitus perterriti se suaque dedentes, dextras petunt, utque rex ipsorum proprium regnum ab ipso et ab omnibus ceteris imperatoribus suscipere debeat, constituunt, et ut eidem suo regi idem beneficium impendere dignetur, humiliter obsecrant. Quod et fecisset, ni pius Lotharius ei, cuius frater occisus erat, in hoc pepercisset. Susceptis tamen opsidibus pro ingenti pecunia sibi promissa ad propria remeavit, cum sex tantum armatorum milibus inmensum triumphum referens. Synodus apud Leodium sub papa Innocentio congregatur, ubi praesente rege Lothario, residentibus 50 episcopis, cum innumeris diversorum ordinum personis, Otto Halberstadensis episcopus a papa Honorio dudum depositus, cunctis annitentibus, a papa Innocentio denuo infula episcopali investitur, et sedes ei redonatur eiusdem ecclesiae. Statuitur etiam hoc semper memorabile secundum decreta canonum, presbiteros parrochianos castos et sine uxoribus esse debere, uxorati vero presbiteri missam

cf. A. Magd. a nemine audiendam esse. Ibi etiam Adelbertus marchio de Saxonia regis gratia carens deponitur, et Heinricus, filius marchionis Wicperti, hactenus ab eodem Adelberto violenter expulsus, pro eo marchio constituitur in Luziz[b]. Anno

Ann. Erph. 1132. sanctus Gothehardus ab anno dormitionis suae centesimo primo, ipsius anni die ultimo, 4. Nonas Maii in Hildinsheim terra elevatur, cuius signorum admirabili magnitudine omnis Germania illustrata laetatur. Rex Lotharius cum regina Richiza Romam pergit, ad visitandum regnum Italicum suoque dominio mancipandum, et ad papam restituendum

fol. 214. in apostolicam sedem, scilicet Innocentium, et ad suscipiendam imperialem benedic onem, modicum quidem pro rerum negotio ducens exercitum, mille scilicet et quingentos tantum armatorum, sed in Domino per omnia confisus; quod et rerum probavit eventus. Augusta civitas a regis exercitu destruitur, igne crematur, plurimi de civibus captivi abducuntur, eo quod regem ad se pacifice ingressum nilque tale suspicantem, bello praesumpserunt lacessere. Hinc montana rex Lotharius transiens, omnem Italiam suae ditioni subicit, solis Veronensibus et Mediolanensibus renitentibus. In eadem expeditione Heinricus marchio de Staden occiditur, sed a militibus suis Saxoniam, unde oriundus erat, sepeliendus refertur. Anno

Ann. Erph. 1133. rex Lotharius Romam veniens Innocentium papam in sede apostolica restituit, et imperialem benedictionem ab eodem suscepit. Hoc autem Lateranis apud Sanctum Iohannem baptistam ideo fieri voluit et congruum duxit, quia imperatorum palacium ibi situm est, et eiusdem loci auctoritatem aliquociens imperatorum consecratio roboravit. Accessit etiam, quod Petrus, qui sibi dignitatem apostolicam usurpaverat, templum beati Petri, ubi imperialis benedictio danda est, cum multitudine armatorum occupaverat; quem locum imperator facile ferro optinuisset, nisi pietate consulente, propter excidium sacri loci declinasset. Lotharius imperator factus Roma digrediens, ad clusas quae Brixam ducunt venit, ubi Adelbertum quendam tyrannum cum decem milibus transitum prohibentem, Domini fretus auxilio devicit, et in suo castro Lodrin, quamvis inexpugnabili, quo confugerat, optinuit, captivum abduxit, post victoriam ad propria rediit. Eclypsis solis facta est 4. Non. Augusti, mediante hora octava. Anno

Ann. Erph. 1134. Lotharius imperator pentecosten Halberstat celebravit, ubi Magnus, filius Nicolai regis Danorum, ob gratiam eius immensum pondus auri et argenti eidem optulit, eo quod suas iniurias a rege sibi illatas vindicando, multos Teutonicorum in suis partibus comprehensos occiderat, truncaverat, aliisque mortibus affectos Datia expulerat, rege interim in Italia agente. Quem tamen imperator pius super hoc penitentem et satisfacientem recepit, diademate coronatum regem esse decernit, suumque spatarium in ipso sacro die constituit Qui remeans ad sua, imperatoris tantum abusus est clementia, ut Erico, filio patrui sui, cuius fratrem occiderat, bellum inferret, et in Lundina civitate armatorum et navium multitudine confisus obsedit. Cumque navibus egressi applicarent civitati, tantus horror invasit eos, ut omnes cuperent ac peterent revehi. At Magnus: *Quid*, inquit, *timetis, milites fortissimi? Viginti milia armatorum nobiscum sunt, cum quibus ipsam Romam optinere potuissemus.* Illis e contra diffidentibus, et nulla consolatione metum ponentibus, David adolescens egregius, Erichi sororis filius, civitatem cum 300 armatis erumpens, adversariorum turbavit exercitum, illisque fugientibus Magnus relinquitur solus in terra prostratus. Quem super astans David adolescens: *O*, inquit, *latro et parricida sceleratissime, qui avunculum meum, patrui tui filium, osculans interfecisti, ut Iudas Dominum tradidit. Nunc te premunt peccata tua, nunc te Dei persecuntur iudicia. Hodie recipies quod mereris, ut impio capite tuo cum manibus*

a) norem *cod.* b) lusiz 2. *Fol.* 214. *in margine manu saeculi XV. exeuntis legitur:* Anno MCLXVIII. Diepoldus marchio de Napurch petitione matris sue et Adelheidis uxoris construxit monasterium in Reichenbach sub Witigo primo eiusdem abbate. Huius marchionis filia Reicza ducissa Bohemie construxit monasterium in Cladurna 1. *Alia nullius pretii habentur fol.* 215 *in margine de Roberto rege Siciliae.*

*scelestis absciso, omni seculo fabula fias.* Quo tali morte perempto rex Nicolaus, pater Magni, timore correptus inmenso, Ann Erph
iamque se et a coessentibus sibi comminus moriturum suspicatus, fugiendo cum multitudine armatorum iuxta Sleswic est castra metatus. Cives autem eiusdem civitatis in dolo ei pacifice loquentes, episcopum suum cum ceteris primatibus ad eum quasi pacis obsides emiserunt, et introductum ad se, statim pro foribus ecclesiae positum in oratione peremerunt, et loco eius Erichum filium fratris eius regem constituerunt.

Imperator Lotharius cum exercitu adversus ducem Fridericum et fratrem eius Cuonradum Sueviam ingreditur; fol. 214'
villa Ulma funditus destruitur, castella munitiones plurimae evertuntur, tantaque clade tota Suevia, ut nichil ante simile factum a cunctis regibus memoretur. Norpertus episcopus Nonis Iunii obiit. Anno

1135. Fridericus dux Suevorum gratiam imperatoris Lotharii Babenberg acquisivit ad curiam media quadragesima Ann Erph.
habitam, et ex sententia imperatoris et unanimi consensu principum pax esse decernitur decem annis per regnum universum, coniurantibus cunctis in id ipsum. Imperator Lotharius curiam suam apud civitatem Merseburc in Ad vincula sancti Petri habuit, ubi ex eius praecepto dux Polenorum affuit, qui saepe numero anteriorum imperatorum impetitus bello, saepe rogatus, saepe suasus promissionibus, numquam tamen ad eorum curiam venire consensit vocatus. Affuit etiam dux Boemorum Uodelricus, qui cum esset ducis Polenorum infestissimus inimicus, imperator reconciliavit eos Venerunt etiam ad eum dux unus et episcopus a rege Greciae missi, cum legatis ducis Venetiae, conquerentes et vindictam postulantes adversus Ruggerum quendam comitem Siciliae, eo quod regi Greciae Affricam paganis auxiliantibus abstulerat, quam suo dominio subdens, regium sibi nomen usurpaverat. Insuper Venetiam spolians, mercium diversarum quadraginta milium talentorum precium abduxerat. De imperio quoque Romano totam Apuliam atque Calabriam subtraxit, aliaque perplura contra ius fasque perpetravit. Contra hunc promittuntur imperatori a legatis ad supplementum Teutonici exercitus naves copiosae, militum legiones innumerae, auri et argenti sufficientia. Quantis et qualibus eo tempore a Deo imperator donis diversarum gentium honoratus fuerit, quis explicare possit. Aurum, lapides preciosos legati Greciae attulerunt cum diversorum colorum purpura, aromata multa nimis, et in hac terra hactenus incognita. Sed et dux Poloniae duxque Boemiae pelles griseas atque mardelinas cum variis auri et argenti et preciosarum rerum muneribus tanta afferebant copia, ut nullus superesset principum, qui vel ducum illorum, vel imperatoris muneribus se non gauderet honoratum. Nec minus regis Ungariensis nuncii imperatorem cum ceteris principibus letificaverunt, qui dominum suum ad omnem eius voluntatem paratissimum nuntiarunt. Rursum imperator curiam suam in Mulehusin villa regia habuit circa festum sancti Michaelis, ubi Cuonradus frater Friderici ducis gratiam imperatoris promeruit. Cui cum omnia sua restituisset, regiis donis honoratum ad sua remisit. Ventus vehementissimus et hactenus incognitus naves, aedificia, arbores fructuosas et silvestres cum magna parte silvarum in interitum misit. Heinricus marchio in
Luziz et praefectus Magdeburc . . . . . .[a]. Anno cf A. Magd. fol. 215.

1136. Imperatore Lothario nativitatem Domini Spirae agente, visus est sol in vigilia epiphaniae nullis apparen- Ann. Erph.
tibus nubibus, quasi ex parte praeruptus; in aliis quoque partibus non post multo apparuerunt prodigia. Lapis unus magnitudine capitis hominis iuxta locum Oltesleibon abbatiam cecidit de nubibus, a fratribus postmodum ibidem diligenter custoditus. Per idem tempus imperatore in Quidinlingeburc civitate existente, visum desuper civitatem in aere quiddam im modum scalae transvolare niveo corpore, rubro rutilans capite. Testati sunt quoque non pauci eodem tempore se vidisse quasi crucem rubeo colore choruscam de celo ad terras descendisse, et non procul a terra aliquamdiu in aere pependisse, qua rursus ad celos remeante, aer tanta resplenduit claritate, ut nullus intuentium ad hanc perspiciendam, tamquam contra solis radium, visum obtunderet. Luopoltus[c] marchio in venatione occiditur. Imperator in Italiam secundo proficiscitur, et divina fretus gratia, mirabili prosperitate cum paucis quaqua versus progreditur, victor existit. Apuliam de potestate Ruggeri Siculorum ducis eripuit, eamque iuri sedis apostolicae restituit; in qua expeditione Brun Coloniensis archiepiscopus obiit, et apud Barum Apuliae civitatem sepelitur. Anno

1137. Adelbertus Moguntinus archiepiscopus obiit, pro quo Adelbertus, patruelis eiusdem, Erpesfurdensis prae- Ann. Erph.
positus, post longas cleri et populi dissensiones constituitur. Monasterium sancti Martini in Moguntia cum magna parte civitatis crematur. Lotharius imperator de Italia revertitur, sed cum Germaniae fines intraret, dumque principes apud Wirciburc eius praestolantur adventum, infirmitate correptus diem clausit extremum, 3. Nonas Decembris, omni regno de morte sua relinquens mesticiam[d]. Corpus eius a Richinza imperatrice Saxoniam refertur, et aput Lutrensem abbatiam ab ipso constructam, praesentibus Saxoniae atque Thuringiae principibus pridie Kal. Ianuarii regio more sepelitur Anno

. 1138. indictione prima, Cuonradus, Friderici ducis Suevorum germanus, qui antea quoque regium sibi nomen usurpaverat, apud Confluentiam media quadragesima in regem Febr. 22.
eligitur, et ad proximum pentecosten ad curiam in Babenberg habitam a quamplurimis Mai. 22.
regni principibus confirmatur[e]. Anno

1139. sinodus magna apud urbem Romam cum diversarum provintiarum episcopis et abbatibus media quadragesima sub papa Innocentio celebratur. Heinricus dux Baioariorum et Saxonum obiit, relinquens filium puerum eiusdem nominis. Quo mortuo, discordia gravis exorta propter ducatum Saxoniae, a rege Adelberto marchioni praestitum et contra voluntatem omnium principum puero Heinrico ablatum. Cui cum Saxones ducatum armis defenderent, rex hoc indigne tulit, et Saxoniam hostiliter intraturus, circa Herveldiam[68] exercitum constituit. Saxones egressi, super flumen Wirrha castrametati sunt, paribus atque ardentibus animis in utrumque parati, aut fortiter vincere aut non inulte mori. Quorum rex audatiam veritus, sanguine iuditium facere timuit, sed consilio cum regni

a) *paginae pars vacat* 1. *Quae hic erasa sunt vel similia leguntur in Annalibus Magdeburgensibus a.* 1136. c) luopoltus *postea correctum* luopolfus 1. d) iusticium *Annales Erphesfurd. recte, a nostro utpote quod non intelligeret correctum.* e) Iste fuit nepos Henrici quarti ex sorore. Hic vir optimus fecit passagium collecta magna multitudine cruce signatorum. Imperavit annis 15. Habuit in exercitu citra 70 milia, transivit per Hungariam in Constantinopolim. *manu saec. XV. adiecta* 1.

68) cf. chartam in Origg. Guelf. II, 540 Novembri vel Decembri adsignandam.

primatibus habito, dextras dedit, accepit, et pacis dilatione usque in pentecosten composita, exercitum dimisit. Gothefridus dux Lovaniae obiit. Otto Babenbergensis episcopus, vir misericordiae atque omni merito vitae laudabilis, posteaquam plurimas Deo servientium congregationes longe vel prope instituit, beato fine quievit. Anno

1140. Luodewicus provincialis comes obiit, item Udelricus dux Boemorum et Willehelmus palatinus comes obierunt. Febr. 2. Cuonradus rex circa purificationem sanctae Mariae curiam habuit Wormatiae; fol. 215'. ibi Luodewicus, adhuc puer, provincialis efficitur. Anno

1141. Richinza imperatrix obiit[a]. Adelbertus iunior Mogontinus episcopus obiit, cui Marcolfus Ascaniensis[b] praepositus successit. Anno

1142. 6. Idus May ad curiam in Frankenfurt rex et Saxones, qui hactenus quorundam factionibus non minimum discordaverunt, in concordiam redierunt[c]. Marcolfus episcopus Mogontinus obiit, pro quo Heinricus constituitur. Cuonradus archiepiscopus obiit. Gerdrudis ducissa obiit. Anno

1143. hiems magna et nivosa. Berchta de Morunhen, filia Wicperti marchionis, obiit[d]. Anno

1147. Cuonradus rex et Loudewicus rex de Gallia cum episcopis et ducibus atque comitibus, cumque multarum provinciarum multitudine innumerabili diversae conditionis tam equitum quam peditum, quorundam magnae estimationis et religiosi habitus hominum sermonibus territi dicentium, quod instaret[e] Domini, Hierosolimam zelo fidei contra paganos pugnaturi proficiscuntur. Et Cuonradus quidem cum inmensis copiis quas habebat, per Ungariam versus Constantinopolim iter faciens, a rege Graecorum magnifice tractatur, muneribus honoratur, et ultra progressus, difficultatem maximam locorum et penuriam necessariarum rerum summam incurrit, incursionibus quoque paganorum suorum infinitam multitudinem amisit, tandemque cum parte reliqui exercitus Constantinopolim rediit. Rex ergo Graeciae, quia sororem eius in matrimonio habuit, eius necessitati supplicantis subveniens, duces itineris ad sepulcrum Domini cum eo destinavit, et ita cum paucis rex Cuonradus, reliquis in diversa dispersis, Hierosolimam adiit, ubi nichil pro imperialis et Teutonici nominis magnificentia peregit. Eclypsis solis 7. Kal. Nov. hora diei sexta facta est anno Hierosolimitanae profectionis ipsaque die retrocessionis Cuonradi regis et christiani exercitus, dieque interfectionis Bernhardi comitis de Saxonia et aliorum plurimorum. Anno

1148. Uoto Cicensis episcopus, ab Hierosolimis revertens, cum multis aliis naufragio periit, pro quo Wicmannus, Cuonradi marchionis sororis filius, constituitur. Hedewic relicta Loudewici provincialis comitis, obiit. Anno

fol. 216. 1149. Cuonradus rex ab Hierosolimis revertitur. Bucco Wormaciensis episcopus obiit[f].

## CONTINUATIO ANNORUM 1140—1181.

Ann. Magd. 1140. Eodem anno destruuntur castella Anahalt[69], Groninge[g. 70], Gebilizi[71], Withekke[72].

Ann. Magd. 1142. pro quo Fridericus successit in Magdeburg.

Ann. Magd. 1143. Innocentius papa obiit[h], post quem Wido, qui et Celestinus. Ekelewus Merseburgensis episcopus obiit, post quam Reinhardus.

Ann. Magd. 1144. post[i] Innocentium Gerhardus, qui et Lucius. Roudolfus comes de Staden occiditur[k]. Sifridus de Bominburc obiit.

Ann. Magd. 1145. post Lucium Berardus qui et Eugenius.

Ann. Magd. 1146. Cunradus rex Vlodislao[l] ducatum dedit.

Ann. Magd. 1148. in media quadragesima Eugenius papa Remis concilium celebravit. Rodibernus princeps Pomeranorum fidem christianam firmavit iuramento.

1149. magna[m] mortalitas pecorum.

Ann. Magd. 1150. a vigilia nativitatis sancti Iohannis baptistae frequenter tonitrua, gravi horrore plena, fulmina terribilia, tempestates horribiles imbrium[n], nimia inundatio aquarum, tenebrosae nebulae et foetentes et spissae, et secuta gravissima

a) *reliqua anni desunt* 2. b) ascafinburgensis *recte scribit Chron. S. Petri Erfurt.* c) *reliqua anni desunt* 2. d) *vox erasa; hinc lacuna fortasse nonnullis erasis, tum manu secunda:* MCXLIII. Innocentius *etc. usque ad finem anni* 1146. *adduntur.* e) *scilicet* dies, *in* 2. *post additum.* f) *hinc secunda manus incipit* 1. g) gruninge 2. h) *reliqua anni desunt* 2. i) p. I. G. q. et L. *desunt* 2. k) *reliqua anni et anni sequentis desunt* 2. l) Vlodilsao 1. 2. m) M. m. p. *desunt* 2. n) imbrium 1. = vi imbrium, *pro quo in* 2. vis imbrium *scribitur.*

69) Anhalt in valle rivuli Selke in Hercynia. 70) Gröningen ad Budam. 71) Iabelenze in Chronico Luneburgico, Belzig. 72) ad Holtemmam.

pestilentia et mortalitas tam hominum quam pecorum, et magna penuria frugum. Unde et sequenti anno ante messem Ann. Magd. tanta fames secuta est, quantam non viderant homines illius temporis. Astrologi asserunt, hunc annum Saturni, scilicet illius planetae fuisse, qui in triginta annis cursum suum peragens, haec indicia relinquit. Hiemps aspera et longa, et in sequentem annum nimis producta[a]. Hoc anno in festo sancti Gregorii Windolfus bonae memoriae, transactis quinquaginta et amplius annis in abbatia Bigaugiensi, multo senio et laboribus attritus, habito consilio Reinhardi Merseburgensis episcopi et Adelberti abbatis de Porta[73] et Gerungi abbatis de Pusowe[74] et aliorum, ne deinceps negligentia suae 73 personae redundaret in dampnum aecclesiae, abbatia se sponte abdicavit, ob imminentem temporis cladem, et in cellam Scolen[75], cum his qui ad placitum tam digni patris submini- 75 strarent, pro arbitrio suo destinatur. Cui subrogatur Heinricus, eiusdem aecclesiae spectabilis et nobilis iuvenis, qui praesente calamitate non sine magnis angustiis tandem felicior ad portum magnae quietis et affluentiae, remigio divinae miserationis evectus est, quia

Debile principium melior fortuna secuta est.

De quo ut omnibus modernis praelatis aut exemplum aut saltem verecundia fiat, ita calcator et contemptor huius honoris apparuit, ut quamvis omnium subditorum acsi filiorum affectu teneretur, et praeterea pro affluentia rerum etiam posteris ammirandus esset, tercio conatus sit idem pater filios deserere, quamvis reclamantes et fletibus eum supliciter retrahentes. Sed tandem detineri non potuit, sed ordinationis suae 16° anno cum magno suorum dolore, sanus et iuvenis, nullo consulente, impetu tamen spiritus magis quam carnis ductus, abbatiam resignavit. Anno

1151. Arnoldus Coloniensis episcopus obiit, cui Arnoldus cancellarius successit[b]. Wernherus Monasteriensis Ann. Magd. episcopus obiit, pro quo Fridericus. Luoduwicus de Wipera obiit. Anno

1152. Lampertus comes obiit, et comes Hermannus de Wincenburc cum Luocharde coninge sua 4. Kal. Februarii, Ann. Magd. feria tercia post septuagesimam, suorum insidiis in propria domo interficitur. Rex Conradus obiit 15. Kal. Martii et dux Fridericus, filius fratris eius Friderici ducis, media quadragesima principum assensu rex eligitur[c]. Fridericus[d] Magdaburgensis episcopus obiit 18. Kal. Februarii. Anno

1153. Fridericus rex in Saxoniam venit. Heinricus Mogontinus archiepiscopus a legatis domni apostolici depo- Ann. Magd. nitur; cui successit Arnoldus cancellarius[e]. Item Heinrico[*] Mindensi episcopo deposito, Wernherus. Bernhardus quoque Hildinseimensis episcopus relaxatur et moritur, post quem Bruno. Eugenius papa obiit, cui successit Cuonradus qui fol. 216'. et Anastasius. Anno

1154. Fridericus rex Romam profectus est, et postea pascha in Magdaburc. Anastasio papae successit Nicolaus Ann. Magd. Albanensis episcopus, qui et Adrianus. Anno

1155. Fridericus rex imperiali benedictione ab Adriano papa sublimatur et coronatur; sicque Romanis eum Ann. Magd. invadentibus[f], cum gloriosa victoria rediit. Sweno rex Danorum a regni primoribus regno depellitur, cuius regnum Ann. Palid. a Knuto et Waldimaro nepotibus ipsius occupatur. Anno

1156. Arnoldus Coloniensis obiit, post quem Fridericus[g]. Heinricus dux Frisiam hostiliter ingreditur, et inacte Ann. Magd. revertitur. Fridericus imperator Radispone conventum habuit, ubi ipso mediante Heinricus dux ducatum Baioarie optinuit, et Heinricus antecessor marchionatum in Hostiriche optinuit[h]. Marchio Cuonradus in Sereno monte conversus, cuius fundator ipse in honore sancti Petri fuit, obiit. Heinricus dux Swenonem in regnum Datiae reduxit[i] Windolfus abbas Pigaugiensis primus bonae memoriae Kal. May obiit. Anno

1157. Brandeburc obsidetur et capitur. Fridericus imperator Poloniam hostiliter ingreditur. Knutus rex a Swe- Ann. Magd. none dolose interimitur, Waldimarus vero vulneratus vix evasit. Non multo post congrediuntur Sweno et Baldemarus; Sueno vincitur, capitur, occiditur. Adelbertus marchio Iherosolimam petiit. In purificatione imperator curiam habuit Frankenfurt sequenti anno. Anno

1158. imperator pascha apud Traiectum agens, postea Italiam cum exercitu intravit et Mediolanum obsedit. Ann. Magd. Williboldus[k] abbas Corbegensis in Graecia obiit. Heinricus terram Sclavorum igne vastavit. Hoc anno tempestas extitit, quae vento turbinis etiam arbores radicitus evulsit, aecclesias et domos evertit, et aquarum inundatione homines et pecora mersit[l]. Fridericus Coloniensis episcopus obiit. Anno

1159. Principes Saxoniae Longobardiam intrant. Reinboldus[m] cancellarius Colonie episcopus efficitur. Adria- Ann. Magd. nus papa obiit, et duo electi sunt et confirmati. Octovianus, qui et Victor, imperatori et ei faventibus pro dolor complacuit; Roulandus, qui et Alexander, ab aliis electus est et confirmatus per 18 annos contra voluntatem imperatoris et omnium principum, ab ipsis[n] abiudicatus et abiuratus, mortuo Victore et aliis eius partis successoribus, tandem communi omnium post tot, ut diximus, annos[o], in Venecia occurrente ipso imperatore cum omnibus

a) *reliqua huius anni desunt* 2. b) *reliqua anni desunt* 2. c) *manu saeculi XV. additur in codice* 1: Fridericus primus, nepos Conradi secundi, defuncto patre suo, Romanum suscepit imperium, qui de nobilissima domo Swevie ortus Barbarussa vocatus est. Hic vir strennuissimus Mediolanum civitatem florentissimam cum auxilio Papiensium et multorum Lombardorum evertit. Sepe fuit infestus ecclesie, et Alexandrum papam persecutus, aput Venetias victus fecit pacem, cum ivisset in subsidium terre sancte, suffocatus est in quodam flumine. Imperavit magnifice annis 33. Franciscus Petrarcha. *) heinricus *c.* d) *reliqua desunt* 2. e) Item — Bruno *desunt* 2. f) victis *addunt codd.* g) Arnoldus — Fridericus *desunt* 2. h) *manu saec. XV. additur in* 1: Austria a Bavaria divise est, ne nimium Baveri superbirent, et in ducatum proprium est conversa. i) *reliqua anni desunt* 2. k) W. a. C. i. G. o. *desunt* 2. l) *reliqua desunt* 2. m) R. c. C. e. e. *desunt* 2. n) ab ipsis *marg. adscr.* 1. o) *scilicet* consensu *quod tamen deest in codd.*

73) Schulpforte. 74) Bosau. 75) Sköhlen.

Ann. Magd. principibus, gloriose apostolicus universalis efficitur et scisma et scismatici abdicantur. Hoc anno concessione imperatoris Heinricus dux in Sclavorum regione hos episcopatus instituit Liubech, Zwerin, Razesburc, Aldinburch[a]. Claustrum Bigaugiense, praeter solum monasterium, omne concrematur. Anno

fol. 217.

Ann. Magd. 1160. imperator castrum Grimme cum magno labore optinuit et destruxit. Argoldus Mogontinus archiepiscopus in atrio aecclesiae beati Iacobi, a suis civibus in Mogontia obsessus et comprehensus, miserabiliter occiditur, et ipsum monasterium omne concrematur. Heinricus dux terram Sclavorum vastavit, ubi princeps eorum Niuclat occiditur. Idem dux Uodalricum Halberstadensem episcopum deposuit auxilio cardinalis ex parte Victoris papae, cuius electioni idem episcopus numquam inclinari potuit, cui Gero superponitur. Wicboldo[b] abbati Corbeie Cuonradus succedit. Fridericus imperator de Mediolanensibus triumphator clarissimus in toto celebratur orbe. Episcopi in Sclavorum regionem destinantur, Geroldus in Aldenburch, Evermodus in Razisburch, Berno in Magnopolim[c], qui translatus est in[d] Zwirin[e]. Basilica sanctae Mariae in Pigowe consecratur a Iohanne episcopo Merseburgensi. Anno

Ann. Magd. 1161. Bruno Hildinsimensis episcopus[f], post quem Hermannus[g]. Magna discordia inter ducem Heinricum et episcopum Ratisponensem. Anno

Ann. Magd. 1162. Mediolanum imperatori traditur et terrae funditus aequatur. Conventus apud Bysantum[h]. Anno

Ann. Magd. 1163. dux Heinricus Werlam castrum Sclavorum obsidens, ad ditionem coegit. Imperator Maguntiam veniens, murum civitatis et propugnacula eius destruxit. Interfectores episcopi vita, quosdam alios rebus multavit. Anno

Ann. Magd. 1164. inequalitas aeris, turbo, fulgura terribilia, inundationes etiam maris et aliorum flumi um; maritima loca vel insulae periclitantur. Homines et iumenta, ecclesiae et domus circa orientem et aquilonem perierunt 4. Kal.
1165. Martii. Werra inter Reinholdum Coloniensem et palatinum de Rheno[i] propter castrum Rineke. Victori successit Wido Cremonensis, qui et Paschalis, Alexandro papa nondum a nostris recepto. Anno

Ann. Magd. 1166. werra exoritur inter ducem Heinricum et principes Saxoniae, quae quindecim annos in deterius ad tocius Saxoniae periculum processit. Anno

Ann. Magd. 1167. castrum detestandum Haldisleibon et sepius nominandum, Niendorph[k] etiam a principibus destruuntur. Imperatore in Italia fortiter agente, Romani ad quadraginta milia coadunati, Tusculanum imperatori fidelem obsidione cinxerunt in vigilia pentecosten. Hoc comperto Christianus Mogontinus electus cum Flandrensibus et Brabantinis accessit, et iuxta castra disposuit. Romanis arma sumentibus, bellum[l] graviter commissum est. Interim Reinholdus Coloniensis, cum imperator nichil horum adhu resciret, cum suis exoptato super eos irruit, et Romanis fortiter insistens, praevio beati Petri vexillo, in cuius adiutorium conclamaverant, octo milia[m] prostraverunt quatuor milia capiunt; ceteri saucii vix effugiunt. Ibi captus est filius Ottonis Frangipanis, quem pro multa pecunia reddere noluerunt.

Ann. Palid. Haec victoria in secunda feria pentecostes accidit. Corpora trium Magorum a Mediolano per Reinholdum archiepiscopum Coloniae gloriose translata sunt. Anno

Ann. Magd. fol. 217'. 1168. Italici iterum imperatori rebellant[n]. Reinholdo Coloniensi Philippus cancellarius succedit. Heinricus abbas Pigaugiensis absolvitur et Radeboto in eius locum substituitur. Anno

Ann. Magd. 1169. Antiochia et quaedam aliae illius partis civitates terraemotu concussae sunt. Waldemarus rex Danorum ad Rugianos cum exercitu profectus, deos eorum et idola diripuit, argentum et aurum a fanis auferens, christianos eos fieri coegit, et inopia doctorum paulatim eos fecit paganizare. Daniel Pragensis episcopus obiit; post quem Fridericus filius palatini de Putelendorph. Basilica[o] sancti Sebastiani in Magdaburc consecratur. Imperator Fridericus curiam habuit in Babinberc, ubi Christiano episcopo vice eius proloquente, Heinricus, filius imperatoris quinquennis, in regem eligitur, et in festo sancti Iohannis baptistae Aquisgrani intronizatur. Anno

Ann. Magd. 1170. imperator Fridericus natale Domini Spirae egit. Fervor aestatis nimius. Gerungus Misnensis episcopus obiit, post quem Martinus. Adelbertus[p] marchio obiit. Dedicatio Havelbergensis[q] aecclesiae. In die Innocentum sanctus Thomas archiepiscopus Cantaburgensis a militibus regis Angliae martirizatur. Ipsa die ibidem mutus locutus est, duo ceci viderunt. Anno

Ann. Magd. 1171. imperator Fridericus Plozeka et alia praedia filiorum marchionis Adelberti optinuit, et gravem discordiam commovit. Mortalitas hominum[r]. Heinricus bonae memoriae secundus abbas Pigowe obiit. Iohannes Merseburgensis episcopus obiit, post quem Everhardus fama et felicitate acceptissimus. Dux Heinricus transit mare. Anno

Ann. Palid. 1172. imperator Merseburc curiam habuit. Post expeditionem imperatoris et aliorum principum in Poloniam Lothuwigus lantgravio[s] obiit. Anno

Ann. Magd. 1173. imperator curiam habuit in Ermindorf[76]; ibi rex Boemie deponitur, et Zibizlao ducatus datur. Fervor aestatis et siccitas et frugum inopia, nebula[t] quoque periculosa[u]. Luotwigus Monasteriensis episcopus obiit, post quem Hermannus de Wirciburg[v]; et Willimarus Brandeburgensis episcopus, post quem Sifridus filius marchionis Adelberti.

a) *reliqua desunt* 2. b) W. a. C. C. s. *desunt* 2. c) Mekilburg *glossa saec. XV.* 1. d) Zwirin *corr. ex* Zwarin 1. e) sex miliaria a Lubek *glossa saec. XV.* 1. *reliqua desunt* 2. f) *scilicet* obiit. g) Bruno — Hermannus *desunt* 2. h) C. a. B. *desunt* 2. i) *ita* 1. k) mendorph *corr.* meindorph 2. l) *deest* 1. m) VIII milia 1. n) *reliqua desunt* 2. o) B. s. S. i. M. c. *desunt* 2. p) A. m. o. D. H. a. *desunt* 2. q) halvelbergensis 1. r) Heinricus — acceptissimus *desunt* 2. s) langravio 1. t) nubula 1. nebula 2. u) Luotwigus — Adelberti *desunt* 2. v) *ita* 1.

76) Hermsdorf in terra principum Reuss esse videtur.

Lothwigus iunior lantgravio filios marchionis Adelberti ob gratiam imperatoris avunculi sui Ann. Magd.
infestat; illi econtra Thuringiam vastant; qua vastata, etiam Wimar destruitur a lant-
gravio. Anno

1174. imperater in assumptione sanctae Mariae Longobardiam cum exercitu intrat, terram devastat, Alexandriam Ann. Magd.
obsedit. In qua obsidione cum multa praeclara a nostris acta essent, pro dolor una die multi
ex nostris, miserabiliter concidentes in subterraneum vallum, suffocantur. Obsidio per
annum duravit. Vinum et fruges perierunt. Wimar destruitur a lantgravio. Idem in obsi- cf. A. Magd.
dione Wirbene telo[a] sauciatur. Luotwigus Monasteriensis obiit[b]. Anno

1175. exacta tocius anni obsidione, Longobardi, ex omni terra congregata multitudine, imperatorem invadunt, Ann. Magd.
quibus cesar soluta obsidione obviavit. Longobardi quasi divinitus mutata mente, arma ponunt, gladios iugulis im-
ponunt, ad pedes imperatoris prosternuntur. Qui clementer eos accipiens, Papiam venit. Postea cesar principes
a se remisit, et Longobardi rupto federe ad curiam sibi indictam non venerunt. Tamen
cesar hoc dissimulans, Papiae interim sedit. Heinricus dux circa Bodam inicium devastationis faciens,
Askerleve[77] et alia Bernhardi comitis igne et praeda depopulatus est. Helpethe[78] a lantgravio insidiis capitur. Anno 77

1176. imperator a Papia principes Saxoniae et aliarum partium invitans in Longobar- cf. A. Magd.
diam. Quorum adventu congaudens, exivit eis cum paucis in obviam. Interim Longobardi
cum infinito exercitu, undique insidiis collocatis, repente super eos irruunt. Proximo igitur
sabbato post diem pentecostes a paucis Teutonicis contra tantos dimicatum est. Imperator Mai. 29.
ferro iter aperiens ab exercitu declinavit, ceterique prout potuerunt et quando, secuti sunt fol. 218.
eum. Quousque enim signum imperatoris praesens fuit, a nostris ita viriliter et animose
certatum est, ut magnam multitudinem hostium prosternerent, et duo tantum ex nostris
milites ceciderint. Sed ubi signum imperatoris disparuit, nostris ignorantibus eum cum
paucis cessisse et evasisse, tunc nostri sarcinis et armis abiectis cedebant, et multi capti
sunt ab hostibus. Ea die Longobardi se putabant gloriose vicisse, imperatorem aut
captum aut occisum. Sed ubi audierunt imperatorem et principes numero sanos Papiae
convenisse, animo conciderunt et supra modum contristantur. Eodem tempore domnus
imperator Dei inspiratione tactus, et ammonitione eorum qui circa eum erant, missis lega-
tis et epistolis in totum regnum, concilium indixit omnibus episcopis et praelatis et principi-
bus pro recidendo[c] tam diuturno scismate, quatenus apostolicus, immo scismaticus,
quem imperator tenebat, abiceretur et Alexander revocaretur. Anno

1177. imperator cum marchione de Montefarran natale Domini celebravit, unde
Ravennam cum multis praelatis et principibus venit. Quo cum Alexander invitatus, prae
imbecillitate maris pericula transire non posset, eo annuente idem concilium Venetiis
transpositum est. In vigilia annuntiationis[d] Alexander Venetiis cum ingenti gloria, absente Mart. 24.
imperatore, ab his qui ob concilium convenerant suscipitur. Apostolicus pascha apud Fer- Apr. 24.
rariam celebrat, rursusque[e] Venetiam redit. Tandem omnibus pene lassatis pro adventu
domni imperatoris et pro compositione, in vigilia sancti Iacobi imperator adveniens, a tanta Iul. 24.
multitudine suscipitur, ubi pene totus orbis confluxisse videbatur; ubi ipse ab apostolico
ante monasterium sancti Marci in osculo pacis recipitur. Sequenti igitur die domnus papa in Iul. 25.
concilio residens, scismaticos omnes et ab eis ordinatos anathematizavit, praeter eos quos
mediante gratia restituere ex consilio monitus est. Nam Cristanum Magontiensem peti-
tione imperatoris confirmavit. Cuonradum, ab illa aecclesia nuper eiectum, in Salzebur-
gensi aecclesia praefecit. Uodalricum etiam Halberstadensem restituit, Geronem removit;
et praeterea alii multi proiecti et suscepti sunt. Concilium per 14 dies habitum est. Domnus
papa in Apulia, imperator in Longobardia hiemavit. Dux Heinricus et Otto marchio Bran-
deburgensis ad Sclavos profecti Dimin obsederunt; ibi obsidibus et pace acceptis redierunt.
Inter eundem ducem et Uodalricum Halberstadensem discordia oritur, et a duce castrum
episcopi Orneburc[79] destruitur. Anno 79

1178. Alexander papa duce Mogontino Cristano et aliis ab imperatore destinatis
Romam veniens, honorifice suscipitur, in ipsa quadragesima plures ad se venientes in pace
recepit, et multos in ordines suos per penitentiam restituit, et magna cotidie propter cau-
telam circumvallatus suorum et imperatoris acie, stationes in media quadragesima et in
palmis celeberrimas egit. Legatos imperatoris cum honore et muneribus remisit, impera-
tori etiam xenia per eos misit. Eodem anno nuncii papae universale concilium ubique

a) telo graviter s. 2. b) L. m. o. *desunt* 2. c) rescidendo 1. d) annuntianis 1. e) russusque 1.

77) Aschersleben. 78) Helfta prope Eisleben. 79) Horneburg.

indixerunt. Philippus archiepiscopus Coloniensis cum exercitu multo usque Wiseram omnia quae ducis Heinrici fuerant miserabiliter vastavit; ubi pro dolor etiam aecclesiis non parcitur. Wicmannus Magdaburgensis et Merseburgensis Everhardus cum aliis obviam pacifice venientes, impetum Coloniensium amice retinuerunt. Udalricus Halberstadensis iuxta civi- 80 tatem urbem[80] Biscofesheim auxilio marchionis Ottonis de Misna et Bernhardi comitis instruxit. Dux Heinricus cum exercitu superveniens, eos impedire conatus est. Sed Magda- fol. 218. burgensis rursus eos sedavit, pace inter eos ad tempus promissa. Exercitu dimisso, urbs eadem quorundam arte exusta est. Iterum episcopus Wicmannus, diligentior de pace interrupta et rursus reparanda, suo et omnium principum auxilio eandem reparandam promisit. Quo cum magno exercitu ex omni terra principes convenerunt. Interim etiam palatinus comes de Sumerissinburch cum multis militibus ducis superveniens, iuxta paludem castra metatus est, principibus urbem restaurantibus. Audito adventu militum ducis, quidam ex adversa parte signifero Bernhardo comite de Anhalt armati illos invadunt. Quorum signifer praefatus palatinus statim fugam iniit, et omnibus causa ruinae factus est. Nam ex militibus ducis amplius quam quadringenti capti sunt ibi, pauci occisi, et aliqui in palude vel suffocati sunt vel armis abiectis miserabiliter effugerunt. Et hostes armis et equis pluribus adeptis ad urbem et ad socios, qui ista nesciebant, reversi sunt. Legatione tamen imperatoris et praecepto eandem urbem reparare sunt inhibiti. Imperator curiam[a] Iul. 30. apud Arelatum celebravit, quae civitas etiam ex regni sedibus esse cognoscitur. Ibi ergo in sede imperiali coronatus processit, et insignia regni praelata sunt. Inde imperator causa orationis ad Sanctum Egidium profectus, reliquas civitates eiusdem provinciae sibi fideles Nov. 11. et subiectas fecit. Postea in festo sancti Martini ex hac parte Alpium a principibus Teutonicis ei occurritur. Anno

Ian. 13. 1179. imperator Fridericus curiam Wormatiae habiturus, eo in octavis epifaniae venit. Ibi auctoritate imperiali nullo contradicente filios suos hereditate propria et beneficiis multorum nobilium virorum, plurimis etiam urbibus et ministerialibus ditavit. In media quadragesima Romae praesidente domno Alexandro papa concilium est habitum cum tribus patriarchis, archiepiscopis, episcopis et abbatibus millenarium numerum excedentibus, praeter praepositorum et clericorum ac laicorum infinitum numerum. Ibi multa decreta sunt promulgata omnibus subscribentibus: episcopi et clerici a scismaticis ordinati remoti, Apr. 1. violenter extrusi sunt repositi. Pascha pene ab omnibus ibi celebrato, domnus papa sub interminatione anathematis omnibus ad apostolicam sedem tendentibus pacem firmam constituit, omnesque cum apostolica benedictione dimisit. Imperator curiam in natali Iun. 24. sancti Iohannis baptistae[b] Magdaburch habuit, ubi propter absentiam Heinrici ducis nichil Iun. 29. determinari potuit. Natale etiam apostolorum Petri et Pauli ibidem cum imperatrice Beatrice et filio rege coronatis ips coronatus celebravit. Postea curiam in Nuorinberch habuit, 81 ad quam dux Heinricus secundo vocatus venire renuit. Terciam curiam in Cuine[c, 81] eidem duci indixit; et non venit, statimque ab omnibus principibus expeditio contra ducem indicta est. Mortalitas ovium et aliorum iumentorum propter nimis diuturnam hiemem. In ipsa enim festivitate horrida nix diu duravit in pascha, ut etiam volucres ingemiscerent nobiscum, ut leticiam paschalem, gelu tristi nondum terso, vix concineremus. Messis serotina; vinum periit. Signa multa in sole et luna et stellis, et pressura magna. Postquam enim Uodelricus Halberstadensis episcopus a clero suo et civibus aliisque nobilibus honorifice suscipitur, Gerone cedente, omnes a Gerone ordinatos et statuta omnia eius immutavit, ducem et omnes qui a Gerone beneficia susceperant, ea dimittere coegit, castrum[d] Horne- 82 burc[82] reedificavit. Imperatore a Saxonia excedente, post diem sancti Mauricii dux Heinricus vel ab eo immissi cum armata manu Halberstad intrant, nulloque resistente omnia igne concremant. Monasteria quatuor sancti Stephani, sanctae Mariae, sancti Iohannis baptistae, sancti Pauli cum omnibus aliis ecclesiis ignis corripuit. Mille et amplius homines exusti sunt, tres canonici, plures presbiteri et scolares quamplurimi qui in sacra loca confugerant,

a) *haec vox deesse videtur;* pascha *alia manu additur in* 2. b) Magdeburch *marg. adscr.* 1. c) *in loco raso manu recenti scriptum est* Cignevia, *quod scriba in ultima pagina explicat* Zwickaw 1. *editio* Cwinae castello. *Antiqua lectio videtur fuisse quod* 2. *servavit et nos in textu posuimus.* Wyne *legit* 4. d) *cod.* 1. *glossam manu saec. XV. superscr. habet:* 3 milia a Luneburg.

80) i. e. castrum. 81) Koyne vocatur in chartis Friderici imperatoris d. 17. Aug. monasterio Kaltenbrunn concessis, situm prope Zeiz. 82) Horneburg prope Halberstadt.

quidam fumo suffocantur, alii sagittis et gladiis, quidam spoliati, quidam captivi ducti sunt. Ipse episcopus cum praeposito suo Ruomaro et aliis capellanis et nonnullis militibus capitur, [fol. 219.] deducitur. Omnia aut flamma vel praeda diripuit. Vae unum abiit, duo ventura sunt in brevi. Post octo enim dies Magdaburgensis episcopus cum multitudine armatorum castrum ducis Haldesleibon circumdedit; ad cuius auxilium non tantum nostri principes, sed et episcopus Coloniensis cum duobus ducibus et octo comitibus, quatuor milia ducens armatorum, convenit. Qui omnes non ad destructionem illius castri, sed ad ultimam desolationem tocius Saxoniae convenerunt. Coenobium siquidem Hildisleve dictum et omnes circumpositas aecclesias villasque pedites Colonienses, roten dicti[a], despoliaverunt, omnia vastaverunt. Post quartam ebdomadam cum etiam provincialis comes quadringentos milites adduxisset ad auxilium eorum, discordia inter eos oriri coepit, sicque paulatim infecto negocio ab omnibus discessum est. Gravius etiam exercitus abeuntium provinciam omnem devastavit, quam antea fecerat. Illis abeuntibus dux coadunatis armatis, omnia circa Bodam fluvium devastavit igne et praeda, et octavo Idus Novembris Calve curiam episcopi et omnia destruxit et igne consumpsit, et rediit. Anno

1180. imperator Fridericus Ulmae natale Domini egit. Uodalricus Halberstadensis [cf. A. Magd.] episcopus a captivitate in civitatem suam remittitur, et omnes cum eo capti relaxantur. Conditio vel compositio, quam in captivitate cum duce fecit, a domno papa et ab imperatore cassatur. Imperator post epifaniam curiam habuit in Wirciburg, ad quam dux Heinricus [Ian.] vocatus non venit, et ideo ex sententia principum reus maiestatis adiudicatur. Preterea omnis hereditas eius et omnia beneficia quae vel a regno vel ab episcopis possedit, eidem abiudicantur. De qua curia principes reversi, pacem composuerunt inter ipsos et ducem usque in octavam paschae. Imperator curiam habuit Geilinhusen ante pascha 14 noctes. [Apr. 13.] Ibi legati domni papae affuerunt duo cardinales. Ubi etiam Sifridus transfertur ab episcopatu Brandeburgensi ad Bremensem archiepiscopatum, et Bernhardo comiti, fratri episcopi, ducatus Saxoniae ex omnium principum[b] sententia adiudicatur circa orientalem partem fluminis Wisera; ducatum vero ad occidentalem plagam[c] eiusdem fluminis in Westfalia Coloniensis episcopus optinuit. Loutwigus provincialis comes, palatinus efficitur loco Adelberti de Sumerissinburg, qui sine herede obiit. Expeditio usque ad festum sancti Iacobi omnibus principibus contra ducem Heinricum indicitur ab imperatore Friderico. Qui etiam [Apr. 20.] Wormaciae pascha celebravit. Post octavam paschae dux Heinricus congregato exercitu, circa Goslariam folles et conflatoria eiusdem civitatis ad imperatoris iniuriam evertit, et ipsis civibus annonam inferri inhibuit. Deinde Northusen concremavit; ubi etiam monasterium sanctimonialium incensum est, et omnia igne et praeda vastantur. Cui occurrerunt Luoduwigus et Bernhardus principes, et nondum coadunato eorum exercitu iuxta Wizensê ducem Heinricum invadentes, acriter et supra vires humanas pugnatum est. Sed pro dolor Thuringorum turba statim terga vertente, et eo gravius duce et exercitu eius eis insistente, Luoduwicus provincialis et frater eius Hermannus circumventi cum aliis capiuntur, Bernhardo comite et eius militibus fortiter agentibus et nullatenus cedentibus. Sed ubi et hi qui ad pugnam nondum convenerant turpiter retrocesserunt, et hi qui ex parte primi fuerant fugam inierant, et reliqui pene ad quadringentos milites cum provinciali comite circumventi et capti fuerant, Bernhardus et sui cedere compulsi sunt. Sicque dux Heinricus et sui victores effecti, fugientes Thuringos in Mulehusin usque persecuti sunt, omnia praeda et igne miserabiliter vastantes. Item Heinrici ducis instinctu Sclavi, Liwitici et Pomerani regionem Lusiz trans Albiam depopulantur; multi capti et occisi sunt ab ipsis, et cum praeda redierunt. Imperator Fridericus in natali sancti Iohannis baptistae curiam [fol. 219'.] Ratisponae habuit, ubi ducem Heinricum ex sententia principum ducatu Bauwariae et here- [Iun. 24.] ditate et beneficiis privavit, et cum exercitu post festum sancti Iacobi Saxoniam intravit, et cum principibus castrum ducis Liechtinberc[d] obsedit et in deditionem post paucos dies accepit. Uodalricus[e] Halberstadensis episcopus obiit, post quem Tidericus. In assumptione [Aug. 15.] sanctae Mariae in curia apud Werle habita[f], omnibus fautoribus ducis termini, ut ab eo resipiscant, praefiguntur ex sententia principum, scilicet natale sanctae Mariae, festum sancti Michaelis, tercius terminus ad festum sancti Martini, sed nisi ad gratiam imperatoris

a) *in marg. manus saec. XV scripsit* Rotte 1. *i. q. scara.* b) principum *marg. adscr.* 1. c) plagam *marg. adscr.* 1. d) Li(c *iam erasum*)chtinberc 1. *in margine manu saec. XV.* Lechtinberg. e) Uodalricus — Tidericus *desunt* 2. f) habitam 1.

1180. interim redissent, ipsi et filii eorum iure hereditario abiudicarentur. Imperator deinde ad oppressionem ducis duas urbes Biscofisheim et Hartesburg instruxit, et ibi dimisso exercitu, et in Aldenburg veniens, ex sententia principum ducatum Baioariae Ottoni, ante palatino de Witilingenbach, adiudicavit. Eo tempore traditae sunt urbes ducis Heinrici 82 domno imperatori, Heimenburg[82], Leuwenberg, Reghenstein et alia castella. Item dux congregato exercitu obsedit Sigeberg[83] urbem Adolfi comitis; et cum nil proficeret, pace falsa pollicita dolo eam optinuit, et quibus pacem iurari fecerat, eos captivos detinuit. — Sifridus Bremensis archiepiscopus ad sedem suam cum legatis apostolici et pallio veniens, honorifice suscipitur. Baldemarus in Brandeburg ei subrogatur. Item Bernhardus de Lippa a Coloniense, quia praedo fuerat, repulsus, in Haldisleibon[84] cum aliis plurimis praedonibus a duce Heinrico est immissus, ubi totam provinciam vastare ceperunt nullo resistente, et omnem censum qui debebatur canonicis in Magdaburg et aliis multis ecclesiis violenter extorserunt. Imperatore iterum circa Goslariam in Saxonia manente, Hartesberg[85] et Stouphenberg et Sciltberg ei traduntur, urbes ducis egregiae, et praeterea multi nobiles, 86 hactenus ducis fortissimi fautores, scilicet comites de Waltinroth[86], de Scarfvelt, de Hilvelt, se cum castris suis domno imperatori optulerunt, et in gratiam fideles regno suscepti sunt. Kazamarus, princeps Sclavorum et diu praedo christianorum, repentina morte obiit. Anno

1181. Usque[a] ad hunc annum computantur anni 66 a bello facto in Saxonia in Welfesholz, fol. 220. et anni 55 a bello quod factum est in Boemia a Saxonibus[b]. Nonas Februarii piae memoriae Radeboto Pigaugiensis abbas obiit, cui successit Ekelinus mirabilis[c] prior eiusdem aecclesiae. In Kalendis Februarii Wicmannus Magdaburgensis archiepiscopus dolore nimio tactus propter incursionem militum ducis Heinrici de Haldesleibon, qui totum episcopatum depraedantes iam in solitudinem redegerant, quamvis multi dissuaderent et tale tantumque negocium ipsi imperatori dicerent sufficere, ipse, ut credimus divina roboratus inspiratione, cum omnibus quos attrahere potuit, Haldesleibon aggressus obsedit. Missis igitur nunciis circumquaque ad principes, omni qua potuit aut scivit eos attraxit ammonitione. Nova igitur et a seculis numquam experta vel audita arte, concludens meatum vel alveum fluminis eiusdem castri vel intercipiens, et undequaque glebas et moles comportari faciens, ipsa unda Ore dicta tantum intumescendo excrevit, ut infra paucos dies in tota Haldisleibon superficies terrae nusquam appareret. Tunc milites et cives tectis omnium domorum suarum avulsis, in trabibus ipsis mansiones et receptacula cibariorum faciebant. Denique tanta inundatione afflicti sunt, ut nullius defuncti corpus terrae commendari posset, sed impositum navi navigio peterent aecclesiam, super cuius trabes corpora defunctorum iaciebant. Interim etiam alterius fluvii additamento praefatus fluvius dupliciter auctus est. Cumque interceptio aquae sua inundatione molem congestam in parte diremisset, Haldisleibenses ad horam exhilarati, principes vero turbati sunt. Sed episcopus inpertaesus labore et expensis, rursus opus recens firmiori et graviore mole congestum et congerendum aggreditur. Cuius constantia obsessi nimium perterriti, missis nunciis ad dominum suum Heinricum ducem commonent eum, ut de ipsis consulat. Qui monebat eos ab incepta constantia non deficere; se non defuturum eis vel consilio vel auxilio, promittit. Missis etiam clam nunciis ad exercitum et ad aliquos sibi non per omnia inimicos, agebat ut in priori eiusdem castri fecerat obsidione, ut diversa sententia inter eos versaretur, si quomodo per discordiam eos averteret; sed Deo favente non profecit, nec etiam sufficiens erat eos violenter amovere. Tandem ipso permittente, ad deditionem cives et milites episcopus ea conditione suscepit, ut quantum potuissent, de rebus suis infra tres ebdomadas efferrent. De cetero Magdaburgensibus civibus castrum traditum est funditus destruendum. Milites et cives quocumque voluerunt, cum firma pace diverterunt. Imperator expeditionem omnibus principibus indixit ad festum sancti Iohannis. Tidericus Halberstadensis episcopus Blankinburg in media aestate obsedit, quae sola in partibus illis Heinrico duci fidem

a) Usque — Saxonibus *in loco vacuo eadem fortasse manu, sed postea addita* 1. b) Nonas — aecclesiae *de unt* 2. c) venerabilis *corr.* mirabilis 1.

82) Heimburg et Regenstein prope Blankenburg, Lauenburg castellum dirutum in rupibus supra Steckelnberg conspicuum. 83) Segeberg in Holsatia 84) Neuhaldensleben ad fluvium Ohre. 85) Herzberg et Staufenberg prope Osterodam, Schildberg supra Seesen. 86) Wöltingerode, Scharzfeld, Ilfeld.

1181. servabat. Coloniensis vero Philippus cum quibusdam aliis ab imperatore destinantur iuxta Bruniswich, ne qua excursio fieret a militibus ducis. Principes imperatorem iuxta Horniburg praestolantur. Inde moto[a] exercitu Bartwig[87] imperator tendebat. 87 Interim dux Heinricus in Ertineburg[88] eius et principum adventu cognito, quoniam hi qui animaverant eum ibi praestolari, statim ab eo declinabant, omni consilio et auxilio destitutus, incenso eodem castro per navigium vix evasit. Reliquae omnes civitates et urbes ducis imperatori panduntur. Ducissa quia in Luniburg remanserat et eandem urbem dotem suam esse affirmavit, eam sibi imperatore libenter annuente conservavit. Imperator inde in Lubiche movens exercitum, occurrente sibi in pace rege Danorum et principibus Sclavorum, omnia quae ducis in partibus illis fuerant, celeriter optinuit et victor rediit[b].

## CONTINUATIO SECUNDA ANNORUM 1182—1190.

1182. indictione 15. omnes principes regni Teutonici pacem se servaturos[c] iuramento confirmant. Heinricus dux de Bruniswich, sicut iuravit, Saxoniam egressus et[c*] ad regem Angliae socerum suum divertit[d].

1183. indictione 1. ordo indictionum 78.[e] Domnus Ekelinus venerabilis et religiosus abbas 13. Kal. Iulii obiit, pro quo Rudolfus.

1184.[f] Kal. May obiit domna Adelheidis abbatissa in Gandersheim et Quidelingeburg, pro qua Agnes, soror marchionis Ottonis de Misna, de Gerbestad[89] sumpta eligitur. Imperator Fridericus in pentecosten cum Beatrice regina et cum omnibus regni principibus Mai. 20. Maguntiae[g] curiam gloriosissime celebrans, duos filios suos gladio accinxit. Ibi dux Heinricus nullam impetravit gratiam. In festo sancti Iacobi cum filio imperatoris rege Heinrico fol. 221. Iul. 25. in Erpisfordia[h]* Cuonradus Maguntinus episcopus et multi principes et nobiles adunati, dum colloquia diversa conferrent, subito trabibus magne domus in qua manebant decidentibus, quicumque in cancellis non consederant, miserabili ruina sunt involuti, fetidissima sentina suffocati. Ibi lantgravius et alii pauci vix eripiuntur, reliqui mortui absorti sunt.

*) .... 7. Kalend. Augusti obierunt Fridericus de Avenberg, Heinricus de Swarzburg, Burchardus de Wartberg et alii comites et nobiles multi[i].

1185. Lucius papa obiit, pro quo Urbanus. Ministeriales regni circa Elstram fluvium contendentes, mutuo incendiis vastantur[k]. Domnus Ruodolfus abbas obiit 4. Kal. Augusti, cui successit domnus Sifridus sextus a Windolfo abbate primo huius[l] cenobii.

1186. Uodo Nuenburgensis episcopus obiit, pro quo Bertoldus canonicus Nuenburgensis[m]. Beatrix regina obiit. Imperator curiam in Geilenhusin habuit. Scisma oritur inter apostolicum Urbanum et imperatorem Fridericum. Quidam episcopi contra imperatorem coniurant. Imperator paulatim episcopos a coniuratione potenter et callide distraxit, praeter Philippum Coloniensem et alios paucos. Imperator ab apostolico canonice citatus, quod spiritalia suo iuri vendicasset, pro compositione legatos destinavit.

1187. nuncii imperatoris ab apostolico sine pace redierunt, sententia contra eum data pro usurpatione spiritalium. Eclypsis solis media die 3. Non. Septembris. Philippus Coloniensis archiepiscopus exercitum imperatoris inhibuit transire Renum et partes suas. Hoc anno multa apocriforum somnia quasi vaticinia scriptis per omnes regiones delata, de tonitruis et tempestatibus et praecipue de terraemotu, de ventorum timenda eruptione, de civitatum et aecclesiarum subversione, multos timidos perculerunt. [n]Hierusalem et ceterae civitates transmarinae a paganis capiuntur, e exercitus omnis quem vel de peregrinis vel

a) motu 1. b) *iam duae lineae erasae sunt* 1. c) servatoros 1. c*) *vox superflua.* d) Hic dum imperator abesset, intravit Thuringiam et cremavit Molhusen et Northusen. Hii autem quos imperator Goſlar dimiserat, cum lantgravio Thuringie Ludwico fratreque eius Hermanno bello inito contra ducem victi sunt. Captus est lantgravius cum fratre et alii plures. Quod audiens imperator, convocans exercitum grandem, terram ducis funditus vastat et cremat, mox civitatem Lubeck oppugnat. Deinde dux imperatoris gratiam promeruit. Inde secuta est curia, de qua infra, qua maior nulla fuit in Thuringia. Iste fuit Heinricus, cuius auxilio antehac imperator Mediolanum oppugnavit. Qui veniens in auxilium Ludwico lantgravio Thuringie contra Bernhardum comitem de Anhaldt Aſſerslaiben cremavit. Hic dux facta concordia inter Fridericum et Alexandrum, dum Ulricum in locum restitutum castrum Langestein construere prohiberet, Halberstad cum incendio oppugnat, Ulricum cum multis capit, deinde Hall occupat et terram vicinam flagrat incendio. Inde missi quidam erant Goſlariam, qui nomine imperii terram tuerentur. Ipse quidem imperator Lombardiam vastavit. *manu saeculi XV. inserta* 1. e) *reliqua desunt* 2. f) Kal. — eligitur *desunt* 2. g) Maguntiae *marg. adscr.* 1. h) erant ibi citra 30 milia nobilium excepto vulgo *manu saec. XV. addita* 1. i) *haec auctoris manu in margine habentur* 1. k) *reliqua desunt* 2. l) *glossa* bigaugiensis 1. m) c. N. *superscripta* 1. n) Hierusalem — omnis *in loco raso* 1.

87) Bardewik prope Lüneburg. 88) Artelnburg ad Albim. 89) Gerbstädt in comitatu Mansfeldico.

1187. suis contrahere potuerant, ultra quinquaginta[a] milia christianorum bellatorum, a paganis, Dei permissione circumventus, miserabile omnibus seculis excidium regni sui reliquit. fol. 221'. Omnibus enim in bello[b] aut captis aut occisis superna Hierusalem, ut credimus, ea die cives suos collegit. Ibi cum ligno Domini inter[c] alios praeliantes Cuonradus marchio de 90 Farra[90] multaque milia christianorum capiuntur. Tyrannus igitur et princeps paganorum Saladinus nomine, missis nunciis Hierusalem omnia sub suam redigi mandavit potestatem. A suis tamen commonitus et edoctus, quod et fama vulgante omni mundo percrebruerat, de munificentissima karitatis exhibitione ab eis qui hospitali preerant, et de susceptione cotidian seu refectione tam peregrinorum quam pauperum et infirmorum, post aliquot dies omnes de quorum animis diffidebat, civitatem exire compulit. Deinde ordinatis paucissimis ex numero christianorum, qui tam sepulcro Domini quam hospitali ac templo aliisque sacris locis pro posse subservirent, singulis de tota civitate censualem exactionem indixit. Sic omnia in potestatem sathanae, peccatis nostris exigentibus, rediguntur[d]. Salvator mundi, cui proprium est misereri semper et parcere, propicius esto nobis modo tuis cultoribus, vere peccatoribus, qui in hoc loco mundum redimere dignatus es, cum te mundus non cognoscebat, immo contempnebat. Parce loco pro cuius interitu fletum clementer exhibuisti. Respice de celis miserator et multum misericors, quia sancta tua a prophanis conculcantur et prophanantur. Ecce bone Iesu, tam Hierusalem locus tuae passionis, quam Bethlehem indicium tuae nativitatis, et omnes urbes et civitates, et omnia quae patriarchae regisque et eorum de templo et hospitali ditioni attinebant, aut penitus diripiuntur et destruuntur, vel sub miserabili pacto censuali in exterorum et paganorum potestatem subduntur. Sola Tyrus, quae nunc Sur vulgari nomine dicitur, refugium christianorum post multa pericula remansit. Urbanus papa, qui imperatori Friderico diu per iusticiam resistere videbatur, obiit, pro quo Gregorius.

fol. 222. 1188. Gregorius papa obiit, pro quo Clemens[e]. Clemens apostolicus demandat omnibus christianis pro remissione peccatorum suorum Hierosolimitanam miseriam ulcisci. Multa milia christianorum ex omnibus orbis partibus pro ereptione sancti sepulcri Domini peregrinationem assumpserunt.

1189. indictione 7. legati Nurenberg ad imperatorem Fridericum venerunt post natale Domini, missi a rege Grecorum et a soldano et a rege Arabum, promittentes imperatori certum conductum et mercatum peregrinis christianis, pro ereptione Hierusalem et sancti Febr. 2. sepulchri regiones eorum transire volentibus[f]. Post diem purificationis sanctae Mariae marchio Otto Misnensis a filio suo Adelberto capitur, et ea provincia propterea incursionibus utrique parti faventium turbatur. Hic marchio filius erat Cuonradi marchionis de Witin[g]. Annona valde cara; hoc anno post Idus Martii ventus gravissimus a circio oritur. In festo sanctorum apostolorum Philippi et Iacobi multa milia armatorum militum apud Radisponam Bauwarie civitatem convenerunt, prestolantes adventum domni Friderici imperatoris. Qui navibus devecti per Danubium et in Ungariam tendentes, iterum prestolantur imperatorem. Quos imperator insecutus est post aliquot dies, ut per Greciam Hierusalem devenirent. A rege igitur Ungariorum imperator et sui cum grandi suscipitur apparatu; ubi pentecosten celebrato post[g'] Bulgariam silvam in Greciam tendunt. Philippis vero, maxi- Oct. 1. mam civitatem Macedoniae, Kal. Octobris domnus imperator possedit. Quam, qui in eam fol. 222'. a rege Grecorum missi fuerant[h] ..... Postquam imperator Fridericus et exercitus qui peregrinationem cum eo condixerat, a Radispona iter arripuit, ipsius imperatoris iussu Otto Misnensis marchio a captivitate solvitur. Sed cum compositio quae inter eum et filium qui se ceperat, a quibusdam non sincere proposita, marchioni penitus displiceret, sibi coherentibus indixit pacem rumpere, bella moliri, quod et fecerunt. Et cum hii qui ex parte filii erant, nil agerent, coacti sunt et illi bellantibus exercitu collecto resistere, totaque provincia rapinis ac incendiis devastatur. Oppida Isenberg, Libiz et alia castella dampna sunt experta. Interim dux Boemiae nomine Otto, qui de Mererin transpositus fuerat, Misnam cum exercitu venit, regione circumcirca depopulata. Quo post multa

a) quadraginta *corr. eadem manu* quinquaginta 1. b) i. b. *corr. eadem manu* 1. c) i. a. p. *in loco raso* 1. d) Salvator — subduntur *desunt* 2. e) *hic una linea erasa* 1. f) *hic in* 1. *glossa saec. XV. legitur:* sed dolus eorum patuit, dum inter montana christicolis existentibus Teucri viam prohibuerunt. Sed christiani virtute divina eos expulerunt, captivum quendam, ut viam doceret, angariantes. g) et post de Misena et Luzacie, fundatoris ecclesie Sereni Montis *addit manus saec. XIV.* 1. g') *ita* 1. *an* per? h) *hic lineae duae et dimidia erasae* 1. 90) Montferrat.

dampna, eorum suplicatione qui marchionem impetebant, remoto, inter alia mala thesaurus 1189.
eiusdem marchionis ultra triginta milia marcarum distractus est[a]. Heinricus rex, filius Friderici imperatoris, qui ut praescriptum est quinquennis in Babenberg in regem electus, coronatus, inthronizatus fuerat, viginti ex eo transactis annis, post festum sancti Laurentii curiam in Wirceburg habuit. Ibi reconciliantur Otto Misnensis marchio et filius eius. Ibi inter alia regni disponenda negocia idem Heinricus rex pro imperiali benedictione, a domno apostolico percipienda, exegit a principibus expeditionem parari in Italiam post revolutionem unius anni[b]. Item Heinricus rex in festo sancti Galli curiam habuit in Merseburg. Oct. 16.
Ibidem expeditio contra Heinricum ducem et contra Bruniswic pro querimonia Bernhardi ducis post quatuor ebdomadas proponitur. Et cum convenissent in loco Saxonie Orneburg dicto, omnia circa Bruniswic devastabant preda et incendio; et quia hiemps imminebat, aliam expeditionem contra Heinricum in Kal. May proponunt.

1190.[c] imperator Fridericus et exercitus Domini qui peregrinationem pro ereptione sancti sepulcri susceperant, in Grecia hiemare coacti, post palmarum diem maris meatum qui brachium sancti Georii dicitur navigio transierunt[d]

*Manu saeculi XIII. exeuntis vel XIV. ineuntis haec inserta sunt:*

Anno Domini 1189. translatio sancti Ottonis facta est, in qua translatione domnus Syffridus abbas fol. 221.
fuit, et inde reliquias sancti Ottonis attulit et ei ecclesiam construxit. Interim discordia orta inter episcopum et ipsum abbatem. Nam episcopus affirmabat, ecclesiam sibi esse subiectam. Abbas vero ad sedem apostolicam appellans, iudices impetravit. Illis ergo dudum litigantibus, iudices quesierunt ab episcopo, quid sibi iuris in Pygaviensi monasterio vendicaret. Qui monasterium ipsum a prima sui fundatione in spiritualibus ecclesie sue asseruit esse subiectam, seque tam predicto abbati quam duobus predecessoribus suis benedictionis gratiam impendisse, monachorum etiam ordinationes altariumque consecrationes ibidem exercuisse.

Anno Domini 1207. indictione decima consecratum est monasterium[91] a Hugone cardinali Ostiensi. 91
Interim episcopo Merseburgensi et abbate Syffrido[f] litigantibus, idem abbas ad curiam Romanam accedens, et ex certis privilegiis et rescriptis, quas secum attulerat, ecclesiam nostram ostendit liberam et exemptam esse. Unde decretum, quod in primo privilegio Pascalis, ubi continebatur, quod ordinaciones monachorum et consecraciones basilicarum a dyocesano deberemus recipere, tunc mutatum fuit. Insuper ecclesia sancti Laurentii in civitate, in qua ius episcopale episcopus exercuit, domnus Celestinus apostolicus ipsam ecclesiam cum suis pertinentiis ab omni iurisdicione eiusdem episcopi in perpetuum duxit penitus eximendam, statuens ut eadem capella eidem abbati et monasterio suo cure commissi de cetero specialis existat, nec possit in ea episcopus Mersburgensis contra voluntatem abbatis et successorum suorum deinceps ius aliquod exercere. Et tunc temporis ecclesia sancti Ottonis etiam exempta fuit ab omni iure episcopali.

---

## CONTINUATIO TERTIA ANNORUM 1191—1227.

1191.[g] Heinricus V. a Celestino tertio coronatur. Hoc anno Heinricus regnum Sicilie fol. 223.
intrans cepit terram usque Neapolim, quam cum obsedisset per tres menses, exercitu suo pestilentia pene mortuo, ipse languens cum paucis recessit.*

* 1192. Domnus Wicmannus Magdeburgensis archiepiscopus 16. Kal. Septemb. obiit; cui successit L.[92] *manu alia in codice* 2. 92

a) ab ipsius filio *alia manu postea addit* 2. b) *hic in* 1. *glossa saeculi XV. habetur:* Heinricus V. filius Barbarussae imperavit post patrem, qui fuit maritus Constancie magne filie Gwilhelmi optimi Sicilie regis, sub cuius titulo insulam cepit. Fuit strennuus et asper more patris, et aliquando infestus ecclesiae, mortuus est in Sicilia aput Panormum, relicto Friderico filio infantulo et fratre Philippo; regnavit annis septem, mensibus 5. c) *tertia manus incipit Peg.* d) *hic in* 2. *alia manu in margine additur:* Eodem anno Fridericus imperator in fluvio Nar suffocatus exspiravit. *Hoc loco in* 1. *legitur glossa saec. XV* A. D. 1191. in villa prope Erfurt dicta Rechstet, virgo fuit que male fidei fuit, credens se morituram, cum corpus sumeret dominicum; accidit ut preventa infirmitate nimia, dum corpus Domini a sacerdote ministraretur, in tantam veniret demenciam, ut nec corpus Domini consumere posset. Presbiter igitur aquam cocleari infuderat ori, eique cocleari adhesit porcio modica, quam presbiter non videns in aquam est posita; mandavit presbiter parentibus, ut quociens opus esset, filiam de aqua revocillarent. Tandem parentes cum id agere vellent, conversa est aqua in sanguinem, reque ad noticiam prepositi episcopique Maguntini Conradi, qui tunc adfuerat, deducta, sanguis allatus ad beatam virginem inter missarum sollemnia que episcopus egerat, orantibus cunctis ad vere fidei noticiam sanguis in aquam purissimam conversus rursus et mutatus est omnibus hoc factum mirantibus. f) S. 1. g) *alia manus saec. XIV. ineuntis; quae scripsit usque* 1227. »Elisabet.« 91) scilicet Pegaviense. 92) Ludolfus *ed.*

1192. 1193.

Mart. Pol. 1194. Hoc anno Heinricus totum regnum Apulie sibi subiugavit, rebelles diversis penis afficiens.

1195. indictione 13. epacta 7 concurrente 6. imperator Heinricus de Apulia cum grandi victoria revertitur. Adilbertus Misnensis marchio obiit.*

M. P. 1196. Primus annus solaris cicli.[a] Moritur Celestinus tertius, succedit Innocencius tertius.

M. P. 1198. Infra istos duos annos imperator obiit apud Panormum. Marchio Theodericus Misnensis[93], avus Theoderici ultimi, reversus de partibus transmarinis, adiutorio soceri sui langravii Hermanni recuperavit hereditatem paternam, et ipsam quiete 17 annis possedit.

*Codex 2 alia manu.*

1197. Henricus imperator obiit in Apulia.

1198. Philippus regnare cepit, vir militari virtute et omni morum honestate precipuis et optimis comparandus.

M. P. 1198. orta est inter electores dissensio. Una pars elegit Ottonem ducem Saxonie, alia Philippum, fratrem Heinrici predicti. Quibus per octo annos pro regno contendentibus, licet Philippo magna pars Alemanie faveret, quia dux erat Suevie, Innocencius tamen, qui eodem anno Celestino in papatu successerat, eidem adversabatur propter fratrem suum Heinricum imperatorem, quia in regno Sicilie archiepiscopos et episcopos trucidaverat et circa Romanam ecclesiam semper tyrannidem exercuerat. Unde ipsum et fautores suos excommunicans, Ottoni firmiter adhesit, et ipsum Aquisgrani in regem Alemanie coronari fecit, etiam Philippo obnitente. Sed pace reformata inter eos, postmodum dolo fautorum Ottonis fuit Babinberc interfectus.

1203. M. P. 1200. Hoc anno capta fuit Constantinopolis a Francis et Venetis, incolis eius id per plures dies impossibile reputantibus, tum propter urbis fortitudinem, tum etiam propter antiquam quam habebant prophetiam, non posse eam capi nisi per angelum. Unde capi eam posse per hominem non credebant. Sed hostibus per murum in loco, ubi angelus depictus erat, intrantibus civitatem, equivocacione angeli se deceptos cognoverunt.

M. P. 1202. Hoc anno, ut a plerisque traditur, regnum Tartarorum inicium habuit, qui sub montibus Indie in regione que dicitur Tartara constituti, dominum suum regem Indie David nomine, filium Iohannis presbiteri occidentes, ad depopulacionem aliarum terrarum processerunt.

fol. 223'. M. P. 1207. Hoc anno Innocencius tertius cum legato 12 abbates ordinis Cisterciensis misit ad terram Albigensium ad predicandum contra hereticos qui ibi erant plurimi, publice contra fidem oblatrantes, adiunctusque est legato et abbatibus de Hyspania Didacus Oxomensis episcopus habens secum beatum Dominicum. Qui omnibus ad sua redeuntibus, per decem annos perseveravit contra hereticos predicando, et tunc coadiutores et socios assumens cepit de institucione ordinis predicatorum cogitare.

M. P. 1209. Hoc anno Otto coronatus fuit imperator ab Innocentio tertio Rome in basilica sancti Petri. Qui accepta corona statim pugnam habuit cum Romanis, et contra voluntatem pape intravit regnum Apulie, auferens illud Friderico regi Sycilie, unde papa excommunicavit illum.

M. P. 1212. Hoc anno principes Fridericum contra Ottonem elegerunt. Qui navigio Romam veniens, a papa Innocencio et populo Romano honorifice est receptus, deinde in Alemaniam veniens, contra Ottonem ibi mirifice triumphavit. Hoc anno, mense Novembri sub Innocencio tertio celebratum est concilium generale Lateranense in basilica que Constancia dicitur, principaliter propter subsidium terre sancte, ubi cum archiepiscopis et episcopis ac aliis prelatis fuit summa prelatorum 1315.

M. P. 1214. moritur Innocencius tertius, succedit Honorius tertius.

1215. Hoc anno marchioni Misnensi Theoderico seniori diversa gravamina acciderunt. Nam archiepiscopus Magdeburgensis Albertus ipsum pro invasione, ut creditur, terrarum ecclesie excommunicans, Misnensem et Merseburgensem dyoceses supposuit interdicto. Quidam etiam ministeriales, quorum rustici per advocatos et bedellos precariis et exaccionibus

* cui successit Theodericus frater eius *addit* 2.

a) *hucusque* 2.

93) pater Heinrici Illustris, cuius filius secundus Theodericus marchio de Landsberg exeunte a. 1283 vel a. 1284 obiit.

gravabantur, contra marchionem conspirantes, ipsum interficere disponebant, et quosdam ad hoc deputaverant. 1215. Qui venientes Ysinberc in vigilia sancti Nicolai, in tempeste noctis silencio ad ianuam cubiculi eius pulsaverunt, dicentes quod deberent necessario loqui ei. Quedam autem domicella hoc audiens, ivit ad lectum, requirens si deberent intromitti. At marchio licet nichil mali suspicaretur, tamen mandavit ut in crastinum redirent, et sic illa vice eorum fuit propositum inpeditum. Verum alii ipsorum complices omnino certi quod illi non desisterent, quin facinus conceptum ut promiserant perpetrarent, mane Lipck[94] venientes, marchionem mortuum divulgaverunt, promittentes civibus quod civi- fol. 224. tatem marchionisse et filio eius parvulo conservarent. Et facta est coniuracio valida, multique additi sunt ad eos. Omnes autem fideles marchionis turbati sunt, ipsum mortuum estimantes. Sed postquam compertum est eum vivere, illi qui Lypck se receperant, exercitum quadringentorum ut dicebatur armatorum congregantes, duobus annis marchionem cum suis ut adversarios rapinis et incendiis molestabant. Diversis autem placitis infra illos duos annos habitis, tandem promissis iuramentis fideiussionibus ac aliis caucionibus quibuscunque quidquid marchionis adversarii exigere volebant ipse facere cogebatur, hac necessitate, quia civitatem Lypck vel imperatori Ottoni vel archiepiscopo Magdeburgensi aut aliis adversariis marchionis, qui pro tunc multi erant, tradere disponebant. Promissa igitur illis et omnibus eorum complicibus indempnitate, Lypck reddita est marchioni. Et quia predicti adversarii marchionis civitatem Lypcensem absque voluntate civium et conivencia nequaquam occupasse biennio potuissent, marchio cives exosos ob hoc habuit; et post paululum oportunitatem nactus. Fridericum qui nuper in regem Romanorum electus contra Ottonem in Almaniam procedens de eo mirifice triumphaverat, secum in civitatem Lypcensem cum paucis introduxit, quia nec cives cum multis eos intromittere voluissent. Sed marchione procurante, milites paulatim nunc ad istam nunc ad illam portam intrantes, civitatem plurimum repleverunt, et se caute in hospiciis receperunt. Verum quia tempore guerre cives campanam ad convocandam communitatem fecerant, marchio ne per concursum multitudinis intentio sua frustraretur, tintinnabulum prefate campane clam tolli fecerat et servari. Sicque iuxta condictum ad iussum marchionis signo dato, quilibet militum hospitem suum capere et bona diripere satagebat. Civitate itaque taliter subacta, marchio fecit destrui murum in giro, intra civitatis menia edificans tria castra, ne cives alias similia alia attem tarent. Fuit autem unum castrum situm in fine orti fratrum predicatorum, aliud iuxta fratres minores, tercium ubi est hodie. Milites autem qui auctores huius guerre fuerant, iussit capi. Quorum unus, cuius anima maxime querebatur, armatus dextrarium conscendit et portam clausam cum securi aperiens evasit; cuius frater captus, traditus est in manus Friderici regis Romanorum. Qui postmodum cruce signatus mare transiens, rebus excessit humanis. Et licet secundum humanum iudicium aliquantulum se marchio vindicasset, tamen mala que oriri ceperant contra eum, nullatenus quieverunt. Nam alii ministeriales sui, prioribus forciores, se ipsi iterum opposuerunt, trahentes in sui auxilium archiepiscopum Magdeburgensem Albertum. Qui forti manu terram marchionis intrans, edificavit castrum Tiuch[a. 95]; cuius successor opidum castro adiacens muro cinxit. 1220. At marchio usque ad finem vite sue a malis que eum apprehenderant se non potuit explicare; que paulo plus minusve quam quatuor annis duraverunt, donec emulis suis procurantibus, a quodam medico suo, qui centum marcis argenti, quarum iam quinquaginta acceperat, corruptus fuerat, veneno sibi propinato interiit. Et cum medicus immo pocius 1221. veneficus residuum pecunie peteret ab hiis qui eum conduxerant, responderunt: *Recedite, traditor vilissime, qui dominum vestrum pro pecunia occidistis; et nisi parceremus honori nostro, statim vos ut traditorem impium suspendere deberemus.* O impios traditores, ipso venefico nequiores, quem ut avarum utpote advenam proprie artis venditorem, ipsi contra dominum naturalem induxerunt pocius quam conduxerunt, iustius quam veneficum secundum proprii oris sententiam laqueo puniendos! Igitur marchione mortuo, domna Iutta, relicta eius, cum filio suo Henrico, qui tunc parum amplius quam bimus erat[96], dominium 96 terre obtinuit amplius quam biennio in quiete, donec consilio quorundam qui sibi favere videbantur, comiti Popponi de Henninberg nupsit. Quo facto lantgravius Ludewicus, frater 1223.

a) prope Lipzick ad unum parvum miliare *addunt Annales Veterocellenses apud Mencken T. II, p.* 403.

94) Leipzig. 95) Taucha. 96) obiit a. 1288.

1223. videlicet marchionisse, quem marchio Theodericus adhuc vivens filio suo tutorem dele-
gaverat, cum exercitu marchiam Misnensem intravit, sicque comes Poppo compulsus est
cedere et marchionissa cum ipso exulare. Que recedens, filium parvulum secum duxit.
Antequam autem marchio Theodericus moreretur, omnes fere proprietates suas dederat
marchionisse, a quibus quia nubendo comiti Popponi exclusa videbatur, satis caute licet
cum preiudicio filii, recuperavit precium earundem. Nam filium dedit in manus ducis
Austrie, accipiens pro ipsis proprietatibus 12 milia marcarum, quas dux idem filie sue
domicelle Constancie comparavit, que desponsata fuit puero marchioni. Dux autem Austrie
moriens ordinaverat, quod marchio dictas proprietates cum ad legittimam etatem perve-
niret, non posset recuperare, nisi aut filiam suam Constanciam duceret, aut 12 milia
marcharum sibi daret. Verum antequam marchio ad etatem legittimam pervenit, tres per
ordinem tutores habuit. Primo lantgravium Ludewicum, virum pacificum et discretum,
qui in diebus suis et in terra marchionis et in sua pacem optimam procuravit. Hic cruce
97 signatus ad partes transmarinas iter arripiens, apud Ortrandum[97] in Apulia, sicut spera-
1227. mus, in Domino obdormivit, anno Domini 1227, 3. Idus Septembris. Hic Ludewicus fuit
maritus beate Elisabet.

97) Otranto.





*N.º 2 Annalium Stadens. f. 2. manus antiqua.*



*N.º 3 Annalium Lubicens. f. 172.*



*Codex Guelferbitan. Troili.*

N.º 4. f. 82.

N.º 5. f. 157.



*Cod. Hamb. annal. Ryensium.*

N.º 6. f. 70.



*Codex Hamburg. annal. Hamburg.*

N.º 7. f. 1.



# ANNALES STADENSES

## AUCTORE ALBERTO.

EDENTE IO. M. LAPPENBERG I. U. D.
REIPUBLICAE HAMBURGENSIS TABULARIO.

*Hunc librum Alberto abbati conventus beatae Virginis Mariae in civitate Stadensi recte inscribi, cum ex titulis, in codicibus a manibus recentioribus adscriptis, patet*[1], *tum ex Alberti Crantzii testimonio*[2], *multo vero clarius ex iis, quae* 2 *auctor de monasterii illius Stadensis origine, abbatibus, possessionibus*[3], *de ipso Alberto abbate refert*[4].

*Magister Albertus monachus ordinis sancti Benedicti e genere, si recte gravissimum eius in equites vituperium interpretamur*[5], *plebeio oriundus, exeunte saeculo post Christum natum XII. in Germania septentrionali*[6] *videtur natus esse*[7]. *Quamnam litterarum sedem Albertus adierit, ubi magistri titulum acceperit, ex libro eius non discitur. Sed videtur noster esse magister Albertus, qui inter Bremenses canonicos in charta anni* 1224. *d. Iunii* 24.[8] *data quique inde ab a.* 1206, 8 *magistri titulo non adiecto, occurrit Albertus de Rameslo, scilicet praepositus Ramesloensis*[9]. *Monasterii sanctae Mariae Stadensis prior factus, in Christophori abbatis, a. d.* 4. *Kal. Augusti anno* 1232 *defuncti, locum successit*[10]. *Albertus a Balduino legato Livoniae ordinatus est*[11]. *In nonnullis documentis, a Gerhardo II. archiepiscopo Bremensi datis, Albertum nostrum inter testes invenimus, nimirum a.* 1235. *Bremae*[12], 1236 *et* 1238. *Idibus Octobribus*[13], 1240. *Stadii datis*[14].

*Quare anno* 1236. *curiam Romanam adierit atque fratrum minorum ordinem intraverit, ab ipso discitur ad a.* 1240.[15] *Anno* 1238. *cum Adolpho comite* 15

1) In Ranzoviano haec legit Reineccius (v. praef.): »Librum hunc conscribi fecit Albertus abbas Sanctae Mariae virginis in Stadio, postea minor frater ibidem, perducens narrationem rerum usque ad a. D. 1240. scilicet usque ad annum Gregorii papae IX. decimum quartum, Friderici II. 20.« etc. In Guelferbitano a manu satis recenti haec leguntur: »Chronica Alberti abbatis Stadensis cum supplementis.« 2) Metropol. l. VIII. c. 2. 3) v. ad a. 1142. 1255. 4) v. ad a. 1240. 1243. 5) v. ad a. 1255. 1256. 6) quae comprobatur etiam nominum quorundam formis cum in ipso chronico ad a. 1019. 1020. 1023. ubi fontium suorum nomina suo dic ndi generi adaptavit, tum in itinerario Italico. 7) Aliorum de Alberto nostro commenta commemorata sunt in Archiv f. ält. deutsche Gesch. T. VI, 326 sq. 8) Hamb. Urkundenbuch T. I. 9) ibid. passim atque p. 314 nota. 10) vid. catal. abbatum Stadensium (Lappenberg Geschichtsquellen d. Erzstiftes u. der Stadt Bremen p. 190) atque ipsum Albertum ad a. 1240. 11) cf. catalog. I., ubi pro *Baldewino* perperam legitur *Aldewino;* atque bullas Gregorii IX. 1232. Ian. 28 sq. (perperam 1231). A. I. Turgeniev Hist. Russiae monim. I, 21—30. 12) Vogt monum. inedita T. II. p. 28. 13) Hamb. Urkundenbuch T. I. 14) Westphalen IV, 3495, quod perperam s. a. 1290. editum est, confusi enim sunt numeri XC et XL. 15) cf. etiam diploma a. 1250. Iunii 1. Hamburgi datum (Nº. 557 Hamb. Urkundenbuch), in quo testis est »frater Albertus quondam abbas Beatae Mariae in Stadio«.

*Holsatiae et ceteris peregrinis Livoniam eum intrasse, in Rufi et Detmari chro-
nicis Lubecensibus refertur. Quanquam fides illis ideo vel maxime deroganda
est, quod Adolphus comes in documento, die* 21. *mensis Iulii dato, testatur,
se in eo esse, ut assumpto sacrae crucis signaculo peregre in Livoniam profi-
ciscatur, Albertum vero constat ex diplomate supra laudato, Idibus Octobribus
eiusdem anni adhuc Stadii fuisse. Accedit, quod Albertus brevissimis tantum*
16 *verbis peregrinationem hanc tangit in chronico*[16]. *De morte Alberti nihil certi
constat, attamen, cum in catalogo paparum, quam chronico suo inseruit, tanquam
ultimum Urbanum IV. die mensis Augusti* 27. *anno* 1261. *ordinatum atque die
mensis Octobris* 2. *anno* 1264. *defunctum commemoret, huius temporibus eum
decessisse, affirmare licet. Obitus eius diem fuisse* 5. *Idus Februarias, scimus
ex catalogo abbatum Stadensium supra laudato.*

*Praeter librum, de quo infra pluribus agendum est, duo opera sub Alberti
nostri nomine feruntur:* Auriga super quatuor euangelia *et* Troilus. *Illius
nomen tantum nobis innotuit; codex enim manuscriptus, olim in bibliotheca Bor-
desholmiensi asservatus, periit*[17]. *Sed est cur putemus, ad hoc Alberti carmen
referenda esse, quae in chronico monasterii Rosenveldensis*[18] *de monachi Ro-
senveldensis cuiusdam „metrico libro qui dicitur* Quadriga *(continet enim quatuor
euangelia)" dicuntur, addito loco ex hoc* Quadriga *desumpto. Quin etiam liber
ille Alberti, versu heroico, si ex specimine illo chronici Rosenveldensis con-
cludere licet, conscriptus, non* Auriga, *sed* Quadriga *dictus esse videtur.*
Troili *liber manuscriptus adhuc superest in bibliotheca Guelferbitana inter ma-*
19 *nuscripta Gudiana reconditus, numero* 278. *insignitus*[19]. *Ex inscriptione in
prima atque ultima codicis pagina addita, apparet, fuisse hunc codicem quon-
dam inter libros Sanctae Mariae in Novo monasterio. Hinc in bibliothecam
Bordesholmiensem migravit, postea Marquardi Gudii fuit, postremo bibliothecae
academiae Iuliae Helmstadiensis inter manuscripta Gudiana comparatus atque
hinc in locum, ubi nunc reconditur, translatus est. Codex est membranaceus
formae minoris, a duobus librariis fere aequalibus saeculo XIII. exeunte ut
videtur exaratus, neque vero plane perfectus. Cum enim in priore parte
librorum inscriptiones atque capitula nec non capitulorum litterae initiales minio
appictae, singulorum versuum litterae initiales linea rubra a summa usque ad
imam paginam ducta insignitae sint: in parte altera, nondum desinente manu
priore, miniaturae desunt; quare difficilius tantum librorum initia discernuntur.*

*Troilus „a bello Troiano sic dictus"*[20], *carmen elegiaco metro scriptum,
Troianorum et Graecorum pugnas refert libris* 6, *ut videtur, versibus, ut ipse
poeta ait*[21], 5320 *compositus. Simile* de bello Troiano *carmen versu heroico
scriptum a Iosepho Iscano saec. XII. editum est, quem scripsisse Antiocheïda*
22 *novimus nunc deperditam*[22]. *Cur elegiaco quam heroico metro noster maluerit
carmen condere, ab ipso discas; verba enim eius in prooemio haec sunt:*

16) cf. Annales Hamburgenses a. D. 1238. et Archiv l. l. p. 328. 17) v. Merzdorf bibliothekarische Unterhaltungen, neue Samml. p. 37. 18) cf. Vogt monumenta inedita I, 136. 19) De hoc codice primus egit Ebert (Ueberlieferungen T. I. p. 108); plura de eo communicavit v. cl. bibl. Guelferbitanae praefectus C. P. C. Schoenemann nunc defunctus (Hundert Merkwürdigkeiten etc. n. 171), unde cognoscitur Heusingerum quoque ad Mallium Theodorum de metris egisse de Troilo; cf. etiam Merzdorf l. l. p. 39. 20) Ipsa adiecta in fine codicis verba sunt. 21) p. manuscripti 157b:

Tot positis numeris etiam fortasse requiris,
Currere versiculis quot liber iste velit:
Bis denis adde ter centum milia quinque, *(excepto prohemio et capitulis.)*
Hoc numero textus texitur historie.

22) Carmen hoc novies editum est; vid. Biograph. Britannicam literariam. Anglonorman period by Th. Wright p. 402 sq.

Res gestae regumque ducumque ferocia facta
Quo scribi possent numero, monstravit Homerus.
„Scilicet heroico,“ dicetur forsitan; isti,
Currere versiculi quia deberent pede tali,
Quodque per exiguos magnorum magna virorum
Prelia non deceat elegos scripsisse, probabunt.
Sane concedo. Sed gesta miserrima scribo
Et strages miseras, miserorum, qui misereri
Noluerant sibi nec aliis, sed morte metebant
Se misera misere, misero stimulante furore.
Per miseros igitur elegos hoc ducere carmen
Decrevi, miseram sortem miseratus eorum,
De quibus hic legitur miseris, qui castra secuntur.
Hac noster ratione stilus non debuit istas
Scribere nec decuit heroum carmine mortes,
Set numeris sub disparibus lex metrica saltat.
Tanquam de miseris haec est narratio, dicat
Troilus est Troilus, Troiano principe natus,
Et liber est Troilus ob Troica bella vocatus.

*Carmen hoc ab Alberto nostro profectum esse cum ex inscriptionibus in fronte totius operis atque ante prooemium, versu heroico scriptum, adiectis —*

„Accessus in Troilum magistri Alberti.“

„Incipit prohemium in Troilum magistri Alberti abbatis Sanctae Marie in Stadio, qui postea factus est frater minor[a].“

*— apparet, tum ex loco satis memorabili, qui in ipso carmine finem versus legitur fol.* 157.

Virginis a partu duc annos mille ducentos
    Et quadragenos hiis superadde[b] novem:
Prodiit in lucem, tunc editus, iste libellus,
    Quam miser est mundus, insinuare volens.
Forsan adest aliquis dicetque: *Quis edidit illum?*
    Ista requirenti reddere verba potes:
Ecclesiam scis in Stadio, quam protegit alis,
    Nam caput est eius, virgo beata suis.
Qui scribens „in principio verbum caro factum“ — Iohannes.
    Intonat, illius ad latus ille volat.
Prodiit ex rutilo roseus locus[23] iste roseto, — Stadis Herseveldе.
    Ingenua matrem nobilitate sequens.
Sic florendo vigent, ut odore, colore, sapore
    Numquam degenerent: hiis tribus ambo placent.
Splendescit virtute color, doctrinaque pascens
    Est sapor, et famae balsama spargit odor.
Abbatem nosti Tirricum[24], cui dedit olim
    Ecclesie dictae virgo patrocinium; 24
Cui virtus animam decorat facundia linguam,
    Dapsilitate nitet, utilitate viret.
Ille, suos[25] quondam non ultimus inter amicos, — Albertus abbas Stadensis.
    Ante virum talem qui tulit eius honus, — 25
Edidit hunc sexto finitum mense libellum,
    Cui tamen hoc tempus sincopa multa scidit.

a) *a manu recenti additum est* ibidem, *sicut in inscriptione cod. Ranzoviani.* b) *verbum* superadde *dedi, quod si ad sententiam respexeris desideratur.*

23) Constat monasterium Harsefeldense prius Rosenveld appellatum esse, id quod a codicis scriptore in margine adnotatum est; cf. locum ex Quadriga desumptum, quem p. 272 laudavimus. 24) Theodericus abbas a. 1242. successit Alberto nostro, id quod cognoscitur ex catal. abbatum Stadensium s. l. 25) *suos* ad Tirricum referendum (rectius *eius*), *ille* ad sequentia spectat, unde recte addita nota marginalis.

Correxit pigritans: labor hic, quam scribere maior.
At corrector ait: *Sint tua*[26] *si qua valent.*
Nulla poetarum posuit figmenta: Daretis,
Historiam soliti scribere, vera tenens.
Et Frigius fuit iste Dares, et tempore belli
Ipse quidem miles prelia visa refert.

*Facile cognoscitur, dummodo recte hos versus interpretamur, Albertum, qui est mos illius aetatis, hic abscondisse potius quam celavisse nomen. Quare non est, cur ab Alberto carmen satis memorabile, si ad tempus illud respicimus, abiudicemus, cum praesertim ex eius annalibus appareat, non ignorasse eum poetas Romanos, quin etiam suo Marte in iis interpretandis versatum esse*[27]*. Troilum ab Alberto anno* 1249, *quo tempore in chronico conscribendo adhuc versabatur, scriptum editumque esse non ita multo post, ex his ipsis versibus cognoscitur.*

*His ita constitutis ad Alberti librum revertamur, quem coeptum esse exeunte anno* 1240, *auctor ipse in prooemio atque ad a.* 1202. *profitetur. Ibidem dicit, propositum sibi esse, a mundi principio exorso, succincta narratione usque ad sua tempore procedere. Similiter de pontificum Romanorum temporibus ac gestis acturus ad annum nativitatis Domini dicit „propositum se habere, ut ad sua tempora, videlicet ad Gregorium papam IX. (a.* 1241. *defunctum) et imperatorem Fridericum huius nominis II. rerum ordinem perducat". Quamquam in hoc sibi non constitit, continuavit enim usque ad annum* 1256. *librum. Quod diversis temporibus factum esse, ex ipso libro perspicitur, anno* 1241. *enim nomen papae (Coelestini III.), modo electi, nondum cognoverat; anno* 1249. *scribit de episcopis Suerinensibus „usque nunc" sibi succedentibus; anno* 1250. *Waldemarum „adhuc" esse archiepiscopi Coloniensis captivum. Secundis curis quamquam inepte nonnumquam revisum est anno* 1256, *quare ad a.* 532. *anno* 1256. *conscriptum esse narrat. Usque ad hunc annum ipse liber deductus est; in catalogo pontificum Urbani IV, anno* 1261. *electi, adhuc mentio iniicitur.*

*Apparet ex iis, quae modo ex ipso Alberti libro attulimus, in eo conscribendo certo quodam consilio Albertum destitutum non fuisse. Ac quidem in priore parte usque ad nativitatem Domini more chronistarum medii aevi quinque aetatibus retulit, quae ex veteris foederis historia, de qua paullo diligentius ipsam bibliam sacram consuluit, atque de praecipuis antiquae historiae regnis digna putabat esse commemoratu. In altera parte, sextae aetatis historiam illustrante, ita versatus est, ut primo domini Iesu Christi „primi summi pontificis, regis et sacerdotis" historiam referret, deinde pontificum Romanorum Iesu Christi summum pontificium excipientium catalogum chronico insereret: exposita serie Romanorum pontificum inde ab Augusto usque ad annum* 1256, *sub singulis annis, quae digna habebat ad commemorandum, narraret.*

*Albertus librum suum maximam partem ex chronicis vetustioribus, quae adhuc extant, ad verbum descripsit vel excerpsit. Quae cum ita sint, usque ad a.* 1100. *post Christum natum vix quicquam continet, quod aliquanti momenti sit. Fontium horum, qui innotuere nobis, hi sunt:*

1) *et* 2) *Pro fundamento libri Albertini inde a creatione mundi usque ad a.* 1106. *duo potissimum libri habendi sunt: Bedae libellus de sex aetatibus mundi atque Ekkehardi chronicon universale. Bedae libellum fere integrum descripsit usque ad a.* 728, *ac quidem hic illic parum considerate*[29]*. Bedae debet quoque divisionem illam in sex aetates mundi, de qua modo diximus. Recessit tamen*

26) *correcta* nimirum. 27) ed. R. p. 183ᵇ. 28) vid. ad a. 1229. 29) a. 672. haec ex Beda descripsit noster: »Sequenti anno eclipsis solis, quam nostra etas meminit.«

a Beda in annorum a mundo creato computatione, secutus enim Ekkehardi morem ad annos post Christum natum omnia maluit referre. Ita factum est, ut fere semper desiderentur in priore parte usque ad Christum natum, si a divisione in quinque aetates recesseris, temporis definitiones; in parte posteriore contra multo accuratiores, quam apud Bedam, inveniantur. Ceterum in describendo Ekkehardi chronico ordinem et res gestas severe servavit, eis tantum omissis, quae minus quadrabant in succinctam, quam scripturus erat, historiam: parum enim curavit remotiora Albertus. Praetermittendum tamen non est, in libro conscribendo magis etiam quam Ekkehardum studuisse Albertum, ut suis singula annis vindicaret; unde hic illic Ekkehardi continua narratio ab Alberto sub singulis annis refertur, adhibito schemate chronologico ab ipso Ekkehardo in calce eorum, quae continua narratione retulerat, addito. Quorum exempla in Constantini Magni, Heinrici I, Ottonis I, primae expeditionis ad sanctam crucem liberandam historia invenies. Collatis inter se, quae Ekkehardo, quaeque Bedae soli debet Albertus, facile perspicias, hunc illi eum praetulisse; emendavit enim Ekkehardum, ubi minus accurate Bedam descripserat, ex ipso Beda, addiditque ab illo omissa[30]. Facile cognoscitur, Albertum secutum esse Ekkehardum etiam in adnotandis numeris imperatorum Romanorum continuis; quamquam, quae in his numeris deprehenditur maxima inter Albertum et Ekkehardum discrepantia, unde nata sit, nobis non constat.

3) Ex M. Adami Bremensis historia ecclesiastica inde ab anno 755. usque ad a. 1072. ad singulos annos digesta multa eademque copiosissima capita abbas Stadensis desumpsit. Non praetermittendum est, etiam plurima in Adamum scholia ab Alberto in verborum continuitatem recepta esse. Si quidem paullo accuratius verba Adami, ut apud Albertum leguntur, cum Adami codicibus contuleris, facile cognoscas, non optimae notae librum eum consuluisse; qui fuisse videtur codex, a nobis in prolegomenis ad Adamum[31] num. 4. notatus.

4) Inde ab anno 1058. usque ad a. 1164. Helmoldi chronicon Slavorum in rem suam convertit, cuius librum I. atque libri II. capita priora magna ex parte ad verbum descripta sunt. Sequentia libri II. capita et Arnoldi Lubecensis continuationem ante oculos habuisse non videtur Albertus. Etiam in catalogo paparum quaedam ex Adamo et Helmoldo desumpta esse, infra indigitabimus.

5) Eorum, quae cum ad a. 1088. et 1095, tum inde ab anno 1106. usque ad a. 1163. de rebus Germaniae septentrionalis potissimum referuntur, certum quendam fontem ignoramus. Leguntur quidem haec omnia iisdem fere verbis in Annalibus Magdeburgensibus; sed negandum, ex illis hausisse Albertum, cum inde ab a. 1106. usque ad a. 1130. magis etiam consentiat cum Annalium Rosenveldensium fragmento a V. Cl. Wedekind et nunc iterum in hoc volumine edito. Quare fontem inter utrumque quasi medium consuluisse putandus est, cui ea quoque haud dubie debentur, quae ad a. 1132. 1133. 1137. relata, nobis ex uno Annalista Saxone innotuerunt.

Commemorandi hic iam sunt fontes, quos in singulis illustrandis consuluit Albertus.

6) Bibliae sacrae versionem, quam vulgatam dicunt, saepissime adhibuit.

7) In quibusdam viris illustribus, de re litteraria bene meritis, ad nonnullos annos commemorandis, noster scriptores de viris illustribus aut ecclesiasticis ad

30) cf. A. D. 83. 92. 119. 137. 138. 140. 191. 194. 195 etc.

31) vid. Monumentorum T. VII. p. 273; exempli gratia lectionis varietatem cf. in Adami l. I. c. 17 not. a, 18 n. a, b, i, l, 19 p, t, u cum Alberto etc.

32 manus habuisse videtur. Ad Hieronymi enim de viris illustribus librum[32] revocanda sunt, quae ad a. 34. 100. atque de Victore I. in catalogo pontificum leguntur. Fortasse etiam ad a. 70. et 119. hoc libro usus est[33]. Porro, quae ad a. 407. 412. 421. de Severo, Luciano, Augustino, Orosio traduntur, in Gennadii de viris illustribus libro[34] invenies. Denique, quae de Chrysostomo et Paschasio Siciliensi ad a. 404. et 427. referuntur, nobis ex Isidori Hispalensis de scriptoribus ecclesiasticis[35] libro innotuerunt. Quamquam hos ipsos fontes consuluisse vix putandus est noster, cum praesertim bis tamquam Hieronymi verba afferat[36], quae nunc apud Gennadium et Isidorum leguntur. Quare est, cur putemus, ipsum Gennadium et Isidorum Albertum non consuluisse, sed librum quendam de viris illustribus, Hieronymi nomine insignitum, in quo ea quoque continebantur, quae in genuino Hieronymi libro non insunt.

8) Gesta Trevirorum nonnulla Alberto suppeditaverunt ad a. 1300. a. 37 Chr. de Nino et Semiramide, deinde ad a. 47. 54. 128. 314 et 340. 412. 880.[37] Ex iisdem catalogo paparum quaedam inserta esse, infra videbimus.

9) Pauli Diaconi historiae Romanae debentur, quae ad a. 485. 525. et 591. referuntur[38].

10) Non praetermittendum est, narrationem de origine Saxonum apud Albertum ad a. 917. insertam, cum valde discrepet ab Ekkehardo atque illius auctore Widukindo Corbeiensi, ad verbum consentire cum appendice codicis Arnoldi Lubecensis, olim Gottorpi nunc Havniae asservato.

11) Novit Albertus etiam prophetias Ioachimi, abbatis Florensis monasterii in Calabria, cuius ipsa verba ad a. 1187. et 1250. affert. Quae non ex eius vaticiniis, sed ex eius in Hieremiam prophetam interpretatione videntur esse desumpta, in qua similia sed non ipsa verba ab Alberto laudata invenimus.

12) Praeter hosce fontes Albertus de Ottone duce Northeimensi, de comitibus Stadensibus, atque monasterio Harsefeldensi consuluisse videtur librum 39 nunc nobis deperditum; quem tempore, quo chronicon Rosenveldense[39] scriptum est, adhuc extitisse apparet ex huius chronici, quod ex Alberto manavisse negandum est, cum Albertino libro consensu[40] Aliorum fontium vestigia hic illic deprehenduntur, veluti a. 1112. (ed. Reinecc. fol. 153') et 1144. (ed. Reinecc. fol. 164'), ubi ipsa verba[41] produnt, coaevos fontes Albertum parum caute descripsisse.

13) Neque diplomata et epistolas in libro suo conscribendo neglexit Albertus, saepius enim integra aut ex parte chronico inseruit v. c. ad a. 1239. 1240. 1246; aliquoties narrationem suam secundum ea videtur conscripsisse, cuius rei exempla in notis animadvertimus.

14) Quibus fontibus addendi sunt scriptores quidam Latini medii aevi, quorum loci nonnulli in Alberti chronico deprehenduntur quidem, sed illos num ipsos consuluerit Albertus, an hauserit ex derivato demum fonte, parum liquet: 42 Augustinum dico de civitate Dei[42], Iosephum antiquitatibus[43], Hieronymum prolegomenis Pentateuchi[44], Methodium[45], Orosium historia

32) V. c. 2. 17. 34. 33) V. c. 7 et 54. 34) V. c. 19. 46. 38. 39; c. 53 et 54 conferri licet ad Alberti verba de Nestorio a. 427. 35) V. c. 6 et 13. 36) a. 412. et 427. 37) V. c. 1. 4. 5. 7. 10; 14; 15; 16; 18. 19; 22; 28. 38) V. l. XVII et XVIII. 39) Apud Vogt monum. ined. T. I. 40) V. Archiv für ältere deutsche Geschichtskunde VI, p. 334. 41) a. 1112. — »adiit igitur Heinricum ultimum de Heinrico V; et a. 1144. ... »tertius (Lothewicus) genuit quartum, qui est filius sororis imperatoris Friderici«. 42) l. XV, 5 ed. R. fol. 8'; XVIII, 42 fol. 14'; XVIII, 45 fol. 20'. 43) ed. R. fol. 8'; Antiqu. VIII, 2. 44) ed. R. fol. 15 qui locus plane consentit cum apol. adv. Ruffinum l. II. opp. p. 80' col. 2. 45) fol. 3 et 4.

*Romana*[46]. *Neque praetermittendum erit in fontes Alberti inquirenti, eum etiam cum* ***Alberico***[47], ***Dodechino***[48], ***Vincentio Bellovacensi***[49], ***chronico Sancti Pantaleonis*** *aliquoties consentire.*

15) *De iis, quae eius tempore de historia ecclesiastica maxime remotioris temporis tradebantur, perinepta Albertus multa libro suo inseruit; quae cum ad certum fontem revocari non possent, suis locis communicanda erant.*

16) *Inveniuntur quoque apud Albertum quidam ex poetis Romanis versus, ex* ***Horatio***[50] *scilicet,* ***Lucano***[51], ***Dionysio Catone***[52], *quibus quartus adiiciendus esse videtur* ***Ovidius***[53]; *in quibus Albertum versatum esse, mirum nobis esse non poterit, edoctis, eum ipsum carmen Latinum condidisse.*

*Transeundum nobis nunc est ad aperiendos fontes eorum, quae ab Alberto praeter ordinem libro inserta sunt.*

1) ***Brevissimi historiae Romanae annales*** *inde ab eiectis regibus usque ad Iulium Caesarem leguntur in ed. R. fol.* 18′ *sq. In quibus ad consulum nomina nonnulla ex historia Romana sine certo consilio commemorantur, adiectis in initio p. U. c. annis, postea vero omissis. Animadvertenda est summa in his annalibus inter codicem Guelferbitanum atque recensionem Reineccianam non solum in annis, sed etiam in ipsis quae commemorantur factis discrepantia. Certum horum annalium fontem desideramus, quamquam paullo vetustiorem originem emendatum dicendi genus prodit. Quae de capta Carthagine ibidem referuntur, ex Orosii l. IV. c.* 22 *et* 23 *hausta esse videntur.*

2) ***Catalogum et gesta pontificum Romanorum*** *inde ab ipsis initiis pontificatus usque ad Urbanum IV, a.* 1261. *electum, chronico suo intercalavit abbas Stadensis. Ne quis, miratus plane singularem hunc chronicorum ordinem, ab interpolatore hunc catalogum ortum esse putet, ea inspiciat, quae auctor de proposito suo in libro scribendo in fronte catalogi nostri dicit. Accedit, quod errore satis manifesto proditur, catalogum Alberti tempore scriptum esse: Honorius III. enim* ***novissima*** *dicitur decretalia compilasse, quae iterum promulgata sunt a Gregorio IX. a. D.* 1234.[54]

*Pro fundamento huius catalogi habenda sunt* ***Gilberti chronica pontificum et imperatorum***, *quorum partem alteram, quae ad pontifices spectat, fere totam catalogo suo inseruit Albertus; quamquam in priore parte catalogi usque ad Formosum I, a.* 890. *mortuum, plura etiam debet* ***Pseudoliutprandi de vitis Romanorum pontificum libro.*** *Ex quo nomen papae, quanam natione, quonam patre ortus sit, quantum temporis pontificalem sedem tenuerit, quonam die obierit, in Alberti catalogo enotata invenies. Quaedam in numeris potissimum discrepantiae ex palaeographicis rationibus explicandae sunt. Adiiciuntur praeterea quaedam ex uniuscuiusque papae gestis et constitutionibus; quae exceptis iis, quae Gilberto debentur, fere omnia plerumque iisdem verbis adhibitis apud Pseudoliutprandum leguntur. Sed mirum videri poterit, Albertum in ceteris operis sui fontibus compilandis satis diligentem, hic illic leviora commemorare, graviora tacere: ut verbo dicam, sine certo consilio versari in compilando Pseudoliutprando. Quare est, cur putemus, ex ipso Pseudoliutprando Albertum non hausisse, sed ex alio fonte, ex hoc demum derivato, cum praesertim detractis Alberto, quae apud Pseudoliutprandum et Gilbertum leguntur, restent nonnulla*

46) l. I, 1. II, 1. VII, 2 fol. 1; l. I, 1 fol. 2; l. IV, 22. 23 fol. 19′. 47) V. c. ad a. 1152. de Hildegarde coll. Alberico ad a. 1141. 48) Cf. Albertum et Dodechinum ad. a. 1093 et 1096. 49) V. locos infra laudatos p. 279 l. 25. 50) Ars Poet. v. 18. ed. R. fol. 183′; epist. I, 11. 27 fol. 188′; Sermon. II, 3. 78 fol. 206. 51) Pharsal. I, 95 fol. 9′; VI, 475 sive I, 433 fol. 183′; X, 185 fol. 57. 52) l. I, 13 fol. 2. 53) Metam. VII, 352 fol. 5′. 54) vid. Boehmer diss. de decretalibus pontiff. Rom., Corpus iuris canonici II. praef. p. 29.

*quorum fontes ignoramus. Licet enim ex his nonnulla apud Anastasium occur-* 55 *rant*[55], *tamen negandum est, ex hoc Albertum hausisse.*

*Destitutus Pseudoliutprando vel compilatore eius Albertus, inde a papa Bonifacio VII. Gilberti chronicon descripsit usque ad Innocentium III, de quo copiosiores fontes ipsi Alberto suppetebant. In parte priore catalogi usque ad a.* 890. *Gilberto debet Albertus numeros in iisdem paparum nominibus, saepius recurrentibus adscriptos, qui in Pseudoliutprando editoribus debentur; definitiones temporis, quo post mortem papae vacavisse sedes sancti Petri refertur; constitutiones de rebus ecclesiasticis. Attamen cum multiformis Gilbertus in codicibus manuscriptis traditus nobis sit, operae pretium est, quaerere, quamnam potissimum Gilberti recensionem Albertus noster secutus sit. Ac quidem codice manuscripto, Turicensi simillimo, eum usum esse, facile perspicitur, collata paullo accuratius cum Gilberti libris manuscriptis catalogi Albertini tum priore, tum posteriore parte. Summus enim vel in apertis mendis deprehenditur consensus; qui magis etiam elucescit, si ad Alberti codicem Guelferbitanum redieris. Negandum tamen iustis causis est, ipsum codicem Turicensem Albertum adhibuisse; inveniuntur enim in catalogo Alberti quae in Turicensi omissa aut depravata sunt, sed eguntur in uno alterove ex ceteris Gilberti melioris notae manuscriptis, Cantabr., Vatic., Madrig. scilicet: unde cognoscitur codice, lacunis et vitiis minus foedato, usum esse Albertum: in quo ea quoque infuisse videntur, quae in nostris* 56 *Gilberti codicibus non leguntur*[56]. *Ex quibus cum nonnulla iisdem fere verbis legantur etiam apud* ***Martinum Polonum***[57], *verisimile est, usum esse eum codice ex eadem, qua Alberti codex familia oriundum, diversae tamen recensionis*[58]. *His constitutis, haud difficile est iudicare de pretio catalogi Albertini; collato enim ad eum codice Turicensi, ad Gilberti recensionem pervenitur diversam ab ea, quae ex codicibus Vaticano, Cantabr., Madrig. eruenda est: quae in edendo Gilberti libro haud spernenda erit*[59].

*Paucis iam agendum nobis est de aliis quibusdam fontibus, quos in catalogo paparum adhibuit Albertus. Ac quidem* ***Adamo Bremensi***[60] *debentur quaedam ex iis, quae de Adriano , Gregorio IV, Stephano V, Sergio III, Iohanne X, Leone VI, Benedicto IX. referuntur; ex* ***Helmoldo***[61] *Gregorii VI. et Innocentii II.* 62 *gesta illustrantur, semel* ***Hieronymi*** *de viris illustribus librum*[62] *de Victore I, semel* ***Gesta Trevirorum***[63] *de Zacharia I. consuluit. Restant vel sic quaedam, quorum fontes ignoramus, in iis quae de ordinationibus episcoporum Bremensium traduntur; in Adamo Bremensi enim non inveniuntur. Perspicitur hinc, non ita multum fructus ex hac Alberti farragine petendum esse: ne in ultimorum quidem paparum Innocentii III, Honorii III, Gregorii IX, Coelestini, Innocentii IV historia, ubi suis fontibus uti poterat: leguntur enim haec tantum non omnia sub diversis annis in chronico digesta. Gilbertum continuatum non* 64 *novit. Adiiciuntur praeterea ab Alberto hic illic aequales singulis papis*[64] *imperatores Romani aut Teutonici, ubi omissi sunt in Pseudoliutprando; quod*

55) Adi notas nostras. 56) Exempli gratia inde a papa Stephano VI. nationis nomen fere semper ab Alberto adiicitur papae nominibus, quod in ceteris Gilb. codd. deest, in Turicensi legi iam non potuit. 57) Vide quae apud utrumque referuntur de Marcello I, Liberio I, Benedicto I. etc., quae in notis invenies. 58) cf. paparum ordinem inde a Stephano VII. et Benedicto V. 59) Schema hoc oculis subiiciat, qualem inter diversas Gilberti recensiones intercedere putamus necessitudinem.




60) Adam. I. I. c. 12, c. 18. schol. 11. c. 53. 56; II. c. 1. 66. 67; III, 1. 61) Helm. I, 31. 41. 62) c. 34. 63) c. 25. 64) cf. narrata de Liberio I, Felice II, Damaso I, Siricio I. etc. usque ad Felicem III, de Adriano II.

*Alberti studiis chronologicis debemus, nisi forte in his quoque Gilbertum, qualem ante oculos habuit, secutus esse putandus est.*

3) *Plura diversi generis libro Albertus inseruit ad a.* 1152.

a. *Seriem imperatorum Romanorum et Teutonicorum, adiectis archiepiscopis Bremensibus, signa Zodiaci, stemmata quaedam, duobus codicis Guelferbitani paginis scripta.*

b. *Notitiam de Hildegardi magistra sororum Montis sancti Roberti prope Bingium, additis excerptis ex eiusdem epistolis et scriptis, e quibus liber divinorum operum hic ideo vel maxime nominandus est, quod editus hucusque non est.*

c. *Narrationem de duobus iuvenibus litteratis Tirri et Firri, problemata arithmetica invicem sibi proponentibus. Videntur istae quaestiones ex Coloniensi civitate originem duxisse. Similes inter praeceptorem et discipulum dialogi medio aevo usitati fuere: quin etiam ipsa nomina inveniuntur in poemate Teutonico Wolframo de Eschenbach adscripto, ubi Tyrol, Scotiae rex, filio suo Fridebrando aenigmata proponit eumque postea praeceptis instruit. Tamen fontem horum omnium fuisse summi Bedae propositiones arithmeticas, collato cum iis Alberto, facile perspicitur; quem hunc quoque librum consuluisse in quaestionibus excogitandis a verisimilitate non abhorret.*

d. *Confabulantur iidem iuvenes de itinere, inde a Stadio usque ad Romam per Belgiam et Galliam facto atque in patriam per Helvetiam sive Tyrol reditu. Similia itineraria nobis servata sunt, quamquam minus accurate ipsum iter atque distantia locorum in iis describuntur. Simile iter Albertum nostrum anno* 1236. *fecisse a verisimilitate non abhorret.*

e. *Adiicitur iter maritimum versus Ierusalem, quod ex Adami Bremensi scholio* 96 *desumptum esse videtur; —*

f. *denique topographia terrae sacrae. Eandem fere, paucis tantum sententiis intercalatis, aut omissis apud Alberti aequalem Vincentium Bellovacensem in speculi historialis l. XXXI, c.* 64. 65 *init.,* 59—63. 64 *fin. invenies, ubi* 65 *sicuti pars epistolae, de qua in Arnoldi Lubecensis chronici praefatione agendum nobis est, transcripta legitur. In recensione vero eiusdem epistolae, quam Iacobus de Vitriaco l. III. inseruit*[65]*, nonnullae tantum lineae cum Alberto consentiunt. Omnes hi scriptores ex fonte nobis ignoto hausisse videntur, Albertum tamen, ubi paullo accuratius cum Vincentio contuleris, parum accurate in illo exscribendo egisse apparebit. Librum illum inter annos* 1115. *et* 1189. *ortum esse patet ex castro Monte regali commemorato, quod a Baldewino I. anno* 1115. *conditum, a.* 1189. *a christianis amissum est. Ea quoque, quae Albertus profert de tumulo sanctae Mariae, praecedentem eius aetati auctorem produnt.*

4) *Postremo commemoranda sunt hic schemata quaedam genealogica in codicis Guelferbitani margine potissimum adscripta, quae, quin ab Alberto, neque vero a codicis scriptore profecta sint, vix quisquam dubitabit.*

*Auctoribus supra laudatis in libro suo conscribendo ex ignotis nobis fontibus fere nihil addidit Albertus; quae enim de regnis historiae antiquae atque ex sui temporis traditione ecclesiastica immiscuit, ineptiam tam aperte produnt, ut vix hic commemoranda sint. Hinc facile perspicitur, nullius momenti libri eius partem priorem esse, donec ad saeculum, quod ipse vidit, pervenitur. De iis vero, quae ipsius aetate gesta sunt ab Heinrico Leone eiusque filiis, ab archiepiscopis Bremensibus, a Stedingis etc., brevissima quidem sed exoptatissima refert. Dolendum tamen est magnopere, eum in annis adno-*

65) Bongarsii Gesta Dei per Francos T. I. p. 1127 l. 13—28; cf. Vincent. l. l. c. 60 et 61.

*tandis parum diligentem fuisse, unde plurimis iisdemque gravissimis erroribus abundat, in iis, quae gesta sunt eo ipso quo vixit tempore. Quorum multa exempla in notis nostris indigitabimus.*

*Testem eorum, quae narrat, Albertus nominat* ***Henricum****, scholasticum Bremensem, cui proculdubio haud pauca ex iis, quae refert, debentur. Iste natus anno* 1137, *notarius factus est archiepiscopi Moguntinensis Christiani de Buch, quocum anno* 1172. *obsidioni urbis Bononiae affuit. A.* 1179. *praesens fuit in concilio Lateranensi,* 1183. *missus est ad Lucium III. papam, ut Sifridum archiepiscopum Bremensem contra canonicorum Bremensium accusationes de-* 66 *fenderet*[66] *Usque ad annum* 1201. *eum in documentis Bremensibus reperimus; quo tempore Godescalcus in scholastici dignitate ei successit. Attamen, cum hic Godescalcus tantum usque ad ad a.* 1205. *scholastici munere functus sit*[67], *Henricum eius successorem, est qui putet, ab Henrico illo, de quo modo diximus, secernendum non esse, sed illum iterum scholastici munus suscepisse. Quem Alberti nostri praeceptorem fuisse, a verisimilitate non abhorret.*

*Alberti liber haud diu incognitus fuit, id quod inde vel maxime cognoscitur, quod in pluribus medii aevi operibus historicis ad verbum transcriptus est. Quod primum factum esse videtur in illo, de quo infra sub* ***Annalium Hamburgensium*** *nomine acturi sumus, quod in plurima chronica Lubecensia transiit.*

*Excerptum brevissimum libri Albertini, res Danicas complectens, legitur sub titulo* ***Chronicon Danicum ab a.*** 1214. ***usque ad a.*** 1252. *apud Ludewigium in Reliquiis Mspt. T. IX. p.* 208—212 *hinc apud Langebekium Scr. rer. Danic. T. V. p.* 497—499 *editum, ignorantes, unde manaverit.*

***Anonymi historia archiepiscoporum Bremensium*** *fere tota usque ad a.* 1250. *ex Alberto Stadensi est descripta.*

*Alb.* ***Crantzius*** *denique, ut recentiores taceamus, hoc libro saepissime usus est, id quod ipse in Metropolis l. VIII. c.* 2 *testatur his verbis: „Albertus Stadensis abbas quem sequimur authorem in antiquitatibus huius regionis, scripsit enim* ***temporum annales****." Revolventi Crantzii librum atque cum Alberto comparanti, facile patebit,* ***annalium*** *nomine librum nostrum designari et errare, qui* 68 *de alio quodam opere Alberti deperdito,* ***Annalium titulo*** *inscripto, nugantur*[68].

*Codices libri Albertini paucissimi tantum noti nobis sunt:*

*Codex ille, quem nos numero* 2) *signamus, in quo Alberti editiones hucusque omnes nituntur, fuit quondam in bibliotheca viri illustrissimi de patria et de re litteraria optime meriti, Henrici Ranzovii, equitis Holsati, proregis Danici in ducatu Slesvico-Holsatico, excussus a Reinero Reineccio a.* 1587. *Codicem editor non descripsit, neque mihi constat, quo auctore nitatur I. A. Fabricius, chartaceum eum fuisse asserens in bibliotheca Latina mediae et infimae aetatis. Plures lacunae in eo deprehendebantur, siquidem secundum editionem Reineccianam iudicare licet: ad a.* 788. *in descriptione terminorum archiepiscopatus Bremensis, ad a.* 1239. *in Friderici II. epistola, ad cardinales data. Hunc codicem ex Reineccii editione tantum novimus.*

*De alio codice, quem ipse possedit, loquitur* ***Tobias Eckhardus in vita Alberti Stadensis*** *fol.* 19 *et* 20 *De quo nihil nobis compertum est, neque pauca quae ex eo Eckhardus affert, nobis eum desiderare faciunt.*

*Tertium codicem fuisse quondam in bibliotheca Bordesholmiensi novimus* 69 *ex catalogo eiusdem, a Merzdorfio edito*[69].

66) v. Alb. ad a. 1172. 1179. 1183. 67) id quod ex documentis patet editis in Hamb. Urkundenbuch N°. 375. 396. 68) Ita et Antonius Possevinus Apparatus sacr. T. I. p. 27, cuius errorem correxit Eckhardus in vita Alberti Stad. 69) Merzdorf biblioth. Unterhaltungen, Neue Sammlung 1850. p. 21.

*Quartus denique extat codex quem nos numero*

1) *signamus membranaceus saeculi XIV, a nobis numero* 1 *insignitus, nunc in bibliotheca Guelferbitana asservatur. Hic liber olim Lubecae fuit, postea Matthiae Flaccii Illyrici, qui hoc chronico in catalogo suo testium utebatur, deinde in bibliothecam ducum Brunsvicensium Iulii et Friderici Ulrici, hinc in bibliothecam universitatis litterarum Helmstadensis atque hinc in locum, ubi nunc reconditur, translatus est. Volumen hoc foliorum* 180 *formae folio, quae dicitur, ex tribus codicibus constat, quorum primus atque secundus Alberti chronicon continent, tertius annales Lubicenses, a nobis infra edendos, quibus antea continuationis Alberti nomen erat inditum. Primus codex quinque quaternionum a codicis scriptore in prima aut ultima pagina suis numeris insignitorum, scriptus est diligenter binis* 34 *linearum columnis a manu vetustiore; in pagina aversa fol.* 42. *manus minutior atque negligentior usque ad a.* 767. *deduxit chronicon, iam sequuntur in fol.* 43. *p. adversa stemma Carolingorum atque catalogus episcoporum Verdensium usque ad a.* 1256. *eadem manu scripta. Pagina aversa fol.* 43. *nuda relicta est, in pagina adversa fol.* 1. *atramentum vetustate detritum est. Manum illam, de qua diximus, negligentiorem eandem fuisse, quae secundum codicem descripsit, per se verisimile est, atque comprobatur, collatis inter se hac manu et notis marginalibus, in secundo codice hic illic litteris minoribus adscriptis. Iam inde a fol.* 44. *nova fasciculorum serie secundum incipere codicem proditur: e quibus fasciculus VIII, XI, XII. quinterniones, ceteri quaterniones sunt, fasc. XVI. tria folia ultima, nuda relicta a codicis scriptore, a novissimo demum compactore resecta esse videntur. Singuli fasciculi diverso modo a codicis scriptore insigniti sunt, numerum enim fasciculorum aut in prima ultimave pagina adscripsit, aut in imo ultimae paginae fasciculorum margine verba prima sequentis fasciculi adiecit. Huius quoque codices pag. ultima atque penultimae columna integra et dimidia nudae relictae sunt: in penultimae p. col.* 2. *atramento flavescente scriptum:* Iam candor celorum splenduit. *Sponte in oculos incurrit, codicem hunc paullo seriore aetate scriptum esse, quam primum. Iam sequitur tertius codex* 14 *foliorum, quo annales Lubicenses continentur. Qui posteriore quam secundus codex aetate scriptus est, quamquam primo adspectu fere aequalem dixeris. Non praetermittendum est, manum satis recentem, fortasse Flaccii Illyrici, diversarum scripturarum respectu non habito, totius codicis folia numeris* 1—185 *notavisse, e quibus nunc* 169. 170. 171. *deesse iam diximus: numeri* 138 *et* 139 *negligentia omissi sunt: totum igitur volumen Guelferbitanum hodie* 180 *non* 185 *foliorum est. Litterae initiales, ipso demum codice perscripto, minio rubro appictae sunt: id quod ex litteris adscriptis, ne erraret miniator, atramento in margine et in intercolumniis apparet: cuius rei luculentum exemplum in catalogo paparum atque in annalibus historiae Romanae invenies; in verbis* Anno Domini *saepissime redeuntibus semper illud* a *adscribere, operae pretium non duxit codicis scriptor, quare aliquoties omissum a miniatore. Praeterea in verborum continuitate in utroque Alberti codice Guelferbitano praecipuas lineas litterarum initialium in singularum sententiarum initiis et in nominibus propriis minio insignitae sunt, neque pepercit minio in stemmatis notisque marginalibus exornandis miniator.*

*Quod ad scribendi genus attinet in utroque codice adhibitum, modo dictum est, secundi codicis recentiorem esse scripturam, quam prioris. Si ad scribendi rationem respexeris, in priore codice fere semper* u *litteram adhibitam invenies pro vocali et consonante: in secundo adeo invaluit litterae* v *usus, ut*

*nisi in mediis vocabulis non occurrat. Hinc derivandum est, quod concurrentibus* u *vocali et consonante in priore codice* uu *scriptum est, in secundo* w (= vv). *In nonnullis uterque codex consentit.* 1) *pro* ae *et* eo *diphthongis semper* e, *nullo compendio addito, scribitur.* 2) t *et* c *litterae difficillime tantum dignoscuntur; quamobrem in nominibus propriis saepius in dubio est relinquendum, utrum* ti *an* ci, th *an* ch *scribendum sit.* 3) *in* i *et* y *adhibendis certa regula desideratur: in verbis, e Graeco in Latinum sermonem translatis, praetulisse videtur* i *litteram Albertus* (sinodus, Simmachus, martir, Crisostomus). *Cum in universum satis diligenter exarati sint voluminis Guelferbitani codices, tamen non desunt vitia. Etenim nomina propria saepius vitiose scripta sunt. In annis adscribendis saepius erratum est, ac quidem plerumque ita, ut numerus denarius haud suo loco, aut saepius quam debebat, poneretur. Quae si cui accuratius persequenda esse videntur, in notis criticis inveniet. Maioris momenti sunt errores in numeris commissi, qui in catalogo paparum deprehenduntur; pro erroribus enim omnes eas discrepantias habendas esse inter Alberti catalogum eiusque fontes, quae ex rationibus palaeographicis facillime derivantur, nemo negabit. Qui errores utrum Alberto, an librariis debeantur, iam non discernendum erit. Codices voluminis Guelferbitani ex* 70 *vetustiore libro manuscripto esse descriptos, cum ipsis annalibus Lubicensibus, a manu non ita multum seriore adscriptis, tum erroribus quibusdam in nominibus comprobatur, commissis haud dubie ideo, quod scriptor in codice archetypo nomina legere non potuit*[70]. *Intra fines archiepiscopatus Bremensis scriptos eos esse, fit evidentissimum ex verbis in margine saepius additis „notate Hamburgenses, Ramesloenses, Dani, Lubecenses, Bremenses"*[71]*: Lubecae quondam eum fuisse, supra iam dictum est. Fortasse uterque codex noster a monacho ordinis Dominicani Lubecae ex Stadensi quodam Alberti codice descriptus est: ibidem annales Lubicenses originem duxisse videntur. Codices Guelferbitani voluminis, quanti momenti sint in nova Alberti editione, iam Andreas Hojerus perspexit, enotatis quibusdam lectionibus in praefatione continuationi Alberti Stadensis, quam dixit, a.* 1720. *ab eo* 72 *editae, praemissa. Collatio eiusdem inde ab anno* 769. *usque ad finem, omissis tamen omnibus, quae ad a.* 1152. *inserta sunt, minutiosissime saepius tamen imperite instituta est a F. D. Haeberlin in Analectis medii aevi a.* 1764. *editis p.* 609 —706.[72] *Collatis inter se Ranzoviano et Guelferbitano codice iidem in utroque saepe errores animadvertuntur*[73]. *Maxima vero diversitas extat, si ad numeros* 74 *annorum et ad verborum collocationem respexeris, qua sententia non variatur. Miram quoque codicum discrepantiam deprehendas in versibus Lucani, laudatis in itinerario Romano, atque in annalibus historiae Romanae, quintae aetati insertis, denique in stemmatis, in margine codicis Guelferbitani adiectis*[74]. *Quae cum ita sint, vix audiendus est Hojerus (praef. p. IV.), qui indicio satis mirabili nisus, ex Guelferbitano Ranzovianum descriptum esse contendit. Quamquam hac de re difficile est ad diiudicandum, cum parum constet, utrum Reineccius ubique Ranzoviani vestigia presserit, necne. Illud vero pro certo affirmari potest, codicem Guelferbitanum maioris pretii esse quam Ranzovianum; id quod saepissime nostra editione comprobabitur. Quare nos codicem* 1 *secuti sumus in nostra editione, erroribus tantum levibus emendatis atque servata hic illic Ranzoviani scriptura, ubi Guelferbitani apertis vitiis praeferenda erat.*

70) Vid. nott. A. D. 361. 394. 601. all. 71) quae in nostra editione non adiecimus. 72) Cf. quoque eiusdem praefationem et quae infra ad Continuationem Alberti Stadensis de hoc ipso codice addidimus. 73) Vid. ad a. 1184. 1234. 1236. 1238. 74) Cf. etiam, quae congessimus in commentatione de Alberto Pertzii Tabularii vol. VI. inserta p. 344; ex qua, quae minoris momenti sunt, iterum hic non repetivimus.

*Alberti liber hucusque quater editus est, sed omnium harum editionum fundamentum fuit codex Ranzovianus.*

1) *Editio Reineri Reineccii Helmaestadii* 1587. 4°.

2) *Eadem editio repetita Vitebergae* 1608. 4°.

3) *Cum annotationibus I. H. Boecleri in I. G. Kulpisii Volum. rerum Germanicarum Argentorati* 1685. *fol. pag.* 123—336, *omissis dialogis inter adolescentes Tirri et Firri.*

4) *in Schilteri scriptoribus rerum Germanicarum Argentorati* 1702.

*Quod ad nostram editionem attinet, id tantum restat, ut moneamus lectorem, quae ex aliis notis nobis fontibus hausit Albertus, hic typis expressa non esse, sed excerpta tantum in hisce esse prima et ultima verba, addito unde manarunt singula fonte. In iis, quae ex notis nobis fontibus non desumpsit, haud a re fore putavimus, commemoratis aliis fontibus, lectorem certiorem facere de pretio eorum, quae Albertus refert; sin minus recte se habebant, vitia eius correximus.*

*Hamburgi.* *I. M. LAPPENBERG.*

# ANNALES ALBERTI ABBATIS STADENSIS,

## A CONDITO ORBE USQUE AD ANNUM IESU CHRISTI 1256. DEDUCTI.

## IN NOMINE PATRIS ET FILII ET SANCTI SPIRITUS. AMEN[a].

A primo parente hominum usque ad Ninum nullos[b] actus rerum mundialium historiographi posteris attulerunt, ideo- 1
que ab ipso ceperunt: quia ipse primus aliena invadens, minime suis terminis erat contentus[1]. Legislator Moyses brevi stilo eadem percurrit tempora, mundi initium, prothoplasti casum, procreationem et corruptionem hominum, generale diluvium divisionemque linguarum proferens et celeriter comprehendens. Beda venerabilis presbyter nichil aliud legitur in descriptione temporum protulisse. Ex relationibus siquidem sapientum colligitur, Moysen et Cecropem, qui Athenas condidit et primus ibi regnavit, qui etiam cum Pharaone in mari rubro submersus est, contemporaneos extitisse[2]. Rex idem primus omnium Iovem Deum appellans, ei victimas immolavit[3]. Troianum autem bellum hi duo 350 annis, ut dicunt historiae, precesserunt[4]. Verum hos duos idcirco in medium protulimus, ut aliquas concordantias temporum inter divinos libros et gentiles historias ostendamus. Sed et Horosius presbyter, famosus historiarum cognitor, quatuor regnorum metas per similes annos studuit adaptare, ostendens, quod solus Deus et regum est dispositor et regnorum[5].

A nativitate siquidem Abrahe usque ad Moysen et egressum Israhel de Egipto 505 annos poteris invenire. Bene autem si computes, exinde usque ad Salomonem et primam edificationem templi annos 478 invenies *annotatos. Bre- *Reinecc. f. 1'.*
viterque cognosces, quod a Salomone usque ad restaurationem templi, sub Dario factam, anni 512 supputantur. A Dario usque ad predicationem Christi annos 547 poteris numerare. Similiter a 43. anno Nini usque ad 46. annum Cecropis sunt anni 505 ab historiographis computati. Sed exinde usque ad excidium Troie anni 329. Troie captivitas usque ad Darium, sub quo templum restauratum est, 405 annos dinoscitur continere. A Dario usque ad Tiberium, videlicet eius 15. annum, invenies 547 annos. Denique perspicuum est, a Nino et Semiramide usque ad Tiberium, scilicet eius 15. annum, duo milia annorum et 42 annos inveniri. Etiam perlucidum est, ab Abraham usque ad predicationem Christi 6
eundem annorum numerum annotatum[6].

Neque[7] hic preterеundum arbitror, quod a 43. anno Nini usque ad Troie captivitatem 834 invenies annos. Sic etiam in regno Sicyoniorum a 22. anno regis Europis, qui secundus ibi regnavit, usque ad Troie excidium etiam 834 annorum quantitas invenitur. Ita etiam apud Hebreos a nativitate Abraham usque ad tertium annum Labdon iudicis, sub quo Troia capta est[c], iterum 834 annorum numerus calculatur. Similiter a Semiramide usque ad regem Egipti Theoren[d], quem Homerus Polipum vocat, idem annorum cursus, scilicet 834, annotatur. Porro sub eodem quoque Troia capta est.

Omnibus itaque liquet, principia regnorum, gesta fortium, in divinis et gentilibus libris quandam concordantiam temporum observare. Sumentes igitur a mundi principio exordium, succincta narratione usque ad nostra tempora procedemus, quibus simus[e] contemporanei, quanto expeditius poterimus, ostendentes. Tempora vero nostra sunt hec. Millesimus ducentesimus quadragesimus annus gratie iam effluxit. In sede Petri Gregorius nonus iam 13 annis sedit[8]. Negotia imperii Fridericus[9] secundus huius nominis, 89. *ab Augusto, 20 annis gubernavit. Onus Bremensis ecclesie *Reinecc f. 2.*
Gerardus archiepiscopus secundus iam 23[10] gessit annos. Rex Waldemarus 38 annis, ipse iam septuagenarius, regnum Dacie gubernabat[11]. Urbs Romana iam per duo milia annorum steterat, decem tantum minus. Mundus secundum Ho- 12
rosium[12] et 70 interpretes 6 milia 439 habuit annos.

a) In nomine — amen 1. *cetera a nobis adiecta.* b) nollos 1. c) *ita* 1. est *deest in* 2. d) *ita* 1. Tuorin 2. e) *ita* 2. quiquibus sint 1.

1) *quia ipse primus — erat contemptus* ex Ekkeh. f. 34, l. 14. Similiter Orosius l. I, c. 1 a Nino coepisse regna bellaque dixit. 2) Moysen et Cecropem contemporaneos fuisse auctor Ekkeh. f. 33, l. 20. 3) *Rex idem — immolavit* ex Ekkeh. f. 33, l. 40. 4) *Troianum — precesserunt* ex Ekkeh. f. 33, l. 21. 5) Orosius histor. II, 1; VII, 2. 6) *A nativitate siquidem Abrahe — annotatum* ex Ekkeh. f. 34, l. 31—41; nisi quod Albertus in numero annorum, quos post captam Troiam Darium vixisse dicit, erravit incuria quibusdam omissis 7) *Neque hic — capta est* ex Ekkeh. f. 34, l. 22—27. 8) Sedit inde ab a. 1227. d. 19. Martii. 9) Imperator coronatus est a. 1220. d. 22. Nov. 10) qui Gerardo I. successit defuncto 1219. med. m. Augusto; v. Albertum h. a. 11) natus a. 1170. d. 28. Iunii, coronatus in oppido Lund, d. Dec. 25. a. 1202. 12) Histor. l. I, c. 1.

Forte requiretur a posteris, quis vel qualis fuerit nostri seculi status? Hiis respondemus:

*Rara fides ideo est, quia multi multa locuntur*[1].

Aliena rapiunt omnes, paucissimi propria largiuntur. Timemus sane, Christi verbum iam esse in ianuis, quoniam super-
2 habundavit iniquitas, refrigescit caritas multorum[2]. Redeamus ad propositum. Utique verum est, quod ab hiis, qui in cronicis gesta describunt hominum, plerumque ob captationem benevolentie quidam depinguntur strenui, qui crudelissimi sunt tiranni. Mos iste claudicat in loquendo. Malorum malitia et eorum correctio vel vindicta, si recte proferatur in lucem, in exemplum erit aliis aut cautelam. Itemque[3] lucerna accensa non est ponenda sub modio, sed super candelabrum, ut luceat omnibus, qui in domo sunt. Nonne quecunque scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt? Ideo ergo gesta scribuntur hominum, ut lectores auditoresque de bonorum bonitate proficiant, et de malorum malitia cauti fiant. Meminerit interea lector, quod, si annorum occurrit diversitas, hoc ex contraria relatione antiquorum, vel vitio scriptoris, vel negligentia provenit computantis. Unde reor non incongruum, ut de annorum veritate ipse sibi calculet et[a] perfecte, quem annorum contrarietas coegerit dubitare. Sed hec hactenus. Nunc ad propositum accedamus.

In principio — et terram. *ex Genes.* 1, 1.

Prima igitur etate seculi nascentis — appellavit diem. *ex Beda.*

Reinecc. f 2. Secunda firmamentum '— secundus. *ex Genes.* 1, 6. 7.

Tertia die — appellatur. *ex Beda.*

Septima — quod patrarat. *ex Genes.* 2, 2.

Adam primus homo, ad imaginem Dei in Ebron formatus, in paradiso cum Eva septem horis commoratus, ob mandati transgressionem huius mundi exilium subiit, in quo 30 filios et totidem filias absque Abel et Cayn genuit. Adam annorum 130 — annis 800. *ex Beda.* Adam autem post 930 annos in loco ubi nunc est Iherusalem obiit, in loco Calvarie sepultus, aliquamdiu requievit; deinde in Ebron translatus in terram, de qua assumptus est, rediit. Abel, filius Ade, 30 annorum a fratre
4 Cayn apud Damascum[4] occiditur anno 130. vite Ade.

Ekk. Seth frater Abel vixit 912 annos. Gigantes nati sunt. Seth annorum 105 genuit Enos, cui supervixit annis 908[5].

Enos vixit 925[6] annis — vixit annos 840. *ex Beda.*

Reinecc. f 3. Malalehel vixit 825[7] annis. Qui cum esset '— 300 annis, *ex Beda*, et translatus est (Enoch) in paradisum. Hic litteras repperit et quosdam libros conscripsit[8]. Huius tempore Adam mortuus est.

Matusalam — annis 772, *ex Beda:* idemque usque ad diluvium sc licet quinque annis[b] ante diluvium.

Lamech — annis 595. *ex Beda.* Anno Matusale 244, Lamech vero 56. mortuus est Adam annorum 930.

Cayn — ferri et eris. *ex Genes.* 4, 17 *sq.* Soror eorum Noema repperit artem varie texture. Hic-
9 que Lamech primus induxit bigamiam[9].

Noe vixit 850 annis — 17. die mensis. *ex Genes.* 7, 11. Huius tempore primitus visa est yris et pluvia et hominibus usus carnium concessus. Noe cum 500 esset annorum — et uxores filiorum eius. *ex Genes.* 5, 32 *et* 7, 13. Aliter universi homines — et omnis caro corruperat viam suam. *ex Genes.* 7, 22 *et* 6, 12. Obtinueruntque
Reinecc. f 3. aque terras '— apparuerunt cacumina montium. *ex Genes.* 7, 24 *et* 8, 3 *sq.* Verum 601. anno — arefacta est terra. *ex Genes.* 8, 14. et Noe revoluto anno eadem die arcam exiit, qua intravit.

Hic terminatur prima etas et continet 1651[10] annos secundum Hebraicam veritatem, iuxta septuaginta interpretes 2272[11], generationes 10. Dicit tamen Methodius martir, ab Adam usque ad ingressum Noe in arcam annos fuisse 2000 duodecim minus[12].

Secunda seculi etate — de arca. *ex Beda.* Sem filius Noe esse dicitur, qui et Melchisedech; vixit 602 annis. Huius tempore divisum est genus hominum in terra in liberos, in milites, in servos. Liberi de Sem, milites de Iaphet, servi de Cam. Sem 100 annorum — nativitatis Iacob. *ex Beda.*

A Noe — conturbatur. *ex Ekkeh.*

Arfaxat — 438 annis. *ex Beda.*

Sale vixit 433[c] annis. Hic condidit Salem; ab hoc Samarite et Indi. Hic annorum — 464 annis.
Reinecc. f 4. *ex Beda.* Huius (Hebri) tempore turris '— facilius sustineret. *ex Ekkeh.* Metodius: „Anno 700. in tertio millenario seculi edificata est Babilonia magna."[13]

Phalech vixit 229 annis. Huius tempore divise sunt lingue in 72; huius etiam tempore idolatria orta est. Hic annorum 30 genuit Rev, cui supervixit annis 209. In huius familia — divisus ab aliis. *ex Beda.*

Rev vixit 239 annis[14]. Huius tempore Scitarum regnum et Egiptiorum exortum est. Qui — annis 207. *ex Beda.*

14 Saruch[d] vixit 230 annis[14]. Huius tempore regnum Assiriorum et Sicioniorum nascitur[15]. Qui — annis 200. *ex Beda.*

Nachor — Thare. *ex Beda.*

Thare — annis 135. *ex Beda.* Babilonia conditur. Hactenus — ad Habraham 1072. *ex Beda.* Generationes 10. Ab Adam — usque ad Christum 2016.[16] *ex Ekkeh.*

cf. Ekk. Secunda etate apud Babel primus regnavit Nemroth, gigas 30 cubitorum, cui successit filius eius
Reinecc. f 4. Assur, a quo Assirii. Huius filius Bel — Ninus bello victum occidit, *ex Ekkeh.*, qui et 'Sirophanem, primum

a) et *vox in spatio interlineari perperam apposita.* b) *legendum* sine sex annis *ex LXX interpr.* c) 333 2. d) Baruch 1.

1) Dionysius Cato I, 13. 2) *Quoniam — multorum.* Ev. Matth. 24, 12. 3) *Itemque — in domo sunt.* ibid. 5, 15. 4) Cf. Vincent. I, 56. 5) 907 Ekkeh. ex Beda. 6) 905 ann. Ekkeh. ex Genes. 5, 9. 7) 895 ann. Ekkeh. ex Gen. 5, 17. 8) Similia de Iareth habet Beda, de Enoch Ekkeh. 9) Cf. Vinc. Bellovac. I, 57 et Matth. Westmonasteriensem. 10) 1656 Ekkeh. ex Beda. 11) 2262 Ekkeh.; 2242 Hieronymus et Beda. 12) Cf. cum iis, quae ex Methodio Albertus attulit, eiusdem *Revelationes* Bibl. max. patr. T. III. p. 727. H. 13) ib. 728. A. 14) Cf. Bedam. 15) tempore Nachoris auctore Ekkehardo. 16) 2015 Ekkeh. ex Orosio.

idolatram Egipti subiecit. Tempore Nini anno regni eius 43. — anno 50. ante nativitatem Domini Iulius Romanis Treverim subiugavit. *ex Gestis Trever. c. 1 sq.*

Post Ninum regnavit Semiramis uxor eius 42 annis. Hec condidit magnam Babiloniam et sub-
iugavit Indiam et Ethiopiam. Huic successit filius eius Ninias, Niniati Arrius, qui et Erioch[a], huic
Xerses[b], post quem Beloch[c], illi Armamitres, post hunc Baal, deinde Mamithas[1], exin Saporus[2], post 1
Agatides[d.3], inde Aminthus[e.4], hinc Lampares[5], postea Enous[f.6], deinde Eutropis[g.7], exinde Sardana- Reinecc. f. 5.
palla[h], sub quo defecit regnum Assiriorum, quod stetit annis 1164[8].

Post divisionem linguarum surrexit regnum Scitarum 60 annis, ante quam Assiriorum. Primus vero regnavit Tanaus[i] a quo flumen Tanais dicitur.

In Egipto primus regnavit Pharao, a quo Pharus civitas et posteri reges dicti. Ab hoc 17. Ama-
sis[k], sub quo venit Ioseph in Egiptum. Post hunc 3. Meffres[l], sub quo moritur Ioseph. Post hunc 7.
Cencres[m.9], qui submersus est in mari rubro. 9

Apud Sicionios, id est Archades[n], regnavit primus Egelas[o], huic successit Archas, a quo Archa- cf. Ekk.
dia; inde Tantalus[p], post hunc Europs, qui Europam subiugavit; inde et Europa dicitur. Cuius
tempore Esron, qui et Enach, gigas Ebron condidit, post quem 7. anno condita est Tanais a Tanao in
Egipto[q]. Europi successit Telsion[r.10], inde Tiriacus[s.11], cui facta sunt sacrificia; post hunc 8. Hercu-
les[12]; post hunc 7. Pelasgus[13], a quo Pelasgi[t]. Tandem Zeuxippus[14], quem occidit Arethos rex Chorin-
tiorum, et tunc consumptum est regnum Sicioniorum, quod stetit annis 900[15]; deinde sacerdotes po-
pulum rexerunt[16]. 16

Tertia seculi aetate prima huius die — Ninus et Semiramis Assiriis regnabant. *ex Beda.* Abraham 12. ab Noe Beda.
vixit 170 annis. Huic primo data est circumcisio[17]. Hic invenit Hebreas litteras, hic etiam docuit
Chaldeos astronomiam, Egiptios geometriam. Huius tempore quinque civitates Sodoma et Gomorra cum aliis
submerse sunt. Abraham annorum — a quo Ysmahelite. *ex Beda.*

Nachor frater Abraham hos tres fratres Hus, Buz[u], Batuel genuit, mortuo patre suo Thare in Carra Mesopotamie[18].
De Buz descendit Balaam, qui secundum Hebreos in Iob dicitur Eliud Buzites[19]. 19

Aran — ebrius factus. *ex Gen.* 19, 37. 38.

Ysmahel — 8. die circumcisus.' *ex Beda.* Reinecc. f. 5'.

Ysaac vixit 120[20] annis — post quorum ortum vixit annis . . . *ex Beda et Ekkeh.*

Iacob vixit 147 annis. Huius tempore fuit diluvium novem menses in Achaia sub Egigio[v] rege Thebanorum,
in quo Cerambus volasse fertur[21]. Hoc tempore claruit — annis 215. *ex Beda, Genesi, Ekkeh.*

Iosep vixit 110 annis — Athenas condidit. *ex Ekkeh.*

Caath — testatur Exodi. *ex Beda.*

Anno 360.[22] repromissionis — Deucalione. *ex Ekkeh.* Tempore etiam huius (Deucalionis) Lacedemon 22
urbs condita est a Cecrope et templum Delphicum[23]. Iste Cecrops cum Pharaone submersus est in mari
rubro[24]. Sub Moise Prometheus frater 'Caucasi primus docuit philosophiam in Oriente. Athlas Reinecc. f. 6.
frater eius, rex Affricae, docuit astrologiam, unde[w] celum sustentare dicitur. Moises — construxit.
*ex Beda.*

Datan — igne divino periit. *ex Numeris c.* 16.

Moises — secundum Hebreos 2093.[25] *ex Ekkeh.* 25

Tricesimo vero anno Moisi — et ut nullus eas Athenas vocaret. *ex Ekkeh.*

Iosue, qui et Iesus, vixit 110 annis. Iste 26[26] annis rexit Israel. Huius tempore exsiccatus est Iordanis populo cf. Ekk.
Dei, et sol stetit spatio duorum dierum. Sub Iosue regnavit Saturnus in Creta, inde Iupiter, postea
Minos. Apud Micenas Tantalus, hinc Pelops, inde Atreus, hinc Agamemnon et Menelaus.

'Caleph, successit Iosue, qui in morte Iosue erat 100 annorum. Huius tempore ficte sunt fabule.
Orpheus claruit. Huius tempore fuerunt Iupiter et Saturnus, Solmus et Carro[x], et prima Sibilla Reinecc. f. 6'
Persica claruit. Sub Caleph regnavit Amphitrion, pater Herculis. Meander, exin[y] Erictonius[z] inventor cf. Ekk.
curruum, hinc Pandion, postea Egeus, post Demophon.

Othoniel — septem[27] annis. *ex Beda.* Cathmus condidit Thebas. Iste Othoniel percussit Cariathsepher; unde habuit 27
uxorem Axam.

Aioth — Libia *ex Beda.* Huius tempore fuit bellum inter populum Israel et Beniamin, propter uxorem levitae apud Gabaon constupratam. Et de Israel quidem occisi sunt 40,000, de Beniamin autem 35,108.

Troia constituitur. Liber in India, Perseus in Perside.

Sangar iudicavit populum annis 10. Huius tempore ortum est regnum Laurentum. Iste Sangar occidit 600 viros vomere uno.

Barach cum Debbora iudicavit Israel 40 annis. Huius tempore fuit secunda Sibilla. Picus in Italia. Beda.

a) huic Aralius *addit* 2. b) huic Aralius 2. c) Baleus 2. d) Ascata 2. e) Amyntas 2. f) *hoc loco* Panniam *habet* 2. g) Ophrateus 2. h) Sardanapalus 2. i) Tantaus 1. k) Amosis 2. Amoses *Ekkeh.* l) Mephres 2. Mefres *Ekkeh.* m) Cenchres 2. Cenores 1. n) i. e. Archades *verba desunt in* 2. o) Aegialeus 2. *et Ekkeh.* p) huic — Tantalus *desunt in* 2. q) cuius — Egipto *desunt in* 2. r) Telchin 2. s) Thurimachus 2. t) post hunc 7. — Pelasgi *desunt in* 2. u) Bux 1. v) Ogygio *Ekkeh.* et 2. w) et 2. x) *desunt in* 2. *Leg. fortasse* filius Croni. y) *deest* 2. z) rex Atheniensis *addit* 2.

1) Maminthus 12. Ekkeh. 2) Sperus 14. Ekkeh. 3) Aschatadas 17. Ekkeh. 4) Amintes 18. Ekkeh. 5) Lamperes 23. Ekkeh. 6) Cuinam apud Ekkehardum respondeat nescitur. 7) Offractheus 34. Ekkeh. 8) Totus hic conspectus ex Ekkehardo compositus esse videtur. 9) Cenchris 11. Ekkeh. 10) Telexion 5. Ekkeh. 11) Turimachus 7. Ekkeh. 12) Cuinam apud Ekkehardum respondeat, nescitur. 13) Pelasgus 25. Ekkeh. 14) 28. Ekkeh. 15) 962 ann. Ekkeh. 16) Cf. Bedam. 17) Cf. Bedam. 18) Cf. Gen. 22, 22. 32. ceterum cf. infra ed. R. p. 8. 19) Iob 32, 2. 20) Errat Albertus: 60 + 120 auctore Beda. 21) Cf. Ovid. Metamorph. VII, 352. 22) 430 Ekkeh. 350 Eusebius. 23) Cf. Ekkeh. 24) Cf. prooemium Alberti. 25) 2493 Ekkeh. 26) 27. Ekkeh. 27) VIII Beda.

In initio — et Miletus condita est. *ex Beda.* Gedeon iudicavit filios Israel annis 40. Huius tempore Reinecc. f. 7. erat Hercules, Orpheus. Iste Gedeon *— Salmana stravit. *ex Iudic.* 6. *et* 7. Tirus condita est. *ex Beda.*

Beda. Iudic. 9. Abimelech filius Gedeonis regnavit super Israel tribus annis. Huius tempore extitit Theseus rex Atheniensium. Hercules Ylium vastat. Iste Abimelech fragmine mole per manum mulieris in oppido Thebbe periit.

Beda. Iudic. 10. Thola iudicavit Israel annis 23. Huius tempore fuit tertia Sibilla Delphica. Priamus in Troia post Laomedontem regnavit.

Beda. Iayr iudicavit Israel 22 annis. Huius tempore fuit bellum Thebanum. Hercules — anni 430. *ex Beda.*

Beda. Iepte iudicavit Israel 6 annis. Huius tempore erant Amazones et Theseus. Iste Iepte — anni 300. *ex Beda et Iudic.* 11 *et* 12.

Beda. Esebon[a] iudicavit Israel 7 annis. Huius tempore Booz sumpsit Ruth. Sibilla 4. Eritrea vel Babilonica claruit. Agamemnon — capitur. *ex Beda.*

Beda. Achialon[b] iudicavit Israel 10 annis. Huius tempore obsessa est Troia.

Labdon — Troia. *ex Beda.* Ex parte Grecorum occisa sunt 877,000, ex parte Troianorum 686,000. Eneas — annis 40. *ex Ekkeh. et Beda.*

Reinecc. f. 7'. Samson *— condidit. *ex Beda.*

Beda. Hely sacerdos iudicavit Israel 40 annis. Sibilla 5. Cumea claruit, ad quam venit Eneas. Hectoris — vocati sunt. *ex Beda.* Hely sacerdos et iudex, in arguendis filiis tepidus et ideo a Domino reprobatus, cum Samuelem sibi oblatum nutrisset, audita strage filiorum et archa a Philisteis capta, de sella cadens fractis cervicibus exspiravit.

1 Samuel — annis 30.[1] *ex Beda.* Orestes et Pylades extiterunt. Lacedaemoniorum regnum oritur. Iste Samuel, iudex et propheta, cum liberasset filios Israel a Philistris per agnum immolatum in lapide adiutorii in terminis posito, ad petitionem Israel Saulem, sibi a Domino missum, in regem inunxit, tribus signis confirmans unctionem, preceptum ei dans, quod quia postea transgressus est, reprobatus a Domino in tantis angustiis est positus, ut Samuelem mortuum magica arte suscitaret per Phithonissam. Hic et David unxit in regem.

Beda. Saul. primus Hebreorum rex, regnavit 20 annis. Huius tempore occidit David Goliam[c], gigantem 6 cubitorum.

cf. Ekk. Reinecc. f. 8. Hactenus tertia mundi etas protenditur, quae continet generationes 14, annos 940. *A diluvio ad David anni 2117, ab initio mundi 4124.

cf. Vulgatam. Tertia etate primus rex Idumeorum erat Balaac[2] filius Beor, post quem regnavit Iobab, qui et Iob, deinde Husan, exinde alii quinque reges, deinde duces. Iob autem erat 5. ab Habraham. Abraham genuit Ysaac, Ysaac Esau, Esau Zara, is genuit Iob. Alius Balac filius Sephor erat rex Moab et Madian, qui conduxit hariolum Balaan[3], qui et Heliu
4 in libro Iob legitur[4]. Iob 89 annorum tentatus est. Post plagam rex factus, vixit 140 annis.

Tercius post Inachum — Egiptus dicta est. *ex Ekkeh.*

cf. Bedam. Quarta seculi etate prima huius die natus est David, qui regnavit in Iherusalem. Huius tempore Homerus claruit et Carthago — annis 50. *ex Beda.* Nathan propheta claruit. Iste David Salomonem ex uxore Urie genuit.

Salomon — 480. anno. *ex Beda.* Iosephus dicit[5]: *anno* 502.[d] Dicitque ab Abraham fluxisse annos 1020, a diluvio 1400[e], ab Adam 3102. Latinorum — Salomonis. *ex Beda.* Salomon vitam mulieribus et idolis maculavit.

Reinecc. f. 8'. Roboam — ampliata est. *ex Beda.* Saturnia conditur ab Amazonibus.

Abia — in Domino. *ex Beda.*

Asa — annis 41. *ex Beda.* Helias propheta claruit. Huius tempore non pluit annis tribus. Hic primus mortuum suscitavit. Latinorum — exercitu. *ex Beda.* Iste Asa munitis Gabaa et Masphat civitatibus de lacf. Vulgat. pidibus et lignis, que collegerat Baasan in Rama, redargutus a Iheu, qui spem in Benadad posuerat, dolore
6 pedum, quem intulerat prophete, ponendo eum in nervum obiit[6].

Iosaphat — coram Domino. *ex Beda.*

Ioram — uxor eius. *ex Beda.*

Azarias — genealogia. *ex Beda.* Iste Azarias in obsidione Ramath Galaat, interfectus fuit cum Ioram genero suo a Iheu rege Israel[7].

Reinecc. f. 9. *Attalia — interficerentur, *ex Beda,* et per 6 annos absconsum nutrivit (Iosabeth Ioam). Attalia autem
8 post 6 annos a Ioiada ignominiose interfecta est[8].

Ioas — Iuliam gentem. *ex Beda.*

Amasias — vocabulum dedit. *ex Beda.*

Regnum Iuda sine rege 13 annis.

Ozias — annis 52. *ex Beda.* Ysaias, Osee, Iohel, Amos, Abdias, Ionas, Micheas prophete claruerunt. Regnum Assiriorum — Nini. *ex Beda.* Sibilla 6. claruit. Regnum Macedonum — Lidorum incipiunt. *ex Beda.* Iste Ozias amator agriculture cum sacerdotium sub Azaria usurpasset, percussus est lepra, et media pars montis scissa hortos regales oppressit.

Reinecc. f. 9'. *Ioatham — turris gregis. *ex Beda.* Sub quo Ysaias vidit Dominum sedentem et Nay cum Michea cepit prophetare[f].

Achaz — annis 16. *ex Beda.* Iste filium suum per ignem Geennon[g] traiecit. Obsessus a Rasin et Phacee Isaie consolanti credere noluit; signum querere contempsit. Qui relicto Domino spe posita in Teglafalassar[h] ornamenta templi diruit.

a) Hesbon 2. Abesan *Beda.* Abessan sive Esebon *Ekkeh.* b) Elon 2. c) Goliath 2. d) 592. 2. e) 1440. 2. f) ceperunt pr. 2. g) Geennon 2. h) Teglatpalassar 2.

1) 31 Ekkeh. ex Beda. 2) Genes. 36, 32. Numeri 22, 2 et 5. 3) filius Beor. 4) Iob 32, 2. filius Barachel. 5) Antiqu. VIII, 2. 6) Regum III, 15, 22. c. 16. ceterum Albertus, quae in Vulgata referuntur contrahendo confudit, ultima enim ad Baasan non ad Asam referenda esse videntur. 7) Cf. Regum IV, 9. 8) Cf. Regum IV, 11.

Roma — ludis. *ex Beda.* Condita est autem 10.[1] Kal. Maii anno 429. sub Isaia propheta, trans- 1 acti ab origine mundi 4211[2] annis. Sed

*Fraterno primi maduerunt[a] sanguine muri[3]*,

quia Remus — Romam vocavit, *ex Beda et Ekkeh.*, alioquin enim Rema vocaretur. Ysaias onus Babilonis vidit. Regnum Romanorum oritur. Israel transfertur. Romulus primus Romanorum rex, deinde Numa Pompilius, *cf. Ekk.* qui invenit idromantiam.

Ezechias — regnavit 28[4] annis — erexit. *ex Beda.* Iste Ezechias reparatis hiis, que pater *disposuerat, *Reinec. f. 10.* comminuto serpente eneo, celebrato solempni phase cum contumeliam Rapsacis audisset, coram 5 Domino humiliatus per Isaiam signa liberationis a Sennacherib post tercium annum facta strage per angelum suscepit et credidit. Qui laudibus non solutis egrotans, signo sanitatis in regressu solis ab Isaia ostenso credidit et sanatus canticum cecinit. Qui ostensis thesauris Domini Babiloniis ab Isaia redargutus in pace obiit[5].

Manasses — ampliavit. *ex Beda.* Iste Manasses cum Isaiam serra lignea, divinis exhibitis miraculis, secuisset et *Ekk.* plateas Iherusalem prophetarum sanguine purpurasset, ob scelera — restitutus, *ex Beda,* intelligens, nequitiam suam non sine grandi admiratione vitam in melius mutavit.

Amon — annis 2. *ex Beda.* Arion citharista claruit. Amon — occiditur. *ex Beda.*

Osias[b] — 31. *ex Beda.* Iste invento Deuteronomio in arca perterritus, ad[c] responsionem Olde humiliatus, idolatriam[d] cum excelsis destruxit, ossa pseudoprophetarum et sacerdotum in Bethel combussit. Qu celebrato incomparabili phase, cum Pharaoni occurrisset in Magedon, sagittatus ab[e] Adremon, inconsolabiliter plangebatur[f], etiam Ieremia[f*] super morte eius scribente lamentationes, qui 13. regni eius anno ceperat prophetare per tria signa, virgam vigilantem, ollam succensam, et lumbare. Sophonias, Ieremias et Olda claruerunt. Romanorum — exstruxit. *ex Beda.* Tempore *Iosie Ninive destruitur a rege Giaxares[g], que steterat a Nino annis 1470. Sibilla 7. Samita[h] claruit. *Reinec f. 10'.*

Ioachim — in Babiloniam transfert. *ex Beda.* Iste Ioachim Uria occiso, Ieremia incluso, libro prophetie Baruch scisso[h*], cum nec exemplo Rechabitarum fuisset commonitus, soluto tribus annis Nabugodonosori[i] tributo, ab eo tandem interfectus extra muros proiectus est.

Ioachin — diebus 20. *ex Beda.* Iste consilio Ieremie tradidit se in manus Nabugodonosori[i] redeuntis, cum quo circiter 10,000 transmigraverunt, in quorum numero fuit Ezechiel.

Sedechias — transmigrati. *ex Beda et Ekkeh.*

Post hunc defecit regnum Iuda, quod stetit per annos 449. Hic terminatur quarta · tas, habens annos secundum Hebraicam veritatem 475, generationes 14. Ab initio mundi sunt anni 4610.

Hac etate — *in Samaria. *ex Regum* 3. Hic (Amri) morbo periit. *Reinec f. 11.*

Achab — annis 22. *ex Regum* 3. Hunc occidit rex Sirie.

Ochozias — annis 2. *ex Regum* 3. Hic cecidit per cancellos et obiit.

Ioram — annos 16.[6] *ex Regum* 4, 3. 1. Hunc occidit Iheu, servus patris sui.

Iheu — 28. *Regum* 4. Hic morbo interiit.

Ioachaz — ann. 17, *ex Regum* 4., qui morbo periit.

Ioas — 16. *ex Regum* 4. Hic etiam morbo periit.

Iheroboam — 40. *ex Regum* 4. Similiter obiit.

Zacharias — Tobias. *ex Regum* 4.

Et sic defecit regnum Israel, quod stetit per annos 350.

In Macedonia regnavit primus Caranus annis 28. Cui successit Perdiccas[k], tunc Alexander, deinde Archelaus[l], filius Perdice. Illi Amintas, huic Philippus, illi Alexander Magnus, huic Philippus, frater Alexandri, illi Cassander. Stetitque regnum Macedonum per annos 700 usque ad tempora Ptholomei Philometoris, et tunc defecit.

Carmenta — filii Anci. *ex Ekkeh.*

Quinta seculi etate — permansit. *ex Beda.* Nabugodonosor apud Babiloniam regnavit 44[7] annis. Si- 7 billa Cumea claruit et Ezechiel. Iste Nabugodonosor' — est restitutus. *ex Ekkeh.* Anno 14. — primus instituit. *Reinec. f. 11'.* *ex Beda.*

' Anno 26. — in Babilone. *ex Beda.* Iste Evilmerodach, frater minoris Nabugodonosor, timens, ne pater reviviscens, ut prius, a regno eum expelleret, ad consilium Ioachin, quem carcerem[m] elevaverat[8], cadaver patris sui in tot[n] partes divisum 300 vulturibus dedit. Iste Evilmerodach regnavit annis 18. 8 *ex Beda.*

Egesar[o] huius filius regnavit annis 40. *ex Beda.* Septem sapientes claruerunt. Multis auctoritatibus probatur, quia vastata[p] Chaldei Iudea, non ut Assirii in Samaria alios misere colonos, sed desertam reliquere terram, donec ipsi post annos 70 in eam rediere Iudei.

Nabosardach[q] filius[r] Egesar[o] regnavit mensibus 9. *ex Beda.* Abacuc propheta claruit et Salatiel, quem Ieremias iunior genuit post transmigrationem Babilonis.

Balthasar — *celebravit. *ex Beda et Ekkeh.* Sub Balthasar liberata est Susanna a calumpnia[s] sacer- *Reinec. f. 12.* dotum per Danielem et illi lapidati. Sub eodem[t] Daniel 70 sacerdotes furtim oblationes Belis comedentes occidit, Bel et templum eius subvertit, draconem[u] massa pura[v] ex adipe et pilis cocta suffocavit, propter quod in lacum missus ab[w] Abacuc de Iudea in Babiloniam translato visitatus est et[x] liberatus. Iste Balthasar — consecuta est. *ex Beda.*

a) induerit 1. b) Iosias 2. c) et *add.* 2. d) est *add.* 1. e) ad 2. f) et a Ieremia 1. f*) Ieremia etiam 2. g) Cyaxare 2. h) Samita *deest* 2. h*) cisso 2. i) Nabuchodonosor 2. k) Perdica 1. l) Archaleus 1. m) de carcere 2. n) 300. 2. o) Regassar 2. p) vastita 1. q) Labassardach 2. r) frater 2. s) columpnia 1. t) eadem 1. u) idimonem 1. v) picea 2. w) ab *omissum in* 1. x) et *add.* 2.

1) Sic Albertus ex Ekkeh., XI. Beda. 2) 3211 Ekkeh. 3) Lucani Pharsal. I, 95. quem versum iam Augustinus civ. Dei XV, 5. laudavit. 4) 32 Ekkeh. p. 53. 5) Cf. Regum IV, 18—20. 6) 12 ann. Ekkeh. 7) 43 *aut plus* Ekkeh. 8) Cf. Regum IV. 3, 1.

Persarum primus Cirus regnavit cum Dario annis 30. Hunc occidit regina Amazonum. Sibilla 8. claruit. Iste Cirus, occiso Balthasar, regno Babilonis ad Persas translato, primo anno regni sui excitatus scriptura Ysaie et Iheremie licentiam dedit Iudeis redeundi in Iudeam, cuius tercio anno egressi sunt 50000 hortante Aggeo et Zacharia sub Iesus et Zorobabel, qui 30 annis Ciri, impedientibus finitimis vix usque ad appodiationem muros templi edificaverunt.

Romanorum 7. — expulsus est. *ex Beda.* Mira res est, quia miserabilis Deus. Eodem tempore Claudia urbem ingressa est. *ex Ekkeh.*

Reinec. f. 12'. Cambises — conscribitur. *ex Beda.* Hic (Cambises) etiam templum prohibuit edificari.

Hermeides Magus[a] — clarus habetur. *ex Beda.*

1 Darius regnavit ann.[1] 36. Iste Darius, filius Hydaspis, Zorobabel solventi parabolam de vino et rege et muliere et veritate, muneribus datis, secundo anno regni concessit templum consummare. Quod 7 eius anno consummatum, 23. die mensis 12. est dedicatum. Ex quo apparet — arripuit imperium. *ex Beda.*

Xerses — agnoscitur. *ex Beda.* Sibilla 9. Frigia claruit.

Artabanus — Socrates nascitur. *ex Beda.*

Reinec. f. 13. ˙Artaxersis qui et Longimanus — poteris invenire. *ex Beda.*

Xerses — menses 8. *ex Beda.*

Darius — usurpare vocabulum. *ex Beda.* Eliachim, Iesus et Iohannes claruerunt.

Reinec. f. 13'. ˙Artaxerses[b] — Aristoteles auditor est Platonis. *ex Beda.* Sibilla 10. Tiburtina claruit. Contigit in Urbe — et terra se clausit. *ex Ekkeh.* Dicunt quidam, quod per hoc allectus fuerit, quod data ei licentia fuerit, infra annum faciendi in Urbe quicquid vellet, ut anno expleto insiliret.

Artaxerses[b] — destructum est. *ex Beda.* Ochus suggestione Vagosi[c] prefecti, cuius familiarem Iesum Iohannes interfecerat, tributa per Esdram dimissa repetiit. Demostenes — Speusippus tenuit. *ex Beda.*

Arsamus[d] — annis 4. *ex Beda.* Zenon stoicus claruit. Iudeorum pontifex — regnare incipit. *ex Beda.*

Reinec. f. 14. ˙Darius — annis 233.[2] *ex Beda et Ekkeh.* Alexander — perdomiti sunt. *ex Beda.*

Alexander Magnus — Asie Antigonus. *ex Beda.*

In Egipto — annis 40. *ex Beda.* Ab hoc (Ptolemeo) Ptolomei vel Lagide dicti sunt[e]. Appius — stravit.
Beda. *ex Beda.* Ptolomeus Iherosolimis et Iudea in ditionem suam dolo redactis, sub simulationem sacrificandi intrans
Reinec. f. 14'. Iherusalem multos de Iudea et Gazarim[f] captivos in Egiptum transtulit. Iudeorum pontifex˙ — equali honore concedens. *ex Beda.*

Ptolomeus[g] Philadelphus — construxit. *ex Beda.* Iste Ptolomeus[h], cupidus librorum, consilio Demetrii et Aristei, solutis 120[i] Iudeorum, singulis pro 120 dracmis[k] argenti, missis muneribus[l] ad oblationes in templum, 70 interpretes ab Eleazoro missos in Alexandria honorifice suscepit et post interpre-
3 tationem 70 diebus factam muneribus honoratos remisit[3]. Aratus — 70 interpretes claruerunt. *ex Beda.*
XVIII, 42. De quibus beatus Augustinus in libro de civitate Dei dicit, quod singuli in singulis cameris scripserint et egressi omnes unum et idem dixerint, nulla etiam[m] verborum diversitate posita, que pronunciatione diversa idem significare potuis-
Reinec. f. 15. sent. Iheronimus tamen dissentire videtur in prologo ˙Geneseos[4], sic dicens: *Nescio, quis primus auctor 70 cellulas mendacio suo exstruxerit, quibus divisi eadem scriptitarent; cum Aristeas eiusdem Ptolomei interpres et multo post tempore Iosephus nil tale retulerint, sed in una basilica congregatos contulisse scribant, non prophetasse*[n].

Ptolomeus Euergetes — mentionem facit. *ex Beda.* Philadelphus et Euergetes morbo interierunt.

Ptolomeus Philopator — Arius legatos mittit. *ex Beda.*

Reinec. f. 15'. Ptolomeus Epiphanes ˙— Ptolomeo faventibus. *ex Beda.*

Ptolomeus Philometor — Iovis Olimpii idolum constituit. *ex Beda.*

Qui post ab Elimaide turpiter expulsus, contra Ierusalem tendens confractus, licet sero[o] peniteret, miserabiliter est mortuus. Verum Matathias sacerdos — summa ministravit industria. *ex Beda.*

Reinec. f. 16. ˙Ptolomeus Euergetes — in honorem Augusti appellavit. *ex Beda.*

Ptolomeus Phiscon — annis 17. *ex Beda.* Hic pulsus est regno, quia filios fratris occidit. Cicero — civibus profuit. *ex Beda.*

Anno ante Urbem conditam 1300. — regno expulit. *ex Gestis Trevirorum c.* 1. Abraham patriarcha tunc
Reinec. f. 16'. temporis fuit. Trebata ˙— Pompeium superavit *ib. c.* 4. 5. 7. 10.

Reinec. f. 17. ˙Ptolomeus qui et Alexander — a Gabinio. *ex Beda.* Hic etiam regno expellitur, qui matrem occidit[s].

Ptolomeus Phiscon — Silla Athenienses vastat. *ex Beda.*

Reinec. f. 17'. Ptolomeus Dionisius ˙— stipendiarios facit. *ex Beda.*

Cleopatra — 22. *ex Beda.* Hec a serpente ad mamillas posito interiit. Orto bello civili — parare insidias voluit. *ex Beda.* Unde bello ei illato victus in Nilo naufragio periit[6]. Cesar ergo — appellari. *ex Beda.* Cleopatra, regio comitatu urbem ingressa, regnavit plus quam 16 annis[7]. Et sic regnum Ptolomeorum vel
8 Lagidarum defecit, quod per annos 225 stetit[8].

cf. Ekk. In Syria regnavit Seleucus post Alexandrum Magnum. Hunc occidit Ptolemeus Lagi filius[p]. Idem condidit Seleuciam. Post hunc Antiochus qui et Sother, filius eius. Hic condidit Antiochiam[q]. Post quem Antiochus Theos, filius eius. Isti successit Seleucus Calinicus[r]. Hunc Ptolemeus Euergetes occidit[s]. Inde Ceraunos Seleucus, post quem Antiochus Magnus, qui fulmine interiit. Post hunc Seleucus Philopator, qui veneno a ducibus occiditur. Isti succedit

a) fratres Magi *Beda.* b) Artedxerses 1. c) Vagosis 2. d) Arsames 2. *Beda et Ekkeh. habent* Arses. e) adh' prolomei vel lapide dicti sunt 1. *correxit* 2. f) Garizim 2. g) Prolomeus *hic atque saepius* 1. h) Pholomeus 1. i) 120 millibus 2. k) diciemis 1. drachmis 2. l) missis in muneribus 1. missisque muneribus 2. *leg. fortasse* missis iis muneribus. m) etiam *omissum in* 2. n) aliud enim est vatem, aliud est esse interpretem: ibi spiritus ventura predicit, hic eruditio et verborum copia ea, quae intelligit, transfert *add.* 2. o) licisero 1. *correxit* 2. p) Lagi filius *desunt in* 2. q) Post — Antiochiam *desunt* 2. r) Galericus 1. s) regno expulit 2.

1) Cf. Ekkeh. 2) 240 Ekkeh. 3) Ekkehardi hac de re enarrationem f. 78 in. in brevius contraxisse videtur Albertus, sed nonnulla addidit aliis ex fontibus hausta. 4) Eadem verba habet Hieronymus Apol. adv. Ruffinum II, 80b. col. 2. 5) Bedam ad a. 3865 et Ekkeh. f. 87, 26 videtur male intellexisse Albertus. 6) Cf. Hieronymum ad ann. Cleopatrae IV. 7) Ex Hieronymo haec computasse videtur Albertus. 8) Cf. Hieronymum ad Cleopatrae ann. 22, quo auctore 295 ann. stetit.

Antiochus Illustris, qui fuerat Rome obses, qui maximo tormento ventris[a] obiit. Post quem Antiochus Eupator, quem occidit Demetrius, Seleuci filius, idemque post ipsum regnavit. *cf. Ekk.* Hunc etiam Alexander filius Antiochi occidit et ei in regno successit; quem Ptolomeus Philometor occidit. Post hunc regnavit Demetrius[c], filius Demetrii[b]. Hunc peremit Metridates[c] rex. *Reinec. f. 18.* Isti successit Antiochus, quem Trifon occidit. Post hunc Alexander, filius Antiochi. Hunc occidit Diodocus dux[d]. Post hunc Antiochus Pius, filius Demetrii, regnavit, qui in Parthia occiditur. Post hunc filius eius Antiochus, qui de regno fugit[e], post quem frater eius Demetrius Eucerus[f], quem Alexander, rex Iudeorum, occidit[g]. Tandem Antiochus, qui et Dionisius, frater Demetrii. Hunc rex Arabum occidit[1]. 1

Et sic defecit regnum Syrie, quod stetit per annos 270; factaque est Syria Romanis tributaria.

Missusque est[h] Pompeius contra Tigranem regem Armenie; Scaurum fecit presidem Syrie. Et tunc dissidentibus Aristobolo et Hircano, a fautoribus Hircani in Iherusalem receptus, templum, in quo se fautores Aristoboli receperant, dirupit. *cf. Ekkeh.* Propter quod nunquam postea fortunatus fuit, quia equos in porticibus stabulavit. Aristobolum vinctum cum filiis Romam duxit. Post Scaurum prefuit Syrie Gabinius, post Gabinium Crassus, qui omne fere aurum templi, quo Pompeius abstinuerat, in sumptum Parthice militie tulit. Unde auro — Cassius. *ex Ekkeh.*

Temporibus Cassii pugnavit Iulius cum Pompeo, et post victoriam habitam tribus annis et mensibus 7 tenuit principatum[2]. Nam ante eum sub consulibus res acta fuit annis 464, et a tempore Romuli sub regibus septem 240[i] annis fuerat imperatum. Quibus exactis, successerunt consules, quorum precipuos hic annotabimus usque ad Iulium Cesarem.

| *cod.* 1. | *cod.* 2. |
| --- | --- |
| Anno Urbis condite 244. [245/509][3] Primi consules Brutus et Collatinus cum Porsenna rege bellum egerunt. 3 | Anno Urbis condite 245. [245/509] Primi consules Brutus et Tarquinius Collatinus. *Reinec. f. 18'.* |
| A. U. c. 248. [249/505] Valerius et Postumius Sabinos et Aruncos vicerunt. | A. U. c. 249. [249/505] Valerius et Posthumius. |
| A. U. c. 251. [253/501] Dictator creatur Largius[4]. Hic prefuit consulibus. Consules Postumius et Cominius[5]. | A. u. c. 253. [253/501] Dictator creatur[m] T. Largius. 6 Hic praefuit consulibus et communi[9] |
| A. U. c. 253. [255/499] Postumius dictator[6], consules Butius et Vetusius. Hi cum Tarquinio pugnaverunt. | A. U. c. 255. [255/499] Posthumius dictator[6]. Consules T. Ebutius et C. Vetusius. |
| A. U. c. 258. [259/495] Varius dictator[7]. Consules Appius et Servilius. Hi cum Volcis et Equis pugnaverunt. | A. U. c. 259. [259/495] Consules Appius et Servilius. Hi cum Volscis, Sabinis et Auruncis pugnaverunt. |
| A. U. c. 262. [26./491] Cincinnatus, ab aratro sumptus, dictator efficitur[8]. Hic Urbem ab hostibus liberat. Consules Minutius et Superius[k]. | 8 |
| | A. U. c. 263. [263/491] Consules M. Minutius et A. Sempronius. Tum exulare iussus Coriolanus. |
| A. U. c. 265. [268/486] Cassius et Proculus consules. Sedicio gravis inter[l] senatores et plebem. | A. U. c. 266. [266/488] Coss. Sp. Nautius et Sextus[n] Furius. Quo tempore Roma a Volscis et Coriolano obsessa. |
| A. U. c. 271. [274/480] Fabius et Manilius consules cum Veientibus pugnaverunt. | A. U. c. 271. [271/483] Fabius et Valerius consules cum Aequis, Volscis et Sabinis pugnaverunt. |
| A. U. c. 273. [276/478] Emilius et Quincius consules lustrum instituerunt. | |

a) doloris 1. b) Demeth 1. c) Mithridates 2. d) Post — dux *desunt* 2. e) fugerat 2. f) Macero 1. g) qui vicit Al. regem I. 2. h) Nam P. c. T. r. A. missus 2. i) 244 2. k) Sempronius *legendum*. l) in 1. m) creatus 2. n) rex 2.

1) Tota haec series ex Ekkehardo desumpta esse videtur, quamquam ibi sub uno conspectu non leguntur. Vide supra p. 285. n. 8, et infra p. 292. not. 4**. 2) *Caesar regnavit ann.* 5. Ekkeh. 3) Numeros uncis quadratis inclusos nos addidimus. 4) Eandem nominis formam iam Eusebius in chronico habet: apud alios *Lartius* nominatur. Ceterum a. a. Chr. n. 503. Largius consul fuit, non dictator. 5) Duo nomina ex nomine et cognomine facta sunt. 6) A. Chr. n. 49$\frac{8}{7}$ dictator factus est. 7) A. Chr. n. 49$\frac{4}{3}$ M. Valerius Maximus fuit dictator. 8) A. 45$\frac{8}{7}$ Cincinnatus dictator fuit. 9) Omisso nomine gentilicio (Postumius) orta est singularis haec *Cominii* nominis corruptela; v. n. 5.

*cod. 1.*

A. U. c. 293.[a] [293/461 · 294/460] Volumnius et Publicola consules cum exulibus et servis ingens bellum habuerunt.

A. U. c. 305. [305/449] Decemviri pro consulibus creantur. Hi leges Romanis statuerunt.

A. U. c. 312. [310/444] Tribuni militum pro consulibus creantur.

A. U. c. 316. [317/437] Iterum dictator creatur Mamertus[1] et consules Greganius et Sergius. Hi maximum bellum egerunt cum Faliscis et Fidenis.

A. U. c. 322. [321/434 ?] Aurelius dictator. Iulius et Mento[2] consules cum Volcis et Equis ingens bellum habuerunt.

A. U. c. 327. [329/426] Emilius dictator et quatuor tribuni pro consulibus constituti sunt, a quibus Veientes sepcies victi sunt.

3 A. U. c. 336 [349/405] Cornelius dictator[3], Fabius et Cossus consules cum Volcis et Equis pugnaverunt.

A. U. c. 358.[b] [358/396] Camillus ab agro dictator. Tribuni pro consulibus cum Volcis et Equis pugnaverunt.

Brinck. f. 19.

A. U. c. 363. [366/389] Tres Fabii tribuni militum pro consulibus cum Gallis pugnaverunt, sed Romani victi sunt.

4 A. U. c. 358. [359/396] Sulpicius dictator[4]. Popilius et M*nlius[c] coss. Hi Gallos[d] vicerunt.

A. U. c. 408. [343/411] Valerius et Cornelius consules Samnitas gravi bello vicerunt.

A. U. c. 412. [340/414] Torquatus et Decius. Illi cum Alexandro rege Epiri pugnaverunt.

A. U. c. 467. [472/284 ?] Fabricius et Curius consules cum Pirro rege Epiri pugnaverunt.

*cod. 2.*

A. D. 772. Karolus — sedit annis 24. *ex Ekkeh.*
A. D. 773. Adrianus — in patriciatus honore vitam finivit. *ex Ekkeh.*
A. D. 774. Karolus in Saxoniam — cum magnis spoliis sunt reversi. *ex Ekkeh.*
A. D. 775. Karolus Saxones — persecutor christianorum mortuus est. *ex Ekkeh.*
A. D. 776. Leo filius Constantini — in Franciam est regressus. *ex Ekkeh.*
A. D. 778. [i] Karolus Padebrunno — tam libertate quam patria privarentur. *ex Ekkeh.*
A. D. 779. [k] Karolus Hispaniam petens — quod paucissimi redierunt. *ex Ekkeh.*
A. D. 780. [l] Karolus in villa Wirciniaco — rediens in Wormacia hiemavit. *ex Ekkeh.*
A. D. 781. [m] Karolo in Saxoniam intranti — et natale Domini Papie celebravit. Leo imperator obiit [n]. *e Ekkeh.*
A. D. 781. Constantinus — non diu in fide permansit. *ex Ekkeh.*

a) *leg.* Karlomannus. b) *leg.* Bertha, *quae ex Theobaldo comite Burgundiae, patre Bosonis, peperit Hugonem, et Adalberoni marchioni Tusciae secundis nuptiis genuit Widonem et Lambertum. Conf. Liutprandum de rebus imperat. et regum lib. III. cap* 13. c) *leg.* Irmintrud. d) ex Lamberto marchione 1, *quod emendatum ex Ekkeh. ni forte* ex Adalberone marchione *legendum aut supra Guido dux Spoleti, postea imperator, eiusque frater rex Lambertus, quorum pater Lambertus fuit, sunt intelligendi.* e) Frumbertus 1. f) 768. 2. *sic etiam Ekkeh.* g) summatim 2. h) A. D. 749. 2. i) A. D. 777. 2 *et Ekkeh.* k) A. D. 778. 2. *et Ekkeh.* l) A. D. 779. 2. *et Ekkeh.* m) A. D. 780. 2. *et Ekkeh.* n) Leo — obiit *desunt in* 2.

1) sive Haruth. 2) Hic omissa sunt nomina episcoporum Sigberti, Ricberti et Hartwici. 3) Ipse Albertus ad a. 1148. commemorat mortem antecessoris Hermanni, sc. Thetmari II, cuius nomen hic omissum est. 4) Stemma hoc Karolingorum genealogicum multis ut in 1. scriptum est abundans erroribus, revocandum est ad illud, quod Ekkehardus f. 176 dedit; hinc lineis, quae in manuscripto codice desunt, ductis explicare studuimus. Confer quoque tabulam genealogicam domus Carolingicae huic atque Ekkehardi satis similem supra T. II. p. 314 impressam. 5) Ludowicus, a Berengario excoecatus, non fuit filius ille Lotharii I, sed huius Ludowici nepos. 6) Filia Ludowici II. Bosoni peperit Ludowicum III. regem Italiae, a Berengario excoecatum. 7) Sigefrid, comes Luxemburgensis, fuit pater Cunigundae, uxoris Heinrici II. Sifridum vero peperit Cunegundis Godefrido, comiti Arduen. et Verdun. Conf. Tolneri histor. palatin. T. I. tabul. F. 8) 2. fere omnia ita dedit, ut insunt in 1; Graecum illud de Francis proverbium 1 sic exhibet: *Ton pankon yaon kexic cytona oy kexic*, unde cognoscitur librarium Graecas litteras non novisse. Cf. Ekkeh. fol. 163. 18.

A. D. 782. Karolus traiecto apud Coloniam Reno — circiter 4 milia et 500 sunt una die ad regis imperium decollati[a]. *ex Ekkeh.*

A. D. 783. Rege iam Saxoniam intrare volente — obiit 4. Id. Iulii. *ex Ekkeh.*

A. D. 784. Karolus traiecto Reno — rediit ad patrem suum in Wormaciam. *ex Ekkeh.*

A. D. 785. Widikint dux Saxonum, incentor rebellionis[1] — per aliquot annos. *ex Ekkeh.* 1

A. D. 786. Rex misit exercitum — apud Florentiam celebravit. *ex Ekkeh.*

A. D. 787. Karolus Rome — in Franciam remeavit. *ex Ekkeh.*

A. D. 788. Karolo pascha celebrante — ceteri vero exilio retruduntur. *ex Ekkeh.* Eo anno fundata est[f] Bremensis ecclesia[2]. Willehadus, missus a Karolo — exemplar privilegii, Bremensi ecclesie a Karolo donati. In nomine Domini Dei — Actum in palacio Nemetensi feliciter. Amen. Sedit igitur in ecclesia Bremensi — 3. Id. Iulii. *ex Adami lib. I. c.* 12. 13. 14.

A. D. 789. Rex contra Sclavos qui Wilzi dicuntur — sibi[b] antea desponsatam. *ex Ekkeh.*

A. D. 790. Karolus — audiens legatos Hunorum. *ex Ekkeh.*

A. D. 791. Sanctus Burchardus — per Sabariam remeare. *ex Ekkeh.*

A. D. 792. Karolo a natali Domini — partim patibulo sunt suspensi. Persuasum est regi — et pascha Frankeneforde, ubi etiam hyemaverat[c]. *ex Ekkeh.*

A. D. 793.[d] Magna sinodus est collecta — in Moguncia sepelitur. *ex Ekkeh.*

A. D. 794. Rex, diviso inter se et filium Karolum exercitu — per omnia iuraverunt[e]. *ex Ekkeh.*

A. D. 795. Rex ob perfidiam Saxonum — in Galliam remeavit. *ex Ekkeh.*

A. D. 796. Leo papa 96. — cum residuo Hunorum thesauro. *ex Ekkeh.*

A. D. 797. Karolus expeditionem movit in Saxoniam ultra omnes paludes ad Oceanum usque in Hadoloha, quod nunc urbanius dicitur Hatheleria, ibi enim Oceanus Saxoniam alluit, et moratus aliquamdiu in Albia in eo loco, qui ab ipso Karlessant dicitur, Aquisgrani revertitur — natale Domini et pascha ibi celebrando. *ex Ekkeh.* Proximum sancto Willehado — usque ad annum Lothewici senioris penultimum. *ex Adami lib. I. c.* 15.

A. D. 798. Saxones trans Albiam — in pelago oberrarent. *ex Ekkeh.*

A. D. 799. Cum Leo papa — tandem a rege remissus est et honorifice restitutus. *ex Ekkeh.*

A. D. 800. Rex Turonis venit — invocato sancte Trinitatis nomine expurgavit. *ex Ekkeh.*

A. D. 801. Karolus Magnus — 8. Kal. Maii Romam egreditur. *ex Ekkeh.*

A. D. 802. Hirene imperatrix — in quadam insula, relegavit. *ex Ekkeh.*

A. D. 803. Legati imperatoris — et cum epistola eius redeunt. *ex Ekkeh.*

A. D. 804. Imperator Aquisgrani hyemavit — et Saxonie in Diesdorp[3. f]. Sed territus — deduci fecit usque Ravennam. *ex Ekkeh.* 3

A. D. 805. Karolus filius imperatoris — Lechonem occidit. *ex Ekkeh.*

A. D. 806. Imperator filiis suis — cum Francorum principibus confirmatum. *ex Ekkeh.*

A. D. 807. Legati regis Persarum — et alia multa in horlegio erant. *ex Ekkeh.*

Tempore Karoli beatus Egidius, per Galliam transiens, Aurelianis hospitatus est ibique demoniacum sanavit; unde Karolus eum in magno habuit et se eius orationi commisit. Et quia quodam tempore facinus commiserat, quod ei confiteri non audebat, petiit humiliter, ut pro eodem crimine Dominum supplicaret. Qui dum in oratione pro rege oraret, angelus scedulam coram eo super altare posuit, in quo regis peccatum scriptum invenit; adiunctumque erat: *Hoc crimen ei meritis beati Egidii relaxatum.* Legatio regis Persarum cum multis muneribus ad Karolum g.

A. D. 808. Imperator Karolum — nomine Reinoldum. *ex Ekkeh.*

A. D. 809. Lodewicus — in Aquitaniam se recepit. *ex Ekkeh.*

A. D. 810. Pippinus rex Ytalie — cuius matrem, alia ducta, dimiserat, interfectum castellum quoque Hochburi[h], quod nunc Hamburg dicitur, Albie appositum — 8. Id. Iunii obiit. *ex Ekkeh.* Eodem tempore — metropolis facta est. Karolus imperator novissimum bellum — Egdoram fluvium regni sui terminum accepit. *ex Adami l. I. c.* 15. 16.

A. D. 811. Imperator, habito placito generali, unum exercitum misit trans Albiam et Liniones[i] vastavit et castellum Huchburi[k], nunc dictum Hamburg, a Wilzis superiori anno destructum restauravit[l] — pridie Non. Dec. obiit. *ex Ekk.*

A. D. 812. Nycephorus — Hic pacem cum Karolo firmavit. *ex Ekkeh.*

A. D. 813. Imperator Aquisgrani — ne una quidem hastula remaneret. *ex Ekkeh.*

A. D. 814. Karolus imperator dum Aquisgrani — subacte Ytalie 43, subacte Saxonie anno 13, — Willerici Bremensis episcopi anno 25,[4] et Lothewicum — Pippinum Aquitanie prefecit. *ex Ekkeh.*

A. D. 815. Lothewicus Karoli Magni filius — qui super hac re diligentius indagarent. *ex Ekkeh.*

A. D. 816. Leo papa vita decessit 4.[5] Kal. Iunii — Hic Remis Lothewicum coronavit. *ex Ekkeh.* 5

A. D. 817. Stephanus papa III. — apud Cabillonem imperatori sese tradidit. *ex Ekkeh.* Lodewicus imperator — Anscarius, divina opitulante gracia, feliciter peregit. *ex Adami lib. I. c.* 17.

A. D. 818. Imperator, detecta fraude coniurationis — Pippinum et Lothewicum. *ex Ekkeh.*

A. D. 819. Imperator — que ei genuit Karolum Calvum. *ex Ekkeh.*

A. D. 820. Leo imperator — et 9 annis regnavit. *ex Ekkeh. a. D.* 821.

A. D. 821. Leo papa — et Stephanus ei succedit. *ex Ekkeh.*

A. D. 822. In Thuringia iuxta fluvium quendam — intumuit. Stephanus papa secundum quosdam obiit — Tyderici, comitis Matricensis. *ex Ekkeh.*

A. D. 823. Imperator habuit conventum Franconfurt — preter munera, que manibus continebant. *ex Ekkeh.*

A. D. 824. Paschalis papa obiit — narratur cum grandine decidisse *ex Ekkeh.*

A. D. 826. Hildwinus — ubi tunc temporis insignia miracula contigerunt. *ex Ekkeh.* Lothewicus imperator — cum triumpho duarum gentium regressi sunt. — Tunc imperator — gratias persolverunt. *ex Adami lib. I. c.* 17. 18.

A. D. 827. Eugenius papa decessit — de Roma in Germaniam sunt translata. *ex Ekkeh.*

a) circa 4000 et 500 ad eius imperium sunt decollati 2. b) si 1. c) Persuasum est regi *cett. ad a.* 793. *habet* 2. d) A. D. 794. 2. e) iurarunt 2. f) *leg.* Sliesdorp. g) Tempore — Karolum *adscripta* 1. *in imo margine desunt in* 2. h) Bochburi 1. Hochburi 2. Hoheburi *Chr. Ursp.* Hoheburi. *Ekkeh.* i) Limones 1. k) *v. n. h.* l) *in margine huic anno adscripta sunt haec:* Dani notate istud bene, et valde bene: bonum est vobis.

1) ex Adami lib. I. c. 9. 2) Diploma extat in Hamb. Urkundenbuch a nobis edito. 3) *Scliesdorph.* Ekkeh. 4) Hanc sicut antecedentem temporis definitionem, ex Adami lib. I, c. 16. desumptam, tribus illis Ekkehardi adiecit Albertus. 5) 8. Ekkeh.

A. D. 828. In Waschonia — raptus in spiritu, mirabilem vidit visionem. *ex Ekkeh.*

A. D. 829.[a] In quadragesima Aquisgrani — tectam plumbeis lameis denudavit. *ex Ekkeh.*

A. D. 830. Michahel imperator Orientis obiit. *ex Ekkeh.*

A. D. 831. Theophilus filius Michahelis — regnavit annis duodecim. *ex Ekkeh.*

A. D. 833. Habito generali sacerdotum consilio — legationis sue a cesare concessam. Beatus autem Anscharius — divine gracie commendatum in Sconiam[b] miserunt. *ex Adami lib. I. c.* 18. 19. Imperator Lothewicus — indignantibus fratribus. *ex Ekkeh.* Willericus — ad Bremensem ecclesiam centum mansos. *ex Adami lib. I. c.* 20.

A. D. 837. Willericus — a parte altaris aquilonari. — Cui successit — pastorem Bremensis gregis gloriatur. — In diebus illis sanctus Anscharius — in celesti regno consortem fore. *ex Adami lib. I. c.* 20. 21. 22.

A. D. 838. Pippinus filius imperatoris obiit. *ex Ekkeh.*

A. D. 840. Lothewicus imperator — in ecclesia Metensi. *ex Ekkeh.* Paschalis papa secundum quosdam
1 obiit[1]. Nordmanni — paganorum milia salvaret. *ex Adami lib. I. c.* 23.

A. D. 841. Lothewicus — nullo tamen eorum triumphante. *ex Ekkeh.* Discordie incentor Ebo — alienatum est a iure sancti Anscharii. — At ille, paupertate sua Deum glorificans — ab episcopo illius loci depulsum esse. *ex Adami lib. I. c.* 24. 25. Theophilus imperator Orientis — regnavit annis 26. *ex Ekkeh. a. D.* 840.

A. D. 844. Leudericus — et ecclesia diu viduata permansit. *ex Adami lib. I. c.* 25 *fin.*

A. D. 845. Lothewicus Pius — a papa Nicholao firmaretur. — Sanctus itaque Anscharius — ab omni etiam corporis infirmitate liberati sunt. *ex Adami lib. I. c.* 26. 27.

A. D. 847. Iudith — obiit. *ex Ekkeh.*

A. D. 855. Ecclesia sancti Kiliani — Translatio sancti Martini. *ex Ekkeh.*

A. D. 857. Leo papa decessit — vitam finivit. *ex Ekkeh.*

2 A. D. 858. Nicolaus papa 105. sedit annis 11.[2] *ex Ekkeh.* Anscharius, rebus ex voto completis — ecclesiam Erimberto commendavit presbitero et rediit. — Interea questio magna surrexit — quod et antea Gregorius papa[c] concessit. Post hec beatus Anscharius — ecclesias claudi precepit. — Ad quem sanctus Anscharius — igne celesti mulctavit. — Et quoniam totum studium eius — quorum plurimos verbo vel tactu sanavit. *ex Adami lib. I. c.* 28 — 32.

A. D. 861. Beatus Anscharius — intus monachus numquam comparavit ociosus. *ex Adami lib. I. c.* 33. 34.

A. D. 865. Huni fidem recipiunt — a Deo simul et populo electus est. — Sedit igitur sanctus Reymbertus[d] — ferulam pastoralem a cesare Lothewico. — Preterea legationis sue officium — sepe etiam alia pericula sustinuit. — In diebus suis Sigefrid — qui christianos ubique per supplicia necavit. *ex Adami lib. I. c.* 36—39.

A. D. 867. Basilius occiso Domino — regnavit 20 annis. *ex Ekkeh.*

A. D. 868. Adrianus papa 103. sedit annis 5. *ex Ekkeh.*

A. D. 870. Lotharius — et in redeundo Placentie mortuus est. *ex Ekkeh.*

A. D. 872. Iohannes papa 107. — Stephanus 112. *ex Ekkeh.*

A. D. 875. Lothewicus filius Lotharii — obiit. *ex Ekkeh.*

A. D. 876. Lothewicus Pius — dicens, melius esse animas Domino, quam aurum servare. — Contigit eodem tempore, Nordmannos — Fresia et Anglia in ditione Danorum esse feruntur. — Sanctus Rymbertus — et captivos equo suo redemit. — Et quia vastatio Nordmannorum — subsistere poterant. *ex Adami lib. I. c.* 40—44.

A. D. 877. Karolus iunior — Arnulfus postmodum obtinuit monarchiam. *ex Ekkeh.*

A. D. 878. Karolus rex Gallie — obiit. *ex Ekkeh.*

A. D. 879. Lothewicus Balbus, filius Koroli, obiit. *ex Ekkeh.*

A. D. 880. Lothewicus — Bawariam ingreditur. *ex Ekkeh.* Nordmanni in cena Domini que erat Nonis Aprilis Treverim obsederunt[e]. *ex Gestis Trev. ad a.* 880. *c.* 28.

A. D. 881. Karolus iunior — imperiali benedictione sublimatur. *ex Ekkeh.*

A. D. 882. Lothewicus rex — obiit. *ex Ekkeh.* Sanctus Rymbertus — pauperibus opportuna ministrans solatia. — Xenodochium — que et manu sua descripsit. *ex Adami lib. I. c.* 45. 46.

A. D. 886. Uto — matre vix per quadriennium superstite. *ex Ekkeh.*

A. D. 887. Karolus vivus — obiit. *ex Ekkeh.* Cum iam senio gravaretur — ac sancta synodo hec omnia roborante. *ex Adami lib. I. c.* 47.

A. D. 888. Arnulfus — cum filio suo Romano annis 15. *ex Ekkeh.* Sanctus Rymbertus — ut ipse rogavit. — Eique successit Adalgarius — et ipse habere curavit. — Bellum celitus administratum — per annos 70 effusus est. — *ex Adami lib. I. c.* 46. 47. 49 *cum schol.* 9. Arnulfus itaque — regno securius est potitus. *ex Ekkeh.*

A. D. 889. Arn Wirceburgensis episcopus — inter missarum sollempnia. *ex Ekkeh.*

A. D. 891.[f] Ratispona incendio deflagravit. *ex Ekkeh.*

A. D. 895.[g] Arnulfus Ytaliam sibi subiecit. *ex Ekkeh.*

A. D. 896. Arnulfus rex — Formosus erat papa 113. (*ex Ekkeh.*), quem successor de tumulo eiecit,
3 sicut superius in catalogo pontificum invenitur[3]. Post cladem Nordmannicam — et Giurd regnum post patris sui obitum tenuerunt. — Eodem tempore Herimannus — Brema Colonie facta est suffraganea. — Anno deinde secundo — sicut in subsequentibus apparebit. *ex Adami lib. I. c.* 50—52. *c. schol.* 10.

A. D. 897. Karolus iam quindennis[h] — filium accepit Lotharium, qui patri successit in regno. *ex Ekkeh.*

4 A. D. 898.[4] Formosus papa decessit — eique papa Iohannes 114. successit. *ex Ekkeh.*

A. D. 899. Magna fames homines se invicem comedere coegit. *ex Ekkeh.*

A. D. 900. Arnulfus imperator — Stephanus papa 115. sedit. *ex Ekkeh. et Adami lib. I. c.* 52 *cum schol.* 10.

A. D. 901. Lothewicus — regnavit annis 12. *ex Ekkeh.*

A. D. 907. Pugna erat inter Albertum — in qua Conradus occiditur. *ex Ekkeh. a. D.* 907 *et f.* 174. 35.

A. D. 908. Albertus perfidia Hattonis — Bawari ab Ungaris interficiuntur. *ex Ekkeh.* Adalgarius senex — Mindensis scilicet et Osnabrugensis, quorum ope senex fulciretur. *ex Adami lib. I. c.* 52.

A. D. 909. Ungari Saxoniam et Thuringiam vastant. *ex Ekkeh.* Adalgarius — Ramsolam ad vigilias properavit matutinas. *ex Adami lib. I. c.* 53.

a) 839. 1. *errore librarii.* b) in Sueoniam *cum Adamo* 2. c) papa *deest* 1. d) Rembertus 2. e) Nordmanni — obsederunt *desunt in* 2. *adscripta in margine* 1. f) DCCCXII. 1. g) DCCCXXV. 1. h) quinquennis 2.

1) A. D. 831. haec habet Ekkeh.; fortasse error Alberti, ex numero Ekkeh. DCCC. XXXI effecto numero DCCCXXXX, ortus. 2) 9. Ekkeh. 3) Cf. ed. Reinecc. f. 34'. 4) Ekkeh. ad a. 900.

A. D. 910. Ungari Alemanniam petunt. Leo imperator Constantinopolitanus obiit. *ex Ekkeh.*

A. D. 911. Franci pugnant cum Ungaris. *ex Ekkeh.*

A. D. 912. Lothewicus rex obiit — ultimus computatur. *ex Ekkeh.*

A. D. 913. Conradus filius Conradi — Ungari ab Alemannis et Bawaris occiduntur. *ex Ekkeh.* Post Olaph — Ungrorum impetu demolita est. *ex Adami lib. I. c.* 54.

A. D. 914. Rodolfus — papa 116. extitit. *ex Ekkeh.*

A. D. 915.[a] Ungari Alemanniam — cui Herigerus successit. *ex Ekkeh.* — Hogerus — episcopi inveniri. — Reginwardus — in basilica sancti Mychahelis commendatus est. — Eique Unni successit — familiaris et reverendus permansit. *ex Adami lib. I. c.* 54 *fin.* 55. 56.

A. D. 917. Ungari Alemanniam — de origine Saxonum prelibemus. *ex Ekkeh. a. D.* 917—919.

Tempore quo Tydericus[a*] rex Francorum contra Hirminfridum ducem Thuringorum dimicans[b], Saxones studio et necessitate querendarum sedium Germanie littoribus sunt appulsi in loco Hathuloga, qui nunc urbanius dicitur Hatheleria. Super origine eiusdem gentis varia est opinio. Quidam estimant, quia de Danis originem traxerint et Nordmannis. Dicunt alii, quod ab Anglis Britanniae incolis sint egressi. Invenitur etiam, quod reliquie fuerint Macedonum, et mortuo Alexandro per totum orbem sint dispersi. Et quia[b*] Alexander virtute eorum totam[c] devicerat Asiam, eo defuncto, se illi terre amplius committere non audebant, sed cum 300 navibus recesserunt, que omnes perierunt, exceptis 54, quarum 18 Pruciam[c*] occupaverunt, 12 Ruiam[d], 24 applicuerunt ad Albiam, quarum una trans Albiam silvam incoluit et succidit, in qua postmodum sunt inventi, et Holzati[e] appellati[1].

Cum vero applicuissent litori predicto, Thuringi, cultores eiusdem terre, adventum eorum graviter ferentes, arma contra eos moventes[f], sed Saxones acriter resistentes, portum optinuerunt. Diu dimicatum est, et multis hinc inde cadentibus, utrisque placuit, pacem taliter confirmare, ut Saxones vendendi et emendi haberent copiam, et a cede et spoliis abstinerent. Stetitque[g] tale fedus diebus plurimis. Deficiente pecunia Saxonibus, inutilem sibi pacem judicant, quid[h] emerent aut venderent non habentes. Contigit adolescentem quendam egredi de navibus, oneratum multo auro, torque aurea et armillis. Cui Thuringus obvians, ait: *Quid sibi vult tam ingens aurum circa collum tuum famelicum?* Cui Saxo: *Aurum gero, emptorem quaero. Qui fame periclitor, cur auro delecter?* Et Thuringus: *Quale precium pro auro vis? Nullum*, ait Saxo, *mihi est discrimen in precio, quicquid dabis, gratum habeo.* Thuringus subridens, Saxoni arenam obtulit, et ille recepit. Thuringus ad suos rediens de emtione auri et argenti pro arena maximum[i] risum excitavit. Saxo autem ad suos rediens, et subsannatus mirabiliter: *Socii*, ait, *ne me pro hoc mercimonio subsannetis. Sequimini, et quod persuasero, faciatis*[2]. Exeunt de navibus hortatu illius, totam terram seminant cum arena. *Eia*, inquit, 2 *socii, terra hec vestra*[k] *est, quam auro et argento proprio comparastis. State viriliter, et ut fortes viri eam fortiter defendite contra hostes.* Continuo Saxones rapiunt et mactant animalia Thuringorum. Audientes hec[k*] Thuringi veniunt, et Saxones incusant de pacis federe violato. Respondent Saxones, se terram eandem sua pecunia comparasse, et retulerunt eis modum emptionis, dicentes ita: *Vos primo terram istam quasi vestram a nostro impetu defendistis: modo nos eam quasi nostram a vestris incursibus defendemus: mori volumus, aut nostram terram, quam emimus, possidere.* Thuringi redeunt, arma preparant, Saxones expulsuri. Bellum exoritur diuturnum, Saxones viriliter se defendunt, pax tandem promittitur. Thuringi autem a viribus diffidentes, Saxones ad colloquium invitant, statuentes, ut sine armis idem colloquium celebretur. Cogitant vero Saxones dolo invadere, et sic interemptos ab his finibus propulsare. Res Saxonibus innotescit, preparant sibi cultellos absconditos, et eos secum ad colloquium deferunt, hoc signum inter se colloquentes, ut dum hoc verbum auditum fuerit: *Nemeth iuwe saxes!*[l] confestim Thuringos invadant[l*], et eisdem cultris interimant[m]. Factumque[n] est ita. Unde ab eodem instrumento sunt Saxones appellati[3]. Invadunt deinde[o] reliquam provinciam, Thuringos sine differentia occidentes. Plures autem se eis dederunt proprios, et quia[p] ab eis vivere sunt permissi, litones[4] sunt ab eodem vocabulo nuncupati. Inde litones in provincia 4 Saxonum sunt exorti. Vexillum eorum — potentiam et constantiam eorundem. *ex Ekkeh. fol.* 177. 66. Postea sicut superius invenitur Karolus Magnus plus quam 30 annos contra eos pugnans ad fidem convertit. Ducem habebant Widikindum — et de fonte levavit. (*ex Ekkeh. fol.* 179) Conradus rex virtutem Hinrici ducis semper extimuit, et quia non potuit viribus, dolo eum interficere cogitavit[q] — coram populo Saxonum et Francorum *ex Ekkeh.*

A. D. 920. Heinricus genere Saxo, filius Ottonis ducis[r], — Hec peperit ei filium quem vocavit Ludolfum, qui sibi postea rebellavit. *ex Ekkeh. fol.* 180—183.

A. D. 921. Ungri non solum — per tormenta necavit. — At vero Heinricus rex — et Deo christianitatem ultro

a) 905. 1. a*) *quae in ed. Reineccii fol.* 99 *inde a verbis:* Tempore, quo Tydericus — dolo eum interficere cogitavit (*quae verba desunt in ed.* 2. *sed adiicienda sunt ex* 1. *v. n.* q. *leguntur etiam in fine Arnoldi Lubecensis codicis Gottorpiani. Ad verbum fragmentum hoc consentit cum Alberti de origine Saxonum et eorum in Germania adventu narratione. Quare hic lectionis varietatem adnotavimus.* b) dimicabat 2. b*) et quia *cum* 1. *Gottorp.* quia enim 2. c) totam *deest* 2. c*) Kuciam *Gottorp.* d) Rinam (Rmam) *Gottorp.* Rugiam 2. e) Holtzati *Gottorp.* f) moverunt 2. g) stetit 2. h) quid *cum* 1. *Gottorp.* quod 2. i) risum maximum 2. k) nostra 2. k*) hoc 2. l) saxones 1. l*) invadunt *Gottorp.* m) interimunt *Gottorp.* n) Factum 2. o) denique *Gottorp.* p) qui 2. q) et quia — cogitavit *desunt in* 2. r) *ad a. Heinrici regis primum* (920) *in* 1. *hoc stemma in imo fol.* 67' *legitur:*

Ludolfus
Brun — dux Saxonie, quem Dani occiderunt.
Otto
Hinricus — primus imperator a Saxonibus.

1) *Et quia Alexander — appellati* desunt in Ekkehardo; at referuntur fere eadem in Speculo Saxonum lib. III. c. 44, 2, nisi quod Holsatorum nomen non commemoratur. Saxones Alexandri homines fuisse traduntur etiam in Massmann Kaiserchronik v. 325. 2) *Cum vero applicuissent — faciatis* Albertus videtur debere Ekkehardo, apud quem iisdem fere verbis leguntur. Cf. Widukindi lib I. init., ex quo Albertum, quae tradit, non hausisse pro certo affirmare licet; quae sequuntur ex Ekkehardo petita non sunt. 2) Vide Widukindum lib. I. c. 6. 7. et Kaiserchronik v. 341. 4) Litones apud Widukindum et Ekkehardum non commemorantur, at in Speculo Saxonico I. 1.

promitterent. — Deindo cum exercitu — pacem supplex deposceret. — Tunc venerabilis Unni — elegit circuire. — Postquam vero pervenit ad Danos — baptismi sacramentum perceperit. — Ordinatisque — in Christo confortans. — Deinde mare Balticum navigans — commerciorum necessitatibus sollempniter convenire. — In eo portu confessor Dei egressus — a sancto Unni sunt revocati. *ex Adami lib. I. c.* 57—63.

A. D. 922. Ropertus — regno Galliarum preponitur. *ex Ekkeh.*

A. D. 926. Sanguis Domini in Augiam insulam venit. *ex Ekkeh.*

A. D. 927. Burchardus — et Herimanno Alemannia committitur[a]. *ex Ekkeh.*

A. D. 930. Heriger archiepiscopus cui Hiltipertus succedit. *ex Ekkeh.*

A. D. 931. Hinricus rex Boemiam petit. *ex Ekkeh.*

A. D. 934. Heinricus Ungaros interficit. *ex Ekkeh. h. a.* Post Martinum papam — Iohannes 121. *ex Ekkeh. a. D.* 936. Heinricus rex, cum esset in exaltando gentem suam — ad aliquam lasciviam se dissolvendos. *ex Ekkeh. f.* 183. 41.

1 A. D. 935.[1] Heinricus rex, perdomitis — ante altare sepultum. *ex Ekkeh. f.* 183. 47.

A. D. 936. ab Urbe autem condita 1688. — facile enarrari non valet. *ex Ekkeh. a. D.* 937. Unni — Willehadi 148. — Isti — recepit. — Adaldagus — non cessavit. *ex Adami lib. I. c.* 62, *lib. II. c.* 1. 2.

A. D. 937. Ungari Franciam — et Arnulfus dux Noricorum obierunt. *ex Ekkeh.*

A. D. 938. Heinricus frater Ottonis — a tergo perfossus est. *ex Ekkeh. f.* 184. 45.

A. D. 939. Otto rex — et Everhardum comitem, de equo descendens orationemque ante lanceam, in qua erant clavi Domini, faciens[2], hostes fugat suisque victoriam reportat. *ex Ekkeh.*

A. D. 940. Rege in partibus Alsacie — in qua etiam permansit fideliter in finem. *Ekkeh. h. a. et f.* 187. 3.

A. D. 941. Gravis persecutio monachis oritur — nimia dilectionis familiaritate astrictus est. *ex Ekkeh. f.* 187. 12. Otto rex Gallias petit. *ex Ekkeh. h. a.*

A. D. 942. Otto — pacificantur. — Huic Lothewico — et Lotharium post se regnantem. *ex Ekkeh. h. a. et f.* 187.

A. D. 944. Ungari — vincuntur. — Lothewicus a duce Hugone — utilisque exinde permansit. *ex Ekkeh. h. a. et fol.* 187. 40.

A. D. 946. Edidis — que nupserat Conrado duci. *ex Ekkeh. a. D.* 947. *et fol.* 187. 38.

A. D. 948. Otto rex postquam fere omnia — apostolica auctoritate concessit. — Igitur Adaldagus — Scone et in Sueonia. — Eo etiam tempore rex Otto — cathedris intronizatos. Nempe studium — inimicis. *ex Adami lib. II. c.* 3—6.

3 A. D. 949. Hermannus dux Alamannorum — non est redditus. *ex Ekkeh. fol.* 187. 59[3].

A. D. 950. Otto rex Ytaliam — tuendam commisit. *ex Ekkeh.*

A. D. 951. Berengarius — in regnum cum pace. *ex Ekkeh.*

A. D. 953. Otto rex Ytaliam intravit — Papie. — Quod videns filius eius Ludolfus — sancte matris eius voca-
b » insignita. *ex Ekkeh. h. a. et fol.* 188. 10.

A. D. 953. Ludolfus — et dux Conradus cum eo. *ex Ekkeh.*

A. D. 955. Ungarii — immensa cede necantur. *ex Ekkeh.*

A. D. 956. Ludolfus — Ytaliam hostiliter intravit. *ex Ekkeh.*

A. D. 957. Ludolfus Adelbertum — moritur. *ex Ekkeh.*

A. D. 961. Otto rex victoriosissimus — in Saxonia commisit. — Vir iste[b] pauperibus ortus natalibus — et in omnes congregationes Saxonie. — Igitur tali viro piissimus — et in locum eius promtum[c] Leonem ordinari precepit. *ex Adami lib. II. c.* 7—9. A quo (Leone) ipse (rex) mox coronatus, imperator et augustus a populo Romano consalutatus
4 est, anno regni sui 26. post coronatum Karolum Rome 151.[4] Dicunt tamen alii, quod Otto rex — ibique presentem vitam clauserint. *ex Ekkeh.* 189. 35. *et ad a.* 962. Eo tempore imperator in Ytalia per quinquennium commoratus — eidem filio suo coniunxit. *ex Ekkeh. fol.* 189. 41. Interea filios Berengarii — qui venit in nomine Domini. — Reversus ergo in patriam[d] — qui fuerat magni Octrici Magdaburg discipulus. — Adaldagus — Cosme et Damiani. — Cumque sanctus pontifex — quem secum duxit ab Ytalia. *ex Adami lib. II. c.* 9—12.

A. D. 967. Otto imperator de Ytalia in Saxoniam rediit. *ex Ekkeh.*

A. D. 969. Mater — obiit. *ex Ekkeh.*

A. D. 971. Signum — apparuit. *ex Ekkeh.* Otto imperator — ibidem est prohibitus. — Magdeburgensi autem archiepiscopo — Eusgrium. *ex Adami lib. II. c.* 13. 14.

A. D. 974. Otto imperator — ibique honorifice tumulatum est. *ex Ekkeh. fol.* 189. 45. *et a. D.* 974. Huius tempore — est promotus. — Wencezlaus — multis miraculis illustrat. *ex Adami schol.* 21 *et* 22. *sec. man.* Post Iohannem — item Benedictus. *ex Ekkeh. h. a.*

A. D. 975.[e] Otto secundus — in regni sede locatur. *ex Ekkeh. h. a.*

A. D. 982. Otto imperator, Lothario et Karolo Francorum regibus subactis, cum in Calabriam bellum transferret, occiso a Grecis exercitu de navi exiliens natando aufugit. *ex Ekkeh.*

A. D. 983. Otto imperator Rome — obiit. *ex Ekkeh.*

A. D. 984. Otto tertius — annis 18. *ex Ekkeh.* Forti et iusto sceptrum ornavit imperio — doctrina et virtutibus illustravit. — Haroldus — occisus est. — Adaldagus — predicavit Sueonibus et Nordmannis. — In Aldinburg — Naccon et Sederich. — Novissimis itaque temporibus Adaldagi — que Iumne dicitur. — A quibus contra spem — servare contendunt. *ex Adami lib. II. c.* 21—26.

A. D. 988. Adaldagus — a meridionali plaga. — Cui succedens Libentius — fidelium irritavit. — Tunc potentissimus — a Deo mercedem recepit. — Eodem tempore classis piratarum — miserabile spectaculum omni facti populo. — Quam videlicet plagam — 20 miliis. — Ex eo tempore — muro muniri cepit. *ex Adami lib. II. c.* 26—31.

A. D. 989. Fames magna facta est. *ex Ekkeh. a. D.* 988.

a) *adscripta in margine* 1. *ad h. a. haec leguntur:* Fortuna Hermanni primi ducis filii Billingi de parentela humili, a quo processerunt imperatores, reges, duces, marchiones, comites et plures incliti. b) *ad h. a. in margine* 1. *adscripta leguntur haec:* De Herimanno duce Saxonie, cuius pater Billing vocabatur, cuius nulla est memoria propter generis et persone modicitatem. c) promotum 2. d) *adscripta in ima pag.* 73. *in* 1. *leguntur haec:* Inicium cenobii in Heslinge quod nunc est Kivona (*l.* Zcevena) et per Lithmundum (*l.* Luthmundum) prepositum ibi translatum. e) *hunc annum bis inseruit editioni Reineccius.*

1) Mortem Heinrici regis A. D. 936. retulit Ekkeh, plura immutavit Albertus. 2) *de equo — faciens* leguntur verbis paullulum mutatis apud in Ann. Magdeb. a. 940. 3) quamquam recte habet: 26. *anno regni sui.* 4) 28. et 153. Adamus c. 9, cui haec omnia debet Albertus, quamquam

A. D. 994. Sanctus Albertus — martirio coronatur. *ex Ekkeh.*

A. D. 1000. In Nordmannia a rege eorum Cracaben christianitas per edictum suscipi iussa est[1].

A. D. 1001. Otto imperator — Aquisgrani sepelitur, *ex Adami l. II, c.* 40 *et Ekkeh. h. a*, regnumque in contentione — vestigium reliquerunt. — Apud Hamburg — absciderunt. — Eodem tempore venerabilis comes Heinricus in Rosafeldan, quod nunc Hersevelde vel urbanius Rosenvelde dicitur, — apostolice sedis decreto cessit ab incepto. *ex Adami l. II, c.* 40. 41. *c. schol.* 29. *c.* 43 *ex cod.* 4. *c. schol.* 34.

A. D. 1002. Heinricus secundus — nomine imperatoris. — Hic in regni sede — cum exercitu petit et superat. *ex Ekkeh. a. D.* 1001 *et* 1002.

A. D. 1003. Heinricus rex Ytaliam — cum omni Sclavorum gente subiugavit. *ex Ekkeh.*

A. D. 1004. Fames magna facta est. *ex Ekkeh.*

A. D. 1006. Epischopium Babenberch — ibi epischopus preficitur. *ex Ekkeh*

A. D. 1008. Brun — celos petiit. *ex Ekkeh.*

A. D. 1010. Gens Ungarie — qui postea sanctus fieri meruit. — Eodem anno Benno — Qui multos in Domino lucratus, cum gaudio remeavit. *ex Adami schol.* 33 *et l. II, c.* 44.

A. D. 1013. Heinricus Rome — a Benedicto papa. *ex Ekkeh.* Eodem anno Libencius — pridie Non. Ianuarii. — Cui succedens Unwanus — pallium a papa maiore Benedicto. — Iste Unwanus — Scaldinburg cesari Heinrico dedit manus. — Moxque favente Unwano — in populo Sclavorum multum predicando fructum attulit. *ex Adami l. II, c.* 45. 46. *c. schol.* 35. 47.

A. D. 1014. Ernestus dux in venatu occiditur. *ex Ekkeh.*

A. D. 1019. Benedictus papa — contra Burgundiones pugnavit et vicit. *ex Ekkeh.*

A. D. 1020. Terre motus — cui Biligrinus[a] successit. *ex Ekkeh.*

A. D. 1021. Everhardus — templum ipsum dedicatum est. *ex Ekkeh.* In villa Colbizce[2] in Saxonia 2
in monasterio sancti Magni martiris, completis matutinis, ceperunt chorizare 15 viri et tres
mulieres in cimiterio. Presbiter cum primam missam inchoaret, non cessarunt a cantile-
nis et chorea, donec ipse, volens insolentiam eorum compescere, accessit ad eos rogans, ut
quiescerent. Nolebant, et presbiter dictus Egbertus[3] sic eis imprecatus est: *Utinam potentia* 3
*Dei et meritis sancti Magni martiris sic inquieti annum ducatis!* Qui verba eius subsannantes, persisterunt in cantando. Erat una trium mulierum filia presbiteri, nomine Mersindis. Quam, iubente patre, frater matris Iohannes brachio apprehendens, nitebatur eam a chorea extrahere. Et brachium eius detraxit a corpore, nec inde gutta sanguinis emanavit, sed in cantando et pedibus strependo cum aliis per annum in chorea permansit. Sex mensibus evolutis, terrae usque ad genua sunt immersi. In toto anno illo nec biberunt, nec comederunt, nec pluvia illos irrigavit. Fiebant tegumenta super eos, que statim aura deiecit. Vestimenta eorum et calciamenta non sunt attrita, ungues et capilli non creverunt. Anno evoluto demersi erant in terra usque ad latera. Tunc die nativitatis Domini veniens ibidem[b] Herbertus Coloniensis archiepiscopus orationem fudit super eos et a ligatura, qua se invicem manibus tenebant, eos solvit et ante altare sancti Magni ductos ire conciliavit[c]. Ante altare autem gravissimus eos sopor invasit, et ibidem[d] tribus diebus et totidem noctibus continuis dormierunt. Unus autem ex ipsis, Iohannes nomine, cum filia presbiteri et cum duabus aliis feminis ante archiepiscopum solo prostrati, statim spiritum emiserunt. Alii post excitationem se levantes, ad propria sunt reversi, cibum sumentes, sed in recordationem[e] huius signi mirifici usque in diem mortis non sunt a tremore[f] corporis liberati.
Unus eorum, qui Otbertus nomen habuit, hoc factum postea pluribus[g] indicavit[4]. Aliqui se 4
emendaverunt, et profecerunt in tantum, ut ex divina gratia post mortem miraculis choruscarent.

A. D. 1022. Heinricus imperator — secuta est in exercitu. *ex Ekkeh.* Unwanus archiepiscopus — et obedientes haberet. — Suein — successit, — qui devicto Adelrad — omnia deinceps facere maluerit. *ex Adami l. II, c.* 48. 49 *et* 50. 53.

a) Biliginus 2. Piligrinus *Ekkeh.* b) ibidem *omissum in* 2. c) reconciliavit 2. d) itidem 2. e) recordatione 2. f) timore 2. g) plurimus 2.

1) Adami l. II, c. 39 male intellexit Albertus. 2) in Anhalt-Cöthen. Mirum videri poterit, haec omnia iam narrari a Willelmo Malmesburiensi in l. II, c. 10 de gestis regum Anglorum a. D. 1012. (cf. Ed. Th. Duff. Hardy §. 173. 174), quem suo more excerpsit Vincent. Bellov. in Speculo hist. l. XXV, c. 10; idem a. D. 1012. habet Martinus Polonus. 3) Rotbertus apud Willelm. Malmesbur. 4) Cuius epistolam adi apud Willelm. Malm. §. 174 fin. Quamquam a Peregrino »a. 1013. datae haec litterae« esse non possunt, ut legitur apud Willelmum, cum ille anno 1021 demum successerit Herberto, id quod Albertum permovisse videtur, ut ad hunc annum haec omnia referret.

A. D. 1024. Unwani — ad celeste migravit imperium. *ex Adami l. II, c.* 54. — sepultusque est (Heinricus) — uxor Conigunt absque filiis obiit. *ex Ekkeh. h. a.*

[Widekind, inclytus dux Saxonum per Carolum baptizatus.
|
Wicbertus, dux Saxonum christianus.
|
Walbertus, dux Saxonum christianissimus[a].]
|
Ludolfus, dux Saxonie[b].

Fratres. — Coniuges.

1 Brun dux a Danis occisus. — Otto dux Saxonie[c] ◡ Dana[1], uxor Ottonis. — [Ludgard uxor Lothewici regis, Arnulfi imp. f.[g, 2]]

Heinricus natus de Saxonia[d]. — Albertus, quem Lodewicus rex Francie decollavit[e].

Fratres

Heinricus[f] dux Bawarie. — Otto Magnus, imperator primus de Saxonibus.
|
Hinricus dux Bawarie — Otto imperator secundus.
|
Heinricus Bavenbergensis, dux Bawarie, postea imperator. — Otto imperator tercius.

A. D. 1025. Conradus ex regni primoribus — sed divinitus cito sedatur. *ex Ekkeh.*

A. D. 1026. Conradus rex — imperialem benedictionem adeptus est. *ex Ekkeh.*

A. D. 1027. Bruno — inter se conticiunt. *ex Ekkeh.* Conradus imperator — sub tributum misit. — Herico regi Sueonum — ipsis vero pro libertate pugnantibus. — Eo tempore — item Sclavorum satrapas Utonem et Sedericum. — Accepit etiam ibidem nuncios Olaph — in christianitate confortarent. — Ad civitatem autem Scarrane — lucratus est labore. — Per illum ergo episcopum — populo Sueonum tam acceptus fuit, sicut ille. — Tali modo Unwanus — legationem suam in gentibus implevit. *ex Adami l. II, c.* 54. 50 *et* 56. 58. 55. 56. 57. 58.

A. D. 1028. Ernest dux Alamannorum — ad deditionem veniunt. *ex Ekkeh.* Olaph — quod nulli regum prius contigit in Dania. — Per idem tempus quidam ab Anglia Wolfredus — et episcopali nomine digni. *ex Adami l. II*, 59
2 *c. schol.* 42.[2] *c.* 60.

A. D. 1029. Unwanus — ibidem egritudine correptus obiit. — Unwano Libentius — legationem suam ad gentes ferventi animo ingressus est. — Et primo omnium concilians sibi Knut — ad predicationem denuo misit. *ex Adami l. II, c* 60 *fin. c. schol.* 44; *c.* 61. 62.

A. D. 1030. Chonradus imperator — occiduntur 16. Kal. Septembris. *ex Ekkeh.*

A. D. 1031. Stephanus rex — cum imperatore pacificatur. *ex Ekkeh.*

A. D. 1032. Rodulfus — Chonrado misit imperatori. *ex Ekkeh.* Eo tempore virtute regis Knut — et ibi mansit multo tempore. — Interea Libentius — cuius obitus contigit indictione 13. *cet.* — Isti[g] successit Herimannus — recon-
3 didit in maiori basilica sub ipso tribunali. *ex Adami l. II, c.* 64.[4] 65. 66 *c. schol.* 50.

A. D. 1033. Conradus imperator — hora 6. *ex Ekkeh.*

A. D. 1034. Imperator Franciam — Burgundiam vastat. *ex Ekkeh.*

A. D. 1035. Wirbina — cum exercitu petit. *ex Ekkeh.* Herimannus archiepiscopus — subterratum est in medio chori, — eique successit Bezelinus — et 7 ornata cameris ad diversam oppidi necessitatem. *ex Adami l. II, c.* 66 *fin.* 67.

A. D. 1036. Chonradus imperator filiam — sepissime autem sedit in Anglia. *ex Adami l. II, c.* 63. Luitici — pro quo Herimannus ordinatur. *ex Ekkeh.*

A. D. 1037. Chonradus imperator Ytaliam — fugiensque a quodam milite occiditur. *ex Ekkeh.* Eodem tempore Bezelinus — et ipse domum in eodem loco paravit. *ex Adami l. II, c.* 68.

A. D. 1038. Stephanus, Ungariorum rex, religiosus obiit. *ex Ekkeh.*

A. D. 1039. Cunigunt imperatrix — filius Gisle[h] imperatricis obiit. *ex Ekkeh.* Eodem tempore Bezelinus — in Ripam. — Trans Albiam — si conversionem gentis avaricia principum non impediret. — Eodem tempore Herimannus — secum Colonie habuit in convivio. *ex Adami l. II, c.* 70. 69, *schol.* 56. Anno Bezelini sexto — 11. Kal. Septembris. *ex Ekkeh. et Adamo l. l.*

A. D. 1040. Heinricus 3. — Bavenbergensis episcopus obiit. *ex Ekkeh.*

A. D. 1041. Heinricus rex ducem Boemie — eidem duci contra regem auxilia misit. *ex Ekkeh*

A. D. 1042. Ungarii quendam Ovonem — ab Alberone marchione deletur. *ex Ekkeh.* Illo tempore Suein — et liberalitate animi omnibus acceptum. — Pro hac enim a duce Bernardo — ibique maxima pars eorum trucidata est. — Eodem tempore filius Olaph — magnumque paganis terrorem incutiens. — Et hec quidem, dum varia sorte sunt gesta —

a) *uncis inclusa tantum in* 2. *leguntur.* b) dux Saxonum nobilissimus 2. c) dux Saxonum invictissimus 2. d) Heinricus rex 2. e) Albertus — decollavit *omissa in* 2. f) *Heinricum prolemque eius, utpote natu minorem, Ottoni postposuit* 2. g) a. D. 1032. Isti *cett.* 1. h) Gisse 1.

1) In uno Alberti Stadensis stemmate haec Dana vel Daua (utrum enim legendum sit in 1. parum liquet, quamquam Daua, id quod etiam 2. exhibet, vix habet, quo commendetur) tamquam uxor Ottonis commemoratur. »Albertus (Adelbertus), quem Lodewicus r. F. decollavit« in Alberti Stadensis stemmate, quale 1. exhibet, videtur esse, si lineas a scriptore codicis appictas sequimur, filius Ottonis ducis et frater Heinrici regis; quamquam deest vox »fratres« bis in nostro stemmate adscripta. Hic Albertus (Adelbertus), cum in Ekkehardi stemmate nepos Ottonis ducis a Baba, filia Ottonis ducis, oriundus, erit qui putet, Danae sive Dauae nomen haud suo loco positum in nostro stemmate corruptela natum esse aut ex Babae, Ottonis filiae, aut ex Hatui (Hathui, Hathuui), matris Heinrici regis, nomine. 2) immo Ludovici Germanici. 3) Quamquam Albertus ordinem paullulum immutavit. 4) Albertus rerum ordinem mutavit.

Lismonam cum archiepiscopo visitavit. — Anno archiepiscopi penultimo — anni fere 270. — Combusta est autem — lateraque earum in alta erecta vidit. *ex Adami l. II, c.* 73—78.

A. D. 1043. Transacta hieme — Hunfrid archiepiscopus obiit[a]. *ex Adami l. II, c.* 78. Heinricus rex Pannoniam — sibi subiecit. *ex Ekkeh.* Albertus — 31 episcopis ei manum imponentibus. — Iste nobilissimus genere — humiliari nullo modo voluit. — Anno igitur ordinationis sue primo — ad exemplum Beneventane domus cogitavit perducere. *ex Adami l. III, c.* 1—3. Gisla imperatrix — et sepelitur Spire. *ex Ekkeh.*

A. D. 1044. Heinricus rex Pannoniam — hiemsque dura et nivosa. *ex Ekkeh.*

A. D. 1045. Heinricus rex tertio Pannoniam ingressus — usque ad dignam satisfactionem custodie mancipatur. *ex Ekkeh.*

A. D. 1046. Heinricus rex Ytaliam — imperiali benedictione sublimantur. — Huic synodo — a Romana sede concessa sunt. — Imperatrix vero Agnes — cui Poppo patriarcha Aquileiensis successit. *ex Ekkeh., Adami l. III, c.* 7 *c. schol.* 61, *et Ekkeh.*

A. D. 1047. Petrus — regnare cepit. *ex Ekkeh.*

A. D. 1048. Poppo — papa ordinatur. *ex Ekkeh.*

A. D. 1049. qui est Alberti Bremensis — cripta sancto Andree dedicata est. — Et quoniam pontifex — altius, quam quisquam ratus erat, descendit. — Expeditiones vero eius — multisque familiarum oppressionibus exigebantur. *ex Adami l. III, c.* 4. 5. 6.

A. D. 1050. Albertus archiepiscopus — et impugnare non cessabant, affligentes omnibus modis. — Archiepiscopus autem — a parentibus archiepiscopi. — Alia etiam plurima diversis locis inchoavit — foris pro legatione gentium egit. — Statim ut ingressus est episcopatum — libellum repudii dedit consobrine. *ex Adami l. III, c.* 8. 9. 10. 11.

A. D. 1051. Iacobus, Suconum rex — magna per eos xenia archiepiscopo misit. — Interea Suenones — qui fidelis erat domino Iesu Christo. — Adalwardus episcopus — per visionem revelatum est. — Synodus generalis — synodi manu perpetuo dampnata sunt. — Albertus archiepiscopus — ad evincendos expertus est inimicos. Eodem anno maius altare tribunalis Breme dedicatum est in honore genitricis Dei[b]. — Eodem tempore cesar Heinricus — omnia, que in animo habuit facile perfecturum, — presertim eo fultus amminiculo — quod iure cuiquam prestari deberet. *ex Adami l. III, c.* 14. 15. *schol.* 68. *c.* 29. 30. 27. 28.

A. D. 1052. Imperator Pannoniam petit — suaque auctoritate illa confirmavit. *ex Ekkeh.*

A. D. 1053. Apostolico et imperatore — tamen in sua dioecesi cedendum perpendebat. *ex Ekkeh.*

A. D. 1054. Leo papa obiit. Cui Victor successit. *ex Ekkeh. a. D.* 1054 *et* 1055.

A. D. 1056. Fames multas regiones — in ecclesia sancte Petronille honorifice est sepulta. *ex Ekkeh.*

A. D. 1057. Heinricus quartus — ad propria redierunt. — Ex illo tempore Bremensem ecclesiam — deinceps summa rerum pendebat. — Otto de Svinfurte — ducatum eius accepit. *ex Ekkeh., Adami l. III, c.* 33. *Ekkeh.*

A. D. 1058. Stephanus papa — archidiaconatus officio functus est Rome. — In Nordwegia — dignam exhiberent subiectionis reverentiam. — Et ecce rescriptum litterarum: *Alexander episcopus — vos vestrique episcopi impendatis.* — Hiis apud Nordmanniam gestis — prosperis semper aucta est incrementis. — Trans Albiam quoque — et tam fervidus christiane religionis cultor. — Igitur omnes Sclavorum populi — tres Deo servientium dicuntur fuisse congregationes. — Gratulabatur ergo archiepiscopus — in Racisburg destinavit. — Sicque Aldenburgensis ecclesia — 12 statuere episcopatus disposuit. *ex Ekkeh. a. D.* 1057, *Adami l. III, c.* 16. *schol.* 70. *e cod.* 4. *c.* 17. 18. 19. 20, *Helmoldi l. I, c.* 22.

A. D. 1062. Bernardus dux Saxonum — Salomone, quem Ungri bello expulerant[b'], ab Ungria regressus est. — Tunc comes Herimannus — castella vero omnia *cett.* diruta sunt. — Archiepiscopus eo tempore drimatum — tanta erat opulentia huius episcopi. — Statuit autem omnes comitatus — quibusdam meretriculis donate sunt. — Ab illo ergo die — et in gloriam preceps ferebatur. *ex Adami c.* 42. 43. 44. 45. 46.

A. D. 1066. Albertus archiepiscopus — a curia depulerunt. — Audientes autem duces Ordulfus et filius eius — ut rebellem domaret ecclesiam. — Aiunt, ducem Bernardum — hec ille surdis auribus precepta reliquit. — Magnus enim, filius Ordulfi, — nisi ut dominus vocaretur. — Eo tempore Godescalcus — Ansverus etiam monachus et cum eo alii apud Racisburg lapidati sunt. — Qui cum ad passionem — cum Stephano genua posuit. — Huius sancti Ansveri brachium integrum servatur[c] apud Stadium in ecclesia beate Virginis. Iohannes etiam senex — multa paganorum milia baptizavit. — Iste igitur pro confessione Christi — presenti anno Domini contigit. — Ab hoc autem anno vacavit sedes Aldenburgensis annis 84. — Hec est Sclavorum — princeps Godescalcus. — Et hec mala — circa dies pasche. — Eodem quoque anno clades — in Anglia facta est. *ex Adami l. III, c.* 46. 47. 41. 48. 49. *schol.* 80. 81. *c.* 50, *Helmoldi l. I, c.* 24 *fin., Adami schol.* 83. *l. III, c.* 50 *fin.*, 51.

A. D. 1067. Heinricus rex Bertham — accepit uxorem. *ex Ekkeh.* Post mortem Godescalci — et nepotes eorum usque in hodiernum diem. — Eodem tempore Albertus — solitarius et quietus. — Cum autem nihil residui — in plateis reperti sunt mortui. *ex Helmoldi l. I, c.* 25 *et* 26, *Adami l. III, c.* 54. 56.

A. D. 1068. Albertus archiepiscopus — et Rosenvelde Hamburg proximam. — Disposuit — non semel gloriatus est. — Postremo autem in Hamburg — patriarchatum efficere. — Heinricus rex adolescentie usus libertate — quod eius consilio omnia ageret. *ex Adami l. III, c.* 58. *c.* 32. *c.* 58. *Ekkeh.*

A. D. 1069. Agnes — obiit. — Eodem anno famosum illud colloquium — quae ante Magnus habuerat. *ex Ekkeh. et Adami l. III, c.* 59.

A. D. 1071. Otto dux Bawarie — quem rex Welpo[c'], qui erat natu Suevus, dedit. — Post hec omnem gentem Saxonum — nec unquam de ceteris promissionibus regis fidem prebuerunt. — Interea Albertus archiepiscopus — Lauressam cum ceteris ecclesie bonis perdidit. — Siquidem mores viri — omnia per illum plena ratione magnaque auctoritate fieri. — Igitur insignis vir — ut magicis inservisse artibus diceretur. — In principio autem introitus — convivia dari[d] plenissima atque pauperibus — aut, ut pro Christo decollari mereretur, voluerit[e]. — Tandem seva morum perturbatione infractus — que populo gravia esse persensit. — In istis diebus pervenit quedam mulier — Erant autem cum pontifice Nothebaldus[f] et alii pseudoprophete — commendavit ei ecclesiam suam. — Adamatus — mutationis sue horam cito affuturam. *ex Ekkeh., ex Helmoldi l. I, c.* 27 *et* 28, *ex Adami l. III, c.* 60. 61. 62. 68. 62 *med.*, 63. *schol.* 91.

a) cui Engilhard, reiecto Winthero qui episcopatum speravit, successit. Odinkar Ripensis episcopus obiit. *addit* 2. *ex Adami l. II, c.* 78. *c. schol.* 60. b) Eodem anno genetricis Dei *desunt in* 2. *desumpta ex Adami l. III, c.* 29 *fin.* b') *ita recte c. cod. Adami* 2. *Albertus.* c) A. s. brachium integrum 2. c') Welyo 1. d) dare 2. e) *deest* voluerit *in* 2. f) *in* 1. *adscripta in margine haec leguntur:* Nothebaldus consiliarius secundum (sicut?) nomen suum ita et fraus sua.

A. D. 1072. Albertus archiepiscopus — exhalavit spiritum, — 17. Kal. Aprilis, indictione 10, anno Alexandri pape 11, Heinrici regis quarti 16.[1] — ab Italia archiepiscopus rediens quondam secum deportaverat. — Igitur corpus archiepiscopi — provincia in solitudinem redacta est. — Hanc pontifex Albertus — sive a ceteris arctoae gentis legatis adiri posset constituit. *ex Adami l. III, c.* 64. 66. 67 *et* 63. 67. — Huic successit Leimarus, natione Bawarus, et sedit annis 30. Rex Heinricus Ottonem — et in aliis regni partibus agendis rebus instituit. *ex Ekkeh.* Liemarus, nacione Bawarus, de ministerialibus Heinrici regis quarti originem trahens, vir litteratus et prudens, episcopatum suscepit ab ipso Heinrico, adhuc exulante, pontificum electione. Ordinatus est autem a suffraganeis; pallium misit ei papa Alexander.

A. D. 1073. Anno Coloniensis — in contumeliam patris de sepulchro proiciunt. *ex Ekkeh.*

A. D. 1074. Alexander papa decessit — Unde etiam a nonnullis episcopis abdicatus est. — Huic Saxonum principes — sed rex secundam et terciam eius vocationem dissimulavit. *ex Ekkeh., Helmoldi l. I, c.* 28 *in.* Anno Coloniensis, Sifridus Maguntinus, Bucco[a] Halverstadensis, Wezelo Magdaburgensis et omnes principes Saxonie favebant apostolico; Liemarus vero Bremensis adherebat regi Heinrico.

A. D. 1075. Bellum iuxta Unstroth — eique Rotpertus a rege subrogatur. *ex Ekkeh.*

A. D. 1076. Habitum est consilium apud Wormaciam — acceptis ab eo in futurum vite sue correctionis securitatibus multis. — Accepit igitur rex in mandatis — que adversus eum agebantur. *ex Ekkeh., ex Helmoldi l. I, c.* 28 *med.*

A. D. 1077. Rodulfus indigena Suevie, que regalis omnino stemmatis aliena est, a principibus Saxonie, faventibus Sigefrido Moguntino — in regem elevatur — Moguntiam non intravit amplius. — Surrexit interea quidam Straceburgensis episcopus — Saxonum vero et Suevorum exercitus erant cum Rudolfo. — Rodulfus Wirceburg obsidet — Uto Treverorum archiepiscopus obiit. *ex Ekkeh., ex Helmoldi l. I, c. 29, Ekkeh. fol.* 203.

A. D. 1078. Bellum iuxta Strowi — Poppo mire fortis obiit. *ex Ekkeh.*

A. D. 1079. Iterum bellum inter Heinricum — in omni festiva processione precedit. *ex Ekkeh.*

A. D. 1080. Conventus 30 episcoporum — Hildebrandum vero beatum[a'] Gregorium papam patrem suum appellat. Bellum inter Heinricum et Rodulfum iuxta fluvium Ellestram geritur, — in quo Rodulfus vulneratus in manu dextra — *Ecce hec est manus qua domino meo Heinrico* (de Buolowe cano)[b] *fidem firmari sacramento* — diem clausit extremum. *ex Ekkeh. et Helmoldi l. I, c.* 29 *fin.*

A. D. 1081. Rex Heinricus[c] Romam profectus est, habens in comitatu suo Liemarum, Bremensem archiepiscopum, penes quem tunc summa consilii erat. Et resistente sibi papa Hildebrando — non sine magna clade eiusdem provincie redierunt. *ex Ekkeh.*

A. D. 1082. Herimannus quidam vir prepotens — cepit in brevi despectus haberi. *ex Ekkeh.*

A. D. 1083. Hermannus cum paucis orientalem Franciam — ibique usque ad diem mortis sue permansit. *ex Ekkeh.*

A. D. 1084. Heinricus natale Domini — Sigifrido Moguntino Wecil successit. *ex Ekkeh.*

A. D. 1085. Sinodus Moguntie — imperatori deponendi iudicantur, *ex Ekkeh.*, ceteri vero cum papa Gregorio — nominat, *ex Helmoldi l. I, c.* 30 *in.*, anathemate condempnatur. — eiusmodi sectam emulantium. — Et hi quidem, qui videbantur perfectiores — qui catholicam partem tueri videbantur. *ex Ekkeh., Helmoldi l. I, c.* 30.

A. D. 1086. Heinricus imperator Saxoniam vastat — Meinhardus restituitur. *ex Ekkeh.*

A. D. 1087. Hermannus Clufloch — nec adiecerunt ultra arma ferre adversus cesarem. *ex Helmoldi l. I, c.* 30.

A. D. 1088. Translatio sancti Nicolai de Mirea in Barum. *ex Ann. Rosenv. a. D.* 1088. Berta imperatrix — cui Rothardus successit. *ex Ekkeh.*

A. D. 1089. Imperator nuptias Colonie celebrat — qui lanceam regiam ferebat. *ex Ekkeh.* Ibi (Gliche) etiam Liemarus, Bremensis archiepiscopus, captus est a comite Ludero, qui postea regnavit. Qui dedit pro redemptione sua advocatiam Breme et 300 marcas argenti; et ita restitutus est episcopatui suo. Hic basilicam, quam Albertus predecessor suus ceperat edificare, de incendio ville parumper maculatam, funditus destruxit et a fundamentis hanc, que hactenus cernitur, construxit[2].

A. D. 1090. Imperator Ytaliam ingreditur — Adalbero Wirceburgensis episcopus obiit. — Welp iunior — Machtildam accepit uxorem. *ex Ekkeh. h. a. et Ann. Magdeb. vel Rosenveld. a. D.* 1089.

A. D. 1091. Visi sunt per multas regiones vermiculi — Iherosolimam tendentium[d] profectionem quidam interpretati sunt figurari. *ex Ekkeh.*

A. D. 1092. Pestilentia — atque pecudum. *ex Ekkeh*

A. D. 1093. Chonradus, filius imperatoris et Berthe imperatricis, patri suo rebellat. *ex Ekkeh.* — Hec est autem[3] causa rebellionis. Imperator Heinricus detestabili malitia cepit persequi uxorem suam, Utonis viduam, de qua supra dictum est[4]; ita ut quoslibet, quod dictu nephas est, ad eam comprimendam invitaret, tandem filio[e] proprio Chonrado, quem iam coronaverat, ut ad eam ingrederetur, precepit. Qui facinus exhorrens, *Non*, inquit, *domine; filius enim vester sum et illa uxor vestra.* Et rex, *Non es*, ait, *filius meus, sed peregrini.* Erat autem

a) bucca 1. a') beatum vero *desunt in* 2. b) *haec verba a manu recentiore scripta inserta signo* **A** *post* Heinrico *leguntur in* 1. c) Heinricus rex 2. d) Iherosolimam tendentium *desunt in* 2. e) filio suo 2.

1) 17. Adamus. 2) Effigiem domus antiquae cathedralis Bremensis, qualis initio saec. XVI. adhuc cernebatur, vide apud Rotermund Gesch. d. Domes zu Bremen. 3) Tota haec narratio (*Hec est autem — tandem abbatissa*) invenitur etiam in Dodechini appendice ad Mariani Scoti Chronica a. D. 1093. Ex eodem fonte hausisse Albertum et Dodechinum in ipsis verbis hic illic consensus arguit, quamquam Albertus in brevius contraxisse videtur, quae refert. Cf. Ekkeh. fol. 211. l. 1. Kaiserchronik v. 16571. 4) A. D. 1089.

idem Chonradus simillimus cuidam peregrino, principi de Suevia[a]. Regina tandem a custodia elapsa, venit in Ytaliam ad prepotentem illam Mechtildam et eius conductu ad papam Urbanum, cui suam calamitatem lamentabiliter exposuit. Papa vero, tam horrendi criminis accusatione permotus, denuo imperatorem excommunicavit. Regina vero reversa est in Ruciam et monasterio se mancipavit et facta est tandem abbatissa. — Illis temporibus claruit Anselmus Cantuariensis episcopus. Hic detestabatur Heinricum sicut et ceteri catholici[a*], appellans eum in quadam epistola successorem Neronis et Iuliani apostate contra vicarium Petri[1]. Eclipsis solis facta est 9. Kal. Octobris hora tercia diei. et draco visus est, et mortalitas magna subsecuta est[2]. *ex Ekkeh. et Ann. Rosenv.* 2

A. D. 1096. Imperator in Ytaliam proficiscitur. Eodem anno, die quadam advesperascente — populi premonstrantes profectionem. — Eodem anno Petrus quidam — dux Lotharingie Godefridus. — Qui etiam nephandissimas — compellebant. Urbanus quoque papa omnisque Romana ecclesia excitatus in zelum frequentibus nuntiis ecclesie Iherosolimitane super oppressione dominici sepulchri — iam iamque deleverat, conquerentis, *ex Ann. Rosenv. a. D.* 1096, *Helmoldi l. I, c.* 31, *Ekkeh. a. D.* 1096, epistolis quoque Alexii — satellites multis seductionibus impugnare non cessavit. *ex Ekkeh. f.* 213, 6—41. *f.* 214.

A. D. 1097. Heinricus imperator ab Italia rediens — et fluminum inundationes increverunt. *ex Ekkeh.*

A. D. 1098. Luna paschali 18. scilicet[b] 12. Kal. Aprilis, indictione 6, epacta 15, concurrente 4. sumpsit initium Cisterciense collegium.

[A. D. 1099.] Anno milleno cum centeno minus uno,
Iherusalem scribo captam duce sub Godefrido.

Heinricus imperator natale Domini — semper exstitit amabilis. — Hoc anno Chonradus — Fames improvisa in multis locis invaluit. — Urbanus papa — Paschalem appellans eum. — Hoc anno Godefridus dux — pro Christo tanti se bellatores sponte crucifixerunt. — Cuius in obsidione cum laborarent maxime — cum festum de dispersione apostolorum a multis fidelibus celebratur. — Monasteria a Saracenis destructa reedificantur[3]. Solum namque se- 3
pulchrum Domini — vel intra atrium ingredi permitterent. — Rex enim Babilonie — cum currentibus currerent. *ex Ekkeh. f.* 211. 218. 18. 25, 211. 22, 216 *fin.* 212. 17, 217. Nubes etiam ab estu solis christianos defendebant et refrigerabant, tantaque erat abundantia alimentorum, ut aries nummo, bos siclo venderetur[3*]; — quod numquam defecerat in Iherusalem, devotissime contulit. *ex Ekkeh. f.* 218.

A. D. 1100. Sub Godefrido duce — apostolici nomen numquam suscepisse. — Tunc primum sopita sunt — ad Paschalem. *ex Ekkeh. et Helmoldi l. I, c.* 32 *in.* Eodem anno instituta est congregacio monachorum in Herseveld[c][4].

A. D. 1101. Chonradus[d] adolescens — Iherusalem subsequitur. — Eo tempore Heinricus Crassus — cum aliis multis. *ex Ekkeh., Ann. Magdeb.* Liemarus, Bremensis archiepiscopus, obiit 17. Kalend. Iunii, cui successit Humbertus.

A. D. 1102. Heinricus habito cum principibus — conatus sit nec profecerit. — Igitur ubi firmatus est — catholice ecclesie cultoribus. — Hartwicus Magdaburgensis — Antiochie principatum sibi dimiserat. *ex Ekkeh., Helmoldi l. I, c.* 32 *in., Ekkeh. f.* 224.

A. D. 1103. Imperator natale Domini — a quibusdam funestis interimitur. *ex Ekkeh.*

A. D. 1104. Heinricus imperator — Sigehardus a militibus eius interfectus est. *ex Ekkeh.* Humbertus Bremensis archiepiscopus obiit, cui successit Fredericus. *ex Ann. Rosenv. a. D.* 1103.[5] Eodem anno nonnulli palmati — Iohannes 5
Spirensis episcopus obiit. *ex Ekkeh. f.* 225. 226.

A. D. 1105. Dum imperator natale Domini Moguncie celebrat — voce magna declamans *Kyrie eleison. ex Ekkeh.* Rebus igitur ecclesiasticis ibi satis prudenter ordinatis — ac subiacere examini domini apostolici coegit. *ex Ann. Magdeb.* Eodem anno Baldwinus — si in oriente esset parte. *ex Ekkeh.*

Otto, Saxo genere, quem, sicut predictum est, cesar ducatu privaverat Bawarie, et Welponi dederat Suevo, obiit[6]. Imperator enim exquisita arte Eginonem[f] quendam non alti seminis, sed viribus et[g] audacia prestantem, accusare fecit iam dictum Ottonem de crimine lese maiestatis, quod scilicet de nece tractasset regis. Unde pro expurgacione dictato duello, per sententiam principum abiudicatus est ei ducatus.

Hic sepultus est Northem, et habuit tres filios, Heinricum Crassum[7], qui fuit lant- 7
gravius, patrem[h] Rikencen imperatricis[8], qui occisus est Norden in Fresia; et Cononem[9],

a) *fortasse* Suecia. a*) episcopi 2. b) 18 scilicet *deest in* 2. XVIII *vel* XIII 1, *quamquam neutrum recte se habet.* c) Hersenfelde 2. d) Conradus rex 2. e) Sic matus est 1. f) Egmonem 2. *Supra ad a.* 1071. *nomen hoc in* 1 *et* 2. *scriptum est* Egimo; *hic* 1. *recte praebet* Eginonem. g) sed et 1. h) pater 2.

1) Eadem quae verbis *Illis — Petri* referuntur, paullo uberius apud Dodechinum invenies, qui ipsam Anselmi epistolam servavit a. D. 1094: rectius tamen Albertus a. D. 1093. haec facta esse asserit. 2) Conferri potest Dodechinus a. D. 1093. 3) Cf. Ekkeh. f. 212, l. 47; 218, l. 11. 3*) Cf. Ekkeh. f. 209. l. 31. 4) Cf. Ann. Rosenv. a. D. 1102. et Ann. Magd. a. D. 1101. 5) Eadem a. D. 1104. habent Ann. Magdeb. 6) Ottonem hunc defunctum esse 3. Id. Ian. 1083. refert Annalista Saxo h. a. De cuius stemmate v. Orig. Guelf. T. IV, p. 474 sq. Aliud tamen huius progeniei schema, quale ex Alberti narratione patet usque ad a. 1256. deductum, f. 318 subiungere haud inutile duximus. 7) De Henrico Crasso cf. Annal. Sax. ad a. 1101. Eum lantgravium fuisse nullibi constat, at fuit marchio Fresiae; Hermannum I et II de Winzenburg fuisse comites provinciales Saxoniae neque vero Thuringiae scimus; cf. Koken Beitr. zur Nieders. Gesch. T. I, §. 35 sq. 8) uxoris Lotharii. 9) De Cononis morte et progenie v. Annal. Saxo a. 1103.

comitem de Bichelinc, qui etiam occisus est; et Sifridum de Bomeneburgh, patrem iunioris Sifridi.

Habuit etiam 4 filias, quarum una[1] mater fuit Conradi de Witin marchionis; secunda
2 mater Frederici comitis de Arnesberch, cuius unam filiam duxit[a] Godefridus de Cuc[2], pater
comitum Heinrici et Frederici de Arnesberche[3], secundam duxit Otto de Cappenberch[4],
cuius filia Eilica[b], uxor Eilmari, mater fuit Heinrici et Christiani, comitum de Aldenburch,
6 et prepositi Ottonis Bremensis[5]. Tertia[6] uxor fuit Hermanni de Calvela[7], que genuit Ottonem et Heinricum, comites de Ravenesberch. Quartam deduxit quidam servus[c].

Quilibet etiam fratrum filiorum Ottonis ducis in comitatu Stadensi unam curiam
habuit. Heinricus Crassus habuit curiam Alerstede[8], Cono curiam, que dicitur Connigehove,
in villa Hersevelde[9]. Hic fundavit Catelenburg[10], et eandem curiam illi claustro dedit,
quam postea Fridericus Stadensis primo obpigneratam, deinde emptam Hersevelde dedit.
11 Sifridus habuit curiam Hetvelde[d. 11], quam filius suus[e] Sifridus dedit claustro Amelingesburne,
quam postea Heinricus dux de Bruniswich[f] emit a monachis. Hanc tamen, ut dicitur
modo, quidam abbas loci illius apostatare volens, duci vendidit, conventu ignorante. Tandem, medietate pecunie soluta, et re comperta, abbas fugit et dux curiam usurpavit. Preterea possedit bona inpheodata[g] illius curie, que fuerunt[h] claustro data.

a) dux 1. b) Elica 2. c) *leg.* seduxit; serus 1. d) Hethvelde 2. e) suus *deest in* 1. f) Bruniswic 2. g) bona in pheodo data possedit 2. h) quae non fuerunt 2.

1) Ida nupsit Thiemoni, comiti de Witin, peperitque illi duos filios, Dedonem comitem et Conradum marchionem. Ann. Magdeb. a. 1111. 2) De Godfrido comite de Cuc et eius fratre Hermanno v. Ann. Sax. a. 1136. 3) Heinricus et Fridericus fratres v. in charta a. 1163. in Orig. Guelf. T. III, p. 485. 4) De Ottone comite de Cappenberg eiusque fratre Godfrido v. chartam a. 1122. apud Niesert Münstersches Urkundenbuch Tom. II. De eorum progenitore Ottone, filio Gotfridi cf. Annal. Sax. a. 1036. Eilicam fuisse sororem uterinam Ottonis de Cappenberg, filiam vero Heinrici de Arnsberch et Rietbeck asserit Seibertz Landes- u. Rechtsgeschichte von Westfalen T. I, p. 101; Rosencrantz in Zeitschrift für vaterländ. Geschichte und Alterthümer. Neue Folge T. II, p. 357 sq. 5) De filio Eilmari vid. infra ad a. 1167. De ipso hoc Eilmaro vid. ad a. 1112. 6) Tertiae filiae sc. Ethelindae filium fuisse Hermannum comitem asserit Annal. Sax. a. 1071. 1082. Vid. Lambert. a. 1071. 7) De Hermanno de Calvela, filio Ottonis comitis de Ravensberg, vid. Annal. Sax. a. 1129. et Niesert Münstersches Urkundenbuch T. II, p. 136. 8) Ablerstedt, villa parochialis in praefectura Harsefeld. 9) Possessionem curiae Coninghof monasterio Hersevelde confirmavit Alexander IV papa a. 1260. Vid. chartam in Chron. Rosenveld. apud Vogt Mon. ined. Brem. T. I, p. 150. 10) Monasterium quondam Catlenburg, nunc praefectura domanialis in provincia Grubenhagen. Eius fundator in charta Henrici ducis Bavariae et Saxoniae d. 1154. (Orig. Guelf. T. III, p. 423) dicitur fuisse comes Theodericus. Ex littera fundationis de 1105, 3. Id. Nov. autem patet Cononis filiam Adelam, uxorem dicti comitis Theoderici de Beichlingen, curiam in Hersevelde monasterio a marito suo fundato contulisse. Vid. Orig. Guelf. T. IV, p. 545. 11) Hitfeld, villa parochialis in praefectura Harburg. In charta fundationis monasterii supra laudati de 1141, 6. Id. Nov. (vid. Orig. Guelf. T. IV, p. 525) huius villae mentio non fit. Recensetur vero inter reditus allodii comitis Sifridi apud Kindlinger Geschichte der älteren Grafen T. II, p. 35. 12) Stemma hoc ex Alberti narratione derivatum est.



A. D. 1106. ab Urbe vero condita 857,[a] — 11.[b] patris sui anno regnare cepit adhuc vivente patre. — Mediante igitur Heinrico iuniore — multis iam annis sequestratam confirmabant. — *ex Ekkeh. f.* 231. 13. 230. et eo usque sententia invaluit, ut Heinrico dyadema tollendum — stetitque in deserta capella inhumatus quinque annis. *ex Helmoldi lib. I. c.* 32 *et* 33. *paullulum in brevius contractis.* — Tandem apud Spiram sepelitur. *ex Ann. Rosenveld. sive Ann. Magdeb. a. D.* 1107. Factumque est, postquam crito — eo quod Heinricus cum familia sua sepius illic moraretur. — *ex Helmoldi lib. I. c.* 34 *in brevius contracto.* Eodem anno Luidgerus marchio — deportatusque Herseveldec[c] ibidem obiit. *ex Ann. Rosenveld.* Eodem anno dux Saxonie Magnus — fuitque pax inter Adolfum comitem et principem Sclavorum Heinricum. *ex Helmoldi lib. I. c.* 35 *et* 36.

A. D. 1107. Heinricus Magdaburgensis — Rotpertum comitem sibi subiugavit. *ex Ann. Rosenveld. h. a.*

A. D. 1108. Heinricus[d] Pannoniam cum exercitu aggreditur — Sifridus etiam comes obiit. *ex Ann. Rosenveld.*

A. D. 1109. Rothardus Moguntinus archiepiscopus — dux Boemie a suis furtive occiditur. *ex Ann. Rosenveld.*

A. D. 1110. Heinricus rex iuvenis — assequi plenitudinem imperialis honoris de manu summi pontificis. *ex Helmoldi lib. I. c.* 39 *in.* — Et ingressus Italiam manu valida — oppida depopulatur. *ex Ann. Rosenveld.*

A. D. 1111. Transscensis igitur Alpibus — dederuntque ei privilegium super omnibus, que desideravit. *ex Helmoldi lib. I. c.* 39.

A. D. 1112. Postquam imperator percepta benedictione — aut certe captivitati traditis. *ex Helmoldi lib. I. c.* 40.

Eodem tempore Eilmarus[1] iunior, comes de Aldenburg, filius Eilmari et Rikencen, 1
filie Ide de Elsthorpe[e], movit questionem de hereditate eiusdem Ide contra principes Stadenses, Udonem marchionem et filium eius Heinricum, qui eandem hereditatem, quoad vixerunt, quiete possederunt. Sed comes Fridericus eum a questione summovit. Ista namque Ida[2], nobilis femina de Suevia nata, in villa Elsthorpe[3] manens, hereditatem habuit, que adhuc hereditas Ide dicitur. Hec fuit filia fratris imperatoris Heinrici III, filia quoque sororis Leonis pape, qui et Bruno[4].

Hec nupsit Lippoldo, filio domine Glismodis[5], et peperit Odam sanctimonialem de Rinthelen, quam postea claustro absolvit, recompensans villam Stedethorp[f] prope Heslinge pro filia, et tradidit regi Ruzie, cui peperit filium Warteslaw[g]. Sed rege mortuo, Oda infinitam pecuniam in oportunis locis sepeliri fecit, et in Saxoniam rediit cum filio et parte pecunie, et sepultores occidi fecit, ne proderent. Et cuidam nubens, peperit filiam Aliarinam[h], matrem comitis Burchardi de Lucken[6], quem postea lantgravius[i] Hermannus de 6
Wincenburg in dolo occidit, cum esset vassallus suus[7]. Warteslaw autem revocatus in Ruziam pro patre regnavit, et ante obitum suum recuperavit pecuniam, quam mater absconderat.

Habuit etiam Ida filium Ecbertum comitem, quem primus Udo marchio Wistede prope Elstorpe occidit, cum tamen esset cognatus suus[8]. Ida vero orbata heredibus, Romam profecta est ad avunculum suum papam Leonem[9], et salubribus monitis dimittendi debitoribus suis debita ab ipso instructa, rediit Elsthorpe, plenarie Udoni dimittens iniuriam de nece filii, et ut quietius suis posset uti[k] possessionibus, ipsum Udonem suum fecit heredem, adoptans eum in filium, qui etiam versa vice de hereditate sua 300 mansos Ide dedit possidendos quam diu viveret, curiam videlicet Tuschensen[l. 10], curiam Otfredhessen[11],

a) *leg.* 1857. b) *sic errore librarii scriptum invenitur in* 1 *et* 2; 50. *Ekkeh.* c) Hersenvelde 2. Rosseveide *Ann. Magd. et Ann. Rosenveld.* d) Heinricus rex. e) Elstorpe 2. *saepius; in marg.* 1. *adscriptum est:* De Ida de Ellestorpe. f) Stedestorp 2. g) Warteslant 1. *ita saepius.* h) Harman *s.* Harinam 1. *Hist. archiep. Brem.* Aliarinam 2; *Chron. Rosenv. habet:* Akarinam *ut* 1. *infra.* i) H. landgravius d. W. 2. *ita saepius.* k) frui 2. l) *ita* 2. *Chron. Rosenv. et Hist. archiep. Brem. c.* 21. Ruschensen 1.

1) Eilmarus sen. et Rikenza cum filio suo Eilmaro occurrunt in charta a. 1108. apud Möser Osnabrück. Geschichte T. II. app. n. 47. Vide etiam Annal. Rastedenses in Ehrentraut Fries. Archiv. II, 253. 2) Cf. de hac Ida Wedekind Noten III, 225 sq. 3) Elsdorf, villa parochialis in praefectura Zeven. 4) Bruno comes fuit de Egisheim (cf. Wiberti vitam Leonis IX. apud Muratori SS. rer. Ital. T. III. p. 282), cuius soror, si Alberto nostro fides habenda est, Ernesto II, duci Sueviae nupsit, qui filius fuit Giselae, regi Conrado II nuptae, ex matrimonio priore cum Ernesto I. duce Sueviae contracto. Vide Bolten Ditmarsische Geschichte T. II. pag. 60 sq. 5) Glismodis videtur fuisse filia Immedi et soror episcopi Paderbornensis Meinwerci, cuidam nobili principi in Baioaria (comiti Retingo II?) matrimonio copulata. Conf. Vitam Meinwerci. 6) Loccum, cuius nominis monasterium superest in provincia Calenberg. Lucgenhem in charta Heinrici III imp.; cf. K. L. Koken Beiträge zur Niedersächs. Gesch. T. I. p. 27 sq. 7) Burcardus comes Fresonum occisus est a. 1130; vide Ann. Magdeb. et Dodechinum. Iste Burchardus a. D. 1129. Id. Iunii adest Lothario Goslariae, v. Orig. Guelf. T. II. 8) Si Chronico Rosenveld. fides habenda est, comes Ecbertus duxerat filiam Hermanni de Werle, cuius alteram filiam Odonem marchioni Udoni nuptam esse constat. Conf. infra ad a. 1144. 9) Leo IX sedit ab ann. 1049—1054. 10) Schwitschen, par. Visselhövede in praefectura Rotenburg. 11) Otersen iuxta Alleram, par. Wittlohe in praefectura Verden, nisi forte est Othfresen inter Hildesheim et Goslar situm.

1 curiam Hulsinge[1], curiam Wasten[2], curiam Binnen[a, 3], curiam Rotholvingenhusen[4], curiam Sclime[b], curiam Ride[5], et preterea pecuniam, pro cuius parte, scilicet pro 50 marcis obpigneravit[c] Frogersen et Frankenburstold[6] ecclesie Heslinge, que eodem titulo adhuc possidentur.

Ida vero duos habuit maritos absque Lippoldo, scilicet comitem Dedonem et comitem
Ethelerum Album, quorum uterque in Thietmarschia occisus est, cum esset ibi comes.
Alter eorum de Id genuit filiam Rikencen, quam duxit comes Eilmarus de Aldemburg[d],
genuitque ex ea filium Eilmarum, sicut predictum est. Item Ida peperit Akarinam[e, 7],
matrem Burchardi de Lucken. Item Ide filius fuit Burchardus, Treverensis maior preposi-
8 tus, qui postea in archiepiscopum est electus[8]. Hic edificavit lapideam structuram in
Elsthorp.

Ida ergo mortua, devoluta est hereditas ad predictum Udonem, marchionem primum, cui etiam competebat alia ratione. Nam cum nullus de eius sanguine hereditatem illam multo annorum spacio sibi vendicaret, in ius regie potestatis cessit, et ita Bremensi ecclesie provenit, et predictus Udo tenuit Stadensem comitatum ab ecclesia Bremensi in beneficio, qui comitatus erat illam hereditatem continens. Hanc igitur predicti principes, Udo primus et secundus, et filius secundi Heinricus, absque ulla contradictione usque in presentem Domini[f] annum possederunt, quo videlicet anno Eilmarus iunior de Aldenburg eam[g] impetens, a Friderico, qui comitiam[h] Stadensem a sepe dictis principibus in amministratione tenuit[9], transactione de rebus dominorum suorum facta, a questione summotus est[i].

Huius namque Friderici avia et mater de Anglia navigantes, in comitatu Stadensi
10 naufragium passe sunt[10], et secundum prisci iuris rigorem tam homines quam res regie
ditioni sunt mancipati. Mulieres quidem ad cameram Odonis[k], uxoris primi Udonis, translate sunt. Et mater cuidam nupsit[11], a quo suscepit tres filias, quarum una peperit Wardingum de Blitherstorpe[l], patrem Wernonis, Waldingi et Tezonis[m] de Lindena, et matrem Sicconis, qui fuit pater Hermanni de Poppenburstolde[n] et Roperti Mulen. Altera peperit Aldonem, patrem Bertoldi de Elme et Arnoldi de Beveren, et patrem[12] Arnesti de Emelenthorpe, et Baldwini de Horechthorpe[13]. Tertia vero nupsit Reinoldo[o], qui genuit ex ea filios Fridericum et Olricum, filias Odiliam abbatissam in Heslinge, et Rocelen[p], que nupsit Waldesthorpe[q]. Filii autem favorabiliter a dominis educati sunt, et adultis collata administratio et dispensatio quarumdam villarum.

Eo tempore tres episcopi de Dania transitum per terram illam facturi, multam pecu-
niam tulerunt, et ipsis cum omnibus comitibus eorum a prefatis fratribus in Albia submer-
sis[r], pecunia direpta est, et licet propter hec[s] iram Dei meruerint, tamen in transitoriis
14 multum locupletati sunt. Fridericus quidem tam primo Udone vivente, quam secundo[14],
nunquam iugum sue conditionis detrectavit, unde ad amministrationem comitatus Stadensis

a) Bumen 2. *et Hist. archiep. Brem. l. l.; leg. fortasse* Binten. b) Slimae 2. c) *ita* 1. *Chron. Rosenv.* obsigoavit 2. *Hist. archiep. Brem.* d) E. c. d. Aldenburg 2. e) *sive* Akarmam 1. *Hist. archiep. Brem.* Aliarinam 2. f) diem et 2. g) eum 1. h) cometiam 2. i) *in margine* 1. *adscripta sunt verba:* De Friderico comite Stadensi, qui Hersevelde sepultus est, est, est. k) Obonis *hic habet* 1. *ad a.* 1144. *vero* Odonem. l) Bliterstorpe 1. m) Teronis 2. n) Poppenburgstolde 2. o) Remoldo 1 (?). p) Rokelen 2. q) Waldestorpe 2. r) submesis 2. s) hanc 2.

1) Hülsen in parochia Westen in praefectura Rethem Luneburgica. 2) Westen, villa parochialis et praefectura in comitatu Hoya. 3) Binnen, villa parochialis in praefectura Nienburg, sive Bünte, parochiae Bassum in praefectura Sycke. 4) Rolfsen par. Hoya. 5) Rieda, villa parochialis et Schlieme eiusdem parochiae in praefectura Sycke et comitatu Hoya. Plurimae igitur harum villarum sive omnes situatae fuerunt in comitatu Udonis in Angeri 6) Freyersen et Frankenbostel paroch. Elsdorf, praefecturae Zeven. 7) Supra Odae filiam eam fuisse Albertus dixit. 8) Burcardi, Treverensis ecclesiae praepositi, sororem nuptam fuisse Ruzenorum regi Demetrio, tradit quoque Lambert. Schafnab. ad a. 1075. Burcardus vero ille ad archiepiscopalem dignitatem minime successit. 9) Ex anno 1095. v. Annal. Sax. a. 1087. 10) Constat multos Anglosaxones post occupatam per Guilliel-mum ducem Normanniae Britanniam, anno 1066. patriam reliquisse. 11) Hic locus intelligendus est de nuptiis illius, quam supra Friderici aviam dixit in Anglia contractis. Mater ergo Friderici eiusque sorores in Anglia natae, fortasse iam nuptae fuerunt. Fridericum, cui anno 1095. cometia Stadensis data est, ante annum 1075. natum esse oportet. 12) De fratre Aldonis hic locus mihi intelligendus videtur. 13) In cometia Stadensi sitae fuerunt villae, quae hodie dicuntur: Bliederstorf par. Neu-Closter iuxta Harcefeld; Borstel, par. Oldendorf seu Heslingen; Elm, par. Oldendorf; Bevern, villa parochialis; Emmelndorf par. Hitfeld. Ex caeteris fortasse Harrendorf, par. Bramstedt, et Poppenburg, par. Uthlede, in praefectura Hagen. 14) Immo Udone II. et III, qui obierunt 1082 et 1106.

vocatus est, cui se ydoneum discretione et strennuitate prebuit. Olricus vero in diebus secundi Udonis liberum se iactitans, curiam imperatoris Heinrici adiit; quem cum coram imperatore Udo vidisset Goslarie, quesivit in sententia, an licite posset vendicare sibi mancipium suum, ubicunque reperiret. Et cum lata esset sententia, quod posset, dedit alapam magnam Olrico. Unde imperator commotus est, et ad arma concurritur, sed propter equalitatem partium lis facilius sopitur. Suggestione dorum fratrum Udo primus interfecerat[a] filium Ide Ecbertum[1]. Mortuo Olrico, abbatissa de Heslinge, soror sua, balniata in stupa[b], oblita 1 est pectinis, quem ancillam afferre iubet. Illa reversa tremens dicit, Olricum sedere in stupa et Ethiopem eum pectere illo pectine. Domina minas intonans precepit, ut afferret pectinem. Illa reversa, postea ibidem reperta est mortua. Tandem mortuo secundo[2] Udone, relictus est puer Heinricus[3], sub quo Fridericus cepit aspirare ad libertatem, utpote qui multum erat locupletatus, et penes quem administratio comitatus et omnium possessionum pueri[b'] erat. Adiit ergo imperatorem Heinricum ultimum[4], dans ei 40 marcas auri, 4 quas omnes cum aliis rebus tribus episcopis submersis dicitur abstulisse, ut libertatem suam in comitatu, cui preerat, testimonio posset astruere.

Dux autem Luderus infestus erat ei, quia, cum Udoni quondam gwerram movisset, iste strennue ei restiterat[c]. Suggessit ergo dux Bremensi[c'] archiepiscopo, ut ipse comitem Fridericum ecclesie sue mancipium evincere satageret: in Bremensis[d] quippe ecclesie comitatu avia et mater sua pretextu naufragii servituti sunt addicte. Misit[e] ergo imperator hoc anno Domini ad discussionem cause istius nuncium suum, et Radolvesthorpe[5] indicto placito convenerunt archiepiscopus Fridericus cum duce Ludero, Rodolfus[f] comes cum filio fratris, Heinrico puero, et Fridericus comes cum testibus, plebeis videlicet, quos ad quidlibet iurandum compellere poterat. Comes ergo Rodolfus rem tam diu possessam levi testimonio non exponens, cum in manu valida venisset, Fridericum[g] captivatum abduxit et Saltwedele incarceravit, donec imperator, ne ignominiose frustra[g'] datum aurum haberet, eum a carcere absolvit, et multo tempore, quia reditus ad propria non patuit, secum detinuit[6]. Tandem restitutus in integrum, dominos suos humiliare studio- 6 sissime semper laboravit, et efficaciter subpeditavit, utpote affluentia rerum habundanti et ingenii vigore preeminenti. Cum igitur Heinricus marchio vacuum nomen principatus gestaret, et Fridericus tam domini sui rebus, quam eis, quas variis modis conquisierat, afflueret, ex deliberato comes Rodolfus et nepos suus Heinricus marchio iuvenis, cum multa militia Stadium properant. Sed Fridericus, audito introitu eorum, ex altera parte oppidi fugit, et vix tam nocte quam nemore exceptus, insequentium manus declinavit. Elapsus itaque ducem Luderum adiit, et ipsi et que potuit, et que non potuit, dedit. Principibus ergo Stadensibus, quecunque in Friderici possessione fuerant, sibi vendicantibus, Luderus castrum Vorde[7] edificavit, et totius ducatus Saxonie vires ad Fridericum restitu- 7 endum informat. Tandem mortuo Rodolfo, Fridericus restitutus est priori possessioni[8].

A. D. 1113. Luderus dux Saxonie accepit filiam Heinrici Crassi et Gertrudis comitisse nomine Rinkensam[h], que peperit ei filiam Gertrudem, que nupsit duci Bawarorum Heinrico, genuitque Heinricum ducem[8']. Sifridus comes palatinus obiit. Wernerus abbas obiit. *ex Ann. Magdeb. a. D.* 1114.

A. D. 1114. Heinricus imperator associatus est regi Anglorum — nec non et alii principes. *ex Ann. Rosenveld.*

A. D. 1115. Imperator Saxoniam cum exercitu aggreditur. Cui Luderus dux — excommunicationis verbum in cf. Ekk. cesarem deponebat. *ex Helmoldi lib. I. c.* 40 *med.*

A. D. 1117. Terre motus factus est, adeo ut plura menia corruerent. *ex Ann. Rosenveldens.* Heinricus cesar transiit in Langobardiam — laxato interim excommunicationis vinculo. *ex Helmoldi lib. I. c.* 40 *med.*

A. D. 1118. Paschalis papa decessit 11. Kal. Februarii[9] — qui et Gregorius substituit, factumque est denuo schisma in ecclesia Dei. *ex Ann. Rosenv. et Helm. l. l.*[10]. Gelasius, fuga elapsus, — mansit usque ad diem mortis sue. 10 *ex Helmoldi lib. I. c.* 40. Quo defuncto Calistus subrogatur — cesar ab Italia revertitur. *ex Ann. Rosenveld.* In illis diebus claruit — omnemque gentem illam cum principe eorum Werteslavo convertit ad Dominum. *ex Helmoldi lib. I c.* 40 *fin.*

A. D. 1119. Adalgoz[i] — cui successit Rotcherus. *ex Ann. Rosenveld.*

a) interfecit 2. b) stuba 2. *ita saepius.* b') parvi 2. c) resisterat ei 1. c') Friderico B. a. 2. d) Bremensi 2. e) Misiit 2. f) Radulfus 1. Rodulfus 2. *saepius.* g) et Fridericum 1. g') sustra 1. h) Rikenzam 2. i) Adalgor 2.

1) Fredericum, qui anno 1135 obiit, in caede Ecberti circa annum 1050. perpetrata concurrisse, credi non potest. Confundit noster hunc Ecbertum cum Ekkeberto marchione interfecto anno 1090. 2) rectius III. 3) II. qui 1128. Dec. 4. obiit. 4) Heinricus V. 5) Rahmstorf in praefectura Moisburg, in confinio territorii Bremensis et Luneburgensis. 6) Conf. Ann. Rosenveld. a. D. 1112 et Annal. Saxonem h. a. 7) Bremervörde. 8) Conf. infra a. 1123 et 1124. 8') Cf. Ann. Saxon. anno 1115. 9) 6. *Kal. Febr.* Ann. Rosenveld. 10) *factum — ecclesia Dei* ex Helmoldo l. l.

A. D. 1121. Burdinus, qui et Gregorius — in sedem Romanam excipitur ab omnibus honorifice. *ex Annal. Rosenveld. a. D. 1120 et 1121.*

A. D. 1122. Calistus papa revocavit — sicque facta est pax et concordia in ecclesia et inter ipsos. *ex Ann. Rosenveld. sive Ann. Magdeb.*

1 A. D. 1123. Fridericus — Heinricus marchio puer veneficio interiit. *ex Ann. Rosenveld.* Quo defuncto[1] comitatum Stadensem, quem prius Fridericus habuit in administratione, obtinuit per pecuniam ab archiepiscopo Alberone in beneficio. Tidericus[a] Cicensis — infra ambitum templi. *ex Ann. Rosenveldens.*

An. Rosenv. A. D. 1124. Fridericus de Arnesberg obiit. Eclipsis solis facta est 3. Id. Augusti, hora quasi 6.[b] Rodulfus marchio obiit 7.[c] Id. Decembris. Calisto pape successit Honorius.

A. D. 1125. Novum[d] monasterium instituitur. Heinricus imperator apud Traiectum moritur 10. Kal. Iunii anno regni sui 19. et in Spira iuxta patrem Heinricum, avum Heinricum et proavum sepelitur. Unde adhuc hodie super quatuor eorum tumbas gradatim invenies scriptum:

3 *Filius hic, pater hic, avus hic, proavus iacet istic*[3].

Rex etiam Philippus iuxta eos est sepultus.

A. D. 1126. Luderus, qui et Lotharius, filius Gevehardi comitis, dux Saxonie, 84. ab Augusto regnavit. Qui hoc[e] modo electus est. Fridericus dux Suevie post mortem Heinrici avunculi sui regalia accepit, certissimus quod a principibus eligeretur. Sed Albertus Moguntinus, ab Heinrico quondam captivatus, iniuriam in nepote vindicare disponens, complicibus coadunatis consilium concepit, quo regalia potestati Friderici eripiant et sic ad alium eligendum roborentur. Ipsi ergo de quibus dux Fridericus minus certus erat, ymmo[f] adversarios estimabat, consona voce eius electioni in publico applaudebant. Unde certior factus ad favorem principum magis captandum et, ut sincerius ad imperium videretur accedere, quod etiam se fidelem ostenderet in commisso, regalia principibus reddidit. Et quia ad hoc opus erat sagaciter eum a promotione summovere, utpote acceptum omnibus, quia liberalissimum, mansuetum, grandevum et regii sanguinis, callide nominaverunt cum episcopo aliquos de sua societate, qui ex condicto onus imperii suis viribus impar certatim abnuerent, asserentes, quod debilitata regni iura strennuum efflagitarent[g] administratorem. Fridericus ergo sub forma aliorum humiliter onus recusavit. Unde statim arrepta occasione Lotharium elegerunt ultro se offerentem; dicunt[h] etiam quod promisisset plura, que non persolvit. Ipso igitur celebriter electo, principes tam sacramentis, quam hominiis se ei astrinxerunt. Sed postea detectis dolis Fridericus se regi opposuit. Indignati autem Francigene —
4 consobrinum Heinrici cesaris. *ex Helmoldi lib. I. c.* 41. Prevaluit autem pars, que fuit cum Ludero[4], ipsoque cooperante successus Friderici comitis Stadensis multiplicati sunt. Rex Luderus Boemiam — Heinricus dux Bawarie obiit. *ex Ann. Rosenveld.*

A. D. 1128. Otto Halverstadensis — propter symoniam. *ex Ann. Rosenveld.*

A. D. 1130. Honorius papa decessit Id. Februarii — suscepit Chonradus, filius avunculi eius. *ex Ann. Rosenv.* Cono abbas Herseveldensis[i] obiit 7. Kal. Novembris.

A. D. 1131. Conventus apud Leodium — Fridericus Coloniensis episcopus obiit 8. Kal. Novembris, cui successit Bruno. *ex Ann. Magdeburg.*

A. D. 1132. Sanctus Godehardus episcopus apud Hildenesheim de tumulo levatur et multa miracula per eum patrantur. Luderus rex Romam proficiscitur. Augusta civitas igne deflagrat propter seditionem civium, rege inibi commorante[5]. Chonradus marchio interiit.

6 A. D. 1133. Luderus imperiali benedictione sublimatur cum uxore sua Rikenza ab Innocentio papa[6] — quo etiam suffragante, Chonradus — predicandi verbum Dei intra terminos ditionis sue[k]. — Hic natus de Quernhamele — *beatus Nicholaus iam triumpho potitus*[l]. — Post mortem igitur confessoris Christi — Bremam ibique scholas strennue rexit. — Postea cum quodam iuvene Thietmaro — et tranquillitatem temporum intestinis bellis perturbavere. — Eodem tempore archiepiscopus Albero — Luthmundus, Wolchardus sacerdotes. Eodem tempore Kanutus, filius Heinrici iunior — stirpem suam quantocius[m] defecturam. — Posthec translatus est principatus Sclavorum ad nobilem principem Kanutum, filium Herici regis Danorum[n] — et accepit Adolfus cometiam. — Venit eo tempore Kanutus rex Obotritorum —

a) Theodoricus 2. b) quasi 5. et 6. 2. c) 8. 2. d) nonum 1. e) et 1. f) immo 2. g) afflagitarent 2. h) videlicet 2. i) Hersenfeldensis 2. k) *ad verba Alberti:* Heinricus Sclavorum rex *ex Helmoldi c. 41 med. desumpta in 1. adscripta leguntur haec:* Iste fuit pater illius, qui Dimin contra Sarracenos occubuit. l) *ad verba Alberti:* Hic natus de Quernhamele — unde erubuit *fere eadem, quae in verborum continuitate leguntur, iterum a scriptore codicis adscripta sunt in margine. Quae hic exscribere operae pretium non est. Vid. Haeberlinum p.* 667. m) quantucius 2. n) *adscripta in margine* 1. *leguntur haec*: Hic postea occisus est a Magno, filio Nicolai patrui sui, *ad Kanutum referenda: quae scriba codicis sumpsit ex iis, quae postea ex Helmoldo refert Albertus.*

1) Videtur Albertus confudisse Heinricum de Ilburg cum Heinrico adolescente marchione Stadensi, anno 1128. mortuo. 2) Ita Chronicon monast. Rosenveld. 3) Cf. Chronicon Ursp. fol. 272 Ed. Basil. 4) Hucusque ex Helmoldo l. l. 5) Haec tantum non omnia leguntur in Annal. Saxone h. a. et a. D. 1133. 6) Leguntur haec apud Annal. Saxonem, qui haec debet Ann. Hildesh., quamquam, una cum Ludero Rikenzam coronatam esse, de suo addidit.

venitque (Lotharius) cum gravi exercitu prope civitatem Sleswich, ulturus mortem Kanuti. Territi igitur reges pater et filius (sc. Nicolaus et Magnus) venerunt suppliciter ad presentiam imperatoris. Datoque sibi immenso auro, iusticiam faciendam de interfectione Kanuti promittunt[1]. — Quod videns 1
Hericus — Hericus obsidione elapsus venit in Sconiam. *ex Helmoldi lib. I. c.* 41 *med.* 42—51.

A. D. 1134. Lotharius imperator Colonie natale Domini — ac cum honore ad propria remisit. *ex Ann. Magdeb. h. a.* Qui reversus in patriam — Magnus quoque genuit Kanutem *. *ex Helmoldi lib. I. c.* 51.

Postquam igitur mortuus est Kanutus — errorque superstitionum in omni Sclavania. — Eo tempore Bardwich consistentem adiit — sed et Lubicensis ecclesia. *ex Helmoldi lib. I. c.* 52 *fin.* 53. Northbertus[a] — cui successit Conradus. *ex Ann. Magdeburg.*

A. D. 1135. Fridericus comes Stadensis obiit Id. Aprilis.

A. D. 1136. Lotharius imperator Herseveldeb[b] veniens pecuniam, quam Fridericus comes Stadensis eidem monasterio contulerat, scilicet 600 marcas argenti, de altari sancte Marie abstulit, ordinatisque rebus dedit ducatum Saxonie Heinrico genero suo, duci Bawarie[c], qui erat filius filie ducis Magni Wulfildis et ducis Bawarie Catuli. Quem etiam secum assumens profectus est — seminarium novelle plantationis in Sclavia. *ex Helmoldi lib. I. c.* 54. Iste Luthmundus postea factus est prepositus in Heslinge et claustrum in locum, in quo nunc est, scilicet in Zceuena[d] transtulit[2]. Conventus ille quasdam abbatissas habuit, quarum novem adhuc Heslinge in ecclesia sunt sepulte.

A. D. 1137. Bruno Coloniensis archiepiscopus in expeditione imperatoris obiit. Cui successit Hugo in eadem expeditione electus et consecratus, qui mox vitam finivit. Albertus Moguntinus archiepiscopus obiit. *ex Ann. Magd.* Moguntia, Spira, Goslaria deflagraverunt[3]. Lotharius imperator, postquam Roma cum Italia potitus est, Rogerum quoque Siculum Apulia pepulit. Cum iam redire pararet, maxima mortalitas subito in exercitu eius orta est, de qua et ipse infirmabatur et 3.[4] Non. Decemb. inmatura morte preventus est, anno regni sui 12. Con- 4
turbati sunt hac fama omnes principes imperii — Hii enim filii fuerunt duarum filiarum Magni, ducis Saxonie. *ex Helmoldi lib. I. c.* 54.

A. D. 1138. Chonradus, filius Friderici ducis, nepos Heinrici imperatoris[e] ex sorore, 85.[5] ab Augusto regnavit annis 15. Hic ergo in solium regni levatus — mortuo scilicet Hermanno ceterisque exturbatis, quos cesar imposuerat. — Eo tempore Pribizlaus — Ceteri fratrum ad locum, qui evaserunt ad Falderam sive Novum monasterium refugerunt. Etiam locus idem antiquitus Wippenthorp vocabatur — magnum ibi diabolum advenisse in afflictionem gentis illius. — Heinricus etiam, qui cometiam — omni terra eorum in solitudinem redacta. *ex Helmoldi lib. I. c.* 54 *med.* 55. 56.

A. D. 1139. Conradus rex natale Domini Goslarie celebrat et ibi cum principibus de concordia regni tractat. — cf. A. Magd.
Hinricus dux, gener Lotharii regis, auxilio socrus sue Rikence imperatricis castrum Luneburg obsedit cum Rodulfo comite[6] et ducatum obtinuit — ipse fugam meditatus demolitus est. *ex Helmoldi lib. I. c.* 56. Conradus rex Saxoniam petiit, habens in comitatu suo ducem Boemie[7], contra quem Saxones strennue venientes circa Cruciburg[f] castra posuerunt, Heinrico duce auctore. Bello itaque per inducias protracto[8], rex posito[g] principibus Saxonie placito Wormacie in purificatione sancte 8

* *In 1. in ima pagina atque in margine fol. 114' hoc stemma bis adscriptum est. Quae in sola margine leguntur quadratis, quae in sola ima pagina rotundis uncis inclusa sunt.*



17

a) Nothbertus 1. Northbertus 2. b) Hersenvelde 2. c) *in margine* 1. *adiecta sunt:* Hic erat pater Heinrici de Brunswich. d) Trevena 2. e) ducis 2. f) Hamburg 2. g) proposito 2. h) et Abel dux *in margine* 1.

1) Paullulum immutasse videtur Helmoldi verba Albertus, neque vero ex suis fontibus quicquam adiecisse. 2) Conditum monasterium a. D. 961. si adscriptis in margine 1. ad hunc annum fides habenda; cf. supra. 3) Eadem aliis verbis tradit Ann. Saxo p. 774. 22. 4) 2. Ann. Magd. 3. Ann. Saxo. 5) 84. Annal. Saxo. 6) Stadensi nimirum. 7) Sobieslaw I. 8) *Bello—protracto.* ex Helmoldo l. l. sc. m. Aug. 9) Filii Suenonis Estritson qui Nicolaum ex concubina genuit. 10) occisus a Sleswicensibus Helmold. lib. I. c. 51 et 49 in. 11) Ericus dictus Bonus. 12) Vide de caede Kanuti Helmold. lib. I. c. 49. 13) De Erico Emun eiusque ex Tunna filio Swein, de Kanuti filio Waldemaro et Magni filio Kanuto Helmold. lib. I. c. 51. 14) Vide Arnold. lib. III. c. 2. 15) Vide ibid. lib. IV. c. 8. 16) Vid. infra a. D. 1239. et 1250; Ann. Ryenses a. D. 1241. 17) Vid. infra a. D. 1252.

1 Marie[1], revertitur. Sed et dux rediit in Saxoniam[2]. Interea Rodulfus comes et Fridericus palatinus adunata manu Bremam profecti, totam depopulati civitatem sunt[a] archiepiscopo Alberone[3] Romam profecto. Heinricus dux Saxonie obiit 13. Kal. Octobr.[4]: Obtinuitque Heinricus Leo filius eius — Heinricus in recompensationem acciperet Racesburg et terram Polaborum. — Tunc Adolfus reedificavit castrum Segeberch[b] — sibi coram castro Segeberch[b] tradiderat. — Visum autem fuit eis propter incommoda fori — providens eis de Faldera tam sacerdotes quam reliqua utensilia. *ex Helmoldi lib. I. c. 56 fin. 57. 58.*[c]

A. D. 1140. Chonradus rex purificationem sanctae Mariae celebrat Wormaciae[d]; quo praedicti principes minime venerunt, rege eis ducatum praebere nolente; quibus aliud placitum posuit Frankenevorde. Apr. 21. Sed nec huic interfuerunt prima dominica post octavam paschae, praedictum beneficium petentes nec impetrantes. Principes Albertum marchionem, qui ducatum a rege acceperat[e], patria expellunt; cuius marcam Rodulfus comes adeptis[f] urbibus occupavit.

Olricus dux Boemiae[5], Wilhelmus palatinus, Lodewicus[g] comes de Thuringia[h] obierunt. Gevehardus Strazburgensis obiit. Sivardus Mindensis obiit, cui successit Heinricus 6 abbas. Eclipsis solis 13.[i] Kal. Aprilis[6], hora quasi decima.

A. D. 1141. Rikenza imperatrix obiit. Et post paululum sedatae sunt concertationes principum Saxoniae, quae fuerant contra regem et Albertum marchionem.

Albertus Moguntinus archiepiscopus obiit, cui successit Marcolfus.

A. D. 1142. indictione quinta suscitavit Deus spiritum trium fratrum, Dudonis, Adekonis et Richberti[k], ut novellam plantationem in suburbio Stadensi erigerent, capellam ibi ligneam construentes, quam Albero archiepiscopus Bremensis anno pontificatus sui 19.[l] 6. Nonas[m] Iulii dedicavit, et Conradus abbas Herseveldensis virum venerabilem Adalwardum[7] cum Elvero, Godescalco et aliis fratribus ibidem transmisit[8]. Dedicata est autem ecclesia lignea in nomine sanctae et individuae Trinitatis, et perpetuae Virginis, Petri et Pauli apostolorum, Iohannis apostoli et ewangelistae, Viti, Cosmae et Damiani martirum. Statuitque Albero episcopus, ut iidem[n] tres fratres cum uxoribus et filiis et filiabus et reliqua progenie et familia ipsorum ibidem in perpetuum reciperent sacramenta ecclesiae et sepulturam. Concessit etiam, omnes colonos ecclesiae ab omni censu, expeditione, villae vel urbis munimine et petitione precaria liberos et immunes. Eodem anno Eilica, mater Alberti ducis Saxoniae Magni, obiit — cui successit Heinricus. *ex Ann. Magdeb.* Albertus marchio revocatus est in gratiam principum, et recepit omnia sua, comitatum et marcam[9].

A. D. 1143.[o] Conradus rex venit in Saxoniam et principes pacificavit. Gertrudis, 10 mater Heinrici Leonis filiaque Lotharii et Rikence, obiit[10]. Innocentio papae successit Wido, et qui Celestinus.

A. D. 1144. Rodolfus[p] iunior comes in Thietmarsia occisus est in cometia sua[11], et frater suus Hartvicus[q], maior praepositus Bremensis, dedit omnem hereditatem suam Bremensi ecclesiae, ut concederetur sibi comitatus Bremensis. Et sic Bremensis ecclesia quae principes Stadenses in quieta possessione longo tempore tenuerant, in suum dominium recepit, hereditatem videlicet principum, et Idae et Friderici[12]; et facta est legitima heres parentum praepositi Hartvici per sollempnem[r] et legalem donationem. Investitus est 13 ergo praepositus Hartwicus[s]; et Fridericus palatinus, sororius suus[13], suscepit bannum[t] a rege Conrado, et statutum est, ut esset coadiutor suus et iudicaret pro eo in placitis principalibus. Dux autem Heinricus, adhuc puer, per tutores suos conquestus est regi et

a) sunt civitatem 2. b) Segeberg 2. c) *Albertus hic in margine fol. 117 stemma genealogicum fundatorum coenobii S. Mariae Stadensis adiecit. Cf. a.* 1142. *Cuius ectypon videsis in tabula adiecta, et commentarium infra ad calcem totius libri.* d) Wormatiae 2. e) suscepit 2. f) acceptus 1. g) Lothewicus 2. h) Turingia 2. i) XVII° 2. k) Ricberti 2. l) XIX. *deest* 2. m) Nonis 2. n) idem 1. o) MCXLII. 2. p) Rodulfus 2. q) Hartwicus 2. r) solennem 2. s) Harwicus 1. *ita saepius.* t) pannum 2.

1) 1140. Febr. 2. v. h. a. 2) *Sed — Saxoniam* ex Helmoldo l. l. 3) Quem d. Aug. 27. Bremae fuisse constat ex diplomate; vide Hamburg. Urkundenbuch. 4) immo 13. *Kal. Novemb.*; cf. Ann. Sax. et Ann. Magd. h. a. atque Necrol. Luneburgense. 5) Dux Boemiae h. a. mortuus, Sobislavus dictus est, non Olricus. Quamquam ann. Pegavienses idem nomen habent, in quibus una cum Olrico Wilhelmus et Lodewicus commemorantur. 6) quae facta est d. 20. Martii, neque vero eiusdem m. d. 19. 7) Conf. ad a. 1147. 8) V. ad a. 1177. 9) Cf. diploma Adalberonis archiepiscopi Bremensis d. 1147 Iul. 6. in Hamburg. Urkundenbuch p. 171. 10) sc. April. 18. v. Necrol. Luneburg. 11) Occisus est Mart. 15; vid. ibid. 12) sc. comitis Stadensis, de quo v. supra ad a. 1112 et 1135. 13) Fridericus comes de Somerschenburg duxerat Lutgardim, filiam comitis Rudolfi I; v. infra p. 326 lin. 31.

omnibus principibus, quod archiepiscopus Albero matri suae promisisset, quod si morere-
tur Rodolfus, filio suo duci conferret comitatum. Unde post multas querelas secundum
mandatum regis convenerunt Rameslo ad causae diffinitionem[a]. Archiepiscopus praefuit
iudicio[b] ex una parte, puer dux ex alia. Praepositus et palatinus constiterunt ad negotii ven-
tilationem. Auditores aderant Thietmarus Verdensis episcopus, Albertus marchio, comes
Hermannus de Winceberch et frater suus, Heinricus de Asle[c. 1], et magna multitudo mi- 1
litum. Ibi in litis contestatione homines ducis arma rapuerunt, et seditione facta archi-
episcopum captivaverunt, et aliquandiu Lunenburg in captivitate detinuerunt, ut aliquid
ab eo extorquerent. Tandem videntes, quod moveri poenis vel minis non posset, liberum
abire permiserunt. Praepositus Hartwicus ab Hermanno de Luchouwe[d 2] captus, cum
sperarent homines ducis, quod ipsis praesentandus esset, et cum iam intentarent ei mor-
tem, adductus est ad marchionem Albertum et sic liberatus.

Oportet ad superiora parumper recurrere, ut genealogiam eiusdem Hartwici explice-
mus[3]. Tempore imperatoris Heinrici secundi[4] Heinricus Calvus, qui mansit in castro 4
Hersevelde, bonus et mansuetus, habuit[e] uxorem Hildigardam, quibus filius solus fuit su-
perstes, Heinricus, canonicus in Hildensem. Hic a suis cum a clericatu tractus esset, ut
apostasiam elemosinis redimeret, destructo castro Hersevelde[f] tempore Libentii senioris,
archiepiscopi Bremensis, et Bernardi, ducis Saxoniae, fecit ibidem conventum clericorum[5].
Hic quasi esset dampnatus legum censura, ter se redemit praediis, ornamentis et aliis pos-
sessionibus, et omnia contulit eidem ecclesiae, fecitque ibidem praeposituram, annuente
Libentio archiepiscopo et ecclesiam consecrante. Hic appellatus est Bonus Heinricus, et
genuit duos filios, Sifridum comitem, qui Stadium aedificavit. Hic a piratis capto castro,
cum fratre comprehensus est. Frater cum in transtris[g] compedibus vinctus sederet, in
navim piscatoris salivit, et sic abductus salvatus est. Piratae siquidem dederant pacem
volentibus redimere captivos, et ita patuerat aditus piscatori. Barbari ergo de fuga prin-
cipis offensi, fratri videlicet Sifrido utramque manum amputaverunt et omnes captivos
diversis poenis[h] peremerunt. Elapsus autem finitimos colligens piratas vicit, et quos vivos
comprehendit, suspendit prope Stadium in loco, qui ab eodem eventu Wargabor[i] vocatur.
Mutilatus autem liberatus est, et uxorem duxit de Bawaria, et genuit filium Sifridum, fratre
mortuo sine herede[6]. Iunior Sifridus uxorem accepit[k] Adalam[7], et dedit Hersevelde[l] bona
Trebenece[8] prope Berneburg. Hic genuit comitem Luderum, qui accepit uxorem Adelhei-
thim, amitam Rodolfi[9], quem Saxones elegerunt in regem contra Hinricum, genuitque ex
ea Udonem primum, qui factus est marchio[10]. Huius Udonis tempore comitatus Stadensis 10
donatus est Bremensi ecclesiae, et susceptus ab isto in pheodo[m]

a) definitionem 2. b) in *addit* 2. c) Dasle 2. de Asle *Hist. archiep. Brem. cap.* 22. d) Luchove 2. *et Hist. archiep. Brem. l. l.* Luchen 1. Luchouwe *Schene et Rynsberg.* e) habuit *deest in* 2. f) Hersenvelde 2. g) transitis 1. h) poenis *deest* 1. i) Worgaborch *Chron. Rosenveld.* Worgebur *Crancio in Saxonia.* k) duxit 2. l) Herseveldo 2. m) phoedo 2.

1) Comitis Hermanni frater in charta a. 1144. 17. Kal. Nov. dicitur Henricus, in alia a. 1139. *Hermanni marchionis frater comes Henricus de Asleburc* (sive Asle), vide Orig. Guelf. Tom. IV. p. 545. Leibnit. Script. rerum Brunsv. T. I. p. 706; v. Wersebe in Neues vaterl. Archiv T. XI. p. 354 sq. *Heinric von Assele, greven Hermannes broder.* Chron. Luneburg. ad a. 1128. 1152. 2) Comes Hermannus de Luchouwe in pluribus chartis Henrici Leonis occurrit. Vide Orig. Guelf. T. V. in indice. 3) Stemma comitum Stadensium v. in Chr. Gottl. Schwarzii append. ad P. Albini geneal. comit. Leisnic. in Menken Scr. r. Germ. T. III. p. 1115—1128. I. L. L. Gebhardi Aquil. March. p. 36 sq. C. L. Scheidt in Hannov. nützl. Samml. a. 1757. Nr. 68—72 (ex quibus v. extractum in H. Schlichthorst Beiträge zur ältern und neuern Gesch. Bremens und Verdens T. II. p. 1 sq.). I. A. Bolten Ditmars. Geschichte Tom. II. pag. 105 sq. coll. Wedekind Noten T. I. p. 248 sq. Ex quibus, iis additis, quae in notis ad Albertum et ad Thietmarum Merseburg. (v. supra SS. T. III. p. 723 sq.) notavimus, confectum est stemma genealogicum in calce Annalium Stadensium subiectum. 4) Rectius: *Ottonis primi et secundi.* 5) Vide Adam. Brem. cod. 4. lib. II. c. 48 not. 5. et Ann. Sax. a. 1010. 6) Alberti plures hic errores deprehenduntur. Comes Heinricus unicum tantum filium habuit, comitem Sifridum, qui a piratis mutilatus obiit a. 994. Oct. 26. Frater vero Heinrici iunior fuit ille comes Sifridus, qui a piratis elapsus Adelam duxit. Conf. Thietmari Merseburg. lib. IV. et Wedekind Noten Tom. I. p. 252. Albertus Henrici Boni filios putavit esse Sigfridum a. 994. defunctum et Luderum Ottonem I, Sigfridi illius putavit esse filium Sigfridum a. 1037. defunctum Henrici Boni fratrem. Similes errores deprehenduntur in catal. princ. Sta . defunct. mon. Rosef. 7) sc. filiam Geronis comitis de Alesleve; v. Annal. Sax. a. 979. 8) Trebitz. 9) Soror igitur fuit Cunonis, filia Theoderici, comitis de Habsburg et Rheinfelden. 10) sc. Saltwedelensis a. 1056.

1 Iste Udo duxit Odonem[a. 1] privignam ducis Ottonis, genuitque ex ea Heinricum Longum, Udonem secundum, qui et Luderus, Rodolfum et Sifridum, praepositum Magdaburgensem ad Sanctum Nicholaum et canonicum in ecclesia maiori; filiasque duas, quarum una abbatissa fuit Alesleve, altera Adelheidis nupsit Lodowico[2], et genuit secundum Lodewicum, qui a Lothario rege impetravit comitatum provincialem in Thuringia[b], cum eo per sententiam privatus esset Hermannus de Wincenburg[3]. Secundus Lothewicus genuit tertium, tertius quartum, qui est filius sororis imperatoris Friderici[4].

Heinricus Longus mortuus est[5] sine herede, habens uxorem de Rucia[c. 6]. Marchio Udo proponens ducere Eilikam, filiam Magni ducis, declinavit in domum Helprici comitis
8 de Ploceke[7], et videns valde pulchram sororem suam, Ermengardam[d. 8], duxit eam. Unde multum indignati sunt vasalli sui, qui pares erant Helprico, et quidam maiores. Genuit autem ex ipsa Heinricum[9], qui duxit Adelheithim, sororem marchionis Alberti[10], quam, cum sine herede moreretur, duxit vasallus suus Wernerus de Velthem[e. 11], qui genuit Albertum de Asterburg, et reliquam prolem. Item[f] marchio Udo ex Ermengarda[g] genuit filiam, quam duxit marchio Hinricus[12], putativus frater Rikencen imperatricis, quem[h] de Slava[i] natum ideo suum fratrem dicebat, ut hereditatem non perderet, quae in quaestione multorum posita, litigiosa fuit. Tandem domina Rikence[k] fratre impotionato, sola possedit hereditatem, quam duxit Lotharius[13]. Habuit tamen[l. 14] sororem, uxorem palatini Ottonis de Rinekge, a qua descenderunt fratres de Hollant[14*]. Habuit etiam Udo filiam, quam duxit Poppo de Hinneberchc. Item[m] mortuo Udone, et filio suo Hinrico, Ermengardis[n] nupsit Gherardo de Heinsberche[o], fratri Gozwini[p. 15], ex quo habuit filium Sifridum, qui in expe-
16 ditione Lotharii apud Barim in Appulia sagitta interiit[16]; insuper filiam[q] Ude, quam duxit Sifridus de Erteneburg, qui vocabatur *cum sue*[17]; ex qua genuit tres filias, Alheidam, quam duxit burggravius de Groche[r] Luder, qui sine herede obiit[18], Odam, quam duxit Albertus de Osterburg[s], et genuit multam prolem[19].

Item Rodolfus[20], filius Udonis primi, duxit Richardim[t] de Franconia[21] cum multa hereditate. Unde genuit Udonem[22], qui duxerat sororem Hermanni, qui occisus est Wincenburg; sed ante susceptam prolem occisus est prope Ascergsleve[u] a militibus marchionis Alberti. Item Rodolfum[v. 23], qui duxit Elizabeth, sororem Ottokkar[w] de Stire; sed ante prolem occisus a Thietmarcis[x]. Item archiepiscopum Hardwigum[24].

Item[y] Lutgardim, quam duxit Fridericus palatinus de Somersgenburg[25]; et genuit ex
26 ea Albertum palatinum[26], qui duxit filiam Popponis de Hinnenberch et mortuus est sine

a) Odonim 2. b) prov. c in Tur. 2. c) Ruzia 2. d) Ermegardam 1. e) Westhen 1. f) et 2. g) Ermegarda *codd.* h) quam 1. i) Sclava 2. k) Rikece 1. l) tum 2. m) et 2. n) Ermegarda *codd.* o) Heinsberchc 1. Hemsberg 2. p) Gorwini 2. q) filia 1. r) Grothe 1. s) Osterburgk 2. t) Richardus 1. u) Acergsleve 1. v) Rodolfus duxit E. 1. Rodulfi qui d. E. 2. w) Odokkar 2. x) Thietmarchis 2. y) et 2.

1) De Odone sive Oda, filia Hermanni comitis de Werle et Richenzae, eiusque progenie cf. Ann. Sax. a. 1082. Odam hanc obiisse anno 1111. refert Ann. Magdeb. h. a. 2) Ludovicus obiit ann. 1123. v. Annal. Sax. Adelheidis primis nuptiis coniuncta fuit Friderico III, comiti palatino, quem a Ludowico anno 1083 Febr. 5. occisum esse demonstrat Wedekind l. l. Tom. II. pag. 189 sq. 3) a. D. 1130. cf. Annal. Sax. et Ann. Erphesfurdenses. 4) V. stemma in calce subiectum. Ex ultimis verbis apparet, haec ante a. 1190 scripta ex fonte coaevo manasse. 5) † a. 1087, patre mortuo factus marchio. 6) Eupracciam, filiam regis Russiae, Wsewoldi, nuptam Heinrico IV. a. 1089. V. Annal. Sax. anno 1082. Ekkeh. a. 1089. et Raumer tab. XV. et XIV. 7) marchio factus a. 1087, † 1106. Iun. 2, sepultus in monasterio Rosenfeld. Ann. Sax. p. 744. l. 1. 8) Ann. Sax. p. 755. l. 15. 9) Heinricus patre mortuo infans, marchiam, Rudolfi patrui curae commissam per octo annos a. 1106, recepit eiecto Rudolfo a. 1114. v. Ann. Sax. 744. l. 4. 761. l. 2; † a. 1128. Ann. Sax., 1129. Ann. Erphesph. Marchia a. 1130. tradita est Conrado de Ploceke, filio Helprici. Ann. Sax. 10) V. Ann. Sax. p. 744. l. 8. 761. l. 47. Ursi sc., filii Eilikae, quam sprevit Udo marchio. 11) V. Raumer tab. XI; commemoratur iste Wernerus ab Ann. Sax. p. 685. l. 19. 12) Heinricus de Ilburch, v. Ann. Sax. p. 738. l. 4. 759. l. 15 et 36. 13) V. supra ad a. 1113. 14) Rikence sc.; cuius soror Gertrudis primo matrimonio iuncta Sigifrido comiti de Ballenstedt, v. Raum. tab. VIII et XVII. 14*) Filii comitis Hollandiae Theoderici. V. Raumer tab. XVII. 15) V. Raumer tab. XII[a]. 16) a. D. 1137. mense Maio exeunte. 17) Swineken. V. Raum. tab. V[b]. 18) Raumer tab. XII[a]. quod mariti Alheidis nomen est, fratris eius cuiusdam putavit esse. Tertiae filiae nomen desideratur. 19) ibidem tab. XI. 20) V. not. 9. de Heinrico; † 1124. v. Ann. Sax. 761. l. 43. 21) Richardis, filia Herimanni Magdeburgensis (761. l. 43.), de Frekenleve sive Franconia. 22) comes de Frekenleve † a. 1130. die Martii 15. Ann. Saxo 766. l. 47. 23) † a. 1144. v. Albertum supra h. a. Ann. Sax. 761. l. 43. 24) Hartwici soror Richardis commemoratur in epistolis Hildegardis Bibl. patr. max. XXIII. p. 543[c]. 25) V. Ann. Sax. l. l. et Raumer tab. V[b]. 26) V. ib.

prole; item abbatissam de Quidelingeburg[1]. Tandem, ratione propinquitatis Lutgardis separata a palatino, nupsit Erico, qui dicebatur Lam, regi Danorum[2]. Et eo mortuo reversa, nupsit Hermanno[a] de Winceburg[3]; de qua genitae sunt tres filiae. Unam duxit Hinricus[b] — Iste postea submersus est Erfordiae[c] in latrina[d], — comes de Svarceburg[4]. Quam postea duxit Olricus de Witin. Secundam duxit Magnus Burtzius[5], dux Daniae. Quo a Waldemaro rege caecato et castrato, uxor in Saxoniam rediens, miserabili sorte naso truncato, a servo mutilata est. 1

Celestino papae succedit Gherardus, qui et Lucius. Sigifridus comes obiit. *ex Ann. Magdeb.*

A. D. 1145. Lucio papae succedit Eugenius. *ex Ann. Magdeb.*

A. D. 1146. Conradus rex placitum habuit in Saxonia cum principibus. Ghertrudis uxor eius interim obiit[6]. *ita Ann. Palidenses.*

A. D. 1147. Conradus abbas obiit[7].

Principes Saxoniae cum duabus turmis per duos aditus Slaviam[e] intrant et devastant terram, obsessis munitionibus eorum[8]. 8

Sub rege Conrado et papa Eugenio Bernardus — exercitus se in tres partes divisit. *ex Helmoldi lib. I. c.* 59.

Prima et maxima pars — rege cum validioribus in Graeciam revertente. *ibid. c.* 60.

Alter exercitus navigio transiens — a christianis inhabitatam. *ibid. c.* 61.

Tertius exercitus se accinxit ad Slavos — Conradus de Within *(ib. c.* 62 *sq.)* cum pluribus. Et hii tali se signabant contra Slavos karactere ♁[f].

Niclotus, hoc sentiens — sed fallaciter servaverunt. *ib. c.* 62. 65.

Sic illa grandis expeditio est soluta.

Albero, Bremensis archiepiscopus, Adalwardum primum abbatem Sanctae Mariae in Stadio consecravit cum abbate Roseveldense[h] pridie Nonas Iulii[9].

A. D. 1148. Eugenius papa Cisterciense monasterium consecravit. Albertus Bremensis archiepiscopus obiit, cui successit Hartwicus maior praepositus, Rodulfi[i] marchionis filius. Thetmarus Verdensis episcopus obiit. *ita Ann. Palidenses.*

A. D. 1149. Conradus rex reversus est ab Iherosolimis. *cf. Ann. Magdeb. et Erphesphurd.*

Hartwicus, Bremensis archiepiscopus, — ordinavit Emehardum. *ex Helmoldi lib. I. c.* 69.

A. D. 1150. Hartbertus Traiectensis episcopus obiit. *cf. Ann. Palidenses.*

A. D. 1151. Bernardus Clarevallensis abbas obiit. Arnoldus Coloniensis archiepiscopus obiit. Ann. Magd. Conradus rex conventum habuit apud Wirceburg. Et dux Saxoniae ibi non venit, nam dux ei oppositus erat — dux mutata veste cum tribus venit Brunswich et rex rediit. *ex Helmoldi lib. I. c.* 70 *et* 72.

A. D. 1152. Conradus rex obiit. *ex Ann. Magdeb.*

· *Sequitur in codicis* 1. *fol.* 120' *series imperatorum Romanorum inde ab Augusto ad Alberti tempora deducta; βουστροφηδόν ut dicunt quinque columnis scripta. Cui inde a tempore Karoli Magni altera ex parte adiecti sunt episcopi Bremenses et ipsi ad auctoris aetatem deducti; altera ex parte duces Saxonum inde a Widukindo usque ad Heinricum ex duce factum regem; quos non habet* 2.

Augustus, post Iulium primus imperator[10], sub quo natus est Cristus.
Tiberius, privignus Augusti, sub quo passus est Dominus.
Gaius[k].
Claudius.
Nero.
Vespasianus, qui Ierusalem obsedit.
Titus, Vespasiani filius, qui Ierusalem cepit.
Domitianus, frater Titi.
Nerva. Christianos exules revocavit.
Traianus, quem[l] beatus Gregorius legitur ab inferis liberasse[11].
Adrianus, qui locum crucifixionis Urbi addidit.
Antoninus.
Marcus Aurelius.
Lucius Antoninus[m].
Commodus[n].
Helius[o] Pertinax.

Severus Pertinax. 10
Marcus[p] Antoninus.
Opilius Macrinus.
Marcus[p] Aurelius Antoninus Varius[q].
Alexander.
Iulius Maximinus.
Gordianus.
Philippus. Hic primus omnium imperatorum[r] factus est christianus.
Decius.
Gallus.
Valerianus.
Claudius.
Aurelianus.
Tacitus.
Probus. Huius pater erat rusticus.
Carus.
Diocletianus et Maximianus.

a) Heremanno 2. b) Heinricus com. de S. 2. c) Erfordia 1. d) latira 1. e) Sclaviam 2. f) charactere † 2. h) Rosenveldense 2. i) Rodolfi 2. k) Caius 2. l) quem *deest* 2. m) Lucius *deest* 2. philosophus *addit* 2. n) *deest* 1. o) Helius *deest* 2. p) Marcus *deest* 2. q) Varus 1. r) imperator 2.

1) Adelheidim, v. Raumer tab. V[b]. 2) anno 1144; Ericus mortuus a. 1147. Aug. 27. 3) V. Raumer tab. IX. 4) ibidem tab. XIV. 5) ibidem tab. IX. 6) *Id. Aprilis* Annales Herbipolenses. 7) abb Roseveldensis, cui successit Adalwardus a. 1147. commemoratus. 8) Iterum de hac expeditione copiosiora retulit infra ex Helmoldi lib. I. c. 62 sq. 9) V. Hamb. Urkundenbuch I. p. 171. 10) Seriem hanc confecit Albertus in brevius contractis, quae supra ad singulos annos retulit (cf. ad a. 73. 98. 137. 221. 246. 282. 314.). 11) Quae de Traiano hic habet, similiter in A. Magd. a. 118. invenies.

Constantius et Galerius[a].
Constantinus, a Silvestro baptizatus, imperium ad Graecos transtulit.
Constantius, filius Constantini.
Iulianus Apostata.
Iovinianus.
Valentinianus katolicus[b].
Valens, frater Valentiniani.
Gratianus.
Theodosius.
Archadius[c].
Honorius.
Teodosius[d].
Marcianus[e].
Leo Bessica[f].
Zenon hereticus.
Anastasius hereticus.
Iustinus katholicus[g].
Iustinianus, rei publicae reparator.
Iustinus.

Tiberius.
Mauricius.
Focas[h].
Heraclius.
Constantinus.
Heraclonas.
Constans.
Constantinus.
Iustinianus.
Leo.
Tiberius.
Iustinianus.
Philippicus hereticus.
Anastasius.
Theodosius.
Leo.
Constantinus, filius Leonis.
Leo, filius Constantini.
Constantinus, filius Leonis.

| | | |
|---|---|---|
| 1 Widekindus[1], inclitus dux Saxonum, per Karolum baptizatus. | Karolus Magnus, per quem imperium ad Francos transivit. | Willehadus II.[2] |
| | | Willericus L. |
| Wicbertus, dux Saxonum christianus. | Lodewicus, Karoli Magni filius. | Leudericus VIII. |
| | Lodewicus, Lodewici filius. | Anscharius XVI. |
| Walbertus, dux Saxonum christianissimus. | Karolus, Lodewici nepotis Karoli filius. | Rembertus XVIII. |
| | Arnulfus, Karolomanni fratris Karoli filius. | Adelgarius XX. |
| Ludolfus, dux Saxonum nobilissimus. | Lodewicus, Arnulfi filius. | Hogerus VII. |
| Otto, dux Saxonum invictissimus. | Conradus, Conradi filius, qui erat frater Lodewici. | Reinwardus I. |
| | Heinricus dux Saxoniae, per quem imperium transivit ad Alemannos. | Unni XVIII. |
| | Otto Magnus, Heinrici filius. | Adaldagus LIV. |
| | Otto, filius Ottonis. | |
| 2 | Otto, filius Ottonis, sine herede. | Libentius[i] XXV. |
| | Hinricus dux Bawariae, cuius attavus erat Hinricus, frater Ottonis Magni. | Unwanus XVI. |
| | | Libentius IV. |
| | Conradus, unus ex regni primoribus. | Hermannus III. |
| | | Alebrandus X. |
| | Hinricus, Conradi filius. | Albertus XXX. |
| | | Liemarus XXX. |
| | Hinricus, Hinrici filius. | Humbertus III. |
| | | Fridericus XII. |
| | Hinricus, Hinrici filius. Hic in Welpesholt pugnavit. | Albero XXV. |
| | Luderus dux Saxoniae, Gheverardi comitis filius. | |
| | Conradus, filius Friderici ducis Sueviae, nepos Heinrici. | Hardwicus XX. |
| | | Baldewinus X. |
| | Fridericus, filius Friderici ducis Sueviae. | Sifridus V. |
| | | Hartwicus XXII. |
| | Hinricus, filius Friderici. | |
| | Otto, filius Hinrici magni ducis de Brunswich. | Waldemarus invasor X. |
| | | Gherardus III. |
| | Fridericus, filius Hinrici, sicut ego puto. | Gerardus secundus. |

*Subiecimus hic, quae uno in cod. 1. fol. 122 adverso leguntur, ordine qualis est in codice non servato: in codice enim schema genealogicum cum nota de Hermanno Billing inter figuram astronomicam et versus incipit:*

a) *desunt* 1. b) catholicus 2. c) Arcadius 2. d) Theodosius 2. e) Martianus 2. f) Bessita 2. g) catholicus 2. h) Phocas 2. i) *nomen episcopi resectum, numerus annorum servatus.*

1) V. ad a. 1024. 2) Numeri episcoporum, nominibus adiecti, sunt annorum, quos non emendavimus.




. . . . Philippi[1] . . . . . . . sis[c] 1
monasterii per quem sibi factam[c*] astronomice inventam de nativitate domni sui[d] Friderici, filii domni Friderici Romanorum imperatoris, quem domna Beatrix augusta enixa est a. D. 1164. 16. die Iulii, 5. feria, hora 3. in civitate Papia[2]. Cuius Beatricis obitum infra habes a. D. 1185. cum papa Lucio. Et id m Fridericus frater erat Philippi regis.

Non potuit taedis finis bonus esse caninis,
Est ubi Semiramis. Hanc deglutivit Herinnis[d*].
Quae, dum more canum cognata ligamina fregit,
Quicquid honestatis natura colebat, abegit.
Eius amatores, ut et illa, ferentur ad orcos.
Non est, qui laudet, homines ut vivere porcos;
Res nimis insolita de virgine facta Licisca.
Certe non novit gens haec contagia prisca;
Ypolitum laudo, quem saeva noverca perire
Fecit; naturae renuit contrarius ire[3]. 3

Hermannus, primus extra progeniem Widikindi[f, 1*].
Bernardus dux Saxoniae.
Bernardus dux Saxoniae.
Ordulfus dux Saxoniae.
Magnus[4] dux Saxoniae a. D. 1106. obiit[g, 2*]. 4

Catulus, qui et Welp[5, 3*, g*], ‿ Wulfildis[h]. — coniuges[k] Eillka[i] ducissa. ‿ Otto comes[6].

Filii Catuli et Wulfildis: coniuges[k] Fridericus[4*] dux Sueviae. ‿ Iutta. — Graecorum imperator[m, 7]. — Hinricus[l, 5*], dux Bawariae.

Filius Ottonis comitis: Albertus marchio, cognomento Ursus. 7

Filius Friderici et Iuttae: Fridericus imperator.
Filius Hinrici ducis Bawariae: Hinricus[n] dux magnus de Brunswich[o].
Filii Alberti marchionis: Otto marchio. — Bernardus dux. — Sifridus Bremensis[p] archiepiscopus.

Filii Friderici imperatoris: Conradus. — Fridericus. — Otto. — Philippus[q] rex. — Hinricus[l] imperator.
Filius Hinrici imperatoris: Fridericus imperator.
Filii Hinrici ducis de Brunswich: Heinricus palatinus. — Willehelmus[r] domnus de Luneburg[6*]. — Otto imperator.
Filius Willehelmi: Otto dux de Brunswich[o]. ‿ ducissa. coniuges
Filia: Helena

Filius Ottonis marchionis: Albertus marchio.
Filii Bernardi ducis: Albertus dux Saxoniae. — Hinricus[l] comes.
Filius Hinrici comitis: Magnus.
Filii Alberti marchionis: Mechtildis[s]. — Otto.
Filii Alberti ducis Saxoniae: Iohannes[t]. ‿ Mechtildis. coniuges[k] — Elsebe[u]. Hanc duxit Iohannes[t] comes Holtzatiae, filius fratris Adolphi.

Helena duxit Albertum ducem Saxoniae, qui ei erat[v] in 2. gradu et ipsa duci in 4.[8]

*Notae in codice* 1. *stemmati huic adscriptae:* 1*. Iste Hermannus Ottonis Magni temporibus in ducatu invaluit. A quo, cum adbuc iuvenis esset, commissionem terrae accepit. Et pater eius Bulling vocabatur, pauperibus ortus natalibus[w, 9]. Ecce quot ab eo imperatores, reges, principes processerunt! Mirabiles elationes maris, mirabilis in altis Dominus, qui hunc humiliat, hunc altat[w*]. Psal. 93, 4.

2*. Ordulfus Magnum genuit de filia Olawi regis Danorum[x, 10]. A tempore istius Magni ducis Saxonia fere semper erat in lite, quia filium non habuit sed filias[11].

3*. Hinricus imperator IIII. Ottoni ducatum Sueviae[5] abstulit[y] et isti Catulo dedit[12]. 12

a) 14. 2. b) *hic triangulus sine signo in* 1. c) *aut* Ianuensis, *aut* Casinensis, *aut* Viennensis *scriptum esse poterit.* c*) *prima verba usque ad* factam *desunt in* 2. *in* 1. *summo margine postmodum resecto scripta ideoque mutila.* d) sui *deest* 2. d*) Erinnys 2. e) *hic numerus signis Arabicis scriptus in* 1. f) Widekindi 2. g) obiit *deest* 2. g*) dux Sueviae *male addit* 1. h) Wilfhildis 1. i) Elika 2. k) coniuges *omisit* 2. l) Heinricus 2. m) *deest* 2. n) Henricus 2. o) Brunswic 2. p) arch. Brem. 2. q) *qui praeter Heinricum in* 1. *adscripti sunt quatuor Friderici filii desunt* 2. r) Wilhelmus 2. s) *Mechtildem ducissam hic omisit* 2. *sed tamquam sororem Helenae et filiam Ottonis cui nupsit habet:* Mechtildis, uxor Alberti marchionis. t) Ioannes 2. u) Elizabeth 2. v) H. nupsit A. d. S., erat enim ei *cet.* 2. w) pauperibus ortus natalibus *desunt* 2. w*) extollit 2. x) Ordulfus—Danorum *desunt* 2. y) ademit 2.

1) Philippi nomen certo certius apparet inter prima huius paginae verba, de reliquis certa proferri non possunt, nisi quod figura astronomica hic e codd. depicta ad Fridericum illum, de quo non constat nobis, referenda est. 2) Ad quemnam Fridericum haec sint referenda, non liquet; Friderici Barbarossae filium cui Friderico nomen natu maiorem Heinrico VI. a. 1165 nato non novimus; Fridericus enim Suevicus minor Heinrico fuit natu. 3) Recte Reineccius animadvertit, notari versibus hisce nuptias haud legitimas: certe Fridericus Barbarossa repudiavit primam uxorem Adelheidem. 4) de cuius filiabus cf. Ann. Sax. a. 1106. 5) Confudit auctor in stemmate et nota 3* inter se Heinricum Nigrum Catulum dictum, cui Wulfhildis nupsit, et patrem eius Welp, cui a. 1070. ducatus Bawariae, neque vero Sueviae, contigit. 6) de Ballenstedt. 7) Fortasse cogitandum de fratre Iuttae et Heinrici Superbi Welpone VI, duce Toscaniae, Spoleti et Sardiniae, quem rerum Italicarum scriptor minus peritus ideo potuit pro Graecorum imperatore habere, quod in ditione eius erant terrae ad Graecum in Italiae imperium olim pertinentes. 8) Helena nimirum primum nupsit Hermanno comiti provinciali Thuringiae († a. 1241; v. infra a. 1239), pronepoti germano Ludovici Ferrei; cuius nepos fuit Albertus, quippe filius Sophiae, filiae Ludovici Ferrei. 9) Cf. Adamum Brem. II, 8. 10) immo Nortmannorum, sc. Wulfhildem, Ann. Saxo 692. l. 55. 11) Cf. Helmold. I, 35 in. 12) ib. I, 27 in.

1 4*. Istius Friderici avunculus erat Hinricus imperator V[1], qui etiam conflictum habuit in Welpesholt[a].

5*. Luderus, dux Saxoniae, postea imperator, de Rikenza filia Hinrici Crassi habuit[a'] filiam nomine Gertrudem, quae nupsit duci Bawarorum Hinrico genuitque ei ducem magnum Hinricum de Brunswich[b].

6*. De Helena sorore regis Daciae Waldemari[c].

Tempore eiusdem Conradi regis[2] et Eugenii papae, puella quaedam, Hildegardis nomine, iuxta Pinguiam celebris habebatur. Haec cum quadraginta duorum esset annorum, magnae choruscationis igneum lumen aperto coelo adveniens totum cerebrum eius transfudit et totum cor et totum pectus eius, et sic eam sanctus Spiritus inflammavit, ut statim omnium katholicorum librorum seriem, tam novi quam veteris testamenti[d], ad integrum intelligeret, cum tamen nichil umquam didicerit, nisi solum psalterium more nobilium puellarum, a quadam inclusa in monte sancti Ysibodi[3], quod est claustrum nigrorum monachorum.
4 Fecit autem tres libros[4], scilicet *librum Sci vias*[e], *librum divinorum operum, et librum epistolarum*, et hoc Deo iubente, ymmo cogente, in quibus valde quaedam utilia de futuris temporibus et de antichristo prophetavit, et miserum statum ecclesiae futurum praevidit spiritu prophetico et praedixit[5]. Et papa Eugenius scripta eius canonizavit in concilio Treverensi[6]. Insuper epistolam direxit ei, praecipiens, ut scribere non[f] omitteret, quicquid ei Dominus revelaret[g][7]. Recepit etiam epistolas non solum Eugenii, verum etiam Anastasii et Adriani, pontificum Romanorum, sed et Conradi regis, et Friderici imperatoris, patriarchae Iherosolimitani, archiepiscoporum, episcoporum, et plurium praelatorum. Bernardus, Clarevallensis abbas, vir per omnia sanctissimus, eam per suam epistolam reverentissime salutavit, et ipsa ei tanquam religiosissimo rescripsit. Mansit autem apud Ro-
9 pertum sanctum[h][8] prope Pingwiam, ubi etiam est sepulta[9].

Philippus, maioris ecclesiae decanus in Colonia, et totus eiusdem civitatis clerus, eam per suam epistolam salutantes, ad ultimum subiecerunt: „Beatitudinem igitur vestram — nobis insinuare velitis“[i] *ex epistolis S. Hildegardis Bibl. patrum max. T. XXIII. fol.* 572 *E.*

Quibus ipsa epistolam hanc rescripsit: „Qui erat, qui est et qui venturus est — quando[k] verbum caro factum est, et celeste fundamentum totum complevit.“ *ibid. fol.* 572 *F.* — 574 *A. med.*

Post modicum autem subiungit: „Et de vivente luce — et subditos suos ad docendum dedi.“ *ib. fol.* 574 *D.*

Et post pauca: „Ista flagella precurrent — et ubera[l] mea plena sunt de vitiis eorum.“ *ib. fol.* 574 *E. med.*—*fin.*

Et paulo post: „Sed ego, qui sum, audientibus me dico — quae iniquitatem purgabit, super vos ducetur.“ *ibid. fol* 574 *F. med.* — *fol.* 575 *B. fin.*

Et post modicum subinfert: „Infideles autem homines isti — et sic per longa tempora permanebitis.“ *ibid. fol.* 575 *C. fin.* — 575 *D. med.*

Et iterum in eadem epistola: „In temporibus vestris inquieta bella propter proprias voluntates et propter incompositos mores vestros habebitis.“ *ib. fol.* 575 *E. med.*

Et hanc epistolam post admonitiones et narrationes quasdam superioribus similes finivit.

Haec quoque verba eius sunt: „Vidi ad aquilonem et ecce ibi quinque bestiae stabant, quarum una erat ut canis igneus, sed non ardens, una ut leo fulvi decoris, alia ut equus pallidus, alia ut niger porcus, alia ut lupus griseus.“ Significabant autem, ut ipsa dicit, hae[m] quinque bestiae quinque ferocissimos cursus temporalium regnorum, ferociter in se bachantes. Canis igneus, sed non ardens, homines suae constitutionis mordaces, velud ignis[n] apparentes, sed in iusticia Dei non ardebunt. Leo fulvi decoris bellicosos homines, bella moventes sine rectitudine, sed in fulvo decore regna illa incipient fatigationem debilitatis incurrere. Equus pallidus homines in diluvio peccati lascivos[o], et in velocitate voluptatis suae operationem bonarum virtutum transilientes, ubi tunc cor illorum regnorum in pallore ruinae suae confringetur, quoniam ruborem fortitudinis suae iam perdet. Niger porcus rectores, magnam nigredinem tristitiae in semet ipsis facientes, et se luto immundiciae involventes, significat, et divinam legem in

a) Istius — Welpesholt *desunt* 2. a') rapuit 1. b) Luderus — Brunswich *desunt* 2. c) *ex utraque parte nominis Wilhelmi, mirum in modum disiectis syllabis, scriptum* 1. *deest* 2. d) tam veteris quam novi testamenti 2. e) Sivias 1. f) non *omissum* 1. g) revelavit 2. h) sanctum Ropertum 2. i) *lectionis varietas in Philippi et Hildegardis epistolis, quales Bibl. patrum, qualesque Albertus Stadensis exhibet, satis quidem memorabilis est, neque vero tanti, ut iterum hoc loco Alberti excerpta typis imprimenda essent: cum praesertim emendata ex cod.* 1. *aliquanto magis etiam consentiant cum Biblioth. patrum max., quam in ed. Reineccii.* k) quoniam 2. l) verba 2. m) hec 1. n) velut ignes 2. o) lascivos *deest* 2.

1) Mater enim Friderici ducis Agneta, filia Heinrici IV. imperatoris. 2) Quae hoc loco Albertus de Hildegardis vita et scriptis habet, iisdem plerumque verbis diverso tamen ordine refert Albericus ad a. 1141 et 1153; unde ex eodem utrumque fonte hausisse verisimile. V. etiam Albericum ad a. 1155. 3) rectius S. Disibodi (cuius vitam scripsit Hildegardis) sc. monasterium Disibodenberg prope Kreuznach situm. 4) Albericus ad a. 1153 et ipse tria tantum Hildegardis scripta novisse videtur, *epistolarum librum egregium et alium librum, qui Scivias, id est sciens, intitulatur et tertium, qui inscribitur divinorum operum expositio.* Ceterum decem continet codex opp. S. Hildegardis, Aquis Mattiacis asservatus, auctore I. C. Dahl (die heil. Hildeg. p. 22 et 59). 5) Cf. Albericum ad a. 1170. atque Alberti ex Hildegardis scriptis excerpta. 6) a. 1148 celebrato. 7) V. Bibl. patrum maxim. fol. 537 F, ubi ceteras quoque, quarum hic Albertus inicit mentionem, epistolas cum Hildegardis responsoriis adi. 8) Monasterium Rupertsberg prope Bingiam situm, fundatum ab Hildegarde a. 1148, in quo ut cum sororibus secundum regulam sancti Benedicti viveret, concessit Eugenius papa. 9) Hildegardem, cum fuerit annorum 42 et mensium 7 a. 1141 (vid. Albericum ad h. a.), natam esse apparet ineunte a. 1099, ad quem Albericus nativitatem eius retulit. Obiit »temporibus Friderici imperatoris« d. Septembris 17, anno ut videtur 1179.

multis contrarietatibus fornicationum[a] et aliorum similium malorum postponentes, ac multa scismata divinorum praeceptorum in sanctitate machinantes. Lupus griseus significat homines, multas rapinas iam in potestatibus quam in reliquis successibus sibi inferentes, cum in hiis certaminibus nec nigros nec albos, sed velud[a'] griseos in versutiis se ostendentes, capita regnorum illorum, ea dividentes, deiciunt.

Dicit etiam, quod „tunc veniet tempus irretitionis multarum animarum, ubi error errorum usque in coelum erigitur, et filii lucis filium perditionis abicient, qui dyabolicis artibus voluntates suas perficere temptabit. Creditur, quod haec quinque tempora coeperint circa annum Domini[b] 1100, et durabunt usque ad mortem antichristi. Primumque tempus, quod coepit anno Domini 1100,[b'] durabit usque ad annum magnum, quo episcopi et omnis clerus expellentur de locis et civitatibus suis.“ Et hoc tempus appellat virgo Hildegardis muliebre propter mollitiem et dissolutionem morum et, quod sequitur, appellat[c] virid[d] propter restaurationem et virorem morum et[e] virtutum, et tempus antichristi nominat tempus errans. Dicit autem sic: „Iusticia, postquam ad supernum iudicem querelam suam direxerit, ille voces querimoniae eius suscipiens, iusto iudicio suo vindictam suam super praevaricatores rectitudinis inducet, atque tirannidem inimicorum eorum super ipsos[f] grassari permittet, sic ad iudicem dicentium: *Quam diu rapaces lupos istos patiemur et tolerabimus, qui medici deberent esse, et non sunt?* Sed quoniam potestatem loquendi, ligandi et solvendi habent, idcirco ut ferocissimae bestiae nos rapiunt. Scelera[g] eorum super nos cadunt, et omnis ecclesia super eos arescit, quia, quod iustum est, non clamant, et legem destruunt, quem ad modum lupi agnos devorant; atque in crapula voraces sunt et adulteria quam plurima perpetrant et per talia peccata absque misericordia nos iudicant.“ Et post talia et alia sic: „Nunc autem dicamus eis, quod officium suum compleant, quemadmodum antiqui patres constituerunt, vel a nobis recedant, et ea, quae habent, relinquant. Haec et hiis similia, divino iudicio excitati, illis acriter proponent, atque super eos irruentes, dicent: *Nolumus hos regnare super nos cum praediis et agris et reliquis secularibus rebus, super quas principes constituti sumus. Et quomodo decet, ut tonsi cum stolis suis et casulis plures milites et plura arma, quam nos habeant? Sed non conveniens est, ut[h] clericus miles sit et miles clericus sit. Unde abstrahamus eis, quod non recte sed iniuste habent. Diligenter enim consideremus, quid cum magna discretione pro animabus defunctorum oblatum sit, et illud eis relinquamus, quoniam haec rapina non est.*“ Et plurima in hunc modum: „Sed pontificales dignitates, et omnes in speciali[i] habitu sub eis degentes, illis cum clausura coeli primitus resistere multum laborant. Sed cum tandem persenserint, quod nec potestate ligandi, nec solvendi, nec confirmatione oblationum suarum, nec strepitu armorum, nec blandiciis, nec minis illis resistere poterunt, divino iudicio territi, inanem et superbam fiduciam, quam prius in semet ipsis semper habuerant, deponentes, et in se redeuntes, coram illis humiliabuntur atque ululando clamabunt, et dicent: *Quia omnipotentem Deum in ordine officii nostri abiecimus, idcirco super nos haec confusio inducta est.*“

Et haec omnia bene concordant hiis verbis, quae alias dicit virgo Hildegardis sic: „Cum peccata haec in populis se invicem coniunxerint, scilicet odium, homicidium et sodomiticum peccatum, tunc constitutio dividetur legis Dei, et ecclesia quasi vidua concutietur, et principes, nobiles et divites per consimiles atque per suos minores de locis suis expellentur, et de[k] civitate in civitatem fugabuntur.“

In libro quoque divinorum operum dicit sic: „Cumque homines praedictis afflictionibus purgati fuerint, taedium praeliorum praefatorum incurrent, atque iusticiam in cunctis ecclesiasticis constitutionibus[l], quae Deo placitae sunt, per timorem Dei apprehendent, et illis plurima bona superaddent.“ Et post pauca: „Nam de praeterito timore et de praeterito dolore confortabuntur et quasi purissimum aurum fulgebunt, et[m] per longa tempora sanctitas et[n] iusticia et pax durabit. Tunc etiam veri angeli hominibus adhaerebunt, tunc etiam fortes[o] et sapientes viri surgent, et prophetabunt, et omnia vetera et nova scripturarum et sermones omnes, per Spiritum sanctum effusos, colligent et intelligentiam eorum sicut monile cum preciosis lapidibus ornabunt et omnes fideles in hiis velud in speculo considerabunt se.“ Dicit etiam virgo Hildegardis alias, quod „tunc omnia arma quae ad necem hominis parata erant, principes interdicent, illa tantum ferramenta servantes, quibus terra colitur et, si quis ea transgreditur, necabitur ferro proprio. In diebus illis vera etas[p] per virtutem Dei erit; quia tunc omnia in veritate consistent, sacerdotes scilicet et monachi, virgines quoque et continentes et reliqui ordines stabunt in veritate, iuste et bene viventes omnemque sublimitatem et superfluitatem divitiarum abicientes[q].“ Subiunxit etiam, quod „Iudaei et haeretici laetabuntur, gloriam suam in proximo esse dicentes, et quod plurimi paganorum baptizati Christum praedicabunt. Interdum iniquitas surget et iterum cadet; interdum quoque bella, fames, pestilentia et mortalitas grassabuntur et iterum evanescent. Cum homines in[r] eiusmodi quiete residebunt, alii dies omnium dolorum advenient, omnibus prae timore continuarum afflictionum mortem desiderantibus, et dicentibus: *Ut quid nati sumus?* et optantibus, ut montes decidant super eos. Priores namque dies dolorum et calamitatum aliquam refocillationem et reparationem interdum habebant: isti autem omnium dolorum pleni, a malis non cessabunt. Homicidium et iniustitia pro nichilo computabuntur. Pagani de longinquis regionibus ferocissimam atque immundissimam gentem convocabunt, cui se in fornicatione atque omni malo adiungent, et populum christianum ubique et praeliis et rapinis invadent, et plurimas regiones et civitates destruent, ecclesiasticas disciplinas et omnes, quos poterunt, polluent et contaminabunt. Dies illi alios dies pessimos et adventum perditi hominis denunciabunt. Filii Dei protectione ipsius in eos irruent et victores eorum existent, et maxima turba paganorum christianis in vera fide tunc addetur.“

„In diebus illis imperatores Romanae dignitatis a fortitudine, qua prius Romanorum regnum tenuerant, descendentes, in gloria sua imbecilles fient; reges et principes multorum populorum, qui prius Romano imperio subiecti erant, se ab eo separabunt nec ulterius ei subicientur. Et sic Romanum imperium in defectum dispergetur. Nam unaquaeque provincia et quisque populus regem sibi tunc constituet[s], cui obediat, dicens, quod latitudo Romani imperii magis sibi oneri fuerit, quam honori. Postquam imperiale sceptrum hoc modo divisum fuerit, nec reparari potuerit, tunc etiam infula apostolici honoris dividetur. Quia enim nec principes, nec reliqui homines tam spiritualis[t] quam secularis ordinis in apostolico nomine ullam religionem tunc invenient, dignitatem nominis illius imminuent, aliosque[u] magistros et archiepiscopos sub alio nomine in diversis regionibus sibi praeferent, ita ut etiam apostolicus eo tempore, dilatione honoris pristinae[v] dignitatis attenuatus Romam et pauca illi adiacentia loca vix tunc sub infula sua obtineat. Haec etiam ex parte bello[w] evenient, ex parte quoque per commune consilium et consensum et spiritualium et secularium populorum, vel hortantibus, ut quisque secularis princeps regnum et populum suum muniat et regat, et ut quilibet archiepiscopus seu alius spiritualis magister subditos suos ad rectitudinem disciplinae constringat. Tunc iterum iniquitas aliquantulum debilis[x] iacebit, interdum quoque surgere attemptabit. Tunc unusquisque rex et princeps ac episcopus se ipsum in alio

a) fornicationem 2. a') veluti 2. b) Christi 2. b') C° 1. c) appellat *deest* 2. d) virile 2. e) morum et *desunt* 2. f) eos 2. g) scelera quoque 2. h) quod 2. i) spirituali 2. k) a 2. l) institutionibus 2. m) et sic 2. n) et *deest* 2. o) fortes *deest* 1. p) estas 1. q) obiicientes 2. r) et 2. s) instituet 2. t) spiritalis 2. u) alios quoque 2. v) pristinaeque 2. w) belli 1. 2. x) debiliter 2.

castigabit. Aer quoque tunc iterum suavis erit, et fructus terrae utilis, et homines sani ac fortes. In ipsis etiam diebus multi prophetae et sapientes erunt, et occulta prophetarum et aliarum scripturarum sapientibus tunc ad plenum patebunt, et filii et filiae eorum prophetabunt, etiam[a] in similitudine doctrinae apostolorum. Interim etiam[a*] multae haereses, et plurimae turpitudines cum aliis malis pullulabunt, quae[b] antichristum in proximo adesse ostendunt. Immunda quoque mulier immundum filium concipiet. Cum enim tempus advenerit, quo iste nequissimus deceptor horribiliter apparebit, dicit virgo Hildegardis, mater illa, quae istum fallacem in mundum eiciet, a pueritia sua in puellari aetate dyabolicis artibus plena vitiisque[b*], in deserto abiectionis inter nefandissimos enutrita est, ibi parentibus suis eam nescientibus, nec illis, cum quibus moratur, eam scientibus. Quoniam diabolus illuc eam ire persuadet, et ibi eam secundum voluntatem suam decipiendo componit, quasi angelus sanctus. Et ideo ab omnibus se separat, ut tanto facilius celari possit. Unde etiam aliquibus, sed tamen paucis viris nequissimo latrocinio fornicationis occulte commiscetur, et in tanto studio turpitudinis cum illis se polluit, velud angelus sanctus furorem[c] pravitatis illius eam perficere iubeat. Et sic ferventissimo ardore fornicationis illius[c*] filium perditionis concipiet, nesciens de quo semine virorum illorum eum conceperit. Sed Lucifer, serpens videlicet antiquus, turpitudine ista delectatus, coagulationem hanc iusto meo iudicio artibus suis inflat et eam omnibus viribus suis[d] totam in ventre matris possidet. Sic illo perditore[e] de ventre matris suae, pleno dyabolico spiritu, egrediente, deinde consuetam fornicationem devitat, et aperte stulto et insipienti populo dicit, quia virum non habet, nec patrem infantis sui sciat, fornicationem quam perpetravit, sanctam dicit. Unde populus illam sanctam putat et nominat. Sic filius perditionis diabolicis artibus usque ad fortiorem aetatem nutritur, semper noto sibi populo sese subtrahens; nec se manifestabit[f], usque dum se plenum et superhabundantem in cunctis iniquitatibus cognoverit. Ab initio autem ortus illius multa certamina et multa contraria rectarum ordinationum ebullient, et ardens iusticia a rectitudine sua obtenebrabitur, et karitas in omnibus extinguetur, haereses fient, ut etiam haeretici errores suos aperte indubitanterque[g] praedicent, et tanta dubietas et incertitudo in fide catholica fiet, ut homines in dubio habeant, quem Deum invocent, atque plurima signa in sole et[h] luna et stellis et in caeteris elementis et creaturis apparebunt. Unde etiam homines tanta tristicia in illo tempore occupabit, ut mori quasi pro nichilo ducant. Qui autem in catholica fide tunc perfecti erunt, in magna contritione exspectabunt, quid Deus ordinare velit."

„Et hae tribulationes hoc modo procedent, usque dum filius perditionis os suum ad contrariam partem aperiat. Sed cum ille verba falsitatis, et deceptionum suarum protulerit, coelum et terra contremiscent, et catena monilis iusticiae, velud magno flatu venti, tota tunc primum movebitur, quoniam usque ad idem tempus inconcussa et[i] inconvulsa permanebit. Antiquus hostis, quoniam hominem primum superaverat, per alium hominem, scilicet antichristum, se aestimat posse perficere, quod olim inceperat, cum adversus Deum pugnare temptavit. A diabolo quippe antichristus infusus, omnia, quae Deus in antiqua lege et nova constituerat, destruet, et incestum et similia alia peccata non esse peccata affirmabit, affirmans, quod omnia castitatis praecepta per ignorantiam facta sint[k]. Multitudinem populorum seducendo sibi attrahet, et se ut Deum adorari faciet, ut filius Dei parvum numerum in comparatione numeri sui habeat. Pro redemptione populi sui per occisionem se mori et per resurrectionem se surgere simulabit, et quandam scripturam in fronte sequentium se scribi faciet, per quam omne malum eis immittet; atque per eandem scripturam contra baptismum et contra christianum nomen magica arte ita eos infundet, ut ab illo discedere non cupiant, et ut secundum ipsum, quemadmodum christiani secundum Christum, omnes vocentur. Hanc scripturam Lucifer diu in se habuit, nec eam ulli hominum revelavit, excepto huic soli, quem in utero matris suae totum possedit. Scriptura autem haec in nulla lingua visa vel inventa est, quia Lucifer eam in semet ipso primum invenit."

„Sed Deus omnes conatus eiusdem scripturae cum auctore suo destituet. Sancti et iusti in timore magno concutientur. Tunc Heliam et Enoch eadem vis, per quam prius ablati de medio hominum fuerant, reducet, et quam diu cum hominibus morabuntur, semper per quadraginta dies reficientur. Maiora signa filio perditionis facient, ex omnibus hominibus populi[l] ad ipsos current; ad martirium, quod eis filius perditionis inferet, cum ardenti fide velud ad convivium properantes, multitudo sanguinis eorum sicut rivus effundetur. Hos cum filius perditionis nec blanditiis nec minis poterit superare, iubebit eos crudeli martirio consummari. Sequaces filii perditionis gaudebunt, sed cum spiritus vitae eos suscitaverit, ac rursus in nubes sustulerit, gaudium illorum in timorem vertetur. Deinde perditionis filius populum convocabit, et in coelos ire temptabit. Sed cum diabolica arte se sursum extulerit, divina virtute eicietur, atque foetor sulphuris et picis eum suscipiet, ita etiam, ut astantes populi ad praesidia montium fugiant. Tantus quippe terror haec videntes et audientes occupabit, ut diabolo et filio eius abrenunciantes ad veram fidem baptismi convertantur. Post casum antichristi gloria et laus Christi filii Dei amplificabitur."

1 Obiit autem virgo Hildegardis tempore Adriani papae, regnante imperatore Friderico[1].

Eodem tempore sederunt duo iuvenes litterati, curiales et curiosi, in vigilia nativitatis Domini, inter se invicem per problemata disceptantes. Unus Firri, alter Tyrri vocabatur.

2 Firri ait[m] ad socium suum Tirri[2]: *Si vixisset*[n]*, quantum vixerit*[o]*, et adhuc tantum et dimidium tanti, et dimidium dimidii, centum annos haberet*[p]*. Quot annorum erat ille? Viginti sex,* ait Tirri[q], *et duarum partium unius anni; computa, et invenies ita esse.* Et Tirri subiecit: *Dicas et tu mihi, qua arte poteris haec sub regula*[r] *retorquere.* Firri ait: *Sumo numerum, habentem positas propositiones, id est dimidium et quadrantem, scilicet quatuor, et totiens multiplico summam, scilicet* 100, *et fient* 400[s]. *Tunc adiungo omnes propositiones prius dictas ipsi quaternario, ter scilicet quatuor, id est duodecim, et dimidium tanti, id est duo, et dimidium dimidii, id est unum, et erunt* 15. *Deinde divido multiplicatam summam, scilicet quadringentos, per* 15, *et quot quisque habuerit, tot annis vixit, et id quod superfuerit, quota pars fuerit de quindecim, tantum vixit de uno anno. Et sic potes in omnibus similibus operari.*

Tirri ait socio: *Sex denarios inter tres, quocunque velis modo, divide; dicam tibi, quantum quisque habeat.* Et Firri divisit. Volrado dedit unum, Ottoni duos, Galtero tres, nesciente socio. Tirri duplavit numerum Volradi, Ottonis

a) et 1. a*) et 2. b) qui 2 b*) vitiis 1. c) feruorem 2. c*) istius 2. d) suis *deest* 2. e) proditore 2. f) manifestavit 2. g) que *deest* 1. h) et *deest* 2. i) inconcussa et *desunt* 2. k) sunt 2. l) homines ex omnibus populis 2. m) autem 2. n) vixisses 1. 2. o) vixisti 1. 2. p) habens 1. haberes 2. q) Firri 2. r) regulam 2. s) CCC. 1.

1) V. s. p. 330. n. 8. 2) Similem de salutatione pueri ad patrem propositionem vid. apud Bedam in propositionibus arithmeticis Opp. (ed. Coloniens. a. 1612.) I. fol. 106. Ceterum Alberti problema ad aequationes gradus primi referendum nostro more sic computatur:

$$
\begin{aligned}
x + x + x + \frac{x}{2} + \frac{x}{4} &= 100 \\
\frac{15}{4}\,x &= 100 \\
15\,x &= 400 \\
x &= 26^2/_3
\end{aligned}
$$

nonuplavit, Galteri decuplavit. *Hoc totum, ait, in unam summam reducite, et mihi dicite.* Collegerunt et 50 ei dederunt. Et Tirri dixit: *Volradus 1, Otto 2, Galterus habet 3.* Firri ait: *Da regulam super isto. — Dabo*, ait Tirri. *Sex denariis inter tres divisis, do uni duplum, alteri nonuplum, tertio decuplum. Quo numero ab his collecto, et a me recepto, considero, quantum differat a 60. Differentiam retineo, aliud reicio, et in differentia quot habuero unitates, tot illi attribuo, cui nonuplum commisi; et quot habuero octonarios, tot illi attribuo, cui duplum commisi; et habitis duabus partibus, tertiam non ignoro. Verbi gratia Volrado, qui unum habuit, dedi duplum, unde duo habuit; Ottoni, qui duo habuit, dedi nonuplum, unde habuit 18; Galtero, quia tria habuit, dedi decuplum, unde habuit 30. Collegerunt et 50 repererunt. Considerari ergo differentiam huius numeri a sexagenario, et erat denarius. Ecce unus octonarius in denario, et duae unitates. Unde attribui Volrado unum, cui duplum dederam; Ottoni duo, cui nonuplum; et cognitis duabus partibus, scivi tertiam. Haec est regula huius problematis. Nullus octonarius nichil ostendit habere illum, cui duplum commisisti. Nulla unitas nichil ostendit habere eum, cui nonuplum commisisti.*

*Ecce exemplum*[a] *omnium.*

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| 51. | 9. | *Unus octonarius, et una unitas.* | 1. | 1. | 4. |
| 50. | 10. | *Unus octonarius, et duae unitates.* | 1. | 2. | 3. |
| 49. | 11. | *Unus octonarius, et tres unitates.* | 1. | 3. | 2. |
| 48. | 12. | *Unus octonarius, et quatuor unitates.* | 1. | 4. | 1. |
| 47. | 13. | *Unus octonarius, et quinque unitates.* | 1. | 5. | |
| 43. | 17. | *Duo octonarii, et una unitas.* | 2. | 1. | 3. |
| 42. | 18. | *Duo octonarii, et duae unitates* | 2. | 2. | 2. |
| 41. | 19. | *Duo octonarii, et tres unitates.* | 2. | 3. | 1. |
| 40. | 20. | *Duo octonarii, et quatuor unitates.* | 2. | 4. | |
| 35. | 25. | *Tres octonarii, et una unitas.* | 3. | 1. | 2. |
| 34. | 26. | *Tres octonarii, et duae unitates.* | 3. | 2. | 1. |
| 33. | 27. | *Tres octonarii, et tres unitates.* | 3. | 3. | |
| 27. | 33. | *Quatuor octonarii, et una unitas.* | 4. | 1. | 1. |
| 26. | 34. | *Quatuor octonarii, et duae unitates.* | 4. | 2. | |
| 19. | 41. | *Quinque octonarii, et una unitas.* | 5. | 1. | |
| 52. | 8. | *Unus octonarius, et nulla unitas.* | 1. | | 5. |
| 44. | 16. | *Duo octonarii, et nulla unitas.* | 2. | | 4. |
| 36. | 24. | *Tres octonarii, et nulla unitas.* | 3. | | 3. |
| 28. | 32. | *Quatuor octonarii, et nulla unitas.* | 4. | | 2. |
| 20. | 40. | *Quinque octonarii, et nulla unitas.* | 5. | | 1. |
| 12. | 48.[b] | *Sex octonarii, et nulla unitas.* | 6. | | |
| 59. | 1. | *Nullus octonarius, et una unitas.* | | 1. | 5. |
| 58. | 2. | *Nullus octonarius, et duae unitates.* | | 2. | 4. |
| 57. | 3. | *Nullus octonarius, et tres unitates.* | | 3. | 3. |
| 56. | 4. | *Nullus octonarius, et quatuor unitates.* | | 4. | 2. |
| 55. | 5. | *Nullus octonarius, et quinque unitates.* | | 5. | 1. |
| 54. | 6. | *Nullus octonarius, et sex unitates.* | | 6. | |
| 60. | *nichil.* | *Nullus octonarius, et nulla unitas.* | | | 6. |

Iterum Firri ait: *Tres erant fratres in Colonia, habentes 9 vasa vini*[1]. *Primum vas continuit 1 amam, secundum* 1
*2, tertium 3, quartum 4, quintum 5, sextum*[c] *6, septimum 7, octavum 8, nonum 9. Divide vinum istud aequaliter inter illos tres, vasis inconfractis.* *Faciam*, ait Tirri. *Seniori do primum, quintum et nonum, et habet 15 amas. Medio do tertium, quartum et octavum, et habet similiter 15*[d]. *Iuniori autem do*[e] *secundum, sextum et septimum*[f]; *et illo etiam sic habente 15, divisum est vinum, vasis non confractis.*

*Bene*[g], *Firri, et ego tibi proponam aliud et subtilius certe*[2]. *Dominus meus, convivium habiturus, misit me in civita-* 2
*tem proximam, ut vinum afferrem. Vas mecum accepi, capiens octo metretas. Implevi illud, plus in taberna non erat. Michi redeunti occurris in via, vinum etiam allaturus. Quaeris, unde veniam. Et ego: „De foro devenio*[h], *vinum attuli domino meo.“ Requiris quantum. „Octo,“ aio, „metretas.“ Dicis michi: „Et ego pro vino ibo.“ Respondeo: „Vinum non invenies.“ Petis ergo a me, ut tecum dividam. Quaero, utrum vasa habeas. Dicis, te habere duo vasa, unum quinque metretas capiens, aliud tres. Exhibeo ergo tibi mediam partem, id est quatuor metretas, si per haec vasa dividere p...is. Dividas, vel vino careas.* Firri subticuit, nec divisit. Cui Tirri: *Ego dividam, si ignoras; pone vasa tua. Ecce*, ait, *meum octo habet metretas, tuum maius quinque capit, minimum tres.* Et fudit in maius vas quinque metretas, implens illud, et de eodem in minimum tres, etiam implens illud. Postea de minimo vase fudit[i] in vas maximum octo metretarum tres metretas, quae in ipso erant. Ita erant in maximo vase 6 metretae, et[k] in medio duae. Tunc fudit de medio vase duas metretas in minimum, et medium mansit vacuum; deinde fudit iterum 5 metretas in medium vas vacuum, implens illud, et statim[l] de eodem fudit unam metretam in minimum. *Ecce*, ait, *quatuor metretas habes in tua maiori lagena.* Et de minima lagena effudit tres metretas in suam magnam lagenam, quae erat 8 metretarum, et 4 retinuit. Et: *Firri*, ait, *sic vinum debuere divisisse.*

Firri, se vindicare cogitans, ita dixit: *Lupum*[3], *hircum et pondus caulium ita*[m] *per aquam ducas in modica navicula* 3
*solam rem capiente, ne lupus hircum mordeat, nec hircus caules devoret.* Cui Tirri: *Iabax, haec est fabula puerorum. Quidam puerulus vix quinque annorum primo hircum transvexit, et rediens lupum attulit et hircum reduxit, tunc caulibus transvectis, iterum pro hirco perrexit.*

a) examen 2. b) XLIX 2. c) sextum *omissum in* 2. d) amas *addit* 2. e) do *deest* 2. f) sept. do 1. sept. attribuo 2. g) bone *codd.* h) venio 2. i) fudit *deest* 2. k) et *deest* 2. l) statim *deest* 2. m) ita *deest* 2.

1) Cf. similem Bedae de patre familiae distribuente propositionem l. l. p. 106. 2) Subiectum solutionis huiusce problematis hoc schema:

| Metretae | | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| vas max. | 8 | 3 | 3 | 6 | 6 | 1 | 1 | 4 |
| vas med. | 0 | 5 | 2 | 2 | 0 | 5 | 4 | 4 |
| vas min. | 0 | 0 | 3 | 0 | 2 | 2 | 3 | 0 |

3) Bedae propositio de lupo et capra et fasciculo caulis l. l. p. 103 fin.

1 *O Firri, ego ad rem similem te provocabo*[1]*. Tres viri cum uxoribus suis Renum transire volebant. Modica erat naviculа, nec amplius, quam duos homines, capiebat. Sicque transeundum erat, ut in transvectione quilibet vir uxorem suam custodiret ab altero*[a]*. Vocabantur ita: Bertoldus et Berta, Gherardus et Greta, Rolandus et Rosa. Quomodo transibunt?* Firri modicum dubitante, Tirri ait: *Berta et Greta primo transierunt. Greta rediit, et Rosam attulit. Ecce tres mulieres transierant. Berta ad Bertoldum rediit*[b]*. Gerardus et Rolandus transierunt ad suas uxores. Gerardus et Greta redierunt. Bertoldus et Gerardus transierunt. Rosa sola rediit, tribus viris in ulteriore littore manentibus. Berta et Greta transierunt ad suos viros. Rolandus ad Rosam rediit, et eam secum*[c] *transvexit. Sic omnes bene transierunt.* Quo audito, Firri gavisus[d] ait: *Scis aliqua ad retinendum ea?* Cui Tirri: *Scio, ecce duo versus:*

*Binae, sola, duae, mulier, duo, vir mulierque,*
*Bini, sola, duae, solus, vir cum muliere.*

Ad haec Firri: *Expone.* Et Tirri: *Binae, Berta et Greta; sola, Greta; duae, Greta et Rosa; mulier, Berta; duo, Gerardus et Rolandus; vir mulierque, Gherardus et Greta; bini, Bertoldus et Gherardus; sola, Rosa; duae, Berta et Greta; solus, Rolandus; vir cum muliere, Rolandus et Rosa.*

2 *Vade*, iterum ait Tirri, *in forum cum 30 denariis, et eme 30 volucres*[2]*. Aucas pro 4 denariis, quamlibet anetam pro duobus, fiscedulam pro obulo; sic*[e] *viginti quatuor fiscedulas pro 12 denariis, tres aucas pro 12, tres anetas*[f] *pro 6.*

Firri ait: *Vigilia nativitatis Domini est, ante mediam noctem surgemus, eamus soporatum, tractatum istum usque in diem*[g] *crastinum differentes.*

Tirri ait[3]: *Ad honorem sollempnitatis huius est tribus vicibus offerendum. Pauper quidam, tot vicibus offerre volens, non habuit. Petivit ergo a Deo, ut tantum adhuc ei daret, quantum in marsupio haberet. Accepit tantum, et obtulit denarium in missa primi gallicantus. Denuo petivit, ut tantum, quantum retinuerat, ei daret. Fecit, et iterum denarium obtulit. Tertio tantum impetravit, quantum habuit, et oblato ad summam missam denario, nichil retinuit. Dic, Firri, quantum ad ecclesiam portavit?* Firri ait: *Obulum, et dimidium obulum, et dimidium dimidii obuli.* Cui Tirri: *Da exemplum.* Ad haec Firri: *In prima petitione obulus fecit denarium; dimidius obulus integrum, dimidium dimidii dimidium. Obtulit ergo denarium, et retinuit obulum integrum et dimidium. Secunda petitio de obulo*[h] *fecit denarium, et de dimidio obulo integrum. Obtulit denarium, et retinuit obulum*[h*]*. Ultima petitio de eodem obulo impetravit denarium, et pauper eundem obtulit, et nichil retinuit.*

Tirri[i] ad haec: *Dixisti numerum, eamus dormitum.*

Alio vespere, Firri et Tirri ante caminum sedentibus, Firri iterum ait ad Tirri: *Quid hodie comedisti?* Tirri ait: *Volucres parvulas.* Cui Firri: *Dicam tibi, quot famulus tuus comparavit.* *Dicas*, ait Tirri. Ad haec Firri: *Scis, quantum precii ei dederis? Scio*, ait Tirri. Firri respondit: *Ad quemlibet solidum do tibi denarium. Accipe meum datum, et compara unam*[i*] *volucrem. Illa comparata, tuo precio eme reliquas, et quamlibet tot denariis, quot unam comparasti. Feci*, ait Tirri. Iterum Firri: *Servus tuus 13 volucres comparavit.* Cui Tirri: *Bene intelligo. Unus obulus datus 25*[k] *volucres ostendit, denarius 13, duo denarii 7, tres 5, quatuor 4, sex 3, duodecim duas. Quotcunque fuerint solidi cogitate.*

4 Et Tirri subiunxit[4]: *Dicam tibi, quot denarios in marsubio*[l] *habeas.* Firri ait: *Quot habeam, ego novi.* Et Tirri: *Bis tantum adde.* Fecit ita. Iterum Tirri: *Reice mediam partem.* Reiecit. Tirrique: *Ad mediam partem retentam iterum bis tantum addas.* Addidit. Tirri dixit: *Iterum reice mediam partem*[m]. Reiecit iterum. Et Tirri: *Habuisti in prima divisione obulum? Non*, ait Firri. Cui Tirri: *Habuisti in secunda?* Firri: *Non. Scis, quid retinueris?* ait Tirri. *Scio*, respondit. Et Tirri: *Da novem Woltero*[n] *de retento. Do*, ait. Iterum Tirri: *Da novem Ottoni. Non possum*, ait Firri. Tirri subiunxit: *Quatuor denarios in marsupio habes.*

Firri respondit: *Nobilis res, adhuc immoremur.* Cui Tirri: *Cogita quantum vis, adde bis tantum, et divide, medium reice. Habes obulum in divisione? — Habeo. — Sit denarius. Da novem Woltero*[n]*. — Non possum. — Cogitasti ergo tres denarios. Et ut plene te doceam, unus denarius in prima divisione habet obulum, in secunda non, et novem dare non potest. Duo denarii in secunda habent obulum divisione*[o]*, in prima non, et 9 dare non possunt. Tres denarii in utraque divisione habent obulum, et 9 dare non possunt. Quatuor in neutra divisione habent obulum, et possunt dare 9. Quinque sicut unus in prima divisione habent obulum, in altera non, sed possunt dare 9. Sex sicut duo in altera divisione habent obulum, in prima non, et possunt dare 9. Septem sicut tres in utraque, et possunt dare 9. Octo sicut 4 in neutra, sed bis possunt 9. Sic usque in*[p] *infinitum procedere potes, novem se in divisione habentibus, sicut uno et 5, decem sicut duobus et 6, undecim sicut tribus et 7, duodecim sicut quatuor et 8, et ita semper deinceps, nisi quod ad quemlibet quaternarium semper novem adaugentur. Verbi gratia de 4 dari possunt 9 semel usque ad octo, de 8 bis usque ad 12, de 12 ter usque ad 16, de 16 quater usque ad 20, et sic ulterius. Medios autem numeros, videlicet inter quaternarios sic ascendentes, secundum obulos in divisione habitos*[q]*, considera. De solidis, marcis et libris eodem modo invenies.*

Firri ait: *Considero rem aliam circa istud. Si magnus est numerus, utpote manus plena de pisis, facio habentem pisa*[r] *totum numerum in tres partes dividere, et quod superfuerit, seorsim*[s] *ponere, quia non poterunt nisi unus aut duo superesse. Diviso numero in tres partes, circa tertiam partem operor*[t] *secundum iam dictum modum de denariis, et inventa tertia parte, scio duas reliquas, et quod seorsim*[s] *positum est, iterum invenio eo modo.*

Tirri ait: *Et ego aliud considero circa idem. Positis in ordine*[u] *tribus vel quatuor et deinceps hominibus, pono denarium inter eos. „Levet, qui voluerit," dicam eis. Do primo unum, alteri duos, tertio tres, quarto quatuor et ita deinceps.*

a) altera 2. b) redierat 1. c) secum *deest* 1. d) gavisus est aitque 2. e) sic *deest* 2. f) finetas 2. g) diem *deest* 2. h) de obulo *desunt* 2. h*) integrum *addit* 2. i) Firri 2. i*) unam *deest* 1. k) XXXV. 1. l) marsupio 2. m) mediam 2. n) Waltero 2. o) secunda divisione h. ob. 2. p) in *omissum* 1. q) habitos *deest* 2. r) pisas 1. s) seorsum 1. t) oportet 1. u) ordinem 2.

1) ibid. quamquam de tribus fratribus eorumque sororibus tribus res est. 2) Cf. Bedae de animalibus emptis propositiones l. l. p. 105 haud dissimiles. Hic propositio et solutio, Alberti, an librarii vitio factum, non liquet, non probe discernuntur: unius enim tantum volucrum generis numerus adiiciendus erat. 3) Sequens problema ad aequationes primi gradus referendum nostro more sic solvitur: Habet pauper post primam oblationem d. $2x - 1$
post secundam oblationem $4x - 3$
post tertiam oblationem d. $8x - 7 = 0$

$$8x = 7$$
$$x = \tfrac{7}{8}\,\text{d.} = 1\tfrac{3}{4}\,\text{ob.}$$

4) Sequentium problematum plane singularis ratio ex Bedae altera divinatione numeri ab aliquo in animo concepti l. l. p. 101 derivata est; nisi quod Albertus, cum de denariis, qui duorum obolorum sunt, agatur, aequalem eorum numerum scit fuisse nullo obolo, inaequalem obolo in divisionibus habito.

*Hoc facto, dico sic: „Qui denarium levavit, bene novit, quantum habeat. Addat dimidiam partem totius toti, et si obulum in additione habet, sit denarius. Iterum addat dimidium tanti, quantum ex toto habet, et si habet obulum, sit denarius “ Tali additione, et obuli consideratione, et novenarii habitione, occurret tibi numerus in superioribus denotatus. Si unum inveneris, primus levavit denarium, si duo, secundus, si tria, tertius, et sic deinceps.*

Firri item[a] ait[1]: *Quidam famulus ivit de Colonia in Nussiam*[b], *occurrit ei alter, properans de Nussia in Coloniam. Salutant se invicem. Post salutationem quilibet alteri suae matris hospitium demonstravit, et ei ibidem hospitari*[c] *consuluit. Bertoldus unus, alter Stephanus vocabatur. Bertoldus intravit hospitium matris Stephani, et eam accepit uxorem. Berta vocabatur. Stephanus intravit hospitium matris Bertoldi, et eam similiter accepit uxorem. Et haec dicta erat Osanna. Quivis eorum de uxore sua puerum generavit. Qualis est inter eos cognatio?* Tirri ait: *Primo tibi depingam pares sedes*[d], *et in eadem distinctione demonstro tibi*[e], *quod quivis eorum patruus est alterius.*

| coniuges. | | coniuges. | |
|---|---|---|---|
| **Bertoldus,** filius Osannae, et frater Galteri. | **Berta,** mater Stephani. | **Osanna,** mater Bertoldi. | **Stephanus,** filius Bertae et frater Conradi. |
| **Conradus,** filius Bertoldi, et patruus Galteri. | | **Galterus,** filius Stephani, et patruus Conradi. | |

*Verba Bertae ad Galterum, vel Osannae ad Conradum.*

*„Care puer sedeas, tibi qui pater, est mihi natus;*
*Meque vocas aviam, tibi fratrem dico maritum.“*

Et Tirri subiunxit: *Etiam mitto te per subiectam figuram ad considerationem similis rei. Duo milites duas habent filias. Quivis eorum filiam ducit alterius. Hae duae gignunt duos pueros. Cum milites alieni sint inter se, et etiam eorum duae filiae, inquisitione dignum est, utrum aliqua cognatio sit inter pueros.*

| coniuges | | coniuges | |
|---|---|---|---|
| **Florentius,** pater Florae. | **Gertrudis,** filia Gerardi, et soror Iacobi. | **Flora,** filia Florentii, et soror Petri. | **Gerardus,** pater Gertrudis. |
| **Petrus,** avunculus Iacobi. | | **Iacobus,** avunculus Petri | |

*Quilibet istorum avunculus est alterius, quia Gertrudis soror est Iacobi, et Flora soror Petri.*

Firri iterum ait: *Dominus meus prandere nunquam voluit, nisi aliquam rem, quaestione dignam, primitus audivisset. Emisit aliquem. Ille reversus ei talia nunciavit. Eunti mihi in via senes 12 occurrerunt. Hiis salutatis, processi. Iterum mihi alii 12 viri aetatis mediocris occurrerunt. Post paululum*[f] *tertio mihi 12 iuvenes occurrerunt, qui senem iam decrepitum praecesserunt, qui secum quandam iuvenculam deducebat. Senex me revertentem salutavit: „Vides“, ait, „hanc iuvenculam? Haec mea uxor est, duodecim iuvenes isti mei et eius filii sunt, 12 viri mediocris aetatis, quibus occurristi, mei sunt filii, et istius iuvenculae patrui. Senes 12 mei item sunt filii, et omnes huius iuvenculae avunculi.“ Bone Tirri, hanc generationem expone mihi.* Tirri ait: *Faciam, et sic:*

| | coniuges | | coniuges | |
|---|---|---|---|---|
| | **Lucia,** uxor senis, quae Petrum genuerat ab alio viro. | **Miles,** senex iam decrepitus, Bartolomaeus. | **Berta,** uxor senis, quae Constantiam genuerat, antequam senem duceret. | |
| | con | coniuges | iuges | |
| **Senes 12 filii** Luciae, patrui Margaretae, quos genuit a sene milite. | **Petrus,** filius Luciae, quem ipsa genuerat antequam militem duceret. | | **Constantia,** filia Bertae, uxor Petri, et mater Margaretae. | **Viri 12 mediocris** aetatis, filii senis et Bertae avunculi Margaretae. |
| | | **Margareta,** filia Petri et Constantiae, uxor senis, mater 12 iuvenum ab eodem. | | |
| | | **12 iuvenes,** filii senis militis et Margaretae. | | |

Firri iterum dixit: *Bone Tirri, Romam ire volo, expedias me de itinere.* Cui Tirri: *Qua via vis procedere?* Et ille: *Versus vallem Maurianam; sed prius ibo in Daciam pro equo, et sic procedam de Stadio.* Ad quem Tirri: *Loca tibi nominabo et miliaria*[g] *interponam*[2]

Stadium, 4 Wildeshusen[3],
10 Brema, 2 Vechta,

a) item *omisit* 2. b) iussiam 1. c) idem hospitium 2. d) demonstrabo 2. e) pars sit 2. f) paulum 2. g) milliaria 2. *saepius.*

1) Bedae *de duobus hominibus alter alterius matrem accipientibus* propositio l. l. p. 103. 2) In Alberti itinerario illustrando similia quaedam respicienda sunt itineraria aetate fere aequalia, nimirum duo Romam facta, alterum ab urbe Londinensi (ap. Palgrave Anglosaxon commonwealth II. p. 18), alterum ab urbe Suessionense in Emonis chronico (apud Matthaei Vet. aevi anal. II. p. 145). Quibus tertium accedit abbatis Nicolai Islandicum (ed. Werlauff in Symbolis ad geogr. med. aevi. Havniae 1821, 4.), quod etiam ad terram sanctam usque extenditur. 3) Wildeshausen. In locis Germaniae Albertus lingua Saxonica plerumque usus est, in Gallia, ut Gallice pronuntiaret nomina studuit; quamquam saepenumero in hisce eum erravisse, facile perspicitur collato itinerario a Palgravio edito, in quo plurima locorum nomina rectius scripta invenies. In Italia Italica aut Romana locorum nomina habet. Aliquoties tamen hic quoque Saxonicas nominum formas deprehendas veluti: *San*

5 Brameceke[a][1],

3 Thekeneborch[2],

5 Monasterium,

3 Ludinchusen[3],

1 Sulsene[4]. Ibi venies super Lippiam fluvium.

1 Tore[5],

4 Eimscherna[b] fluvius[6]. Lipperne[c][7],

1 Dusburch[d] Ibi Renum transeas.

Sed si magna fuerit inundantia[e] aquarum, difficulter aut minime poteris Dusburch[d] venire. Quod si ita est, de Monasterio vadas usque Coloniam, ita procederes per Ardaniam; tunc venies Metis.

Sin autem sic, et monticulos plurimos evitabis: Dusborch, transacto Reno, vadas

1 Asberge[8],

sequitur 4 Nussia,

1 Hemerthe[9],

4 Rura fluvius,

3 Herle[10],

2 Clumene[11], Mosa fluvius. Traiectum superius,

$1\frac{1}{2}$[f] Sancta Maria in Biesse[12],

1 Curtece[13],

2 civitas sancti Trudonis[14],

1 Velme[15]. Sed melior est via de Traiecto usque Tungris, inde Velme.

1 Landene. Haec villa mixta est et Gallico et Teutonico.

2 Lismea[16].

Ibi intras linguam Gallicam. Reliquas villas pronunciabo Gallice non Latine, quia haec pronunciatio magis est necessaria viatori.

1 Geldenake[g][17],

4 Mon san[h] Wibert[18],

4 Nivele[19],

5 Benis[20],

2 Viren[21],

2 Mabuge[22],

2 Beafort[23],

3 Avens[24],

1 Epora. Fluvius Savage[25]. Haec aqua subito crescit in pluvia et impedit viatores. Quod si contigerit, ad sinistram manum ad proximam villam declinans, ibi transeas et Rulie[i][27]. Ibi lapis positus est in media villa iuxta viam, quae disterminat imperium et regnum Franciae.

4 Estreiz[28],

2 Vervin[29],

Novum castellum[i*][30],

4 Remis,

10 Chaluns, scilicet Catalaunum. Merna fluvius.

4 Estreie[31],

4 Maalis[k][32],

4 Affrele, Abele fluvius. Arciz[l],

4 Wed[33],

3 Trois[34], Secana[l*] fluvius,

7 Bar[35] sur Seine[m],

2 Gé sur Seine[m][36],

2 Musse[37],

2 Fur Cherres[n][38],

3 Chastiliun[o][39] sur Seine[m],

5 Mani Lambert[40],

5 Chancheaus[p][41]. Iuxta villam illam oritur Secana.

Florie[42],

6 Beane[43] prope Cistercium[q].

a) Brameozke 2. b) Enuscherna 2. c) Lippenae 2. d) Dusborch 2. e) abundantis 2. f) $1\frac{1}{2}$ *omissum in* 2. g) *corruptum fortasse* Get de... h) Monsam 2. i) ruke 1. i*) *desiderantur miliaria.* k) Moatis 2. l) Artiz 2. l*) Cecana 1. m) Surseme 2. n) fucherres 1. o) Chastilium 2. p) Chacheaus 1. q) co *deest* 2.

*Martinen strate, Travena* (to Ravenna?), *woste Lune.* In adnotandis locorum distantiis non constat sibi Albertus. Eius enim terrae adhibuit mensuram, de qua agit. Itaque in Germania miliaribus Teutonicis, in Gallia leucis Gallicis, in Italia miliaribus Romanis utitur: quin etiam in Belgica horis Neerlandicis quae dicuntur videtur esse usus. In quibus omnibus tamen maius et minus genus discernas. 1) Bramsche ad fluv. Hase. 2) Teklenburg. 3) Lüdinghausen. 4) Sülsen ad parrochiam Olfen pertinens. 5) i.e. *to Ore*, Oer vel Altenoer. 6) Embscher vel Imscher. 7) Lippern ad ipsum fluvium situm prope Osterfeld. 8) Asberg prope Meurs. 9) Hemmert haud procul à Grevenbroich. 10) Heerlen prope terminum orientalem regni Belgici. 11) Clumene si nomen respicias ad Climmen, sin locorum distantiam ad Lumel e regione urbis Traiectensis situm referendum. 12) Bilsen vel Munster Bilsen. 13) Cortesem. 14) St. Fron. 15) Wellem. 16) Linsmeau, cui septentrionem versus adiacet Op Heylissem et Neer Heylissem Teutonicam originem prodens. 17) Videtur latitare in nomine hoc nomen fluvii Gette pluribus brachiis interfluens inter oppida Linsmeau et Mont Saint Guibert, ni forte referendum ad nomen Geest, quod cernitur in vicis Ste. Marie de Geest et Office de St. Jean de Geest. 18) Mont St. Guibert 19) Nivelles. 20) Binche. 21) Vieux reng. 22) Maubouge. 23) Beaufort. 24) Avesnes. 25) la Perée prope Etroeung. 26) Rivulus Helpe fluvio immissus, cui la Perée adiacet. 27) la Rouillée. 28) Etré. 29) Vervin. 30) Neufchatel. 31) Bussy l'Estrée. 32) Mailly. 33) Voué. 34) Troyes. Hinc usque ad Placentiam conferri licet itinerarium in chronico Emonis. 35) Hinc usque ad Paviam cf. etiam itinerarium a Palgravio editum. 36) Gyé. 37) Mussy l'évêque. 38) (Fort) Charey. 39) Chatillon. 40) Magny Lambert. 41) Chanceaux. 42) Fleurey. 43) Beaune.

Eo 3 Chani[1],

3 Chalon[2], scilicet Cabilon. Ibi venis super fluvium Arar, de quo Lucanus:

— — — *Rodanumque morantem*
*Praecipitavit Arar*[a, 3].
— — *qua Rhodanus raptum velocibus undis*
*In mare fert Ararim*[b, 4].

3[c] Grone[5],
3 Turnus[6],
5 Mascun[7],
4 Belevile[8],
2 Vile France[9],
1 Anse[10],
4 Liun sur Rone,
4 Ayri[11],
5 Tur despine[12],
3 La Kebele[13],

3 mons Catus[14], qui tres leucas habet ad transeundum Chameri[15].

2 Mon Milian[d, 16]. In illo castello dicitur Karolus captivatus. Ysara[e] fluvius.

3 Ake bele[17],
2 Aypere[18],
3 Chambri[19],

1 Ermelion[20]. In castro illo construendo habitus est sanguis equorum et hominum pro cemento[21]. Homo transiens dabat unam libram sanguinis, equus duas.

3 San Michel[22]. Si vis videre digitum beati Iohannis baptistae, de Ermelion vadas in civitatem Maurianam[23]. Ibi est sedes episcopalis, et digitus beati Iohannis reconditus, quem in locum illum quaedam virgo deportavit[24].

Inde habes duo miliaria ad Sanctum Michahelem[f],

4 Furneaus[25],
4 Termenion[g, 26],

1 A Land[27]. Ibi es[h] in pede montis Sinisii[i, 28], et in illo loco versus Ytaliam finit vallis Mauriana, quae incipitur trans montem Catum versus Burgundiam. Vallis autem Mauriana dicta est a mauris, id est nigris aquis, videlicet Orca[29], Arca et Ysara. Hii enim fluvii, scilicet Orcus, Arcus et Ysara, in valle eadem nigri valde conveniunt, et iuxta Viennam in Rodanum descendunt, nigro et obscuro gurgite. Huius Arci mentionem facit Horatius in Poetria[k] sic:

*Aut flumen Reni, aut pluvius describitur Arcus*[30].

Hoc plurimi ignorantes dicunt: *Pluvius arcus id est Yris*, sed falluntur; est enim ille fluvius, et dicitur pluvius a pluvia, quia tempore pluviali maxima inundatione labitur, et multa profunditate impedit viatores. Et tunc est per latera transeundum montium donec[l] ad montem Sinisium, qui habet in suo transitu 5 leucas magnas.

Quo transacto, unam leucam procedas, et occurret tibi Secutia[31],

10 Avilian[32],
10 Turing[33],
15 Salugri[34],
4 Lavur[35],
13 Vercellis,
40 Papia,
25 Placentia,
20 Bur san Domin[36],
15 Parma,
15 Regium,
15 Mutina[37],

a) Arax *bis in* 1. *hi versus desunt in* 2. b) *hi versus desunt in* 1. c) IIII. 2. d) *sic legendum*; Monnulian 1. 2. e) Isara 2. f) Michaëlem 2. g) Termemon 2. h) est 2. i) Sinisu 2. k) arte Poetica 2. l) usque 2.

1) Chagny. 2) Chalons sur Saone. 3) Lucan. Phars. lib. VI. v. 475. 4) Lucan. Pharsal. lib. I. v. 433. 5) aut rivus Grone, aut Pont de Grone. 6) Tournus. 7) Maçon. 8) Belleville. 9) Ville franche. 10) Anse. 11) Heyrieux. 12) la Tour du pin. 13) la Chapelle. 14) Mont du Chat in ripa orientali del Lago del Bourget. 15) Chambery. 16) Montmeillan. Quemnam hic Karolum in animo habeat, non liquet. Certe Carolus Simplex in urbe Peronne, Carolus Crassus a. 888 prope Constantiam est mortuus. Siquidem de illustri quodam captivo aequali cogitandum, veri simile est, nostrum voluisse dicere, Enzium in urbe Gorgonzola prope Mediolanum captivatum a. 1245, quo tempore Albertus Romam profectus esse videtur. 17) Aigue belle. 18) Epierre. 19) la Chambre. 20) Hermillon. 21) Castellum in urbe Exonia (Exeter) situm turribus Caesarianis, *incisili calce* confectis, fuit firmatum (v. Gesta Stephani regis); Pictos in construendis aedificiorum fundamentis sanguine humano usos esse, auctor Iohn Leyden (Poetical remains p. 83); idem de turri Londinensi refertur. Quae consuetudo, utrum ad ipsam murorum firmitatem augendam faciat, an redeat ad vetustam illam Brittonum, Germanorum, Slavorum religionem, conspicuam in condendis urbibus, castellis, aedificiis, haud liquet. Pacatur enim genius loci caeso aut in ipsum murum murive fundamentum immisso animante (v. Grimm Mythologie p. 1095sq. Müller und Schambach Nieders. Sagen Nro. 6. 14. 16. 23. 24.) 22) St. Michel. 23) St. Jean de Maurienne. 24) Thecla sc. v. infra f. 343. l. 24. 25) Fourneaux. 26) Thermignon. 27) Lans le bourg vel Lans le villard. 28) Mont Cenis. 29) Albertus hic perperam mentionem fecit fluv. Orco, una cum fluviis Arco et Isere originem ducente in monte Iseran, sed Pado fluv. immisso haud procul ab urbe Chivasso. 30) Ars Poet. v. 18. 31) Susa. 32) Avigliana. 33) Torino. 34) Saluggia. 35) Livorno. 36) Borgo S. Donino. 37) Modena.

20 Bolonia.

Ibi habes optionem duarum viarum trans montes, vel ad balneum sanctae Mariae[1], vel ad Aquam pendentem[1*]. Sed puto, quod melior sit via ad balneum sanctae Mariae[a] sic.

Bolonia,
13 Castellum sancti Petri[2],
7 Emula[3],
10 Feance[b. 4]
10 Furlin[5],
2 San Martinen strate[6],
4 Meldola,
10 Civitella,
15 balneum sanctae Mariae[7],
Alpes[8] 15 leucarum. Champ[9],
8 Subean[10],
6 Aretium,
8 Chastelіun[c. 11],
8 Ursage[12],
16 Castel[13],
10 Sarminian[14],
6 Orbete,
12 Mons Flascun[15],
8 Viterbium[c*],
16 Sutrium,
16 Castellum sancti Petri,
8 Roma.

Si papa fuerit Perusii, Assisii[d], Interamnis[d*] vel circa loca illa, de Ursage eas[e] 4 leucas usque Gunfin[16], et sic ulterius; et habebis lacum Perusinum ad manum dextram, sed praedicta via de Ursage usque Castel[e*] ad manum sinistram.

Ecce habes iter Romanum per vallem Maurianam. Sed dico tibi, quod ad multa miliaria plus habet itineris, quam reliquae viae.

Hiis auditis Firri respondit: *Qua via michi redire consulis?* Cui Tirri: *Nescio, societas et rerum eventus et temporum tibi reditum demonstrabunt*[f]. *Sed dic, quorsum vis redire?* Cui Firri: *In Daciam, unde exibo.* Et Tirri: *Poteris redire per vallem Tarentinam*[17]*; per Elvelinum*[g. 18]*, per montem Iovis*[19]*; poteris etiam per Pusterdal.*

Per vallem Tarentinam sic.

A Roma redeas per Viterbium, et sic ultra Alpes ad balneum sanctae Mariae via praedicta usque Meldolam[h]. Et, tunc Furlin[i] non veniens, eas
25 leucas ad Travenam[k. 20].

Inde 9 per modicam aquam, ex utroque latere omnino paludosam, usque trans Padum,
3 ad Sanctum Albertum[21],
30 ad Argenteam[22],
20 ad[k*] Ferrariam[23],
10 ad aquam[24],
7 per aquam. Haec aqua, quamvis sit modica, tempore tempestatis valde est periculosa, quia a nullo latere refugium est, obstantibus paludibus et deserto; et licet primo sit arta, ad ultimum se dilatat. Unde consulo tibi, ut tranquillo tempore transeas in bona navi. Bonos homines ibi habere non potes, quia nequissimi manent ibi leccatores. Transeas ergo[l] contra diem, non contra noctem.

Aqua transacta, vadas 5 leucas usque Ruvine[25],
5 iterum ad Anguillariam[26],
28 ad Paduam,
8 Curterole[27],
8 Passanum[28]. Ibi est introitus ad montana.
3 Solanie[29],
12 Sysmo[m. 30],
2 Covalle[31]. Ibi est antrum naturale in monte, et urbs[n] de antro facta. Nequam sunt in antro, cum sociis transeas.
8 Grind[32],
10 Ausuge[o. 33],
5 Leuin[p. 34],
5 Pergine[q. 35],

a) sanctae Mariae *desunt* 2. b) France 2. c) Chastelum 2. c*) Biterbium 1. d) Assissii 1. d*) Interamuis 1. Interamnes 2. e) ito 2. e*) Castellum 2. f) monstrabunt 2. g) *legendum videtur:* Eluetinum. h) Meldonam *codd.* i) Furlim 2. k) *leg.* Ravennam. k*) ad *deest* 2. l) autem 2. m) Sysino 2. n) ub'r 1. *fortasse* umbra, *scilicet in qua latitent leccatores.* o) *fortasse* Val Suge; aufuge 2. p) leuia 1. q) Tergine *codd.*

1) Bagno, v. n. 7. 1*) Aqua pendente. 2) Castello S. Pietro 3) Imola. 4) Faenza. 5) Forli. 6) Videtur esse via (*strate*) a Forli urbe ad Sanctum Martinum (S. Martino) in finibus patrimonii S. Petri Casciano versus situm; a qua Meldolam euntibus mox erat declinandum. 7) Bagno. 8) Mons Apenninus. 9) fortasse Camprena. 10) Subbiano. 11) Castiglione Fiorentino. 12) Ossaia. 13) Castiglione in ripa occidentali lacus Trasimeni. 14) fortasse San Mariano. 15) Monte Fiascone. Hinc iterum conferas itineraria supra laudata. 16) Gubbio, quamquam error in distantia adnotanda commissus esse videtur a librario. 17) Vallis fluvii Etsch, ab urbe Trient ita dicta. 18) Mons sancti Gotthardi. Conf. infra. 19) Mons sancti Bernhardi, in cuius fastigio templum Iovis constructum fuit. 20) Ravenna. 21) S. Alberto ad fluv. Po di Primero. 22) Argenta. 23) Ferrara. 24) Padus fluvius. 25) Rovigo. 26) Anguillara. 27) Curtarola. 28) Bassano. 29) Solagna. 30) Cysmone. 31) Kofel. 32) Grigno. 33) fortasse Val Sugana. 34) Levico. 35) Pergine.

5 Tarentum[1],
25 Novum forum[2],
5 Francole[a.3],
10 Boz[b.4]. Statim occurrit tibi Rede Rethna habens[c]
6 miliaria Teutonica,
quia Langesten sunt 2[5] a Boz,
inde duo ad Clusam[6],
inde duo ad Brixam.
De Brixa quatuor usque Stercinge.

Si vero suasum tibi fuerit redire per Carnolum[d], cum a Roma veneris Ravennam, de Ravenna per mare Venetiam eas et inde[e] Tervisium[7]; et sic transibis Pusterdal, et similiter venies Stercinge. Sed per Pusterdal carissima sunt tempora et mala hospitia.

De Stercinge quatuor milliaria usque Materel[7*],
3 Enspruc. Prope locum illum est claustrum[8], ubi iuxta altare ad laevam sepultus est Heymo. Cuius sepulcrum habet longitudinem 13 pedum, quorum duo porrigunt subtus[e*] murum, 11 sunt extra murum. De Enspruc
2 usque Cirle[9],
4 Medewald[10],
3 Bardenkerke[11],
2 Amergo[12],
5 Schange[f.13].
Ibi eris de montanis.
Inde per 4 miliaria occurret tibi Ingelinge[14],
per 5 Augusta,
5 Danubius. Transi Danubium, et statim intra Vorthen[f*.15].
4 Offinge[16],
3 Dinkepole[g.17],
4 Rodenborch[18],
3 Ouwe[19],
2 Osenvorde[h.20], Moyn fluvius.
3 Herbipolis,
5 Swinvorde,
3 Murestad[21],
1 Niestad[22],
4 Werra fluvius. Meininge[i].
2 Smalekalte,
5 Gota,
3 Salca[23],
5 Northusen regis.
Harthicus mons habet tria miliaria Haslevelde,
2 Werningerothe,
3 Horneborch[k],
3 et Brunswich,
2 Rithhusen[24],
3 Tesle[25],
16 Stadium; transi Albiam et curre in Daciam.

Si placuerit tibi redire per Elvelinum[l] montem, quem Longobardi vocant Ursare[26], a Roma eas iterum
8 leucas ad Castellum sancti Petri,
16 Sutrium,
16 Viterbium,
8 Mons Flascun[m],
8 ad lacum sanctae Christinae[n.27],
7 ad Aquam pendentem[28],
20 ad Sanctum Clericum[29],
20 ad Sexnam[30],
10 Marcelburg[31],
24 Florentiam,
20 Recorniclam[32],
33 Bononiam,
20 Mutinam,

a) Fanzole 2. b) V Boz 1. c) *locus mutilus hunc fere in modum restituendus:* habens VI Teutonica, unde miliaria Teutonica quia *sq.* d) canolum *codd.* e) item 2. e*) subter 2. f) Schlange. f*) Werthen 2. g) Cinkepole 1. Einkepole 2. *quod correxi.* h) Ossenvorde 2. i) Meminge 2. k) Hornborch 2. l) *conf. supra.* m) Flascum 1. n) Catherinae 2.

1) Trient. 2) Neumarkt. 3) Branzoll. 4) Botzen. 5) In *Rethna* latitare videtur nomen vici *Rentsch*, prope Botzen orientem versus siti; *Rede* referendum ad montes vicinos *auf den Ritten* dictos. In sequentibus de nominibus vicorum Deutschen (Teutonica) et Lengenstein non erit dubitandum; attamen cum Deutschen 6 fere miliaribus Romanis, Lengenstein duobus miliaribus Teutonicis distet a Botzen, disertis verbis hic erat commemorandum, hanc primam esse miliaribus Teutonicis definitam distantiam. Quae propter homoeoteleuton videntur intercidisse (v. not. c.) 6) Clausen. 7) Treviso. 7*) Matrey. 8) sc. Wilten. Ubi in introitu ecclesiae hodie quoque conspiciuntur statuae Heymonis et Tyrsi, ad cuius caedem, prope Tyrsenbach commissam, expiandam Heymonem ferunt monasterium condidisse. Sepulchrum eius saepius frustra quaesitum est. Ad Heymonem referenda, quae nomine non adiecto de gigante quodam habet Fabri Evagatorium fol. 2276 Bibl. d. Stuttg. litter. Vereins. 9) Zierl. 10) Mittenwald. 11) Partenkirch. 12) Ammergau. 13) Schongau. 14) Iglingen prope Landsberg. 15) Donauwörth. 16) Offingen. 17) Dinkelsbühl. 18) Rothenburg. 19) Aub. 20) Ochsenfurt ad M. 21) Münnerstadt. 22) Neustadt ad Salam. 23) Langensalza. 24) Rietze ad parochiam Wipshausen pertinens. 25) Celle; nominis formae *Tessele*, *Ztellis* occurrunt in dipl. a. 1266. datis. V. Origg. Guelf. Tom. IV. praef. pag. XVIII. 26) quod nomen hodie quoque latet in valle Ursernthal. 27) Lago di Bolsena. 28) Aqua pendente. 29) S. Quirico. 30) Siena. 31) La Marche, castellum inter Sienam et S. Michel situm. 32) Cornacchiaia (?) in montibus qui *Alpi del Tormicone* dicuntur.

15 Regium,
15[a] Parmam,
15 Bur san Domin[a'],
20 Placentiam,
40 Mediolanum,
1 24 Cumam[1].

Cum veneris Sexnam[2], poteris etiam redire per aliam viam, quam per Marcelburg et[b] Bononiam et Bur san Domin, videlicet de Sexna[c] eas per Luccam[d], Lukkemange[3], Woste Lune[4], Pon tremele[5], et ita usque Placentiam, Mediolanum et Cumam. Ibi venies ad lacum Cumanum.

Qui sunt de Suevia, et[e] huiusmodi regionibus, lacum Cumanum transeunt, et vadunt per Sete Munt[f, 6] in suam regionem.

Tu autem omittas lacum ad dexteram manum, et eas ad sinistram versus Lowens 16 milliaria cum lacu[7]. Ibi mons incipit, et currit usque Zonrage[g, 8].

De Lowens usque Belence[h, 9] una dieta,
inde[h'] 3 dietae usque Lucernam cum stagno.

Procedas 5 et occurret tibi Tovinge[i, 8]; sed maxima sunt illa miliaria.

4 Basilea,
16 Stracesborch,
18 Spira,
6 Wormatia,
7 Binge,
5 Botbarde[k],
2 Confluentia,
2 Andernake,
5 Bunna,
4 Colonia.

Cum veneris Basileam, bene fac pedibus tuis, et intrando navem descende usque Coloniam.

8 Rikelekhusen[10],
4 Monasterium; et sic eas usque Bremam.

Iterum si vis, vadas de Colonia
5 miliaria usque Nussiam,
9 Xantis,
7 Arnem,
6 Seist[11],
1 Traiectum. Ibi intra navem, et descende usque Muthen[k', 12] et ita per mare in Stauriam[13], et sic in Daciam.

Si vis transire montem Iovis, cum Roma redieris, de Placentia eas Vercellis et ita trans montem Iovis venies ad sanctum Mauricium[14], et sic Basileam.

Ecce habes omnes fere vias itineris versus Romam.

Firri ait: *Quo tempore convenientius iter versus Romam accipitur*[l]*?* Et Tirri: *Circa medium Augustum, quia tunc aer temperatus est, viae siccae sunt, aquae non abundant*[l'], *dies longi satis ad ambulandum, noctes etiam ad corpus recreandum, et invenies horrea novis frugibus adimpleta.* Iterum Firri: *Expone michi trans mare iter versus Iherusalem.*

15 Et Tirri[15]: *Si prosperum ventum habueris, velificare potes de Ripa in Flandriam ad Cinkfal duobus diebus et totidem noctibus, de Cinkfal*[16] *ad Prol*[17] *in Angham duobus diebus et una nocte. Illud*[m] *est ultimum caput Angliae versus austrum. De Prol in Britanniam ad Sanctum Matthiam*[18] *uno die; inde ad Far*[19] *iuxta Sanctum Iacobum*[20] *tribus diebus et totidem noctibus, inde ad Leschebone duobus diebus et totidem noctibus, et est processus iste angularis totus inter austrum et occidentem. De Leschebone ad strictum mare, scilicet Narewese*[21], *tribus diebus et tribus noctibus, angulariter inter orientem et austrum. De Narewese ad Arragun quatuor diebus et quatuor*[n] *noctibus, angulariter inter aquilonem et orientem. De Arragun*[22] *ad Barzalun uno die inter aquilonem et orientem. De Barzalun ad Marsiliam unodie et una nocte, fere versus orientem, declinando tamen parum ad plagam australem. In Barzalun omnes viduae contemptui* * *habentur ab indigenis. De Marsilia ad Messin in Sicilia quatuor diebus et quatuor*[n] *noctibus angulariter inter orientem et austrum. De Messin ad Akkaron* 14 *diebus et totidem noctibus inter orientem et austrum, magis tamen ad orientem.*

*Plures tamen exeuntes de Marsilia altum mare petunt, ad sinistram manum tam Sardi-* 23 *niam*[o] *quam Corsicam relinquentes*[23].

a) *numerus in* 1. 2. *omissus, v. p.* 337. a') Bursandonim 2. b) et *deest* 2. c) Sexu 2. d) Luceam *codd.* e) vel 2. f) Secemunt 1. g) courage 1. *videtur leg. esse* Tovinge. h) Belenze 2. h') item 2. i) toninge 1. Zoninge 2. k) Borbarde 1. k') Muchen 1. l) arripitur 2. l') obundant 1. aqua n. abundat 2. m) inde 2. n) totidem 2. o) Sardaniam 1.

1) Como. 2) Cum hàc via conf. itineraria s. l., quae eadem inverso ordine habent. 3) S. Magno. 4) Ruine di Luna. 5) Pontremoli. 6) M. Septimer; via usitata in Italiam euntibus aut inde redeuntibus. Cf. Casus S. Galli f. 82 l. 17. f. 102. l. 20. 7) Luvino in lacu maiore ad Tresam fluv. situm. 8) Zofingen. 9) Bellinzona. 10) Recklinghausen. 11) Zeist. 12) Muiden. 13) Staveren. 14) S. Maurice citra montem Iovis situm ad Rhodanum. 15) Iter hocce maritimum fere ad verbum Albertus descripsit ex Adami Bremensis schol. 96, cui notas quasdam geographicas copiosiores adiecimus. 16) Cinkfal sive Sindfal antiquitus dictum est ostium Mosae fluv., postea *het Zwin* iuxta villam Damme. V. K. v. Richthofen Fries. Rechtsquellen praef. VIII. 17) Praule sive Prawle inter Dartmouth et Plymouth. 18) St. Mahé in Britannia minori. 19) Ferrol. 20) S. Iago di Compostella. 21) Mare inter columnas Herculis, a Scandinaviae populis Nioerva Sund dictum. 22) Tarragona. 23) Conferre licet cum itinere sequente, in terram sanctam facto, eiusdem descriptionem insertam Vincentii Bellovacensis Speculi historici l. XXXI. cap. 59—65. Quae, si mittas in verbis atque in locorum distantiis adnotandis discrepantiam, ad antiquam quandam descriptionem terrae sanctae videntur redire. Albertus non cavit ab erroribus, quorum potiores correximus ex libris Robinsonii (Palaestina, Neuere bibl. Forschungen in Palaestina), ex quibus optima ad explicandum eum

*De Akkaron tres diaetas habes usque Iherusalem*[1], *quae distat a Sychen*[a] 24 *miliaribus*, [1] 16 *a*[b] *Diospoli*[d], 16 *ab Ebron*, 14 *ab Ihericho*, 4 *a Bethlehem*, 16 *a Bersabee*, 24 *ab Ascalone*, *totidem a Ioppe*, 16 *a Ramatha*[2]. *In Bethlehem iuxta locum nativitatis invenies praesepe Domini*, *et* 12. *miliario a Bethlehem refulsit stella pastoribus. Non longe a praesepio invenies tumulum beati Iheronimi*[3]. *Miliario a Bethlehem*[4], *versus Iherusalem*, *locus est Reblata*[e], *ubi Rachel occubuit. Vade igitur et adora in monte Calvariae*, *ubi crucifixus est Dei filius; vade et adora ad sepulchrum Domini; curre et adora in monte Syon*[5], *quia per hunc tramitem ascendit Iesus*[f] *Iherosolimam die palmarum. In monte illo lavit pedes discipulorum; ibi coenam fecit*, *ibi Iohannes supra pectus eius recubuit. Curre ad sinistram montis Syon super agrum Achaldemach*[g], *secus viam*, *quae ducit Effrata*, *et vide montem Geon*[h], *ubi Salomon diadema recepit. Curre in accubitum montis Olyveti*, *in quo est Bethania*, *et vade contra orientem trans Cedron iactu lapidis a Getsemani*, *quia ibi Salvator noster orando sudavit. Vade etiam in vallem Iosaphat*, *iuxta Iherusalem. Ibi currunt aquae Syloe cum silentio quasi cursu subterraneo. Videre poteris ibi monumentum Absalonis*, *ymmo tumulum perpetuae virginis*, *quae in monte Syon e mundo migravit*[6]. *Scio*, *quod omittere non vis*, *quin etiam vadas Emaus*, *quae dicitur* [6] *Nicopolis*[i], *quae distat ab Iherusalem stadiis* 15, *quia ibi discipuli in fractione panis Dominum cognoverunt. Vade ante portam Iherusalem*, *quae respicit ad*[k] *occasum*, *pro reverentia beati Stephani*, *qui ibi lapidatus est et in Syon sepultus inter Nichodemum*, *Gamalielem et Abibon. Deinde Constantinopolim translatus*, *ad ultimum Romae iuxta beatum Laurentium tumulatus*[7]. *Curre*, *si vis*, *ad montem Modin*[8]; 6. *miliario ab Iherusalem contra meridiem*, 8. *miliario a Modin in*[k'] *via*, *quae ducit Ioppen*, *sepulchrum beati Georgii in Lidda*, *quae et Diospolis*[l]. *Miliario a Ramatha*, *tribus a Bethlehem oppidum Tecua*[m], *unde Amos*, *ibi etiam*[n] *sepultus. Quarto miliario ab Iherusalem contra austrum oppidum Zachariae*, *in quo Maria salutavit Elizabeth. Ibi natus est Iohannes*, *et beata virgo eum excepit. Curre*, *curre*, *quod*[o] *pene oblitus fueram*, *curre ad baptisterium*, *ad ieiunium*, *et ad temptationem Christi*, *curre* 14 *miliaria ab Iherusalem usque Ihericho*, *et cave*, *ne incidas in latrones. Etiam*[p] *secundo lapide ab Iherico ad sinistram*, *desertum pete*, *quod Quarentena*[9] *vocatur*, *in quo Dominus ieiunavit; et secundo miliario a Qua-* [9] *rentena contra Galilaeam*, *aspice*, *mons*[q] *excelsus*, *in quo regi omnium seculorum omnia regna mundi rex omnis superbiae demonstravit et audivit: „Vade sathanas“*[r]. *Sub Quarentena*[s] *est rivulus fontis*, *quem Helyseus de amaro reddidit potabilem. De Ihericho curre*, *et in Iordane lavare. Haec omnia loca devotionem tibi*, *si felix fueris*, *excitabunt.*

Respondit Firri: *Bene michi Iherosolimitanum iter et loca*, *in quibus steterunt pedes Domini*, *descripsisti; describas etiam loca*[s'] *transmarina aliqua*, *ut tui valeam per hoc reminisci*, *et incipias ab*[t] *Hebron*, *scilicet loco*, *a quo omnes egressi sumus.*

Tirri ait: *Revera ab Hebron*[10] *omnes egressi sumus*[u]: *quia plasmator rerum Adam*, *patrem nostrum*, *ibidem plasmavit*[11]. *Ibi etiam quatuor reverendi patres*, *Adam*, *Abraham*, *Ysaac et Iacob sunt sepulti et eorum uxores quatuor*, *Eva*, *Sara*, *Rebecca*, *Lya. Hebron iuxta vallem est lacrimarum*, *ideo sic dictam*, *quia Adam filium suum in ea* 100 *annis luxit. In Ebron est ager*, *cui*[v] *gleba rubea est. Haec effoditur et comeditur*, *et pro medicina carissima emitur; effoditur*, *sed anno finito integra reperitur. Secundo miliario ab Hebron est sepultura Loth. Iuxta Hebron mons Mambre*, *ad cuius radicem est quercus*[12], *secus quam est Abraham* [12]

a) Sichem 2. b) ab 2. d) dispoli 1. e) Reblata *omissum in* 2. f) Iesus *deest* 1. g) Acceldama 2. h) Gihon 2. i) Eutropolis 1. k) ad *deest* 2. k') in *omissum* 1. 2. l) Diapolis 1. m) detecua 1. n) etiam *deest* 2. o) quid 1. p) iterum 2. q) ubi mons 2. r) Sathana 2. s) Quarentela 2. s') alia loca 2. t) ad 2. u) Tirri — sumus *omissa in* 2. v) cuius 2.

materia petenda est. Albertum ipsum negandum est terram sanctam vidisse; id quod vel maxime comprobatur summa eius in distantiis locorum adnotandis inconstantia et negligentia. Ita fit, ut ne de miliaribus quidem ab illo adhibitis constet nobis: aliquoties ad miliare Francogallis vocatum *petite lieue* 11,436 pedum distantias videtur esse mensus. 1) De distantiis locorum terrae sanctae ab urbe Ierusalem cf. Vinc. l. l. c. 64 in. Distantias eorundem locorum in Brocardi descriptione terrae sanctae (Canisii lect. antiquae IV. p. 17) si contuleris cum hisce, fere duo Alberti unum Brocardi miliare aequare animadvertas. 2) Videtur esse Ramleh. 3) Cf. Brocardum l. l. p. 20. 4) Cf. Vinc. c. 65 in. 5) De monte Syon, agro Acheldamach, monte Oliveti cf. Vinc. c. 64 med. 6) De Maria virgine cf. Vinc. l. l. c. 64 fin., deque morte eius ipsum Albertum ad a. D. 52. 7) De Stephano fere eadem vide apud Vinc. l. l. 8) De Modin v. Vinc. l. l. c. 65 med. 9) De Quarentena et rivulo fontis v. Vinc. l. l. cap. 65 fin. et Brocardum l. l. 10) De urbe Hebron cf. Vinc. l. l. c. 59 et Brocardum l. l. p. 20. 11) De Adamo in Ebron formato v. p. 284 lin. 18. 12) Quercum commemorat iam Beda in libello de locis sanctis c. 8. Brocardus l. l. p. 20 negavit esse quercum, cum ipse terebinthum viderit, id quod comprobatur a Robinsonio.

*diu[a] commoratus, hoc testante Iheronimo. Usque ad tempora Theodosii imperatoris sinum suum dilatavit, et adhuc videtur quamvis arida. Qui de ea secum aliquid detulerit, equus eius non infundit.*

1 *Decimo miliario ab Hebron est mare Mortuum[1]. Supra lacum in accubitu Iudaeae est Segor; in exitu Segor uxor Loth mutata[a'] in salis effigiem. Supra ripam maris mortui multum colligitur aluminis. Supra lacum in descensu Arabiae Carnaym[b] est spelunca Moabitarum, in qua Balach adduxit Balaam[2]. Idem mare Iudaeam dividit et Arabiam.*

*Arabia[3] tempore filiorum Israel heremus erat. In Arabia est Helym, locus fontium Moysi et palmarum. In Arabia vallis Moysi, in qua percussit bis silicem, dantem duos rivulos, qui nunc totam irrigant patriam. In Arabia est mons Synai et mons Or, in quo sepultus est Aaron, et mons Abarym[c], in quo Moyses. In Arabia Mons regalis[4], quem Baldewinus, primus rex Francorum in Iherusalem, firmum fecit et subdidit christianis. Arabia iungitur Ydumaeae in confinibus Bostra[d].*

*Ydumaea est terra cum Syria[5], caputque Syriae est Damascus. Ydumaeam et Phoeniciam dividit Lybanus.*

6 *In Phoenicia est Tirus[6], circa cuius fines Christus saepius ambulavit. In Tiro tumulus Origenis. Ante Tirum lapis marmoreus, super quem sedit Iesus, nunc super se habens quandam theculiolam; 8. miliario a Tyro contra orientem supra mare est Sarepta Sydoniae[e]. Ibi habitavit Helyas, ibique suscitavit filium viduae, Ionam scilicet. Sexto miliario a Sarepta est Sydon, de qua Dido. 16. miliario a Sidone civitas est Berithus, in qua Salvatoris ymago, a Iudaeis crucifixa, sanguinem produxit et aquam[7].*

*Damascus est in[f] Syria[8]. Hanc construxit Eliecer[g], servus Abrahae, pater illius terrae Hus, ex qua Iob. Secundo miliario a Damasco locus est[h], in quo Saulo apparuit Dominus. Ad radicem Libani oriuntur Abana et Pharphar[9], fluvii Damasci. Montes Libani et planicies Arthados transcurrit Abana, et magno mari immergitur in finibus illis, in quibus beatus Eustathius[i], uxore sua privatus et filiis desolatus[10]. Pharphar per Syriam tendit in Antiochiam[11],*
12 *labens secus muros eius, et 10. miliario ab Antiochia in portu Solin[12], scilicet portu sancti Symeonis, mediterraneo mari se commendat.*

*Ad radicem Libani est Caesarea Philippi[13]. Ior et Dan, fontes duo, de quibus Iordanis conficitur sub montibus Gelboe, in quo Christus baptizatus est, tertio lapide ab Ihericho. Ior non longe a Caesarea Philippi lacum illius[14] facit ex se, et postea mare Galilaeae, sumens initium inter[k] Betsaida et Capharnaum. Dan contra Galilaeam gentium se obliquans, sub urbe Cedar[15] secus medicabilia balnea spineti plana transiens, Ior copulatur[l]. Iordanis fere ab ortu suo subterraneum ducit gurgitem usque in planitiem, Medan vocatam, quasi medius Dan[m]. Labitur autem in mare Mortuum, et illud transiens cadit in mare Rubrum[16]. 5. miliario a Bethsaida est Corozaim[17], et 5. a Corozaim Cedar, civitas opulenta. Capharnaum in dextro maris sita est. Secundo miliario a Capharnaum descensus montis, in quo Dominus docuit turbas et apostolos; ubi et leprosum curavit. Miliario a descensu illo locus, in quo pavit quinque milia hominum, et idem locus Mensa[18] vocatur. Illi loco subiacet locus, in quo Christus post resurrectionem discipulis apparuit, comedens cum eis; mare scilicet, quod Dominus sicco pede perambulavit, cum circa noctem Petro et Andreae apparuit piscantibus, et in quo Petro mergenti ait: „Modicae fidei, quare dubitasti?“ Ibi etiam alia vice discipulis periclitantibus mare quietum reddidit. In sinistro capite montis concavo est Genesareth, lacus generans aurum.*
19 *Miliario 2.[n] a Genesareth Magdalum, oppidum Mariae[19]. Haec autem regio[o] Galilaea*

a) diu *deest* 2. a') est *addit* 2. b) circa Naym 1. 2. *perperam* est *deest* 1. c) Abanim 2. d) finibus 2. Bostui 1. 2. e) Sidoniorum 2. f) in *omissum* 1. g) Eliezer 2. h) est *deest* 2. i) Eustachius 2. k) in 2. l) copulatus 1. m) Dam 1. n) vero 2. o) est Gal. 2.

1) De mari mortuo eiusque vicinia v. Vinc. l. l. c. 59 fin. 2) Cf. Num. c. 22. 3) Cf. Vinc. l. l. c. 60. 4) Mont royal sive Sobal v. Praef. p. 279. 5) Cf. Vinc. c. 60 med., *cum Syria*, nimirum pertinens ad regnum Damascenum. 6) De Tyro eiusque vicinia cf. Vinc. c. 60 med. 7) V. Brocardum l. l. p. 11. 8) De Damascena urbe eiusque fluviis cf. Vinc. l. l. c. 61. 9) Iidem fluvii commemorantur Regg. II, 5. 12. quos Robinsonius Neuere Forschungen p. 583 definire studuit. 10) De Eustathio cf. Acta SS. d. Iul. 16, quamquam nomen fluvii ibi non occurrit. 11) Haec referenda ad fluv. Orontem, errore satis frequente atque inveterato confusum cum fluv. Pharphar prope Damascum fluente. 12) Portus Sudi; cf. mappam geogr. Wilkens Kreuzzüge vol. VII. 13) Cf. Vinc. c. 61 med. erroribus Alberti non inquinatum. 14) Lacum Merom. 15) Medicabilia balnea prope urbem Tiberiadem fuisse auctor Brocardus l. l. pag. 14. 16) Error Alberti. 17) Cf. Vinc. l. l. c. 62. 18) Cf. Brocardum l. l. p. 13. 19) Mariae Magdalenae nimirum.

*gentium. Secundo miliario a Magdalo est Tiberias, 5. a Tiberiade Betulia civitas, de qua Iudith, 4. a Tiberiade contra meridiem est Dothaym, 12. lapide a Sebaste[1] Ioseph fratres* 1 *suos in pastura gregum reperit. Ibi etiam eum vendiderunt.*

*Audi, ubi etiam ire debes, in Nazareth[2] scilicet, quae distat* 10 *miliaria a Tiberiade. Haec enim est propria civitas Salvatoris, eo quod in ea nutritus sit. In Nazareth Labrus[3], fons ille exiguus, ex quo puer Iesus aquam saepius hauriens matri ministravit. Secundo miliario a Nazareth Sephoris civitas, quae ducit Accaron. De qua Anna, mater Mariae, et Philippus[4] et Nathanael. In illa[5] Iesus aquam convertit in vinum. Miliario a Nazareth contra meridiem locus praecipitii; quia inde volebant praecipitare Iesum. Iesus autem transiens per medium illorum ibat.*

*Quarto miliario a Nazareth mons Tabor[6] contra orientem. In descensu montis Tabor* 6 *dicunt quidam Melchisedech[a] obviasse Abrahae. Secundo miliario a Thabor Naym civitas. Supra Naym mons Endor, ad cuius radicem torrens Cyson.*

*Quinto[7] miliario a Naym Iezrahel civitas, quae et Seboym, de qua Iezabel regina iniquissima. Iuxta Iezrahel campus Mageddo[b], in quo rex Iozias a rege Samariae victus[8], occubuit, deinde[c] in Syon sepultus. Miliario a Iezrahel mons Gelboe. Secundo miliario a Gelboe contra orientem Scythopolis[d] civitas, supra cuius muros suspenderunt caput Sauli[e, 9]. Uno miliario a Iezrahel Geminum[10] oppidum illud, a quo incipit Samaria.*

*Decimo miliario a Gemino Sebaste[f, 11], in qua sepultus fuit beatus Iohannes baptista. Decollatus autem est trans Iordanem iuxta lacum Asphaltidis[g] in castello Macherunte[h, 12], et delatus a discipulis suis in Sebasten, ibique sepultus inter Helysaeum et Abdyam, cuius corpus postea concremasse dicitur apostata Iulianus, in ventum cineres iactitando. Sed caput eius Alexandriae[i] delatum est, et postea Constantinopolin, ad ultimum in Galliam pago Pictavensi. Indicem vero detulit in vallem Maurianam Tecla[k] virgo; et adhuc in magna veneratione custoditur in civitate Mauriana, ubi est sedes cathedralis[13].* 13

*Quarto miliario a Sebaste Neapolis, quae et[l] Sychem[m, 14]. Dimidio miliario a Sychem ab Emor Dina filia Iacob[n] rapta est. In Sychem relata fuerunt ossa Ioseph[o] ex Egypto. Et in Sychem iuxta fontem Ieroboam vitulos aureos fabricavit. Iuxta Sychem est praedium, quod dedit Iacob filio suo Ioseph. Ibi etiam fons Iacob, super quem sedit Iesus, fatigatus ex itinere. Iuxta Sychem therebintus, sub qua abscondit Iacob ydola. Miliario a Sichem Luza[p] civitas, ubi habitavit frequenter Abraham. Ibi etiam Iacob dormiens scalam vidit et titulum erexit. Et sicut supra dictum est,* 20. *miliario a Sychem habes Iherusalem. Engaddi est iuxta mare Mortuum.*

*Octavo miliario a Nazareth contra Carmelum Kara mons[q], ad cuius radicem iuxta fontem Lamech occidit Caym[r, 15]. Tertio miliario a monte Cayn, mons Carmeli, habitatio Heliae et* 15 *Helisaei,* 7. *miliario a Nazareth contra orientem viculus Gergesa[s], in quo Salvator obsessum curavit et porcos in mare praecipitavit.* 16. *miliario a monte Carmeli contra meridiem Caesarea metropolis Palaestinae, ex qua Cornelius, quem Petrus apostolus baptizatum ibidem episcopum consecravit.*

*Iherusalem descripsimus, et circa Iherusalem loca[t] plurima, in quibus steterunt pedes Domini. Transeamus ad alia. Ecce habes, o Firri, topographiam transmarinae regionis, et forte ibis sepulchrum Domini aliquando visitare. Tunc cogita, quod dicitur:*

a) Mechisedech 1. b) Macedo 1. c) demum 2. d) Syropolis 1. e) Saulis 1. f) Sebastea 1. g) Alphaltitim 2. Alphatidis 1. h) Maraconta 1. i) Alexandriam 2. k) Tecta 2. l) est 2. m) Sychen 1. *saepius.* n) Iacobi 2. o) Iosephi 2. p) Liza 1. q) *leg. videtur* Cayn mons *quod infra scriptum, atque habet Brocardus l. l. p.* 14. r) Cain 2. s) Gregessa 1. t) loco 1.

1) Samaria, nunc dicta Sebustisch. 2) De Nazareth cf. Vinc. c. 62 med. 3) Albertus haud peritus Graecae linguae, vel ille, quem hic secutus est, adiectivum λάβρος a Graeco quodam periegeta ad naturam fontis illius significandam adhibitum, pro fontis nomine habuit. 4) Certe Philippus Bethsaida urbe natus. 5) Quod cum in Cana urbe factum sit, hic quaedam periisse consentaneum. 6) De monte Thabor eiusque vicinia cf. Vinc. c. 62 fin. et Brocardum l. l. p. 14. 7) Cf. Vinc. l. l. c. 63. 8) immo a rege Aegypti, v. IV Regg. 23. v. 29 sq., id quod recte retulit Brocardus l. l. pag. 14. 9) Eadem refert Brocardus l. l. 10) Nomen urbis, ut videtur, referendum ad urbem Ginaea (Ienin), quamquam haec in ipsa Samaria sita est: castrum duplex Vinc. 11) De Sebaste cf. Vinc. c. 63 et Brocardum l. l. p. 15. 12) Machaerus ita Iosephus. Quod in oriente maris mortui situm. 13) V. s. p. 337. 14) De Sychem eiusque vicinia cf. Vinc. c. 63 med. 15) Quod suo Marte Geneseos loco explicato, aut traditionem ecclesiasticam secutus statuit Albertus cum Brocardo l. l. p. 14; secundum Vinc. c. 65 med. Lamech Cayn sagittavit.

1 *„Coelum non animum mutant, qui trans mare currunt*[1].“

*Vix aliquos vidi, ymmo nunquam, qui redierint meliores, vel de transmarinis partibus, vel de sanctorum liminibus.* Firri ait: *Unde est hoc propter Deum?* Et Tirri: *Puto ex eo, quod debita devotione nec exeunt, nec redeunt. Deberent enim tali contritione*[a] *proficisci, quali essent de seculo migraturi.*

Et ita Firri et Tyrri recesserunt ab invicem.

A. D. 1152. regnavit Fredericus 86. ab Augusto, filius Friderici ducis, potens sapientia et fortitudine[b]. Et pentecosten Mersburch celebravit, ubi regi Danorum Suenoni regnum confirmavit et Canutum parte regni et possessionibus propriis contentum esse facit[c]. Rex Wirceburch conventum habuit ibique Heinricum ducem et Albertum marchionem discordantes pacificavit et principes expeditionem in Longobardiam iurare fecit. Circa idem tempus Hinricus dux Vicelino episcopo graviter institit, ut ferulam pastoralem ab eo reciperet, quod Bremenses omnino dissuaserunt. Fecit tamen, ne episcopatus periclitaretur[2].

A. D. 1153. Eugenius papa obiit — ab uxore sua coram legatis apostolici separatur. *ex Ann. Magdb. a. D.* 1154.

A. D. 1154. Vicelinus episcopus obiit — Vicelino successit Geroldus, natus de Suevia, capellanus ducis. — Fredericus rex Magdeborch[d] — qui et Adrianus. *ex Helmoldi lib. I. c.* 78 *in. et* 79 *in. et Ann. Magdeb. a. D.* 1155.

A. D. 1155. Proficiscente rege Frederico versus Romam, dux post se vocavit Geroldum Oldenburgensem electum, ut secum Romam iret. Siquidem Hartwicus archiepiscopus ipsum noluit consecrare, quia quasi per ducem et ducissam electus erat. Nam archiepiscopus et dux minus sibi faventes erant ad invicem, quia dux bona episcopalia ad libitum occupans quasi pro cappellano archiepiscopum reputabat. — Veniente itaque Friderico rege — alioquin urbis introitum obserandum. — Rex autem reverenter vocavit dominum Adrianum papam — et factum est ita. — *ex Helmoldi lib. I. c.* 79 *fin.* 80. Sueno rex Danorum — ipsius nepotibus occupatur. *ex Ann. Magdeb. a. D.* 1156.

A. D. 1156. Fridericus imperator Monasterio — Suenonem regem Danorum regno suo restituit.[e] *ex Ann. Magdeb. a. D.* 1157.

A. D. 1157. Fridericus imperator Poloniam hostiliter ingreditur — natale Domini apud Magedeburch celebrat. *ex Ann. Magdeb. a. D.* 1158.

A. D. 1158. Fridericus imperator Franconoford conventum habuit — infinitam hominum multitudinem cum pecoribus suis extinxit. *ex Ann. Magd. a. D.* 1159.

A. D. 1159. Hinricus dux — rebellantibus Mediolanensibus. *ex A. Magd. a. D.* 1160. Adrianus papa obiit — qui dictus est Octavianus[f]. *ex Helmoldi l. I. c.* 90. Adrianus papa et Fridericus imperator (Anglicus probet)[g]
3 inter se compromiserant[h], ut contra Siculum[3] et alios quilibet eorum alterius iniurias propulsaret. Rolandus cancellarius, Mediolanensis genere, Franciam intrans, omnes, quos potuit, imperatori infestos fecit, et Mediolanensium, de quibus ipse ortus fuit[4], contra eum invidiam suscitavit. Ad haec omnia favorem Siculi habuit. Rediens autem, plures cardinalium sibi attraxit, et aliquos Romanorum, qui omnes secum[i] in eadem voluntate persistérunt. Iuraverunt insuper, ut mortuo Adriano papa, de suis unum eligerent, qui cum ipsis in eodem proposito permaneret. Et haec conspiratio in tantum invaluit, ut secta Caeciliana[5] ab aliis vocaretur. Mortuo autem Adriano papa, omnes cardinales conveniunt in Urbe, promittunt voto unanimi, quod nullus in papam sublimetur, nisi communiter ab omnibus eligatur,
6 etiam solo reclamante[6]. Medio tempore illi de secta Caeciliana intendebant, aliis nescientibus, Rolandum cancellarium papam proclamare. Sed secreto ingenio mantum quaerentes, minime invenerunt. Interea Octavianus ab aliis, et deinde[k] ab omnibus nullo reclamante eligitur, et papa Victor ab omnibus proclamatur. Venerunt quidam ad Rolandum cancellarium, dicentes: *Domine, nos sperabamus, quod vestrae personae debuisset papalis dignitas evenisse.* Et ipse respondit: *Ego vester dominus non sum, sed quem inmantuatum videtis, et papam proclamatum, illum pro domino teneatis.* Seditque papa Victor sine omni contradictione in sede apostolica diebus 11. Duodecimo die Rolandus cancellarius cum suis complicibus Siculum adiens, se papam Alexandrum, auxilio Siculi et eorum, quos ipse advocare poterat, fecit sollempniter proclamari, et factum est scisma maximum in ecclesia Dei ad 20 annos. Cum igitur cesar expugnaret Mediolanum — archiepiscopi, episcopi de suis sedibus sunt expulsi. *ex Helmoldi lib. I. c.* 90 *in.*

A. D. 1160. Arnoldus Maguntinus archiepiscopus — qui translatus est in Zwerinensem urbem. *ex Ann. Magdeb.*

A. D. 1161. Gero — a Victore papa suscepit. *ex Ann. Magdeb.*

A. D. 1162. Mediolanum imperatori traditur. *ex Ann. Magdeb.* Floruit tunc temporis Petrus Longobardus, qui fecit librum sententiarum.

A. D. 1163. Imperator tam Rolandum quam Octavianum[l] vocat ad iudicium, curiam
7 indicens Bisunzie[7]. Venit imperator, venit rex Daciae Waldemarus, in cuius comitatu erat

a) cognitione 2. b) et fortitudine *desunt* 2. c) *in margine adduntur in* 1. *haec:* Iste Sueno frater erat Kanuti, quem Magnus occidit, et iste Kanutus filius erat illius Magni; *desunt* 2. d) Mageborch 1. e) Dani notate istud causa Dei! *adscripta in margine* 1. f) Ottonianus 1. g) *verba inclusa desunt* 2. *fortasse* perhibet. h) promiserant 2. i) secum *deest* 2. k) denique 2. l) Octonianum 1.

1) Horat. epist. I, 11, 27. 2) Cf. ad h. a. Helmoldi lib. I. c. 73 in. 3) sc. regem Wilhelmum I. 4) Rolandum constat natum esse Sienae. 5) secta Caeciliana, vel potius Siciliana. 6) V. litteras schismaticorum cardinalium apud Radevicum de rebus gestis Friderici I. lib. II. c. 52. 7) sc. 1162. Aug. 29. Conf. Helmold. lib. I. c. 90. Sax. Grammat. lib. XIV.

dux Borius, quem ipse postea[1] submersit, quia regnum affectavit[a]. **Ibi Waldemarus duo** 1 **regna, Daciae et Sweciae, ab imperatore suscepit. Venit Hardvicus Bremensis archiepiscopus, conquerens ibidem, quod tria regna, Daciae, Sueciae, Norwegiae, se de sua sede abstraxerint violenter, cum iure deberent suam sinodum observare. Venit Reinnoldus Coloniensis, et Absalon Lundensis. Venit tota Gallia, Alemannia, Provincia, Burgundia, Lumbardia cum suis principibus. Exspectatur rex Franciae Lodowicus et Heinricus rex Angliae rexque Hispaniae, sed non veniunt, sollicitati per Rolandum. Solus rex Franciae nocte venit, quia eum venturum Heinricus comes Campaniae iuraverat, et manibus in flumine lotis, statim discessit[2]. Alexandro cum suis non veniente, imperator Victorem in papatu cum rege Daciae confirmavit, qui Treverim veniens Rolandum cum suis excommunicavit. Et Rolandus e contra Octavianum[b].** Imperator — trucidavit. *ex Ann. Magdeb.* Heinricus dux castrum Werle cepit — ut ab ipso suas reciperent dignitates, et fecerunt. *ex Helmoldi lib. I. c.* 87. Postulante autem Geroldo episcopo — cuius est tertia decima. *ex Helmoldi lib. I. c.* 89 *in.* Ibi Rugiani venerunt ad gratiam ducis. *ex Ann. Magdeb.* Albertus marchio — et Flamingis. — Geroldus episcopus — abbas de Reddageshusen. *ex Helmoldi lib. I. c.* 88. *lib. II. c.* 1.

A. D. 1164. Hartwico archiepiscopo — et submersa sunt multa milia hominum et iumentorum. *ex Helmoldi lib. II. c.* 1. S u b m e r s u s e s t e t i a m R i c b e r t u s , a d v o c a t u s S t a d e n s i s. Eodem die — Mikilinburg. — Dux Slaviam — captivum suspendit. *ex Helmoldi lib. II. c.* 2 *in. c.* 4 *in.* Hic est pater Borewini, cui dux postea filiam suam naturalem in matrimonio copulavit, quae ei genuit Heinricum et Nicolaum[3]. Et dux Adol- 3 fum — iste Adolphus erat avus fratris Adolfi et filius comitis Adolfi illius scilicet, cui a Ludero duce, postea imperatore, comitia Holtzaciae est concessa[c] — et Reinnoldum comites Dimin cum exercitu misit, ubi a Slavis per insidias cum pluribus sunt perempti[4]. Reinnoldus Coloniensis electus corpora trium magorum, ut dicitur, de Mediolano Coloniam adduxit. Victor papa imperatoris obiit, cui Widonem Cremensem succedere fecit, qui et Paschalis. Victor apud Lucam sepelitur.

A. D. 1165. Hartwicus Bremensis archiepiscopus dedicavit monasterium beatae Virginis prope Stadium 6. Kal. Oct. Imperator Laudam destruxit, et aliam aedificavit super fluvium Athera[d, 5]. Ubi dum imperator hiemaret[6], et quodam mane super fluvium deambula- 6 ret solo[e] comite, cui nomen Tidericus Friso, quidam vir fortis, stricta indutus camisia, cera et pice linita, prosiliit de latebris, et a tergo imperatorem rapiens et secum in arenam provolvens, in profundum fluminis trahere nitebatur. **Illo trahente, imperatore renitente, Thidericus evaginato gladio latronem fugavit. Qui in aqua saliens nunc sub aquis, nunc super aquas se sequentes contempsit et in altera ripa susceptus, et a suis amplexus, equo celeri est delatus.**

A. D. 1166. Karolus magnus de tumba levatur, et Heinricus, imperatoris filius, Aquisgrani a patre et principibus coronatur. Reinnoldus, Coloniensium electus, invitato imperatore Coloniam, a suffraganeis consecratur, sed ab Alexandro excommunicatur. Ille tunc in Gallia moram fecit, et Turonis consilium[7] congregavit. **Heinricus dux super basem[f]** 7 **leonis effigiem[g] erexit et urbem fossa[h] et vallo circumdedit. Et quia potens et dives erat, contra imperium se erexit, unde imperator eum humiliare proposuit, et ex hoc multae surrexerunt contentiones principum contra ducem. Imperator in Italiam cum exercitu proficiscitur.**

A. D. 1167. Imperatore existente in Italia, Reinoldus Coloniensis archiepiscopus et Christianus Moguntinus electus cum exercitu Romam vadunt, ubi tunc papa Alexander mansit. Romani hortatu Alexandri faciunt impetum in exercitum, et pluribus occisis, super hastas figunt capita occisorum. Reinoldus Coloniensis et Christianus Moguntinus electus proelium instaurant, hostes invadunt. Et in hoc congressu plus quam 6 milia[i] Romanorum ceciderunt. Alexander fugit, urbs vacua permansit. **Pestilentia nimia de cadaveribus exsurrexit et victores, qui in loco victoriae[k] incauti permanserant, strage maxima interemit.**

a) *in marg.* 1. Dani notate. Notate iterum. Hic iterum notate. b) Octanianum 1. c) *verba uncinulis inclusa desunt* 2. d) Ade 2. e) cum solo 2. f) supra basin 2. g) in Brunswic *addit* 2. De leone in Brunswich *in margine* 1. h) fosso 2. i) milia *deest* 1. k) victori 1.

1) postea sc. a. 1172. Cf. de eo supra ad a. 1144. et Historiam gentis Danorum ad a. 1167. 2) Cf. Helmoldum l. l. 90. 3) Borwini sive Heinrici pater fuit Pribizlaus, frater Wertizlavi; huius vero filius Niclotus. V. Arnoldi Lubec. lib. III. cap. 4. 4) Helmold. lib. II. cap. 4. 5) Civitate Lauda (Lodi) a Mediolanensibus destructa, iam a. 1158. nova civitas a Friderico constructa est. Radevic. de gestis Friderici lib. I. cap. 46. Athera videtur esse Adda Romanis Addua dictus. 6) Ad annum 1159. consilium illud contra Friderici vitam initum referendum videtur. Conf. Radevic. l. l. lib. II. c. 36. Annal. Egmond. h. a. 7) Quod iam 1163, Mai. 19. congregatum est.

1 Ibi Reinoldus Coloniensis archiepiscopus interiit[1] et dux Sueviae Fridericus. Ossa Reinoldi Coloniam transportantur. Cui Philippus, decanus eiusdem ecclesiae, subrogatur.

Christianus, comes de Aldenburg, duci Heinrico se opponens, castrum Wege[2] evertit, Bremam intravit; Bremenses eum recipiunt, volentes iugum ducis excutere. Dux collecto exercitu, Bremam adiit. Sed Christianus vada occupans fluminis Gete[3], duci transitum prohibuit virtuose. Ibi uterque sedit exercitus quatuor diebus. Quinta die Christianus quatuor[a] instauravit acies pugnaturus. Dux terga vertit et abiit. Postea cum magno exercitu revertitur, et Christianus se recepit in Aldenburg, nichil timens. In eodem turbine obiit 4 Christianus comes[4]. Et quia milites, sicut ipse rogaverat, mortem eius dissimulabant, ei tamquam vivo cibaria inferentes, exercitus ducis affectus taedio est solutus. Moritur etiam Heinricus, frater Christiani. Hic uxorem duxerat sororem[b] comitis Heinrici de Gelre, de qua genuit Heinricum et Gherardum[5], postea clericum, et filiam, quam duxit Wedekindus de Stumpenhusen[6], filius Geronis. Christianus etiam genuerat de Cunegunda Mauricium et Christianum. Et solus Otto, Bremensis ecclesiae praepositus, de filiis Eilmari remansit, qui factus est tutor pupillorum[7]. Postea Aldenburgenses bello se fodiunt intestino, ita ut, sacerdote missam celebrante, Frisones calicem Domini[c] effunderent et deferrent. Unde eadem urbs in manus Heinrici ducis data est, eamque obtinuit, usque dum ab[d] imperatore humiliaretur.

A. D. 1168. Principes Merseburg[d'] convenerunt adversus ducem iurantes. Sed imperator de Italia rediens, audivit querelas principum contra ducem in Bomeburg[e, 8], et aliquantisper[f] pacem fecit. Adhuc etiam fervente scismate sub Widone Paschali, imperator ultus 9 est mortem Alberti[9] archiepiscopi Moguntini. Canonici duos elegerunt, Conradum de Widelesbach et Christianum, iuvenem strennuum et virilem. Papiae Paschalis praesedit concilio, et Rolandum Alexandrum anatematizavit. Econtra Alexander in Francia Widonem Paschalem. Arnoldus Treverensis episcopus accepit pallium ab utroque. Christianus Moguntinus adhaesit Paschali. Conradus cum Alexandro exulabat, et[g] Albertus Salzeburgensis archiepiscopus[10], licet imperator esset eius avunculus.

Hartwicus Bremensis archiepiscopus obiit octavo Nonas[h] Octobris; et duo sunt electi, Sifridus, Alberti marchionis filius, et Otbertus decanus[11]. Et factus est maximus tumultus in Brema, Gunzelino de Zwerin ex parte ducis insaniente, ita ut Sifridus electus in Aldenburg cum Ottone praeposito se transferret[12]. Alii fugerunt Horborch. Dux Heinricus repudiata sorore ducis Zaringiae Bertoldi, duxit filiam regis Anglorum, relictam regis Franciae, et nuptias Brunswich magnifice celebravit[13].

Imperatore curiam habente in Bavenberg[14], duo electi Bremenses destituti sunt, et de voluntate ducis Baldewinus, Halverstadensis praepositus, est intrusus. Sifridus fit episcopus in Brandenburg[15], Baldewinus licet senex bona ecclesiae duci concessit et suis. Pal-16 lium a Paschali accepit, in scismate est[i] consecratus vel potius execratus[16].

A. D. 1169. Alexander adhuc[k] in Gallia exulabat, et imperator Paschali[16] per Teutoniam collectam fecit.

a) *ita* 1. 2. *Hist. archiep. Brem.* b) sororem *deest* 1. c) Domini *deest* 2. d) ab *deest* 1. d') Mersburg 1. e) Bomeneburg 2. f) aliquandiu 2. g) item 2. h) *leg.* Idus? *seu potius* octava Nonarum; *obiit enim Octob. die* 12. *vid. Hamburg. Urkundenbuch Nr.* 236. *not.* 1; *d. Iun.* 28. *adhuc praesens fuit in curia imperatoris Wirceburgi.* i) est *deest* 2. k) adhuc *deest* 2.

1) 1167, Aug. 14. 2) Weyhe in comitatu Hoya. 3) Gela (Gethe) rivulus in parte orientali Bremae prope villam Hastedt. V. A. v. Wersebe in Neues vaterländ. Archiv 1830. pag. 284, duce charta de 1226. in (Pratje) Bremen et Verden T. IV. p. 18. 4) Conf. Helmold. lib. II. c. 8. 5) Episcopus Osnabrugensis factus 1192, archiepiscopus Bremensis a. 1210. 6) Comitem fuisse apparet ex diplomatis a. 1137 et 1180. Nov. 8. datis (Hamburg. Urkundenbuch): alia adi apud Würdtwein Subsid. dipl. T. VI. p. 340 s. annis 1153—1172. Conferendum praeterea stemma apud Hodenberg Hoyer Urkundenbuch I. 7) Otto ille praepositus Bremensis audit in chartis a. 1158 sqq. Anno 1185. ei successerat Fridericus. Conf. infra ad a. 1204. 8) Bamberg, quod infra *Barenberg*. Sic etiam Helmold. lib. II. c. 11. 9) Erratum in nomine: Arnoldus Moguntinensis archiepiscopus ann. 1160 caesus. 10) Adelbertus III. dux Bohemiae 1168, Nov. 1. successit Conrado II. marchioni Austriae. 11) In chartis a. 1142—1146. dicitur capellanus Adalberonis archiepiscopi Bremensis, 1158—1164 decanus Bremensis, a. 1158—1169. vero praepositus Hamburgensis. Vide Hamburger Urkundenbuch. 12) Cf. Albertum ad a. 1167. et ibi notam. 13) Cf. Helmold. lib. II. cap. 10. 14) 1169. pentecost. De Balduino cf. Annal. Palidens. a. 1169. Hamb. Urkundenbuch N°. 237 not. 1. 15) Brandenburg. sc. anno 1173. vid. Wersebe Niederländ. Colonien T. I. pag. 115. 16) Cum Paschalis ante Hartwicum d. 20. Sept. 1168. obierit, Albertus simili errore, atque Helmoldus II, 10. seductus, Paschalem III. loco Calixti III. nominasse videtur.

A. D. 1170. Imperator curiam apud Goslariam habuit[1]. Albertus marchio obiit. Castrum Horburch destruitur.

A. D. 1171. Thomas Cantuariensis archiepiscopus a militibus Heinrici regis Angliae occiditur in templo[2]. Sarraceni de Africa[a] cum mille 230 navibus Galeciam[b] intraverunt, et demersis navibus, fecerunt regem, imponentes eum asello, et ipsi pedites sequebantur, occupantes terram quasi locustae. Hii per septem menses mira et nefanda fecerunt opera. Sed rex Hispaniae nocte incautos et ebrios obtruncavit[3]. Heinricus dux filiam suam Daciae regi desponsavit, qui heredem ex ea non habuit[4].

A. D. 1172. Christianus Mogontinus archiepiscopus, imperialis aulae cancellarius et sedis apostolicae legatus, cum Brabantinis per Longobardiam[c] et Tusciam omnia depopulans, Bononienses[c*] invasit, et in equo residens, indutus thorace, et desuper tunica iacintina, habens in capite galeam deauratam, et in manibus clavam trinodem, ipse in eodem proelio dicitur stravisse novem homines propria manu. Vidit Heinricus scolasticus Bremensis[5], qui tunc 35 annorum, notarius fuerat eiusdem Christiani, eundem archiepiscopum 28[d] melioribus terrae dentes cum petra[e] manu propria excussisse. Fugiunt Bononienses, archiepiscopus civitatem obsidet[f], exercitus Bononiensibus insultat. Papa Paschalis strennuitatem viri amplectens, sic ei scribere solebat: *Paschalis episcopus, servus servorum Dei, christianissimo Christiano, sedis apostolicae legato, imperialis aulae cancellario et Romanae ecclesiae filio fidelissimo, salutem et a. b.*[g] Die sequenti post victoriam archiepiscopus, indutus pontificalibus, magnam fecit sollempnitatem ob memoriam victoriae, et ipse assistens arae, quae est extra muros Bononiae, ubi quidam episcopus Aquilegiae aedificavit praeclarum palatium de marmore et templum honorabile marmoreum, celebravit sollempniter divina. Astabant ad sollempnia 300 milites, omnes monachi apostatae, et fere tot moniales eiusdem sectae[h], et praeclare cantabant: *Gaudeamus omnes* in D. F. C. in honore Thebeorum[i] martirum. Epistola: *Sancti per fidem.* Gratia: *Gloriosus Deus.* Versus: *Dextera tua, Domine.* Alleluia: *Vox exultationis.* Sequentia: *Agone.* Ewangelium: *Cum audieritis proelia* etc. Post: *Ite missa est.* Archiepiscopus et sui acceptis obsidibus et infinita pecunia, cum multa praeda ivit Anconam, obsidens illam fere per biennium. Heinricus dux per Graeciam ivit Ierosolimam, rediens ipso anno.

A. D. 1173. Christianus archiepiscopus licet Teutonicus, scilicet Thuringus, disertus extitit[k] et facundus, vir largus et illustris, utens lingua Latina, Romana, Gallica, Graeca, Apulica, Lombardica, Brabantina[l], uti lingua materna. Nulla civitas, nulla urbs ei resistere audebat. Heinricus praedictus scolasticus retulit, se veraciter audivisse, quod asini[m] sui exercitus maiores haberent expensas quam omnis familia imperatoris, quae tamen opulentissima videbatur. Clerici et feminae exercitus eius duo castra munitissima ceperunt. Iste Christianus Anconam tunc obsessam fame sic affecerat, ut calceorum et scutorum coria devorarent. Subiugavit etiam Ferrariam et Ravennam. Castrum Plone de stagno translatum est in montem episcopi. Terra circa Bremam arsit graviter in aestate fervida fere per mensem, et per se cessavit. Equus locutus est sessori[n] suo dicenti: „Bibe, diabole!" *Invitum me poteris ad aquam minare*[6], *sed invitum non poteris adaquare.*

A. D. 1175. Christianus archiepiscopus Anconam destruxit[7], et naves piraticas 300 suo usui deputavit. Eodem tempore Veneti cum imperatore discordabant. Est autem Venetia civitas in mari Adriatico, insula quidem non natura, sed arte facta et sic inchoata. Rex Attila Aquileiam obsidens, inhabitatores eius fugavit, qui ad locum, ubi nunc est Venetia, venientes, ibidem insulam congesserunt et eam a venalitate vel venatione Venetiam vocarunt[8]. Habitaverant ibi duo concives a principio, unus dives, alter pauper. Dives ivit mercatum, et requisivit a socio mercimonium. *Non habeo,* pauper ait, *praeter duos catos.* Hos dives secum assumpsit; et casu in terram venit, ubi mures totum fere locum vastaverant.

a) Asia 1. b) Galaciam 1. c) Lombardiam 2. c*) Bononiensis 1. d) XXXVIII. 2. e) pertica 2. f) obsidibus 1. g) a. b. *sc.* apostolicam benedictionem, *desunt* 2. h) secte *deest* 1. i) Theborum 1. k) discretus existit 1. 2. l) Brabantica 2. m) et meretrices *add. Hist. archiepiscop. Brem.* n) cessori 1.

1) De curia apud Fuldam v. Godefrid. monach. h. a. 2) Quod contigit 1170. Dec. 29. V. Arnold. Lub. lib. I. c. 14. 3) Aliter Schäfer Geschichte von Portugal T. I. p. 89 sq. 4) Cf. Helmold. lib. II. c. ult. Godefrid. monach. a. 1172. 5) V. s. p. 280. 6) *minare,* minitando ad aquam perducere 7) Immo obsidio Anconae soluta est 1164. mens. Oct. 8) De nomine Venetiae eadem habet Paul. Diacon. Gest. Langobard. lib. II. c. 14.

Vendidit catos pro magna pecunia, et suo socio per mercatum plurima comparans repor-
1 tavit[1].

A. D. 1176. Wido Paschalis obiit, cui successit in scismate abbas Strumensis, Iohannes Calixtus[2]. Sed Romani timentes Christianum archiepiscopum, non receperunt eum, sed nec Alexandrum. Novum monasterium[3] exuritur[a].

A. D. 1177. Imperator scisma fastidiens de pace cogitavit. Nam Alexandro iam regna omnia consenserunt[b] Solus Christianus pavit Calixtum in valle Spoletana. Circa idem tempus imperator Mediolanensibus offensus, principes in auxilium vocavit, et praecipue Heinricum ducem. Qui cum ei difficilis esset, ad pedes eius procidit, quem dux levare contempsit. Sed imperatrix eum levavit, dicens: *Surge, mi domine, memor esto casus huius, et memor sit Deus.* Obiit Alwardus abbas Stadensis, et de voluntate ducis quidam simplicissimus homo Rosenvelde enutritus, Godescalcus prior, praefuit ecclesiae tribus annis. Sed fortuna ducis a tempore, quo imperatorem levare contempsit, labefactari coepit.

3 A. D. 1178. Obiit Baldewinus archiepiscopus Bremensis, cum ipsa die esset depositionis suae litteras accepturus, et magister Bertoldus eligitur, solo Ottone praeposito appellante. Evermodus episcopus Raceburgensis obiit, cui successit Isfridus[c] praepositus Iericotinus[4]. Heinricus dux et Albertus palatinus episcopatum Halverstat et civitatem
5 et ecclesiam sancti Stephani, plenam clericis, matronis et infantibus, incenderunt[5].

A. D. 1179. Celeberrimum concilium congregatum est Lateranis ab Alexandro papa, 20. pontificatus sui anno: cessitque a scismate Iohannes Calixtus, et factus est episcopus Beneventinus[c*]. Archiepiscopi pallia accepta a scismaticis abiecerunt; Christianus[d] Moguntinus et Philippus Coloniensis per manum Iacinti cardinalis receperunt nova pallia, refutantes omnem heresim et scisma, praecipue Octaviani, Widonis et Iohannis, sic dicente quolibet: *Ego N. anathematizo et refuto omnem heresim, extollentem se adversus sanctam Romanam ecclesiam catholicam, praecipue vero scisma Octaviani, Widonis et Iohannis, et ordinationes eorum irritas iudico, et eis contradico; et modo et in antea me obediturum iuro, et promitto fidelitatem sanctae Romanae ecclesiae et domino meo Alexandro et successoribus eius iuste intrantibus ipsique serviam absque omni malo ingenio contra omnem hominem secundum voluntatem et[e] ordinem meum. Consilia eius, quae[f] michi scripto certo mandaverit, vel ipse commiserit, nulli hominum prodam, nec etiam pro periculo corporis aut membrorum. Legatum ecclesiae Romanae honorabo, et ducam et reducam et iuvabo expensis. Sic me Deus adiuvet, et haec sancta ewangelia.* His verbis dabantur pallia: *In nomine Patris et Filii et Spiritus sancti, et in honore Dei genitricis Mariae et sanctorum apostolorum Petri et Pauli, et sanctae ecclesiae Romanae, et domini Alexandri papae, tradimus tibi pallium sumptum de beatissimo corpore Petri apostoli[g], ut eo utaris in confectione sacramentorum et corporis et sanguinis Domini, et consecratione ecclesiarum et crismatis, et ordinatione clericorum, et celebratione synodorum, secundum ecclesiae tuae consuetudinem. Amen.* In eodem concilio Bertoldus, Bremensis electus, petivit consecrationem, certissimus ordinari. Sed pridie sederat in concilio inter episcopos infulatus[h], cum tamen non esset presbiter. Unde magnam contraxit invidiam. Et magister Gherardus sic pro eo[i] allegabat: *Domine pater, ecce Bremensis ecclesia concordi et unanimi voto offert tibi sponsum suum magistrum Bertoldum, virum utique[k] dignum et moribus approbatum, scientia decoratum, liberalibus artibus instructum, utriusque testamenti pagina eruditum, decretorum legumque industria peritum virum, ut apparet, personatum canonice, et sine omni contradictione electum; petitque accipere hodie a te gradum sacerdotii et cras episcopalem benedictionem.* Papa breviter: *Credimus tibi bene, magister, sed dictum est, manum nemini cito imposueris. Et[l] loquemur cum fratribus nostris, audiemus etiam diligentius modum electionis.* Examinantur Bremenses per duos cardinales, Reinnerium[m] Papiensem et Iohannem Neapolitanum[n], et inventi sunt discordare. Papa in consistorio suo sententiatus

1 Tim. 5, 22.

a) *haec sententia margini codicis* 1 *adscripta deest* 2. b) conseuserant 2. c) Iffridus 1. c*) Beneventanus 2. d) Albertus 1. e) voluntatem et *deest* 2. f) Consilio eius qui 1. g) et Pauli 1. h) inflatus 2. i) pro eo *desunt* 1. k) undique 2. l) Et *deest* 2. m) Reinerum 2. n) Neopolitanum 1.

1) Quisnam hic non meminerit ea, quae de Whittington, celeberrimo civium Londinensium maiore, tradita sunt? 2) Neumünster in Holsatia; cf. s. anno 1125. 3) Paschalis III. iam obierat 1168. Sept. 20, cuius successor Calixtus III. statim electus est. 4) V. Arnold. lib. II, 7. Evermodus obiit 16. vel 17. Febr. Iericho, praepositura Magdeburgensis, cuius initia fovit Hartwicus praepositus Bremensis; v. Hamb. Urkundenbuch p. 163. 5) quod factum est demum a. 1179. Sept. 23; v. etiam Arnoldum lib. II. c. 14.

est: *Fratres, vidi electum vestrum, placet persona, placet scientia*[a], *placet eloquentia, placent et*[b] *quantum novimus, mores; verum electionis modus displicet, praesertim quia*[c] *est infra sacros ordines, non dico subdiaconum, sed acolitum*[d], *electus, quo gradu, secundum rigorem iuris, licet contrahere matrimonium, quod canonicis obviat institutis. Audimus etiam super haec appellationem factam, quam coactus est resignare appellator. Insuper denuo se fecit eligi, et secunda electio cassavit primam. Praeterea electus vester ante sacros ordines suscepit regalia de manu imperatoris. Haec non admittunt dispensationem de facili, et alia, quae praeterimus. Inde est, quod electionem vestram infirmamus et irritam iudicamus.* Data sententia, volenti loqui deposito non est data audientia, sed hostiarii clamabant: *Levate, andate, andate, andate*[e. 1]. 1

Eodem tempore Manuel Graecorum imperator, bellum contra soldanum habuit, de quo imperatori scripsit, salutatione sic posita: *Manuel in Christo Deo fidelis imperator, porphirogenitus*[f], *divinitus*[g] *coronatus, regnator, potens, excelsus et semper augustus et Romanorum moderator magnificus, nobilissimo et gloriosissimo regi Alemanniae et imperatori et*[g*] *dilecto fratri, imperii nostri salutem et fraterni amoris affectum.* Et in fine epistolae sic: *Sultanus imperio nostro se dedit*[h] *et missis legatis misericordiam postulavit, fecitque imperio nostro ominium*[i], *et iuramento pollicitus est servire nobis contra omnem hominem cum exercitu suo, ita ut sit amicorum nostrorum amicus et inimicorum inimicus.* Hanc epistolam imperator suscepit scriptam aureis litteris. Sed prius legationem sultani acceperat, contraria nunciantis. Venerunt quoque imperatori cum eisdem litteris munera preciosa. Inter quae fuit cantarus smaragdineus, capiens sextarium balsami pistici et plurimae gemmae preciosae. Imperator non bene confisus Constantinopolitano, et aegre ferens nomen eius suo[k] praepositum, maxime cum moliretur contra imperium Romanum et plures Romanorum corrupisset, indignabatur etiam, quod ipse se vocaverat moderatorem Romanorum. Rescripsit tamen: *Fridericus, divina favente clementia inclitus triumphator, Romanorum imperator a Deo coronatus, sublimis, in Christo fidelis, magnus, pacificus, gloriosus caesar, Graecorum moderator, et semper augustus, nobili et illustri regi Graecorum et imperatori, Manueli, dilecto fratri suo, salutem et fraternae dilectionis affectum.* Et inter cetera sic: *Sicut ille Rex regum, a quo omnis potestas, Romanum imperium caput*[l] *totius orbis constituit, ita etiam sedem Romanae ecclesiae omnium ecclesiarum unicam matrem, dominam magistramque ordinavit, quod utique duorum gladiorum numero praefiguravit, quos quidem sufficere perhibuit*[m] *ipse auctor fidei christianae. Quapropter tuam prudentiam commonemus, quatenus nobis et Romano imperio honorem debitum recognoscas, et summo pontifici, quem nomine tenus sanctum appellas, debitam obedientiam exhibeas et honorem.* Remisit autem imperator nuncios multis muneribus honoratos[m*].

In supradicto concilio Lateranensi erant a papa consecrati duo episcopi Anglici et duo Scoti, unus solo equo venerat, alter pedes cum solo pedite. Erat ibi episcopus Hibernensis[n], qui Heinrico scholastico Bremensi retulit, se non habere alios reditus, praeter tres vaccas lactantes, quas in defectu lactis parochiani sui per alias innovabant. Sifridus, Brandenburgensis episcopus, in sedem Bremensem eligitur, filius Alberti marchionis.

A. D. 1180. Imperator Werceburch curiam habens in natali[o] Domini, Heinrico duci abiudicavit omne feodum[p] quod ab imperio tenuit, vel archiepiscopis vel episcopis. Bernardus comes de Anehalt[q] suscepit ducatum Saxoniae, et Philippus Coloniae[r] ducatum Westphaliae. Media quadragesima imperator in Geilehusen[s] electionem Sifridi Bremensis confirmavit. Circa ad vincula[t] Petri milites ducis cum comite Gunzelino contra Westphalos pugnaverunt in campo Halreveld, ubi Simon comes[2] captus est. 2

A. D. 1181. Imperator Lubeke veniens, eam in deditionem accepit. Heinricus dux se cum filiis suis in potestatem imperatoris tradidit et fines imperii abiuravit.

a) sententia 2. b) placet etiam 2. c) quia *deest* 1. d) subdiaconatum, sed acolythatum 2. e) audate, audate, audate 2. f) porphyriogenitus 1. g) divitus 1. g*) ac 1. h) dedidit 2. i) hominium 2. k) suo *deest* 2. l) capit 1. m) prohibuit 2. m*) honoratos 1. n) Hybernicus 2. o) natale 1. p) feodum 2. q) Anehold 2. r) Colonien. 2. s) Geilechusen 1. t) vinculam 1.

1) Voces Italicae, per mimosin adhibitae. — Bertoldus postea ab imperatore accepit episcopatum Metensem, quem nomine Bertram tenuit et administravit. V. Hamburg. Urkundenbuch p. 231 not. 3.

2) Simon comes de Tekeneburg. Cf. Arnold. lib. II. c. 13. ubi dicit, haud procul ab Osnabrück pugnatum esse. Halreveld igitur fortasse campus prope Halle in comitatu Ravensberg.

A. D. 1182. Puer Franciscus natus[a] est in civitate Assisii, patre Petro de Bernar-
1 done[1]. Alexander papa obiit[2]. Hinricus dux Angliam intravit.

A. D. 1183. Alexandro papae successit Lucius, Hostiensis episcopus. Hic dissensum habuit cum Romanis, quia conati sunt destruere oppidum Tusculanum. Romani enim 26 Tusculanorum milites coecaverunt et, capitibus eorum coronis de pergamenis impositis, singulis singula cardinalium nomina cum obprobriis inscripserunt, et quilibet manum alterius tenebat et, qui praeibat[b], unum oculum habebat, ut reliquos duceret, in cuius corona scriptum erat: *Lucius nequam simoniacus*, et aliae blasphemiae. Papa autem mansit Anagniae.

3 Eodem tempore quidam Bremensium, scilicet Thidericus decanus, Hartwicus custos[3], et Seghebodo Sancti Pauli abbas, Hermannus praepositus de Bucken et Eilo praepositus Sancti Willehadi et alii, quos archiepiscopus sublimaverat honoribus, conspiraverunt contra ipsum, mittentes ad curiam Romanam Heinricum canonicum, dictum Dobelsten[c], eo quod aleator esset. Hic ubi erat incognitus, in se scivit fingere nequissimam sanctitatem. Sed Hinricus scolasticus Bremensis ei in curia restitit et sufficienter archiepiscopum excusavit, videlicet quod varium non ferret, nisi cum, suis vestibus alicui[d] erogatis, mantellum clerici aut militis induisset, et quod in deauratis falleris[e] non incederet, nisi equo suo dato equum servi aut militis ascendisset. Et idem Heinricus multas frivolas alias obiectiones elisit. Imperatore habente curiam Erfordiae, in palatio, sub quo erat cloaca, fractis trabibus[f] submersi sunt in cloaca octo principes et multi nobiles et plus quam 100 milites, nullo episcopo vel clerico quicquam passo. Imperator fenestram rapiens vix
4 evasit[4]. Quidam comes, scilicet Heinricus de Swarzenborch potens[g], ibi profundius corruit, qui semper sic iuravit: *Si haec fecero vel dixero, submergar in latrina*[h].

A. D. 1184. Imperator celeberrimam habuit curiam Moguntiae. Ibi rex Heinricus, filius eius, miles factus est in maxima gloria et honore. Ibi confirmatum est matrimonium Constantiae cum filio imperatoris. Fuit autem filia regis Ciciliae, Calabriae et Apuliae Rogeri[i], soror regis Willehelmi, qui duxerat sororem regis Angliae, sed prolem ex ea non habuit. Fuit autem Constantia iam sexagenaria, sed rex Heinricus adolescentulus; pactumque est, ut, si post fratrem viveret, regnum Constantia possideret[k]. Lucius papa desiderabat coronare et consecrare Heinricum filium imperatoris, sed est a quibusdam impeditus cardinalibus. Deinde ivit Veronam. Frondonensis[l, 5] episcopus, Sueciae regionis, Iohannes Bremam veniens, fecit obedientiam Sifrido archiepiscopo[m]. Obiit Sifridus archiepiscopus Bremensis[6]. Sederat autem in Brandenburg annis 15.[7] Papa Lucius et imperator magnam habuerunt[n] curiam in Verona. Venit nuncius Saladini ibidem, qui se in littera sua Saladinum, felicem Ioseph Egipti et dominatorem Damasci nominavit et principem Babilonis, minatus se velle repetere Iherusalem, quam sibi asseruit iure hereditario provenire de Sara. Et in fine litterae subiunxit: *Sic me adiuvet propheta meus Machometus*. Super hoc nuncio est tota curia contristata. Sifrido archiepiscopo successit Hartwicus, cui
8 imperator contulit regalia[8], consecrationem Lucius papa.

a) catus 2. b) pr. manum alterius 1. c) Dobelstein 2. d) alacri 1. e) phaleris 2. f) turbibus *s.* curbibus 1. g) potens *deest* 1. h) lacerua *sive* laterna 1. i) Rogerii 2. k) obtineret 2. l) *l.* Gronlondensis. m) *in margine* 1. *adscriptum est:* Dani notate. n) habuerant 2. o) curiam *deest* 1.

1) rectius Pietro Bernardone. 2) Alexander obiit 1181. Aug. 30. 3) Hist. archiep. Brem. hic addit: *postea archiepiscopus;* male, cum in charta Hartwici archiepiscopi a. 1185. data adhuc inter testes occurrat Hartwicus custos. V. Hamb. Urkundenbuch. 4) Idem hoc anno factum esse, refert Godefridus Coloniensis ad a. 1184, cf. etiam s. p. 327 lin. 4. 5) Hic pro *Frondonense episcopo* neque *Throndoniensem archiepiscopum* neque *Farroniensem episcopum* esse substituendum, inde apparet, quod Dronthelmiensem episcopatum a. 1174. Augustinus, 1194. Ericus (v. Thorkelin diplomat. Arna-Magn. T. II. p. 8 et 11) Farroniensem a. 1162. Rons atque post eum Sueno a. 1212. defunctus (v. Ann. Island. regios apud Langebek T. III.) tenuit. Neque de Upsalensi Iohanne cogitandum, 1185 electo et 1186 Lundii consecrato, hoc ipso tempore enim Bremensi episcopo »subtraxisse obedientiam episcopos per Datiam, Suethiam et Norweiam constitutos,« novimus ex dipl. h. a. dato d. Maii 4 (Hamb. Urkundenbuch). Quare una proposita a nobis emendatio probanda erit. Iohannem enim, cui successit Iohannes, episcopatum Gronlondensem tenuisse novimus (Langebek l. l.) inde ab a. 1150—1187, neque abhorret a verisimilitate, tale hoc tempore inter Gronlondensem episcopum et archiepiscopum Bremensem fuisse vinculum, ut Iohannes Sifrido Bremis obedientiam fecerit. 6) Obiit Oct. 24. 1184. 7) Hunc numerum falsum esse, v. ad 1168. Error inde ortus, quod Sifridus 15. fuit episcoporum Brandenburgensium. 8) Hartwicus electus est a. 1185. Ian. 25, regalia accepit Febr. 22. teste Rynesberch; cf. Geschichtsquellen des Erzstiftes u. d. Stadt Bremen p. 66.

A. D. 1185. Lucius papa obiit Veronae[1], cuius epitaphium est: 1

*Luca dedit lucem Luci tibi, pontificatum*
*Hostia, papatum Roma, Verona mori.*

Beatrix imperatrix obiit, mater Heinrici imperatoris et Conradi Suevi et Friderici ducis Sueviae et Ottonis sine terra et Philippi, tunc scolaris parvi. Lucio papae successit Otbertus Mediolanensis archiepiscopus, dictus Urbanus.

A. D. 1186. Urbanus papa obiit[2]. Cui successit Albertus Apulus, curiae cancellarius, qui et Gregorius. Eodem anno interpositum[a] est Cisterciensis ordinis[b] coenobium Reynevelde iuxta fontem Cusmer[c, 3]. Urbano[d] isti venit nuncius verus, dicens, captam Iherusalem, et papa dolore obiit. Perdita est autem terra sancta ideo, quia regina amavit quendam Widonem de Limoche[4], conducticium militem, et fecit eum regem. Unde indignatus 4 comes de Tripoli, qui regnum affectabat, et alii principes terrae sanctae, remissius se egerunt et cum Saladino concilium habuerunt. Iste Saladinus pauperis sutoris erat filius, et taliter exaltatus. Sanguin rex habuit filium Norendinum. Huius servus empticius erat Saladinus, quem pro prudentia fecit villicum. Postea, amabilis[e] reginae factus, inpotionavit[f] Norendinum et possedit et uxorem et regnum. Postea interfecit patriarcham Babiloniae, et factus est princeps Babiloniae, Ethiopiae, totius Egipti, Damasci et Baldac, hoc est Mekae, ubi sepultus est Machometh, deus gentilium, quem porci dilaniaverunt.

A. D. 1187. Gregorio successit Paulus, Praenestinus episcopus, qui et Clemens[5].

A. D. 1188. Saladinus cum 700 milibus[g] pugnatorum venit iuxta Libanum. Christiani cum 5 milibus congregati sunt iuxta mare Galileae cum cruce Salvatoris. Saladinus autem circumdedit christianos, et continuo comes de Tripoli et Reimundus iuvenis ascensis equis abierunt[6]. Christiani capti sunt et vulnerati, et crux Domini asportata est Damascum. 6 Saladinus cepit omnes civitates christianorum. Captus est rex et patriarcha Iherusalem. Saladinus ascendit Iherosolimis et cepit eam; et fixit papilionem suam in monte oliveti[7]. Sepulchrum Domini redemerunt[h] Suriani 40 milibus aureorum quolibet anno. Sed papa Clemens prohibuit, ne quis Iherusalem orandi causa iret; et[i] christiani ibi venientes obprobriis sunt afflicti. Eodem anno abbas Ioachim[8] sic de antichristo prophetavit: *Cum fuerint expleti* 1260 *anni, nascetur antichristus.* Et hic pro sanctissimo habebatur.

A. D. 1189. Imperator curiam habens Moguntiae[9], se crucis caractere[k] insignivit, et cum eo filius eius, dux Sueviae, Fridericus et multi archiepiscopi et episcopi, dux Boemiae, dux Austriae et multi nobiles et magnates, ita ut computarentur in exercitu imperatoris 600 milia armatorum[l]. Crucis vero[m] legatus a papa Clemente missus est[n] Hinricus cardinalis, episcopus Albanensis[n*]. Imperator circumduxit exercitum per Ungariam et Graeciam. Bardewich a duce destruitur, Simonis et Iudae die. Oct. 20. Conradus de Monferra, factus princeps in Thiro[o], contra Saladinum viriliter proeliatur.

A. D. 1190. Bremenses[p] et navalis exercitus per mare se moverunt[10]. Obiit Willehel- 10 mus[11], rex Ceciliae[q]. Commiserat autem Thancrado regalem pecuniam et palatium. Ipse autem sibi imposuit diadema, quamvis Willehelmus regnum sorori Constantiae delegaverit[r].

A. D. 1191. Fridericus imperator in peregrinatione vitam[s] finivit, anno regni sui 39. submersus in flumine Saleph[t, 12], et tunc dicitur exclamasse: *Benedictus crucifixus Dei filius, quod aqua me suscipit, quae me regeneravit, et me martirem faciat, quae me fecit christianum!* Et sic exspiravit. Fridericus, dux Sueviae[u], circumducens exercitum Anthiochiae, dignas ibi patri exequias celebravit. Clemens papa obiit[13], cui successit Iacintus, qui et Celestinus, 13 in[v] vigilia paschae consecratus. Apr. 13.

a) inchoatum 2. b) Cist. ord. *desunt* 1. c) Renevelde, *omissis verbis* i. f. C. 1. *Annal. Hamburg. habent* Cuserin. d) *deest* 1. e) abilis 1. f) inpotinavit 1. g) milibus *deest in* 1. *ut saepius*. h) redimerunt 1. i) quia 2. k) charctere 2. l) pugnatorum 2. m) autem 2. n) erat 2. n*) Albanem 1. o) Tyro 2. p) Bremensis 1. q) Siciliae 2. r) declaraverit 1. s) vitam suam 2. t) Tessalie 1. u) Bawarie 1. v) in *deest* 1.

1) Lucius III obiit 1185. Nov. 25. 2) Urbanus III obiit 1187. d. Octob. 20. 3) Rivulus, iuxta quem villa Rheinfelden sita est, hodie dicitur: *die Heilsaue.* 4) Sic noster appellat Widonem de Liziniaco seu Lusignan. 5) Gregorius VIII obiit 1187. Decemb. 15, post quem sedes vacavit 20 diebus. 6) Proelium prope Hittin 1187. Iul. 5. 7) 1187. Oct. 2. 8) Cf. Vinc. Bellov. l. l. XXIX, 40. Abbatis Ioachimi doctrina in quarto concilio Lateranensi damnata est, ipse absolutus. Quem summi fecit Dante Paradiso XII, 140. 9) 1188. Mart. 27. v. Ansbertum, Godefrid. monach., Otton de S. Blasio c. 31. 10) 1189. v. Wilken Gesch. d. Kreuzzüge T. IV. pag. 260. 11) Wilhelmus II obierat 1189. Kal. Novbr. 12) sc. 1190. Iun. 10. 13) scil. 1191. Mart. 25.

A. D. 1192. Heinricus, filius imperatoris Friderici, 86. ab Augusto, die paschae a Cele-
1 stino cum Constantia[1] coronatur[2]. Imperator cum imperatrice intravit Apuliam, habens secum Conradum, Moguntinum archiepiscopum — nam Christianus obierat[3] — et Philippum Coloniensem. Invaluit autem maxima pestilentia in exercitu, in qua obiit Philippus Coloniensis[4], cui successit Bruno, iam decrepitus. Imperator quoque est graviter infirmatus, et in Sorellam delatus, ita ut diceretur mortuus. Theutonici de rege alio iam tractabant et maxime dux Heinricus, cuius filius Heinricus iam conspiraverat[a] cum Thancrado, qui[b] nuper reversus, per Graeciam, Ungariam et Boemiam redierat in specie monoculi servientis[c], emplastro super alium oculum[d] posito. Christianus, comes de Aldenburg, de terra promissionis reversus, consilio fratris Mauricii dormiens in vili horreo cultris est occisus. Interfectores examinati iudicio 12 vomerum, rotae supplicio sunt afflicti. Imperator convalescens contra Thancradum misit exercitum, et ipse moram fecit circa Renum. Donaverat autem Romanis oppidum Tusculanum, quod ipsi funditus everterunt.

A. D. 1192.[e] Rex Franciae, rex Angliae Richardus et Conradus marchio liberaverunt
5 Akkaron a Sarracenis[5]. Sed Richardus rex Angliae graviter notatus est super accepta pecunia a Saladini filiis pro traditione Conradi marchionis[f] et aliorum principum. Conculcavit etiam tentoria regis Franciae et ducis Austriae, ubi[g] seditionem commoveret, quia recedere proponebat. Erat autem pecunia pro traditione accepta 12 somariorum. Woldemarus[h] Sleswicensis episcopus regnum Daciae sibi voluit[i] usurpare, quem rex capiens vinculavit[6].

A. D. 1193. Richardus rex Anglorum cum pecunia repatriavit, sed naufragium passus pecuniam perdidit et vix evasit. Venit in Austriam, et captus est ab hominibus ducis in civitate Wen, ad ignem sedens et gallinam assans[7]. Traditus est imperatori Heinrico[8], sed ipse e pecunia redemit[9]. Albertus Leodiensis episcopus consilio, ut dicitur, imperatoris est a sicariis interfectus[10].

A. D. 1194. Mortuo Saladino[11], filii eius Sanguin et Norendin in pace Iherusalem possederunt. Richardus rex Angliae persolvit[k] imperatori 150 milia librarum argenti. Bal-
12 dewinus episcopus Traiectensis fugatus est in Trent[12], ante Cosvelt[l] pluribus interfectis. Heinricus, filius ducis Heinrici, duxit filiam Agnetem palatini Conradi de Reno. Brunoni Coloniensi successit Adolfus[13]. Obiit Thancradus rex Apuliae, relicto filio parvulo[14]. Bremenses canonici a burgensibus multa incommoda pertulerunt propter Hartwicum archiepiscopum, tunc iterum[m] receptum[15].

A. D. 1195. Natus est imperatori Heinrico filius in valle Spoletana, in civitate Asis, nocte quae praecedit dormitionem Iohannis ewangelistae[16], et[n] 15 episcopis et cardinalibus praesentibus est[o] baptizatus dictusque est[p] Fridericus. Imperator cepit Salernam[17]. Cepit etiam Margaretam, potentissimum piratarum qui ipsum dolo voluit occidere. Captum autem excoecavit[q]. Captus etiam est filius Thancradi regis, et mater eius vidua et eius filia. Capta est etiam Isaac regis Constantinopolitani filia[r], Thancradi filio desponsata nomine Cecilia[18], quam postea duxit Philippus Romanorum rex. Heinricus dux obiit, dimissis post se filiis Ottone, Heinrico et Willehelmo. Imperator se crucis karactere insignivit, et christianorum plurima multitudo. Bertoldus quidam ordinis grisei consecratus est episcopus ab Hartwico archiepiscopo, et missus in Livoniam. Baldewinus Traiectensis episcopus obiit[19], et duo electi sunt, et in via Romana mortui[20]. Electus est autem Thidericus
21 Xantensis praepositus[21].

A. D. 1196. Dictum est[s] imperatori, quod imperatrix misisset clenodia cuidam Iordano de Sicilia[t], et receperit clariora. Hic gloriabatur, se futurum regem, et ducturum Constantiam.

a) iam consp. Heinricus 1. b) *delendum* qui. c) utentis 2. d) olim 2. e) *in utroque codice hic numerus iteratur.* f) pecunia pro trad. Conr. a Sal. fil. march. 2. g) ut 2. h) Waldemarus 2. i) noluit 1. k) per solum 1. l) Coswelt 2. m) iterum *deest* 1. n) et *deest* 2. o) et 2. p) dictus est 2. q) exsecavit 1. r) Kisac f. r. C. 1. s) est autem 1. t) Silicia 1. *quod saepius.*

1) potius tertia feria paschae, Apr. 16. 2) potius secunda feria paschae, sc. 1191. Apr. 15. 3) iam anno 1183. Aug. 25. 4) Philippus obiit 1191. Aug. 13. 5) 1191. m. Iulio. 6) 1193. Iun. 24. 7) 1192. Dec. 21. 8) 1193 Mart. 23. 9) 1194. Febr. 10) 1192. Nov. 24. 11) Obiit 1193. Mart. 4. 12) Drenthe. 13) Bruno resignaverat 1193. V. Godefrid. monach. 14) Tancradus obiit 1194. Febr. 20. 15) Arnoldi IV, 21; reducem factum esse a. 1194. ex diplomatis apparet. 16) Natus est 1194. Dec. 26. 17) Salernum cepit 1194. Sept. 27. 18) Apud alios Irene audit. 19) Balduinus obiit 1196; v. Wilhelm. Egmond., Godefrid. Coloniensis. 20) sc. a. 1197. 21) sc. a. 1198.

Quem imperator captum in sedem ferream candentem posuit, et coronam ignitam clavis ferreis capiti eius incussit[1]. Quendam etiam Richardum[2] per plateas tractum suspendi 1 fecit, quia eum Constantiae consilio inpotionare voluit.

A. D. 1197. Hartwicus archiepiscopus in terram sanctam navigio est profectus, Heinricus etiam palatinus; ubi tunc principes honoris cupidi discordabant. Fecit autem imperator magna subsidia peregrinis. Archiepiscopus Hartwicus circumnavigans ab episcopo Ulixisbonae civitatis honorifice est receptus.

A. D. 1198. Celestinus papa obiit[3], cui successit Lotharius, qui et Innocentius, iuvenis Romanus. Imperator etiam in Siciliam est profectus. Cum Messanam et Brundisium et civitates alias subiugasset, regnum quoque Siciliae, Apuliae et Kalabriae iam pacifice possideret, vitam finivit in festo Michahelis[4]. Peregrini ignorantes mortem imperatoris iam Baruth[5] acquisierant et[a] Thurim obsidebant[6]. Cognoscentes autem de morte imperato- 6 ris, territi sunt et Akkaron fugerunt[b]. Rex Iherusalem nocte surrexit, ut urinam proiceret, et de fenestra cadens fractis cervicibus exspiravit, et cliens similiter, qui eum retrahere curabat[7]. Principes tunc peregrini elegerunt filium imperatoris Fridericum adhuc infantem[8]. Vocabatur autem a matre alio nomine Constantinus. Sed principes Alemanniae elegerunt Philippum, fratrem imperatoris Heinrici, excepto Adolfo Coloniense archiepiscopo, qui cum suis complicibus elegit ducem Zaringiae[9], qui noluit acceptare. Unde elegit Ottonem, filium Heinrici de Bruneswich, et hoc consilio et auxilio Richardi regis Angliae avunculi sui et Heinrici fratris sui, et ducis Brabantiae[10]. Otto Aquisgrani[11], Philippus[c] apud 10 Mogontiam[12] coronatur. Rodolfus Bremensis decanus a quodam vili fabro in Fresia[d] in villa Dichusen[13] cultro est perfossus, et eadem nocte, scilicet Urbani, mortuus. Ber- Mai. 25. toldus Livonensis[e] episcopus a paganis occiditur[14]; cui Albertus Bremensis canonicus subrogatur. Circa idem tempus Fulco quidam presbyter in Francia clarus signis et virtutibus habebatur[15].

A. D. 1199. Hartwicus archiepiscopus de terra promissionis Venetiam navigans, inde[f] Bremam perrexit[16], deferens ibi reliquias sanctae Annae et gladium Petri, quo Malcho auriculam amputavit. Peregrini propter mortem imperatoris, facta pace cum Sarracenis per annos 6, menses 6, dies 6, redierunt[17]. Revertentes autem a Siculis et Apulis multa incommoda sunt perpessi. Philippus et Otto inter se fortiter proeliantur, magno imperii detrimento. Richardus rex Angliae Ottonem nepotem pecunia iuvit, sed ipse in Pictavia ante castrum quoddam sagitta traiectus, die 7. occubuit. Cui successit Iohannes, frater eius. Canutus rex Danorum mittens fratrem suum ducem Woldemarum, Hamenburg sive[g] Stadium proposuit expugnare. Sed archiepiscopus Hartwicus et comes Adolfus ei apud Eideram[h] obstiterunt. Elverus abbas Stadensis obiit die Gregorii, cui eiusdem Mart. 12. ecclesiae prior Christophorus subrogatur.

A. D. 1200. Obiit Conradus[18] Moguntinus archiepiscopus, de Antiochia reversus. 18 Rex Philippus Brunswich obsidet, nec obtinet[19]. Albertus Livonensis episcopus cum peregrinis intrat Livoniam.

A. D. 1201. Philippus et Otto circa Mosellam vires suas sunt experti. Canutus rex Danorum Hammamburg occupat, et frater suus, Woldemarus dux, Albiam intrat, Adolfum comitem invasurus. Capta est Hammamburg, et comes Adolfus, conditionaliter ad ducem egressus, vinculatur et ad episcopum Woldemarum in carcerem mittitur captivatus[20]. Capta est etiam Lubeke a duce Woldemaro[21].

A. D. 1202. Rex Otto duci Danorum filiam fratris sui Heinrici in Hamburg desponsavit et sororem ducis Helenam fratri suo Willehelmo[22]. Rex Otto recipitur in Stadio et 22

a) et *deest* 2. b) fugierunt 1. c) vero *addit* 2. d) *verba* in Fresia *desunt* 1. e) Livoniensis 2. f) in 2. g) sive *deest* 2. h) Eildoram 2.

1) Arnold. Lub. lib. V. c. 2. 2) comitem de Acerra. 3) h. a. d. Ian. 8. 4) Henricus VI. iam obierat anno 1197. exeunte Septbr. 28. 5) Berytus. 6) Toron. V. Wilken l. l. Tom. V. p. 42: urbs obsessa 1197. 7) Henricus comes Campaniae obiit a. 1197. 8) postea imperatorem Fridericum II. 9) Bertholdum. 10) Heinrici I. 11) d. Iul. 12. 1198. 12) d. Aug. 15. 1198. 13) Dikhausen in Ustringia. 14) Bertholdus episcopus occisus Iul. 24. vid. Hinric. Lettov. 15) Cf. Sigiberti contin. Aquicinctinam a. 1198. 16) Quem a. 1199. d. 28. Mai. Norimbergi fuisse discitur ex diplomate (Hamburger Urkundenbuch Nr. 239). 17) Anno 1198. V. Wilken l. l. p. 58. 18) d. Octobr. 27. 19) Conf. Arnold. Lub. VI. c. 4. 20) Auctore Arnold. VI, 14. sub finem huius anni. 21) l. l. VI, 13 fin. 22) Cf. Arnold. Lub. lib. VI. c. 15.

1 in Brema[1]. Simon comes de Tekeneburg contra Hermannum comitem de Ravenesberg et filium eius Ottonem proelians, occiditur. Sed idem Hermannus cum filio deducitur captivatus. Fulco presbyter obiit. Conradus Herbipolensis episcopus occiditur[2]. Rex Danorum Kanutus obiit, cui Woldemarus, frater eius, in regno successit. Eodem anno feria 5. paschae duo viri prope Stadium iuxta villam Herthorpe[a][3], quam postea dux Heinricus ecclesiae beatae Mariae contulit in Stadio pro anima uxoris suae Agnetis[b], cespites fodere abeuntes, cibaria sua secum detulerunt cum cuneo butiri, quod in die paschae fuerat consecratum. Senior vocabatur Redwinus, iunior Ethelerus, ambo adhuc superstites, scilicet anno Domini 1240. Dum fodiendo cespites laborarent, audierunt circa vicinum fere rubum strepitum cornicum et garritum voluchrum aliarum; et putantes, ibi iacere vulpem aut leporem a venatoribus, qui locum illum[c] frequentare solent, forte perditum aut relictum nescienter, illuc velociter abierunt et, cum redissent spe sua frustrati, butirum, quod reliquerant, minime repererunt[d]. Confabulantur inter se[e], quonam devenisset[f]; et de perditione eius nimium ammirantes, maxime cum vasculum, in quo steterat, diligenter sicut[g] antea fuisset manutergio involutum, iterum aggressi sunt laborem fodiendi. Et cum foderent, butirum in integra terra ulterius quam ad unius pedis spissitudinem invenerunt, Ethelero[h] illud, cum cespitem[i] foderet, suo fossorio[k] dividente. Ethelerus comedit, Redwinus hoc comedere non audebat.

A. D. 1203. Castrum Lovenburg homines comitis Adolfi Woldemaro regi Danorum
4 pro absolutione comitis reddiderunt[4]. Rex Philippus in Thuringia, et rex Otto circa Misnam auxilio Boemi[5] vires suas sunt experti. Albertus Livonensis episcopus civitatem Rigam aedificavit[l].

A. D. 1204. Stedingi comiti Mauricio coeperunt et aliis suis dominis rebellare. Philippus lantgravium recepit in gratiam, regibus Boemiae et Ungariae profugatis. Dux Heinricus, instante hora belli, ante Brunswich a fratre Ottone ad Philippum se transtulit. Hermannus Monasteriensis episcopus obiit[6]. Cui Otto, Bremensis ecclesiae praepositus, subrogatur[7]. Hisfridus[m] Racisburgensis episcopus obiit[8], cui Philippus successit. Theutonici capta Constantinopoli regem sibi comitem Flandriae Baldewinum constituerunt. Obiit Agnes[9], uxor Heinrici ducis et palatini comitis, et in ecclesia beatae Virginis apud Stadium sepelitur.

10 A. D. 1205. Rodolfus Verdensis episcopus obiit, cui Iso successit[10]. Hartwicus episcopus in Stadio recipitur[11]. Philippus et Otto vires suas iterum circa Coloniam sunt experti. Ibi Otto graviter est vulneratus[12].

A. D. 1206. Franciscus[n] a seculi vanitatibus se convertit. Philippus et Otto vires suas iterum circa Coloniam sunt experti, et Otto iterum graviter est[o] vulneratus[13]. Tandem Colonienses dimisso Ottone, in Philippi gratiam redierunt. Philippus et Otto sub quadam conditione reconciliationem mutuam promiserunt.

A. D. 1207. Philippus et Otto habito conventu in Quedelinburch[p], duobus cardinalibus praesentibus, de reconciliatione[q] temptantes, nichil profecerunt. Treugas tamen dederunt usque ad festum Iohannis baptistae[14]. Hartwicus, Bremensis archiepiscopus, congre-
15 gato exercitu Stedingos[r] invasit, sed pecunia accepta rediit, et post breve tempus obiit[15].

A. D. 1208. Rex Philippus a comite de Witilspach in Bavenberg occiditur 11. Kalend. Iulii, et in Spira sepelitur. Rex Otto accedentibus sibi primum Saxonibus, deinde principibus, desponsata etiam sibi regis Philippi filia, cum qua omnem eius hereditatem optinuit,

a) Herethorpe 2. b) sue in Stadio 1. c) illum *deest* 2. d) receperunt 2. e) sese 2. f) devenissent 1. g) sicut *deest* 2. h) Ethelerus 1. i) sespitem 1. k) fossario 2. l) aedificat 2. m) Isfridus 2. n) Beatus Franciscus 2. o) est *deest* 2. p) Quedelinburg 2. q) reconsiliatione 2. r) Stadingos 1.

1) Braunschweig. Reimchronik v. 5674 sq. et Orig. Guelf. Tom. III. pag. 172 et 378. 2) d. Dec. 3. 3) Hardorf, parroch. S. Wilhadi Stadensis in praefectura monast. Stadensis. 4) V. Arnold. VI, 17. 5) Ottokari I. 6) Obiisse videtur 1203. Iun. 8. 7) Otto, comes de Aldenburg, frater Gerhardi archiepiscopi Bremensis et comitis Heinrici, praepositus Bremensis fuit inde ab a. 1201. Conf. Möser Osnabrück. Gesch. Tom. III. pag. 2, ubi tamen Otto noster male confunditur cum alio Ottone, praeposito Bremensi, qui ante annum 1187. obiisse videtur; v. supra ad a. 1167. 8) 1204. Iun. 14 vel 15. 9) Mai. 7. auctore catalogo abbatum Stadens. l. l. 10) Mai. 29. h. a. 11) Quod diploma, a. 1024. datum, consulenti a. 1204. factum esse videbitur (Hamb. Urkundenbuch Nr. 348.). 12) 1205, Sept. 30. 13) mense Septembri. 14) exeunte mense Augusto et per mensem Septembrem. 15) Obiit a. 1207. Nov. 3.

subito est in imperio confirmatus. Qui statim habita curia in Frankenevorda[a], pacem reddidit et leges innovavit. Woldemarus Scleswicensis[b] episcopus a Bremensibus eligitur, et quidam canonicorum et ministerialium pro eo ad Romanam curiam diriguntur. Sed quia illicentiatus a papa recessit, papa eum utroque episcopatu privavit. Venit tamen, et quibusdam sibi faventibus, sedem Bremensem occupavit. Adolfus Coloniensis, qui Ottonem primus ad regnum vocavit, sed cito deseruit, destituitur[1], cui Bruno Bunnensis praepositus[c] substituitur, eoque[d] mortuo[2] Thidericus, praepositus de Sanctis apostolis, subrogatur. Woldemarus civitatem Stadensem, cuius turres et domos tempestas modicum ante deiecerat, expugnavit, et rebus omnibus in inventione Stephani die dominica spoliavit. Aug. 3.

A. D. 1209. Otto, ducis Heinrici filius, 88. ab Augusto, Romae a papa Innocentio coronatur[3]. Circa idem[e] tempus coepit ordo praedicatorum et minorum fratrum. Thidmarus[f] episcopus Mindensis obiit[4].

A. D. 1210. Imperator civitates et castra, quae papa sancti Petri esse dicebat, per omnem Tusciam expugnavit, et in Apuliam, quam Fridericus rex Ciciliae tenuit, exercitum misit. Unde papa eum excommunicavit. Multitudo cruce signatorum contra hereticos in Galliam sunt profecti. Thidericus Lubicensis episcopus obiit, cui Bertholdus eiusdem ecclesiae canonicus successit.

A. D. 1211. Imperator in Apulia castra et civitates obtinuit. Papa Gherardum Osnaburgensem episcopum in Bremensem archiepiscopum confirmavit[5]. Sed dux Bernardus Woldemarum quasi ex voluntate imperatoris Bremam reduxit, et civitas propter eum supposita est interdicto. Dux Bernardus Berneburg de Hathelaria[g] reversus, obiit[6], cuius iunior filius Albertus ducatum, senior vero Heinricus accepit comitatum.

A. D. 1212. Papa Innocentius imperatori redeunti in Alemanniam adversarium suscitavit, scilicet Fridericum regem Siciliae, Hinrici imperatoris filium, cui per papam multae civitates accesserunt Italiae. Imperator filiam regis Philippi duxit, quae statim post nuptias obiit. Stedingi invalescunt, castrum Munzowe[7] et Sehusen[8] destruunt, castrum Haghena[h, 9] obsident. Willehelmus de Luneburch obiit[10], relinquens Ottonem adhuc infantulum. Dux Brabantiae Leodium[i] destruxit. Thidericus Traiectensis episcopus obiit. Cui Otto, frater comitis Gelriae, per Adolfum Coloniensem archiepiscopum, cui canonici electionem dederant, subrogatur, adolescens 18 annorum, diuque est pro dispensatione circa ipsum in curia laboratum. Tandem alio anno papa ipsum videre voluit, et cum se praeparasset ad iter, obiit[11]. Cui Otto[12], maior eiusdem ecclesiae praepositus, successit. Circa idem[k] tempus pueri sine rectore, sine duce, de universis omnium regionum villis et civitatibus versus transmarinas partes avidis gressibus cucurrerunt, et dum quaereretur ab ipsis, quo currerent, responderunt: *Versus Iherusalem, quaerere*[l] *terram sanctam.* Plurimi ex eis a parentibus claudebantur, in vanum tamen, quia fractis clausuris aut parietibus exierunt. Papa auditis hiis rumoribus, ingemiscens ait: *Hii pueri nobis improperant*[13], *quod ad recuperationem terrae sanctae eis currentibus nos dormimus.* Adhuc, quo devenerint, ignoratur. Sed plurimi redierunt, a quibus dum quaereretur causa cursus, dixerunt se nescire. Nudae etiam mulieres circa idem tempus[m] nichil loquentes per villas et civitates cucurrerunt.

A. D. 1213. Episcopus Leodiensis cum duce Brabantiae congressus, pene 1500 de suis interfecit, et plurimos captivavit. Imperator Magdeburgensem[n] episcopatum et terram lantgravii[o] devastat. Rex Fridericus eum cum Boemo sequitur, Brunswich obsessurus, sed Quidelingeburg[p] revertitur. Comes Hinricus de Hogia plurimos Stedingorum cepit

a) Frankenewerda 2. b) Sclewicens. 2. c) episcopus 1. d) eique 2. e) id 2. f) Thid(ma?)rus 1. g) Hetheloria 1. h) Hagena 2. i) Loedium 1. k) id 2. l) requirere 2. m) circa Renum *Ann. Hamburgenses.* n) Mageburgensem 1. o) lantgravie 1. p) Quedlingeburg 2.

1) scil. anno 1205. 2) 1208. Nov. 2. 3) Nov. 11. 4) Thiedmarus, episcopus Mindensis iam obierat anno 1206, ut ex Hermanni de Lerbeke chron. Mindensi et diplomate Henrici episcopi Mindensis de anno 1208 (apud Gruber Orig. Livoniae pag. 227) constat. Secundum chronicon episcop. Mindensium Thiedmarus obiit anno 1206. vig. b. Thomae de Aquino, et Henricus II. anno 1209. d. s. Praxedis. 5) Breve Innocentii III. confirmatorium a. 1210. d. Oct. 30. datum v. Hamb. Urkundenbuch Nr. 380. 6) Obiit a. 1212. mense Februarii. 7) Die „Münte„, curia parr. S. Remberti Bremens. in iudicio Schwachhausen. 8) Sehusen, villa parrochialis in terra Nieder-Viehland prope Bremam. 9) Hagen sive Dorfhagen in praefectura Hagen in ducatu Bremensi. 10) Non a. 1212. sed 1213. d. Dec. 13. 11) anno 1215. d. 27. Martii. 12) Otto, filius Bernardi de Lippia, comitis. V. infra ad a. 1228. 13) i. e. improbrant, pudorem excutiunt.

et occidit, cum hortatu Woldemari terram incendiis et rapinis devastarent. Gherardus epi-
1 scopus Sclutttere[1] aedificat, dux Heinricus Valkenberch[a, 2].

A. D. 1214. Innocentius papa crucem praedicari statuit, et generale concilium indixit[b]. Heinricus iunior palatinus obiit. Rex Danorum Wotmunde[3] obsedit et cepit, et Albertus marchio Primberge. Episcopus Monasteriensis Coloniae capitur, et in Werdina cum Guntero, comite de Kevelenberg[a*], custodiae mancipatur. Imperator cum rege Franciae conflictum habuit, sed victoriam perdidit, captusque est comes Flandriae, comes Otto de Thekeneburg[c]. Stedingi Stotlo[d] destruunt. Segebodo abbas Rosenveldensis obiit, cui Hermannus, eiusdem ecclesiae praepositus, successit.

A. D. 1215. Rex Fridericus Trivels[e, 4] et Landescrone[f, 5] cepit. Rex Danorum cum multis navibus Albiam intrat, Stadium invasurus, sed prohibet palatinus. Imperator cum fratre et marchione de Brandenburg et Woldemaro episcopo Hamburg obsedit, et in pace recepit.
6 Monasteriensis episcopus a comite Adolfo[6] a captivitate eripitur, et ab eo castrum Werdina[g, 7] obsidetur. Mense Novembri celebrata est sinodus Romae in ecclesia Salvatoris, quae Constantiniana[h] vocatur, a papa Innocentio, pontificatus eius anno 18. In qua fuerunt episcopi 412, inter quos fuerunt de praecipuis patriarchis duo, videlicet Constantinopolitanus et Iherosolymitanus. Anthiochenus autem[i] gravi languore detentus, venire non potuit, sed misit pro se vicarium, Antiodonensem[k] episcopum. Alexandrinus vero sub Sarracenorum dominio constitutus, fecit quod potuit, mittens pro se germanum suum. Primates autem et metropolitani 71. Ceterum abbates et priores, item praepositi ultra 700; archiepiscoporum vero et[l] episcoporum, abbatum, priorum et capitulorum absentium non est certus numerus comprehensus. Legati imperatoris Ottonis ibi erant et Friderici regis Siciliae, imperatoris quoque Constantinopolitani, regis Iherosolimitani[m], regis Franciae, regis Angliae, regis Cipri, regis Arragonum aliorumque principum et magnatum. Civitatum et[n] aliorum locorum ingens affuit multitudo[8]. Eodem anno papa Innocentius Perusii obiit, cui Honorius
10 successit[9]. Philippus Raceburgensis episcopus obiit[10], cui Heinricus, eiusdem ecclesiae praepositus, successit.

A. D. 1216. Rex Danorum Albiam glacie rigentem transiens, Stadium expugnare voluit. Sed antequam gelu solveretur rediens, totas vires suas in Hamburg convertit[11]. Fecit itaque castrum secus Albiam infra urbem, et comes Albertus[12] aliud supra urbem. Unde Hamburgenses affecti taedio se dederunt. Peregrini montem Thabor eiectis recuperant Sarracenis[13]. Stedingi in gravamen Bremensium Gherardo episcopo et ministerialibus sociantur, contra quorum insultus Bremenses ducem Hinricum invitant. Gerardus episcopus et comes Albertus castrum super Swenge[o] aedificant[14], sed dux Heinricus mox illud evertit.

A. D. 1217. Bremenses cum Stedingis, Woldemaro eiecto, Gherardum episcopum introducunt. Unde imperator cum fratre Bremensem provinciam diruit et incendit. Comes Albertus Livoniam intrat[15], et multi peregrini versus Iherusalem sunt profecti, petentes de Marsilia terram sanctam. In quorum comitatu erat magister Oliverus, praedicator famosis-
16 simus, postea Paderbornensis electus et tandem Sanctae Sabinae presbyter cardinalis[16].

a) *verba:* dux H. V. *desunt in* 2. *et Hist. archiep. Brem.* a*) *fortasse* Keverenburg. b) induxit 1. c) Tekeneburg 2. d) Stodo 1. 2. Stotele *Hist. archiep. Brem. i. e.* Stotel, *nunc villa parrochialis et praefectura in parrochia Bremensi.* e) Thrines 1. Trines 2. f) Ladescrone 1. 2. g) et Werdina 1. h) constantino 2. i) enim 2. k) Antedonensem 2. *Leg.* Antaradensem. *V. Chron. Ursp., Mont. Sereni etc.* l) et *deest* 2. m) regis Iherosolim. *desunt* 2. n) etiam 1. o) Schwenge 2.

1) Stotter prope Delmenhorst, cuius castri rudera saeculo XIV. adhuc apparebant. Cf. supra T. II. p. 386. 2) Falkenberg in ducatu Oldenburg inter Delmenhorst et fluvium Berne. Dux Heinricus i. e. comes palatinus; inter cuius ministeriales memorantur castellani de Valkenberg in charta d. 1219. (Orig. Guelf. T. III. pag. 663), ubi comitatum Stadensem mortuo Heinrico episcopo Bremensi praesentare promittunt. 3) Ita et Chron. Danic. ab 1074—1219. h. a. apud Langebek T. III. p. 263. Conf. Suhm l. l. T. IX. pag. 237 et infra Ann. Ryenses h. a. 4) Trivels castrum destructum in oppido nunc dicto Annweiler in ducatu Bipontino. Apud Albericum h. a. dicitur Estrivella. 5) Landskron in pago dicto Salzgau apud fluvium Birs, seu prope Oppenheim in palatinatu inferiore. 6) Comes Adolfus sc. de Monte; vid. Annal. Godefridi h. a. 7) Kaiserswerth. 8) Eadem in Gestis Romanorum pontificum habet Albertus; v. s. p. 299. 9) Innocentius III. mortuus est anno 1216. m. Iul. 10) Obiit 1215. Nov. 15. 11) Cf. infra Annal. Ryenses h. a. 12) filius comitis Heinrici de Orlamund. 13) Hoc peregrinis minime successit a. 1217. V. Wilken l. l. T. VI. p. 148 sq. 14) Ad a. 1218. hoc refert Chron. Dan. 1074—1219. apud Langebek T. III. p. 264. 15) Conf. bullam Honorii III papae d. 1217. Ian. 25. apud Turgenew Mon. histor. Russ. Tom. I, ubi comes de Alsatia, rectius Olsatia, audit. 16) Oliverus hic scolasticus Coloniensis auctor est historiae regum terrae

A. D. 1218. Otto imperator anno regni sui 20. in castro Harceburg[a] ineffabili contritione compunctus, ita ut coquinariis suis praeceperit[b], ut in collum suum conculcarent, 14. Kal. Iunii obiit, a Sifrido[c] Hildensemense episcopo absolutus. Hanc absolutionem papa Honorius confirmavit. Sepultus est autem in Brunswich. Castrum Vorda a Bremensis ecclesiae ministerialibus occupatur[1]. Rex Fridericus Hervordiae celebrata curia in im- 1 perio confirmatur.

A. D. 1219. Rex Fridericus conventu habito apud Goslariam principes convocavit, ubi dux Heinricus ei imperii insignia praesentavit. Apud Frankenevorde Gherardus Bremensis archiepiscopus, pro pace inter se et ducem facienda citatus, moritur[2]. Eique Gherardus Palburnensis praepositus, Bernardi de Lippia, primo comitis, post abbatis, demum episcopi[3] filius, subrogatur. Rex Daciae contra paganos Revaliam obtinuit et possedit[4]. Peregrini Damiatam[d] expugnant et turrim, in portu Nili fluminis constitutam, die Bartholomaei. Aug. 25. Saphadinus obiit[5].

A. D. 1220. Fridericus rex Siciliae, filius Heinrici imperatoris, 89. ab Augusto, Romae a papa Honorio coronatur. Plurium tamen[e] rumoribus pluries evolavit, eundem Fridericum non fuisse Heinrici imperatoris realem filium, sed vocalem. Quod sic dicitur contigisse. Domina[f] Constantia, filia regis Siciliae, sic imperatori fuit in matrimonio copulata, ut si patruus eius, qui regnum Siciliae, Apuliae et Calabriae possidebat, ante quam Constantia moreretur, regnum ad Constantiam iure hereditario volveretur. Constantia autem cum imperatorem duceret, sexagenaria credebatur[6]. Timebatur autem sterilis permansura. Unde 6 imperator medicorum uti consilio nitebatur, ut sterilitate repulsa fecunda fieret, ne sine herede regnum Siciliae permaneret. Et medici ei ad tale propositum et opem et operam spoponderunt. Fecerunt autem uterum eius per medicinas paulatim intumescere, ita ut imperator eam vehementer crederet inpraegnatam. Medio autem tempore phisici sibi de infantulo providerunt, ita quod de diversis mulieribus inpraegnatis, et tempore partus Constantiae parere debentibus, secretissimo consilio unus infantulus raperetur in palatium ad[g] lectum Constantiae partus tempore deferendus, ubi[h] sic, alias[i] natus, tanquam de Constantia nasceretur, et filius alterius pro imperatoris et imperatricis filio haberetur. Dicunt[k] tamen, dubium esse, utrum ille puerulus aut[l] phisici, aut molendinarii, aut accipitrarii filius fuerit, sed vere aiunt, eum unius ex hiis tribus filium extitisse[6*]. Hinricus, imperatoris Friderici filius, patre volente Frankenevorde in regem eligitur. Thiderico Estonensi episcopo a paganis occiso, Hermannus, abbas Sancti Pauli in Brema, in episcopatum substituitur Lealensem[7]. Horburg[m] destruitur. Rex Danorum iterum in Estoniam pergens, revertitur.

A. D. 1221. Castrum Otterenberge[8] a Bremensi archiepiscopo obsidetur et capitur. Peregrini in Damiata coeperunt versus Charras[9] et Babilonem[10] proficisci, sed eventu mi- 10 serabili sunt Nilo flumine circumducti. Et cum in potestate essent hostium, tamen pax est ad octo annos inter utrumque populum reformata[11]. Soldanus crucem Domini ultro reddidit, christianos salvis rebus et corporibus Egiptum exire permisit, omnes captivos reddi iussit, ita ut tunc temporis captivorum 30 milia laxarentur. Praecepit etiam alimenta divitibus pro pretio vendi, vel gratis infirmis et pauperibus exhiberi.

A. D. 1222. Rex Danorum Lealensem terram[12] cum comite Alberto ingreditur, et fugatis hostibus christiani nominis, urbem in ea aedificat, quae non multo post destruitur a paganis. Imperatrix obiit[13]. 13

A. D. 1223. Rex Danorum in propria terra a comite Heinrico de Zwerin, cui duras, ut

a) Hartenburg 2. b) preciperet 2. c) Sefrido 2. d) Damiatam 1. e) cum 2. f) Quondam 2. g) et 1. h) ut 2. i) alius 2. k) Vicit 2. l) aut *deest* 2. m) Horborg 2.

sanctae et historiae Damiatinae, quas vide in Eccardi Corpore histor. med. aevi T. II. Anno 1223 electus est episcopus Paderbornensis et 1226 in numerum cardinalium cooptatus. 1) Bremervörde. Conf. Annal. Hamburg. h. a. 2) d. 13. Aug. 1219. 3) De Bernhardo v. infra ad a. 1228. 4) Ann. Ryenses h. a. 5) Saphadinus (Malek al Adel) obierat 1218. Aug. 31. 6) immo tricenaria. 6*) Contrariam sententiam amplectitur Albertus in serie imperatorum p. 328. lin. 58. 7) Theodorico scilicet mortuo a. 1218 (v. Gesta Alberti Livon. episcopi), episcopatus Estoniensis divisus est in duos episcopatus minores, videlicet Lealensem sive Dorpatensem, a loco Leal in districto Habsal, qui Hermanno, et Revalensem, qui Wesceloni contigit. Cf. etiam Albericum a. 1215. 8) in praefectura Otterstedt. Conf. B. C. de Spilcker in Beiträge zur älteren Deutschen Geschichte T. I. pag. 98. 9) Kahirah. 10) Mesr sive Fosthat, ab occidentalibus scriptoribus Babylon vocata. 11) 1221. Aug. 30. 12) Lealensis terra i. e. Esthonia. 13) Constancia filia regis Arragonum, quam in matrimonium duxerat Fridericus a. 1209, † d. Iun. 23. a. 1222.

fertur, gratiae suae recuperandae conditiones inposuit, inopinato casu in papilione propria capitur, et in Dannenburch[a] gravi custodia coartatur[b].

A. D. 1224. Estones fidem catholicam reliquerunt, foedus ineuntes cum barbaris et
1 Ruthenis[1]. Sed vindictam in eos exercuit novus exercitus peregrinorum. Philippus rex Franciae obiit[2], cui Lodewicus filius eius successit. Heinricus rex, imperatoris filius, curiam Bardewich habuit pro regni negotiis[3], et maxime pro liberatione regis Danorum, adducto secum Coloniense archiepiscopo Engelberto, sed nichil profecit.

Venit quidam in Flandriam, qui se asseruit esse comitem eiusdem provinciae Baldewinum, qui ante paucos annos cum peregrinis Constantinopolin profectus, ad imperiale culmen ibidem fuerat coronatus. Qui quia[c] simillimus comiti Baldewino fuit, vel potius quia ipse fuit, Flamingi receperunt eum de civitate, multis eum muneribus honorantes. Cicatrices in corpore habuit, quas habuerat Baldewinus, eandemque[d] formam corporis, nisi quod anteriori forma quasi ad dimidium pedem brevior habebatur, quod sui fautores senio asscripserunt. Situs villarum et civitatum non bene cognoscere videbatur, et in lingua Gallica, quam egregie antea noverat, aliquantulum oberrabat. Nec mirum, quia inter Graecos et Sarracenos, qui eum captivaverant, si ipse fuit, diu commorans, nobilitatem Gallici ydiomatis oblivioni poterat tradidisse. Sed Baldewinus comes, imperator Constantinopolitanus, a Conrado episcopo Halverstadense[e], qui postea Cisterciensem ordinem intravit, et a quibusdam aliis, qui tunc Constantinopoli fuerunt, cum Baldewinus imperator Grecorum contra Sarracenos con-
4 flictum habuit, dicebatur verissime interfectus[4]. Iste autem se retulit mortis periculum evasisse et a Sarracenis postea captivatum. Tandem se asseruit absolutum, et quod post absolutionem ad papam venerit, confessus, quia inter infideles infideliter vixerit, et ideo papa sibi septennem[f] poenitentiam iniunxerit, affirmans, eandem poenitentiam tunc expletam. Venit primo Valentiam[5], et comitissa Flandriae, quae filia eius esse[g] debuit, ibidem ad eum accessit, eoque viso dubitavit, utrum patrem eum cognosceret[h] nec ne, et ab eo recessit. Multi barones pro eo senserunt, et plurimi dissenserunt[i]. Rex tandem Franciae volens examinare virum, ipsum Peronam venire fecit, siquidem avunculus eius esse debuit. Et inter cetera dum ab eo quaereret, ubi caracterem militiae assumpsisset, vel ubi uxorem duxisset, nescivit regem expedire. Sed sui fautores dixerunt, quod terrore mortis anxius nescierit respondere. Tum[k] ab omnibus est desertus. Dux Brabantiae doluit. Ille enim cum eo venerat, nec permittebatur intrare, quia eum comitem esse Baldewinum certo certius asserebat. Rediit iterum Valentiam, paucis eum comitantibus. Postea venit Coloniam ad Engelbertum archiepiscopum, auxilium rogaturus. Sed Leodiensis episcopus, qui hominis scivit differentiam, videlicet utrum comes esset nec ne, graviter eum et saepius suis
6 litteris infestaverat, truncanum[l] eum et ribaldum[6] appellans. Sed ipse se imperatorem Constantinopolitanum et comitem Flandriae appellavit, habens sigillum eodem titulo innotatum. Rogavit ergo archiepiscopum, ut Leodiensem vocaret. Vocatus venit, missam de concilio[m] celebravit. Ante perceptionem corporis et sanguinis Domini accessit ad eum archiepiscopus, a viro provocatus, et sic dixit: *Adiuro te, frater episcope, per misterium corporis et sanguinis Iesu Cristi, quod percepturus es in continenti, si veritatem dixeris ad salvationem, si mendacium ad dampnationem, ut dicas michi, quis ille sit quem tu dicis truncannum*[l] *et ribaldum in Flandria*[n] *advenisse, et qui se ipsum comitem nominat et Baldewinum.* Episcopus stupefactus, respondit: *Comes Flandriae Baldewinus est.* Tunc archiepiscopus viro consuluit, ut Romam iret, querimoniam ad papam deferret, promittens ei, quod si in pace rediret, eum procul dubio adiuvaret. Proficiscitur, multorum testimonia praelatorum Flandriae secum deferens et baronum. Sed studio comitissae et Arnoldi de Aldenard, cui comitissa dicebatur familiaritatem nimiam exhibere, viae undique occupantur, traditur, capitur, et apud Insulam civitatem Flandriae patibuli suspendio cruciatur. Abbas Sancti Iohannis in Valentia sepelivit mortuum in claustro suo. Sed iterum comitissa eum suspendi praecepit in patibulum. Utrum comes Baldewinus fuerit nec ne[7],
8 Flamingi *certant, et adhuc sub*[o] *iudice lis est*[8].

a) Danneburg 2. b) coarctatur 2. c) quod 2. d) eamdem 1. e) Halueratadiense 2. f) septennio 1. g) esse *deest* 1. h) recognosceret 2. i) disserunt 1. k) cum 2. l) trucannum 2. *Leg. videtur* trutanum *h. e. erronem, mendicum; vid. Dufresne Gloss. h. v. et Diez l. l. p.* 359. m) consilio 2. n) Flandriam 2. o) sine 1.

1) Gesta Alberti a. 1221. 1222. 2) Obierat 1223. Iul. 3) exeunte mense Septb.; v. Böhmer Regesta p. 216. 4) 1205. 5) Valenciennes. 6) homines nequam, v. Diez l. l. p. 287. 7) Secundum Chronic. S. Medardi Suessionensis vocabatur Bertrannus de Raiz. Captus est ab Eberhardo de Casseuca. Vincent. Bellov. Spec. hist. lib. XXX. c. 127. 8) Versus compositus ad similitudinem v. Artis poet. Horatianae 87.

A. D. 1225. Fames validissima. Comes Adolfus auxilio Gerardi archiepiscopi, comitis Heinrici Zwerinensis et Hinrici de Werle, invitatus etiam a potentioribus Holtzaciae Albiam transit, terram occupat Transalbinam. Comes Albertus a comite Hinrico de Zwerin in proelio capitur[a], et cum rege Danorum avunculo suo custodiae mancipatur. Imperator filiam Iohannis regis Iherosolimitani duxit, et filius eius, rex Heinricus, filiam ducis Austriae. Rex Danorum 45 marcarum milibus se redemit, exceptis clenodiis, circa tria milia marcarum aestimatis. Engelbertus[b] Coloniensis archiepiscopus a Friderico comite 1 de Hisenberch[c] occiditur[1], et comes[d] pro tanto facinore communi principum sententia ab omni iure usque in quartam generationem exhereditatur[e], Hisenberg funditus destruitur. Engelberto Conradus Bunnensis praepositus subrogatur[2].

A. D. 1226. Rex Francorum cum fratre suo Tolosam vallavit[f], ubi fratre ab hereticis fere cum 6 milibus occiso, rex per fugam elabitur, et super Rodanum[g] moritur[3]. Rex Danorum auxilio Ottonis Lunenburgensis principis iterum partes invasit[h] Transalbinas. Comes Fridericus de Ysenberg Coloniae extra civitatem prope[i] Sanctum Severinum rotatur, nimia, ut aiunt, contritione cordis afflictus. Borewinus princeps Slavorum[k] moritur[4], et Doboran sepelitur, relictis post se quatuor filii sui Heinrici filiis, scilicet[l] Iohanne, Nicolao, Borewino[m] et Pribizlavo. Domini Nordalbingiae Albertum Saxoniae ducem vocaverunt[n], eique Racisburch et Lubeke[o] tradiderunt. (Beatus Franciscus migravit ad Dominum, 14. indictione, die dominico 4. Non. Octobris in civitate Assisii, de qua ortus est, apud Sanctam Mariam de Potiuncula[p].)

A. D. 1227. Lodewicus langravius Thuringiae in peregrinatione transmarina moritur. Sed peregrini transeuntes, Caesaream muris muniunt[5]. Heinricus dux et palatinus co- 5 mes Reni sine filio obiit, et Bremensis archiepiscopus comitatum Stadensem obtinuit. Heinricus imperatoris filius civitatem Brunswich, pro eo, quod imperator eam a maiori[q] dicti principis filia comparaverat, emptionis titulo impetebat, et dux Bawariae pro eo, quod eiusdem iunior[r] filia suo filio nupserat, ius hereditarium allegabat, cum interim Otto, dominus de Lunenborch[s], portas Brunswich irrupit, et eam in deditionem[t] recepit. Rex Danorum a Bremense archiepiscopo, duce Saxoniae Alberto, et comitibus Hinrico de Zwerin, et Adolfo de Scowemborch Slaviaeque dominis, in Burnhovede[u] proelio vincitur[v][6]. Rex 6 per fugam elabitur, sed dominus de Lunenburg ab Heinrico comite captivatur. Heinricus rex ut Brunswich optineret, Saxoniam intrat cum duce Bawariae, sed regreditur sine sui propositi actione. Otto Traiectensis episcopus versus Threntam[w] ante Colfelde[x] Frisonum insolentiam compressurus, in paludoso loco a rusticis die Pantaleonis[y] feria quarta occiditur. Ibidem comes Gelriae vulneratur, et plurimi circa 200 omnes milites aut filii militum perimuntur. Thidericus praepositus Daventriae, episcopi frater, vulneratus 8. die occubuit. Corpus defuncti episcopi maximo cleri et populi moerore Traiectum defertur, et in beati Martini ecclesia sepelitur. Wilbrandus Paderburnensis episcopus ei concedente apostolico subrogatur. Honorius papa obiit. Cui Hugo Hostiensis, qui et Gregorius, successit. Castrum Lovenburch[z] pro comitis Alberti liberatione Alberto duci redditur.

A. D. 1228. Gregorius papa imperatorem Fridericum cruce signatum, quia in terram sanctam transire dissimulabat, excommunicationis sententia innodavit, eumque per totum imperium denunciari praecepit. Imperator hanc sententiam parvi pendens, mare transivit, ibique ab omnibus regni illius civitatibus sollempiter est susceptus. Sed patriarcha Iherosolimitanus, et tota ecclesia spiritualium personarum, hiis sollempniis se subtraxit. Patriarcha

a) *leg.* Molne capitur; *cf. Ann. Hamburg.* b) Albertus 1. c) Isenberg 2. d) comes *deest* 2. e) exheredatur 2. f) vallem 1. g) Rhodanum 2. h) invadit 2. i) apud 2. k) Sclavorum 2. l) scilicet *deest* 2. m) Berewino 1. n) vocarunt 2. o) Racisburg et Lubike 2. p) *verba uncinulis inclusa desunt* 2. *In* 1. *margini superiori sunt ascripta et priora bibliopegi cultello ad dimidium abscissa.* q) maiore 2. r) iuniori 1. s) Luneburg 2. t) dedicationem 1. u) Burnhouede *sive* Bitruhouede 1. v) devincitur 2. w) Trentam 2. x) *leg.* Coverde *sive* Covoerde; *cf. Emonis Chronicon, Godefrid. monachum.* y) *deest* captus. *Nam captus d. Iul. 28. obiit Kal. Augusti. V. Chron. episc. Traiect. in Magno Chron. Belgico.* z) Lovenburg 2.

1) d. Nov. 7. 2) Engelberti successorem fuisse constat non Conradum sed Heinricum, comitem de Sayn. V. Godefrid. monachum h. a. Heinrico vero Conradus successit. V. infra a. 1237. 3) die Nov. 8. 4) Borewinus I obiit nonnisi anno 1227. Iun. 28. Borewinus II, eius filius, mortuus erat anno 1226. Iun. 4. V. Wedekind Noten. T. II. p. 396. 5) a. 1228. v. Hugo Plagon. p. 698. 6) Annal. Hamburg. et Hist. archiep. Brem. hic addunt diem videlicet beatae Mariae Magdalenae, Iul. 22. Conf. Godefridum monachum.

in palatio suo imperatorem excommunicavit ipsa hora. Interea vasalli imperatoris et[a]
fautores papae vires suas gravi bellorum tumultu non sine detrimento utriusque partis per
1 Ytaliam sunt experti. Erat in parte papae capitaneus rex Iohannes de Bren[1]. Heinricus
comes Zwerinensis obiit, non dimisso Ottone, domino de Brunswich. Quo mortuo, placuit
consilio Gunzelini, ut dominus de Brunswich super ipsius gratiam laxaretur; sed dux
Albertus penitus obstitit, donec Hildesaker[2] eius dominio traderetur. Absolutus autem
plurimam gwerram circa Brunswich a suis ministerialibus est perpessus, episcopis Magde-
burgense et Halverstadense partem eorum foventibus, imperatoris, ut dicitur, volun-
tate. In Livonia monachi de Dunemunde[b] subita paganorum irruptione cum omni fere
familia sunt martirio coronati[2*]. Heinricus Raceburgensis[c] episcopus obiit[3], cui Lam-
bertus, Bremensis canonicus et Hammaburgensis, successit. Hic unam missam die as-
Aug. 15. sumptionis beatae Mariae celebravit, et unum cimiterium[d] dedicavit, et eodem anno obiit[4].
Cui Godescalcus, eiusdem ecclesiae praepositus, successit. Wilbrando Paderburnense
5 episcopo in sedem Traiectensem translato, Bernardus Embricensis[5] praepositus Pader-
burnae in episcopum eligitur, et Bremae a fratre suo Bremense archiepiscopo ordinatur.
Hic erat filius nobilis Bernardi, domini de Lippia, qui a suae tempore iuventutis in omnibus
dominii vel militiae suae actibus strennue se gessit, ita ut circa maturam aetatem, quamvis
esset debilis et contractus[e], in sporta[5*] ad proelium deferretur, et inimicos potita victoria
superaret. Hic laudabilem vitam quoad seculum, laudabilius in Deo complens, apud Wa-
denhart Cisterciensi ordini se reddidit[6], et primum ibidem factus abbas, non modicum
post in Livoniam profecturus, Seloniensibus[7] populis episcopus consecratur, ita ut in vinea
Dei egregie praedicando fideliter laboraret. Mira res. Otto Traiectensis episcopus Ber-
nardum patrem suum in episcopum consecravit Aldensele[8], et postea pater cum eodem
filio Gherardum, alium filium, in Bremensem archiepiscopum consecravit. Idemque Ghe-
9 rardus alium fratrem suum in episcopum Paderburnensem, sicut iam praenotavimus[9],
Bremae ordinavit. Papa Gregorius veniens Assisium, canonizavit ibi in conspectu maxi-
mae multitudinis, quae de diversis regionibus confluxerat, beatum Franciscum, sic dicens
alta voce: *Ad laudem et ad gloriam omnipotentis Dei Patris et Filii et Spiritus sancti, et glo-
riosae virginis Mariae, et beatorum apostolorum Petri et Pauli, et*[f] *ad honorem ecclesiae Roma-
nae beatissimum patrem Franciscum, quem Dominus glorificavit in coelis, venerantes in terris,
de consilio fratrum nostrorum et aliorum praelatorum, in catalogo decrevimus sanctorum ad-
notandum*[g]*, et festum in die obitus sui celebrari.* Statim cardinales *Te Deum laudamus* inci-
piunt, et populi in[h] laudes voces depromunt. Papa de solio descendit et cum cardinalibus
sanctum corpus levavit de tumba. Bremensis archiepiscopus Horburg recepit[i].

A. D. 1229. Iherusalem imperatori a soldano voluntarie resignatur. Quam nudis pedi-
bus vigilia paschae ingressus, in templo Deum adoravit et, Nazareth et Bethlehem cum reli-
quis Galileae oppidis in deditionem acceptis, reditum in Siciliam maturavit. Papa propter
insolentiam Romanorum imperatori faventium, urbe cedens, in Perusio se recepit. Pa-
risius[k] inter clerum et populum maxima orta est dissensio, et multi sunt clerici[l] trucidati,
ita ut studium in Andegaviam transferretur[10]. Albertus Livoniensis episcopus obiit[11].
12 Et Bremensis ecclesia iure suo potita, magistrum Albertum, Bremensem scolasticum[12], in
episcopum elegit, qui postea factus est primas in Hibernia. Postea idem Albertus scilicet
anno 1246. a papa Innocentio IV, apud Lugdunum civitatem Galliae tunc morante[m], legatus
in Pruciam et Livoniam est transmissus, et sequenti anno defuncto Iohanne episcopo

a) eo 2. b) dimemnū de 1. c) Racisburgensis 2. d) coemcterium 2. e) *ita* 2. *et Hist. archiep. Brem. c.* 29. consecratus 1. f) et *deest* 2. g) aduocandum 2. h) in *deest* 1. i) *ita* 1. *et Hist. archiep. Brem. manuscript. Rynsberch similiter*; se recepit 2. k) Parisiis 2. l) multi etiam clerici sunt 2. m) morantem 1. 2.

1) Ioh. de Brienne, rex Hierosolymitanus. 2) Hitz-acker. 2*) d. Aug. 20. V. Ann. ipsius monasterii in Bunge Archiv f. d. Gesch. Liv-, Ehst- und Cur-lands IV, 271. 3) d. April. 29. 4) Obiit h. a. 8. Idus sive 8. Kal. Novembris, qui ortus erat de illustri gente Holsatica de Barmstede. 5) Em-merich prope Rhenum fluvium. Fortasse *lectica*; cf. Diez l. l. p. 438. 6) in abbatia Marienvelde dioc. Monasteriensis. 7) Selonum, Seleburg in Semigallia. Consecratur in abbatem Dunamundensem anno 1210, in episcopum vero Seloniensem anno 1217. Vide Gesta Alberti Livon. episc. ad ann. 1210 et 1217. 8) Oldensaal in prov. Over-Yssel. 9) supra a. 1219. 10) Haec Vincent. Bellov. lib. XXX. c. 137. ad a. 1230 refert. 11) Obiit 16. Kal. Febr.; v. Necrol. Hamb. 12) M. Albertus tempore, quo electus episcopus, scolasticus Bremensis non fuit, quam dignitatem inde ab anno 1219—1230 tenuit Heinricus, anno 1231—1235 vero occurrit Albertus, cui anno 1238 iam successerat Alexander; cf. Geschichtsquellen des Erzstiftes u. d. Stadt Bremen p. 210.

residentiam obtinuit in sede Lubicense et demum factus archiepiscopus Rigensis[a]. Sed Rigenses canonici alium, scilicet Nicolaum[1], elegerunt, diuque fuit altrinsecus[b] coram iudicibus impetratis a sede apostolica litigatum. Tandem papa Bremensibus silentium inposuit pro sua, ut dicitur, voluntate.

A. D. 1230. Papa et imperator a discordia cessaverunt, facta compositione amicabili coram multis. Bremensis archiepiscopus Stedingorum insolentiam repressurus, die natalis[c] Domini valido eos bello aggreditur, ibique frater eius Hermannus, dominus de Lippia, vir utique sapiens et illustris, solus occiditur[2]. Unde subita confusione facta, totus ille bellicus apparatus dissolvitur. Bertoldus Lubicensis obiit[3], cui eiusdem ecclesiae decanus Iohannes successit.

A. D. 1231. Dux Bawariae[4], procurante imperatore, a quodam sicario occiditur, sed ille, nisus fugere, trucidatur. Uxor junioris regis Daciae, nuper ab ipso ducta, obiit; et ipse eam post paucas ebdomadas[d][5] est secutus. Yso Verdensis[e] episcopus obiit[6], cui Luderus, eiusdem ecclesiae canonicus, subrogatur. Comes Adolfus castrum prope Hamburg super Albiam aedificat[7].

A. D. 1232. Bremensis archiepiscopus castrum Sluttere[8] contra Stedingos[f] aedificat, sed ipsi illud protinus everterunt. Christoforus abbas Stadensis obiit, cui Albertus, eiusdem ecclesiae prior, successit.

A. D. 1233. Crux contra Stedingos ubique auctoritate apostolica praedicatur, et a multis accipitur. Orientalis[g] Stedingia[10] a peregrinis, occisis Stedingorum plurimis, devastatur. Borchardus, comes de Aldenburg, a Stedingis[h] pene cum 200 prosternitur peregrinis, relinquens post se heredem Heinricum Bogenarium. Dominus de Brunswich, contrarius Bremensi ecclesiae, comitiam[i] Stadensem interea populatur. Hermannus abbas Rosenveldensis obiit, cui Albero, eiusdem ecclesiae frater, successit. Fames validissima in Livonia, ita ut homines se invicem comederent; etiam fures, a patibulis abstracti, magna aviditate devorabantur.

A. D. 1234. Heinricus dux Brabantiae et Florentius comes Hollandiae, Bremae existentes, contra Stedingos viriliter se accinxerunt, tamquam contra inimicos manifestos ecclesiae. Nam sicut probatum est super eos, et per Mindensem, Lubicensem, Raceburgensem[k] episcopos papae auribus intimatum, ipsi doctrina matris ecclesiae penitus vilipensa, ipsius libertatem conculcaverunt, nulli parcentes sexui vel aetati[11]. Quaesierunt responsa daemonum, simulachra fecerunt cerea, consulentes etiam in suis spurciciis erroneas pythonissas[l], et quod deterius est omnibus, viaticum salutis aeternae horribilius, quam deceat exprimi, pertractantes. Clericos etiam et religiosos impie lacerantes cruciabant omni genere tormentorum. Nec propria eis suffecit[m] perditio, sed omnes, quos poterant, et maxime rusticos, in foveam suae perfidiae trahere[n] nitebantur. Sicut lucifer lucis aeternae lumine destitutus, caduca superbia procurante coelo contineri nequiens, eo quod perpetuae caecitatis tenebras incurrisset, cum sit perditus et minister perditionis effectus, ne ademptas sibi delicias sempiternas possit conditionis humanae dignitas adipisci — quia solent miseri prosperitate felicium[o] cruciari — illam in profundum[p] perfidiae ab altitudine fidei deicere nititur, ut secum in lacum suae miseriae deducatur, existimans, per hoc suae dampnationis cumulum minorari, cum soleat afflictis quoddam afferre solatium grata miseris societas miserorum. Ita miseri et miserabiles Stedingi, ponentes sibi Deum omnino contrarium, suis persuasionibus

a) *verba* Postea — Rigensis *desunt in* 2. *et secundis curis auctoris nostri adscripta esse videntur. In codice* 1. *vero intercalata sunt post verbum* elegit, *quod corrigendum duximus, cum Albertum fuisse archiepiscopum Armachensem usque ad annum* 1244 *constet.* b) alterinsecus 2. c) natali 2. d) paucos est consecutus hebdomadas 2. e) Werdensis 1. f) Stedinges 2. g) Orientailo 2. h) Stadingis 1. i) Cometiam 2. k) Racisburgensem 2. l) phitonissas 1. m) sufficit 2. n) secum trahere 2. o) filicium 1. p) profundam 2.

1) Magdeburgensem canonicum auctore Alberico h. a. 2) Cf. Necrol. Hamb. ad 8. Kal. Ian. 3) d. Aprilis 18. h. a. 4) sc. Ludovicus. 5) Waldemari III uxor Eleonora, filia Alphonsi II. regis Portugaliae, obiit die 13. Maii, ipse vero die 28. Nov. 6) d. 5. Aug. h. a. 7) fortasse in monte Sullenberg prope Blankenese; cf. Hamburger Urkundenbuch Nr. 632 et 662. 8) V. supra a. 1213. 9) Christophorus obiit 4. Kal. Augusti; vide supra p. 271. 10) Osterstade. 11) Albertus crimina Stedingis obiecta iisdem fere verbis recenset, quae in epistolis Gregorii IX d. 4. Kal. Nov. 1232 et Idibus Iunii 1233. apud Raynald. Annal. ecclesiast. T. XIII. a. 1232. Nr. 8. et a. 1233. Nr. 42—45, item in epistola de 14. Kal. Iul. 1233. apud Ripoll Bullar. fratr. praedic. p. 54. reperiuntur. De hoc bello contra Stedingos gesto conf. omnino Emonis Chron. et Wilhelmi Egmondan. Chron.

et malis exemplis graviter infecerunt populum christianum, ita ut infinita rusticorum multitudo, tam in remotis, quam in vicinis provinciis constituta, verbo tenus eos defenderent, et si se oportunitas obtulisset, prompto animo proterviae eorum auxilium attulissent[a].

Sed Deus, misericordiarum dominus, suis fidelibus inspiravit, ut ad praedicationem crucis se viriliter accingerent, ad exterminium tam reprobae nationis, illa gaudentes indulgentia illoque privilegio, quae accedentibus in terrae sanctae subsidium conceduntur. Itaque Bremensis archiepiscopus, dux memoratus et comes peregrinorumque non modica multitudo 6. Kal. Iulii[b] die sabbati processerunt unanimiter contra ipsos, tamquam divinae[c] patientiae abusores, parati occumbere, vel ipsos cum eorum nefandis operibus ad honorem et gloriam Iesu Christi et ecclesiae penitus abolere. Illi e converso tamquam ferinis uberibus enutriti, adhuc crudelius saeviebant et, in suo Asmodet ponentes fiduciam, non diffidebant, se resistere potenti brachio posse domini Sabaoth[d] et tantae multitudini signatorum. Et mira et miranda[e] pertinacia obstinati, non cessabant adhuc claves ecclesiae scelestis labiis turpiter blasphemare. Boleke de Bardenflete, Tammo de Hunthorpe, Thedmarus de Aggere et alii pessimi malesuadae[f] eorum, ut vitam et patriam defenderent, ipsos fortiter hortabantur, dicentes, quod ipsos aut oporteret succumbere, aut sicut canes rabidos insanire. Transiverunt autem medio tempore Ochmundam[1] fluvium peregrini, pontem[g] de navibus facientes, et cum transierant, sapienter suas acies ordinabant. Stedingi ut amentes effecti ac quadam insania ventilati non timuerunt signatorum multitudinem, nec spiritualis nec materialis[h] gladii potestatem, sed ordinata quidem acie, inordinata autem mente, tanquam furibundi canes processerunt obviam peregrinis. Dux Brabantiae et comes Hollandiae primo congressu pestilentes[i] illos super[k] agrum Oldenesche[2], ubi convenerant, viriliter[l] invaserunt, sed ipsi summo conamine se defenderunt. Statim comes de Clivo cum suis a latere irruens super illos, ipsorum aciem dissipavit. Clerus, qui eminus astans, rei exitum exspectabat, *Media vita*[l*] et alia miserationis carmina cum moerore cecinit, et pro crucis victoria supplicabat. Nec mora, illi insipientes et maligni evanuerunt in cogitationibus suis, quia ab exercitu Domini opprimuntur, hastis perfossi, gladiis percussi, equorum pedibus conculcati. Et ita manus Domini invaluit super illos[m], ut in brevi spacio eorum 6 milia interierunt[n]. Plurimi ex iis fugae praesidium postulantes, in proxima fovea se et in Wisera submerserunt. Si qui evaserunt, sub coeli ventis quatuor sunt dispersi[o]. Sic pertinacia eorum facta est coram ipsis in laqueum et in retributiones[p] et in scandalum. Comes Heinricus de Oldenburch[q] ibidem cecidit, et cum eo peregrini aliqui circiter[r] novem. Sed comes Hollandiae domum veniens, in torniamento[s] apud Novimagium est occisus[3]. Rex Daciae pro oppressione Lubicensium super fluvium Travene duo castra aedificat.

A. D. 1235. Imperator duxit sororem regis Angliae[4] et medio Augusto curiam Moguntiae celebravit. Ibi filium suum Heinricum sibi oppositum regno privavit et eum in Calabriam detinendum misit. In ipsa curia dominus de Luneburch[t] et Brunswich et Luneborg[u] et omnem hereditatem suam imperio resignavit, et imperator Brunswicense dominium in ducatum mutavit et duci porrexit. Dux Otto de Brunswich circa festum Martini Bremam obsedit et, factis exactionibus et incendiis, rediit. Castrum Otterenberche[v] duci traditur a quibusdam, qui illud ceperant quadam nocte. Godescalcus Raceburgensis episcopus obiit[5]. Cui Petrus, eiusdem ecclesiae praepositus, successit.

A. D. 1236. Bremensis archiepiscopus et dux de Brunswich reconciliati sunt, et promissa est pax perpetua inter ecclesiam et ducem, et duci quaedam pheoda[w] sunt porrecta. Otterenberge et Horborch destruuntur. Monasterium in Rosenvelde 4. Kal. Maii totaliter incendio deflagravit. Beata Elizabeth in Marpurg translata est Kal. Maii, praesente imperatore et multis principibus. Tanta ibi erat hominum multitudo, quantam se nemo

a) defenderet 2. attulisset 1. 2. b) *si hoc proelium commissum est sabbato ante ascensionem, ut ait Emo abbas, vel sabbato ante rogationes, quod habert etiam antiqui annales Rastedenses l. l. p.* 48, *legendum est* 6. Kal. Iunii. *Anonymus Saxo et Chron. Luneburg. quoque referunt peregrinos terram intrasse* 3. *die post Urbani (Mai.* 28.*), Godefridus proelium refert contigisse in crastino ascensionis.* c) potentie et *addit* 1. d) Zebaoth 2. e) miseranda 2. f) *Hist. archiep. Brem. c. XXX.* malesuaderunt. g) pontum 1. h) spiritualem nec materialem 2. i) pestilestes 1. k) sunt 1. l) viliter 1. l*) *cantici ecclesiastici primis verbis notas musicas adiecit* 1. m) eos 2. n) interierint 2. o) disparsi 1. p) retributionem 2. q) Oldenborg 2. r) circa 1. s) tornamento 2. *ita p.* 363. 26. *cod. uterque.* t) Luneborch 2. u) Lunenburg 2. v) Otterenberge 2. w) foeda 2.

1) die Oechte. 2) Altenesch iuxta fluv. Oechte. 3) Willelmo monacho Egmondano teste ad a. 1233. Florentius comes Hollandiae obiit d. 28. m. Augusti a. 1234. 4) Wormatiae d. Iulii 15. 5) die Dec. 8.

unquam meminit pariter[a] aspexisse. Facta est maxima strages peregrinorum in Livonia circa festum Mauricii. Theoricus de Haselitor[b] ibi cecidisse dicitur[1]. Ablatio[c] auri et argenti sine fine. Postera die imperator ivit Wetslariam[d]. Petrus Raceburgensis episcopus moritur[2], cui Ludolfus, eiusdem ecclesiae camerarius, subrogatur[e]. Eodem anno in die pentecostes soror regis Boemiae, domina Agnes, hortatu minorum fratrum se reddidit[f] ordini pauperum[g] dominarum de regula beati Francisci in Praga, spreto propter Christum imperatore Friderico, qui eam in coniugem antea postulaverat.

A. D. 1237. Papa et imperator aliquantulum discordabant: nam papa Lombardis favente, imperator proposuit eos expugnare. Nam Mediolanum, Vercellis, Mantua, Placentia, Faventinum[3], Bononia, et aliae multae civitates Lombardiae imperatori erant oppositae, Venetia similiter. Placentini in contemptum imperatoris tres milites suspenderunt 12. Kal. Martii[4]. Dux Abel filiam comitis Adolfi de Scowenborch[h] duxit in uxorem 7. Kal. Maii. Hiisdem temporibus orientalis ecclesia a sede apostolica se subtraxit. Dicitur, quod illa ecclesia in[i] numero et merito praecellat occidentalem. Imperator collectis viribus profectus est in Lombardiam, et papa Romam rediit et pacem inter Romanos fecit. Imperator suspectus erat papae eo, quod circa Sarracenos, quibus tam in pace quam in bello secure se credidit, affectu nimio ducebatur. Cum soldano etiam multam amicitiam habuit. Quid per hoc intenderet, nemo novit. Imperator cum Mediolanensibus conflictum habuit et plures occidit[5]. Brunwardus Zwerinensis episcopus obiit, cui Fridericus, antiqui Gunzelini filius, successit.

A. D. 1238. Imperator per Italiam contra hostes suos per totum annum rebus bellicis insudavit. Albertus, frater comitis de Glico, electus in praepositum, Magdaburg[k] ante portam civitatis sagitta perfossus, interiit 6. Idus Martii, praeposito Brunone, qui ab alia parte electus erat, penitus ignorante. Heinricus Coloniensis archiepiscopus[l] obiit, cui Conradus, frater comitis de Honsten[m], successit. Willehelmus[n], frater comitis Hollandiae, in tornamento interiit[6]. Comes Adolfus cum uxore sua Heilewiga[o], filia filii Bernardi domini de Lippia, postea abbatis et episcopi[p], Livoniam intravit. Sacerdos in Brema, Marquardus nomine, qui[q] domum archiepiscopi furtim ingrediens, res ibi[r] inventas subtraxit et exiens domum concremavit, capitur et suspenditur.

A. D. 1239. Papa Gregorius imperatorem Fridericum in coena Domini, quae erat 9.[s] Kal. Aprilis, extinctis candelis anathematizavit, ita dicens[7]: *Excommunicamus et anathematizamus auctoritate Patris et Filii et Spiritus sancti et beatorum apostolorum Petri et Pauli et nostri Fridericum[s'], dictum imperatorem, pro eo quod contra Romanam ecclesiam seditionem movit in Urbe, per quod intendit pontificem et fratres a sua sede repellere, contra[t] privilegia dignitatis et honoris apostolicae sedis, contra[u] libertatem ecclesiasticam[v], contra iuramentum, quo super hoc tenetur ecclesiae, temere veniendo. Item pro eo, quod venerabilem fratrem nostrum, Praenestinum episcopum, apostolicae sedis legatum, ne in sua legatione procederet, quam in Albingensium[w] partibus pro corroboratione catholicae fidei sibi commisimus, per quosdam fideles suos inpediri mandavit. Item pro eo, quod non permittit quasdam cathedrales ecclesias et alias vacantes ecclesias in regno reparari, et hac occasione periclitatur libertas ecclesiae, perit fides, quia non est, qui proponat verbum Dei nec, qui regat animas deficiente pastore. Item quod in regno clerici capiuntur et[x] incarcerantur, proscribuntur et occiduntur. Item quod in regno ecclesiae Domino consecratae[8] destruuntur, et prophanantur. Item quod non permittit*

a) pariter *deest* 1. *adest in H. a. B.* b) Haselror 2. *Leg.* Theodoricus de Haselthorpe. c) *Hist. archiep. Brem. hanc sententiam iungit narrationi de morte beatae Elizabeth et hic habet:* Oblatio, *quod rectius videtur.* d) *ita legendum;* Werflariam 1. Wetflariam 2. e) successit 2. f) reddit 2. g) pauperarum 1. h) Scowenburg 2. i) et 2. k) Mageburg 1. l) episcopus 2. m) Honstein 2. n) Wilhelmus 2. *ut saepius.* o) Heluuiga 2. p) *verba* filia — episcopi *margini ascripta* 1. *plane desunt* 2. q) qui *deest* 1. r) ibi *deest* 2. s) VIII. 1. *v. supra in catal. paparum p.* 299.55. s') F. 1. *saepius.* t) et contra 1. u) contra *deest* 1. v) ecclesiastice 1. w) Albiensium 1. x) et *deest* 2. *adest vero in* 1. *et apud Matth. Paris.*

1) A. 1237. eodem die »magnam in Lettowia fuisse expeditionem« referunt annal. Dünamund. s. l. Die sancti Mauricii sive die 10. Kal. Octob. memoria domini Theoderici de Haselthorpe celebrabatur in ecclesia Hamburgensi. Vid. Necrolog. Hamburg. 2) sc. Aug. 29. 3) Faenza. 4) Accuratiorem eorum, quae hoc anno Albertus refert, cognitionem debere videtur itineri Romano. 5) Nov. 27. apud Cortenuovam. 6) Videtur hunc Willelmum, postea regem Teutonicum, confudisse aut cum Florentio a. 1234. defuncto, aut cum alio comite eiusdem nominis. 7) Formula depositionis integra, quam excerpsit Albertus, reperitur in Matthaei Parisiensis historia Anglorum ad a. 1239, ex qua lectiones quasdam varias annotavimus. 8) sc. Siciliae.

*Soranas*[a] *ecclesias reparari. Item pro eo, quod nepotem regis de Tunisi*[b], *venientem ad Romanam ecclesiam pro suscipiendo baptismatis sacramento, detinet, nec venire permittit. Item pro eo, quod Petrum Surracenum, civem Romanum, ex parte regis Angliae ad sedem apostolicam venientem, cepit et detinet carceri mancipatum. Item pro eo, quod terras ecclesiae occupavit, contra iuramentum, quo super hoc tenetur ecclesiae, temere veniendo. Item pro eo, quod terras quorundam nobilium de regno, quas tenebat ecclesia, ad manus suas occupavit et devastavit. Item pro eo, quod quasdam ecclesias cathedrales fere bonis omnibus spoliavit. Item pro eo, quod multae ecclesiae kathedrales et aliae ecclesiae ac monasteria de regno pro iniqua inquisitione*[c] *fuerunt fere bonis omnibus spoliata. Item pro eo, quod templarii et hospitalarii*[d] *in regno mobilibus et inmobilibus spoliati, non sunt iuxta tenorem pacis integre restituti. Item pro eo, quod talliae et*[e] *exactiones contra formam pacis ab ecclesiis et monasteriis per ipsum extorquentur in regno. Item pro eo, quod in regno praelati ecclesiarum et abbates Cisterciensis et aliorum ordinum compelluntur dare certam summam pecuniae per singulos menses*[f] *pro constructione novorum castrorum. Item pro eo, quod contra tenorem pacis hii, qui adhaeserunt ecclesiae, bonis omnibus spoliati exulare coguntur tamquam proscripti, uxoribus et liberis captivatis. Item pro eo, quod ipse inpedivit negotium terrae sanctae et recuperationem imperii Romani*[g]. *Omnes autem, qui iuramento fidelitatis ei*[h] *tenentur astricti, ab eiusdem iuramenti observatione decrevimus absolutos, ne sibi fidelitatem observent districtius inhibentes, quam diu fuerit vinculo excommunicationis astrictus. Super oppressionibus vero et gravaminibus aliis nobilium, pauperum, orphanorum, viduarum et aliorum de regno, pro quibus idem Fridericus iuravit stare mandatis ecclesiae, ipsum intendimus admonere*[i], *et in ipso negotio dante Domino procedemus*[k], *sicut fuerit procedendum. Porro pro omnibus et singulis supra dictis, super quibus dictus Fridericus a nobis diligenter fuit admonitus et frequenter, nec parere curavit, eundem Fridericum excommunicationis et anathematis vinculo innodamus. Ceterum quia idem Fridericus de tam*[l] *factis suis multis, — etiam*[m] *fide dignis clamantibus, per universum quidem*[n] *orbem, quod de catholica fide recte non sentiat —, est graviter infamatus, nos dante Domino suo loco et tempore procedemus, secundum quod requisierit ordo iuris.*

Imperator intelligens tale factum, condoluit[o] et cardinalibus scripsit[1]: *Fridericus Dei gratia Romanorum imperator et semper augustus, Iherusalem et Siciliae rex, universis sacrosanctae Romanae ecclesiae cardinalibus, dilectis amicis suis, salutem et sincerae dilectionis affectum. Cum sit Christus caput ecclesiae et in Petri vocabulo suam fundaverit ecclesiam supra petram, vos apostolorum statuit successores, ut, Petro pro omnibus ministrante, vos, qui estis candelabra ecclesiae, supra*[p] *montem, non sub modio constituta, revera omnibus, qui sunt in domo Domini*[q], *ex effectu bonorum operum luceatis, nec a publica lingua mundi et conscientia generali veritatis*[r] *vos subtrahere intendatis: cum ad singula, quae praesidens sedi Petri proposuit*[s] *statuere, vel denuncianda decrevit, aequa participatio vos admittat, nisi praevisus*[t] *religionis ecclesiasticae status*[u] *et zelus effluens*[v] *evitandi scandali generalis, cautela*[w] *vobis suggesserit ad futura. Quis enim non miretur et stupeat, quod tot venerabilium patrum congregatione*[x] *munita ecclesia*[y] *generalis sedens in solio et, utinam iustus, iudex velit inconsulte procedere, aut*[z] *suis motibus excandescens in Romanum intendat principem, advocatum ecclesiae ad praedicationem ewangelii stabilitum*[*], *ob favorem Longobardorum rebellium exercere spiritualem gladium, si dicere liceat, minus iuste: cum alias quaerit, quid*[a] *ex obiectis ecclesiarum gravaminibus, quae*[b] *dicuntur obiecta, quantum ut*[c] *species a genere per individua deriventur, vel emendationem receperint vel ex deliberata nostri provisione*[d] *consilii sit in proximo, prout iussio iam praecessit, debita et integra emendatio secutura. Nam et*[e] *patentes ecce litteras praelatorum*

a) seranas 2. ecclesiam Soranam *Matth. Paris.* b) ostunici 1. regis Tunicii *Matth. Paris.* c) per iniquam inquisitionem *Matth. Paris.* d) hospitaliarii 2. e) *verba* talliae et *desunt 2. adsunt apud Matth. Paris. ubi v. lection. variant.* f) circa mensem 1. per singulos menses 2. *et Matth. Paris.* g) Romaniae 2. *et Matth. Paris.* h) ei *deest 1. adest 2. et Matth. Paris.* i) amovere *Matth. Paris.* k) procedimus 1. l) de *deest* 2. de dictis factis suis, multis clamantibus *Matth. Paris.* m) quam 2. n) quidem *deest* 2. o) indoluit 2. p) super 2. *et Matth. Paris.* q) Domini *deest* 1. *et Matth. Paris.* r) scientia generali 1. conscientia generali *Matth. Paris.* s) proponit 2. proponit statuens *Matth. Paris.* t) ipsius *Is.* u) status ediastice 1. ecclesiae status *Is. Verba sequentia* et zelus *usque* plane relaxet *plane desunt* 2. v) effervens *Is.* effervescens *Matth. Paris.* w) cautelam *Is. quod legendum.* x) aggregatione *Is.* y) munitus ecclesiae *Is.* z) ac *Is.* *) ecclesiae ad praecipitationem omnium, sententiam depositionis statuere: et ob favorem *Is. Desunt illa verba quoque apud Matth. Paris.* a) alias quicquid *Is. et Matth. Paris.* b) quae vel *Is.* c) vel quae ut *Is.* d) vel ad deliberationem vestri *Is.* e) Nam ecce per *Is. et Matth. Paris.*

1) Epistola haec legitur quoque in Petri de Vineis epistolarum lib. I, 7. edit. Iselii T. I. pag. 100 et apud Matth. Paris. h. a., ex quibus varias quasdam lectiones textui nostro subiunximus.

*dampna passorum*[a], *quos mandatum apostolicum praestitit monitores, evidens testimonium declaratur: et praecedens nostra constitutio super vocatione praelatorum dampna passorum et de*[b] *praestanda integra satisfactione praelatis, cum*[c] *per litteras, venerabili archiepiscopo Messanum*[d] *vocato ad hoc assessori nostro transmissas, evidens exhibet*[e] *testimonium veritati*[f]. *Propter quod non indigne dolemus, si pater apostolicus nos offendere tam graviter intendat, ut in*[g] *constantem virum tam vehemens cadat iniuria: et si patienter ferre velimus, immanitas negocii non permittit, quoniam*[h] *ad ultiones, quibus caesares uti solent, facta*[i] *violentia nos inpellit*[k]. *Verumtamen dum consideramus inpatientiam procedentis*[l] *et difficultatem attendimus assensoris*[m], *si ex aequo*[n] *liceret privatas exercere vindictas, quas in hominem, per quem scandalum venit, et in sui participes sanguinis compensare possemus: ut in ipsum et in suos attemptata nostrae sedis iniuria redundaret, tollerabilius duceremus. Sed cum nec ipse, nec tota propter hoc sua passura progenies tanti*[o] *forent, ut culmen imperii celaret*[p] *ultionem ipsorum, cumque sedis auctoritas audaciae sibi frena relaxet et tot venerabilium fratrum moles, eum in concepta fovere pertinacia videatur, angit nos altiori mente turbatio, quod dum nos intendamus a persequente defendere, oporteat nos gravius offendere resistentes*[q], *salva in omnibus ecclesiae sanctitate, quam cultu sacro et debita reverentia corde et corpore veneramur. Quapropter venerabilem coetum vestrum affectuosius deprecamur, quatinus motus summi pontificis, quos ex causis evidentibus non*[r] *tam iustos quam voluntarios mundus agnoscit, deliberata modestia compescatis, generali statui et*[s] *praesertim quieti mentium a scandalis providentes. Nam cum ad salutem et honorem omnium vestrum favorabiliter alligemur, ab*[t] *iniuriarum offensa non poterimus aequanimiter abstinere. Quin*[t] *et si obstare principiis non possemus, licite liceat iniurias, quas revocare non possumus, iniuriis propulsare. Datum Paduae.*

Non minus papa sollicitavit archiepiscopos et episcopos, ut imperatorem denunciarent. Sed episcopi Theutoniae, ne hoc fieret, supplicabant. Imperator Lombardos fortiter impugnavit, et procedens ulterius, plurimas civitates papae occupavit usque ad Viterbium. Comes Adolfus de Scowenburg se reddidit ad minores fratres in Hamborch[u] die Ypolyti sabbato[v], relinquens post se puerulos, Iohannem, Gerardum et Luderum, quibus Aug. 13. tutorem dedit generum suum Abel, ducem Daciae. Cuius frater Ericus, rex Daciae, iunior duxit filiam ducis Alberti de Anehalt[w, 1] die Dyonisii[x]. Eodem die Hermannus, filius Oct. 9. sanctae Elizabeth, duxit Elenam[y], filiam ducis Ottonis de Brunswich. Ecclesia in Selcinge[z] [2] fulmine exusta est a pinnaculo usque ad inferiores partes. Fridericus Zweri- 2 nensis episcopus obiit, in cuius locum Thidericus, eiusdem ecclesiae praepositus, die Eustachii postulatur.

A. D. 1240. Papa archiepiscopos et episcopos ad denunciationem imperatoris sollicitavit, sed modicum profecit, nisi in Francia[3] et Dacia[4]. Archiepiscopi et episcopi Teutoniae papae rescripserunt, supplicantes ei, ut pro scandalo ecclesiae evitando de pace inter se et imperium cogitaret[5]. Papa tamen imperatori[*] omnes, quos potuit, adversarios suscitavit, 5 crucem praedicari faciens super omnes, qui sedem apostolicam infestabant.

Praepositus Zwerinensis ibidem in episcopum postulatus, magistrum Elgerum Hamburgensem et Sibodonem Zwerinensem canonicos ad Romanam curiam destinavit, ipsique a papa cum hac littera redierunt: *Gregorius episcopus, servus servorum Dei, venerabilibus fratribus archiepiscopo et episcopo Verdensi salutem et apostolicam benedictionem. Ex parte dilectorum filiorum decani et capituli Zwerinensis ecclesiae fuit propositum coram nobis, quod eadem ecclesia pastoris solatio destituta episcopi, convenientes in unum, de futuri substitutione pontificis tractaturi: quasi divinitus inspirati omnes voto unanimi et voluntate concordi, in dilectum filium, praepositum ipsius ecclesiae, virum, ut asserunt, scientia praeditum, disciplinis ecclesiasticis eruditum et morum honestate praeclarum, per cuius industriam dicta ecclesia, in*

a) *verba* dampna passorum *desunt apud Is. et Matth. Paris.* b) de eisdem *Is.* c) tum *Is.* d) Messanensi *Is.* e) exhibetur *Is.* f) veritatis *Is.* g) ut nondum in *Is.* h) quin *Is. et Matth. Paris.* i) facti *Is.* k) compellat *Is.* l) dominantis vel procedentis *Is.* m) defensoris *Is.* n) ex quo *Is.* o) tota eius successura progenies tanti *Is.* p) zelarent *Is.* q) satagentem *Is.* r) evidentissimis *Is.* s) ecclesiae et *Is.* t) *verba* ab — Quin *desunt apud Is.* u) Hamburg 2. v) sabbato die Hippolyti 2. w) Anehald 2. x) Dionysii 2. y) Helenam 2. z) Selcige 1. 2. *) imperatori *deest* 1.

1) Iudith, v. Ann. Ryenses h. a. 2) Selsingen, villa parrochialis in praefectura Zeven. 3) Conf. Albericum a. 1241. 4) Ericum, regem Daciae iuniorem, tunc in regem Romanorum eligi machinabatur. V. Alberti Beham epistolas ed. Höfler. p. 3. 22. Albericus l. l. haec de Abele, fratre Erici regis, refert. 5) Has litteras h. a. m. April. et Maio datas vid. in Mon. Germ. hist. Legum T. II. p. 334 sq.

*medio pravae ac*[a] *perversae nationis posita, posse creditur a suis tribulationibus et angustiis respirare, sua desideria direxerunt*[b], *votis tam cleri quam populi concurrentibus in eundem. Sed intellecto, quod defectum in natalibus pateretur, utpote de quodam milite soluto genitus et soluta, ad electionem non processerunt ipsius, sed ad nos potius habuere recursum, nobis tam per litteras, quam per dilectos filios, magistrum Elgerum Hamburgensem ac Sibodonem*[c] *Zwerinensem canonicos, nuncios suos, viros providos et discretos, qui apud nos super assumpti promotione fideliter institerunt, humiliter supplicantes, ut utilitate ac necessitate ecclesiae supradictae pensatis, supplentes defectum huiusmodi, ipsum eis in patrem et pastorem animarum eorum concedere curaremus, vestris et plurium aliorum tam praelatorum et capitulorum quam nobilium, pro ipso supplicantium, nobis litteris praesentatis, qui eum super praemissis reddunt multipliciter commendatum. De vestra igitur circumspectione plenam in Domino fiduciam obtinentes, fraternitati vestrae per apostolica scripta mandamus, quatinus de modo postulationis studiis postulantium, et postulati*[d] *meritis, veritate sollicite inquisita, si postulationem ipsam alias inveneritis de persona idonea canonice celebratam, cum eo super huiusmodi defectu auctoritate apostolica dispensantes, praeficiatis eum eidem ecclesiae in episcopum et pastorem, ac faciatis ei a subditis Zwerinensis ecclesiae obedientiam et reverentiam debitam exhiberi, contradictores, si qui fuerint, vel rebelles per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescendo. Alioquin provideri praefatae ecclesiae de persona idonea per electionem canonicam faciatis. Datum Lateran. 13. Kalend. Iunii pontificatus nostri anno quarto decimo.*

Archiepiscopus Bremensis et Verdensis episcopus recepta littera, in domo minorum fratrum in Stadio evocato ad hoc Lubicensi episcopo Iohanne conveniunt, ibique praepositus[e] una et eadem die, scilicet 4. Kal. Augusti, legitimatur, examinatur, confirmatur, et in episcopum consecratur.

Abbas Albertus Stadensis se ad fratres minores reddidit in Stadio 13. Kal. Septembris feria 2. Cui Thidericus, monachus de Rarstede[1], successit. Abbas siquidem Albertus saepius in regula beati Benedicti, quam professus erat, adanimadvertit[f] hunc articulum, ubi dicitur, quod qui eam servare tenetur et non servaverit, sciat se a Deo dampnari, quem irridet. Romanam adierat sedem anno Gregorii papae 11, videlicet anno Domini 1236, papae supplicans, ut locum suum in Cysterciensem ordinem commutaret, ut sic fratres ibidem commorantes sub observatione sanctae regulae possent diem extremum et adventum districti iudicis sine gravissimo animarum suarum periculo exspectare. Papa petitionem ipsius exaudiens, talem ei dedit litteram: *Gregorius episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri Bremensi archiepiscopo, et dilectis filiis decano et*[g] *Iohanni de Beversat*[h], *canonicis Bremensibus, salutem et apostolicam benedictionem. Desideria devotorum, in quibus fructus aeternae vitae contineri dinoscitur, eo promptioribus ad effectum per nos sunt deducenda studiis, quo super talibus exequendis nobis inesse debet diligentia specialis. Hinc est, quod cum monasterium sanctae Mariae in Stadio, ordinis sancti Benedicti, Bremensis dioecesis*[i], *sicut accepimus, sit peccatis exigentibus ita dispositum, quod evidenter ibidem non absque offensa divini nominis salus negligitur animarum, ad preces abbatis eiusdem monasterii super hoc salubriter providere volentes, discretioni vestrae per apostolica scripta mandamus, quatinus ipsum, si salubriter in suo non possit ordine reformari, de Cysterciensi ordine Deum*[k] *habendo prae oculis reformare curetis, illis ex eisdem monachis, qui forte meliorationis huiusmodi gratiam consequi recusantes, noluerint habitum Cysterciensem assumere, in aliis locis sui ordinis collocando, contradictores per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescatis. Quod si non omnes his exequendis interesse poteritis, tu, frater archiepiscope, cum altero eorum nichilominus exequaris. Datum Viterbii*[l] *2. Nonas Maii pontificatus nostri anno undecimo.*

Huic negotio archiepiscopus a prima fronte interfuit, et abbas ad curiam de ipsius voluntate et conscientia processit, cui etiam ad eiusdem rei executionem fidum consilium
Iul. 22. et firmum auxilium repromisit. Die itaque Mariae Magdalenae abbatem et totum conventum super capellam suam in Stadio convocavit cum collega suo in hoc facto Gernando, decano maioris ecclesiae in Brema, eisque papalem litteram declaravit, hoc adiciens, quod se studerent in suo ordine reformare, alioquin vellet circa ipsos mandatum apostolicum

a) et 2. b) duxerunt 1. c) Elerum H. ac Sibonem 2. d) postulanti 1. e) prepositus idem 2. f) animadvertit 2. g) et *deest* 1. h) de *deest* 1. Beversak 2. *sicut et Crantz Metropol. lib. VIII. c. 4. In diplomatis Hamburgensibus vocatur* Io. de Beverseten. i) dyocesis 1. k) consilium 2. l) Witerbii 1.

1) Rastede in ducatu Oldenburg.

adimplere. Duo de minoribus fratribus, videlicet frater[a] Eilbertus de Danneberch[b] et frater
Heinricus de Halverstad, et Iohannes, monachus de Rarstede, qui etiam se postea ad mi-
nores fratres reddidit, huic intererant actioni. Abbas executionis finem ab illa die plus quam
per triennium expectavit, et saepius monens archiepiscopum, saepissime decanum, videns-
que quod nil proficeret, sed magis[c] tumultus fieret et periculum animarum, ab ammo-
nitione destitit, et propositum suum posse fieri desperavit. Hoc siquidem negotium sic est
sine termino terminatum. Abbas autem intelligens sine effectu se laborasse, ad minores
fratres praedicto tempore, scilicet anno gratiae 1240 intravit. Si vero in monasterio memo-
rato secundum verbum domni papae non absque divini offensa nominis salus negligitur
animarum, hii, qui mandatum receperunt apostolicum super reformatione huiusmodi, vi-
deant, quid in die iudicii respondeant creatori.

Papa Gregorius insolentias imperatoris contra ecclesiam metuens, principes super
electione alterius sollicitavit, sed nichil profecit, quia quidam principum ei rescripserunt[1]:
*Non esse sui iuris, imperatorem substituere, sed tantum electum a principibus coronare.* Electio
enim ad istos dinoscitur pertinere. Ex praetaxatione principum et consensu eligunt impe-
ratorem Treverensis, Moguntinus et Coloniensis. Trevirensis enim licet de Alemannia
non sit, ratione antiquitatis eligit: quia, cum eadem civitas a filio Nini, quem Semiramis,
noverca eius, stuprum ab eo desiderans, a Babylone fugavit, sit constructa, Abraham pa-
triarcha trium annorum existente, etiam est a tempore Petri apostoli in fide catholica soli-
data[2]. Palatinus eligit, quia dapifer est, dux Saxoniae, quia marscalcus, et margravius de 2
Brandenburg, quia camerarius. Rex Boemiae, qui pincerna est, non eligit, quia Teutoni-
cus[3] non est.

Eodem anno coeperunt magis ac[d] magis horrendi[e] rumores de populis[f] barbarorum,
qui dicti sunt Tartari, succrescere, qui pertransientes innumerabili multitudine et manu
valida Ruciam et Poloniam et alia plurima regna, nulli pepercerunt, sed omnes, quos attin-
gere poterant, cuiuscunque essent professionis, sexus vel aetatis, crudelitate nimia pere-
merunt, venientesque Ungariam inopinatissimo eventu, factaque infinita strage hominum,
regem[4], occiso fratre[5] eius in pugna[6], de suo regno in Graeciam expulerunt. 6

A. D. 1241. Imperator omnes vias versus Romam cum suis fautoribus occupavit;
euntes autem ad curiam Romanam si comprehendit, detinuit saepius et afflixit[7]. Legatum
Angliae Ottonem, et Franciae Praenestinum episcopum, professione Cysterciensem, a Ianua
per mare Romam redire volentes, cum infinita pecunia captivavit, et prospero nimis eventu
circa 4 milia Ianuensium cepit et tres galeas in eodem conflictu cum rebus et hominibus
submersit[8]. Cepit 22 galeas et praelatos et clericos infinitos et ambaxatores ultra cen-
tum. Tartari tanto timore corda hominum concusserunt, ut homines contra eos in di-
versis locis et[g] provinciis auctoritate episcoporum se crucis caractere insignirent. Tandem
papa ad instantiam regis Ungariae, ducis Austriae et domini Carintiae dedit generalem
terrae Iherosolimitanae indulgentiam contra eos[9]. Rex Daciae Waldemarus obiit in
coena Domini, scilicet 5. Kal. Aprilis. Cui Ericus, filius eius, succes it. Papa Gregorius
obiit 12. Kal. Septembris, et duo electi sunt, scilicet Romanus Portuensis et Godefridus
Sabinensis[10]. Cesserunt ambo, et iterum cardinales elegerunt unum, sed non de suo col- 10
legio. Sed[h] Romanis quaerentibus quis esset, nomen illius exprimere noluerunt. Abel
dux Iutiae renunciavit in Hamborch[11] tuitioni puerorum fratris Adolfi, cuius filiam, nomine
Mechtildem, quae postea duxit ducem Sueciae[12], habuit in uxorem[13], die Willehadi, praesente Nov. 8.

a) frater *deest* 2. b) Danneberg 2. c) magnus 2. d) atque 2. e) horrendiis 2. f) populi 2. g) locis et *desunt* 1. h) Sed *deest* 1.

1) V. supra notas ad initium huius anni. 2) V. C ta Trevirorum c. 2. quamquam ibi pro *trium*, ex annorum est, quod suum fecit supra Albertus pag. 285. 3) Conf. Sachsenspiegel lib. III. c. 57. §. 2. Merkel de re publica Alamannorum p. 100 sq. Homeyer Die Stellung des Sachsenspiegels zum Schwabenspiegel p. 93 sq. Quamvis rex Bohemiae plerumque in electorum numero fuisset, tamen tempore quo Albertus haec scripsisse videtur, in electionibus regum Romanorum plane non fuit, scil. 1246. Heinrici Raspe et 1247. Wilhelmi de Hollandia. 4) Belam IV. 5) Colomannum regis fratrem in animo videtur habere, de cuius morte nihil certi compertum habemus. 6) die 12. Martii a. 1241. in flumine Sayo. 7) sc. Iacobum. 8) h. a. Mai. 3. Quae de hoc conflictu refert Albertus mirum quantum, si ad numeros et verba respexeris, consentiunt cum epistola fratris Bartholomaei Tridentini apud Hormayr Goldene Chronik von Hohenschwangau, Appendix p. 70. 9) Iun. 16. h. a. 10) Celestinus IV. 11) Aliam chartam ab eo datam Hamburgi d. 10. Nov. v. Hamb. Urkundenbuch. 12) a. 1261. nupta Birger Iarl. 13) Vid. supra a. 1237.

archiepiscopo Bremensi Gerardo, qui etiam tunc ad hoc efficaciter laboravit, ut dux Abel comitem Guncelinum Zwerinensem in gratiam suam reciperet, cuius antea capitalis fuerat inimicus, quia regem captivaverat pater eius. Sed idem Guncelinus hanc[a] ducis gratiam sibi impensam male oblivioni tradidit, quia cum rege Daciae, qui ducem impie voluit opprimere, eundem ducem et socerum eius Iohannem, Holtzatiae comitem, non est postea verecundatus, in quantum potuit, impugnare. Iohannes comes, fratris Adolfi filius, 4. Idus Novembris in Hamborch cum maximo cleri et populorum tripudio est receptus, cui etiam 1 eodem tempore filia ducis Saxoniae[1] adhuc puellula in coniugem est promissa. Eclipsis solis octava Michahelis[b], scilicet 2. Nonas Octobris, die dominica post meridiem modicum, stellis apparentibus et sole penitus a nostris visibus occultato. Et tanta erat coeli serenitas, ut nulla in aere nubes appareret. Celestinus papa successit Gregorio, dictus antea Iufridus, et sedit diebus 14[2].

A. D. 1242. Et[c] duobus annis sedes papalis vacavit, cardinalibus inter se discordantibus et quibusdam Romam intrare non audentibus. Unde contigit, ut se invicem frequentius vocarent ad electionem, et etiam ipsi tam inter se, quam ab aliis multas controversias et insolentias sustinerent.

A. D. 1243. Imperator a suo proposito non quievit, sed pro sua parte omnes, quos potuit, sollicitavit; et plurimi pro eo, plurimi etiam[d] contra eum diversis opinionibus senserunt, ita ut quidam eum non solum excommunicatum sed etiam hereticum appella- 3 rent. Eodem anno Bedericus, comes in Beltiz[3], misit abbati S. Mariae in Stadio, Thiderico[e], et suae ecclesiae et conventui reliquias gloriosas, videlicet sanguinem Iesu Christi in vasculo cristallino[f], quod domnus abbas super duas cristallos, in quibus praedecessor eius plures reliquias antea collocaverat, honorifice collocavit, appendens crucem ibidem parvulam, in qua est lignum Domini collocatum. In alio vasculo cristallino competenter magno de spinea corona Domini, de clavo, quo affixus fuit[g] Dominus cruci, de flagello Domini, de lacte beatae[h] Virginis. In tabula quadam ad modum palmae gloriosas quindecim portiones Andreae apostoli, Iohannis baptistae, Pauli apostoli, de sepulchro Domini, de cingulo sanctae Mariae virginis[i], item de sepulchro eius, Stephani prothomartyris, Thomae apostoli, Georgii martyris, Pantaleonis, Margaretae virginis, Blasii episcopi et martiris, Marthae[k] hospitae Domini, Danielis prophetae, Bachi martiris. Et eadem tabula ex parte reliquiarum ibidem nude positarum est aurea, et ex alia argentea. Item sub cristallo circulari et in argento deaurato, cum 4 lapidibus preciosis posita, de cruce Domini, de crine beatae Virginis, de crine beati Iohannis euangelistae, de capite Iohannis baptistae, Stephani prothomartiris, et Mariae Magdalenae. Misit autem praedictus comes easdem reliquias sub testimonio Rudcheri Brandeburgensis episcopi et H.[l] abbatis Sichemensis, et sub suarum etiam testimonio litterarum, in quibus asseruit, se eas a pontifice de Caph, quae[m] olim appellabatur Ioppen[n], magnis laboribus et precibus impetrasse et secum de transmarinis partibus advexisse; misitque eas per monachum Ottonem de Bederkesa, qui etiam idem factum totum de tempore in tempus cognoscitur promovisse. Sed hae gloriosissimae reliquiae in assumptione beatae Virginis cum magno cleri plebisque tripudio in Stadio sunt receptae.

4 A. D. 1244. Senobaldus in papam electus est et dictus Innocentius[4]. Frater Adolfus, olim comes Holtzatiae, sedem adiit apostolicam pro dispensatione, quia ordines ardentissimo desiderio affectabat, et rediens dispensationem largam cum tali littera reportavit:

*Universis praesentes litteras inspecturis frater Reynardus et frater Gherardus, domni papae poenitentiarii[o], salutem in Domino. Noveritis, quod nos audita confessione fratris Adolfi, ordinis minorum fratrum, praesentium portitoris, eidem super omnibus articulis, pro quibus duxerat ad sedem apostolicam laborandum, et de similibus sive minoribus, si quos in oblivionem deduxit, de speciali mandato venerabilis patris nostri Ottonis, Sancti Nicolai in carcere Tulliano diaconi cardinalis, cui domnus papa plenariam super hoc concesserat potestatem, beneficium absolutionis inpendimus, et ut ad omnes sacros ordines promoveri valeat,*

a) huius 2. b) Michaelis 2. c) Et *deest* 2. d) et plurimi 1. e) Tunco (Tirico?) 1. f) chrystallina 2. *saepius.* g) fuerat 2. h) Mariae 2. i) virginis *deest* 2. k) episcopi et Marthae 2. l) H. *deest* 2. m) qui 1. 2. n) Ioppe 2. o) previarii 1.

1) Elisabeth, Alberti filia. 2) Cf. supra p. 300 lin. 1, sed successit Coelestinus mens. Octob., obiit Nov. 17. 3) Idem comes de Beltiz (Belzig) capitulo Hamburgensi reliquias misit. V. Hamb. Urkundenbuch p. 775. 4) Innocentium IV. iam anno 1243. d. 25. Iun. electum fuisse constat.

*dispensavimus cum eodem, iniuncta sibi poenitentia salutari. Datum Lateran.* 10. *Kal. Maii, pontificatus domini Innocentii papae IV anno primo.*

Et idem frater Adolfus subdiaconus rediens, a Iohanne episcopo, ordinis praedicatorum magistro, in diaconum, et a Iohanne Lubicensi episcopo in adventu Domini 13. Kal. Ianuarii est in presbiterum ordinatus, qui etiam in dominica *Omnis terra* primam missam 1245. Ian. 15. in Zwentina[a], loco valde solitario et fratrum minorum heremitorio[b], et in Hamborch, ubi comes fuerat, in quadragesima apud minores fratres die Gregorii celebravit. Mart. 12.

A. D. 1245. Papa in Burgundiam Lugdunum, quae prima sedes est Galliarum, veniens, post festum sancti[c] Iohannis baptistae ibidem concilium celebravit[1], et quintam partem ab ecclesiis reddituum requisivit. Imperator pro se nuncios misit, inter quos erat quidam Thadeus[d. 2], dominus[e] legum, qui pro eo elegantissime allegavit, ita ut plurimorum sibi audientiam conquireret et favorem. Nichilominus autem papa imperatorem in die Iacobi, feria[3] tertia, quae tertia dies erat concilii[4], excommunicavit. Papa per totam terram Teutoniae lugubrem litteram principibus ecclesiasticis destinavit, conquerens flebiliter, quod a gente quadam Sarracena, quam Choresminorum[5] populum appellavit, sepulchrum Domini esset enormiter violatum, ita ut plurimi, immo fere omnes, hanc litteram audientes, intellexerint venerabile monumentum Domini ab eisdem infidelibus destructum funditus et eversum, et locum sanctum in planiciem iam redactum. Et fideles in eadem littera sollicitari praecepit, ut se crucis insignirent caractere contra ipsos. Plures episcopi Teutoniae ad concilium non iverunt. Dixerunt etiam quidam, quod eodem tempore fuerint ab ipsis Sarracenis in civitate sancta 11 milia hominum occisa, et in templo et circa sepulchrum Domini sex milia. Circa ascensionem Domini orta est[f] versus meridiem quasi in capricorno stella quaedam ad instar Luciferi, magna, clara, sed rubea; et sicut unus planetarum certum singulis diebus ortum tenuit et occasum; et quia rubea fuit, Martem esse plurimi auctumabant[g]. Iupiter non fuit, quia[h] circiter quinque annos manifeste visus, iam circa Virginem vagabatur. Multi dixerunt, quia[i] ab ipsis, licet assiduam circa astra considerationem habuerint, nunquam ita[k], quod meminerint, antea visa fuit. Eclipsis solis die Iacobi, hora 1, feria tertia, luna Iul. 25. 27; et lunatio proxima tantum erravit, ut in 12 plenilumen[l] appareret. Stella vero iam dicta post diem Iacobi ulterius adeo lucida visa non est, sed de[m] die in diem tam magnitudinem, quam claritatem perdidit. Praepositus de Buchestehude[n] Olricus quendam servum habuit Geverhardum[o], qui quotiens voluit gurgitem aquae Eschede ita, quod non videretur, intravit; et post longam horam rediens magnos pisces, fere ad instar trium palmarum, in qualibet manu unum et in ore tertium retulit secum. Et saepe de balneo exiens in aquam prosiliit et in stupam[p] pisces domino reportavit. Vigilia apostolorum Petri et Pauli, praesente praeposito, vidi, quod inter rotas molendini in profundum aquae se dimisit, et diu post cum pisce non modico rediit. Circa festum Mychahelis[q] viderunt quidam in tempesta noctis hora in oriente surgere lucem clarissimam, quasi solem, et tandem evanescere per aerem, et in colorem rubeum, hominum permixta specie, permutatam. Papa in iam dicto concilio, scilicet die Iacobi, contra imperatorem excommunicationis sententiam renovavit et eum ab imperiali culmine auctoritate propria deposuit et hanc depositionem per totam ecclesiam promulgavit, praecipiens sub interminatione excommunicationis, ut nullus eum imperatorem de cetero nominaret. Qua sententia per mundum volante, quidam principum cum multis aliis reclamabant, dicentes: *Ad papam non pertinere, imperatorem eis*[r] *vel instituere vel destituere, sed electum a principibus coronare*[6]. Interea papa sollicitari fecit principes, quos ad imperium regendum credidit ydoneos, ut aliquis eorum onus imperii sumeret et laborem, promittens ei, quicunque imperium assumeret, consilium et auxilium pariter et favorem. Tandem Heinricus lantgravius, cognomento *Raspe*, multis evictus precibus imperium acceptavit[s].

A. D. 1246. Heinricus lantgravius Thuringiae iuxta Herbipolin[7] in ascensione Domini Mai. 17. a Moguntino et Coloniense et quibusdam principibus in regem eligitur. Et subito crux

a) Zventina 2. b) eremitorio 2. c) sancti *deest* 2. d) Thaddeus 2. e) doctor 2. f) est *deest* 2. g) attumabant 2. h) qui 2. i) quod 2. k) ita *deest* 2. l) plenilunium 2. m) de *deest* 2. n) Bucstedehude 2. o) Gevehardum 2. p) Stubam 2. q) Michaelis 2. r) eis *deest* 2. s) accepit 2.

1) sc. inchoatum d. Iun. 28. 2) Magister Thaddaeus de Suessa. 3) Videtur d. 25. Iul. confudisse cum 17. Albertus. 4) Hoc est dies, quo tertio congregatum est concilium, quod alii factum esse asserunt die Iulii 17, quo die bulla dabatur, qua Fridericus excommunicatus est. 5) Chowaresmii. 6) Conf. supra p. 367 lin. 12. 7) in villa Veitshochheim.

contra omnes infideles a Moguntino sollempniter praedicatur, et omnis illa principum et no-
Iul. 25. bilium collectio crucis karactere insignitur. Rex novus in Frankenevorde festo Iacobi pro-
ximo curiam indixit, et cum ibidem rex Conradus ei cum pluribus occurreret, fugatus est,
1 multis suorum tam capitaneis quam nobilibus captivatis[1]. Coeperunt interea illi, qui plenum
favorem non habebant ad talia, eundem lantgravium[a] *regem* dicere *clericorum*[2]. Papa
etiam omnes principes Alemanniae per legatos sollicitavit, ut Fridericum desererent, et
pro hoste ecclesiae manifesto eum reputarent, et Heinrico, tanquam filio obedientiae, ad-
haererent[3]. Etiam ad soldanum[4] papa nuncios destinavit, eum intendens a familiaritate
abstrahere et amicitia Friderici quondam imperatoris. Et soldanus litteris benigne receptis,
5 Graeca lingua papae rescripsit[5]:

*Praesentiae papae nobilis, magni, spiritualis*[b]*, affectuosi, sancti, tertii decimi apostolo-
rum, universalis loquelae christianorum manutenentis adoratores crucis, iudicis populi chri-
stiani, ductoris filiorum baptismatis, summi pontificis christianorum — confirmet eum Deus,
et det sibi felicitatem — a soldano potentissimo, regnante super colla nationum, continente
duas virtutes gladii et calami, possidente duo praecellentissima, scilicet doctrinam et iudicium,
rege duorum marium, dominatore austri et septentrionis, rege regionis Egipti et Siriae et Me-
sopotamiae et Mediae et Ydumeae et Ophir, rege Fabeth Belfeth Ayob*[c]*, filio soldani Chamel*[6]
8 *Helesmenaphat Mechimet*[d]*, filii soldani regis Holdal*[7] *Iobezir*[e]*, filii primi*[e'] *Aiob*[8]*, cuius regnum
Deus diligit. In nomine Dei misericordis et miseratoris. Praesentatae sunt scripturae papae,
nobilis, magni, affectuosi, sancti, tertii decimi apostolorum, universalis loquelae christianorum,
manutenentis adoratores crucis, iudicis christianorum, summi pontificis filiorum baptismatis —
faciat eum Deus de affectantibus bonum et facientibus illud et volentibus pacem et perseveran-
tibus in causis eius, et adiuvet*[f] *eum Deus in hiis, quae decentia sunt ad illos, qui sunt sui cul-
tus sive ritus, et ad alios — et*[g] *respeximus dictas scripturas studiose, et intelleximus capitula
quae in eis inserta erant, et eorum continentia nobis placuit, et delectatus est auditus noster in
relatu eorum. Et nuncius venit ad nos, quem misit sanctus papa, et ipsum praevenimus cum
honore et dilectione, cum devotione et reverentia, ipsumque vocavimus*[h] *ad conspectum nostrum,
sibi inclinantes. Intendimus autem aurem*[i] *verbis eius, et fidem adhibuimus*[k] *nuncianti nobis de
Christo, super quem sit laus*[l]*. De quo Christo plus scimus, quam vos sciatis, et magnificamus
eum plus, quam vos magnificatis. Et de hoc, quod dicitis, vos desiderare tranquillitatem et
quietem, et habere materiam convocandi populos ad pacem, similiter et nos desideramus nec
volumus contraire: et hoc semper voluimus et desideravimus*[l']*. Sed papa, quem confirmet Deus,
scit, quod inter nos et imperatorem iam dudum fuit*[m] *familiaritas et concordia*[n] *perfecta a
tempore soldani patris nostri, quem Deus ponat in claritate, et adhuc*[o] *inter nos*[p] *et imperato-
rem praedictum est, sicut scitis. Unde non licet nobis aliqua componere cum christianis, nisi
prius habuerimus super hiis ipsius consilium et assensum*[q]*. Et nos scripsimus nuncio nostro,
qui est in curia imperatoris, pro causis, quas detulit nuncius papae, nunciantes capitula et pro-
posita nuncii vestri. Ipse nuncius noster veniet ad praesentiam nostram et loquetur nobis, et
postquam renunciaverit, faciemus iuxta tenorem responsi, nec discrepabimus*[r] *ab eo, quod utile
est et*[s] *videbitur universis, ita quod possimus habere meritum a Deo. Hoc*[t] *vobis annuncia-
mus*[u]*, et bonum ampliabitur in posterum, Deo dante. Scriptum est hoc in 7. die mensis Ma-
9 charon*[v. 9]*, qui fuit lunatio Augusti. Dicit glosa*[w]*: „Laus Deo soli, et benedictio eius super
dominum nostrum Machometum*[x]*, et super genus ipsius. Ipse sit pars nostra.“*

Hanc itaque literam, cum graece scripta fuerit, quidam Latinus, Graecae linguae
peritus, transtulit, et de verbo ad verbum, sicut series literae habuit, explanavit.

a) Landgravium 2. *et saepius.* b) spiritalis 1. c) Fabethbelfech aliob 2. Salech, Belfech, Aiob *I.* d) Mechmet 2. *Verba* Chamel — regis *plane desunt I.* e) Ioberir 2. Hadel Robere *I.* e') t. 1. *deest* 2. *I.* f) adiuet 2. g) Et *deest I.* h) convocavimus *I.* i) autem *deest I.* aurem *deest* 1. 2. k) ei *deest* 1. 2. l) salus *I.* l') desideramus 2. *I.* m) fuerit 2. n) dilectio *I.* o) adhuc *deest* 1. p) vos 1. q) consensum 2. r) discrebabimus 1. s) est et *desunt* 1. t) Haec *I.* u) nunciamus 2. v) Maharram *I.* w) *verba* Dicit glosa *desunt I.* x) Mahometum 2.

1) sc. August. 5. 2) vulgo Pfaffenkönig. 3) Cf. s. epistolas Innocentii. Legum T. II. p. 361. 362. 4) sc. Malek as Saleh Eiub, soldanum Aegypti 1240—1249; cf. Wilken l. l. VI, 584. 5) Haec epistola exstat inter Innocentii IV. epist. l. III. c. 29, unde eam descripsit Raynaldus in Annal. ecclesiast. T. XIII. ad a. 1246. §. 52 sq. Variantes quasdam lectiones inde depromptas littera I. insignivimus. 6) mortui 1238. Mart. 8. 7) Malek al Adel Saifeddin Abeckr 1200, †1218. Aug. 31, 75 annos natus. 8) Emir al Eiub Nadschmeddin, cuius filii fuere Salaheddin et Malek al Adel, avus eius, cuius litteram hic inseruit Albertus. 9) dies 22. vel 23. mensis Iulii.

Dux Austriae[1] contra regem Ungariae conflictu habito occubuit, et ducatum sine herede reliquit. Unde hii versus in quodam loco Austriae in lapide sculpto inventi sunt: 1

*Anno milleno centeno terque triceno*
*Hiis*[a] *quinquaginta si misces, tunc bene disces,*
*Austria quod tota sit principibus viduata,*
*Terraque cornuto discet servire tributo*[2]. 2

Iohannes, filius fratris Adolfi, comes Holtzatiae[a'] 16 annorum, et frater eius Gherardus de Parisius[b], ubi plus quam duos annos steterant, a suis non modico desiderio exspectati, incolumes redierunt, et octava Francisci feria quinta in Hammamborch[c] cum maximo Oct. 8. cleri et populi tripudio sunt recepti. Terram invenerunt sub gwerra, Erico rege Daciae eam[d] cum omnibus, quos in auxilium sui sollicitare poterat, infestante.

A. D. 1247. Heinricus lantgravius, qui imperium acceperat[e], est defunctus[3]. Heredem non habuit, sed dux Brabantiae terram eius manu valida ingrediens ratione tuitionis filiae suae, quae fuerat uxor eiusdem lantgravii, se tam de terra et castris quam de terrae dominio intromisit. Comes Gunzelinus[f] et Sclavi, qui partem Erici regis Daciae[g] contra Iohannem comitem Holtzatiae iuverunt[h], die Brictii Todeslo[4] venientes hostiliter, ali- Nov. 13. quos militum capientes, de Holtzatis plurimos, cum se viriliter defenderent, occiderunt. Rex etiam Daciae Ericus fratrem suum, ducem Abel, in ducatu suo molestare coepit, Christophorum fratrem suum de suis terminis expulit, Kanutum ducem de Blekende[5], fratrem 5 de patre, captivavit; quem postea Lubicenses, expugnato castro Stekenborch[i, 6], in quo detinebatur, viriliter absolverunt. Daciam insuper navali congressu saepius vastantes, cum magnis spoliis redierunt. Papa Heinricum lantgravium mortuum intelligens, Petrum Capucium, de Aureo[k] velo diaconum cardinalem, misit in Teutoniam, qui evocatis archiepiscopis et episcopis, quos potuit, concilium prope Coloniam celebravit festo Mychahelis[l]. Feria[m] quinta post Mychahelis, Willehelmus[n], frater comitis Hollandiae, a quibusdam episcopis et comitibus in Nussia in regem Romanum ad gubernandum imperium est electus. Ab eodem ibidem Iohannes[n'] comes Holtzatiae militiae cingulo est accinctus. (Modicum ante filia ducis Saxoniae, Friderico quondam imperatori missa fuerat desponsata. Hanc antea desponsaverat Otto, filius Ottonis ducis Brunswicensis modicum post mortuus.)[o, 7] Die sanctorum Basilidis et Cirini feria quarta, post meridiem, cum esset aura calida et serena, Iun. 12. subita tempestas orta est, et inter pluviam[p] et tonitrua grando densissima cecidit, cuius[q] quantitas plus quam columbini ovi magnitudinem adaequavit. Bernardus Patheramniensis[r] episcopus obiit, cui Symon, frater domini Bernardi de Lippia, succedit[s], et frater eiusdem Symonis, scilicet Otto maior praepositus Bremensis, Monasteriensi episcopo subrogatur. Teodericus Zuerinensis episcopus obiit, cui Willehelmus, eiusdem ecclesiae praepositus, successit.

A. D. 1248. Coeperunt in ecclesia Dei mirabiles et miserabiles heretici pullulare, qui pulsatis campanis et convocatis baronibus et dominis terrae, in Hallis Suevorum[t, 8] sic praedicaverunt in publica statione. Primo, quod papa esset hereticus, omnes episcopi et praelati symoniaci et heretici, inferiores quoque praelati cum sacerdotibus, quia in vitiis et peccatis mortalibus[u] non haberent auctoritatem ligandi et solvendi, et omnes isti seducerent et seduxissent[v] homines. Item quod sacerdotes peccatis in mortalibus constituti non possent conficere. Item quod nullus vivens, nec papa, nec episcopi, nec aliqui alii possint interdicere divina, et qui pro hiberent, essent heretici et seductores. Et licentiaverunt in civitatibus interdictis, ut missas audirent super animas ipsorum et sacramenta ecclesiastica libere perciperent, quia ipsis perceptis, mundificarentur a peccatis. Item quod praedicatores et fratres minores perverterent ecclesiam falsis praedicationibus, et quod omnes praedicatores et fratres minores,

a) *fortasse legendum* sex; *v. n.* 2. a') Holsatiae 2. *ut saepius.* b) Parisiis 2. c) Hamborch 2. d) eam *deest* 1. e) acceptaverat 2. f) Guncelini 1. g) Daniae 2. h) inuenerunt 1. i) Stekeburg 2. k) aurelo 2. l) Michaëlis 2. *ut saepius.* m) Et feria 2. n) Wilhelmus 2. *ut saepius.* n') Io. 1. o) *verba uncinulis inclusa plane desunt in 2; in 1. vero margini inferiori adscripta sunt, attamen nunc errore librarii post verba* est electus *inseruntur.* p) pluvia 1. q) et 2. r) Paderburnensis 2. s) successit 2. t) Sueonum 1. u) vitiis mentis et mortalibus 1. v) subduxissent 2.

1) Dux Fridericus cum Bela rege Ungariae h. a. d. 15. Iunii ad Leitham fluvium pugnavit, ibique occisus est. 2) Videtur numerum 1246 hic versu complecti voluisse, quare ad emendationem confugiendum. V. not. a. 3) d. Febr. 17. 4) Oldesloe. 5) Blekingen provincia Sueciae. 6) Stege in insula Moen. 7) De filio hoc primogenito ducis Ottonis v. Orig. Guelf. T. IV. p. 81; qui obiit h. a. Ian. 16. 8) Schwäbisch Hall.

Cystercienses quoque et omnes alii pravam vitam ducerent et iniustam. Item quod nullus
esset, qui veritatem diceret, et qui fidem iustam opere servaret, nisi ipsi et eorum socii;
et si ipsi non venissent, antequam Deus fidem et ecclesiam in periculo dimisisset[a], prius
ipsos de lapidibus suscitasset, vel alios, qui ecclesiam Dei vera doctrina illuminassent.
Praedicaverunt etiam: *Huc usque vestri praedicatores sepelierunt veritatem, et praedicaverunt*
*falsitatem, nos sepelimus falsitatem, et praedicamus veritatem.* Et in fine: *Indulgentiam, quam*
*damus vobis, non damus fictam vel compositam ab apostolico neque de[b] episcopis, sed de solo*
*Deo et ordine nostro.* Et sic: *Non audemus habere memoriam domini[c] papae, quia ita perversae*
*vitae est et tam mali exempli homo, quod tacere eum oportet.* Et blasphemando adiecit idem
perfidus praedicator: *Orate,* inquit, *pro domino Friderico imperatore, et Conrado filio eius,*
*qui perfecti et iusti sunt.* Item dixit, quod papa non haberet auctoritatem ligandi neque sol-
vendi[d], quia non haberet vitam apostolicam, et hoc probare vellet per quandam glosulam.
Istos hereticos fovit et defendit Conradus, filius[e] Friderici imperatoris quondam, et patrem
suum et[f] se per talia venena credidit defensare[f*]. Sed res lapsa est in contrarium, quia
catholicis praedicatoribus audacter resistentibus et fideles exhortantibus, liberi et ministe-
riales a Conrado recesserunt, ita quod quasi exul et profugus de Swevia in Bawaria[g] mora-
Dec. 28. retur. Maxima inundatio aquarum nocte puerorum, et in utroque litore Albiae plurima
submersio hominum.

A. D. 1249. Cruce signati Aquensem civitatem longa obsidione obtinentes, Willehel-
1 mum coronaverunt[1], qui procedens ulterius, imperii bona, quae poterat, occupavit. (Sifri-
dus Moguntinus archiepiscopus, ecclesiae firmissima columpna, obiit.)[h] Dux Abel cum
fratre suo, rege Daciae, in amicitiam rediit. Unde expeditio per archiepiscopum Bremen-
sem et comitem Holtzatiae Ioannem et eorum adiutores in Daciam facta inaniter est soluta.
Modicum ante Iohannes comes Holtzatiae[i] castrum aedificaverat in Todeslo. Willelmus
Zwerinensis episcopus obiit, cui Rodolfus, ibidem maior[k] praepositus, successit. Et ita
omnes illius ecclesiae episcopi usque nunc versu[k*] sibi metrico secundum nomina suc-
cesserunt. Verbi gratia:

*Berno, Brunwardus, Fridericus, Teodericus,*
*Wilhelmus, Rodolfus.*

Infra octavam assumptionis pons in civitate Misna impetu tempestatis totus confractus
corruit, et infinitum populum, qui ibidem propter horrorem aurae confugerat, obtruncavit.
Rex Franciae cum pluribus sui regni militibus terram sanctam adiens, circa octavam pente-
costen obtinuit Damiatam; quem Fridericus imperator multis dicitur obsequiis adiuvisse.
Willehelmus coronatus circa Renum aliquandiu commorans, cum expensas regi congruas
non haberet, in Hollandiam est regressus[l]; et iterum postea ad partes Reni rediit et terras
sibi aliquas subiugavit.

A. D. 1250. De rege Franciae rumores miserabiles sonuerunt, videlicet quod frater
2 eius esset occisus[2], et ipse captivatus, amissa magna multitudine suorum, et quod se
redemerit pecunia infinita. Feria 3. post octavam paschae, scilicet Non. Aprilis, rex Franciae
conflictum habuit cum soldano super Nilum, ubi occisa sunt in parte regis centum et sexa-
ginta milia christianorum. Rex captus est et reddidit Damiatam et se ipsum redemit sex[m]
milibus marcarum. Praeterea venerant regi recenter 13 vasa plena bisantiis et tantae ma-
gnitudinis, quod sex boves vix trahere poterant unum vas per duo miliaria una die. Haec
pecunia tota[n] transiit ad soldanum. Hiis auditis rumoribus, prophetiam abbatis Ioachim[o, 3]
quidam reduxerunt ad memoriam, qui dixit: *Superabitur Francus, capietur pontifex summus,*
4 *praevalebit imperans Alemannis*[p]. Sed frater Alexander in expositione apokalypsis[4] eandem
prophetiam tangens, subicit sic: *Sed ecclesia orat, ut quod dictum est in ultionem, transeat*
*in salutem.* Comes Iohannes auxilio Bremensis archiepiscopi et avunculi sui Symonis,
Patherburnensis[q] episcopi, expeditionem versus Daciam in maximo excercitu circa Augu-

a) Deus in periculo dimisisset suam ecclesiam 2. b) a. vel ep. 2. c) domini *deest* 2. d) nec absolvendi 2. e) Conradum, filium 1. f) et *deest* 2. f*) defendare 1. g) bawariam 1. h) *verba uncinulis inclusa* 1. *margini adscripta leguntur; omissa sunt* 2. i) Holtzatie *deest* 2. k) Rodulfus, maior eiusdem ecclesiae 2. k*) vsu *perperam* 1. 2. l) ingressus 2. m) centum 2. n) tota *deest* 1. o) Ioachimi 2. p) Alemannus 2. q) Padeburnensis 2.

1) Wilhelmum iam anno 1248. d. Novembr. 1. in civitate Aachen coronatum esse constat. V. I. Meerman Geschiedenis van Graaf Wilhelm van Holland pag. 292. 2) Robertus comes Atrebatensis in ripa Nili prope Mansurah occisus est h. a. d. Febr. 9. 3) Cf. praef. p. 276. 4) Videtur esse Alexander Halensis, frater ordinis minorum, mortuus a. 1245, dictus irrefragabilis; in cuius tamen in apocalypsim commentariis ed. Parisiis 1647, haec ut invenirem, mihi non contigit.

stum ordinavit, castro in Reynoldesborch[a], quod rex firmissimum fecerat et viris strennuis
munierat, forti obsidione primitus obpugnato. Interea circa diem Laurentii de Erico rege Aug. 10.
Daciae rumores infortunati succreverunt, quibusdam dicentibus, regem captum, quibusdam
mortuum. Tandem veritas innotuit, quod cum secure luderet in aleis, in domo quadam
super aquam posita, venit super eum inopinate dux Abel, frater eius, qui amicabiliter eum
ibidem invitaverat, et captum hostiliter proiecit in naviculam, ad locum illum ex industria
deportatam. Delatus est in medium aquae, quae dicitur Sli, et Lago quidam de Danorum
potioribus, duci dilectus, cum altera nave celeriter adveniens, eum decollari fecit, et corpus, multo ferro onustum, in profundum illius aquae submersit[b]. Rex tamen cum mortem
inevitabilem vidit, sacerdotem petiit et obtinuit; et facta confessione, ut dicunt, intime decollatori flagitium indulsit, et iam decollandus dixit: *Frater meus, sicut ante Deum heu merui,
turpem mihi ingerit mortem, sed ipse si se non emendaverit, sentiet turpiorem.* Istud contigit
in nocte Laurentii. Non multum post corpus inventum est a praedicatoribus ipso ferro
onustum et capite adhuc ad collum pendente. Sepelierunt eum praedicatores in ecclesia
sua Sleswich[c]. Postea frater eius Abel fecit eum extumulari et ibidem in nova monialium[d]
ecclesia sepeliri. Excercitus obsidione soluta[e] rediit. In die omnium sanctorum Abel
coronatur in regem, uxor eius Mechtildis[f] in reginam, filio eorum Waldemaro adhuc
puerulo, quem redeuntem de Rotomago[g] Coloniensis archiepiscopus[1] ceperat, adhuc in 1
captivitate detento[2]. Fridericus imperator mortuus est[3], ab archiepiscopo Palormitano
absolutus, et in Sicilia[h] in iam dicta ecclesia tumulatus.

A. D. 1251. Wilhelmus rex duxit filiam ducis Ottonis de Brunswich[4]; et in ipsa 4
nuptiarum nocte, scilicet conversionis sancti Pauli, palatium, in quo quieverunt sponsus et Ian. 25.
sponsa, in Brunswich iuxta Leonem penitus exarsit, ex luminis et straminis incuria. Corona regis exusta est, et multae res preciosae. Duo sartores, qui in consuendis in quadam
camera sedebant vestibus, sunt exusti. Rex et regina vix evaserunt, regina tamen regem,
tanquam in domo esset notior, educente.

A. D. 1252. Otto dux Luneburgensis, cum iam esset in procinctu eundi ad curiam
Frankenevorde, quam Wilhelmus rex principibus circa festum Iohannis baptistae vel Iacobi
indixerat, die dominica Primi et Feliciani[i], infra vesperas 48 annorum obiit. Die apo- Iun. 9.
stolorum Petri et Pauli rex Danorum Abel Strantfresones ab insolentia eorum volens com- Iun. 29.
pescere, inopinata morte ab eis est occisus. Christophorus frater eius ei in regno successit. Lago, quem prediximus, cum corona regali et multa pecunia ab Abel collecta fugit in
Holtzaciam, non multo post tempore et ipse occisus ibidem.

A. D. 1253. Dux Albertus Horeborch reaedificat[4*], patris violans iuramentum. Comitissa Flandriae militiam navigio misit versus Hollandiam contra Willelmum regem. Sed rex
victoria potitus, plurimos ex eis occidit et innumeros captivavit et multam inde pecuniam
conquisivit.

A. D. 1254. Inter regem Willelmum et Coloniensem archiepiscopum[5] in Nussa[k] tanta 5
controversia surrexit[6], quod Coloniensis applicato igne valido ad domum, in qua erat legatus cum rege, voluit ambos incendio suffocare; vix evaserunt.

A. D. 1255. Quidam validus civis in Moguntia coepit hortari concives suos, ut pro pace
restauranda iuramento se invicem constringerent. Consenserunt ei et aliae civitates plurimae[7]. Vocaverunt eum Waltbodonem[l]. Non placuit res principibus nec militibus, sed
neque praedonibus et maxime hiis, qui habebant assidue manus pendulas ad rapinam, dicentes esse sordidum mercatores habere super homines honestos[m] et nobiles dominatum.
Castrum aedificatur Horneburch[n] super fluvium Lu, super fundum Herseveldensis[o] ecclesiae.
Papa Innocentius obiit[8], cui Reinardus, Alexander dictus, successit. Fridericus dominus
de Haselthorp de laycatu ad clericatum ascendit[9], et inter cetera virtutum opera[10] villam 10

a) Reinoldesborch 2. b) *hic in margine* 1. *adscriptum:* Ecce vox sanguinis fratris tui Abel clamat ad me de aqua. c) Sleswic 2. d) moniali 2. e) exercitus 2. *ut saepius.* solutus 1. f) Mechildis 2. g) Rothomago 2. h) Cicilia 1. i) prima Feliciani 1. k) Nussia 2. l) Watbodonem 2. m) honoratos 2. n) Horneborch 2. o) Hersenueldensis 2.

1) Conradus de Hochstaden. 2) Conf. Annal. Hamburg. h. a. 3) h. a. Dec. 13. 4) Nuptias Wilhelmi regis anno 1252. celebratas esse, cum ex aliis annalibus, tum ex chartis illius temporis constat. V. I. Meerman l. l. 4*) Destructum a. 1236 v. s. et Ann. Hamburgenses a. 1253; cf. Hamb. Urkundenbuch p. 672 fin. 5) Conradum. 6) exeunte mense Martio. 7) Vide supra Legum T. II. p. 380. 8) Obierat a. 1254. m. Decbr. 9) Factus est canonicus Hamburgensis, 1267. episcopus Careliensis sive Dorpatensis. V. Necrol. Hamburg. 10) Vide diploma infra p. 376 n. 8. et alia Hamb. Urkundenb.

1 Worthen[1] cum omnibus suis attinentiis contulit ecclesiae beatae Virginis in Stadio, eiusdem loci Theodorico abbate eum exhortante.

A. D. 1256. Wilhelmus Romanorum rex occiditur a Fresonibus, Medemlek[a] prope
2 Hollandiam[2] morantibus, in loco incognito ab eisdem sepultus. Papa crucem praedicari praecepit in auxilium terrae sanctae. Milites de Bederekesa pluribus in auxilium evocatis, Worthsatos Fresones invaserunt audacter, et prima quidem[b] vice terram intrantes, domos plurimas exusserunt. Secunda autem vice, scilicet 4. Idus Septembris, iterum eis terram[c] intrantibus et quasi de victoria securis occurrerunt Fresones, et fere nudi in armatos impetum facientes, in fugam eos verterunt inopinabilem, caesis ibidem plurimis, inter quos erant nobiles aliqui, milites multi, praedones famosi.

---

## FAMILIA FUNDATORUM SANCTAE MARIAE STADENSIS.

(vide supra pag. 324 nota c.)




Subiungimus hic explanationem schematis genealogici in codice Guelferbitano f. 117 adscripti, cuius imaginem lapidi incisam supra dedimus. Quod cum Reineccius non commemoret, videtur omissum fuisse in cod. Ranzoviano. Primus illud detexit A. Hoyerus atque cum aliis quibusdam in praefatione, continuationi Alberti Stadensis praemissa, parum recte publici iuris fecit, additis notis quibusdam. Postea I. Dan. Gruber in Originibus Livoniae sacrae et civilis p. 213 multo accuratiorem atque Hoyerus imaginem aeri incisam dedit atque explicationem haud infelicem plurium stemmatis nominum adiecit.
3 Nonnulla illustrata sunt etiam ab anonymo quodam in dissertatiuncula de gente Haseldorfiana[3] atque a Gebhardio in epistola ad Haeberlinum data, quam ille praefationi Analectis medii aevi praemissae, inseruit. Nos, omissis erroribus et nugis ab aliis iam explosis, quae probanda videbantur selegimus ex iis, quae viri docti protulerunt, additis nonnullis ex nostris.

Sed antequam aggrediamur ipsam rem, paucis dicendum nobis est de Gebhardii sententia. Qui inter Tidericum, praepositum de Kivena et abbatem Tidericum, successorem Alberti nostri Stadensis, discernendum non esse putavit, nisus ille quidem testimonio satis memorabili chronici Raste-
4 densis, a nobis ex pergameno authentico iterum editi[4]:

»archiepiscopus autem antescriptus (Bremensis sc. Gerhardus II. de Lippia) duos cognatos habuit, »clericum Thidericum videlicet et Conradum, quos in hac ecclesia (Rastedensi sc.) religioni tradidit. »Quorum Thidericum monachis extra muros Stadenses prefecit in abbatem, monasterio iam pene »lapso, cuius subventione meliori quam pristino statui reformatur. Hic etiam postea in Luneborgh »abbas efficitur (Sancti Michaelis sc.), post haec autem abbas in Palborne et prepositus in Tzevena »statuitur, quas omnes prelaturas uno eodemque tempore collegiatas tenuit pariterque com»mendatas.«

a) Medemkek 1. b) quidam 1. 2. c) in terram 2.

1) Worden, pars villae Twilenfleth in terra dicta veteri apud Stadium. 2) Medemblik in Frisia occidentali prope lacum Zuyderzee. 3) In Schlesw. Holst. Anzeigen 1750. Iterum excussa in Sammlung der wichtigsten Abhandlungen zur Erläuterung der vaterländ. Geschichte und des Rechtes. Schleswig Holstein. Anzeigen. T. I. p. 100—112. 4) Ehrentraut Fries. Archiv. Bd. II. p. 271.

iam Gebhardius putavit, in altera schematis nostri genealogici parte latere stirpem Theoderici paternam, in altera maternam. Haec si ita se haberent, plurimum profecto lucis allatum fuisset stemmati huic illustrando.

Sed ante omnia inquirendum nobis est, Rastedensis chronici auctoritas utrum documentis saeculi XIII. confirmetur, necne. Ac quidem Theodericus sive Thidericus praepositus Zevenensis occurrit in documentis Harsefeldi a. 1221 Ian. 25[1], a. 1223 Iul. 6[2], Bremis a. 1224 Iun. 24, a. 1226[3], 1 Stadis a. 1236 datis. Abbas Stadensis idemque praepositus Zevenensis eiusdem nominis commemoratur in diplomate anno 1257. d. Aprilis 23. Bremis dato[4]; abbatem Stadensem Theodericum s. Thidericum, quem summis laudibus in *Troilo* extulit Albertus[5], reperimus in chartis Stadis a. 1252 Sept. 29, Hamburgi a. 1253 s. d., 1256 Febr. 8, Vordae a. 1257 s. d. et 1257 April. 2[6], ibidem a. 1258 Mai.[7], a. 1272 s. d.[8] et a. 1272 Nov. 18.[9] datis. Quae cum ita sint, »T. Dei gracia abbas 9 Stadensis et vicepraepositus Hamburgensis« in diplomate a. 1256 Apr. 17. atque »abbas Stadensis, qui Ottonis vicem gessit« in diplomate a. 1248 dato, pro ipso Theoderico abbate Stadensi erit habendus. Denique Theodericus Luneburgensis et Stadensis ecclesiarum abbas occurrit in catalogo abbatum Luneburgensium ad a. 1278[10] atque inter testes diplomatis, Hamburgi a. 1281 Mai. 30. dati. In haec diplomata bene quadrant, quae Gruberus ex necrologio monasterii sancti Michaelis Luneburgensis affert, abbatem eius Theodericum eodem, quo Stadensem eiusdem nominis abbatem anno sc. 1281 obiisse. Theodericum Paderbornensem abbatem ex diplomatis non novimus. Sed hoc quoque munere functum esse Thidericum, credendum est chronico Rastedensi, cuius auctoritatem diplomatis confirmatam esse videmus, nisi quod diplomata consulenti, Thidericus ex praeposito Zevenensi, abbas Stadensis atque Luneburgensis factus esse videbitur. Idem fortasse Theodericus in diplomate a. 1204 tamquam Manegoldi filius inter testes laicos nominatur.

His ita constitutis, videamus de Gebhardii sententia. Cui illud vel maxime obstare videtur, quod certa ratio desideratur, cur in altera stemmatis parte Tidericus abbatis, in altera praepositi Zevenensis titulo insigniatur, cum tamen Albertus in chronico nihil de his duobus titulis, eidem homini assignatis, dixerit. Id quidem nemo negabit, abbatem Tidericum stemmatis auctori adeo notum fuisse putandum esse, ut abbatiae nomen addere operae pretium non duxerit; quare ad unum abbatem Stadensem potest referri, quem plures praelaturas cumulasse in se ex chronico Rastedensi et diplomatis supra laudatis cognovimus. Tidericus praepositus de Kivena contra stemmatis nostri idem fuisse videtur, qui auctore Arnoldo Lubecensi a. 1184 factus est[11] episcopus Lubecensis atque mortuus est a. 1210; quam- 11 quam mirum videri poterit, auctorem stemmatis maluisse inferiorem quam superiorem eius gradum hic commemorare. Improbanda igitur est Gebhardii sententia, quae ne ea quidem re multum commendatur, quod stemmatis auctor Manegoldi, quo Tidericus ortus est, uxorem non nominaverit, cuius nomen ignorare non potuit; deinde, quod Tiderici abbatis soror idem nomen habuit, quod Gebhardi matri eius adscribit. Demonstrabitur enim a nobis, Mechtildi Tiderici, praepositi Zevenensis, matri, non licuisse nubere Manegoldo, quia ab eius patris Adiconis sorore orta erat.

Sed his iam missis, proficiscamur ab Alverico, qui in initio stemmatis positus est. Cuius historia densissima caligine obruta est. Alvericum et Nothburgim parentes fuisse fundatorum coenobii beatae Mariae extra muros Stadenses, refertur in chronico monasterii Rosenveldensis sive Harsefeldensis[12]. In eodem chronico c. a. 1100 Alvericus liber homo cum domino Andrea monacho ad negotia monasterii Hersefeldensis procuranda dicitur ablegatus esse ad sedem apostolicam[13]. In stemmate nostro cum sub Alverici nomine 13 legantur litterae comde, erit qui putet, auctorem stemmatis voluisse Alvericum comitem dicere. Quamquam non possumus non mirari, siquidem haec explicatio recte se habet, omissam hic esse definitionem accuratiorem comitatus, de Stadensi enim cogitari non potest. Accedit, quod Alvericus liber homo nominatur. Debebat igitur dynastam, non comitem appellare Alvericum stemmatis auctor, Albertus noster sc., quem propter latifundia, quae in agro Bremensi possedit, pietate erga fundatorem monasterii sui ductum Alvericum vocabulo curiali comitem salutasse (quemadmodum a scriptoribus domesticis saepe duces appellati sint), vix est, cur Grubero credamus. Neque Alvericum cum Friderico comite palatino de Somersenburg c. a. 1139.[14] in hanc terram venisse, et bona quaedam prope Stadium obtinuisse probari nobis potest. Sentit ita quidem chronicon Bremense manuscriptum[15], sed, quam male auctor 15 chronici illius, qui vixit ineunte saec. XVI. informatus fuerit, vel inde cognoscitur, quod Fridericum illum palatinum Rheni fuisse putavit. Alvericum et Vedolphum, qui in diplomate a. 1219 dato[16] comites Hadeleriae dicuntur, ab illo Alverico per Dudonem descendisse mera coniectura est, quae nullis talis cognationis indiciis fulcitur. Sed, ut revertamur ad id, a quo profecti sumus: in litteris illis comde sive conide potius nomen filii sc. Conradi vel filiae Alverici sc. Conigunde latere putandum est, quam comitis titulus, non perscriptus. Cui coniecturae id quoque favere videtur, quod in diplomate a. 1212. dato Conradus de Alveriken occurrit inter testes[17], quem nepotem fuisse nostri, a verisimilitate non abhorret. 17

1) Semel monendus est lector, ubi nulla annis addita sit nota, consulendum esse Hamburg. Urkundenbuch. 2) Leverkus Urkundenbuch des Bisthums Lübeck. 3) V. cod. dipl. Lubec. 4) Vogt Monum. inedita T. II. p. 68. 5) V. praefat. p. 273. 6) Vogt l. l. p. 72. 7) Vogt l. l. p. 73. 8) Pratje Bremen und Verden VI. p. 132. 9) Leverkus l. l. 10) V. Leibnit. SS. rerum Brunsvicensium T. III. p. 700, ubi XXIV. loco enumeratur abbas Ditericus inter annos 1273 et 1296. et certe quidem anno 1278. 11) lib. III. 14. 12) Vogt Monum. ined. T. I. p. 129. 13) ib. p. 132. 14) V. Albertum Stadens. h. a. 15) allegatum libro Mushardii Bremisch- und Verdischer Rittersahl p. 153. 16) V. Spangenberg Corpus privil. Hadeleriae Nro. 1. 17) Hamburger Urkundenbuch Nro. 385.

Dudo, Adico, Richertus »fratres germani« coenobium sanctae Mariae in suburbio Stadensi anno 1142 fundaverunt, ut testatur charta a. 1147 Iul. 6. data. Hi tres fratres saepius occurrunt inter testes diplomatum saec. XII. et XIII. sc. Dudo in chartis Bremis a. 1142 Sept. 3, duabus a. 1143 s. d., Bremis a. 1149 s. d. datis; Adiko una cum fratre Ricberto in charta Stadensi a. 1143 (1144) Iul. 25, aliisque a. 1148 Apr. 5, a. 1152 Ian. 9 datis nominatur; Ricbertum, advocatum Stadensem invenimus in charta c. a. 1130—1142. data[1] atque in charta Ermengardis, viduae Luderi Udonis marchionis Stadensis[2]. Quem a. 1164 Febr. 16, fluctibus submersum esse, auctor Albertus. Godefridus quartus frater, minimus natu videtur fuisse; fere ultimus enim omnium testium Stadensium commemoratur, quorum seriem ducit Adiko in diplomate a. 1143 Iul. 25. Qui cum in hoc diplomate alioque a. 1174 Iul. 1. dato inter ministeriales referatur, in chartis imperialibus a. 1186 Nov. 28. et 1188 Sept. 19[3]. datis atque in Bremensi anni 1201 advocati Stadensis munere fungitur.

Ex Alverici filiorum unius Adiconis progeniem demonstravit auctor stemmatis; quod ideo factum est, quia aut illam tantum noverat, aut, id quod magis probandum, nonnisi cognatos Tiderici abbatis recensere in animo habebat.

Manegoldus, cui praebetur Divitis (Rike) cognomen, cum patre occurrit in diplomate Stadensi anni 1143. iam laudato, cum Godefrido in Bremensi anni 1174 d. Iul. 1, a. 1199 Ian. 8.

Alter Adikonis filius Hinricus a Grubero dicitur fuisse praepositus Sancti Georgii, cuius rei nullum testimonium attulit: immo, quantum nos scimus, eo quo Hinricus iste vixit tempore; scilicet ante a. 1236, illius nominis praepositus Sancti Georgii monasterium non rexit. Fortasse Hinricus, de quo agitur, est ministerialis, qui inter testes diplomatis dati Bremis ab Adalberone archiepiscopo Bremensi pro Novomonasterio a. 1146. tamquam minimus natu occurrit. Postea, defuncto ut videtur Godefrido patruo, advocatia Stadensi functus est, id quod cognoscitur ex diplomate 1204. s. d. dato.

Tertius Adikonis filius fuisse putandus est Otto; quem ex diplomatis, Harsefeldi a. 1221 Ian. 25. et Stadis a. 1236 s. d. datis, advocatum Stadensem fuisse scimus.

Quartus Godefridus cum Heinrico occurrit in diplomate a. 1204, cum Ottone in dipl. a. 1236. iam laudatis: post Ottonem advocatiam Stadensem et ipse suscepit, id quod ex diplomatis Stadis a. 1238 Oct. 15. et a. 1247 Oct. 8.[4] datis apparet.

Quintus in schemate nostro Adikonis filius videtur esse Willerus. Quem primo loco ponendum esse duximus, quia iam in diplomate a. 1147. dato est advocatus Stadensis. Uxorem eius fuisse Elisabetham cognoscitur ex catalogo ministerialium Bremensium[5].

De sexto Adikonis filio, Friderico, postea agemus: iam de ceterorum progenie paucis dicendum est.

Manegoldi Divitis filium fuisse Tidericum abbatem Stadensem ex diplomate a. 1204. supra laudato apparet; filiam Manegoldi fuisse Mechtildem ex stemmate nostro cognoscitur, quamquam praeter nomen de ea nihil compertum habemus.

Difficile diiudicatu est, ad quemnam referenda sint patrem tria nomina Ottoni et Willero, Adikonis filiis adscripta. Attamen lineas appictas respicienti illud vel maxime probandum videbitur, Ottonem ad Ottonem, Willerum et Gertrudem ad Willerum esse referendos.

Ottonis filium, quem putamus esse, Ottonem deprehendimus in charta Giselberti archiepiscopi Bremensis a. 1285 Apr. 21. data[6]; qui in diplomatis a. 1222 Ian. 12, a. 1236 s. d., atque in diplomate Bremae a. 1245[7] datis tamquam pincerna videtur commemoratus esse. Certe Ottonem decem annis post advocatiam Stadensem tenuisse, docent chartae datae Stadii a. 1255 d. Febr. 20. et Vordae a. 1258 m. Maio[8], in quibus Henricus et Otto advocati Stadenses, in Stadio commemorantur. Henricus, quem in aliis quoque anni 1258. diplomatis deprehendimus, procul dubio ad gentem Alvericanam referendus, quamquam Ottonis II. frater, an Henrici filius putandus sit, non liquet.

De Willero iuniore, Willeri filio, praeter nomen nihil compertum habemus.

Sororem eius Gertrudem nuptam fuisse Danieli de Bliderstorp ex stemmate nostro cognoscitur. Mater eius fuit, ut supra dictum est, Elisabetha. Mariti Gertrudis mentio fit in charta ab Henrico comite palatino Stadis a. 1204 data, et iterum in charta anni 1222.[10] De maioribus eius consulendus est Albertus ad a. 1112.

Duo ex Gertrude nati sunt filii Iwanus et Daniel; Iwanum in catalogo ministerialium Bremensium supra laudato, atque in diplomatis annorum 1236 s. d. et 1238 Oct. 15. Stadis datis itemque in diplomate anni 1245. deprehendimus[11]; Daniel occurrit in diplomatis annorum 1257. 1272.[12] 1270.[13] 1285 Apr. 21[14], 1286 Apr. 14, 1289 Iul. 12, 1297 Apr. 10[14].

Redeundum nunc nobis est ad ultimum Adikonis filium Fridericum eiusque progeniem. De quo paullo accuratius informati sumus. Poterit esse iam inter testes in diplomatis 1146 Bremis, Erphordiae 1180 Nov. 16, 1181 s. l. et d. datis: addito ipso nomine de Hasenthorpe in documentis Bremensibus inde ab a. 1187 Mai. 1. usque ad a. 1224 Mart. 29. occurrit. Nomen inditum ei est a frugifera illa palude in Holsatia prope Albim sita. Mortuus est Fridericus d. Apr. 2.[15]

1) Nr. 154. 2) Vogt Monum. inedita Tom. I. p. 127. 3) Cf. cod. diplom. Lubecensem. 4) Leverkus Urkundenbuch des Bisthums Lübeck Nr. 99. 5) Hamb. Urkundenbuch Nr. 434. 6) V. codicem diplom. Lubecensem. 7) V. Pratje l. l. IV. p. 26. 8) V. Bunge Mittheilungen aus dem Gebiete der Geschichte Liv-, Ehst- und Kurlands VIII. p. 507. et Vogt l. l. II. p. 73. 9) Vogt l. l. 10) Vide Origg. Guelf. pag. 632 et 691. 11) Pratje l. l. 12) Pratje l. l. VI. p. 123. 132. 13) Niesert Urkundenbuch T. II. p. 519. 14) Codex dipl. Lubecensis. 15) Cf. necrol. Hamburgense apud Langebekium T. V.

Filius Friderici fuit Theodericus, quod cum ex nostro stemmate, tum ex chartis data Herseveldi a. 1221 Ian. 25. et a. 1224 supra laudata Mart. 29. data apparet. Obiit in pugna contra paganos in Livonia a. 1236 sive 1237. Sept. 22[1]. Uxor eius fuit Helena, defuncta d. Augusti 12[2]. 1

Ortus est ex Theodorico filius Fridericus, quem Albertus refert a. 1255. a laicatu ad clericatum ascendisse; id quod confirmatur diplomate a. 1255. dato; paullo post episcopus Cariliensis, a. 1268. episcopus Dorpatensis factus, a. 1285 Dec. 4. defunctus est[3]. Matrimonio iunctus fuerat Iuttae, cuius nomen ad d. 6. Non. Maii inscriptum est necrologio Hamburgensi[4].

Filiae eius fuere Aleidis et Gertrudis, quae nuptae fuisse putantur fratribus Hinrico et Ottoni de Barmstede, militibus, qui possedere castrum Haseldorpe atque nonnullas alias in vicinia villas. Attamen, cum Hinrici uxor Margareta fuerit, id quod apparet ex documento capituli Hamburgensis a. 1286 Ian. 28. dato, Otto solus Friderici gener existimari potest. Heinricus, pater Hinrici et Ottonis, duxerat quidem quandam Alheidim: sed cum ille a. 1238 Kal. Sept. obierit[5], illa Alheidis 5
filia Friderici de Haselthorpe fuisse putanda non est. Alius fortasse fuit Aleidis coniux Hinricus de Hamme miles Holsaticus, Friderico de Haseldorp et militibus de Barmstede coniunctissimus, de quo alio loco pluribus agemus. Fridericus vero ille factus est canonicus Hamburgensis et de capitulo suo, praebendis duabus institutis, optime meruit.

Difficillime dictu est, quare Hartwici, Segebodonis, Sofiae nomina in hac stemmatis nostri parte adscripta sint. Nam ad eam haec nomina non pertinere, inde colligitur, quod omnino desunt lineae inter haec ipsa et cetera nomina; neque ad verborum continuitatem adscripta esse putanda sunt. Hartwicus II. archiepiscopus Hamburgensis (1184—1207) in charta a. 1169 Apr. 20. data tamquam notarius ducis Heinrici inter canonicos Bremenses, in diplomate Heinrici ducis a. 1170 Nov. 7.[6] atque addito Utledensis nomine in diplomate eiusdem a. 1171 Aug. 3. per manus eius dato[7] occurrit; atque fortasse idem Hartwicus est, qui iam a. 1164. ducis notarius fuit[8]. Hunc et Segebodonem abbatem Herseveldensem a. 1214 defunctum, fratres fuisse Arnoldus Lubecensis annotavit[9]. Segebodonem huncce 9
etiam abbatem Sancti Pauli Bremensis fuisse ex plurimis documentis cognoscitur: occurrit enim in documentis inde ab a. 1174 usque ad a. 1207 abbas Sancti Pauli, in documentis inde ab a. 1199 Ian. 8. usque ad a. 1208 Dec. 9.[10] datis abbas Rosenveldensis nomine Sigibodo. Ex Arnoldo tamen[11] discitur eum iam a. 1184. abbatem Herseveldensem fuisse. Ex Alberto nostro constat[12], anno 1183 Sigebodonem cum Hartwico contra Sifridum archiepiscopum Bremensem conspirasse, a quo uterque ad altiorem gradum evectus esse videtur, Hartwicus ad cellerarii capituli Bremensis, atque post Iacobi mortem ad custodis sive thesaurarii gradum; Sigibodoni vero abbati Sancti Pauli Sifridum etiam Hersefeldem abbatiam dedisse puto. Hartwicus ille e gente ministeriali de Utlede oriundus fuit; quam diversam esse a Lidense[13] inde manifestum, quod alia sit villa Utlede, alia Lith, utraque vero in ducatu Bremensi sita. Accedit, quod in chartis Hartwici II. inde ab a. 1194 — 1204 Heinricus de Utlede, in charta Gerhardi II.[14] Ericus de Utlede occurrit[15]. Quem in catalogo ministerialium Bremensium invenimus Sigebodonem de 15
Lit, vix est quod hic animadvertamus, a Segebodone nostro esse discernendum.

Attamen gentes Utledensem et Lidensem affinitate fuisse coniunctas ex nostro stemmate cognoscitur, Sofia enim, quae nupta fuit Edelero de Lid, pro sorore Hartwici et Segebodonis habenda est. Edelerus quidam inter Bremenses ministeriales in charta a. 1174 Iul. 1. atque cum Meinero fratre in charta a. 1196 Ian. 1. occurrit, qui haud scio an coniux Sofiae, sororis Hartwici et Segebodonis, sit.

Quaeritur iam, quonam necessitudinis vinculo Hartwicus, Segebodo, Sofia Utledenses coniuncti sint cum Alverici progenie. Gruberus putavit Aleidim in margine superiore adscriptam bis nuptam fuisse, primum cuidam militari de Lid, ex quo genuerit Hartwicum, Segebodonem, Sofiam, post illius vero mortem iterum nuptam viro cuius nomen ignoretur, Mechtildim, Ermengardim, Aleidim peperisse. Quam sententiam et ipsi amplectamur, nisi quod pro priore Aleidis marito nobis habendus est militaris de Utlede. Aleidis illa, si ad linearum ab Alverico et Notburgi ad eorum filios atque ad Aleidim ductarum similitudinem respicimus, pro Alverici et Notburgis filia, neque vero pro secunda Alverici coniuge habenda est, id quod cum ea, quae nepotum eius fuisse putanda est, aetate magis convenit, quam si Aleidim secundam Alverici uxorem duceremus.

Ex hac Aleidi, iterum nupta, tres filiae ortae sunt.

Mechtildis filius secundum stemma nostrum fuit Tidericus praepositus de Kivena. Quem ab abbate Stadensi discernendum esse supra diximus. Videtur igitur in stemmate nostro scriptus esse Tidericus ille, qui monasterio Segebergensi et Tzevenensi praepositus a. 1184. Lubecensis episcopus factus est[16]. Quem tamquam praepositum Segebergensem deprehendimus in chartis Luneburgi a. 1158 16
s. d., a. 1162 s. d., et s. l., a. 1170 Nov. 7. Herteneburgi, Nov. 21. Lubecae, 1175 s. d. et s. l.

1) Cf. Annal. Stadens. a. 1236 et not. 2) Vide pag. 376 not. 15. 3) Vide documentum apud Gruberum l. l. pag. 256, quamquam ille ignoravit, illum esse Fridericum de Haselthorpe; cf. Necrol. Hamb. et diploma 1268. Sept. 5. datum. 4) Cf. Necrol. Hamburgense apud Langebekium Tom. V. 5) V. fundationem monasterii Ütersen a. 1237. apud F. Seestern-Pauly Beiträge zur Kunde der Geschichte Holsteins T. II. p. 20. 6) Leverkus l. l. Nr. 8. 7) Vide Hamburger Urkundenbuch pag. 217 not. 8) Leverkus Nr. 6 et 7. quorum fides suspecta. 9) lib. III. c. 14. 10) in quo pro *Sigibaldo Sigibodoni* intelligendum. 11) lib. III. c. 14. 12) V. Annal. Stad. ad a. 1183. 13) V. Cassel Urkunden. 14) Cf. etiam de Wersebe Niederländ. Colonien T. I. p. 103. 209. eundemque in Spangenberg Neues vaterl. Archiv II, 116. 15) Erhard Cod. dipl. Westph. II, 111. 16) Arnold. Lub. III, 14.

1 datis[1], tamquam praepositum Tzevenensem in charta a. 1181 data[2]. Quem de Brema fuisse oriundum atque consanguineum Hartwici archiepiscopi scimus ex Arnoldo[3]. Fratres eius quinam fuerint, ignoramus. Ceterum mirum videri poterit, Albertum nostrum eum praepositum, non episcopum appellare; quae difficultas, cum ne ea quidem ratione satis expediatur, ut stemma hic descripsisse putemus Albertum ante a. 1184. confectum[4], haud scio an de Tiderico quodam praeposito Kivenensi, cum ab episcopo Lubecensi, tum ab abbate Stadensi diverso, cogitandum sit.

Ermengardis filius fuit Heinricus capellanus. Huius nominis capellanus occurrit quidem in
5 chartis quibusdam Alberti comitis de Orlamunde et Holsatiae circa a. 1212. datis[5], qui et canonicus dicitur: sed de hoc nihil certi affirmare audeo.

Tertiae Aleidis filiae, Aleidis, dicuntur esse filii Albertus Livoniensis episcopus et sui fratres. Albertus, quem inde ab a. 1189. usque ad a. 1194 Aug. 13. inter canonicos Bremenses deprehendimus, a. 1198. electus est episcopus Livoniensis obiitque a. 1229 Ian. 17[6].

Fratres eius quinam fuerint, cum ex Heinrici de Lettis gestis Alberti Livoniensis episcopi[7], tum ex diplomatis Livonicis[8] novimus. Attamen cum in hisce fontibus duo eius germani, tres fratres tantum dicantur, duo illi eodem patre atque eadem matre, ceteri eadem matre sed diverso patre videntur orti esse.

1) Rothmarus, germanus Alberti episcopi[9], canonicus Segebergensis, a. 1204. primum interfuit rebus in Livonia gestis, a. 1211. inter milites Christi, a. 1224 d. Mart. 29. Iul. 22. 23. 24. occurrit inter testes[10], a. 1223. factus est praepositus Dorpatensis[11].

12 2) Hermannus, germanus Alberti episcopi[9], ex abbate S. Pauli Bremensis[12] a. 1224 Iul. 22[10]. factus episcopus, modo Lealensis, modo Dorpatensis in diplomatis dicitur.

3) Engelbertus, frater Alberti episcopi[13], canonicus Novi monasterii in Holsatia, cum a. 1201. venisset Rigam, paullo post factus est praepositus conventus beatae Mariae Rigensis. Qui num fuerit episcopus Curonensis eiusdem nominis ante a. 1245. mortuus, haud liquet[10].

4) Theodoricus, frater neque vero germanus Alberti episcopi[14], primum interest rebus in Livonia gestis a. 1210, cum fratre Rothmaro commemoratur inter milites Christi a. 1211[10]. Qui filia in matrimonium ducta, reguli Ruthenorum Woldemari gener, a. 1223. castellanus Odempoensis factus est.

5) Iohannes de Appeldern[15] miles praeclarus occurrit inde ab a. 1202[16]. usque ad a. 1223. Qui cum Alberti episcopi frater dicatur[17], Gruberus diplomatis Livonicis nondum edoctus, inter fratres et germanos Alberti episcopi probe discernendum esse, Albertum et fratres eius de Apeldern fuisse dictos putavit, quod ex parte verum. Videntur enim omnes eadem matre editi esse bis nupta, primum ignoto cuidam nobili, cui Albertum, Rothmarum, Hermannum germanos peperit; deinde militi cuidam de Apeldern (fortasse Hogero[18]), cui Engelbertum, Theodericum, Iohannem peperit. Fatendum igitur, ignorare nos Alberti et germanorum nomen gentilicium: illud enim, quod Gruberi auctoritatem temere
19 secutus, nuper Bungius statuit, nomen gentilicium eorum de Bikesbövede[19] fuisse, minus probandum propter chartam Hamburgensem a. 1202[16], in qua una commemorantur »Iohannes de Apelderlo, Engelbertus et Iohannes de Beckeshovede«; si enim verum vidisset Bungius, in chartis Rigensibus anno 1224[10]. datis germanus Alberti episcopi dicendus fuisset.

1) Hamburger Urkundenbuch Nr. 215 et 224. Leverkus l. l. Nr. 8. 9 et 11. 2) Hamburg. Urkundenb. 253. 3) Arnold. Lub. IV, 12. 4) At commemoratur Albertus Livoniensis episc. a. 1198. electus. 5) Heinze Sammlung zur Geschichte und Staatswissenschaft T. I. p. 263. 6) V. Necrol. Hamburgense. 7) V. Gruber Origines Livoniae, cuius indice adhibito facile, quae in nostris Heinrici de Lettis auctoritate insistant, perspicias. 8) Quae publici iuris fecit Bunge Liv-, Ehst- und Curländ. Urkundenbuch. Cf. etiam, quae, hisce diplomatis destitutus, dixi in nota 10. Hamburg. Urkundenbuch p. 293. 9) Bunge l. l. 1224. Iul. 22. 10) V. Bunge l. l. 11) Auctore Heinrico de Lettis; in diplomatis tamquam praepositus a. 1234. demum commemoratur. Bunge Nr. 140. 12) V. Hamb. Urkundenbuch 1218. Apr. 20. 13) Gesta p. 21. 14) Bunge l. l. Nr. 18. 15) Appel in praefectura Beverstedt prope Bremam. 16) Hamb. Urkundenbuch Nr. 334. 17) Gesta p. 168. 18) V. chartam anno 1182. Wippermann, Regesta Schaumburgensia p. 45. 19) Bexhovede in praefectura Beverstedt non longe a villa Appel.

ad pag. 325 not. 3.

- **Luderus comes** ◡ **Suanehildis** † 929. Sept. 4.
  - **Henricus Calvus** † 976. Mai. 11. Uxor 1. Iudith † 973. Oct. 26. 2. Hildegardis † Iun. 13. 3. Gerburg.
    - **2. Henricus Bonus** † 1016. Oct. 2. uxor Mechtildis † Oct. 19.
      - **Sigfridus** † 994. Oct. 26.
    - **Luderus Udo** † 994. Iun. 23.
    - **Sigfridus** † 1037. uxor: Adela † Mai. 1, filia Geronis de Alsleven.
      - **Luderus Udo I.** marchio † 1057. Nov. 7. uxor: Adelheid de Rheinfelden † Dec. 7.
        - **Udo I.** † 1082. Mai. 4. uxor: Odone † 1110. Ian. 13. fil. Hermanni com. de Werle et Richenze.
          - **Henricus Longus** † 1087. Iun. 27. uxor: Eupracia s. Adelheid, filia regis Russorum Wsewold, postea nupta regi Henrico IV.
          - **Luderus Udo II.** † 1106. Iun. 2. uxor: Ermengardis († 1154.) filia Theoderici comitis de Plozeke, postea Gerardo de Heinsberg nupta.
            - **Henricus II.** † 1128. uxor: Adelheidis, filia Ottonis marchionis Brandenburgensis, postea nupta Wernero de Veltheim.
            - **Adelheydis** nupta Henrico marchioni de Eilenburg († 1123), fratri Richenzae imperatricis.
            - **Ermengardis** † 1178. nupta Popponi de Henneberch.
              - **Liutgard** nupta Alberto palatino.
          - **Rudolphus** † 1124. Dec. 6. uxor: Richardis † 1152, filia Hermanni com. de Frankenleve.
            - ? **Rudolphus** infans. Oct. 13.
            - **Udo II.** † 1130. Mart. 15, uxor: soror Hermanni com. de Winzenburg.
            - **Rudolphus** † 1144. Mart. 15. uxor: Elisabeth, sor. Ottonis marchionis de Styre.
            - **Hartwicus** archiepiscopus Bremensis † 1168. Oct. 11.
            - **Richardis** abbatissa (Heslingensis?) † Oct. 29.
            - **Liutgard** nupta: 1. Friderico com. pal. de Sommersenburg. 2. Erico Lam regi Daniae † 1147. 3. Hermanno de Winzenburg † 1152. Ian. 29. una cum Luitgarde.
              - **1. Albertus** palatinus, uxor Liutgard filia Popponis de Henneberch † 1180.
              - **1. Adelheydis** abbatissa Quedlinburgensis c. a. 1167—1181.
              - **3. Filia N. N.** 1. nupta Henrico comiti de Schwarzburg † 1183. 2. Olrico de Witin † 1206.
              - **3. Filia N. N.** nupta Magno Burtzio duci Iutiae † c. 1167.
              - ? **Adelheydis** abbatissa Gandersheimensis † c. 1182.
          - **Sifridus**, praepositus Magdaburgensis, † c. $110^{2}/_{6}$. Aug. 7.
          - **N. N.** abbatissa Aldeslevensis.
          - **Adelheidis** nupta: 1. Friderico III. com. palat. de Putelendorf † 1083. Febr. 5. 2. Ludewico I. comiti † 1123.
            - **1. Fridericus** † 1125.
            - **2. Ludewicus II.** † 1139. comes provincialis Thuringiae.
              - **Ludewicus III.** Ferreus † 1172. uxor: Iutta filia Friderici ducis Sueviae.
                - **Ludewicus IV.** † 1190.
    - **Gerburgis** nupta N. N.
      - **Theodericus** † 1022. Ian. 23. episcopus Monasteriensis.
    - **Hathui** nata 961, abbatissa Heslingensis 973. † 1013
    - **Cunigundis** † 998 Iul. 13. nupta Sifrido de Walbeke.
      - **Thietmarus** † 1018. Dec. 1. episcopus Merseburgensis.
    - **Hildegardis** † 1011. Oct. 3. nupta Bernhardo I. duci Saxoniae † 1011. Febr. 9.
      - **Mathildis** † 1014. Apr. 28.
      - **Bernhardus II.** † 1059.
      - **Thietmarus** † 1048.
  - **Gerburgis.**

# ANNALES HAMBURGENSES

## EDENTE I. M. LAPPENBERG I. U. D.

REI PUBLICAE HAMBURGENSIS TABULARIO.

*Isti annales primum editi sunt ab Erpoldo Lindenbrogio inter Scriptores rerum Germanicarum Francofurti* 1609 *fol. p.* 278—221, *inscripti titulo Annalium ab anonymo quodam circiter a. D.* 1288. *conscriptorum, qui annus ideo adiectus esse videtur a Lindenbrogio, quod annales Ryenses quos in eodem quo Hamburgenses codice scriptos esse infra dicendum nobis est, usque ad hunc annum deducti sunt: annales Hamburgenses vero ad a.* 1265. *desinunt. Typographi errore, qui super omnes horum annalium paginas titulum Incerti auctoris chronica Slavica, ad proxime praecedens chronicon Slavicum pertinentem, inscite continuavit, nonnulli, cum ex annalibus hisce haurirent, seducti, Chronici Slavici nomen iis indiderunt. Manuscriptum, ex quo illos excudendos curavit Lindenbrogius non indicavit. Post eum Langebekius annales nostros ex Lindenbrogii opere repetiit in Scriptt. rerum Danic. T. I. p.* 197—212, *notis quibusdam adiectis et titulo meliore sane, Annalium Albianorum circa annum* 1265. *conscriptorum.*

*Manuscriptum, quo Lindenbrogius, parum accuratus hic illic*[1], *usus est, nuper mihi, ut in bibliotheca publica Hamburgensi reperirem, contigit. Constat hic codex, forma quadrata in pergameno tenui exeunte, ut videtur, saeculo XIII. scriptus, ex duobus duodenorum foliorum fasciculis, uno quaternione, uno quatuor foliorum fasciculo, cuius tres ultimae paginae nudae relictae sunt. Singulae paginae* 26 *linearum sunt. Scriptura codicis diligens et elegans, minium adhibitum ad litteram* A *in* anno gratiae *sive* anno Domini *atque lineas quasdam litterarum initialium verborum in initio sententiarum insigniendas. Priora sex vel quatuor fasciculorum folia scriptor codicis suis numeris notavit: in ultimo fasciculo adiecti non sunt. Priores* 29 *et dimidia huius codicis paginae continent annales nostros, quorum margini minutiore genere scribendi usus adiecit indices codicis librarius; subsequitur narratio de historia gentis Danorum, vulgo dicta regis Erici, de qua infra in praefatione ad Annales Ryenses agendum. Involucro huius codicis, ex bibliotheca Ioannei in bibliothecam publicam Hamburgensem delati, Lindenbrogius inscripsit nominis sui litteras initiales.*

*Codicem alterum nostrorum annalium fuisse suspicor chronicon annalium rerum memorabilium a nativitate Domini ad a.* 1265. *quod vetusto cuidam codici manuscripto rerum Raceburgensium, praecipue ex registris mensae episcopalis conscripto, annexum esse refert V. Cl. de Westphalen in praef. ad Monumenta inedita T. III, p.* 2. *Inquirentibus nobis de hoc codice*

1) Vide quae congessi in commentatione in Pertz Archiv VI. p. 359.

*nihil certi compertum est, nisi quod eum in tabulario olim Gustrowiensi, nunc Swerinum translato, latere verisimile sit. Quamquam haec res non videbatur esse tanti momenti, ut amplius de ea inquirendum putaremus: annales enim isti, si nostri sunt, codex antiquior vix esse poterit Hamburgensi, sin diversi a nostris, alio tempore hoc agere fortasse licebit.*

*De annalium nostrorum auctore praeter indicia quaedam, ex ipsis annalibus petenda, nihil certi constat. Qui cum ordinis fratrum minorum constitutionem ad a.* 1209. *retulerit, est, cur putemus, huic ordini eum fuisse addictum; cumque plurima ex iis, quae suis fontibus usus retulit, ad res Hamburgenses respiciant*[1]*, scriptor in civitate Hamburgensi videtur vixisse. Quare recte annalibus Hamburgensium sive Albianorum nomen inditum est. Parisiis scriptorem litteris operam dedisse inde colligendum est, quod ad ea quoque respexit, quae Parisiis atque in Francia facta sunt*[2].

*Annales Hamburgenses cum accuratius inspicerem, vidi, eos fere totos ex annalibus Stadensibus esse excerptos, omissis tamen omnibus, quae ante Christum natum illi retulerunt. Neque ad ea auctor respexit, quae ad a.* 1150. *inserta esse diximus ab Alberto: quamquam catalogum paparum semel adiit. Paullo accuratius annales Hamburgenses cum Stadensibus comparantem non effugiet, quaedam inesse in illis, quae desunt Stadensibus, quae licet non ita magni pretii sint, hic typis mandavimus. Maioris momenti sunt, quae inde ab a.* 1149. *adiecta sunt excerptis Albertinis; quae inde ab a.* 1256, *quo ann. Stadenses desinunt, usque ad a.* 1265. *de dioecesi Bremensi, de rebus Holsaticis, atque vel maxime de civitate et capitulo Hamburgensi referuntur, vix alio loco invenies. In nostra igitur editione ea tantum repetita sunt, quae annalista Hamburgensis ex Alberto non depromsit: ex Albertinis si qua ad illustrandam sententiam erant adiicienda, litteris minoribus usi sumus.*

*Annales Hamburgenses saepius ab aliis scriptoribus in suum usum conversi sunt. Ac primum quidem non ignoti fuisse videntur auctori Annalium Ryensium (historiae gentis Danorum), quos in codice nostro illis iunctos esse diximus. Haud dubie vero Detmarus sive quis alius auctor fuit chronici Lubecensis, Saxonico sermone conscripti, hunc ipsum codicem Hamburgensem ante oculos habuit, cum utrumque scriptum inde ab a.* 1100. *in opere suo conficiendo describeret*[3]. *Hermannum Cornerum, qui ad a.* 1099. 1163. (1162 *Ann. Hamburg.*) *et* 1248 *eosdem versus, quos noster habet, laudavit, ipsos annales Hamburgenses consuluisse, neque vero Stadenses, inde perspicitur, quod versus a Cornero ad a.* 1163. *inserti desiderantur in Stadensibus atque ad a.* 1173. *de Venetica urbe tradita magis etiam cum Hamburgensibus, quam cum Stadensibus consentiunt. Neque vero Cornerus sua ex Detmari chronico in Latinum sermonem transtulit, desunt enim huic versus, a Cornero ad a.* 1099 *et* 1163. *inserti atque res Veneticae, ad a.* 1173. *relatae. Albertus Crantzius, alii annales Hamburgenses ex chronico Lubicensi tantum novisse non videntur.*

*Annales brevissimi ecclesiae Hamburgensis ab a.* 751—1262, *quos ex codice membranaceo saec. XIII. excudendos curavit Staphorst Hist. eccl. Hamb. T. III. p.* 416, *praeter verba paucissima in fine addita, quae ad a.* 1262. *retuli, excerpti sunt ex Hamburgensibus: quae enim in editione Staphorstiana discrepare videntur ab annalista nostro, collato ipso codice, uni Staphorstio deberi vidi. Quare eos iterum typis exprimendos operae pretium non duximus.*

1) V. ad a. 1051. 1149. 1258. 1259. 1261. 1262. 1265. 2) V. ad a. 1251. 3) De fontibus Detmari egi in Berliner Iahrbücher für wissenschaftl. Kritik 1830. T. II. p. 759.

Anno gratiae 1, prima ipsius die, Augusti Caesaris 42, orbis conditi 5199, repromissionis 1940, Romae con-
ditae 751, decennovennalis[a] cycli 2, indictione 4, concurrente 5, epacta 11, natus est summi Patris et
1 Mariae virginis intemeratae filius[1].

Anno gratiae 50. Paulus post passionem Domini anno 2. baptizavit, apud Athenas praedicavit[2], Dyonisium convertit[3].

Anno gratiae 81. Titus regnat, vir omnibus valde amabilis. Nicolaitarum heresis a Nicholao[4], cuius mentio in actibus apostolorum fit, oritur[5].

Anno 345. Athanasius Alexandriae episcopus a Constante fugatur, a Treverorum episcopo suscipitur, ubi in cripta latens[6] psalmum: *Quicunque vult* composuit, sed anno Domini 349. Alexandriam rediit[7].

8 Anno 418. Corpora sanctorum Stephani, Gamalielis et aliorum Luciano revelata sunt[8].

Anno 693. Beda venerabilis Anglorum pater claruit.

Anno 789. Translata est beata Maria Magdalena in Vizeliacensem[b, 9] ecclesiam a quodam monacho, Badilo[c] appellato[10].

Anno 1051. Albertus archiepiscopus fundavit ecclesiam beati Pauli iuxta Bremam de bonis quae hospitali pertinebant. Item sanctorum Willehadi et Stephani in Sullenberghe, cuius fundamenti vestigia adhuc apparent in eodem monte[11].

Anno Domini 1149. . . . Hic (Hartwicus archiepiscopus Hammaburgensis) auxilio ducis
Hinrici Magni Leonis coepit episcopatus abolitos suscitare et Vicelinum in Aldenborch, Emehardum[d] in Mikelen-
borch episcopos consecravit. Unde dux Hinricus hos tres episcopatus[12], quia negotium conversio-
nis illius regionis[e] tam a papa, quam a Romano principe tenuit[13], matri suae Hamburgensi
14 ecclesiae, suo privilegio assignavit et hoc privilegium est in ecclesia Hamburgensi[14].

Anno Domini 1162. Petrus Longebardus librum sententiarum composuit. Unde versus:

*M. C., sex decies annosque recollige binos,*
*Tunc Petrus sparsit istius odore libri nos;*
*Addideris si forte novem, quod passio Thomae*
*Pontificis fit[f] ibi, quem cantat Cantua pro me.*

Anno Domini 1171. Thomas Cantuarensis archiepiscopus occiditur:

*Annus millenus, centenus septuagenus*
*Primus erat, primas cum ruit ense Thomas.*

Anno Domini 1209. . . . Item eodem tempore coepit ordo praedicatorum et minorum
15 fratrum . . . .[15].

Anno Domini 1210. Theodericus Lubicensis episcopus obiit, cui Bertoldus ibidem canonicus successit[16]. Quem Yso Verdensis episcopus in ecclesia beatae Virginis apud Stadium consecravit.

Anno Domini 1215. . . . In eadem synodo (Lateranensi) duo episcopi dicuntur ex pressura mortui. Unde quidam dixit:

*Non intrant tuti, iussum papale secuti,*
*Nostri cornuti, quia prodest cornibus uti,*
*Cum pressentur uti pecudes iaceantque voluti*
*In squalore luti. Mors est vicina saluti.*

17 Anno Domini 1218. . . . Item castrum Vorde[17] a Bremensis ecclesiae ministerialibus

a) decenno ualis *cod.* b) Wizcliacensem *cod.* c) Babilon *cod.* d) Emchardum *cod.* e) regio *cod.* f) sit *cod.*

1) Ex Annal. Stad. 2) Huc usque ex Ann. Stad. Dionysium Areopagitam in animo habet Hamburgensis annalista, quem mortuum esse scimus a. 95. cf. Ann. Stadens. ad a. 96. 3) Acta apost. 17, 34. 4) Huc usque ex Ann. Stad. ad a. 81. 82. 5) Acta apostol. 6, 5. Apocalypsis 2, 6. 15. 6) Hoc de suo addidit annalista Hamburgensis, cum Alberti e Gestis Trevirorum excerpta imperitissime facta haud intelligeret. 7) V. Ann. Stad. ad a. 314 et 349. 8) Haec Bedae debere videtur annalista. 9) Cf. Annal. Xantenses ad a. 745. Sigebertum Gembl. ad a. 746. Vincent. Bellov. lib. XXIII. c. 152; secundum Historiam Vizeliac. lib. IV. (D'Achery Spicileg. Tom. III. pag. 641) haec translatio facta demum est anno 881. 10) Cf. Archiv l. l. pag. 362. 11) Cf. Ann. Stad. ad a. 1050. et eorum fontem Adamum Brem. lib. III. c. 9. ibique not. 96, unde cognoscitur hic singulare ecclesiae nomen ortum esse, in excerpendis annal. Stad. praeposíturae S. Willeh. et Steph. prope Bremam et praeposíturae S. Iac., S. Sec. cunctorumque Theb. mart. in monte Sullenberghe fundatarum patronis inter se confusis. 12) Aldenburgensi et Swerinensi episcopatui hic addendum esse tertium Raceburgensem, ex eis quae praecesserunt a nobis praetermissis apparet. 13) Cf. diploma a Friderico a. 1154. d. in Hamb. Urkundenbuch Nr. 205. 14) Haec charta atque papalis nobis ignotae sunt. 15) Quae de Innocentio hic adiiciuntur, ex catalogo paparum apud Albertum inserto atque ex chronico desumta sunt. 16) Ex ann. Stad. h. a. 17) Bremervörde.

occupatur et tali casu. Iuxta idem castrum in loco qui dicitur Bokele super Bevernam fluvium[1] quidam simplicissimus rusticus habitavit, qui coepit benedicere infirmos cum ver- 1 bis quibusdam rustice compositis. Et tandem confluxerunt homines infirmi quasi peregrini de diversis partibus; et fere omni die factus est in turba cantus et clamor magnus, tamquam aliqui fuerint de suis morbis liberati, et multi crediderunt ei. Dux autem Heinricus defendit eum et advocatus eius Hinricus de Oftenhusen[2]; et quaestum infinitum de oblatione habebant. Interea ministeriales Bremenses quasi versus Vordam euntes, requisiti quo tenderent, dixerunt, se de remotis partibus venire et visitare limina sancti Otberti, cuius dicunt, balnium potatum confert mirificam infirmis sanitatem. Ascendunt in castrum Vorde et homines ducis eiecerunt[3]. 3

Anno Domini 1227. Proelium in Bornehovede regis Danorum contra Bremensem archiepiscopum et ducem Saxoniae Albertum et Hinricum comitem de Sueryn die Mariae Magdalenae . . . . Iul. 22.

Anno Domini 1237. . . Item ecclesia Reineveldensis[4] dedicata est.

Anno Domini 1238. Comes[5] Adolfus cum uxore sua Heilewiga Livoniam[a] ivit.

*Tres ubi crescit[b] olus, nec erant tunc sydera, solus*
*Abbas Albertus posuit radiantia quercus*[6]. 6

Anno Domini 1245. . . . In eodem concilio Lugdunensi octavam nativitatis beatae Virginis instituit per universam ecclesiam celebrandam et decreto firmavit. In eodem . . .[7] Oct. 15.

Anno Domini 1250. Comes Iohannes cum Bremensi archiepiscopo et avunculo suo Symone expeditionem in Daciam ordinavit. Ericus rex ludens in alea cum Hermanno milite[8], amicabiliter invitatus a fratre suo Abel, et hostiliter captus et in navim proiectus a quodam Dano, dicto Lagone, missus est decollari, et corpus eius multo ferro onustum, in aquae illius profundum est submersum; cui parcat Deus. Hoc turpe factum et inhumanum contigit in nocte beati Laurentii. Aug. 10. Huius regis corpus inventum, fratres praedicatores in ecclesia sua Sleswich sepelierunt, sed frater eius Abel postea fecit eum ibidem in nova ecclesia monialium sepeliri. Item in die omnium sanctorum Abel coronatur in regem, et uxor eius Mechtildis in reginam, filio eius Waldemaro puerulo, quem redeuntem de Nov. 1. Rothomago, Coloniensis archiepiscopus ceperat[9]; quem comes Iohannes sex milibus marcarum puri argenti redemit. Item Fredericus imperator . . . tumulatus, et dicunt quidam, quod resipuerit ante mortem. Tunc steterat Roma per duo milia annorum.

Anno Domini 1251 orta est nova secta hereticorum, et primo visa est in villa Parisiensi, qui se *pastores* nominaverunt; quorum non erat numerus. Venerunt circa principium Parisius quasi viri sancti, et sunt a laycis recepti, et tandem cum ipsis contra fidem senserunt. Dicebant, se habere auctoritatem benedicendi, consecrandi et baptizandi, ligandi et solvendi. Et dum clerus eorum erroribus resisteret, irruerunt in eos et plurimos occiderunt. Praedicatores et minores a loco praedicationis turpiter ammoverunt et in ipsum episcopum fecerunt insultum. Sed iuvante Deo, tota repressa est eorum praesumptio, et tandem a populo interfecti[c, 10]. Item . . .

Anno Domini 1252. . . . Item Hermannus miles de Kercwerdere, qui cum Erico rege luserat in alea tempore quo captus erat, a rusticis, quos ad terram fodiendam compulit, fossoriis, quae rustici gestabant in manibus, est occisus[11]. 11

Anno Domini 1253. Albertus dux de Bruneswich Horeborch reaedificat, et hoc contra patris promissum Ottonis. Item comitissa . . .

Anno Domini 1254. Rex cum Petro[12] legato laborabat, ut Coloniensis episcopum Symonem absolutum dimitteret[d]. Archiepiscopo contradicente, tantus rancor surrexit, quod Coloniensis applicato igne ad domum, in qua legatus erat cum rege, voluit ambos incendio suffocare . . .

Item dux Bavariae uxorem suam fecit decollari in Werden, falsum imponens ei crimen[13].

Anno Domini 1257. Richardus fortiter rex Angliae coepit ad imperium aspirare. Tunc Moguntinus erat captus, quem Richardus redemit octo milibus marcarum, ut ad suam esset

a) Louiniam *errore librarii cod.* b) cressit *cod.* c) *deest:* sunt. d) dimittet *cod.*

1) Bokel in parochia Selsingen, prope villam parochialem Bevern in praefectura Zeven, haud procul a loco Bremervörde. Fluvius Beverna hodie dicitur »die Otter« atque influit in Ostam. 2) Idem videtur esse atque is qui in chartis Henricus de Ochtenhusen dicitur; v. Hamburger Urkundenbuch p. 378 et ibi notas. 3) Ann. Stad. ex his omnibus unam castelli expugnationem referunt h. a.; de Olberto similia invenies in chronico Luneburgensi h. a. et in anonymo Saxone. 4) In Wagria. 5) Holsatiae. 6) Vide Archiv für ältere Deutsche Geschichtskunde T. VI. p. 328. 7) De principibus electoribus hic ab annalista nostro iunguntur, quae Ann. Stad. habent ad a. 1240. 8) De Kercwerdere v. infra ad a. 1252. 9) Omissa, quae Ann. Stad. hic addiderant: *adhuc in captivitate detento.* 10) De simili secta in Suevia cf. Ann. Stadenses a. 1248. 11) Cf. Ann. Stad. ad a. D. 1252. 12) Capuzio. 13) Hoc factum atrox ducis Ludovici perpetratum est in Donauwerth anno 1256. Ian. 18.

benivolus electionem. Hic effudit pecuniam ante pedes principum sicut aquam. Quidam eorum, scilicet Treverensis archiepiscopus, Albertus dux Saxoniae, Iohannes et Otto marchiones, ei hac vice non consenserunt. Coloniensis vero et Traiectensis pro eo adducendo transeunt in Angliam. Et redeuntes cum ipso Aquisgrani veniunt et eum cum infinita pecunia principibus sibi faventibus praesentant. Et die ascensionis Domini ipsum in regem Romanorum elevant et consecratum cum uxore sua coronant. De pecunia eius multa incredibilia sonuerunt. Certe tantum olei, quantum infusum est eius capiti, potuisset in sua terra precio emisse[a] minori. Stulta Anglia, quae tot denariis sponte est privata. Stulti principes Alimanniae[a*], qui nobile ius suum pro pecunia vendiderunt!

Mai. 17.

Item Symonem Parbornensem accepit Bremensis archiepiscopus in tutorem[1], de consensu capituli et ministerialium. Qui statim impetiit Albertum ducem de Bruneswich, pro eo, quod Horeborch reaedificans contra fidem patris et sui ipsius venit, sed dux super eo treugas impetravit. Item Fredericus Raceborg episcopus obiit[2], cui Olricus successit.

Anno Domini 1258. Comes Bernardus de Berneborg duxit filiam regis Abel[3], die Blasii in Hammenburch. Item Gerardus Bremensis archiepiscopus obiit. Qui[b] cum esset in Parbornensi ecclesia simplex canonicus, occurrit ei quidam, habitu incultus, et primo nec turbidus nec laetus, et dixit: *Considera diem istum, anno evoluto in praepositum eligeris Parbornensem, et cum possessor fueris, dabis michi duas marcas.* Et factum est ita. Secundo venit iterum ad eum, et dixit: *Anno evoluto et tali die elegeris in archiepiscopum Bremensem, et cum possessor fueris, dabis michi* 5 *marcas.* Sic evenit, et ille dedit. Et ille dixit ei tertio: *Duas res tibi praedixi, quae evenerunt*[c], *tertiam rem dico tibi sine remuneratione. Quinquaginta annis vives archiepiscopus et post hos non vives uno die.* Mentita est iniquitas sibi. Nam 38 annis sedit, et tricesimo nono obiit, in die Pautaleonis[d. 4], quae sabbato tunc erat. Quo defuncto facta est dissentio in electione. Capitulum enim Bremense, excepto scolastico et cantore, elegit praepositum Hildebaldum[5]: praepositus Bremensis[6] se ipsum postulavit. Decanus Hamburgensis nomine totius capituli sui postulavit praepositum Bremensem; scolasticus Hamburgensis elegit Hildebaldum, quem multis triumfis[e] praetermissis papa confirmavit.

Febr. 3.

Anno Domini 1259. Christoforus rex Daciae moritur, et filius eius Ericus septennis coronatur. Ericus, filius Abel regis, in ducatum[7] recipitur. Item Bremensem electum in vigilia palmarum confirmavit, et in episcopum die dominica Benedicta[8] ordinatur. Et dato pallio ad patriam remisit. Symon episcopus Parbornensis venit Hamborg, et auditis literis papalibus[9], appellavit. Iohannes et Gerardus comites, capitulum Hamburgense, cives Hamburgenses appellaverunt: et omnes quieverunt, nichil eorum quae proposuerant[f] exequentes. Item postulatus Bremensis in Lubeke obiit. Et Engelbertus[10], Bremensis ecclesiae canonicus, in praepositum est institutus ab archiepiscopo. Et paulo post ipsum destituit, eique fratrem Alberti ducis de Bruneswich subrogavit[11].

Mart. 16.

Anno Domini 1260. Richardus rex in Angliam cum uxore sua rediit et investituram episcoporum archiepiscopo Coloniensi commisit. Item archiepiscopus Bremensis[g] ultra

a) *sic pro* Alemannie. b) Qui qui *cod.* c) enouerunt *cod.* d) Pataleonis *cod.* e) *ita Lindenbrogius codicis scripturam interpretatus est: in quo* ʼffis *vel* ʼffis *scriptum est. Erit qui putet latere in his vocem* frasiis (= frais) *a papa enim Hildebaldum est, cur putemus data pecunia demum confirmatum esse. Ceterum Lindenbrogii interpretationi id favere videtur, quod in Delmari chronico Lubecensi (ed Grautoff), quem annales nostros ad verbum saepius vertisse constat, sic scriptum est de Hildebaldo:* De edel here quam to hove, unde de paves sande eme dat pallium; dar wart he wyet, unde quam weder vrolic to lande. f) praeposuerant *cod.* g) archiepiscopo Bremensi *cod. Emendatio nostra comprobatur Delmari chronico h. a.*

1) Cf. Historiam archiepiscoporum Bremensium in Geschichtsquellen des Erzstiftes und der Stadt Bremen p. 11. 2) Charta ab eo data 1257. Id. Iul. exstat apud Westphalen (Mon. ined. T. II. p. 2083), quo die mortuus est. 3) sc. Sophiam. V. Beckmann Anhalt. Histor. T. V. p. 79. Lenz Becman. continuat. p. 237. 4) Secundum Necrol. Hamburg. obiit 6. Kal. Augusti, d. Simeonis monachi. 5) Hildeboldus de Limbere, filius comitis de Wunstorp, canonicus Bremensis et archidiaconus s. praepositus Rustringiae. V. Historiam archiep. Bremensium; praepositus similiter dicitur in diplomate de 1257. 7. Kal. April. in Pratje Die Herzogthümer Bremen und Verden T. VI. pag. 123. 6) Gerhardus de Lippia. 7) sc. Slesvicensem. 8) dominica Trinitatis, Mai. 19. 9) sc. Alexandri IV. h. a. d. 17. April. datae, quas publici iuris feci in Hamburger Urkundenbuch. 10) de Seehusen, postea decanus factus, post annum 1281 obiit. 11) sc. Conradum, qui postea episcopus Verdensis est electus. Geschichtsquellen etc. p. 198.

Albiam misit viros validos in locum qui Wildesscarne[1] dicitur, ut ex illo comites Holtsaciae inpugnarent. Comites vero illos[a] obsequio omnes se dare coegerunt. 1

Anno Domini 1261. Regina Daciae Margareta cum filio suo rege venit contra comites Holtsaciae cum magna populi multitudine super Loheide[2], sed comites per Dei gratiam adepta victoria reginam ceperunt, et in Hamburch in honesta custodia deduxerunt. Statimque dux Albertus de Bruneswich per auxilium Lubicensium et quorundam Holtsaciae infidelium Holtsaciam intravit, et castrum Plone expugnavit. In cuius defensione quidam miles probus et fidelis, cui parcat Deus, cadens mortuus est, et primo Segeberghe sepultus; sed canonici Hamburgenses, quia eorum canonicus fuerat, Hamburch defunctum sepelierunt[3]; ipse 3 requiescat in pace. Item civitatem Kil obsedit, sed non profecit.

Anno Domini 1262. Regina Hamborg in captivitate detenta, fit tractatus de pace. Dux et marchiones, Iohannes et Gerardus comites conveniunt in Quedelingeborch et postea in Saltwedele[4]. Regina quoque interfuit, sed tamen postea reversa est Hamborch, et colloquium, redeunte regina, ad placitum sic finem accepit, quod Holtsati transgressores reconciliati[b] sunt comitibus, bonis suis obtentis, et regina reversa est in Daciam[c]. Item Helpradus praepositus Hamburgensis obiit[5]. Item Rodolfus episcopus Suerin obiit.

Anno Domini 1263. Comes Iohannes Holtsaciae obiit[6] et est sepultus in Reinevelde. 6

Item eclipsis solis in die dominica et in die Oswaldi regis. Aug. 5. Eodem anno dux Luneburgensis, de Dacia rediens[7], cum magna multitudine ingressus est fines marchionis Misnensis[8] et captus est ab eo cum multis comitibus et dominis terrarum; et detentus est uno anno et sex septimanis. Captus est in vigilia Symonis et Iudae apostolorum. Oct. 27.

Anno Domini 1264. Solutus est dux Iohannes de Luneborch. Item Novum monasterium, quod est in terra Holtsaciae, per multas provincias tam de hospitalitate, quam de bona conversatione personarum famosum, incendio devastatur in nocte sancti Martini. Nov. 11/12.

Item vina perierunt in Francia. Item papa Urbanus mortuus est[9], et vacabat sedes 17 septimanis; cui successit Clemens[10].

Anno Domini 1265. Dux Iohannes de Bruneswich duxit[11] filiam comitis Gerardi cum 11 magna sollempnitate in Hamburch.

a) illo *cod. cf. Detmarum h. a.* b) reconsiliati *cod.* c) *Annales ecclesiae Hamburg. in praefatione laudati hic addunt verba:* sed filius eius Ericus rex traditur marchionibus.

1) hodie Willenscharen, iuxta fluvium Stör parochiae Kellinghusen in praefectura Rendsburg. Vestigia castri ibi adhuc apparent. De conventione pacis, quam comites Holsatiae cum Ottone de Barmestede milite 1259. d. h. Thomae hic pepigerunt, vide quae dixi in Hamb. Urkundenbuch. Videtur igitur errare noster, qui haec ad annum 1260. transposuit. 2) prope civitatem Schleswig. 3) Fortasse ille fuit Gervasius, canonicus Hamburgensis castellanus comitis, scriptor et plebanus in Plone, qui in documentis ab 1250 usque 1260. occurrit. 4) 1262. Kal. Nov. Lübeck. Urkundenbuch T. II. p. 30. 5) sc. Aug. 30. v. Necrol. Hamburg. 6) Obiit April. 22. Vide Archiv. T. VI. pag. 362. 7) Vide supra anno 1261. 8) Henrici illustris. 9) die Oct. 2. 10) electus d. Febr. 5. 11) Liutgardim. Cf. infra Ann. Lubic. h. a. et Hamb. Urkundenbuch T. I. p. 673.

# ANNALES RYENSES.

EDENTE V. CL. I. M. LAPPENBERG, I. U. D.
REI PUBLICAE HAMBURGENSIS TABULARIO.

*Librum hunc Erpoldus Lindenbrogius edidit Hamburgi* 1603. *in* 4. *adiecto titulo:* „*Historica narratio de origine gentis Danorum et de regibus eiusdem gentis etc. compendiose olim conscripta ab Erico Daniae rege, Wratislai VII ducis Pomeraniae f. etc.*“ *Deinde inter scriptores rerum Germanicarum septemtrionalium recepit, qui liber prodiit Francofurti a.* 1609. *fol., recusus a.* 1639. *atque iteratus per I. A. Fabricium Hamburgi* 1706.

*De codice, quo pro fundamento editionis suae usus est, lectores suos certiores non fecit Lindenbrogius: neque Langebekio fides habenda est, contendenti, eum ex codice quodam Henrici Ranzovii annales nostros in lucem protraxisse*[1]*; Lindenbrogius enim non omisisset generosissimi huius patroni liberalitatem laudare. Alium annalium nostrorum codicem se nactum esse, asseruit Stephanus Ioannis Stephanius, qui illud* „*Syllogae tractatuum de regno Daniae et Norvegiae*“ *Lugduni Batav. Elzevir.* 1629. 12. *editae, inseruit, adiectis in fronte libri his verbis:* ex codice manu descripto recognita et sexcentis in locis debitae integritati restituta. *Stephanius vero, cum errores quosdam emendaret, plurimos reliquit*[2] *atque multa plane omisit, sive dedita opera, quod ipsi fabulosa et inepta videbantur esse, sive quod exemplari mutilo usus est.*

*Fugit etiam Stephanium, annales nostros a rege Erico VII profectos non esse, id quod Io. Grammius (ad Meursii historiam Daniae) aliique iure negarunt. Attamen ignorabatur, qua re Lindenbrogius seductus Ericum VII eos scripsisse putaverit. Alii enim a rege Erico Menved, qui inde ab a.* 1286. *usque ad a.* 1319. *regnavit, vel ipso scriptum, vel illo iubente confectos esse suspicati sunt. Quod sensit etiam Langebekius, quem annales nostros post Lindenbrogium iterum edidisse diximus, plurimis locis feliciter emendatis, notisque quibusdam adiectis.*

*Tandem cimelia bibliothecae Hamburgensis publicae perlustranti mihi contigit, ut invenirem codicem libri nostri antiquissimum, haud multo post a.* 1288. *scriptum eundemque, secundum quem Lindenbrogius Annales Hamburgenses et chronicon, quod Erici VII esse dixit, excussit. De ipso codice cum pluribus iam egerim in praefatione Annalium Hamburgensium p.* 380, *id tantum hic adiiciendum est, annales nostros videri ab eadem manu, qua Annales Hamburgenses, descriptos esse posteriore fortasse tempore; quod ea re non improbatur, quod finem versus multae lineae minio rubro perscripti sunt atque desunt*

1) V. Langebekii Scriptores rerum Danic. med. aevi T. I. p. 148.
2) V. a. 1098. 1142. 1144. 1147. 1191. 1250.

*indices in Annalibus Hamburgensibus in margine adiecti. Ex codice hoc multae Lindenbrogii lectiones falsae emendantur, nonnullae a scriptore codicis profectae sunt. Illud quoque perlustrato codice animadvertimus, neque in inscriptione horum annalium neque in codice nostro usquam deprehendi Erici regis nomen: minime vero in fine eius leguntur verba adiecta in fine libri editi:* Hactenus rex Ericus.

*Quae cum ita sint, non potuimus non suspicari, Lindenbrogium annalibus nostris nomen auctoris regium temere addidisse. Quae quidem suspicio multum nobis confirmata est, cum animadverteremus, primam, de qua diximus, huius operis editionem a Lindenbrogio Christiano IV Daniae regi dedicatam esse, adiectis hisce de auctore verbis:* Munus quidem exiguum, sed quod apud Maiestatem Vestram (ut spero) maximi precii censebitur, si dixero ab Erico felicissimae memoriae Daniae rege olim conscriptum. *Illud tamen mirum semper videbatur, editorem, qui codicem saeculi XIII. ante oculos habuerit, hos annales saeculo XV adscripsisse.*

*Haec fere sunt, quae de annalium nostrorum codice atque editore primo ante hos viginti annos egi*[3]. *Postea vero contigit mihi, ut investigarem causam, quae Lindenbrogium in hunc errorem de auctore libri induxit, vel quae ansam ei praebuit fraudis istius litterariae. Reperi enim in bibliotheca publica civitatis nostrae codicem chartaceum Nr.* 24. *fol. circa annum* 1500 *parum diligenter scriptum, qui praeter historiam quandam regum Daniae usque ad Christianum II, Latino sermone conscriptam*[4], *continet p.* 58—102 *regum eorundem historiam, rebus et sermone videlicet Saxoniae inferioris scriptam, diversam ab ea, quae priorem voluminis partem obtinet. Quam historiam paullo accuratius cum annalibus nostris comparanti facile patebit, plurima ex illis in patrium sermonem translata esse videri, quamquam non praetermittendum erit cum in tota hac historia nonnulla adiecta, nonnulla omissa esse, tum vero utrumque librum discrepare in numeris, regum nominibus adscriptis, atque desiderari in historia Saxonico sermone scripta accuratiorem temporis definitionem. Accedit, quod haec usque ad Christianum II deducta est a.* 1559. *mortuum. Lindenbrogius, cuius hic quoque codex quondam fuit, eius involucro inscripsit haec:* Ericus rex Daniae van dem Orthsprunge der Denen und van dem Falle ehrer Koeninghe. E Latino. *In hoc chronico leguntur verba haec, quibus manus recentior, Lindenbrogii ut videtur, ad marginem adscripsit:* Quis sit auctor:

> De XCVIII. koninck der Denen hete Erick des hertogen van Pomeren syn sone. — Desse was eyn klock wyssz man unde de hefft dit bock in deme Latine ersten gescreven uth der kroniken der Densken koninge; des sine werke unde scheffte apenbar sint in ôrer stede. Men id ys dar genoch ane an der materien van deme orden der Densken koninge.

*Sequitur iam continuatio historiae Danicae brevissima usque ad Christianum secundum eadem manu scripta. Tali igitur testimonio levissimo usus est Lindenbrogius, cum contra auctoritatem codicis sui vetustissimi historiam regum et gentis Danorum sive annales Ryenses a rege Dan usque ad a.* 1288. *ab Erico rege confectam esse Christiano quarto, regi Danorum, largiretur.*

*Ceterum, ne lectorem dubium relinquamus, Saxonico sermone scripta historia ex quonam fonte manaverit, pro versione historiae regum Danorum*

3) Archiv der Gesellschaft für ältere Deutsche Geschichtskunde Tom. VI. p. 364—369. 4) editam ab Erpoldo Lindenbrogio a. 1595. Lugduni Batavorum 4. sub titulo: *Historia compendiosa et succincta serenissimorum regum Daniae ab incerto auctore conscripta, nunc vero usque ad Christianum IV. deducta primumque in lucem edita.*

*cuiusdam ex nostra excerptae, quam Hermannus Cornerus hic illic quibusdam de suo adiectis chronico suo ad a.* 868. *inseruit, haud dubie habendam eam esse, facile perspicitur, si numeros regibus adscriptos atque ipsa utriusque historiae verba respicias. Sunt quidem loci aliquanto accuratius etiam cum historia nostra quam cum Corneri epitome consentientes, sed verisimillimum est, hosce versionem Saxonicam alio Corneri libro manuscripto, quam excusso ab Ekkhardo debere. Certe unus locus non potest non esse desumtus ex Cornero male intellecto, illum dicimus, quo Lindenbrogius usus est ad comprobandam suam de Erico, libri nostri auctore, sententiam. Cornerus enim de rege XCVIII. haec habet:* Rex Danorum dictus est Ericus, ducis Pomeranorum filius: hic rex in humanis extitit, cum opus praesens scribebatur, cuius actus et gesta infra patebunt. — Et sic in praedictis sufficiat de origine et ordine regum Danorum.

*Tunc Cornerus pergit in narrandis ordine chronologico rebus gestis. Facile intelligitur Cornerum hic de opere* s u o *loqui, dummodo memineris, vixisse Cornerum, qui anno* 1437. *scripsit, regis Erici VII. aetate. Translator vero Saxonicus, cum perperam haec verba verteret, Erico regi gloriam auctoris istius opusculi, quem hucusque ignoramus, paravit.*

*Sed, ut ad annales nostros revertamur, praeter ea, quae ex iis ipsis concludenda sunt, de auctore operis nihil certi constat. Quem ex monachis ordinis Cisterciensis fuisse, patet ex frequenti annotatione coenobiorum huius ordinis conditorum in regnis septentrionalibus. Haud pauca cum afferat de monasterio R y e s. R u s r e g i u m (R u h k l o s t e r)*[1], *Langebekius A n n a l e s R y e n s e s opus nostrum appellandum esse censuit. Ex Danorum gente ortum fuisse scriptorem, cum linguae Danicae peritia ex ipsis nominum formis atque sententiis quibusdam Danicis insertis conspicua*[2], *tum inimicus in Teutonicos animus*[3] *produnt. Quanam aetate vixerit, ex indiciis quibusdam colligi potest. Ad annum* 1219. *enim Estoniam dicit: „usque in praesens“ Danis subditam esse; ad annum* 1274. *loquitur de unione ecclesiarum Graecae et Latinae, ab imperatore Graecorum Michaele Palaeologo cum Gregorio X papa facta; quam Palaeologo a.* 1283. *defuncto dissolutam esse, ignorare videtur.*

*Annales nostri inter vetustissima historiae Danicae monumenta referendi sunt atque multa continent, quorum cognitio hoc uno testimonio nititur*[4]. *Ipsa dispositio rei secundum regum Daniae seriem nostris peculiaris est; quam vero secuti sunt seriem, diversa fuit ab iis, quas Langebekius edidit, cum in ipso ordine regum, tum in cognominibus regibus adiectis. In iis, quae ad res Danicas, si praetermiseris, quae de antiquissima regum Danorum historia referuntur, atque ad res Germaniae septentrionalis spectant, accuratissimi sunt, unde fit, ut paucissimi tantum errores in his a nobis deprehensi sint*[5]. *Remotiora aut minus curavit, aut ignoravit: erratum enim est fere semper in chronologia paparum*[6] *atque in iis, quae de expeditionibus, in terram sanctam factis, referuntur*[7]. *Annales nostri, cum ad res Germaniae septentrionales illustrandas haud parvi momenti sint, inter Monumenta historiae Germaniae locum, quem Lindenbrogius eis dedit, merito obtinent.*

*Iam ex quibus fontibus hauserit auctor noster, paullo accuratius inquirendum nobis erit.*

1) in ducatu Sleswicensi, olim situm in eo fere loco ubi nunc castellum Glücksburg situm est. Vide ad ann. 1192 (?). 1210. 1237. 1273. 1275 (?). 1283. 1284. 2) Commemorandum hic est semper eum discernere æ et ø litteras. 3) Vid. a. 1223. a. 1181. saepius. 4) V. Suhm Historie af Danmark Tom. XI. pag. 47. 5) V. not. ad a. 1156. 6) V. notas nostras. 7) V. notas ad a. 1187 et 1220.

*Quem in historia regum Danorum antiquissima Saxonis Grammatici opere celeberrimo usum esse, credendum non est Langebekio. Mittamus, auctorem nostrum omnino Saxonis mentionem non facere: ipsa rerum dispositio, nominum formae, regum series et numerus*[1]*, ut cetera hic, cum de historia Danorum* 1 *eiusque fontibus disserendum non sit, taceamus*[2]*, arguunt, Saxonem eum non consuluisse. Accedit, quod nusquam noster Saxonis verba sequitur. Attamen similibus atque Saxo haud dubie fontibus usus est, sive libros scriptos consuluit, sive ea, quae ferebantur in ore hominum, litteris mandavit.*

*Praeter Papiam lexicographum saeculi XI, quem in initio operis sui laudavit noster, Adamum Bremensem eum novisse suspiceris, plurima enim deprehenduntur, quae ad Adamum referri possunt, id quod ex notis nostris patebit. Quamquam non praetermittendum est, hosce locos ad unum omnes deprehendi iam in annalibus Lundensibus, Esromensium*[3] *vetusto fonte, in codice Erfordensi nuper repertis editisque a V. Cl. Waitzio*[3*]*; cumque in iis quoque, quae desiderantur apud Adamum, saepius cum Lundensibus consentiat*[4]*, haud scio,* 4 *an ipsum Adamum eum consuluisse negandum sit. Fortasse ea quoque, quae in auctoris nostri narratione ad a.* 776. *nunc revocanda sunt ad unum Adamum, inerant in diverso ab Erfordensi annalium Lundensium libro manuscripto.*

*Dubius etiam haereo, breve illud chronicon Daniae a.* 1095—1194.[5] *a monacho quodam Ryensi vel saltem in dioecesi Sleswicensi morante post annum* 1207. *compositum, utrum inter fontes, an inter imitatores auctoris nostri referam. Errores enim annalium nostrorum hic quoque deprehenduntur*[6]*, quin etiam alii commissi sunt, qui recentioris scriptoris ignorantiam sapiunt*[7]*; ne anni quidem accurate adnotati sunt*[8]*, denique genus dicendi mirum quantum recedit ab* 8 *annalium vetustorum simplicitate*[9].

*Non possum dubitare, quin inter fontes monachi nostri Ryensis recensendum sit:* 1) *chronicon Danicum ab a.* 1074. *usque ad a.* 1219[10] *quod propter frequentissimam mortuorum mentionem ex necrologio quodam ortum esse dixeris. Cuius vestigia, quam arcte noster presserit, facillime intelligitur, si annos* 1202, 1203, 1204, 1208 *sq. cum nostris annalibus contuleris. Plura tamen illud chronicon habet cum in rebus gestis, tum in diebus natalibus atque emortualibus adnotandis, quae noster tamquam minoris pretii omisit*[11]*. Ceterum* 11 *facile patet, nostrum saepius consilio recessisse a chronico illo; cum enim perspiceret maiorem in fine, quam in initio his annalibus fidem habendam esse, priora ex suis fontibus correxit, posteriora suum in usum convertit.*

2) *Chronicon Sialandiae res inde ab a.* 1028. *usque ad a.* 1282. *persequens, quod cum continuatione usque ad a.* 1307. *ex vetere membrana bibliothecae regiae Havniensis edidit Arnas Magnaeus*[12]*, inter fontes auctoris nostri fuisse videtur. Quod facile perspicitur, si ad singula respexeris*[13]*. Praeter legendas scriptoris Sialandici et ea, quae ille narravit ad a.* 1240 *et* 1250, *omnia fere, quae gravioris momenti sunt, iisdem verbis noster in historiam suam*

1) Vide Nr. 14. 16—20. 22. 2) Cf. Dahlmann Forschungen auf d. Gebiete der Gesch. T. I. p. 232. 266. 294. 3) quos optime ed. Langebek l. l. T. I, 213 sq. 3*) V. Nordalbing. Studien V. p. 1 sq. 4) Cf. Nr. 78. apud nostrum c. a. 803, Annal. Lund., Nr. 88. c. a. 934 et 936. Nr. 89. c. a. 936. 5) Langebekius l. l. T. III. p. 627—631. 6) ad a. 1179. 7) ex. gr. ad a. 1183. Kanuti uxor filia regis Ungariae fuisse refertur. 8) Cf. quae ad a. 1095. 1150. saepius referuntur inter plures annos dispescenda. 9) Cf. quae ad a. 1164. de muro Danwerk ad a. 1167. de Burisio spadone facto, ad a. 1186 et 1187. de Boislao principe Pomeraniae referuntur. 10) Apud Langebekium l. l. Tom. III, 260—265. 11) V. ad a. 1136. 1185—1187. 1195 etc. 12) Lipsiae 1695, iterum ed. apud Langebek l. l. T. II. p. 602—644. 13) V. ad a. 1111. 1113. 1120. 1139. 1143. 1151 sq. 1156. 1157. 1170. 1187. 1193. 1197. 1214. 1216. 1218. 1222. 1223. 1230 sq. 1238 etc.

*recepit. Hic illic in annis discrepant*[1], *Andreae pincernae annum emortualem alter a.* 1270. *alter* 1272 *esse voluit. Id tantum hic addendum est, chronicon Sialandiae antiquius esse, quam nostros annales, id quod cum ex anno, quo utrumque opus desinit, tum vero inde colligendum erit, quod, quaecunque in utroque opere de clericis Selandicis, imprimis de familia Absalonis episcopi Roskildensis, referuntur, monacho Ryensi ex priore opere haud dubie innotuerunt.*

3) *Annales Lundenses locos illos fere omnes, qui etiam in Adamo* 1 *Bremensi deprehenduntur, continere, supra iam diximus*[1]. *Plura etiam sunt in parte posteriore horum annalium, quae ad verbum cum nostris congruunt, quamquam praetermittendum non est, librum nostrum neque omnia habere, quae insunt in Lundensibus, neque in iis, quae utrique communia sunt, prorsus consentire eos, si ad verba et annos respexeris. Quare erit, qui satis memorabilem illum inter Lundenses annales, nec non inter chronicon ad a.* 1219 *et inter annales Sialandiae cum vetustis ad ea additamenta atque annales nostros consensum inde derivet, quod utrique hauserint ex iisdem annalibus Danicis nobis iam deperditis. De quibus ut certius iudicetur, in nostra editione enotavimus locos consentientes cum chronico de* 1219, *cum annalibus Sialandensibus eorumque additamentis, cum Lundensibus.*

*Annalium nostrorum cum hodie unus tantum liber manuscriptus supersit, media aetate in Dania atque Holsatia minime ignoti fuerunt, qua de re, auctoris aetate definita, facilius et verius quam antecessoribus nostris iudicare licet.*

*Ac quidem mera eorum epitome legitur in annalibus Danicis ab* 2 *a.* 834 *usque ad a.* 1287[2].

*Idem iudicandum nobis est de chronico Danico ab a.* 980. *usque ad a.* 1286[3].

*In nonnullis ad verba tenus cum libro nostro consentit chronicon Danorum ab a.* 1130 *usque ad a.* 1300[4].

*Omnia fere sua ex historiographo Ryensi hauserunt annales Danici* 5 *ab a.* 1101. *usque ad a.* 1313[5]; *qui ne observationem quidem a nostro ad a.* 1223. *factam omiserunt, neque correxerunt eius errorem commissum in numero* 116. *Erico adiecto.*

*Plurima quoque ex nostro usque ad a.* 1288. *descripsit auctor Lundensis, ut videtur, chronici Danorum ab a.* 936. *usque ad a.* 1317[6].

*Permulta nostro debent etiam annales Wisbyenses*[7], *in quibus nonnulli errores, a nostro commissi, emendati sunt*[8].

*Ultimo loco inter hosce annales Danicos, ceteris brevioribus vel post saeculum XIV. conscriptis omissis, hic enumeranda est chronologia rerum* 8 *memorabilium ab a.* 1020. *ad a.* 1323[9]; *quae quam religiose nostrum saepe secuta sit, intelligas, si respexeris ad a.* 1230. 1237. 1251.

*Inter versiones libri nostri primo loco enumeranda est Versio vetusta Danica, a monacho quodam Ryensi facta et aucta continuatione, quae usque ad a.* 1314. *extenditur. Codex huius versionis membranaceus, saeculo XV. scriptus, in bibliotheca universitatis Havniensis reconditur. Quae versio, quamquam nonnullis viris historiae Danicae peritis, Suhmio et Langebekio, iam innotuit,*

1) Cf. a. 1128 = 1130. 1133 = 1135. 1161 = 1162. 1270 = 1272. 2) V. supra p. 389. 3) I. P. de Ludewig, Reliquiae manuscript. T. IX. p. 212—217. 3) Langebek l. l. T. IV. p. 225—230. 4) V. a. 1226. 1276. 5) Langebek l. l. p. 22—26. 6) l. l. II, 169—176 cf. praeter cett. ad a. 936. 1180. 1223. 1229. 1286—1288. 7) Langebek l. l. Tom. I. p. 251 sq. 8) Vide ad annum 1190 (1191). de expeditione in Finlandiam; 1263. eclipsim solis. 9) Langebek l. l. T. II. p. 520.

*tamen publici iuris facta est demum a.* 1827. *curante R. Nyerup*[1]. *Nobis haec* 1 *versio ad illustrandam historiam nostram maximi pretii videtur esse, quamquam unicus eius, qui extat codex, librarii vitiis scatet quam plurimis. Cuius versionis pretium ea quoque re augetur, quod diversum ab Hamburgensi codice librum manuscriptum ante oculos habuisse videtur, id quod indiciis quibusdam comprobatur*[2]. *Hinc factum est, ut permulta ex illa tamquam ex altero codice in* 2 *hominum locorumque nominibus emendaremus, certiorem nacti auctoritatem, quam Stephanius atque Langebekius.*

*Ex hac chronici Danici versione suos extraxit Laurentius Stralius annales ab a.* 1084. *ad a.* 1314.[3] *Quem excerpsisse versionem Danicam atque* 3 *in Latinum sermonem transtulisse, colligitur ex continuatione, ex iis, quae affert a.* 1209. 1258, *atque ex errore insigni ad a.* 1205, *ubi verba:* Oc wrdae bothae hans maen weth Tunsberg *i. e.* ambo sunt facti homines regis Tunsbergi *perperam vertit ita:* Dani condunt Vede ad Tunsbergam.

*Denique hic commemoranda est translatio Danica, versibus scripta, Den Gammel-Danske Rimkrönike fra Sorø-kloster, quae primum a.* 1495. *prodiit atque editione decima curante Ley a nobis adhibita est.*

*Neque Germanicis historicis ignotus fuit liber noster. Quo primus auctor annalium Lubicensium infra excussorum usus esse videtur; postea vero Detmarus sive Rufus, sive quis alius auctor fuit chronici Lubecensis patrio sermone conscripti. Qui inde ab a.* 1170. *usque ad a.* 1288. *plurima ex nostra historia suum in usum convertit.*

*Quibus tertius adiiciendus est Hermannus Cornerus*[4], *cuius iam supra* 4 *mentionem fecimus. Ille enim annales nostros totos, quoad ad historiam Danorum spectant, omissis iis, quae de monachis Cisterciensibus deque gentibus vicinis dicuntur, interiectis paucis tantum iisque parvi momenti, ad suam aetatem continuatos, chronico suo ad a.* 868. *inseruit. Verba annalistae nostri plerumque tam accurate secutus est, ut eo in emendando libro nostro hic illic usi simus.*

*Hanc quoque epitomen versionem nactam esse lingua Saxonica scriptam, supra iam diximus p.* 388. *Eadem est, quam Mollerus*[5] *iam novit.* 5

*Versio Danica debetur I(oachimo) P. W(ielandt), secundum editionem Stephanii mutilam et incorrectam confecta, quae prodiit a.* 1729. 8°.

*Paucis iam agendum nobis est de editionis nostrae ratione atque consilio. Codicem nostrum pro autographo habendum non esse, cum ex plurimis, quibus scatet, scripturae mendis maxime in fine verborum atque ex lacunis quibusdam, tum inde apparet, quod etiam annales Hamburgenses sine ullo fasciculorum discrimine continet. Attamen cum antiquissimus et unicus horum annalium sit liber manuscriptus, utile duxi eum nostra editione ad litteram repetere, emendatis tamen librarii erroribus evidentissimis. Adiecimus in notis criticis versionis vetustae Danicae atque annalium Latinorum Danicorum cum nostris comparationem, hoc praecipuum ad emendationes confirmandas subsidium fore rati. Editorum antecedentium emendationes et plurimas Langebekii notas addidimus nostrasque iis subiunximus. Plurimi editionis Lindenbrogianae alterius, quae saepius ab aliis est recussa, errores hic enumerati non sunt, qui editorum aut typothetarum vitio debentur: eos tantum enotavimus, qui in prima Lindenbrogii editione deprehenduntur.*

1) Nye Danske Magazin T. V. p. 161—200.
2) Cf. 1259. notas ad a. 1142 et 1150.
3) Langebek I. l. T. III. p. 302—316. cf. ad a. 1239. 1247. 1250.
4) apud Eccardum Corporis hist. med. aevi T. II, 475—489.
5) Isagoge T. II. p. 171.

1. *Incipit narratio de origine gentis Danorum, sicut in hystoriis veteribus traditum est, et de regibus eiusdem gentis et gestis eorundem a Dan*[a], *primo rege, usque ad modernos, quae bella gesserint vel triumphos duxerint, qualiterque vitam finierint; summatim et compendiose annotans annos ad ea, quae sub certis annis scripta potuimus invenire.*

Dani, ut testantur veteres hystoriographi, tempore Saruch proavi Abrahae, regnum, quod nunc Dania vel Dacia dicitur, intraverunt, venientes de Gothia. Qui quidem Gothi, ut 1 dicit Papias[1], de Gag[b] filio Iaphet orti sunt. Quod autem quidam dicunt, Danos[c] a Danaitis, id est Grecis, venisse[2], verisimile est, sed usquequaque certum non est. Nisi[d. 3] ab initio dicti sunt Dani, sed quaelibet terra habuit nomen speciale, quod habet adhuc, donec tempore David regis habuerunt regem Dan: nam tempore illo, Dan filius Humblae de Suecia veniens, regnavit super Syalandiam, Moen[e], Falster et Laland, cuius regnum dicebatur Withesleth. Eo tempore rex quidam potentissimus ad invadendum Iutos venit. Quo 4 audito, Iuti timentes valde, locum qui ad haec Kowirki[f. 4] dicitur, fossatis et fragis[g] ligneis munierunt, miseruntque nuncios ad Dan regem Withesleth, ut eis ferret auxilium, pollicentes ei victoriam dominiumque[h] super se. Qui cum suis veniens, apud Kowirki hostibus occurrit. Occisis plurimis et reliquis in fugam actis, dominus Iutorum factus Dan, cum Iutis Fyoniam[i], Scaniam ac omnes alias insulas Daciae sibi subiugavit, et postmodum communi omnium decreto regnum suum Daniam et incolas Danos a se, qui Dan dicebatur, appellavit.

Primus ergo Danorum rex fuit Dan filius Humblae, a quo Dani et Dania, quae nunc Dacia dicitur[k], nomen habent: Iulius enim Caesar primo fertur eam Daciam appellasse, propter hospitalitatem et dapsilitatem huius gentis[l]. Dan ergo primus rex fuit pugil fortissimus et gyganteus; cunctis in circuitu terribilis, et proelia clarissima gessit hinc inde. Huic successit

secundus, Humblae filius eius. Hic erat vanus et iners, et pauca notabilia fecit; unde Lother frater eius, facta conspiratione Danorum contra fratrem, eum de regno deposuit et pro eo regnavit.

Tertius Lother nimis durus fuit incolis regni, et in multis se nequiter gessit, et ideo tirannidem[m] eius Dani non ferentes, eum occiderunt. Huic successit Skiold[n] filius eius.

Quartus Skiold[n]. Iste antequam haberet 15 annos aetatis, occurrens solus magno urso (et)[o] eum cingulo suo ligavit. Hic primo Teutonicos Danis subiugavit et servire fecit sub tributo, et multa strennue gessit. Huic successit filius eius Gram.

5 Quintus Gram, a quo Gramae[p]-Haereth[5] dicitur. Iste cum quodam gigante in Suecia pugnans, solus occidit eum. Regem etiam Sueciae occidit et 16 fratres eius et Sueciam tributariam Danis fecit, postea cum Suibdager rege Normannos. Quare[q] quando aliquis est 6 multum durus, dicitur de eo: *Ipse est unus Gram*[6]. Huic successit in regnum Suibdager, qui eum occiderat.

Sextus Suibdager. Iste ex patre Dacus fuit et ex matre Noricus. Qui patrem proprium in Norwegia regnantem, de regno expulit et pro eo regnavit. Hunc in Dacia regnantem occidit Haddinger filius Gram, in ultionem patris, et pro eo regnavit.

Septimus Haddinger filius Gram. Iste regem Sueciae et Hellespontem[r] interfecit. Nor-

a) *ita legendum*; A adan *c(od. Hamburg.)*. b) *leg.* Gog *sive* Magog. c) Danas *c.* d) *fortasse* nec. e) Men *c.* f) *ita legendum.* Kovoirki *c.* g) *fortasse leg.* palis? h) *ita scribendum. Verba:* si reportaret, *a Lindenbrogio addita sunt. Loco verbi* dominium *cod. male habet:* dominisi. *Cornerus legit:* pollicentes ei post victoriam subiectionem et dominium. i) Syoniam *c.* k) quae — dicitur *desunt Stephan.* l) Iulius — gentis *desunt apud Stephan.* m) tirandidem *c.* n) Skiola *c.* o) et *sive* que *redundat pluries in codice.* p) Gram et *c.* q) q (quod?) *c. Cornerus sic:* rege Norwegiae pugnans ab eo occisus est. Ab isto Gram pugnatore fortissimo tractum est in usum apud Danos quod quando *etc. Similia habet versio Danica. Apud Stephan. legitur:* Postea c. S. r. Nordmannorum bellum gessit. Hinc *etc.* r) Hellespontem regem Sueciae *Corner.* regem Sueciae et Hellesponti *Steph. et Lang. — Hellespontus nonnumquam videtur dici mare Balticum, conf. infra Nr.* 72.

1) lexicographus, qui floruit saeculo XI; v. Alberici chronicon a. 1053. 2) Danos a Danais ortos nuncupatosque esse censebat Dudo (apud Duchesne Script. rer. Norman. pag. 63), ut iam Saxo Grammaticus lib. I. notavit. 3) *Nisi* dubitantis est. 4) *ad haec sc. tempora*; Kowirke videtur fuisse primum et antiquissimum nomen foveae illius, ad Slesvicum olim aut a rege Godefrido aut ante eum ductae, operibusque ligneis munitae et forte adhuc superstes in hodierno nomine Kograben. Ceterae recentiores munitiones cum castellis, muris vallisque, a Thyra regina, Waldemaro I. aliisque regibus constructae, communi nomine Danewerk s. Danewirki veniebant. *Lang.* Conf. infra Nro. 88. 5) Territorium sic dictum in praefectura Hadersleviensi ducatus Slesvicensis. *Lang.* 6) *Gram* adhuc danice est iratus; *gramur* islandice est moestus, tristis. *Lang.*

wegiam et urbem Dymin[1] subiugavit et multa clarissime[a] fecit, et post multas victorias indignum ducens mori in lecto quasi pecus, propter laudem mundi et posteritatis memoriam se ipsum suspendit[b]. Huic successit Frothi filius eius.

8. Frothi hin faemildae[c]. Iste postquam[c*] se ipsum et totum regnum in bellis depauperaverat, audito, quod in Waeldael Sysal[2] draco quidam super thesauros iaceret, draconem solus adiit et superatum occidit; acceptisque thesauris Brittanniam, quae nunc dicitur[d], Frisiam, Scotiam, Teutoniam, Slaviam, Rusciam et plurimas alias terras subiugavit. Postmodum in Scania pugnans[e] non manibus inimicorum, sed aestu et pondere armorum suffocatus interiit. Huic successit Haldanus filius eius.

9. Haldanus. Iste cupiditate regnandi omnes fratres interfecit. Huic successit Ro filius eius.

10. Ro. Iste transtulit civitatem, quae prius dicebatur Hakøkelping[f], de loco qui dicitur Hokøbyørgh, et aedificans eam in portu Ysøfyorth[g], et vocavit eam Roskøldø, sermone composito ex nomin suo et ex fonte iuxta quem sita est. Huic successerunt duo filii eius, Haldan et Helgi.

11. Haldan et Helgi. Isti diviserunt inter se regnum; ita quod Haldan regnaret in terra et Helgi in mari. Haldan vero pauca nobilita[h] fecit. Huic successit Helgi frater suus.

12. Helgi rex marinus[i]. Iste strennuus bellator, Hochbrodum[k] regem Sueciae occidit, Teutonicos tertio subiugavit et marinis discursibus multa ardua perpetravit. Hic ad portum quendam Lalandia veniens, filiam cuiusdam rustici, nomine Rolfkarl, sibi adduci fecit; de qua filiam genuit nomine Thora[3]. Ex qua dicta est Thorø insula, quia ibi sepulta est. Iterumque post 15 annos illuc veniens, praedictam filiam adduci fecit, nesciens quod filia sua esset; ex qua genuit filium nomine Rolfkraki. Cumque hoc postea cognovisset, prae nimia verecundia se ipsum suspendit. Interea dum Rolfkraki adhuc puer esset, rex Sueciae Athislus[l] Danis tributum imposuit, et in signum abiectissimae[l*] servitutis praefecit eis catulum[m] quendam

13. Racki nomine[4], quem cum canes occidissent, Athislus posuit eis regem pastorem quendam nomine Suyo.

14. Suyo. Iste multa mala et innumera fecit Danis, sicut Athislo promiserat, qui tandem sedens in placito[n] Wibergensi, in loco, qui Lusøhøgh dicitur, coram omnibus melioribus regni, a pediculis est corrosus. Huic successit Rolfkraki[o], filius Helgi praedicti[p].

15. Rolfkraki filius Helgi. Iste[q] post multas praeclaras victorias ab Hyarwardo[r] comite Scaniae, qui sororem eius habuit in uxorem, in lecto suo proditiose est occisus in Lødthra[s], curia regali in Syelandia, cum quo et Byørki et Iølki[t] pugiles clarissimi, cum tota familia regia sunt occisi. Huic successit Hyarwardus[u].

16. Hyarwardus regnavit brevi tempore, scilicet a mane usque ad horam primam. Hunc occidit Haki filius Hamundi, et factus est rex Danorum.

17. Haki igitur regnante venit quidam de partibus septentrionalibus nomine Frithloef, et filiam Rolfkraki duxit in uxorem et occidit Hakonem.

18. Frithloef. Huic successit Othen.

19. Othen. Iste morte subitanea prope locum, qui nunc Othens dicitur, interiit, ibique sepultus est. Hic magnus incantator et magus[v] erat, ita quod ab omnibus circa nationibus pro Deo colebatur; unde et Graeci[5] ymaginem eius auream, a Danis sibi pro magno munere missam, cum reverentia maxima susceperunt. Huic successit Balder filius eius.

a) carissime *cod.* b) suspaendit *c.* c) *Stephanius legit:* Frothi gefmilde i. e. munificus. c*) postquam *omisit edit.* d) *verbum* Anglia *hic excidisse videtur. Ita et Steph. et Lang. Versio Dan. tamen:* Brithannia ther nu hethoer Friseland. e) pagnans *c.* f) Hagekioping et Hagebierg *Stephan.* Hökæköping et Hökœbyerg *Lang.* g) Ysefiord *Steph.* Ysœfiorth *Lang.* h) *ita c.* notabilia *Lindenbr.* i) maximus *edit.* k) Hothbrodum *Steph. Lang. Vers. Dan.* l) Athissus *c.* Athislus *Lang. et Saxo Gramm. l. IV.* l*) abiectissimae *cod.* m) catulum *deest Lind.* canem *Lang.* n) *Lind. male legit:* palatio. o) Rolfkarki *c.* p) Interea — praedicti *desunt Stephan.* q) Ipse *edit.* r) Hiartwaro *Lang. ita et Saxo p.* 42. Hyaerward *Vers.* Hyerwardo *cod.* s) *ita corr.* Loxthra *cod.* Loethra *Vers.* Lethra *Steph. et Lang.* t) *ita et Vers.* Hialti *Steph. et Lang.* u) Hyarwarus *cod.* v) magnus *c.*

1) Demmin in Pomerania. 2) Vensyssel, ultima et maxime septentrionalis pars Iutiae; Wendila apud Adam Brem. *Lang.* 3) Thoroe, insula inter Fioniam et Langelandiam; cf. Saxon. Grammat. l. II. 4) Ad Attilam regem et Hunnos haec referenda esse nonnulli senserunt. V. Dahlmann l. l. p. 295. 5) Graeci saepius pro Russis dicuntur.

20. Balder. A quo Baldersund dicitur mare Balticum[a], pro eo quod ibi pugnavit. Huic successit Hothør[b], qui eum occidit.

21. Hothør. Iste invenit in quodam nemore Sueciae gladium, qui Mimming dictus est, cum quo Balder occidit. Ab isto Hothør villa Othera[b*] dicta est. Et illuc fugiens, occisus est (a)[c] Boyo rege Sueciae, qui etiam post eum regnavit.

22. Boyo[d]. Huic successit Rørik filius suus.

23. Rørik. Huic successit Orwendøl[e].

24. Orwendøl. Iste vir valde victoriosus erat, et multa praeclara gessit. Hunc occidit frater suus Foggi[f] et regnavit.

25. Foggi. Iste copulavit sibi uxorem fratris occisi. Hunc occidit Ambletus filius dicti Orwendøl[e] in ultionem patris; et cum eo omnes meliores regni cum tota curia regali combussit, ita quod unus superstes fuit[g].

26. Ambletus, qui vir astutissimus erat, regemque Angliae bello occidit, et Daciam, Angliam et Sueciam in ditione sua tenuit. Hunc Wichlechus, rex Norwegiae, vitricus eius occidit in Øresund[1] in proelio et regnavit.

27. Wichlechus. Iste accepit uxorem Ambleti, propria uxore repudiata. Huic successit filius eius Wermundus hin Blinde[2].

28. Wermundus Blinde. Hic vir bellicosus erat. Huius tempore Keto et Wiggo, filii Frewini[h] praefecti Sleswicensis, occiderunt Achislum regem Sueciae in ultionem patris sui. Huic successit Uffo Starke filius eius.

29. Uffo Starke. Iste a 7. anno aetatis usque ad trigesimum[i] noluit loqui, quousque in loco, qui adhuc Kunengikamp[3] dicitur, super Eydoram cum filio regis Teutonicorum et meliore pugile totius Teutoniae solus certans, ambos occidit, et sic conditione[k] utriusque gentis, Teutonia Danis iam quarto tributaria facta est. Huic successit Olaf filius eius.

30. Olaf, qui dictus est Dan hin Stelatene[l]. Huic successit Hughølee[m].

31. Hughølee. Iste occidit Heghmodum[n] et Hagrimum, tyrannos Sueciae. Huic successit Frothi.

32. Frothi hin Freene[o]. Iste interfecit Fregerum[p], regem Norwegiae, et 10 duces eius. Huic successit Dan filius eius.

33. Dan. Iste 7. anno aetatis suae Teutoniam iam quinto tributariam Danis fecit. Huic successit Frithlevus[q].

34. Frithlevus[q]. Iste urbem Difflinum[4] et Brutanniam subiugavit. Huic successit Frothi filius eius.

35. Frothi hin Frithgothoe[r]. Huius temporis[s] Ihesus Christus natus est. Iste subiugavit Sueciam, Brittanniam, Hyberniam, Scotiam, Norwegiam, Saxoniam, Frisiam, Ungariam, et omnia orientis usque ad Greciam; quorum reges et incolae omnes servierunt ei. Huius temporis venit in Daciam Erie Orthiløghø et Rol, frater eius, filii Regneri. Illi interfecerunt Grep cum 5 fratribus suis. Contra hunc Frothi venit rex Hunorum cum aliis 69 regibus, qui ex se 6 reges fecerant duces belli. Quorum quilibet habuit sub se 5000 navium, et quaelibet navis habebat 300 armatos. Summa navium 30 milia[t] navium. Summa virorum novies mille milia hominum. Hos omnes occidit Frothi pugnans cum eis in mari iuxta Bleking. Hic tantam pacem in regno suo fecit, quod unam armillam auream iuxta Eydoram, alteram iuxta Scanør[5], et tertiam iuxta Warthingborg[6] in via communi suspendit,

a) Balticam *c.* b) Hotherus *Steph. apud quem sequentia usque ad* Hother *desunt.* b*) Hothera *forte legendum, et esse potest villa Hoyer in praefectura Tunderensi, quae olim dicta est* Höther. *Stephanius vero legit:* Hotherslef, *civitatem* Halderlev *indigitans. Prius vero mihi magis arridet. Lang.* Hochera *Corner.* Hothaer *Vers.* c) a *deest in cod., suppletur a Lind.* a Beyo *Corner.* d) *apud Saxon. lib. III. vocatur* Bous, Boyus *hic legendum est, nisi supra legere mavis* a Boyone. e) Orwaendol *cod.* Ordwaeldael *Vers.* Horwendel *Steph.* Orwendel *Lang.* f) Fœggi *Vers. Lang.* Fengi *Steph.* g) non fuit *Steph., Lang.; ita et Vers.* h) Frowini *Vers. edit.* i) *ita Steph., Lang.* XXX° *cod.* k) *legendum videtur cum Cornero:* ex condictione. l) storlataen *Vers. Lang.; nomen* Olaf *a Steph. omittitur.* m) Huglet *Steph.* Hughelet *Lang.* Hughælæ *Vers.* n) Hochmodum *Vers.* Hoemothum *Steph.* o) Frecne *Steph., Lang.* Fraegnæ *Vers.* p) Frogœr *Vers.* Frogerum *Steph.* q) Frithlenus *cod.* r) Frigothoe *Lind.* s) *sic cod.* t) milia *deest cod.*

1) German. dicitur: *der Sund.* 2) Cf. Saxo p. 63. Alias cognominatur *hin Vitri*, saepius Lang. 3) Paroecia Kampen prope Rendsburgum olim nota erat, cuius templum circa 1690 destruebatur, quando Christianus V munitiones Rendsburgenses ampliavit. V. Westphalen Mon. T. I. p. 1895. Noodts Beiträge Tom. I. p. 239. 455. Ab hoc duello regio campus nominabatur Campus regius. In chronico Petri Olai locus dicitur Konungskamp super Eydora. *Lang.* 4) Dublin. 5) in Scania s. Schonen. 6) Wordingborg in Seelandia.

nec erat, qui eam nocte vel die auderet tollere[1]. Hunc occidit una vetula. Huic successit Yoeriu[a].

36. Yoeriu. Iste modico tempore regnavit, occidit enim eum Frithlevus[b], filius Frothi Frithgothae.

37. Frithlevus[b], filius Frothi Frithgothae. Iste occidit Amundum regem Norwegiae et unum draconem. Post quem Frothi filius eius[c].

38. Frothi hin Fraeknae. Huius tempore venit Sterathae[d] filius Storwaerki in Daciam, qui interfecit Wisinum gladiatorem apud Ryciam et Tanaem gygantem apud Bizantium, et in Polonia Wasael pugilem et in Saxonia[e, 2] Hamam pugilem. Sed[f] et Teutonicis infestissimus fuit adversarius et multa eis obprobria intulit. Nam quatuor aut sex ex eis complicans ad modum sedis super eos sedit[g] ad purgandum alvum[h], et multa alia praeclara gessit[i]. Iste Frothi anno aetatis suae 12[k]. Teutoniam iam sexto[l] subiugavit; et multa alia praeclara armis fecit. Hunc Frothonem occidit Syertingus. Huic successit filius eius Ingellus.

39. Ingellus. Huius tempore Staercather interfecit septem filios Suertingi, in ultionem regis Frothi. Ipsius etiam[m] tempore occidit Arganturum[n] cum septem fratribus. Huic successit Olaf filius eius.

40. Olaf. Huic successit Haraldus filius eius.

41. Haraldus. Hunc occidit frater suus Frothi Rechbanoe[o] et regnavit.

42. Frothi Rechbanoe. Hunc interfecit Haldan hin Byorngramoe[p], filius sui fratris Haraldi, in ultionem patris sui. Huic successit Ericus rex Sueciae.

43. Ericus. Hunc occidit idem Haldan, Haraldi filius, et pro eo regnavit.

44. Haldan Byørngram. Iste strenuus pugil fuit, unde provocatus a Siwaldo pugile Sueciae, ut contra eum et septem filios eius dimicaret, acceptavit, et omnes pariter occidit. Aiecto enim gladio, quercum radicitus avulsit, et cum ea omnes conquassavit. Alia quoque vice cum quodam gygante de Suecia, qui habebat undecim cubitos altitudinis, nomine Harthbøn[q] dimicans, occidit eum et cum eo 12 contubernales eius, et multa alia praeclare fecit, unde dictus hin Byørngram[r]. Huic successit Hugni[s] frater eius.

45. Hugni. Huic successit Siwald filius suus.

46. Siwald. Huius tempore Størkethør fugit de praelio. Hunc occidit Hako. Huic successit Sigerus filius eius.

47. Sigerus. Hic constituit bellum contra Hakonem, in quo ipse et Hako pariter corruerunt. Huic successit Goldrie[t] nepos eius.

48. Goldrie[t], post cuius mortem regnum Danorum in 5 regna divisum est.

49. Borgardus, qui habuit filiam Siwardi, nomine Role[u], in uxorem, regnavit in Scania.

50. Hundøngaer in Syalandia. Iste semper impediendo[v] alios perdidit et defendendo se vicit: unde et ex eo tractum est proverbium aliud: *Hundoer hemoe rikaest*[3].

51. Hani regnavit in Fyonia.

52. Hothør in Sundaer Iutia.

53. Reynør in Nor Iutia.

54. Haldanus hin størkae surrexit post Borchardum in regnum, et fuit valde strennuus in armis. Hunc occidit Wesetus in Syalandia. Huic successit Harald Hildertan, filius Borchardi.

55. Harald Hildertan[w]. Iste hos 5 reges occidit, et ita potens factus est, quod omnes

a) Hiarno Skialdre *Steph.* Hiarne *Lang.* Hiaermi *Vers.* b) Frithlenus *cod.* c) *Steph. addit:* regnavit. d) *leg.* Stercaterus, *quod codex et infra semper habet.* e) Saxoniam *cod.* f) sed *deest edit.* g) super eos sedit *desunt in edit.* h) alium *cod., Lind. recte:* alvum. i) Nam — gessit *desunt Steph.* k) *ita cod. et Vers.* XXII *Lind.* XX *Lang.* l) *ita Lind. recte;* sex *cod.* m) etiam *deest Lind.* n) Augaturum *Vers.* Anganturum *Lang. sicut et Saxo.* o) Rothbachne *Steph.* Rechbane *quoque habet Corner.* Ræthbanæ *Vers.* p) Biergram *Steph. Rationem cognominis* Bierggram *quaere apud Saxonem lib. VII. Lang.* Biørngram *Vers.* Berengra *Corner.* q) Harchbøn *cod.* r) unde — Biørngram *desunt Steph.* s) Unguin *Steph.* Ungvinus *Saxo l. l.* Hugni *Vers. Corner.* t) *pro* Goldrie *legendum* Gotric. *Lang.* Goddric *Vers.* Lodric *Corner. Apud Steph. haud dubie ex Saxone l. l. et in textu Langebekii pro* Goldrie *s.* Gotric *legitur* Siwald. u) Tolœ *Vers.* Ryle *Corner.* v) *ex Cornero corrigendum est:* impetendo. *Similiter et Vers.* w) *ita et Vers.* Hyldetand *Steph.*

1) Conf. Saxon. p. 95 Eadem traduntur de Aelfredo rege Angliae et de Brieno rege Irlandiae. De Rollone duce Normanniae (v. Dudonem l. l. p. 85) et iam ante eum de Edwino, rege Northumbriae (vid. Bedam lib. II. c. 16) similia narrantur. 2) *Quem nostri Wasae, Teutones vero Wilzae nominant.* Saxo p. 281. *Waza.* Ibid. p. 404. 3) *Canis domi potentior est. Lang.*

reges contra mediterraneum mare ferebant ei tributum. Cui cum Ringør nepos suus, rex Sueciae, tributum negaret, Sueciam intravit, ibique in bello corruit et cum eo corruerunt Ubbo rex Frisonum et alii plures reges et 30 nobilium de exercitu suo. De exercitu vero Ringer regis 12 procerum corruerunt. Ibi cum Haraldo pugnaverunt 300 virgines, quae Skalmor[a] dictae sunt; quarum vexillum portavit Hether[b], quae postea civitatem aedificans 1 Hethaerby[c] appellavit. Inde etiam dicitur Hescaeppae[d. 1]. Huic Haraldo, postquam 50 annis regnaverat, successit ei idem Ringer nepos suus.

56. Ringer. Huic successit Harald frater suus.

57. Harald. Huic successit Øli frater suus.

58. Øli hin Froecnoe[e]. Hic adeo agilis erat, quod scansorium ad sellam habere noluit. Iste adeo efferus fuit, quod Starchathaerum solo visu super genua prostravit. Hic etiam Sueciam intravit, et provocatus ad singulare certamen primo die contra unum pugnavit, secundo die contra duos, tertio contra tres, quarto contra quatuor, quinto contra quinque, et sic usque ad undecim, et omnes superatos occidit. Qui dum in Laetra, curia regia in Syalandia[f], sederet in balneo, venit Sterchater magno pondere auri[f*] corruptus a rege Sueciae, et petita[g] licencia loquendi aliquid secrete regi, accessit, regemque nichil mali suspicantem gladio transfodit, unde prae nimia verecundia, post tam vilem tanti viri occisionem, se a lacrymis nunquam potuit continere, donec idem pondus auri, quod acceperat, occisori suo, ut eum occideret, daret[g*]. Huic Øli successit Omundaer filius eius.

59. Omundaer. Huius tempore Stercather senio[h] confectus, indignum reputans, more aliorum hominum in lecto mori sine gladio et praecipue propter occisionem Øli regis, multis precibus persuasit cuidam Hothaer, cuius patrem ipse occiderat, ut eum occideret, obiciens ei, quod patrem eius occiderat, quod ille vindicare teneretur; obtulitque insuper memoratum pondus auri pro mercede. Et sic Øther, victus spe mercedis et zelo vindicandi patrem Starcathaerum, gladio proprio, qui Skum dicebatur, praecisa cervice, occidit apud pontem Scaniae, qui Boillyngbre[i] dicitur, accinctusque gladio, pontem transiens, cum esset in medio pontis, Skum de vagina in aquam cecidit, nec inde levari[k] potuit usque in praesens; tamen aliquando videtur ibi in defluxu aquae. Iste Stercathør venit de Suecia tempore regis Yngelli, portans congeriem carbonum in dorso ad acuendum[l] nasum dicti regis, 2 ut vindicaret patrem suum[2]. Idem Stercather pertransiit multas partes orbis pro praelio singulari. Unde et Graeci imaginem eius aeream in Ytaliam miserunt, dicentes eos non posse ei[m] resistere, nisi haberent unum, qui posset pugnare cum tali[n] pugile. Huius dens[o] per Henricum Aemaelthorp militem[3] de Dacia in Teutoniam est portatus pro miraculo, habens 6 pollices in magnitudine. Post Ønmunder regnavit Siward filius eius.

60. Siward. Huic se opposuit Symon praefectus Scaniae. Et tandem convenerunt in praelium, in quo utrisque viriliter certantibus principes ambo corruerunt. Post quem regnavit frater eius Butael.

61. Butael. Post hunc regnavit Iarmarus Rek[p], filius Siwardi.

62. Yarmarus Rek. Iste valde bellicosus erat: intravit enim Sclaviam cum exercitu et Ysmarum regem Sclavorum occidit, et totam Sclaviam vastavit. Postea Ollespontici[q] Daciam cum exercitu intraverunt, quibus Yarmarus rex[r] occurrere non audens, munivit 4 montem maritimum Scaniae, qui Kollø[4] dicitur, ibique cum melioribus regni se inclusit.

a) Skiælmæ møør *Vers.* Skioldmöer *Steph.* b) Hæthae *Vers.* c) Hethoeby *Vers.* d) Inde — hesceppe *desunt Steph.* e) Frackenae c. freknae *Vers.* Fracker *Steph.* f) curia Sialandiae *Steph.* f*) auro *cod.* g) perita *cod.* g*) daret *vox omissa videtur esse a librario similibus vocis* occideret *litteris ultimis seducto;* impendisset *Lind. Cornerus plura inseruit.* h) sermo *cod.* senio *Corner. Lind.* i) Rynaebro *Vers.* Wellingbra *Steph.* Bullingre *Corner., quod cum Saxone p.* 153 *magis convenit, qui Starcatherum in campo Raaliung sepulturae mandatum esse tradit. Quem campum Langebekius circa amnem Raa in Scania suspicatur fuisse.* k) lavari *cod.* levari *Corner.* l) *Steph. hic inserit:* quem ad modum ipse per iocum dicere solebat. m) eius *cod.* n) tale *cod.* o) *ita legendum esse iam vidit Stephanius, quod et cum Vers. convenit. Lind. ex codice habet* Huiusdem. p) rack *Vers.; Steph. et Lang. hoc nomen plane omittunt. Saxoni hic rex dicitur* Iarmericus. q) Ollespomici *cod.* Hellespontici *Corner. Steph.* Aellæsponti *Vers. v. Saxon. l. l. Conf. supra ad Nr.* 7. r) kuning lærmær *Vers.*

1) Hesceppe sive Hethesskeppe, modius ab olim Slesvicensibus usitatus, cuius nomen hodie superest in Heitscheffel. *Lang.* 2) Cf. quae hac de re Saxo refert lib. VI, unde facile patet, hic quoque id agere Stercathaerum, ut regis hebetudinem animi allatis carbonibus acuere se velle demonstret. Ceterum imago haec Hebraeis ut videtur debetur; cf. Samuelis II. 22, 9. 3) Miles ille bellicosus in historia Daniae notissimus est saeculo XIII medio. V. infra ad a. 1153. 4) promontorium Scaniae nominatissimum, hodie Kullen dictum, cf. Saxon. p. 185. *Lang.*

Tandem cum regnum vastassent, exivit ad eos et, negotium fortunae committens, commisit cum eis praelium in Øroesund, ibique corruit. Huic successit Brothoer frater eius.

63. Brothoer. Post quem regnavit Siwald.

64. Siwald. Huic successit Snio filius eius.

65. Snio. Huius tempore tanta fames erat in Dacia, quod ex edicto regis omnes viri et mulieres non apti ad portandum arma in bellis, occidebantur. Tandem ex consilio cuiusdam mulieris Scaniensis nomine Maggae[1], quilibet nonus homo exivit de regno, et omnes terras obtinuerunt usque Romas. Isti propter longas barbas dicti sunt Longabardi, qui tandem terram, quae nunc Longabardia dicitur, intraverunt ibique remanserunt. Postea tempore Karoli Magni Apuliam optinuerunt, ibique usque hodie manent.

Anno Domini 637. exierunt de Dacia[a] Dani, modo dicuntur Longabardi[2]. Post Snio Byorn regnavit.

66. Byorn. Huic successit filius Haraldus.

67. Haraldus. Post quem Grom[b] filius eius.

68. Grom. Iste erat mirabilis investigator novarum rerum, unde et assumptis 400 probissimis satellitibus navigavit versus aquilonem ad sedem Geruthy[3], ubi vidit stupenda mirabilia, et multa pericula passus est. Tandem consumptis omnibus sociis usque ad 30 per diversa monstra, vix cum vita in Daciam[c] rediit. Huic successit Godrie[d] filius eius.

69. Godrie hin gyafmilde, qui Godefrith dictus est. Hic bellicosissimus erat, et totam Teutoniam iam septimo[e] tributariam fecit. Subiugavit etiam Sueciam et Frisiam.

Anno Domini 776. Venit Karulus imperator cum toto imperio suo contra Godefrith regem Daciae, cui idem Godefrith ultra Albiam occurrens, fugavit Karolum de Saxonia, et eam totam vastavit, quia eodem anno Saxonia conversa fuerat ad fidem Christi per Karulum. Postquam contra Francos 36[f] annis continuis pugnaverat[4], postea idem Godefrith, fugato imperatore et Saxonia vastata[5], ibidem a proprio milite cultro transfixus est in ventre[6]. Post ipsum regnavit Olaf filius eius.

70. Olaf dictus Gothdrankaer[g]. Huic successit Hemmig[h] filius eius.

71. Hemmig regnavit 28 annis. Qui cum imperatore pacem faciens, Eydoram terminum regni sui accepit[7]. Huic successerunt duo reges, Ring et Siwardus.

72. Ring regnavit in Iutia.

73. Siwardus regnavit in insulis. Isti duo reges inter se diu pugnaverunt et tandem in bello mutuo ambo corruerunt. Quibus successit in regnum Reynør filius Ring.

74. Reynør Lotbroki[i]. Iste subiugavit Angliam, Scotiam, Hyberniam, Norwegiam, Sueciam, Teutoniam, Sclaviam, Rusciam et omnia regna occidentis. Ita quod 9 filios suos singulos in singulis terris reges fecit, et ipse de uno regno in aliud inter eos pertransivit. Tandem in Hybernia occisus est, et filii eius fere omnes in diversis locis sunt occisi. Hic per 11 annos urbes Franciae vastavit et Parisius veniens in ecclesia sancti Germani et Aquisgrani in palatio imperatoris stabulum equorum fecit[8], et multa mala ecclesiae intulit. Huic successit Ynguar filius eius.

75. Ynguar filius Lotbroki. Iste omnium fratrum suorum crudelissimus fuit[9]. Cui successit Siwardus.

76. Siwardus. Huic successerunt Anulo et Sigaefridus.

77. Anulo.

78. Sigaefridus. Isti duo nepotes fuerunt regis Gødefridi[k]. Inter quos pugna fuit 10 annis; et cum inter se de primatu regni convenire non possent, sceptrum proelio diviserunt,

a) Dania *Steph.* b) Gorm *Vers. Steph.* Grom *Corner.* c) Dacia *cod.* d) Godrie *cod.* e) VII *cod.* f) XXVI *Lindenbr.* XXXIII *Adamus v. not.* 3. g) *Stephanus habet* Goddreng, *quod rectius.* Gothdrancker *enim est bibo, potator egregius. Sed* Gothdreng, Goder Drenger *est nomen honorificum, virum strenuum et honestum ac militem fortem significans. V. Wormii Lexic. Run. p.* 26. *Ihre Vet. catal. reg. Suec. p.* 109 *sqq. Lang. Cornerus habet:* Gudedrinker *Vers.* Gothdrankær. h) Henning *Corner. Steph.* Hemming *Adam. lib. I. c.* 14. Hæmming *Vers.* i) Lechbroki *cod. qui infra rectius habet:* Lotbroki. k) Gedefridi *cod.*

1) Apud Saxon. lib. VIII. vocatur Gambaruc; apud Paulum Diaconum Gambara. 2) Traditiones de Longobardis Longobardiam et de Normannis Apuliam occupantibus confunduntur. De Longobardorum e septentrione emigratione v. Saxon. Grammat. et eum redarguentem Dahlmann Forschungen T. I. pag. 319. 3) De Geruthi sede Geirrodshof in ulteriore Biarma vide Eddam et Saxon. lib. VIII. 4) Cf. Adam. Brem. lib. I. c. 9. 5) Ibid. c. 40. et 16. 6) Saxo lib. VIII. fin. 7) *Hemmig — accepit* ita et A. Lund. ex Adamo I, 16. 8) *Aquisgrani — fecit* A. Lund. a. 856. ex Adamo I, 40. 9) *Ynguar — fuit* A. Lund. a. 856. ex Adamo I, 39.

in quo reges ambo corruerunt, et cum eis 11000[a] hominum. Pars autem Anulonis cruenta victoria potita[b], Reinfridum[b*] et Haraldum in regnum posuit; et facta est pugna inter eos 9 annis.

79. Haraldus tandem Reinfridum de regno expulit, et solus regnavit[1]. Tunc filii Sigaefridi[2] Haraldum de regno expulerunt. Qui ad imperatorem Lodewicum supplex confugit[3].

A. D. 826. baptizatus praedictus rex Haraldus apud Maguntiam cum uxore et fratre suo Erico[c], et per auxilium imperatoris in regnum restitutus est, moxque christianitatem
4 reliquit[d. 4].

A. D. 828. sanctus Anscarius veniens ad Daciam, revocavit praedictum regem Haraldum ad christianitatem, et ecclesiam in Hadaeboth[e] construere fecit[4*].

Post quem regnavit Ericus frater eius.

80. Ericus. Iste mox ut regnum accepit, ecclesias claudi iussit, sed et omnes ecclesias Franciae, Frisiae, Angliae, Lothoringiae, Teutoniae cum episcopis et clero truncatis succendit et destruxit. Huius etiam tempore Rollo dux Danorum Franciam intravit, et Carolum regem Franciae compulit dare sibi terram, quae nunc Normannia dicitur[5]. Tunc ortum est bellum inter Ericum et filium fratris sui Guthorm regem Norwegiae, in quo tanta caede mactati sunt utrique, ut vulgus omne caderet; sed et reges ambo corruerunt, nec aliquis de stirpe regia remansit, nisi Erici filius[f], nomine Erik Barn[5*].

81. Erik Barn. Iste ut regnum Danorum suscepit, multo plura mala fecit, quam patres eius in omnibus regnis. Vastavit enim Saxoniam[g], Brun ducem occidit, et 12 comites. Quid[h] plura? Urbes cum civibus, episcopi cum grege truncati sunt, ecclesiae cum fidelibus incensae sunt. Teodericus et Narwardus[i] episcopi truncati sunt[6].

A. D. 902. Arnulphus imperator Danis in Teutonia occurrens prostravit ex eis 100 (milia) hominum bello coelitus administrato. Eodem anno obiit Ericus Barn, et regnavit
7 pro eo Olaf rex Sueciae[7].

82. Olaf rex Sueciae. Iste vi et armis optinuit regnum in Dacia, et regnavit 5 annis. Huic successit Gyurth[8].

83. Gyurth, nepos Olavi et ipse natione Danus. Et regnavit 5 annis. Hunc occiderunt Dani. Post quem Lothønøknut[k].

84. Lothønøknut, filius Erici Barn. Iste bellicosus erat multum et versutus, et regnavit 11 annis. Huius tempore quilibet tertius de servis et pluralibus[l] hominibus exivit de regno, et venientes, totam Pruciam, Semigaliam et terram Carelorum aliasque quam plures terras subiugaverunt sibi, et delectati terrarum ubertate noluerunt redire, sed ibi remanent usque in praesentem diem. Iste Lothønøknut mortuus est paganus. Huic successit Frothi filius eius.

85. Frothi victor Angliae. Iste 20 annis haec duo regna tenuit; et in Anglia fecit se baptizari. Post quem filius eius Gorm.

86. Gorm hin Enskoe[m]. Hic dictus est Orm Harthøsnueae et regnavit 4 annis, in Anglia baptizatus. Post hunc Haraldus filius eius.

87. Haraldus. Huic successit Gorm Gamølø.

88. Gorm gamølø, cuius uxor fuit Thyrø Danøbort[n], quae post mortem mariti nobiliter regnum tenuit, et munitionem, quae Danewirki dicitur, fecit lignis tantum. Isti ambo
9 mortui sunt pagani, sepultique in duobus collibus iuxta Ialøngø[9]. In diebus huius Gorm

a) M. *deest in cod., suppletum iam est a Lind.* b) petita *cod.* b*) Reynfrid *Vers.* c) *in codice, qui postea habet nomen Erici, hic male legitur* Grico. d) reliquid *cod.* e) *ita et Vers.* Hadeboch *Corner.* Heideby *Steph.* f) Grici *cod.*; unicus puer *Stephan.* puer unus *Adam l. l. Similiter Vers.* g) Saxonia *cod.* h) Quia *Lind. Lang.* i) *ita et Vers. Ex Adamo corrigendum* Marquardus. k) Lotheneknut *cod.* l) *i. e.* superfluis; popularibus *Corner.* plebeiis *Stephan.* m) Gorm Engellænder *Steph.*; *conf. Sax. lib. IX.* Gorm — ex Anglia oriundus. Aensbae *Vers.* n) Danebod *Steph.* Danebot *Lang.* Danebo *Vers.*

1) A Nr. 76 usque 78 annis Annal. Lundens. a. 803 ex Adamo I, 17. Sunt verba fere Adami lib. I. c. 17, qui regem Ring vocat Anulonem. Adamus tamen haec ante tempora Regneri Lodbrog et Inguari narrat. 2) immo Godefridi. 3) *Haraldus — confugit* A. Lund. a. 821 et 827. *Huic — annis* A. Lund. a. 803. maximam partem ex Adamo ex Adamo I, 17. 4) *A. D. 826. baptizatus — reliquit* A. Lund. a. 827 et 832. maximam partem ex Adamo I, 17. 4*) *Sanctus — fecit* A. Lund. a. 832 ex Adamo I, 27, quamquam cum illis Ryenses *Erico* Haroldum, nomini *Sliaswig* Haddeboth substituerunt. 5) *Iste — dicitur* cf. Ann. Lund. a. 856 et 841. Adamum I, 30. 5*) *Tunc ortum — Erik Barn* A. Lund a. 841. ex Adamo I, 30. 6) *Iste — suscepit, Vastavit — truncati sunt* A. Lund. a. 856. ex Adamo I, 40. 7) *A. 902. Arnulfus — administrato.* A. Lund. a. 856 fin. ex Adamo lib. I, 49; *eodem — Sueciae* A. Lund. a. 902. 8) *Olaf — Gyurth* A. Lund. a. 902. 906. ex parte ex Adamo lib. I, 50. 9) Gyllenge, villa in praefectura Aarhus, haud distans a mari.

ferunt[a] Danos incensis ecclesiis sacerdotes ante altaria trucidasse et clerum[b] vulgo mixtum aut occidisse, aut in captivitatem duxisse. Cruces etiam truncatae ludibrio sunt habitae a Danis[1].

A. D. 950. obiit Gorm Gamølø, cui successit Harald Blatan, filius eius.

89. Harald Blatan regnavit 50 annis. Iste cum exercitu magno[c] subiugavit sibi Angliam, et rediit[1']. Tunc imperator Otto, qui dictus Otto Magnus, paravit se ad invadendum Daciam. Cumque legati eius venissent Sleswic, Dani occiderunt eos, et unum marchionem cum eis, ad quod ulciscendum imperator cum exercitu Daciam intravit. Et quia Haraldus rex in extremis finibus regni sui erat, scilicet in Hallandia, imperator totam Iutiam vastavit usque mare, quod ab eo Oddøsund dicitur[2]. Ibi enim lanceam suam in mare misit ad perpetuam rei[d] memoriam. Quo audito Haraldus vehementer commotus, versus Iutiam festinavit cum furore magno. Quod intelligens imperator fugit, et in Lohethø superveniens, Haraldus occidit Ypponem[3], ducem exercitus imperatoris, reliqui vero Teutonici fugerunt. Quo facto ipse de consilio matris suae vallum Danewirki coepit instaurare. Hunc Haraldum filius eius Suen[d'] de regno expulit, quia ad praedicationem Popponis, capellani domini papae, baptizatus fuerat; cum quo pater ter[e] conflictum habuit, et semper perdidit. Et tandem miles filii patrem occidit in Scania; qui miles Hako[4] dicebatur. Et regnavit pro eo Suen Tyngøkøg[f], filius eius.

90. Suen Tyugøskøg. Iste propter scelera sua a Slavis ter captus est et redemptus, semel tanto pondere auri, quantum in armis ponderabat, et bis tanto pondere argenti[5]. Novissime de regno expulsus, apud regem Sueciae 14 annis exulavit[6]. Tandem ad Christi fidem conversus baptizatus est, et mox Deo favente regnum suum recepit, occiso rege Norwegiae in Mesund[7], qui regnum eius tenuerat. Et ita Suen duo regna Daciae et Norwegiae invasit[8], et Angliam, et optinuit illud regnum, et ibidem mortuus est[9], et portatus Roskildis ibique sepultus est. Huic successit filius eius.

91. Haraldus. Iste homo fuit effeminatus et totus libidini deditus. Hac de causa Dani eum deposuerunt de regno, et Gamaelaeknut fratrem eius regem fecerunt, quia bellicosus homo fuit. Sed taedio affecti super eo, quod[g] raro in regno fuerunt et continue extra regnum in bellis, quod tamen pro gloria regni libenter tollerare debuissent[h], Kanutum deposuerunt et Haraldum effeminatum et nichil[i] valentem regno praefecerunt[k], qui tamen cito post mortuus est. Et successit ei dictus Gamaelaeknut frater eius.

92. Gamaelaeknut. Iste cum mille navibus invadens Angliam, eam subiugavit[10]. Estonicam etiam gentem subdidit. Ricardum etiam ducem Normaniae de Francia expulit, et uxorem regis Anglorum expulsi et mortui accepit, et genuit ex ea filium, nomine Harthøknut, et filiam nomine Gummilsid[l], quam Henricus, filius Conradi imperatoris, uxorem accepit[11].

A. D. 1028. sanctus Olavis, rex Norwegiae, martirizatus est, cuius[m] regnum optinuit idem Gamaelaeknut rex Daciae, et regnavit super tria regna Danorum, Anglorum et Norwegiae. Fuit autem omnium regum pulcherrimus, strennuissimus et largissimus. Hic primus religiosos in Daciam induxit et multos episcopos de Anglia in Daciam adduxit[12]. Obiit autem Gamaelaeknut anno regni sui 33, relinquens tres reges filios, videlicet

93. Hartheknut[n] in Dacia, Haraldum spurium in Anglia[o], Suenonem spurium in Norwegia. Harald vero 4 tantum annis regnavit et mortuus est. Cuius regnum Harthaeknut rex suscepit. Suen vero 5 annis in Norwegia regnans obiit. Cuius regnum accepit Magnus, filius sancti Olavi. Quod audiens Harthaeknut, cum Anglis et Danis Norwegiam intravit; sed per amicos reconciliati[p] sunt Magnus et Harthaeknut tali pacto, quod, qui diutius viveret,

a) fuerunt *cod.* b) clero *cod.* c) magna *cod.* d) regi *cod.* d') Syen *cod.* e) ter *deest edd.* f) Tyngekæg *cod., qui infra habet* Tyngeskæg. *Langebek rectius:* Tyugeskæg. g) et *cod.* h) dubuissent *cod.* i) *ita correxi ex Cornero,* et ubi *cod.* k) perfecerunt *cod.* l) Gunnild *Vers. Steph.* m) cui *cod.* n) Harthekunt *cod. semper.* o) Angliam *cod.* p) reconsiliati *cod.*

1) *In diebus — Danis* Ann. Lund. a. 931. ex parte cum Adamo I, 55. qui eadem de Ungaris narrat. 1') *A. 950. obiit — rediit* A. Lund. a. 936. ex parte cum Adamo lib. II, 22. 2) *Tunc — dicitur* A. Lund. l. l. ex Adamo lib. II, 3. 3) Eppo dicitur Saxoni p. 182. 4) Ceteris rerum Danicarum scriptoribus dicitur Toke, Palnonis filius; Haconis nomen ex nostro descripsit Chron. Danor. ab 936—1317. 5) Cf. Adamum Bremensem lib. II. c. 27. 6) Cf. Adam. l. l. cap. 32, ubi tamen Suenonem apud regem Scotorum exulasse refert. 7) Mesund s. Myösund, bodie Missund, est traiectus brevis in sinu Slesvicensi sive flumine Slia. 8) Cf. Adam. l. l. c. 37. 38. 9) Cf. l. l. c. 49. 10) *Gamaelaeknut — subiugavit* A. Lund. a. 1015. ex Adamo lib. II, 50. 11) Cf. A. Lund. 1015. 1024. 12) *Fuit — adduxit* A. Lund. maximam partem ex Adam. lib. II, 53.

superstes regnum defuncti acciperet. Iste Harthaeknut regnavit super Daciam, Sueciam, Slaviam et Angliam. Qui praeter cotidianam familiam suam 6 milia[a] armatorum continue tenuit. Qui cum 60 longis navibus ad domandum regna aestate discurrebant, hyeme vero in castris manebant, quibus quasi religiosis, leges et statuta praescribebat honestatis[1]: unde tempore suo super omnes reges mundi terribilis et laudabilis extitit. Transivit etiam cum imperatore in Ytaliam[a*] ad domandum nationes exteras[b]. Obiit autem in Anglia[2]. Huic successit Suen Estrøthsen, filius sororis Gameløknut.

94. Suen Estrøthsen, filius Ulf comitis Angliae, regnavit post Hartheknut[c]. Quod audiens Magnus, rex Norwegiae praedictus, non immemor pacti sui, quod fecerat cum Harthøknut, venit contra Suen et vicit eum et subiugavit sibi. Sanctus tamen Edwardus rex Angliae frater Suenonis, coactus est tributum solvere et declarare eum heredem regni post se. Tunc iterum Magnus rex Norwegiae ad bellandum Suenonem venit cum exercitu innumerabili, quasi arena maris, navigio in Ørøsund, sed cum incaute de navi in navem transiret, cecidit in mare et submersus est. Quo audito, Suen regnum eius optinuit. Item dum idem Suen in Norwegia moram faceret, Slavi vastaverunt Iutiam usque Ripis[d 3]. Qui casu rediens de Norwegia, hostibus cum praeda exituris prope Sleswic occurrit, prostravitque ex eis 6 milia[e] hominum, caeteris fugientibus.

A. D.[f] 1074. obiit rex Suen Estrøthsen. Huic successit Harald filius eius[3*].

95. Harald filius Suen. Huius tempore recessit Anglia a dominio Danorum[4], postquam 120 annis continuis subdita fuerat Danis. Post hunc regnavit Knut frater eius.

96. Knut regnavit octo annis. Qui vir bonus erat et multas ecclesias in regno construxit, et homines ad cultum Dei pro viribus induxit, sed aliquas partes regni nunquam inducere potuit, ut solverent decimas. Cum expeditionem autem congregasset in Fiskaebaek iuxta Wibergh[5], ut Angliam debellaret, frater eius Olavus, dux Iutiae, totum dissipavit proditiose et eum occidi procuravit.

A. D. 1083. ordo Cartusiensium[g] exordium sumpsit.

1088. martyrizatus est sanctus Kanutus, rex Danorum, in Othaens per proditionem fratris sui Olavi ducis, in ecclesia sancti Albani martyris, et frater eius Benedictus cum eo[h]. Cui successit frater suus idem[6]

97. Olavus. Huius tempore facta est tanta fames in Datia, ut homines pro herbis agrestibus litigarent. Nam segetes[i] 7 annis regni eius per aeris intemperiem perierunt. Anno 7. regni sui inventus est in lecto suo subitanea morte praeventus Olaf Hungaer. Huic successit Erik Egothae frater suus.

A. D. 1089. translatio sancti Nicolai de Myrra in Barum.

1098. exordium Cysterciensis ordo sumpsit 12. Kal. Aprilis[7].

98. Erik Egothae. Qui sic dictus est primo, quod mox, ut regnum accepit, tanta fertilitas terrae reddita est, ut modius parvus cuiuslibet bladi[k] non valeret ut[l] duos denarios usuales. Superdictus[m] est Egothae[8], quia ita magnus homo fuit, qui super omnem populum ab humero et sursum videri potuit, habens in se fortitudinem quantam quatuor fortiores regni. Tertio, quia ita bonus fuit regno, quod cum ad terram sanctam proficisci pararet, Dani tertiam partem omnium bonorum terrae voluerunt dare terrae sanctae pro redemptione crucis, ad hoc, ut ipse in regno maneret. Sed noluit manere, immo iter arripuit cum magna militia. Et veniens Romam, ecclesiae Lundensi[n] archiepiscopum et primatum super tria regna optinuit. Inde Constantinopolim veniens, ab imperatore Graecorum honorifice est receptus.

a) milia *deest cod.* a*) Ytalia *cod.* b) exteros *cod.* c) *sic corrigendum cum Vers. Steph.* Gameløknut *cod.* d) Ripas *Steph.* e) milia *deest cod.* f) *voces* Anno Domini *in annis annotandis semper ascriptas in sequentibus omisimus.* g) Caturiensium *cod.* h) et f. e. B. c. eo *in Vers. omittuntur.* i) segete *cod.* k) cuilibet blandi *cod.* siliginis *Corner.* l) ultra *Steph. leg.* nisi. m) Suber *cod. i. e.* super = insuper, *nisi hoc scripturus erat noster.* Secundo *Corner. Lind. Steph.* n) Lundensis *Steph. male.*

1) Harum legum fragmenta, sub nomine legum castrensium s. curialium s. Witherlag, quarum auctor fuit Canutus magnus, non vero Hardeknut, collecta sunt a Suenone Aggonis et optime edita apud Langebek SS. rer. Dan. T. III. p. 139—159. 2) Harthe Cnutum cum Canuto magno confundit auctor, facta quaedam patris praecipua filio assignans. 3) *Slavi — Ripis* A. Lund. a. 1048. 3*) *A.* 1074. *Obiit — eius* Chr. de 1219. et A. Lund. 4) Cf. Adam. lib. III, 13. 5) Fischbek in praefectura Viborg ducatus Iutiae. 6) 1088. *martyrizatus — idem* A. Lund. 7) Utrumque iisdem annis habent iisdem verbis annales Hamburgenses. 8) Egothae, hodiernum *ejegod*, derivandum ab *e* sive *ey* = semper, et *gothae* nunc *god* = bonus; cf. etiam Saxon. Gramm. l. XII.

A. D. 1100. sedit[1] Pascalis II. annis[a] 18, mensibus 5, diebus 7.

1101. obiit Ericus Egothoe in Cipro insula cum uxore sua, ubi et miraculis choruscant[2]. Post quem frater suus Nicolaus.

In 103[b]. Ascerus[c] factus est primus archiepiscopus Daciae[3].

, 99. Nicolaus rex cum filio suo rege Magno Kanutum, filium[d] fratris sui Erici Egothae. iuxta Ringstaeth[e. 4] occidit.

A. D. 1111. Pascalis papa captus est ab Henrico rege[5].

In 113. beatus Bernardus ordinem intravit[6].

In 115. conventus venit in Claram vallem. Sanctus Kanutus fit dux in Dacia.

In 118. Gelasius papa uno anno sedit.

In 119. Kalixtus papa II. annis 5 et[f] mensibus 10, diebus 8[7].

In 120. ordo Praemonstratensium incepit[8].

In 125. Honorius papa II. sedit annis 5[9]. Henricus imperator obiit.

In 127. Tartari Ungariam invaserunt. Cardinales cum abbatibus capti sunt[g].

In 130. sanctus Kanutus dux martyrizatus apud Havelstaeth[h] a Magno, filio Nicolai[i] regis. Ericus Emune[k] factus est rex in Scania. Eodem anno filius sancti Kanuti regis, dux Flandriae, occisus est a propriis militibus in ecclesia[10].

100.[l] Vivente adhuc praedicto Nicolao rege, filius eius Magnus factus est rex Danorum et Gottorum. Scanienses vero elegerunt praedictum Ericum Emune, filium Erici Egothae, in regem, contra quem venerunt reges Nicolaus et Magnus filius eius, et bello inito in Fothwik anno Domini 1135, ubi corruit Magnus et cum eo 6 episcopi, 4 de Iutia, unus de Syalandia, unus de Suecia, et multi nobiles de Dacia cum eis. Nicolaus vero fugiens, venit Sleswic, ibique occiderunt eum littore[m] Sleswicenses[11]. Huic successit Ericus Emune memoratus.

101. Ericus Emune. Qui causa regnandi occidit Haraldum et liberos eius.

A. D. 1137. tenebrae factae sunt in quadragesima[12] in omni terra. Ascerus, primus Danorum archiepiscopus, obiit, et Eskillus electus est[13].

1139. Ericus Emun occisus est quadam die in palatio[m'] a quodam Plog Sworthae[n]. Huic successit Ericus Lamb, filius sororis eius[14].

1140. Olavus filius Haraldi, quem quaedam pars fecerat regem, surrexit contra Ericum Lam[15]. Et 4.[o] Kal. Aprilis tenebrae factae sunt per totum orbem.

1141. Eskillus archiepiscopus posuit Olavo obsides[16]

1142. bellum fuit Diffling[p] ter uno die, et uno anno 42[q] vicibus inter Ericum et Olavum, et semper fugit Olavus ante Ericum[17]. Et conventus missus est in Alvastrum[r. 18].

1143. Olavus occidit Rikonem, episcopum Roskildensem. Olavus, Haraldi filius, in bello occiditur[19].

1144[s]. Ericus duxit sororem Hartwici[t] Bremensis episcopi. Conventus missus est in

a) annos *cod.* b) *ita hic et in sequentibus annis cod.* c) Ascendens *cod. conf. infra ad a.* 1137. d) filius *cod.* e) Bingstaeth *cod.* f) et 5 *cod.* g) A. D. 1101—capti sunt *desunt Steph.* h) Harelsteth *Lang.* Harrestedt *Steph. Haraldsted, hodie Harrested prope Roskild. Cf. Chron. Seland. Vers. hic habet* Ringstaethae, *ut noster supra sub XCIX.* i) N. *cod.* k) *leg.* Emune *seu* Emund, *uti et infra, ubi codex habet* Emum *et* Emm. *Hic vero habet:* enim. l) *numerus* C *deest cod.* m) sittore *cod.* sutores *Corner. Lang.* m') *Lang. optime coniicit*: placito *sc. Hwedingensi apud Ripam, ubi comitia tum celebravit. Corner.* in placitis. *Ita et Vers.* paa æt thing. n) *i. e.* niger; *ita cum Langeb. corrigendum pro* Swothae *cod.*, sortae *Vers.* Sorte *Steph.* o) *leg.* XIII. Kal. Aprlis (20. *Mart.*), *quo die facta est eclipsis solis.* p) *sic et Lind. et Steph., sed alibi* Dystling. Dyssing *sive* Dyssiae. *Forte proelium istud in campo circa amnem Dysia in Scania commissum est, quasi in Dysiaelyng. Alii annales habent* Süllinge. *Lang.* q) *ita cod.* duodecies *Chron. Sial.* r) *ita legendum esse pro* claustrum, *quod habet cod. apparet ex versione. Stephanius et Langeb. cum non intelligerent quae emendanda erant, omiserunt verba:* Et conventus — claustrum. s) 4 *deest codici.* t) Henrici *cod. cf. Ann. Stad. a.* 1144. *Idem error in Vers. et in annalibus Lundensibus.*

1) Electus est a. 1099. 2) 1101. *obiit — choruscant* Chr. Sial. 3) sc. Lundensis. 4) Ringstad in Selandia. 5) *Pascalis — rege* A. Lund. 6) 1113. *beatus — intravit* A. Lund. 7) Decessit a. 1124. Dec. 12. 8) 1120. *ordo — incepit.* A. Lund. 9) Electus a. 1124. exeunte. 10) *Sanctus — regis* Chr. Sial.; *eodem — ecclesia* Ann. Lund. 1128. Carolus occisus est Brugis a. 1127. Mart. 2. 11) Fodvig, sinus maritimus e regione australi oppidorum Lund et Malmoe in Scania prope Scanoer; *et bello inito — Sleswicenses* Chr. Sial. a. 1130. 1135, ubi erroris in voce *littore* a librario commissi, ansa facile dinoscitur. 12) Neque hoc, neque 1138 aut 1139 anno *in quadragesima* tenebrae factae sunt. Fortasse error annalistae inde ortus, quod eclipsim, a. 1100 et *quadragesimo* factam, ad falsum annum iterum adscripsit. 13) *A. D.* 1137. *tenebrae — electus est* A. Lund. 14) *Ericus — sororis eius* Chr. Sial. 15) *Olavus — Lam* A. Lund. 16) *Eskillus — obsides* A. Lund. 17) *et uno — Ericum* Chr. Sial. 18) claustrum monachorum Cisterciensium in Suecia, in ripa orientali lacus Wetternsee situm, v. Chr. Sial. a. D. 1143. 19) *Olavus — occiditur* Chr. Sial. s. A. Lund.

1 Herivadum[1] et in Nidal[2]. Coelestinus papa sedit mensibus tribus; Lucius papa 2 annis[3].

1146. Eugenius papa sedit 9 annis[4]. Conventus missus est in Lyuscø[a, 5] 7. Id. Iulii.

1147. conventus mittitur in Hofvøthe[6]. Bellum fuit Slangthorp[7]. Ericus Lam obiit, factus monachus in Odenseh[b]. Quo mortuo Iutenses[b'] nomen regis inposuerunt Kanuto, filio Magni. Scanienses vero cum[c] maioribus insulis Suenonem, filium Erici Emune, elegerunt, et facta est pugna inter eos 12 annis[8].

1148. sanctus Malachias[9] migravit[10].

1149. Eskillus archiepiscopus captus est a Suenone rege[11]. Bellum fuit apud Arcune
12 in Sclavia[12].

1150. sanctus Ketillus[d] praepositus migravit Wibergensis. Bellum fuit in Slangthorp[e] et fugit Kanutus[13]. Conventus mittitur in Wernaem[f] Kalend. Maii, qui professus est postea in Esrom[14].

1151. bellum fuit Wibergis, et iterum fugit Kanutus[g, 15].

1152. exulavit Kanutus[g] in Rusciam, qui assumpto auxilio de Saxonia pugnavit et fugit[16].

1153. sanctus Bernardus abbas Clarevallensis migravit[17]. Conventus venit in Esrom.
18 Kanutus rex rediens de Ruscia venit in Frisiam, ibique construxit castrum Mildeborg[18] cum auxilio Frisonum. Quo audito Sueno cum tota expeditione Danorum venit Sleswic, et adductis inde navibus per terras usque Huchlstiaeth[g'] praedictum castrum Mildeborgh obsedit, et magnam partem Frisiae incendio vastavit. Cui occurrens Kanutus cum Frisonibus superavit eum in bello, in quo plurimi Scanienses corruerunt cum aliis nobilibus.

1154. desponsavit Waldemarus, filius sancti Kanuti, Sophiam, sororem Kanuti[g] regis. Dani omnes elegerunt duos reges, scilicet Kanutum memoratum et Waldemarum, filium sancti Kanuti. Tunc Sueno rex fugit in Saxoniam[19].

1155. Anastasius papa annis tribus[h, 20]. Rediens de Saxonia Sueno cum duce Henrico
21 venit Simaerstath[21], sed fuga arrepta dux cum rege iter 15 dierum veniendo, sub compendio duorum dierum fugiendo compleverunt.

1156. facta est inter reges pax, diviso regno in tres partes[22].

102. Kanutus optinuit Iutiam,

103. Waldemarus Scaniam,

104. Sueno Syalandiam. Post paucos autem dies idem[i] Suen rex Syalandiae invitavit Kanutum regem Iutiae, et Waldemarum regem Scaniae ad festum suum Rosculdis[23], ubi omnibus vino praegravatis, tempore nocturno cum adhuc corea duceretur in aula regia,
Aug. 9. occidit Kanutum regem et Constantium[k] cognatum eius in vigilia sancti Laurentii[24] Wal-

a) Lyusae *Lang* b) monaghus in denseh *cod.* Othens *Vers.* Densch *Lind. Steph.* b') lucencenses *cod.* c) cum *deest cod.* minoribus insulis *Ann. Lund.* d) Dictus Retillus *cod.* e) *pro* Slangthorp *scribendum videtur* Thorstenthorp, *ut habent Ann. Sialand. et Ann. Lund.* f) *lacuna in codice, sic ex versione supplendum:* Varnhem in Ostrogothia Sueciae. *Ita et Laur. Stral. Cf. Chron. Dan. Suec. h. a. Si haec lectio vera, quaedam excidisse post verbum* Maii *necesse est. Ann. Bartopiniani h. a. (apud Lang. I, 340) referunt* conventum missum esse in Daniam, qui p. e. p. i. Esrom. g) K. *cod.* g') *leg.* Hollingsteth, *ubi olim statio navium ab oceano Britannico ad oram Slesvicensem venientium. Lang.* Hwelstath *Vers.* h) *sc.* sedit, *quod deest in cod. sed additum ab editoribus.* i) item *cod.* k) Constantinum *chron.* 937—1317.

1) claustrum Cisterciensium Hervad in districtu Norre Asbo et provincia Christianstad, terrae Scaniae. *Conventus — Herivadum* Chr. Sial. sive Ann. Lund. 2) claustrum eorundem Nydal parochiae Wrikstad in provincia Smoland. 3) Coelestinus electus a. 1143; sedit fere 6 menses; Lucius electus est a. 1144. *Coelestinus — 2 annis* Ann. Lund. 4) Eugenius III. electus est a. 1145. *Eugenius — 9 annis* Ann. Lund. 5) claustrum Cisterciensium Lyse, Lucida Vallis seu Vallis Dei in praefectura Bergen et districtu Sundhord in Norwegia. 6) Hovithoe in praefectura Opsloe in Norwegia. 7) villa Selandiae; cf. Saxon. lib. XIV. 8) *Bellum fuit — 12 annis* Ann. Lund. 9) Archiepiscopus Armaghiensis s. Hiberniensis obiit in Claravalle. 10) *Sanctus — migravit* Chron. Sial. sive Ann. Lund. 11) *Eskillus — rege* Chr. Sialand. sive Ann. Lund. 12) Arcona in insula Rügen. 13) *Bellum — Kanutus* Chron. Sial. sive Ann. Lund. 14) Esrom in Selandia. 15) *Bellum — fugit Kanutus* Chron. Sial. 16) *Exulavit — fugit* Chron. Sial. sive Ann. Lund. 17) *S. Bernardus — migravit* Chron. Sial. sive Chr. de 1219. 18) iuxta fluvium Milde in hodierna Sudermarsch prope Husum. 19) *Desponsavit — regis* Chr. Sial.; *Dani — Saxoniam* A. Lund. a. 1155. 20) Anastasius electus a. 1153. obiit a. 1154. exeunte. 21) hodie Somerstaed, parochia provinciae Gramherred Iutiae australis. *Lang. Rediens — Simaerstath* Ann. Lund. a. 1157. 22) *Facta — Syalandiam* Chr. Sial. a. 1157; *occidit — exercitu* Ann. Lund. a. 1158. 23) Rothschild in Selandia. 24) Occisus est Kanutus d. Aug. 9. a. 1157. eodem anno, quo Suen fugatus caesusque est, quod confirmatur Helmoldi lib. I, 84. et ann. Magdeburgensium testimo-

demarus vero vulneratus fugit in Iutiam, quem Suen insecutus est cum exercitu 11 milia
virginum passae sunt in Colonia[a]. Oct. 21. aut 23.

A. D. 1157. convenerunt Suen et Waldemarus[b] reges in campo, qui Grathaehaethor[b*]
dicitur, in proelio, in quo Suen occisus est[1], et sepultus in capella Grathae[2]. Et Waldema- 1
rus optinuit monarchiam totius Daciae[2*].

1158. Adrianus papa annis quatuor[c, 3]. Absalon factus est episcopus Roskildensis.
Conventus mittitur in Vitae scola[4] Non. Aprilis.

1160. conventus venit in Saba[d, 5].

1161. conventus missus est Sora[e, 6] Idus Iulii.

1162. Tuta vallis[7] fundatur[f, 8]. 8

1163. natus Kanutus, filius Waldemari regis. Rex Waldemarus[b] ivit ad consilium imperatoris Metis[9], ubi multos dolos imperatoris expertus est; sed suis strennuissime et cautissime in omnibus se gerentibus[g], nutu divino et directione Henrici ducis Brunswicensis fretus, in Daciam sanus rediit. Tunc rex malitias Teutonicorum praevenire volens, munitionem Danwirki muro circumcinxit, ante enim lignis tantum munitus erat locus ille.

1164. conventus missus est in Gutualiam[10] 6. Idus Septembris.

1165. conventus venit in Øm[11], quae Cara insula dicitur. Waldemarus subegit Slavos.

1167. Buricius captus est[12], et effossis oculis castratus[13].

1170. natus est Waldemarus, filius Waldemari[b]. Sanctus Thomas, archiepiscopus
Angliae, martyrizatus[14]. Rø[h] a Danis adquisita est et ad fidem Christi conversa. Iarmarus
baptizatus[15]. Leges Danorum editae sunt[16]. Conventus mittitur in Dobrum[17] Kal. Martii. 17

1171. sanctus Kanutus dux et ma yr translatus est Ringstet[19].

1172. conventus venit in Dargun[20] et in Insula Dei[21].

1173. conventus venit in locum Dei, qui dicitur Løum[22]. Cristophorus dux obiit. Maximus terrae motus fuerat in Dacia[23].

1174. conventus venit in Colbar[i], qui dicitur Mera Vallis, 4. Non. Februarii.

1176. castrum Stittin a Danis obsessum est.

1177. sancta Margareta Roskildis passa est[24]. Kanutus, filius Waldemari primi, factus 24
est rex Scaniae et Hallandiae, patre innuente et consentiente.

1178 Eskillus, secundus archiepiscopus Daciae, recessit, factus monachus Clarevallis[25].

a) XI — Colonia *quae omisit Stephanius emendanda sunt. Annalista enim haud dubie adiicere voluit diem quo Waldemarus Suenonem insecutus est, aut diem pugnae; quare aut* die quo XI mil. v. p. s. Col. *scribendum est (21. Oct.), aut* post diem, quo XI m. v. p. s. Col. feria 2. *(23. Oct.), quo Suenonem occisum esse constat ex necrologio Lundensi.* b) W. *cod.* b*) Grathae heethae *Vers.* c) *deest in codice* sedit. d) Saeby *Steph.* e) Soram *Steph. recte.* f) funditur *cod. Lind. Steph.* g) gentibus *cod.* h) Rugia *Steph.* i) *legendum* Colbas, *olim abbatia in Pomerania procul ab urbe Stettin.*

nio ad annum 1157, unde cognoscitur perperam haec a nostro annalista Sialandicum ut videtur secuto inter annos 1156 et 1157, ab Lundensi inter annos 1157 et 1158 dirimi. 1) Oct. 23. 2) Ruinae huius capellae adhuc inveniuntur in parochia Torrening, Herred Lysgard, praefecturae Silkeborg, in provincia Aarhus. 2*) *Convenerunt — Daciae* A. Lund. 3) Hadrianus electus 1154. Dec. 3. obiit 1159. Sept. 1. 4) Wiaskild in praefectura Viborg, Cisterciensium conventus. *Absalon — scola* Chr. Sialand. 5) Monasterium illud postea Iulita dictum est, situm in dioecesi Strengenensi in Suecia. *Lang.* 6) Cisterciensium conventus in Selandia. *Conventus — Soram* Chr. Sialand. sive Ann. Lund. 7) Tvis Kloster in Iutia, provincia Ribe, praefectura Lundenaes, districtu Herred, Cisterciensium conventus. 8) *Tuta — fundatur* Chron. Sialand. a. 1161. 9) Saxo lib. XV. confirmat hist. nostram. V. Annales Stadenses h. a. qui Bisuntii conventum factum dicit; Helmoldus I, 90. iam a. 1162. ad d. Aug. 29. in dioecesi Bisuntina convocatum esse dicit. *Natus — regis* Chron. Sial. sive Ann. Lund.; *rex W. — Metis* Chron. Sial. addit. vetusta. 10) Gutualia coenobium Cisterciensium in Gothlandia, duobus miliaribus distans ab oppido Wisby: dicitur etiam Roma s. Ruma. 11) *Conventus — Øm* Chr. Sial. Oem in praefectura Aarhus, conventus Cisterciensium. 12) *Buricius — est* Chr. de 1219. Sialand. Ann. Lund. 13) Cf. Annal. Stadens. a. 1144. f. 14) Caesus est a. 1170. d. Dec. 29. *Natus — W.* Chron. Sial. sive de 1219; *Sanctus — martyrizatus* Chr Sialand. a. 1171. 15) Conf. Helmold. lib. II. c. 3. 14. *Rø — baptizatus* Chron. ad annum 1219. 16) lex vetus Selandiae. 17) Dobberan in terra Meklenburg. 19) *Sanctus — Ringstet* Chr. Sial. a. 1170. A. Lund. 1171. 20) nunc praefectura terrae Meklenburg. haud procul a limite Pomeraniae. 21) Insula Dei sive Holme Kloster, Cisterciensium conventus in Funia. 22) Lygum in ducatu Sleswicensi, Cisterciensium conventus. 23) *Christophorus — Dacia* Chron. Sialand. sive Ann. Lund. 24) cognata archiepiscopi Absalonis et Petri episcopi Roskildensis consanguinea, ab Herlone marito interfecta a. 1176. Oct. 25; v. Langebekium T. V. p. 303. *Sancta — passa est* Chr. Sial. a. 1176; *Kanutus — consentiente* Ann. Lund. 25) *Eskillus — Clarevallis* Ann. Lund. a. 1177.

1 Absalon fit archiepiscopus[1]. Eodem anno sol obscuratus est in vigilia sanctae Crucis, feria
Sept. 13. quarta[1*].

1180. obiit sanctus Nicolaus in Arus. Bellum fuit in Flysae[a].

1181. rex Waldemarus occurrit Frethaerico imperatori apud Thraven, ubi duas filias suas maritavit, unam filio imperatoris[2], aliam comiti Sifrido[3]. Ubi etiam optinuit ab imperatore dominium totius Nordalbingiae, hoc est omnium terrarum ad aquilonarem partem Albiae, super quo habuit litteras imperiales cum bulla aurea, et litteras papales, videlicet domini Innocentii papae tertii de confirmatione dictae collationis pro iure perpetuo habendae; sed has litteras post mortem regis Abel[b] quaedam mulier Teutonica, filia dyaboli, destruxit in odium Danorum[4].

1182. obiit Waldemarus I, filius sancti Kanuti ducis[5], anno regni sui 25. Post quem 106. Kanutus filius suus. Obiit etiam Eskillus archiepiscopus in Claravalle[c].

A. D. 1184. expeditio facta est in Walgust[6].

1186. conventus missus est in Olivam[d, 7]. Obiit Suno Ebbonis filius[8].

1187. Iherusalem a soldano capitur, et christiani delentur. Eclipsis solis facta est[9].

1188. sanctus Kanutus translatus est[e]. Dux Waldemarus factus est miles.

1189. expeditio facta est in Slaviam[10].

1190. obiit Magnus Ulf[f]. Conventus mittitur in Regnøveld[11] Kal. Novembris.

1191. expeditio facta est in Flandria[g], quam vicerunt Dani[12].

1192. Waldemarus episcopus, nullo cogente, regi se opponens, ivit in Norwegiam. Indeque rediens cum 35 longis navibus captus est[13], et in turri Syelborg[h, 14] positus, ubi sedit 14 annis. Conventus mittitur in Gulholm[15]. Petrus Sunonis fit episcopus[16]. Primum incendium in Esrom[17].

18 1194. conventus venit Asylum[18]. Expeditio facta est in Estoniam[i]. Comes Adulphus factus est homo regis tributarius Daciae[19].

1195. conventus venit in Olivam[20]. Gregorius VIII. diebus 33 sedit[21]. Ventus vehemens fuit[22].

1196. Clemens papa 2 annis[23]. Kanutus rex duxit exercitum in Estoniam[24]. Obiit Gørthrud regina[25].

26 1197. ordo sanctae Trinitatis incepit[26].

a) *ita et Vers.; leg.* Dysae, *ut patet e Saxon. Grammat. lib. XIV et XV. Chron. Sialand. h. a. Chron.* 1020—1323. *ad a.* 1081. *Chron. Danic.* 1095—1194. *autem ad a.* 1179. *habet verba:* Bellum fuit in Fliunse contra Slavos. b) Abe *cod.* Abel *Lang. Similia habet translatio Danica;* regis, Abele *Corner.* c) Clarevalle *cod.* d) Oliva *cod.* Oliciam *Lind. Steph.* e) *de Canuti translatione v. supra a.* 1171. *Ex versione Dan. et Laurent. Stral. hic corrigendum est* S. Kettilus, *de cuius translatione hoc anno facta vide eius vitam et bullam Clementis II. apud Langebek Tom. IV. p. 425 sq. Chron. a.* 1020—1323 *ad a.* 1189. f) Oluffson *Chron.* 1095—1194. g) *pro* Flandria *leg.* Finlandia, *ut ex Versione, Chron. Sialandiae, Ann. Lund. aliisque chronicis videlicet Chron.* 1130—1300. *Chron.* 1074—1219. *apparet.* h) Syöburg *Lang.* i) *pro* in Estoniam *hic scribendum esse videtur* in Halsatiam, *cum expeditio Estoniensis ab omnibus annalistis Danicis ad a.* 1196. *demum referatur.*

1) *Absalon — archiepiscopus* Chron. Sial. 1*) *In Odensdag* etiam Versio Danica; immo feria tertia. 2) Frederico, duci Sueviae, tunc septenni. Vid. Arnold. Lub. II, 21. *Rex — imperatoris* ex chron. Danico de 1219. h. a. 3) comiti de Orlamunde. Cf. Saxon. lib. XV. p. 371. *Rex — Sifrido* Chron. ad a. 1219. 4) Mulierem illam fuisse Mechtildim, relictam regis Abelis, filiam Adolphi comitis Holsatiae existimandum. V. chron. Danic. de 1188—1319 (quam publici iuris feci in Michelsen et Asmussen Archiv für Staats- und Kirchengeschichte T. II. p. 238) ad a. 1253. Attamen cum Innocentii III. aequales fuerint Fridericus II. imp. et Waldemarus II. rex, in manifesto est nostrum temere revocasse diploma, a. 1214. datum, ad Friderici I. et Waldemari I. aetatem. 5) *Obiit — ducis* Chr. ad a. 1219, Sial., A. Lund. 6) Wolgast. *Expeditio — Walgust* Chron. ad a. 1219, Sial., A. Lund. 7) Oliva prope Danzig. 8) *Obiit — filius* Ann. Lund. a. 1187. 9) die Sept. 4, quo die Ascalon a Saladino captum est, neque vero d. Oct. 3, quo intravit Ierusalem, id quod annales Lundenses contendunt. *Iherusalem — facta est* Ann. Lund. 10) *Expeditio — Slaviam* A. Lund. 11) Conf. Ann. Hamb. a. 1186. 12) *Expeditio — Dani* Chron. Sialand. s. Ann. Lund. 13) sc. 1193. Iul. 8. v. Ann. Lund. 14) Siøborg in Selandia. 15) Gulholm s. Aurea insula, inter civitatem Schleswig et castrum Glücksburg; cf. infra ad a. 1210. 16) sc. Roskildensis, vid. Chr. Sial. 17) *Petrus — Esrom* Chron. Sialand. a. 1192 et 1196. 18) Aas in Hallandia. 19) Cf. Arnold. Lubec. lib. IV, 17. *Conventus — Asylum* Chr. Sial. sive A. Lund.; *expeditio — Daciae* Chr. ad a. 1219. 20) Conf. supra a. 1186. 21) Gregorius VIII. † 1187. Dec. 17. neque vero a. 1195. ut cum nostro Annales Lundenses referunt, qui tamen errore librarii hic habent Gregorium III. 22) *Gregorius — sedit* A. Lund.; *ventus — fuit* Chr. ad a. 1219. sive Sialand. 23) Clemens III. successit Gregorio VIII. a. 1187, cui Coelestinus III, quem noster omisit, anno 1191, cui anno 1198. successit, ut recte retulit noster, Innocentius III. Hinc perspicitur computum illum, secundum quem Clemens *duobus* annis sedisse dicitur, uni annalistae nostro deberi. 24) *Kanutus — Estoniam* Chr. Sial. 25) uxor regis Kanuti. 26) Cf. Albericum ad a. 1198; 1197. *ordo — incepit* Chr. Sialand.

1198. Innocentius papa III. sedit annis 19. Obiit Sophia regina[1]. Petrus episcopus 1
captus est[2], et frater eius Thorbernus[a] occisus[3]. Terrae motus fuit in Dacia.

1200. ordo fratrum minorum incepit[4]. Castrum Reynsborg acquisitum est, et Thitmaerskia[5].

1201. obiit Absalon, tertius episcopus Daciae, et consecratus Andreas[6].

1202. sanctus Wilhelmus abbas migravit[7]. Comes Adulphus captus est[8]. Castrum Saeghaebyergh[9] acquisitum est. 2. Idus Novembris obiit Kanutus rex, filius Waldemari[b]. Comes Albertus[10] factus est miles.

107. Waldemarus coronatus est in regem eodem anno[11].

A. D. 1203. comes Adulphus liberatus est, positis obsidibus ad 10 annos. Redditum castrum Louemborg[12]. 12

1204. expeditio facta est in Norwegiam per regem Waldemarum[b], qui Aerlingum constituit ibi regem, et Philippum[b'] ducem, qui ambo facti sunt homines regis apud Tunsbyaergh. Obiit Esbaernus Snarae[13]. Secundum incendium in Esrom.

1205. rex Waldemarus[b] duxit Daghmar[c][14], filiam regis Boemiae, in uxorem[15]. Dani Albiam transeuntes destruxerunt Aertenborg[16].

1206. Waldemarus episcopus liberatus est ad preces Daghmar reginae, ita tamen, quod iuravit, se numquam Daciam intraturum[17]. Postea vero factus archiepiscopus Bremensis, cum se regi opponeret, ad instantiam regis Waldemari depositus est et excommunicatus a papa[18]. Andreas archiepiscopus duxit exercitum in Rivalia[19].

1207. conventus venit in Tuta insula[20]. Waldemarus fugavit imperatorem.

1208. Dani corruerunt in Lenae[21]. Rex Waldemarus castrum Hwiceborg[d] destruxit. Pons ultra Albiam factus. Castrum Heraeborg[e] iussu Waldemari[b] factum est[22]. 22

1209. natus est Waldemarus[b] tertius, filius secundi. Conventus mittitur in Dargun de Doberan[23].

1210. expeditio facta est in Pruciam[f] et Samland. Mistwin, dux Poloniae, factus est homo regis. Swaerkerus rex Sueciae occiditur[24]. Conventus venit de Aurea insula in Rus regium[25].

1211. Dani castrum Dymin reaedificant, et Nycenborg[g][26] destruunt[27].

1212. obiit Margareta regina, quae propter praecipuam formae pulchritudinem dicta fuit Daghmar[28]. 28

a) Thordernus *cod.* Durbernus *Arnold. Lub. l. l.* b) W. *cod.* b') *ita Vers. et Corner.* Adolphum *Chron.* 1130—1300. c) Dagmar *cod.* Daghmar *Lang. ut infra cod.* d) Byzenburg *Steph.* Buyzenburg *Lang. Quod approbatur per Arnold. lib. VII. c.* 13. *et Chron. Dan.* 1074—1219. *Cornerus habet* Witenborg, Hwittenborg *Vers.* e) *si Arnoldum l. l. sequimur, dubitari licet nonne* Horneburg *sit legendum.* f) Penciam *cod.* g) Hyenburgh *Chron.* 936—1317. *Annal. Danici* 1101—1313. Nyerburg *Vers.* Nienburgh *Chron. Dan.* 1219. *Corner.*

1) relicta Waldemari I. 2) *Innocentius — captus est* Ann. Lund. 3) Arnold. Lubec. VI, 9. 4) Errat noster sicut annalista Lundensis, qui idem ad eundem annum refert: ordinem enim fratrum minorum constitutum esse a. 1209. ex Ann. Stadensibus h. a. cognoscitur. 5) Rendsburg castrum prope Eydoram; cf. Arnold. Lubec. VI, 12. *Ordo — incepit* Ann. Lund.; *castrum — Thitmaerskia* Chr. ad a. 1219; additam. ad Chron. Sial. vetust. 6) *Obiit — Andreas* Chron. Sialand. 7) Wilhelmus, abbas monasterii sancti Thomae de Paraclito in Eskils Øe in Roskilde Fiord, quod a. 1176. translatum est in Ebelholt; cuius vitam adi apud Surium T. II. p. 98 atque in actis Sanctorum mense Aprili p. 625—648 atque melius editam a Langebekio T. V. p. 458 sqq. 8) Captus est aut d. 26. Dec. a. 1201. aut paullo post. Vide Arnold. VI, 14. 9) Segeberg in Holsatia, quod a. 1202. captum est. Vid. Arnold. lib. VI. c. 16. 10) Albertus comes de Orlamunde, filius Sifridi; conf. a. 1181. 11) *Sanctus — migravit* Chr. Sial. vel Ann. Lund.; *comes — eodem anno* Chr. de 1219. 12) Vide Arnoldum VI, 17. *Comes — Louemborg* Chr. de 1219. 13) frater Absalonis archiepiscopi. *Expeditio — Thunsbyaergh* Chr. ad a. 1219; *obiit — Snarae* A. Lund. 14) Plerumque appellatur Margaretha, filia Premislai regis Bohemiae; cf. ad a. 1212. 15) *Rex — uxorem* A. Lund. 16) Artlenburg. 17) Vide Arnoldum Lubec. VI, 18. 18) Arnold. Lub. VII, 12 et 21. 19) *Waldemarus — est* A. Lund.; *Andreas — Rivalia* Chr. Sial. s. A. Lund. 20) Cisterciensium monasterium Tuteroe, distans uno milliari a Nidaros vel duobus milliaribus a Drontheim. 21) in districtu Wartoste Herred terrae Westgothland Sueciae; vide Chron. Sialand. Chron. Nestved. 22) V. Arnoldum Lub. VII, 13. *Dani — Lenae* Chr. Sial.; *rex — factum est* Chr. ad a. 1219. 23) Hic noster in alio errore videtur deprehendi. Constat circa hoc tempus monasterium Hilda, postea Eldene, prope Greifswald fundatum esse, cui silva Darsim data fuit. Cf. supra ad 1172. 24) *Expeditio — regis* Chr. de 1219; *Swaerkerus — occiditur* Chron. Sialand. sive Ann. Lund. 25) Ruhkloster, ubi nunc castrum Glücksburg. 26) De Nycenborg s. Nyenborg v. Suhm l. l. T. IX. pag. 190. 27) *Dani — destruunt* Chr. de 1219. 28) *Obiit — Daghmar* Ann. Lund. sive Chr. de 1219. sive Chr. Sial.

1 1213. obiit Iohannes, filius Esberni Snarae[1].

1214. Petrus senior Roskildensis episcopus et Nicholaus[a] episcopus Ripensis obierunt. Comes Guncellinus et comes Henricus frater eius, terram suam a rege receperunt et ei fidelitatem iuraverunt. Dani obtinuerunt castrum Stetin, et castrum marchionis[1*] Muten[b]. Rex Waldemarus[c] secundas nuptias celebravit cum Berengaria, sorore Ferandi[c*] comitis Flandriae, quae Bringrenilae[d] est dicta[2].

108. Anno Domini 1215. Waldemarus tertius eligitur in regem. Imperator Otto fidem violans et contra iuramentum suum veniens Halsatiam, eam sibi subigere volebat: contra quem venit rex Waldemarus cum exercitu copioso, habens secum de solis Frisonibus sexaginta milia hominum. Quo audito imperator non est ausus expectare congressum belli,
3 sed fugit ultra Albiam[3], perditis in singulari certamine duobus melioribus pugilibus imperii, quos deiecerunt duo Frisones, videlicet Suen Staerkae et Brothaer Ganling[e].

1216. Petrus filius Iacobi fit episcopus Roskildis. Gelu super Albiam viam praebente, rex Waldemarus[c] cum exercitu transivit ad terram Henrici comitis palatini, quam vastavit incendio, donec eam sibi totam subiugavit. Item duo castra contra Hamborg construxit, et tandem civitatem cepit. Natus est Ericus, filius Waldemari[c] regis, cui pater eodem anno ducatum Iutiae contulit et Nicolao, filio illegitimo, comitatum Hallandiae[4].

1217. comes Albertus ex mandato regis Waldemari[c] aedificavit castrum Travenemonde, et Dani castrum in Thydmaersk[f] construunt.

1218[f*]. obiit imperator Otto. Rex Waldemarus[c] convocatis regni primis, 15 episcopis, tribus ducibus et tribus comitibus, abbatibus etiam aliisque quam plurimis, Waldemaro[c] filio suo in Sleswic dyadema regni imposuit in festo beati Iohannis baptistae. Obiit comes
5 Nicolaus[5].

1219. rex Waldemarus[c] congregato exercitu permaximo, cum mille quingentis longis navibus Estoniam intravit, et post multa bella totam terram illam ad fidem Christi convertit et Danis subdidit usque in praesens[6].

1220. sanctus Thomas, archiepiscopus Roskildensis[g], Angliae translatus. Iherusalem a cristianis recuperatur[7].

1221. obiit Berengaria[8], mater regum Erici, Abel et Cristophori. Obiit Rikaecae regina[9].

1222. Gregorius cardinalis fuit in Dacia. Andreas archiepiscopus cessit. Abbas Gun-
10 nerus Carae insulae electus est in episcopum[10].

1223. rex Waldemarus[c] una cum filio suo Waldemaro[c, 11] tertio, a suis proditi[h], capti sunt in lectis suis a comite Heinrico in insula Lyuthe[i, 12] Iohannis ante portam Lati-
Mai. 6. nam[k], et in Slaviam ducti in castrum Zueryn, manserunt ibi fere per triennium, et tunc redempti sunt per Danos pro 60 milibus[l] marcarum in pondere Lubecensi. Sed equi, vestes et alia iocalia, quae dederunt omnibus melioribus Saxoniae in die exitus sui, in duplo plus valebant. Nota lector, Teutonicos nunquam aut raro praevaluisse et triumphos duxisse nisi per proditionem et fraudem, quod habent ex natura, sicut patet in captivatione[m] dictorum duorum regum, et in aliis multis[n].

13 1224. Petrus Saxonis[o] fit archiepiscopus[13]. Obiit Andreas camerarius.

a) *leg.* Olaus *teste Chron.* 1074—1219. *et Chron. Sialand.* b) *ita et Cornerus;* Muton *Vers. Dan.* Mucov *Chron. Dan. de* 1219, *ni forte ibi* Muton *legendum est.* c) W. *cod.* c*) Feramdi *cod.* d) Beengerd *Lang.* Briginild *Chron.* 936—1317. *Vers.* e) Gauling *Vers.* f) Thyamask *cod., Steph. addit* in Frithibierg. *Ita et Chron. Dan.* 1074—1219 *ad a.* 1218. f*) 1208. *cod.* g) *sic pro* Kantuariensis, *quem interfectum esse a.* 1170. *constat.* Thomas af Kantaelberg *Vers. Anni numerus ex similitudine numerorum MCLXX et MCCXX ortus esse videtur.* h) prodiditi *cod.* i) Lydöe *Stephan.* k) *dies omittitur a Steph.* l) milia *cod.* m) captivitate *Lindenbr. cett.* n) Nota — multis *desunt Steph.* o) *pro* Saxonis *videtur leg.* Sunonis.

1) 1213. *obiit — Snarae* Chr. Sial. 1*) Brandenburgensis sc. 2) filia Sanctii I. regis Portugalensis, soror Ferrandi, coniugis Ioannae comitissae Flandriae. *Petrus — episcopus* Chron. Sialand. h. a. s. A. Lund. a. 1213; *comes — est dicta* Chr. de 1219. copiosiora de his referentes. 3) *Waldemarus — regem* Chr. Sial.; *imperator — copioso* Chr. de 1219; *quo audito — Albiam* ibid. 4) *Petrus — Roskildis* A. Lund.; *gelu — Hallandiae* Chron. ad a. 1219. h. a. et a. 1218. 5) 1218. *obiit — baptistae* Chr. ad a. 1219; *obiit — Nicolaus* A. Lund. 6) Anno 1346. Estonia a rege Danorum ordini Teutonicorum datis 19,000 marcis argenti vendita est. 7) Errore seductus annalista noster urbem Ierusalem a. 1229. a christianis recuperatam demum confudisse videtur cum Damiata urbe a. 1219. capta. *Iherusalem — recuperatur* Chr. Sialand. s. A. Lund. 8) 1221. *obiit Berengaria* Chr. Sial. a. 1220. Ann. Lund. h. a. 9) uxor Erici regis Sueciae, filia regis Waldemari, quondam nupta Frederico duci Sueviae. V. supra a. 1181. Quae non a. 1221 sed a. 1220 mortua est, id quod habent Ann. Lundenses. 10) sc. Viborgensem. *Gregorius — in Dacia* Chron. Sial. s. A. Lund.; *abbas — episcopum* Chron. Sial. 11) *Rex — Waldemaro* Chron. Sialand. s. A. Lund. 12) Nunc Lyoe dicitur, insula ad litus australe Fioniae sita. 13) *Petrus — archiepiscopus* A. Lund.

1225. obiit Petrus Iacobi episcopus Roskildensis. Cui successit Nicolaus Stighsen[a, 1]. 1

1226. soluti sunt duo reges[2]. Obiit sanctus Franciscus[3]. Multi Frisones corruerunt in Thidemaerskia, et tamen Thidmaerskia Danis subiugata est.

1227. Bornhoveft, ubi Dani corruerunt[4]. Nam Thidmerskienses in ultimo excercitus collocati, proditionem facientes, exercitum Danorum, cum quibus erant, a tergo percusserunt. Gregorius IX[b]. sedit.

1228. Andreas et Petrus archiepiscopi obierunt[5].

1229. rex Waldemarus[c] III. celebravit nuptias cum filia regis Portugaliae Elienor Ripis, in festo beati Iohannis baptistae.

1230. Otto cardinalis fuit in Dacia. Uffo fit archiepiscopus. Eclipsis solis[6] et pestilentia hominum et iumentorum magna fuit. 6

1231. obierunt rex Waldemarus[c] III, filius Waldemari[c] secundi, et regina Elienor cito post eum in partu.

110. A. D. 1232. Ericus rex, filius Waldemari[c] secundi, coronatus est a domino Uffone archiepiscopo, et frater eius Abel ducatum Iutiae accepit. Eodem anno fratres minores nudis pedibus Daciam intraverunt et domum Ripensem fundaverunt.

1233. Esbernus[c*] Snørling obiit. Obiit piae memoriae Nicolaus cancellarius, episcopus Sleswicensis[7].

1234. fratres minores domum acceperunt Sleswik. Lunden[d], Roskilda igne perierunt[8].

1236. Waldemarus episcopus obiit, humilis monachus in Lyke[9]. Conventus missus in Paradyso[e]. 9

1237. dominus Petrus, abbas Ruris[f] regii, omnes possessiones dictae domus eatenus acquisitas cum vilicis et colonis omnibus absolute libertati restituit, ab omni impetitione exactoria et iure regio eximens eos, pro 53 marcis denariorum usualium, quas domino Abel, inclito duci Iutiae, pro iam dicta exsolvit libertate, ita quod non sit eiusdem ducis posteris liberum nec licitum hanc pactionem aliquo tempore infirmare iuxta intestationem privilegii principis memorati.

Eodem anno dux Abel duxit Machtildem, filiam comitis, quod rex Waldemarus[c] pater moleste tulit, timens per hoc futurum scisma inter fratres, quod et evenit. Nam ab illo die nunquam defecit bellum intestinum in Dacia inter reges et duces, et comitibus[10] eos instigantibus, qui semper quaerunt mala Daciae. Bellum fuit Scanø inter Danos et Normannos. Tempestas fuit in die sancti Clementis[11]. Nov. 23.

1238. translatio sancti Wilhelmi, abbatis in Opøllut[g, 12].

1239. rex Ericus duxit Iudith, filiam ducis Saxoniae, in uxorem; cum quibus dispensatum est in quarta linea consanguinitatis per dominum papam Gregorium. Iherusalem capitur a paganis[13].

1240. Sculo[h] dux Norwegiae cum filio occisus est[14] a rege Haquino. 14

1241. obiit inclitae recordationis rex Waldemarus[c] II. in coena Domini[15], in cuius Mart. 28. morte vere cecidit corona capitis Danorum. Nam ab illo[i], bellis intestinis et destructioni mutuae vacantes, omnibus in circuitu nationibus facti sunt in derisum. Sed et terrae, quas patres eorum gladio suo gloriose acquisierant, non solum ab eorum dominio recesserunt, verum et plagas maximas regno intulerunt, et illud miserabiliter confuderunt, principibus

a) Stig scilicet *Lindenb.* b) papa *addunt Lindenb. et Steph.* c) W. *cod.* c*) Esternus *cod.* d) et *Steph.* e) As clostær *Vers.* f) Rurius *cod.* g) Acpelholt *Vers.* Aebelholt *Steph.* h) *ita Vers. Lang. Chron. de* 1020—1323. Seulo *cod.* i) tempore *addit Lang.*

1) 1225. *obiit — Stigsen* Chr. Sialand. a. 1225 et 1226. 2) sc. a captivitate, v. supra a. 1223. 3) 1226. *soluti — Franciscus* Chr. Sial. 4) 1227. *Bornhoveft — corruerunt* Chr. Sialand. sive Ann. Lund. 5) 1228. *Andreas — obierunt* A. Lund. 6) 1230. *Otto — solis* Chr. Sial. sive Ann. Lund. 7) Qui a. 1234. defunctus est secundum Annales Lundenses. 8) 1234. *Lunden — perierunt* Chr. Sial. sive A. Lund. 9) Lockum in principatu Calenbergensi. Cf. Scriptum de orig. et abbat. monast. Luccensis apud Leibnit. SS. rer. Brunsvic. T. III. pag. 694. 1236. *Waldemarus — Lyke* Chr. Sial 10) sc. Holsatiae. 11) 1237. *tempestas — Clementis* Ann. Lundens. 12) 1238. *translatio — Opøllut* Chr. Sial. sive Ann. Lund. Conf. supra ad a. 1202. 13) A Davide principe de Krak hoc anno exeunte. 1239. *Rex — in uxorem* Chr. Sial.; *Iherusalem — paganis* A. Lund. 14) 1240. *Sculo — est* Ann. Lund. 15) Quem in vigilia coenae Domini obiisse referunt Annales Lundenses.

regni resistentibus, sexcenties[a] se invicem lacerantibus et vastantibus. Ericus rex, filius
1 Waldemari[b] II, monarchiam Daciae optinuit. Eclipsis fuit. Petrus Strangit[b*] obiit[1].

1242. ortum est bellum inter fratres Ericum regem et Abel ducem. Claustrum Ringstath igne periit.

1243. claustrum monialium Roskild incensum est. Innocentius IV. sedit.

1244. rex Ericus duxit exercitum Kalding[2].

1245. generale consilium fuit Lugduni. Nycolaus episcopus Roskildensis fugit de Dacia[3].

1246. Iacobus Sunonis obiit. Rex Ericus movit exercitum contra fratrem suum[4], illo cum exercitu Teutonico occurrente, sed treugae[c] factae sunt ad tempus.

5 1247. Sora[5] et Colbas[c*] igne perierunt. Othania a Teutonicis incensa est. Rex Ericus opidum Swineborg[6], quia plura[d]. Cum regnum miserabiliter destruxissent, tandem fraterno sanguine non multo post sibi et regno infamiam perpetuam facere non timuerunt.

1248. Haven[e] a Lubycensibus incensa est. Obiit Olavus pincerna. Nicolaus episcopus Roskildensis obiit in Claravalle[f, 7].

1249. obiit Ericus rex Sueciae[g].

1250. dux Abel fratrem suum Ericum regem proditiose captivavit in Sleswik in nocte
Aug. 19. beati Laurentii, quem quidam miles eiusdem ducis Lagho Gutmundsen[g*] navigio deportavit usque Myosund, ibique eum occidit, et duce ignorante, et in Slia submersit[8]. Eodem anno Waldemarus[b], filius ducis Abel, a scolis Parisiis domum pergens, captus est per milites domini episcopi Coloniensis[9].

111. Dux Abel in regem electus est et coronatus[10].

A. D. 1251. Frethericus imperator obiit. Obiit comes Nicolaus[11]. Lodewicus rex Franciae captus est, et frater eius Robertus occisus[12].

1252. rex Abel cum exercitu intravit et Ydarstath[13] ad pugnandum, ibique occisus
14 est. Obiit Uffo archiepiscopus[14].

112.[h] Cristophorus fit rex anno Domini 1253. Rex Cristophorus tradidit Waldemaro[b] filio regis Abel ducatum cum vexillo apud Kalding. Bellum fuit Skelfiskør[15] inter regem Cristophorum et Heinricum Aemaelthorp[16]

1254. Innocentius papa IV.[i] Alexander papa consecratus. Iacobus fit archiepiscopus et Petrus Skiaelmsen[k] episcopus Roskildensis[17].

1256. Kothkarlae warae allae gallnae møth kylvaer[l, 18]. Wilhelmus imperator in Frisia obiit.

1257. Hakinus rex Norwegiae fuit in Dacia. Obiit Waldemarus[b] dux.

1258. rex Ericus ab ecclesia sancti Petri transfertur a Cristoforo, fratre suo, episcopo Nicolao[m] absente. Bellum fuit inter regem et rusticos[19]. Civitas Raepin iudicio Dei cum omnibus attinentiis periit.

1259. captus est Iacobus archiepiscopus Lundensis, et carceratus in castro Hakaen-
21 scogh[20]. Obiit Cristoforus Ripensis[21]. Post quem

113[n]. Ericus filius eius regnavit, qui multa mala fecit, ecclesias spoliando, laesis et

a) *ita haud dubie legendum*; sex *cod.* sexies *Lindenbr.* b) W. *cod.* b*) Stegit *Lind.* Stigi *Steph. Legendum autem est* Petrus Strangonis filius *Lang.* Strangeson *Vers.* c) trougae *cod.* c*) Holbech *Steph.* d) occupavit. Quid plura? *Lang. cui assentit Vers.* Rex — timuerunt *desunt Steph.* e) Copenhaven *Steph.* f) Clarauelle *cod.* g) obiit *redundat in cod.* g*) Gutmundsøn *Vers.* h) CXI. *cod.* i) obiit *deest.* k) Skielin scilicet *Lind.* l) galluae . . . kylnær *cod.* A. D. 1256—obiit *omisit Steph.* m) N. *cod.* n) CXII. *cod.*

1) *Eclipsis — obiit* Chron. Sialand. sive Ann. Lund. 2) 1244. *rex — Kalding* Chr. Sial. sive Ann. Lund. 3) 1245. *generale — Dacia* A. Lund. 4) 1246. *Iacobus — suum* A. Lund. 5) *Sora* . . . Chr. Sial. sive A. Lund. 6) Svendborg in Funia. 7) Qui secundum Annales Lundenses obiit anno 1249; 1248. *Haven — est* Chr. Sial. a. 1249; *Nicolaus — Claravalle* ibid. sive A. Lund. a. 1249. 8) Vide Ann. Hamburg. *Dux Abel — submersit* Chr. Sialand. 9) V. Ann. Hamburg. 10) *Dux — coronatus* Ann. Lund. 11) de Noerre Halland. 1251. *Frethericus — Nicolaus* Chr. Sial. 12) Quod a. D. 1250. factum est auctore Alberto Stadensi. 13) Eiderstedt. 14) 1252. *rex — archiepiscopus* Chr. Sial. sive A. Lund. 15) Skielskör in Selandia. 16) *Bellum — Aemelthorp* Chr. Sialand. 17) 1254. *Iacobus — Roskildensis* Chr. Sial. 18) Hoc est: *Rustici omnes clavis insaniebant.* V. Lang. h. l. Eadem fere verba Danica occurrunt in Annalibus minoribus Wisbyensibus h. a., unde fortasse coniici potest carmen aliquod de hac rusticorum rebellione talibus verbis incepisse. Chron. Sialand. h. a. *Rustici saevierunt in milites cum clavis;* similiter Annales Lundenses a. 1255. 19) sc. Kycaethorp (v. Chron. Sialand. h. a.) in Scania. *Bellum — rusticos* Chr. Sialand. 20) Hagenskov in Funia. 21) 1259. *captus — carceratus* Ann. Lund.; *obiit — Ripensis* Chr. Sial.

iniuriam passis iustitiam nullam faciendo. Monasteria quoque, quae patres eius per se et suos aedificaverant, per equos et canes miserabiliter attenuavit. Comites Halsatiae magnam partem ducatus vastaverunt. Iarmarus princeps Rianorum[a] magnam partem Syallandiae[a*] vastavit.

A. D. 1260. Iarmarus fecit stragem magnam rusticorum apud Naestwith[b. 1]. Qui etiam 1
eodem anno obiit. Olavus episcopus[2] occiditur. Dux Ericus, filius Abel regis, receptus est in ducatum.

1261. bellum fuit Lohethø inter regem Ericum, filium Cristofori, et Ericum ducem, filium Abel, in vigilia sancti Olavi, et contrita est pars regis, qui ibidem captus est cum Iul. 28.
matre sua Margareta regina[3].

1262. rex Ericus traditur marchionibus, regina liberata est[4]. Dux de Bruneswic fuit in Dacia[5]. Eclipsis solis fuit Nonas Augusti[6]. Episcopus Nicolaus[b*. 7] captus est.

1263. Iwarus Takisen[c] et Petrus[8] Fynsen[d] suspensi sunt. Episcopus Nicolaus[b*] liberatus est.

1264. rex Ericus venit de captivitate. Arwescogh[9] destruitur[10]. 10

1265. Clemens papa IV sedit. Iacobus archiepiscopus curiam adiit[11]. Obiit Nicolaus episcopus Sleswicensis. Electus est Bondo.

1266. venit Guydo cardinalis in Daciam[12] et excommunicavit[d*] regem et reginam. Byrger[e] dux Sueciae obiit[13].

1267. obiit domina Ingiborg[14] de Kalaøndborgh. Consecratus est episcopus Bondo.

1268. Iacobus archiepiscopus secundo curiam adiit. Castrum in Kalding aedificatum est[15]. Claustrum Løum[15*] igne periit.

1269. captus est Conradus, nepos Fretherici imperatoris, et decollatus est. Obiit Clemens papa[16]. 16

1270. vacabat sedes Romana. Eclipsis solis fuit in mane Laetare Ierusalem. Mart. 23.

1271. combusta est civitas Ripensis. Obiit Lodewicus rex Franciae. Domicellus Nicolaus[17] obiit[18].

1272. obiit dux Ericus, et redditus est ducatus Erico[f*] regi cum filio ducis. Andreas pincerna obiit[19]. Creatus est papa Gregorius[20], qui colligavit[g] ecclesiam. Eodem anno 12. Kalendas Septembris Teutonici occupaverunt civitatem Sleswik multitudine copiosa, et 6. Kalendas[21] quibusdam de exercitu amissis cum magno spolio et praeda pecorum diversi generis recesserunt[22]. Obiit Guydo cardinalis[23]. Obiit ducissa Margareta[24] in partu. 24

1273. obiit Øsgerus episcopus Ripensis. Obiit dominus Michael, abbas Ruris regis. Comes Rodulfus electus est in imperatorem[25].

1274. obiit Iacobus, archiepiscopus Lundensis. Generale consilium Lugduni celebratum est[26]. Et tota Graecia[27] ad fidem est conversa. 27

1275. duae turres ecclesiae sancti Petri in Sleswik corruerunt, et magna pars

a) Ruianorum *Lang.* a*) Syallandia *cod.* b) Naestwich *cod., hodie* Nestved *in Selandia australi.* b*) N. *cod.* c) Taki scilicet *Lindenbr.* d) Fyn scilicet *Lindenbr.* d*) et ex excommunicavit *cod.* e) Biggeer *cod.* f) *ita Lang.*; mare *cod.* f*) E. *cod.* g) calligavit *cod.*

1) *A. D. 1260. Iarmarus — Naestwich* Chr. Sialand. a. 1259. 2) sc. Olav Glob episcopus in Börglum in Iutia. 3) Cf. Annales Hamburg. h. a. 1261. *bellum — Lohethe; qui — regina* Chron. Sialand. sive A. Lund. 4) Cf. Annales Hamburg. h. a. 5) *Regina — est* Chr. Sial.; *Dux — Dacia* A. Lund. 6) Haec eclipsis facta est a. 1263, ut recte referunt Annales Wisbyenses h. a. 7) sc. Slesvicensis anno 1261. 8) *Petrus* sq. A. Lund. 9) in Fonia in Salling Herred et parochia Oster-Haesinge. 10) *A. 1264. rex — destruitur* Chr. Sial. 11) *Iacobus — adiit* Ann. Lund. 12) Teste Suhm Historie af Danmark X, 981. h. a. Kalend. Augusti fuit Roskildae, qui Sleswicae d. 29. Septembris dedit regi mandatum, minatus interdictum, si ille mandatum non perfecisset. 13) Obiit d. Oct. 1. hoc a.; 1266. *venit — Daciam* Chr. Sial. sive A. Lund.; *Byrger — obiit* A. Lund. 14) 1267. *obiit — Ingeborg* Chr. Sial. 15) *Castrum — est* Chr. Sial. 15*) V. ad a. 1172. 16) Obiit a. 1268. Nov. 29. 17) comes Hallandiae. *Lang.* 18) *Domicellus — obiit* Chron. Sial. 19) *Andreas — obiit* Chron. Sialand. 1270. 20) Electus est a. 1271. Sept. 1. 21) sc. Septembris, neque vero *Octobris*, id quod supplevit Detmarus in Chronico Lubicensi h. a., cum haec in vernaculum sermonem verteret. 22) V. Histor. archiepiscoporum Bremensium l. l. p. 14 et Ann. Lubicenses h. a. 23) Obiit Guido d. Mai. 20. h. a. 24) coniux Erici ducis, quem hoc anno mortuum esse modo retulit annalista. 25) *Comes — imperatorem* Chr. Sialand. 26) *Generale — est* Chr. Sialand. 27) ecclesia Graeca. De his vide quae in praefatione pag. 388 egimus.

1 eiusdem ecclesiae. Obiit dominus Iohannes abbas[1]. Cardinalis[a, 1*] relaxatum est interdictum per regnum Daciae[2]. Expeditio facta est ad Sweciam, et victi sunt Sweni[b].

1276. obiit Ørlandus, archiepiscopus electus Lundensis, et successit Thrugotus IX.[b*] archiepiscopus. Obiit papa Gregorius[3]. Innocentius sedit[4]. Post quem Ottobonus sedit quinque septimanis[5]. Ericus dux Sueciae obiit. Waldemarus rex[c] Sueciae exulavit[c*] in Dacia cum uxore et filiis[6].

1277. creatus est papa Iohannes XXI[7]. Obiit Petrus episcopus Roskildensis. Et Stigotus eligitur[8].

1278. rex Waldemarus[c] rediit ad Sueciam, filio pro obside relicto[9]. Obiit papa
10 Iohannes[10]

1279. domicellus Abel[11] et dux Albertus de Bruneswik obierunt.

1280. obiit Nicholaus papa III. Obiit Thrugotus archiepiscopus Lundensis, et successit Ioannes Droos X. Obiit Stigotus episcopus Roskildensis et successit Ynguarus.

1281. creatus est papa Martinus.

1282. obiit Bondo episcopus Sleswik. Electus est Iacobus. Maior ecclesia Roskyldensis succensa est. Lis oritur inter regem Ericum et principes.

1283. pax reformatur Warthingborg. Waldemarus[c] filius Erici ducis ducatum optinuit, et Iacobus comitiam[d, 12] Hallandiae. Iacobus episcopus Sleswicensis privavit monachos Ruris regis decimis, et eorundem nonnullos[d*] fecit verberari.

1284. conventus domus Ruris regis dispersus est.

1285. rex Ericus filius Cristofori captivavit Waldemarum[c] ducem Iutiae et eius dapiferum[13].

1286. dux Waldemarus[c] restituitur de captivitate. Rex Ericus[e] occisus est in lecto,
Nov. 22. in nocte sanctae Caeciliae[14] a suis, quos maxime dilexerat, inflictis sibi vulneribus 56. Obiit Iohannes episcopus Ottoniensis[e*]. Claustrum monialium[15] incensum est.

1287. convocato consilio regni, dux Waldemarus[a] recepit omnia, quae pater eius habuerat ante eum. Obiit Iacobus, tyrannus plus quam episcopus dicendus. Orta est magna
Mai. 25 dissensio inter meliores regni de morte regis. Eodem anno in pentecosten consilio celebrato generali in Nyborg, comes Iacobus, Stigotus[f] marscalcus, Petrus Iacobsen et alii plures potentiores regni ex communi omnium decreto vel addicti sunt pro morte regis et
16 proscripti; quos collegit Ericus rex Norwegiae in castro Kunøghøl[16]. Eodem tempore dux Waldemarus factus tutor regni. Eodem anno

114[g]. Ericus filius Erici regis, coronatur in die natalis Domini. Hic dictus Erik Menøwoet[h].

A. D. 1288. Stigotus marscalcus cum suis multa mala fecit in[i] Noriutia clamdestinis incursibus. Obiit domina Mechtildis[i*] regina. Dux Waldemarus[c] duxit filiam[17] ducis Saxoniae uxorem suam in Daciam, cum qua priori anno celebraverat nuptias in Molne. Sleswik
18 periit igne proprio[18], quam dux Waldemarus[c] muniri fecit in circuitu ex lignis, quae tulerat de castro Gottorph, et destrui fecit dictum[k] castrum Gottorph, quod pater eius, dux Ericus, sumptibus maximis aedificaverat, et erat quasi clavis et custodia totius Daciae. Castrum Almaethorp[l] destructum est[m].

a) cardinal(is) relaratum *cod.* cardinali relatam *Lind.* A cardinali relaxatum *conicit Lang.* b) Sueci- *Lind. Steph.* b*) II. *cod.* c) W. *cod.* c*) exultavit *cod.* d) comatiam *cod.* d*) nonnullos *addit Steph.* e) E. *cod.* e*) *em. Lang.* Orconensis *cod.* f) Sotigotus *cod., recte tamen infra.* g) CXVI *cod.* h) Menewort *cod.* i) *ita Lang.* egit in *Corner. Codex habet* ø, *quo verbum* obiit *semper in eo exprimitur.* i*) Mechteldis *cod.* k) dictum *deest edd.* l) *fortasse* Aemelthorp. *Suhm l. l. T. XI. p. 47.* m) *omnes editiones hic addunt verba:* Hactenus Ericus rex Daciae, *quae desunt manuscripto Hamburgensi.*

1) fortasse Ruris regii. 1*) Vide supra a. 1266. 2) Quod in concilio Lugdunensi factum esse videtur aut secundum eius statuta. 3) Gregorius X. obiit Ian. 1276. 4) Innocentius V. electus d. Ian. 21. obiit d. Iunii 22. 5) Ottobonus nomine Adrianus V. electus d. Iul. 12. obiit d. Aug. 18. 6) Quem cum uxore Sophia et filiis anno 1277 d. Septbr. 8. Havniae fuisse apparet ex diplomate eius h. a. dato in Urkundl. Geschichte der Hanse II. p. 110. 7) Iohannes XXI. electus est d. Sept. 13. a. 1276. 8) *Obiit — eligitur* Chr. Sial. 9) Cf Ann. Lubicenses a. 1275. 10) Obiit Iohannes XXI. d. Iulii 27. a. 1277. 11) 1279. *domicellus Abel obiit* Chr. Sial. 12) 1282. *pax — comitiam* additam. ad Chr. Sial. vetusta. 13) 1285. *rex — dapiferum* eadem. 14) *Rex — Caeciliae* eadem add. a. 1287. 15) sc. Slesvicense. Anno enim 1287. eleemosynae ad restaurandum hoc monasterium collectae sunt. Vide Westphalen T. III. p. 361. *Lang.* 16) Konghell, in confinio Norwegiae et Sueciae. 17) sc. filiam Iohannis; vid. Ann. Lubicenses h. a. 18) i. e. intra civitatem orto, neque vero immisso.

# ANNALES LUBICENSES[1]

## EDENTE V. CL. I. M. LAPPENBERG I. U. D.

REI PUBLICAE HAMBURGENSIS TABULARIO.

*In calce codicis membranacei Guelferbitani, quo continentur annales Stadenses, reperiuntur annales inde ab a.* 1264 *usque ad a.* 1324. *Descripti sunt foliis sedecim in binas columnas partitis manu simili qua pars libri Albertini posterior; quam tamen recentiorem fuisse, litterae aliquanto maiores atque minio minus tinctae evincunt, quod ex specimine scripturae, in tabula adiecto, cognoscas. Videtur haec codicis Guelferbitani pars non ita multum post a.* 1324 *scripta esse. Annales hice desinunt in linea undecima prioris columnae paginae ultimae; in cuius columna altera a manu multo recentiore inscripti sunt versus nonnulli. Quorum primus scriptus est ex adverso narrationis de electione Giselberti, episcopi Halberstadensis:*

Presule te stante, tibi melior non fuit ante.

*Aliquot lineis infra leguntur verba:*

Anno Domini millesimo quadringentesimo indictione VIII^a^.

*Ex adverso ultimae annalium lineae scriptus est hexameter:*

Ante Iesum duo CC minus uno milia quinque.

*Qui versus annum creationis mundi ante nativitatem Christi indicans, apud alios quoque historiographos v. c. Andream presbyterum Ratisbonensem legitur.*

*Alius annalium horum codex iam non extare videtur. Attamen, cum propter vitia quaedam a librario commissa*[2] *atque nomina quaedam omissa*[3] *negandum sit, autographum esse codicem nostrum, extitisse quondam alium verisimile est.*

*Editionem notis nonnullis, ad illustrandum auctorem valde utilibus, adiectis, curavit Andreas Hoier (postea historiographus Danicus et professor iuris in Havniensi universitate factus, qui scripsit historiam Friderici IV, regis Daniae, post mortem eius editam) Havniae* 1720. 4°; *permulta tamen ex codice perperam descripsit vel edidit*[4]. *Quare Franciscus Dominicus Haeberlin novam editionem curare habebat in animo*[5], *quae lucem non vidit.*

*Scriptor annalium nostrorum quonam tempore vixerit, non certo constat. Sed ex ipsa eorum, quae refert, indole apparet, plurima eum ipsum vidisse aut ab aliis, qui viderant, certiorem factum, retulisse. Neque quicquam deprehenditur in annalibus nostris, quo post a.* 1324 *eos scriptos esse evincatur. Auctorem Lubecae circa annum* 1324 *degisse inde colligendum, quod plurima affert, quae ad dioecesim et civitatem Lubicensem respiciunt*[6]. *Quod confirmatur etiam totius operis indole; haud facile enim quisquam alibi tam accuratam*

1) Sunt minoritae Lubicensis, ut videtur, ab a. 1264—1324, vulgo dicti continuatio Alberti Stadensis. 2) V. notas criticas ad a. 1312. 1314. 1315. 3) a. 1318 et 1324. 4) V. quae notavi in Archiv der Gesellsch. f. ältere Deutsche Gesch. T. VI. p. 547. 5) V. eius praef. ad analecta medii aevi a. 1764. edita. 6) V. ad a. 1320. 1321. 1324.

*rerum Scandinaviensium atque simul Germaniae septentrionalis notitiam parare sibi potuisset. Hoierus annales nostros vocavit* continuationem Alberti Stadensis. *Cuius annales apud minoritas Lubicenses non ignotos fuisse, ex iis, quae de codice Guelferbitano in praefatione, eisdem praemissa, diximus, apparet; neque a verisimilitudine abhorret, Alberti Stadensis librum annalium scriptori ad annales conscribendos ansam dedisse. Auctorem enim fuisse fratrem ordinis minoritarum, quae de iis ad a.* 1278 *et* 1298 *refert atque inculpatio contra Bernardum praedicatorem ad a.* 1313 *prolata, indicare videntur: quae suspicio confirmatur etiam ingenuo annalistae nostri de rebus ecclesiasticis gestisque paparum iudicio. Cum multa de rebus Flamingorum, praesertim Brugensium, favorabiliter narret atque in iis, quae de Gallis tradit, hostilem Flamingi contra eos animum prodat, fuisse eum suspicor inter clericos Flamingos, Parisiis litteris operam dantibus, quos Ludewicus rex a.* 1316 *amovit. Hinc accurata rerum Francicarum notitia, hinc voces quaedam Francogallicae interpositae derivandae sunt, cum annalistae nostri genus dicendi in universum ex Germania ortum esse eum prodat. Auctorem nostrum illis in partibus degisse inde quoque colligi potest, quod ad a.* 1308 *Francigenis titulum regum Romanorum derisorium factum esse refert.*

*Fidem auctori esse habendam in iis, quae tradit, ex notis nostris facile perspicietur: quamquam errores nonnulli corrigendi erant, sc. ad a.* 1266. 1290. 1294. 1302. 1303. 1304. 1305. 1307. 1308. 1309. 1311. 1312. 1315. 1316. 1318. 1321. *Neque cavit ab iterationibus quibusdam, v. ad. a.* 1290. 1291 *et* 1292, 1300 *et* 1302, 1303 *et* 1317, 1323 *et* 1324.

*De fontibus, qui inserviebant operi suo, nihil tradidit auctor ipse. Illud tamen in aperto est, eum in iis, quae ad res Germaniae septentrionalis non respiciunt, usque ad a.* 1274 *ex* Martini Poloni chronico *plurima hausisse, cuius nonnumquam ipsa verba repetiit, v. c. ad a.* 1268. *Forsan quoque continuationem quandam huius operis eamque Brugis concinnatam ante oculos habuit, consentit enim in pluribus cum continuatione a Suffrido Petro edita. Attamen in aliis magis etiam facit cum* Bernardi Guidonis *de summis pontificibus libro.*

Annales Ryenses *usque ad a.* 1288 *quin noster secutus sit, dubitari non potest, praesertim si anni* 1268. 1270. 1272. 1282. 1283 *et* 1288 *respiciuntur.*

*Valde credibile est, ante oculos eum etiamnunc habuisse antiquissimum illud* chronicon civitatis Lubecensis, *postea a Detmaro auctum et continuatum. Cui ea potissimum videtur debere, quae de rebus Lubicensibus refert ad a.* 1291. 1301. 1307 *etc. Cum vero illud chronicon hodie nobis incognitum sit atque deperditum esse videatur, ignoratur, utrum Detmarus, lector fratrum minorum Lubicensium, annales istos noverit, an omnia sua ex fontibus similibus quibus noster modo amplius modo brevius descripserit. Illud tacendum non videtur, Detmarum fere in omnibus, quae de rebus Gallicis et Flandricis dicta sunt, (paucis exceptis in fine a.* 1301) *cum nostro congruere, pleraque tamen, quae noster refert, omisisse. Neque praetermittendum est de rebus Lubicensibus hic illic nostrum plura proferre, quam Detmarum, veluti ad a.* 1317 *de annonae caritate Lubecae facta. Nonnulla, in quibus ambo dissentiunt, in notis commemorata sunt. In aliis auctor noster Detmaro accuratior et prolixior est, v. c. a.* 1273 *de Agnete Brandenburgensi,* 1276 *de Iohanne de Tralowe, episcopo Lubicensi,* 1312 *de Sophia de Rosenborch,* 1288 *de Petro Heseld,* 1303 *et* 1305 *de Thorkillo Knudsen, marescalco Sueciae. Nonnulla quoque omnino desunt apud Detmarum, v. c.* 1292 *de decanis Lubicensibus,*

1298 *de Henrico episcopo Revaliensi*, 1308 *de vindicta mortis regis Alberti*, 1323 *de comite Insulae suspenso*.

*Annales nostri historiographis serioris aetatis videntur fuisse ignoti. Cornerus et Crantzius eos non descripserunt, omnia enim, quae ex iis descripta videri possunt, ex Detmaro desumta sunt.*

A. D. 1264. obiit papa Urbanus et vacavit sedes mensibus 5. Cui successit papa Clemens IV, natus de Provincia, qui sedit annis 3, mensibus 9 et 21 diebus. Iste dicitur fuisse advocatus regis Franciae, et habuisse uxorem et pueros et de ipsius regis consilio electus fuisse [1].

Anno natalis Domini 1265, d. Agathae virginis [a], electus est papa Clemens [2]. Eo anno Febr. 5.
Iohannes dux de Luneborch duxit in uxorem sororem Gherardi [3], comitis Holtzatiae et Sco- 3
wemborch, factis nuptiis in Hamborch cum magna [b] sollempnitate. Isto anno Karolus rex per Urbanum papam vocatus Romam venit; destinatusque in Siciliam cum exercitu nichil profecit, et demum in Apulia Manfredum superavit et occidit [4].

A. D. 1266. papa misit quendam Guidonem cardinalem in Daciam, qui regem et reginam excommunicavit, ideo quod Iacobum archiepiscopum Lundensem captivaverunt [5]. Item Sarraceni ex Affrica venientes Hispaniam occupare nitebantur, de quibus illarum partium christiani, adunatis eis peregrinis cruce signatis, non sine magna sangwinis effusione triumphaverunt [6].

A. D. 1267. Item decanus Lubicensis Conradus [7], vir bonus, postquam clerum Lubicensem annis multis in magno honore rexisset, sublevata cruce in nocte paschae de sepulcro, sicut moris est in ecclesia Lubicensi, cum ad pedes crucifixi devotissime offerret flexis genibus orando, raptus est in agoniam, et cito ductus per canonicos ad dormitorium, in quo tunc temporis simul dormire consueverunt, feliciter exspiravit. Item soldanus Babiloniae vastata Armenia cepit Antiochiam famosam civitatem et occisis viris et mulieribus in solitudinem [c] redegit eandem [8].

A. D. 1268. comedes apparuit, quae ultra tres menses ea nocte, qua papa Clemens
obiit, disparuit [d] [9]. Ericus rex Danorum aedificavit castrum Coldinghe [10] contra Ericum Nov. 29/30
ducem Iutiae. Item Conradinus, nepos Frederici imperatoris, parvipendens excommunicationem papae, associatis multis Lombardis et Tuscis, venit Romam contra Karolum, quem papa fecit regem Siciliae; ubi cum imperiali more receptus fuisset, senator urbis Heinricus, frater regis Castellae [11], et plurimi Romani cum eo expeditionem contra Karolum
praedictum in Apuliam paraverunt [12]. Eodem anno in festo beati Andreae obiit papa 12
Clemens IV. [13]

A. D. 1269. Conradinus, nepos imperatoris Frederici secundi, in conflictu papae [14] per Karolum regem Apuliae captus et decollatus [15] est [16], quem honorifice vindicaverunt Fredericus rex Ceciliae [e] et frater eius Petrus rex Arragonum [f], quorum avus fuit praedictus Fredericus imperator, qui multiplicibus bellis contra papam et regem Franciae et regem Karolum postea triumphaverunt, inter quos ab eo tempore letale odium procreatum est. Nam partes videlicet Ghebelina et Ghelfa sese sunt mutuo postea persecuti.

A. D. 1270. vacabat sedes Romani pontificis. Eo anno fuit eclipsis solis in dominica
Laetare [17]. Mart 23.

A. D. 1271. obiit Lodewicus rex Franciae, qui multa bona in diebus suis operatus est [18]. Item papa Gregorius electus est prima die Septembris, et sedit a die suae coronationis usque
ad diem sui transitus de hoc mundo annis 4 et mensibus 4. [19] 19

a) A. natalis D. 1265. Ag. v. *Guelferb. cod.* b) *ita* G. maxima *Hoierus*. c) solicitudinem G. d) *verba* comedes — disparuit *in margine superiore col. alteri adscripta, perperam Hoierus in fine anni* 1266 *collocavit.* e) *leg.* Siciliae. f) Arrogonum *saepius* G.

1) Ex Martino Polono. 2) V. Bernardum Guidonis. 3) V. Annal. Hamburg. h. a.; dicta Lutgardis filia Gerhardi I et soror Gerhardi II, dicti Coeci. 4) Ex Martino Polono. Manfredus occisus est in pugna anno 1266 Febr. 26. 5) Conf. Ann. Ryenses ad a. 1259 et 1266. 6) Ex Martino Polono. 7) filius Berneri de Morilingen militis. V. Detmar. 8) Ex Martino Polono. 9) Ex eodem. 10) V. Ann. Ryenses h. a. 11) sc. Alfonsi X. 12) Ex Mart. Pol. 13) V. Bernardum Guidonis. 14) i. e. cum papa. 15) Decollatus est Conradinus d. 29. Octobr. a. 1268. 16) Ex Martino Polono. 17) ita et Ann. Ryenses. 18) V. Martin. Pol. Obiit anno 1270 Aug. 24. 19) V. Bernard. Guidonis.

20 A. D. 1272. Eo anno obiit dux Iutiae[20], cui successerunt filii eius Woldemarus et Ericus; qui cum essent minoris aetatis, multas a Danorum rege Erico oppressiones pertulerunt. Tamen sua misericordia[a] tandem optinuerunt, videlicet Woldemarus ducatum Iutiae[21], et Ericus frater eius dominium Langhlandiae; et effecti sunt Woldemarus largus, Ericus strennuus, et ambo sapientes et amabiles usque in finem vitae[22]. Eo anno Teotonici cum magno exercitu occupaverunt civitatem Sleswicensem, et terram rapinis et incendiis vastaverunt[23].

A. D. 1273. magna fames fuit in mundo, et duravit a quadragesima usque in autumpnum sequentem; et statim dedit Deus habundantiam frugum, ita quod siligo, quae solvebat[b] prius 5 sol., pro novem denariis quivis modius emebatur. Modius hordei qui solvebat[b] 3 sol., pro 9 denariis[24]; et modius avenae, qui solvebat[b] 2 sol., emebatur pro 6 denariis. Qua fame durante infinitus populus defecit. Eo anno electus est Rodolfus comes de Havekesborch in regem Romanorum[25]. Item Ericus Danorum rex, Christofori filius, duxit[26] in uxorem Agnetem, filiam marchionis de Brandenborch, sororem Ottonis marchionis cum thelo. et Hinrici marchionis dicti *ane land.* Item hoc tempore obiit Hildeboldus[27] archi-
28 episcopus Bremensis, nobilis[28], cui successit Ghiselbertus nobilis de Brunchorst, concorditer electus.

A. D. 1274. papa Gregorius celebravit generale consilium[c] Lugdunense et statuit, sibi dari decimam per ecclesiam universam in subsidium terrae sanctae[29].

A. D. 1275. Waldemarus rex Sweorum a regno suo depulsus est a Magno duce, fratre suo, et a potentioribus regni. Et fugatus es primo in Daciam[30]; deinde venit in Teotoniam in civitatem Lubicensem, ubi mansit per modicum tempus. Et dictus Magnus, frater eius, regno potitus, fratrem postea recepit ad gratiam et filium suum Woldemarum[31] obsidem pro pacis observantia accepit, qui multis annis in custodia servabatur. Tandem ut dimitteretur a carcere[d], oportuit ipsum renunciare sub praestito iuramento in sacris[e] reliquiis omni suo iuri, quod in regno habuit atque habere posset in futurum[32].

Anno natalis Domini 1276. 4. Idus Ianuarii, obiit papa Gregorius[33]; cui successit Innocentius, qui sedit 5 mensibus, statim postea obiit. Et electus est Adrianus VI[f], nomine vero cardinalis Otto bonus, natus de Ianua Teotonice[g], qui sedit 5 septimanis tantum[34], et dicitur, quod quidam cardinales sibi[h] invidentes per venenum ipsum interfecerint.

Item reverendus dominus Iohannes Lubicensis episcopus obiit anno pontificatus sui 17. Iste fuit de Tralowe genere militaris, sanctae[i] vitae, et a suis quibusdam canonicis, per eum propter eorum[k] rebellionem ab ecclesia et praebendis pluribus annis ammotis et privatis, multas persecutiones passus est. Quorum rebellium suorum[l] quidam fuerunt restituti, quidam vero perpetue privati manserunt. Unus autem rebellium Borchardus de Serkem sibi in episcopatu inmediate successit.

A. D. 1277. obiit papa Iohannes XXI; et vacavit sedes mensibus 6 et diebus 7. Iste in camera sua nova, quam Viterbii circa palatium construxerat, solus corruit, et inter lignum et lapidem collisus est[m][35].

36 A. D. 1278. Nota circa istud tempus disturbii inter clerum et populum Lubicensem[36] papa Nicholaus III sedit.

a) misericordia *G. quod Hoierus haud recte* iusticia *interpretatus est.* b) *sic pro* solvebatur, *id quod scripsit Hoierus.* c) *leg.* concilium. d) a carcere *omissum ab* H. e) in patris reliquiis H. f) *leg.* quintus. g) *forsan vox* nepos *hic excidit et pro* Teotonice *auctor scripserat* Innocentii. *Conf. Bernard. Guid.* h) sibi *deest apud* H. i) sanctae *omissum ab Hoiero.* k) eorum *omisit* H. l) *leg.* suis *sc. praebendis.* m) est *deest in* G.

20) Ericus. 21) V. Ann. Ryenses ad h. a. et ad a. 1283. 22) Woldemarus † a. 1312, Ericus a. 1310. 23) V. Ann. Ryenses h. a. *Teotonici*, i. e. comites Holsatiae. 24) secundum Detmarum 10 denariis. 25) Ex Martino Polono. 26) d. Nov. 11. 27) d. Oct. 11. 28) V Annales Hamburgenses ad a. 1258 ibique notata. 29) Cf. Bernard. Guidonis h. a. 30) Annales Ryenses rectius ut videtur ad a. 1276 haec referunt, ubi conf. notata. 31) Woldemari regis filius apud ceteros huius aevi scriptores semper vocatur Ericus. V. Annales regios Islandorum h. a. apud Langebek l. l. T. III. p. 114. Conf. Suhm, Historie af Danmark T. X. p. 132 sq. Lagerbring, Hist. Sueciae T. II. p. 539 sq. Torfaei Hist. Norvegiae T. IV. l. 8. 32) Rediit ad Sueciam a. 1278. V. Annales Ryenses h. a. 33) V. Bernard. Guid. 34) Ita etiam Ann. Ryenses. 35) Ex Martino Polono. 36) De hac controversia a fratribus minoribus orta conf. chartas plurimas inde ab a. 1277 usque ad a. 1282 in Leverkus Urkundenbuch des Bisthums Lübeck.

A. D. 1279. obiit Albertus dux de Brunswich, magnus, potens et sapiens. Unde versus:

*Post M, post duo C, post septuaginta novemque,*
*Al. Leo dux obiit, dum virgo puerpera scandit.*

Cuius[a] dominium possederunt filii eius, Hinricus, vir longus et fortis, minus gnarus[37], et Albertus, vir pingwis[38] et probus sed gulosus[39].

A. D. 1280. obiit papa Nicholaus III. Eodem tempore Philippus rex Franciae duxit immensum exercitum contra Petrum regem Arragoniae; et periit ipse rex Philippus[40] et 40
infiniti sui homines cum eo, tam in ore gladii, quam in fame. Cui in regno successit filius eius Philippus, homo magnae staturae et astutus.

A. D. 1281. creatus est papa Martinus, qui fuit cardinalis, proprio nomine vocatus Symon[41]. Iste Teotonicis multum invidebat.

A. D. 1282. magna gwerra fuit inter regem Danorum et nobiles sui regni, invicem[b] disceptantes[42].

A. D. 1283. facta est pax inter regem et suos principes ac nobiles regni; et Waldemarus ducis Erici filius, ducatum Iutiae, et Iacobus cometiam Hallandiae optinuerunt[43].

A. D. 1284. gwerra fuit inter regem Norwegiae et civitates Lubeke, Wysmar, Rotstoke[c], Stralessunt, Grypeswolt, Rigensem et Wisbicensem[d], quae contra ipsum regem et suum regnum conspiraverunt et navalem miserunt exercitum contra regem. Item incendium in Hamborch[44].

A. D. 1285. obiit papa Martinus. Ericus Danorum rex captivavit Woldemarum ducem Iutiae et eius dapiferum[45] Tukonem dictum Apelgard[e]. Item Magnus, rex Sweciae, tamquam arbiter concordavit Ericum regem Norwegiae cum civitatibus Teotoniae, scilicet Lubeke, Wysmar, Rotstoke, Stralessunt, Grypeswold, Riga, Wisby, Campen, Stoveren[46]. 46

A. D. 1286. Ericus Danorum rex in nocte beatae Caeciliae in suo lecto a suis fidelibus Nov. 22.
occiditur[47] causa suae incontinentiae, ut dicitur[f]; propter quod multi a regno depulsi sunt, et quidam postea sunt dampnati mala morte. Iste Ericus reliquit tres filios, scilicet Ericum, qui sibi successit in regno, necnon[g] Christophorum et Waldemarum.

A. D. 1287. in die natalis Christi coronatus est Ericus rex Danorum, filius Erici occisi[48]. Obiit papa Honorius.

A. D. 1288. Waldemarus rex dux Iutiae filiam Iohannis ducis Saxoniae, sibi priori anno nuptam, cum magna sollempnitate duxit in Daciam[49].

A. D. 1289. Agnes regina Danorum venit Schelveschore in Selandia cum magna multitudine contra Woldemarum ducem Iutiae pro placitis habendis. Et convenientibus ibidem nobilibus, facta est pugna inter homines reginae et homines ducis; et primo victus dux cum suis fugam cepit, sed tandem dux et sui audacia et viribus resumptis reginam et suos fugaverunt, quosdam vulneraverunt, quosdam occiderunt, et dapiferum, scilicet Petrum Heseld, captivaverunt et secum in Alsiam[h] in turri Sunderborch custodiae mancipaverunt[50].

A. D. 1290. magna gwerra fuit inter Lubicenses et vasallos ducis Saxoniae. Rodolphus, Romanorum rex, obiit; qui prius in conflictu occidit Odackerum regem Boemorum, et multa fecit magnalia in vita sua; fuit enim robustus usque in senectutem eius et sapiens[51], magnum habens nasum. Item castrum Stenborch aedificaverunt Lubicenses in medio ducatu Saxoniae[52]. 52

a) eius H. b) inter se H. c) *sic leg. pro* Rostoke. d) Rigenses et Wisbyenses H. e) de Apelgard H. f) ut dicitur *omissa ab* H. g) minorem H. h) *deesse videtur* abductum.

37) dictus „Mirabilis". 38) dictus „Pinguis"; quod cognomen ipse annalista Alberto indidit ad a. 1324. 39) Tertius filius Wilhelmus, dux de Braunschweig-Wolfenbüttel, hic ideo omissus esse videtur, quod post annum 1292, quo ille mortuus est, haec scripta sunt. 40) Philippus III Audax obiit febre maligna in expeditione Arragonica Perpignani 1285. *Hoier.* 41) V. Mart. Pol. et Ann. Ryenses. 42) Ex Ann. Ryensibus. 43) Ex iisdem. 44) sc. d. S. Cyriaci, d. Augusti 8, teste codice bibliae vetustissimo quondam capituli Hamburgensis. Cuius bibliothecae v. indic. (Hamburg 1784. 8.) p. 2. Conf. etiam Emonis et Monconis chron. continuatum a. 1280, rectius 1284. 45) V. Ann. Ryenses. 46) V. documenta impressa et allegata in Urkundl. Geschichte der Deutschen Hanse h. a. 47) Ex Ann. Ryensibus. 48) Indidem. 49) Indidem. 50) Conf. Chron. Dan. 936—1317. h. a. apud Langebek SS. rer. Dan. T. II. p. 175. P. Heseld in charta Erici regis Daniae, d. Kallundborgh 1289 April. 28 (apud Noodt Beiträge T. I. p. 170), inter testes recensetur. Conf. quoque Suhm l. l. T. XI. p. 51—61. 51) Conf. Martin. Polon. contin. ad a. 1273, qui etiam Rudolphi mortem male refert ad a. 1290. Obiit ille 1291 Iul. 15. 52) in ducatu Lauenburg, par. Nusse.

53 A. D. 1291. Rodulphus, Romanorum rex, obiit[53]. Adolfus comes de Assowe[54] factus est Romanorum rex. Iste postquam in regem promotus est, infinitam pecuniam accepit ab Edwardo, rege Anglorum, ut sibi ferret auxilium contra regem Francorum, propter quod principes Alemaniae, ipsum stipendiarium nominantes, odire eum et tandem graviter persequi coeperunt. Item Otto dux de Luneborch nec non comites Holtzatiae et Nicholaus, comes Zwerin, composuerunt odiosam gwerram, quae vertebatur inter ducem Saxoniae et eorum vasallos ex una, et nobiles dominos Sclavorum et civitates Slaviae, necnon[a] civitatem Lubicensem parte ex altera. Cui videlicet civitati Lubicensi dicti principes nobiles et civitates Slaviae conspirati adhaeserunt propter quendam raptorem de ducatu Saxoniae, virum de magna parentela natum[55], quem cives Lubicenses pro rapina suspendi fecerunt. In qua compositione[56] fuit placitatum, quod novem munitiones sitae in ducatu Saxoniae funditus destruerentur et solo aequarentur, scilicet Weninghe[57], Walrowe[58], Clokestorpe[59], Karlowe[60], Mustin[61], Duzowe[b, 62], Slawekestorpe[63], Linowe[64] et Nannedorpe[65]. Eodem anno in vigilia
Oct. 8. Dyonisii occisus est nobilis dominus Hinricus de Werle a propriis filiis.

A. D. 1292. obiit papa Nicholaus. Obiit dominus Iohannes Livo, decanus Lubicensis, cui Iohannes de Bocholte successit. Adolphus, comes de Assowe, in Romanorum regem
66 eligitur[66].

A. D. 1293. mortuo Nicholao IV, successit sibi Coelestinus[67] papa, qui prius Petrus de Murra appellatus, homo simplex et iustus, in heremo inclusus degebat, et propter partes cardinalium, invicem disceptantes, ipse vocatus a collegio cardinalium in Romanum pontificem est electus, et vixit in magna simplicitate tempore sui papatus.

A. D. 1294. Ericus, rex Danorum, et Cristophorus frater eius fecerunt captivari Iohannem Grand, Lundensem archiepiscopum, eum diris vinculis mancipantes. Qui cum fere per annum esset graviter detentus, liberatus est[68] auxilio unius famuli, cuius erat custodiae deputatus; et statim cum libertate ivit ad curiam Romanam, conquerens domino papae de violentia sibi facta. Propter quod dominus papa misit in Daciam quendam Ysarnum legatum suum pro reconciliatione regis et dicti archiepiscopi.

A. D. 1295. sedit papa Bonifacius VIII. Dicitur pro certo, quod iste, cum esset cardinalis, vir astutus videns magnam simplicitatem Coelestini papae, quadam callida subtilitate eum induxerit, ut papatum renunciaret. Et quia cardinales, scilicet de domo Ursinorum et de domo Columpnensium et ipsius partibus adhaerentes scivit discordes, utrique parti occulte promisit, si eum promoverent ad pontificatum, ipse fovere et sublimare intenderet partem contra partem, quod ad effectum perduxit. Nam pars Columpnensium in hoc seducta, statim cum pontificatum suscepisset, cardinalatus dignitate privata est, et civitates et munitiones suae per eum postea fuerunt odiose dirutae. Iste Bonifacius fecit librum sextum decretalium. Ipse etiam in favorem Philippi regis Franciae avum eius Lodewicum regem canonizavit[69].

A. D. 1296. Otto dux Stetinensis duxit in uxorem filiam Gherardi comitis Holtzatiae,
April 1. celebratis nuptiis in Travenemunde octo diebus post pascha.

A. D. 1297. conflictus fuit inter Adolfum Romanorum regem et Albertum ducem Au-
70 striae, filium regis Rudolfi, in quo rex Adolfus occisus est[70]. Et principes regni praedictum

a) imo H. b) Butzowe H.

53) Mortuus est Rudolfus rex d. Iul. 15. h. a. 54) Ita coaevi scriptores subinde scripserunt. Chron. principum ap. Leibn. T. III. p. 430. a. 1292. *Greve Adolff van Assewe. Hoier*. V. infra ad a. 1292. 55) sc. clientem Hermanni Ribe militis, tutoris ducum Saxoniae, a quo castrum Riepenburg in territorio Lubeco-Hamburgensi iuxta Albiam nomen tenet. 56) Data ann. 1291. d. SS. Fabiani et Sebastiani. Exstat apud Heinze Samml. z. Gesch. u. Staatswissenschaft T. I. p. 270. 57) Wehningen in praefectura Dömitz. Cf. Vaterl. Arch. f. d. Hztb. Lauenburg, Bd. I. H. 2. 58) apud fluvium Walrowe, qui nunc Rognitz vocatur, in terminis terrae Wahningen. 59) in parochia Karlowe. 60) villa paroch. in territorio Meklenburgensi. 61) villa paroch. in Saxo-Lauenb. 62) in parochia Mustin, sed territorio Meklenburgensi. 63) Schlagsdorf, villa parochialis in eodem. 64) in parochia Saxo-Lauenburgica Sandesneben. 65) in confinio Holsatiae, non procul a villa Sprenghe, par. Eichede. Omittitur a nostro Burchardestorpe, hodie Borstorf par. Breitenfelde in ducatu Lauenb. 66) Electus hoc anno Maii 5. 67) Coelestinus V, prius Petrus de Murone, electus 1294. Non. Iul. abdicatus eodem anno Idibus Dec., sedit mensibus 5, diebus 7. V. Martin. Polon., quocum in ceteris noster hic quoque congruit. 68) Captus est a. 1294 fer. 6. a. dominicam Palmarum; evasit de turri Syoburgh a. 1195 nocte proxima p. d. Luciae. V. Chron. Dan. a. 936—1317. Histor. archiep. Bremensium. 69) Cf. ad ea, quae inde a verbis *Nam pars Columpnensium* cett., refert continuator Mart. Poloni. 70) Albertus obiit a. 1298 Iul. 2.

Albertum ducem in Romanorum regem elegerunt; quem papa Bonifacius confirmare noluit, licet concorditer fuerit electus et Aquis inunctus et coronatus, sicut moris est. Tamen potenter regnum optinuit, donec non dudum postea, cum papa et rex Franciae discordias moverent; tunc papa timens fecit reconsiliationem cum rege Romanorum[71]. Item eo tempore obiit Albertus, dux Saxoniae[72]. Item Ericus, rex Danorum, duxit in uxorem probam dominam Ingeburgem, sororem Birgeri, regis Sweorum[73]. Cometes apparuit.

A. D. 1298. Hinricus dominus Magnopolensis, qui a soldano Babiloniae captivatus et detentus erat plus quam 26 annis, perdita tota familia sua, liber dimissus est a soldano cum uno solo famulo suo Martino[74]; qui tempore, quo esset dominus eius in diligenti custodia seratus, didicit contexere pannos sericos et totum pretium, quod a paganis deservivit, pro dicti sui domini exposuit nutrimento. Et venit ipse dominus Romae ad oscula pedum Bonifacii papae et, accepta ab eo benedictione, venit cum dicto suo famulo ad partes suas circa festum Bartholomaei [Aug. 24.], inveniens uxorem suam dominam Anastasiam, sororem Buxslai ducis Slavorum, adhuc vivam. Invenit etiam eius filium Hinricum, dominum Magnopolensem, in expeditione cum marchionibus et aliis principibus et nobilibus multis coram castro Glesyn[75], prope flumen Eldene fortissime aedificato a quodam Hermanno Riben, milite potente. Quod scilicet castrum cum difficultate expugnaverunt, et praedones multos in eo captos suspenderunt. Eodem anno dominus papa dedit cuidam fratri Hinrico ordinis minorum, viro bono et prudenti, episcopatum Revaliensem.

A. D. 1299. in dominica Laetare [Mart. 29.] Borchardus episcopus Lubicensis et eius canonici cum civibus eiusdem civitatis disceptantes pro quibusdam possessionibus et agris et terminorum distinctionibus, interdictum posuerunt in civitate[76]; propter quod populus effrenatus ad iracundiam concitatus, malis gratibus consulum[77], feria 6. post festum pentecostes [Iun. 12.] curiam episcopi in Coldenhove[78] incendio devastavit, necnon curias canonicorum et quorundam vicariorum in civitate penitus destruxit, raptis rebus inibi inventis. Et facta est inter amicos odiosa dissensio, durans multis annis. Eodem anno papa excommunicavit regem Danorum et fratrem Christophorum, subiciens totum regnum Daciae ecclesiastico interdicto, propter captivationem archiepiscopi Lundensis.

A. D. 1300. in penthecosten filius Alberti Romanorum regis[79] veniens Parisius duxit in uxorem sororem Philippi Crassi[80], regis Franciae, cum magna sollempnitate. Eodem anno Nicholaus dominus de Rotstocke ex instinctu quorundam vasallorum suorum religavit Erico, regi Danorum, civitatem Rotstocke et totam terram suam, et factus est homo regis, propter auxilium ab eo habendum contra marchiones Brandenburgenses, qui eum angariabant magnis gwerris, ideo quod in uxorem duxerat filiam Buxslai Slavorum principis, repudiata filia Alberti marchionis, sibi in uxorem promissa[81]. Propterea multiplicata sunt mala in terra Slavorum, quia[a] principes oderunt regem intrasse dictam terram.

A. D. 1301. Otto dux de Luneborch ex instinctu episcopi et canonicorum Lubicensium movens gwerras contra civitatem Lubeke et burgenses, misit magnum exercitum suae militiae melioris ante civitatem Lubicensem praedictam, qui in sequenti die beati Petri ad vincula [Aug. 2.] accepit magnam praedam in vaccis et iumentis. Propter quod advocatus civitatis, cognominatus Gallus[82], cum paucis satellitibus et burgensibus in equis, sed pluribus peditibus quasi inermibus velociter insecutus, irruit in hostes bene munitos prope villam Stubbendorpe[83]. Et in primo congressu praelii advocatus interfectus est, et cum eo pedites fere centum. Quidam de civibus ante hostem in quodam prato se continuerunt, qui hostibus magnum intulerunt periculum, interfectis et acceptis eorundem dextrariis et equis, quos ad civitatem duxerunt.

Eodem anno Philippus rex Francorum cum regina venit Brucgis in Flandriam, ad disponendum de Flandriae terra pro suae voluntatis libito[b]. Quem Flamingi cum maxima

a) qui H. b) lubito H.

71) Ex Martino Polono. 72) eius nominis secundus, elector et dux Saxoniae-Wittenberg. 73) filiam Magni Ladelaas. Ad praecedentem annum refert Chron. Sialandiae. *H.* Item Chron. Danor. a. 936—1317. 74) dicto Bleyer. V. Albert. de Bardewyk apud Grautoff Lübeck. Chroniken T. I. p. 414. 75) hodie Glaisin, villa haud procul distans a fluvio dicto *die Elde.* 76) Cf. chartas plurimas apud Leverkus l. l. ab a. 1299 Oct. 10. — 1317 Mai. 21, quo die relaxatum interdictum. V. infra h. a. 77) h. e. invitis consulibus, *malgré les bourguemaitres. H.* 78) iuxta flumen Swartowe, ubi Travenam influit, in parochia Rensefeld. 79) dux Rudolphus. 80) Blancam, filiam Philippi Pulchri, sororem Philippi Longi. *H.* 81) V. infra ad a. 1302. 82) vernacule *hane.* 83) in parochia Reinfeld.

reverentia et sollempnitate receperunt, inclinati magis ad ipsum regem, quam ad hereditarios suos dominos, comites Flandriae, Gwidonem et Robertum, filium eius primogenitum[a]; quos idem rex vocatos dolose ad sollempnitatem suae curiae cum filia dicti Gwidonis, 84 desponsata Edwardo regi Anglorum[84], virgine praecellentissimae pulcritudinis, fere 4 annis ante captivaverat et adhuc captivatos tenuit, suffocata praenotata filia comitis in veneno, quod in speciebus aromatice confectis coram regina Franciae, ut dicitur, sibi dabatur ad comedendum. Qua extincta dissoluta fuit amicitia inter regem Angliae et comitem Flandriae contracta. Cum autem dictus rex Franciae reverteretur in Franciam, populus in Brucgis motus furore contra potentiores eiusdem villae, quendam textorem Petrum dictum *Koninch*, hominem staturae brevis et despecti corporis, magni tamen consilii, capitaneum inter se statuerunt. Unde multae seditiones ortae sunt, et duraverunt postea per multos annos. Nam dictus populus dolens de sumptibus suis magnis, factis in honorifica receptione regis, imputaverunt scabinis et potentioribus suis hoc, quod rex sibi[b] nullum fecit subsidium, dicentes, ipsos scabinos hoc inpedivisse.

A. D. 1302. rex Franciae per quendam Wilhelmum de Longoreto[85] militem, valde litteratum virum in utroque iure, cooperantibus ad hoc cardinalibus de Columpna, captivari proditiose fecit papam Bonifacium in Agnania[86], scilicet urbe, in qua natus fuit, exeuntem tutum et nullum malum suspicantem[c]. Hii autem, qui ipsum ceperant, iacentem in terra in modum[d] crucis prostratum in suis indumentis pontificalibus et crucem, in qua erat lignum dominicum, pectori suo affixam[e], deducere eum commode non poterant, sed verberibus sibi[f] impositis semivivum reliquerunt. Et propter haec verbera in brevi postea fuit mortuus, et in Roma in pulcra tumba, quam antea in ecclesia beati Petri sibi parari fecit, honeste sepultus[87].

Item conflictus immensus fuit in Cortraco[88], ubi Flamingi, praecipue illi de Brucgis, circumquaque hostibus conclusi, praelium sunt aggressi et potiti incredibili victoria ex Altissimo proveniente. In quo praelio perierunt Godefridus[89], frater ducis Brabantiae, praepotens comes 90 Arracensis[90], comes Sancti Pauli, cum infinitis principibus, magnatibus et nobilibus aliis. De Flamingis autem paucissimi perierunt[91].

Eodem anno obiit reverenda domina Ingeburgis[f], mater Alberti, Iohannis et Erici, ducum Saxoniae, filia regis Sweorum[92]. Ipse etiam Albertus dux, eiusdem dominae Ingeburgis filius, duxit in uxorem dominam Margaretam[93], relictam regis de Kalys[94], filiam scilicet Alberti marchionis de Brandenborch, quae, ut praemittitur, desponsata erat Nicholao puero nobili de Rotstoke, et qui ea repudiata filiam Buxslai[95] principis Slavorum per instinctum quorundam vasallorum suorum duxit in uxorem. Marchiones de Brandenborch terram Slavorum multis gwerris angariaverunt[96]. Item eodem anno Birgerus, rex Sueorum, Magnum filium suum post se regem constituit et eum fecit coronari cum magna sollempnitate[97].

A. D. 1303. post Bonifacium[g] VIII sedit papa Benedictus vix per unum annum. Iste 98 fuit frater ordinis praedicatorum, et obiit in Perusio[98].

Item comites Holtzatiae quosdam milites suos de Bocwolde cum multis suis consanguineis et amicis de terra pepulerunt. Quos Albertus dux Saxoniae collegit, et congregato

a) primogenitum *omisit* H. b) ipsis H. c) suspicacem G. d) modo H. e) cruce . . . affixum H. f) ei H. f) Ingburgis G. g) post papam Bonifacium H.

84) Secundum pactum, a. 1298 Ian. 8. factum, Guidonis filia Philippa vel Isabella debebat Eduardo, postea regi huius nominis II, nubere, quod pactum annullatum est a papa Bonifacio VIII in favorem regis Franciae Philippi IV. filiae. Philippa dolose Parisios deducta ibique usque ad diem mortis 1306 m. Maio retenta; v. Ann. Gandenses, infra excussos, ex quibus accuratior rerum Flandrensium notitia petenda est. 85) Plerumque W. de Nogarito vocatur. 86) Anagni in territorio papali. Captivatus est d. 7. Septbr. 1303. 87) V. Mart. Polon. et Bernard. Guid. 88) Iul. 11. 89) frater Iohannis I, filius Heinrici III. 90) sc. Robertus II. 91) V. Mart. Polon. 92) Relicta Iohannis I. ducis Saxoniae † 1285, filia ducis Erici de Smaland † 1276 Sept. 10, fratris Waldemari et Magni Ladulaes. Obiit Ingeborgis d. Iun. 30. teste Calendario minoritarum Hamburgensium manuscripto. 93) Nomen uxoris Alberti vere fuisse Margaretam liquet ex documento Ludowici, regis Romanorum, d. d. 1314. 13. Kal. Ian. Moguntiae super eius dotalitio. Conf. chartam a. 1306 Novbr. 25. in Urkundl. Gesch. der Hanse T. II. p. 739. 94) scil. maioris Poloniae. Detmarus eum appellat Bolizslawum. 95) Margaretam, filiam Bogislavi IV, ducis Pomeraniae-Wolgast. 96) Eadem fere verba v. supra ad a. 1300. 97) Birgerum ipsum demum ann. 1302 fuisse coronatum, filium autem eius Magnum, infantem adhuc, successorem electum a. 1303 d. Iohann. bapt., docet Ericus Olai. Conf. etiam Lagerbring Svea Rikes Histor. T. II. p. 23. 98) Obiit a. 1304. Iul. 7.

cum eisdem magno exercitu scilicet 800 dextrariorum Holtzatiam intravit, eam incendiis, rapinis et exactionibus devastans. Et postquam in ea moratus fuisset fere 5 diebus, dux intelligens, comites Holtzatiae exercitum congregasse, terram exivit cum populo suo, deponens se prope villam Locwisch[99], super vadum transeuntem[a] Travenam, et comites cum 99 suis insecuti se deposuerunt[1] ex adverso; et sic iacentes singularibus litibus vires suas homines utriusque partis adinvicem saepius sunt experti. Tandem consules Lubicenses se interponentes suis placitis[2], fecerunt compositionem amicabilem inter eos, antequam de praedicto loco suos exercitus moverent. Eodem anno Otto comes de Ravensberche dedit marscalco Sweciae[b, 3] filiam suam in uxorem, quam Iacobus comes Hallandiae recepit in Lubeke, et in Sweciam honorifice per mare transduxit[4].

A. D. 1304. sedit papa Clemens V[5], qui fuit Bertrandus archiepiscopus Burdegalensis, 5 et electus in pontificem Romanum in odium regis Franciae, ideo quod cardinales sciverunt, regem Franciae fratrem dicti archiepiscopi et plures suos nepotes suspendio affecisse. Ipse autem, postquam Romanus pontifex factus est, immemor[c] obprobrii proximorum suorum, concors cum rege praedicto factus est; et in Lucduno consecratus sedit per paucos annos. Tenuit[d] in Burdegala et Pictaviae, terminis regis Franciae, donec ad consilium Viennense.

Item eodem anno obiit domina Agnes, uxor Gherardi comitis Holtzatiae, caeci postea effecti. Ista domina fuit mater Erici regis Danorum et Christophori ducis, postea regnantis[6]; necnon[e] mater Iohannis postea comitis Holzatiae a dicto comite Gherardo geniti. Idem etiam comes habuit adhuc duos alios filios a priore uxore, scilicet a filia Woldemari regis Sweciae[7] expulsi[8], genitos, scilicet Gherardum praepositum Lubicensem, subdyaconum, et Waldemarum laycum. Item eodem anno rex Danorum ab excommunicationis sententia auctoritate papae absolvitur et totum regnum eius ab interdicto in eo posito propter[f] captivationem Lundensis archiepiscopi.

A. D. 1305. Ericus et Waldemarus duces fratrem ipsorum Birgerum regem, et reginam Sweorum, sororem regis Danorum[9], captivaverunt[10]. Unde multa mala postea acciderunt. Eodem anno hiidem duces fecerunt marscalcum regis eiusdem decollari[11], cuius marscalci 11 filia nupta fuit dicto Erico duci[12]. Cumque eam sicut legitimam per aliquos annos habuisset uxorem, propter compaternitatem quandam, pro se allegatam, ipse dux fecit celebrari divortium inter ipsum et ipsam; ducens statim postea in uxorem filiam Haquini, regis Norwegiae. Et frater eius Woldemarus duxit eiusdem regni filiam, scilicet filiam Erici, quondam regis Norwegiae.

A. D. 1306. quidam milites Holtzatiae cum rusticis terrae eiusdem et cum Ditmarcis conspirationes et confoederationes fecerunt contra comites dominos suos, facto inter Ditmarcos et ipsos rusticos quodam capitaneo, cognominato *Biscop Pellez*, qui de conductu bonorum inter Lubeke et Hamborch traducendorum intromisit[g, 13], et multa alia, auxiliantibus quibusdam militaribus Holtzatiae, contra dominos comites temere attemptavit. Propter quod comites ab amicis suis optento auxilio, necnon exterarum gentium multitudine congregata, primo venerunt Utersten[14] contra Ditmarcos, de quibus ibidem multos occiderunt; 14 et apprehensum dictum eorum capitaneum equis alligatum primo trahi, postea rotari,

a) *leg.* transiens H. b) Suueciam G. c) immemores G. d) *videtur deesse:* curiam. e) imo H. f) ob H. g) intemisit H.

99) Rufus et Detmarus hanc villam rectius, ut videtur, Locfelde nominant, quae adhuc sita est in parochia Reinfeld in ripa Travenae.

1) i. e. castra metati sunt; conf. infra a. 1317.

2) *placitum* hoc loco est: Tractatio, arbitrium, interposita officia. *H.*

3) sc. Torchillo filio Canuti, de quo v. infra a. 1305.

4) Nuptiae a. 1303. c. S. Iohannis bapt. Stockholmis celebratae sunt. V. Ericum Olai et Hadorphs Svenske Rimkronik p. 74—77.

5) Clemens V. electus est a. 1305 Iun. 5.

6) relicta regis Erici Glipping, qui obiit a. 1286; nupta comiti Gerhardo a. 1293. V. Chron. Danic. a. 936—1317 ad a. 1286. 1293 et 1304. conf. etiam supra a. 1273 et infra a. 1314.

7) Cuius nuptiae celebratae sunt Lodosi 1275, 5. fer. p. fest. b. Nicolai, teste charta regis Waldemari in Lambecii Originib. Hamburg. h. a. Erico Olai dicitur Ingeburgis.

8) V. supra a. 1275.

9) Conf. supra a. 1297.

10) Capti sunt a. 1306. d. b. Michaelis. V. Annal. Lund. et Chron. Danic. 936—1317.

11) Quod contigit a. 1306 Februar. 6. vel 10, postquam captus fuerat d. Decembr. 6. anni praecedentis. Lagerbring Suea Rikes Hist. T. III. p. 35.

12) Uno ore Annales Danici, Suecici, Norwegici, praecipue Eric. Upsalensis lib. III. p. 90 affirmant, Christinam Torchilli Knutsen mareschalli Suecici filiam anno 1302 esse nuptam' duci Waldemaro (adde Messen. Scond. Illustr. p. 80. Hvitfeld. p. 327. Pontanum, Torfaeum), cum contra dux Ericus cum sorore regis Daniae fuisset desponsatus. *Hoier*.

13) Conductus inter Hamburgum et Lubecam inter bona comitum Holsatiae refertur in instrumento de divisione hereditatis eorum a. 1316, quod vide apud Suhm Historie af Danmark T. XI. p. 925.

14) Proelium apud Uetersen contigit Septembr. d. 8. v. Detmar.

tandem suspendi fecerunt. Quo facto milites et armigeros cum eis conspiratos de terra eiecerunt, bonis suis raptis et incendio devastatis. Qui ad civitatem Lubeke profugientes multis blandimentis consules eiusdem civitatis ad adiuvandum eos induxerunt, facta eis promissione, quod gwerris non deberent desistere, nisi turris in Travenemunde foret fun-
15 ditus destructa[15]. Et sic Lubicenses hiis se ingerentes dissentionibus contra comites Holtzatiae, habentes subsidio fere omnes principes et nobiles circumiacentium terrarum, — praeter Albertum Saxoniae[16] et Woldemarum Iutiae duces, — qui civitati Lubeke et dictis nobilibus expulsis adhaeserunt: accepta multa pecunia ab iisdem, et ipsi cives Holtzatiam nec non terram Magnapolensem devastaverunt incendiis, exactionibus et rapinis.

Comites vero cum principibus et nobilibus Slavorum et aliorum collecto exercitu, scilicet 1600 dextrariorum, venerunt ante civitatem[17] ad comburendum domos, in quibus lateres formantur. Quod minime potuerunt. Sed recesserunt, deponentes se cum exercitu iuxta[a] Zwartowe; ubi cum per 6 vel 7 dies mansissent, recesserunt nichil proficientes, sed in equis ipsis ablatis et mortificatis plura pericula deportantes.

Eodem anno[18] obiit Ghiselbertus archiepiscopus Bremensis, de Brunchorst nobilis et vir valens; qui sederat annis 33, mensibus 3, ebdomadis[b] 3 et diebus 3. Et facta fuit electio discors[19]. Nam una pars capituli Bremensis elegit praepositum Maghdeburgensem, virum nobilem de Welpia[19*]; pars altera elegit Florentium scolasticum Bremensem, fratruelem dicti Ghiselberti, archiepiscopi defuncti. Qui duo venientes ad Romanam curiam dudum litigaverunt, et tandem praeposito repatriante et modico supervivente, scolasticus in curia decessit. Sic papa ad ultimum providit Iohanni dicto Grand de archiepiscopatu Bremensi, ablato sibi archiepiscopatu Lundensi et Rigensi. Eodem anno Woldemarus dux
20 Iutiae, defuncta filia ducis Saxoniae[20], secundas nuptias celebravit cum filia Nicholai comitis de Wittenborch.

A. D. 1307. comites Holtzaciae de castro Travenemunde, et dominus Magnopolensis de castro, quod in Priwalke[c, 21] construxerat, et per submersionem quarundam navium nitebantur mercatoribus obstruere portum Travenae, quod tamen minime potuerunt. Nam Lubicenses statim in quadragesima resoluta glacie castrum in Priwalk expugnaverunt, et aliud castrum fortissimum construxerunt, ipsam insulam Priwalk sic munientes, ne hostes exercitui Lubicensi in ipsa insula iacenti et cum machinis multiplicibus castrum Travenemunde fortissime expugnanti quicquam possent nocere. Tandem Ericus, rex Danorum, convocatis principibus civitati Lubeke adhaerentibus et consulibus eiusdem civitatis ex una, et comitibus Holtzaciae et eorum cooperatoribus ex parte altera, in Imbria circa festum beati Iohannis baptistae compositionem fecit amicabilem inter eos; et factus est rex Danorum tutor civitatis ad certos annos[22].

Eodem anno idem rex Danorum cum magno exercitu intravit Sweciam ad ferendum regi Sweciae auxilium contra duces Sweorum, et parum profecit.

Item, Albertus Romanorum rex innumerabilem duxit exercitum in Boemiam contra regem Boemorum, et devastavit totam terram suam, nec non ipsum regem Boemorum Wenzslaum nomine compulit, ut se committeret gratiae suae.

23 A. D. 1308. defuncto[23] Bertoldo, episcopo Sleswicensi, concorditer electus et confirmatus ac consecratus est Iohannes de Bocholte, eiusdem ecclesiae canonicus, necnon Lubicensis ecclesiae decanus. Item Albertus, Romanorum rex, a quodam suo fratruele dolose interfectus est. Item Albertus dux Saxoniae in festo beati Iohannis baptistae miles
Nov. 1. factus est a rege Danorum, et in festo omnium sanctorum sequenti mortuus est, et sepultus in Raceborch.

Item comes Hinricus de Luczelenborch, procurante hoc fratre suo archiepiscopo Tre-
Nov. 25. virensi[24], in Frankenvorde in die beatae Katherinae[25] electus est in Romanorum regem, et

a) inter G. H. b) hebdomadibus H. c) Pruwalke H.

15) Confer pactum Lubicensium cum Hamburgensibus conventum de hac turri destruenda d. d. 1306. nativ. Iohann. baptist. in Urkundl. Gesch. d. Deutsch. Hanse. 16) V. foedus initum a ducibus Saxoniae cum civitate Lubicensi et iuratis Holsatiae d. d. 1306. S. Katharinae, ibid. p. 739. 17) 1307. m. Ianuar. v. Detmar. a. 1306. 18) 1306. Novbr. d. 17. Necrol. Hamburg. 19) De Hinrico de Goltorne hic omisso v. Histor. archiep. Bremens. 19*) sc. Bernardum. 20) V. supra a. 1288. et infra a. 1313. Illa Anastasia vocabatur. 21) hodie Priwall, terra castro Travemunde fere opposita in ripa territorii Meklenburgensis. 22) Cf. diploma a. 1307. Iun. 1. datum in Lüb. Urkundenbuch T. II. 23) 1307. d. 23. Dec. 24) Balduino. 25) rectius Novemb. 27.

in epiphania sequente Aquisgrani coronatus. Cuius auxilio vidua Alberti regis, sui praede- 1309.
cessoris, et sui filii mortem[a] eiusdem Alberti regis honeste vindicaverunt, necnon castra[a'] Ian. 6.
et oppida comitis de Wirtenberghe, foventis partem interfectoris[b] regis, expugnaverunt et quaedam penitus diruerunt. Eo tempore, quia reges Alemanniae minus aspirabant post Fredericum imperatorem ad habendum imperium, videbatur Francigenis derisorium, quod se scriberent reges Romanorum.

Eodem anno Philippus, rex Franciae, et Carolus frater eius et Edwardus, rex Angliae, cum omnibus praelatis Franciae, congregati apud papam in Pictavia, concordaverunt de condempnatione ordinis Templariorum, qui priori anno uno die per totam Franciam fuerant captivati, et postea cremati pro heresi, quam eis obiciebant.

Eo anno Hermannus marchio de Brandenborch cum Ottone marchione cum telo duxit exercitum in Slaviam, scilicet 4 milia dextrariorum, exceptis sagittariis et aliis expeditis satellitibus; et devastavit Slaviam, necnon castrum in flumine Eldene fortissime aedificavit[26], ibique in exercitu morte preventus est, relicto[c] uno solo filio Iohanne, ex filia Alberti Romanorum regis quondam nato. Extincto, ut dictum est, dicto Hermanno marchione marchio[d], cum telo duxit exercitum. Odiosa gwerra inter marchiones et dominos Slaviae sopita est. Et quia marchio cum telo modico supervixit, carens herede, eius principatus ad eius fratruelem Woldemarum devolutus est. Et post paucos annos castrum Eldeneborch, in flumine Eldene constructum, traditur in manus domini Magnapolensis.

Item eo anno obiit Woldemarus, filius Gherardi comitis Holtzaciae[27]. Obiit etiam 27
Adolfus comes de Segheberghe, vir pacificus et bonus, nullo relicto herede[28].

A. D. 1309. Clemens papa ad expeditionem ultramarinam[e] fecit per regiones praedicari crucem; propter quod diversarum nationum populus infinitus utriusque sexus, cruce signatus, putabat transfretare mare ad recuperandam terram[f]. Sed papa videns populum sine capite discurrentem, mandavit, quemlibet redire ad propria. Et sic evanuit illa expeditio. Papa vero annis paucis postea lapsis, pecuniam multam ad terram sanctam ubicumque oblatam fecit colligi et suis usibus deputari[29].

Eodem anno Danorum rex[30] auxilio principum et nobilium Teotonicae[g], maxime domini 30
Magnopolensis ivit cum 2500 dextrariis in expeditione contra duces Sweorum in Sweciam, ad ferendum regi Sweorum[31] auxilium. Et fuit gwerra inter ipsum regem Sweorum et dictos duces fratres suos sic sedata, quod rex tertiam partem et duces duas partes regni deberent possidere. Item eo anno fundatum est collegium in ecclesia Utinensi, in qua valens clericus Hermannus de Morum, cantor ecclesiae Lubicensis, pro certis personis fecit praebendas[32].

A. D. 1310. cives de Gripeswold, Stralessund, Rotstok, Wysmar confoederationes et pacta mutuo fecerunt[33], de quibus multa gwerrarum incommoda contigerunt. Lubicenses vero ipsis adhaerere noluerunt in causis regi Danorum contrariis, sed in aliis quibusdam causis, quibus non poterant supportari; quod ipsis Lubicensibus ad non modicum profectum devenit.

Eodem anno mense Septembri Hinricus, Romanorum rex, intravit Lombardiam. Et honeste ibidem receptus venit Mediolanum, et coronam unam imperii ab archiepiscopo suscepit ibidem[34]; quod illi de Modoecia[35] aegre tulerunt, quia olim apud eos imperator coronam talem suscipere consuevit.

A. D. 1311. papa Clemens V. consilium[b] generale celebravit in Vienna, et duravit a festo beati Michahelis usque ad natalem beati Iohannis baptistae[36]. 36

a) mortis G. a') necnon castra *omisit* H. b) eiusdem *invito codice addidit* H. c) *in manuscr. erat* relictis. *Hermannus autem II. praeter filium hunc Iohannem V. illustrem, 4 dicitur reliquisse filios, ut forte interciderit illarum commemoratio, vitio scribae omissa.* H. d) marchio *omisit* G. e) ultimam marinam H. f) *deest* sanctam. g) *leg.* Teotonie. h) *leg.* concilium.

26) Detmar h. a. *de Eldenborch, de oc Lubyze is geheten.* In praefectura Eldeneburg prope Lenzen. 27) Emortualis eius dies est SS. Petri et Pauli, Iun. 29. V. Necrolog. Hamb. 28) Obiit ante diem b. Mart. Nov. 11. V. Noodt, Beitr. zur Gesch. Holsteins. T. I. p. 446. 29) Confunduntur hic expeditio in terram sanctam anno 1309 facta, et ea, quae post concilium Viennense a. 1311 gesta sunt. V. Bernard. Guid. ad a. 1309 et Mart. Pol. cont. ad a. 1311. 30) Ericus Menved. 31) Birgero. 32) Chartam fundationis a Borchardo episcopo Lubicensi datam h. a. Iun. 1. vid. apud Leverkus, Urkundenbuch des Bisthums Lübeck. 33) V. chartam confoederationis h. a. in Urkundl. Gesch. d. Deutsch. Hanse. 34) V. Martin. Polon. contin. Coronatus est a. 1311 Ian. 6. 35) hodie Monza. 36) Sedit concilium inde a. d. Oct. 16. a. 1311 usque ad d. Maii 6. a. 1312, quem rectius noster diem beati Iohannis ante portam Latinam dixisset; cf. Bernardum Guidonis.

Item eodem anno Ericus Danorum rex, Woldemarus marchio Brandenburgensis et multi principes et nobiles, Rotstoke congregati, celeberrimam curiam celebrarunt. Et dictus Woldemarus ibidem factus est miles a dicto rege cum 20 principibus et comitibus et aliis 80 personis, per regem ob favorem eiusdem marchionis honoratis gloria militari, exceptis aliis militibus ab ipso rege et a singulis principibus et magnatibus ibidem factis, quorum numerus servari non potuit propter eorum multitudinem. In hac sollempnitate rex concitatus ad iracundiam per cives Rotstocenses, qui sibi et populo ad curiam congregato denegaverunt suae civitatis introitum, conspiravit cum principibus contra ipsos cives suos.

Eodem anno Hinricus Magnopolensis, defuncta sua prima coniuge, scilicet filia Alberti quondam marchionis, cum secundas nuptias suas cum sorore Rodolphi, ducis Saxoniae, sibi desponsata celebrare non posset in sua civitate Wysmar, renitentibus consulibus eiusdem civitatis, graviter indignatus est contra ipsos suos cives; et conspiratione facta cum rege praedicto et aliis principibus, inportunis gwerris infestavit civitates scilicet Wysmar, Rotstoke, Stralessunt et Gripeswold.

Eo anno mercatores civitatum Slaviae in nundinis Schonore exeuntes castrum Valsterbode et alia quaedam loca contigua vastaverunt incendiis et rapinis et quosdam Danos interfecerunt. Quo facto, principes nomine regis Danorum occupaverunt portum Warnemunde, duobus fortalitiis in eo constructis; et flumen Warnowe lapidibus impleverunt inter ipsa fortalitia et, interposito ponte, de uno fortalitio ad aliud flumen sicco pede transiverunt. Cumque hostium agmina recederent, cives ipsa fortalitia vallaverunt, et ad solum penitus diruerunt, turrimque ex lateribus fortissimam construxerunt in introitu portus ad resistendum, ne de cetero hostes portum occuparent[37].

A. D. 1312. in pentecosten Philippus, rex Franciae, cum suo genero Edwardo, rege Anglorum, sollempnem celebravit curiam Parisius. Et fecit[a] milites tres filios suos, scilicet Lodowicum, Philippum et Karolum, qui vicissim, defuncto patre, postmodum unus post alium regnarunt.

Eodem anno in nativitate beati Iohannis baptistae[38] Hinricus imperator consecratur cum gloriosa imperatrice apud Sanctum Iohannem Lateranensem, et hoc a cardinalibus a papa Romae destinatis. Quae imperatrix obiit in yeme sequenti et in Pisa sollempniter sepelitur.

Item eo anno rex Danorum, veniens Warnemunde, cum principibus turrim noviter constructam magno exercitu obsedit; et viri in ea obsessi alimentis sibi deficientibus, evasionis spem aliam non habentes salvis rebus et personis suis turrim regi tradiderunt, ex iussu quorundam consulum de Rotstoke, ut dicitur. De quo populus in Rotstoke provocatus traditionem consulibus obiciens, quosdam interfecit, et quosdam expulit de civitate; et steterunt cives in magna tribulatione. Rex vero captam turrim munivit muris et fossatis fortissimis; et fecit ex ea castrum excellentissimum, appositis dictae turri, in medio iacenti, quatuor aliis turribus in quatuor angulis dicti castri.

Eo anno post pascha obiit famosus et largissimus Woldemarus dux Iutiae, cui successit eius filius Ericus, de filia quondam Iohannis, ducis Saxoniae, procreatus. Eo etiam tempore defuncto Erico, domino Langlandiae[39], fratre Woldemari ducis praedicti, rex Danorum, Langlandiam occupans, asseruit eam vacasse coronae. Post paucos dies relicta dicti ducis Erici, nata de Rosenborch in finibus Hartici montis[40], invitata ad levandum filium regis Danorum[b] de sacro fonte baptismatis, regi placere cupiens sibi litteras quasdam tradidit in scrinio secreto sui mariti repertas. In quibus contra regem continebantur conspirationes potentiorum regni[c] militum, propter quas rex potentiores multos fecit decollari, rotari et puniri.

A. D. 1313. compositio facta est inter regem Danorum et civitates Slaviae. Item papa Clemens V canonizavit sanctum Petrum de Murra, qui olim fuit papa Coelestinus.

a) *deest* G. creavit H. b) *in codice manuscr. corrupte ita legitur:* inviata quasdam tradidit ad levandum filium Danorum de sacro *etc.* H. c) potentiorum regni *desunt* H.

37) Conf. Rostock. Chron. ab a. 1310—1314, vernaculo sermone script. ed. H. C. Schröter, et E. de Kirchberg chron. 38) Chron. Lubicensis rectius hic habet diem SS. Petri et Pauli (Iun. 29.). 39) Obierat a. 1310. v. Chron. Dan. an. 936—1317. h. a. et quidem post fer. 5. (Dec. 17.) a. S. Thomae, v. Hvitfeld Hist. Dan. T. I. p. 353. Conf. supra a. 1272. 40) Verisimile videtur, Sophiam fuisse filiam Burchardi VIII dicti de Rosenborg, burchgravii de Magdeburg, comitis de Mansfeld, nobilis domini de Querfurt. V. Hoieri disquisitionem b. l.

Et quia homo simplex, inductus, ut dicitur, per Bonifacium successorem eius, papatui renunciavit, ideo canonizatus est Petrus nomine proprio[a], et non[b] Coelestinus.

Item eo anno piissimus Hinricus imperator, tendens cum exercitu in Apuliam ad humiliandum Robertum regem, qui sibi cum parte Ghelforum ex instinctu papae et regis Franciae fuit rebellis, in itinere per quendam fratrem Bernardum ordinis praedicatorum[c] infidelissimum eius confessorem et secretarium, pecunia a Ghelfis corruptum in die assumptionis beatae Mariae, dum ad mensam Christi devotissime accederet, in sacra communione Aug. 15. intoxecatur, et in die beati Bartholomaei sequenti mortuus est; cuius corpus, in Pisa Aug. 24. ductum, sollempniter sepelitur. Quantus autem luctus et planctus fuerit Ghibelinorum et omnium imperio fidelium de sua morte, relatu est incredibile. Papa vero et Philippus Francorum rex, et qui Roberto regi et Ghelfis publice et occulte adhaerebant, formidantes, se posse humiliari per imperatoriam maiestatem, nimium gaudebant. Et dicitur, quod[d] omnino immunes non fuerint suae necis. Constat enim, papam fecisse processus iam publicandos contra ipsum imperatorem. Sed audita eius morte, omni indignatione sua oblita, in consistorio suo papa coram communi populo ipsum commendatum habuit, asserens, eum virum catholicum cecidisse. Quod non inmerito dicebat, quia fuit vir timens Deum, multa bonitate et strenuitate conspicuus, omnibus amabilis, exceptis imperio rebellibus, quos, ut decuit, domare inceperat bellis multiplicibus et triumphis. De isto imperatore dicitur certissime, quod statim post communionem sentiens veneni dolorem, finita missa vocato intoxecatori retulit occulte, si insultum populi vellet evadere, quod cito cederet ab eius oculis. Sicque salvatus impius venit Florentiam, ubi cum magna sollempnitate dicitur fuisse receptus a Ghelfis, data sibi pecunia infinita. Medici autem, et hii, qui ut pupillam oculi sui caes ris custodiam curaverunt, veneni sibi periculum imminere considerantes, suaserunt sibi, ut uteretur remedio, quo posset reicere venenum et salvari. Qua suasione audita respondit, se dominum Creatorem suum pura fide suscepisse, ipsumque ab eo numquam reiciendum et separandum. Qua in fide iste constantissimus diem clausit extremum.

Ante obitum eius circa festum paschae apparuit versus occidentem in Avinione, ubi papa sedem tenuit, cometes, scilicet stella caudam habens ad modum faculae ardentis, quae vera praesaga multorum futurorum[e]. Nam maiores mundi principes in brevi postea mortui sunt, imperator, papa et rex Franciae; multae etiam seditiones postea acciderunt. Nam Ghebelini, videlicet Teotonici et Ytalici imperii fideles, capitaneum habentes Canem de Verona, nobilem scilicet dominum dictum de Schala, Ghelfos aemulos imperii persecuti sunt, et multas eorum civitates et castra subverterunt, et multiplicibus bellis eos angariaverunt, in quibus raro Ghebelini, sed quasi frequenter Ghelfi victoriam perdiderunt.

Eodem tempore Gherardus[41], quondam praepositus Lubicensis, subdiaconus, duxit in 41 uxorem relictam Woldemari ducis Iutiae, filiam Nicholai comitis de Wittenborch.

A. D. 1314. circa festum purificationis beatae Mariae episcopus et capitulum cum Febr. 2. civibus Lubicensibus, facta inter eos amicabili compositione, ad curias et possessiones suas redierunt; suosque nuncios ex utraque parte concorditer miserunt ad Romanam curiam pro optinenda relaxatione interdicti, quam adhuc obtinere non poterant, quia sedis vacatio intervenit[42].

Item in die beati Gregorii rex Franciae Parisius fecit cremari in igne generalem magi- Mart. 12. strum et provincialem militum templi, quorum divitiae et potentia in oculis regis suspectae magis praesumuntur causasse ordinis condempnationem quam malitia, personis obiecta.

Item infra octavam paschae obiit papa Clemens V, et vacavit postea sedes in annum ter- p. Apr. 14. tium propter cardinalium discordiam[43]. Nam cardinales Ytalici laborarunt pro papa habendo 43 de parte sua, qui curiam ad Romanam urbem reduceret. Ceteri vero cardinales, Vascones, Francigenae et Provinciales, se illis valide opposuerunt. Et tandem familia cardinalium de Vasconia irrumpens in familiam Lumbardorum seu Ytalicorum magnam stragem commisit et rapinam, propter quod Lombardi, capta fuga, in locis tutis se deposuerunt, et ideo cito non poterant postea recolligi ad electionem papae. Item in octava praedicti festi Apr. 14

a) proposito H. b) non vero H. c) *verba uncinulis inclusa in cod. fere deleta sunt.* d) quo H. e) malorum H.

41) Gerardus IV de Schauenburg duxit Anastasiam. apud Chemnitium Vita com. Nicolai. 42) 1314.
Conf. supra ad a. 1304 et 1306. Pacta sponsalia Ian. 6. et Febr. 2. Leverkus l. l. atque Ann. Lubic.
et dotalitia d. a. 1313. Iul. 30. et 1314 Iul. 19. v. a. 1299 et 1317. 43) Cf. infra ad a. 1316.

uxores Lodowici, Philippi et Caroli, filiorum regis Franciae, in adulterio una nocte in uno
44 castro deprehenduntur. Unus[44] tamen eorum, motus sensu saniori, suae uxoris innocentiam affirmavit causa vitandae infamiae. Sed reliquorum duorum uxores inclusae carceribus fame et poenis, et duo milites apud eas deprehensi[45] crudelibus poenis sunt publice interempti. Huius deprehensionis auctrix fuit regina Angliae, filia regis Franciae[46], quae patrem duxit ad locum, in quo omnes condormierunt.

Eodem anno obiit prudens et strenuus Gherardus, comes Holtzatiae[47], caecus factus, qui in diebus suis comitatum eius honorifice gubernavit, et reliquit duos filios, Gherardum natum ex filia Woldemari regis Sweorum, et Iohannem natum ex sorore marchionis cum
48 telo, olim regina Danorum[48].

Nov. 29. Item in vigilia beati Andreae obiit Philippus rex Franciae, ut dicitur, in venatione[a] morte inprovisa.

Item eo tempore Lodowicus rex Bawariae, — per Maguntinensem et Treverensem archiepiscopos necnon ducem Saxoniae et marchionem Brandenborch, adhaerente eis rege Boemorum, filio Hinrici imperatoris[49] — et ex adverso Fredericus, dux Austriae, per Colo-
51 niensem archiepiscopum[50] et ducem Bawariae, fratrem praefati[a'] Lodowici electi[51], adhaerentibus hiis quibusdam principibus, scilicet Rodolfo, filio Alberti quondam ducis Saxoniae, et Hinrico marchione, dicto *ane land,* — in Romanorum reges discorditer sunt electi. Quorum electorum avus, Lodowici ex matre, et Frederici videlicet ex patre Alberto, Romanorum rege[b], fuit Rodulfus quondam rex Romanorum.

A. D. 1315. magna fuit fames in mundo, maxima tamen in episcopatibus, scilicet Rigensi, Osiliensi[c], Darbatensi[d] et Revaliensi[e] et in eorum confinibus. Et pro certo dicitur, quod quidam in hiis terminis propter famem nimiam[f] devoraverunt proprios suos pueros, et quidam famelici vivi intraverunt sepulcra, in quibusdam locis multitudini fame decedentium facta, ut in hiis morerentur et darent finem poenis suis. Fratres vero domus Teotonicorum multos suos homines salvarunt per amministrationem annonae habundantis reservatae in loculis castrorum suorum.

Item eo anno exorta est gwerra odiosa inter Woldemarum marchionem, qui solus toti marchiae dominabatur, ex una, adhaerentibus sibi Ottone et Wertizlao ducibus Stetinensibus, necnon Adolfo comite Holtzaciae, Iohanne domino de Werle, et civitatibus Stralessund, Gripeswold — et ex parte altera inter Ericum regem Danorum et suos cooperatores, scilicet Ericum ducem Saxoniae, Wizlaum principem Rugianorum, Gherardum et Iohannem comites Holtzatiae, Hinricum comitem Zwerin, et Hinricum dominum Magnapolensem, et quosdam alios, quos ipse dominus Magnapolensis nomine regis sicut ductor in omnibus expeditionibus faciendis gubernavit. Sed rex nulla sua gente seu infinita pecunia suam partem iuvabat[g].

Item in Augusto Adolphus comes Holtzatiae in castro suo Segheberghe in lecto suo, quo iacebat cum inclita eius coniuge, a suis vasallis, uno mane castrum dolo intrantibus, est
52 occisus, et comes Iohannes, pater eius, in curia sua Bramhorst[52] eodem tempore, sicut praeordinatum fuerat, captivatus est et ductus in castrum Kilense; de quo post tempus modicum evasit, et nesciens locum sibi tutiorem, pervenit Lubeke, ubi remansit[h], donec sui fideles cives Kilenses ipsum revocarent. Dominium eius Gherardus et Iohannes comites
53 inter se partiti sunt[53]. Sic nobilis iste non solum hoc dilecto eius perdito filio Adolpho[i],

a) in Auetione H. a') praedicti H. b) rege avus G. *vox* avus *hic perperam repetita a librario.* c) Olisiensi G. d) Darpatensi H. e) Reuakensi G. f) nimiam *omisit* H. g) Sed — iuvabat *desunt* H. h) permansit H. i) Adolpho *deest apud* H.

44) Philippus, postea V, rex Franciae. 45) ex familia d'Aunoy, dicti Philippus et Waltherus. 46) Isabella uxor Eduardi II. 47) Dies eius emortualis fuit Oct. 25. V. Necrolog. Hamburg. Chron. Lubecensis mortem eius refert ad a. 1312, sicut tabula sepulcralis comitum Holsatiae saeculo XV. confecta olim in cathedrali Hamburgensi. Ex confirmatione quoque privilegiorum civitati Heiligenhaven a comitibus Gerhardo et Iohanne a. 1313. dom. palm. data (apud Westphalen Mon. ined. T. IV. pag. 3213) colligere licet, patrem eorum comitem Gerhardum tunc temporis iam defunctum fuisse. 48) V. supra a. 1304. 49) Iohanne sc. 50) Henricum sc. 51) Rudolphum sc. 52) Sita erat in Wagria boreali in parochia Schönberg prope villam Wisch. Chartam ab eo ibi confectam h. a. Mart. 23. v. apud Westphalen Mon. ined. T. III. p. 578. Castri Bramhorst mentio fit in documento mox laudando anni 1316. 53) Instrumentum de hac divisione, confectum a. 1316. dominica Alleluia, v. apud Suhm Historie af Danmark T. XI, 925. Gerhardus ille III, Magnus dictus, filius erat Henrici I, Iohannes III, Largus, filius erat Gerhardi II.

sed etiam ante paucos annos perdito filio Christoforo, ex fenestra de castro Segheberch[54] quadam nocte cadente, vel eiecto, ut quidam aiunt, dominio et omni mundana gloria est orbatus; et vixit post filios paucis annis[55]. 55

Item ipso tempore Pisani cum satellitibus suis Teotonicis et Gebelinis ceteris fidelibus imperio famosissimam civitatem Lucanam expugnaverunt[56], omnemque thesaurum Ghelforum rapuerunt; quibus etiam Ghelfis expulsis manserunt in ea fidelissimi Ghibelini. Item eo anno Ludowicus, rex Franciae, fecit Parisius suspendi Engelramum[57], militem potentissimum; quem exosum habuit, quia supra omnes sui patris consiliarios ipse vir prudens patri quondam fuit secretissimus, regens totum quasi regnum. Idem etiam[a] rex plenus tyrannide, more patris intendens confusioni Flamingorum, cum infinita gente ivit contra eos; et cum magna confusione relicto exercitu reversus est Parisius[58], omnisque exercitus, sen- 58
tiens recessisse, fugam cepit post eum, relictis aulaeis[b] et bonis aliis; quae Flamingi cum laetitia rapuerunt.

A. D. 1316. in vigilia penthecostes Lodowicus, Francorum rex, Parisius fecit procla- Mai. 29.
mari expeditionem suam adversus[c] Flamingos, et omnes clericos Flamingos studentes Parisius praecepit ammoveri. Et congregata armatorum multitudine innumerabili, qua Flandriam intenderat sibi subiugare, Omnipotens, superborum oppressor, ipsum regem morte stravit in proximo festo sanctae Trinitatis. Cui frater eius Philippus successit, vir mansuetus. Iun. 6.

Item Gherardus, comes Holtzatiae, Gherardi Caeci filius, quondam Lubicensis praepositus, pro parata pecunia[59] vendidit fratri suo Iohanni totum suum dominium pro modico pretio[60], in respectum ad malorum quorundam instinctum; et cum sua uxore, filia comitis de Wittenborcn, intravit civitatem Lubicensem pro securitatis commoditate habenda, mansitque in ea, donec moreretur[61]. 61

Item post Clementem V. creatus est papa Iohannes[d] XXII. Qui post modicum ducem Kracoviae, cognomento Locket, imposita corona capiti suo, regem fecit ordinari Kracoviae et Poloniae[62], subiciens sibi principatus, regi Boemorum[63] subiectos; quod ipse rex Boemorum in suum praeiudicium factum, multum dicitur doluisse. Ipse vero rex Kracoviae pro optinenda regii nominis dignitate dicto papae infinitam dedit pecuniam, nec non omnes homines sui regni fecit aeternaliter censuales, isto modo videlicet, quod quivis homo quolibet anno unum denarium dare teneatur sedi apostolicae, quem denarium appellant denarium sancti Petri[64].

Item eo anno conflictus fuit prope villam Helle[65], non multum distantem de Nova 65
Brandenborch, in quo dominus Iohannes de Werle, adhaerens marchioni, et Hinricus, comes de Zwerin adhaerens domino Magnopolensi captivati cum multis militibus et armigeris hinc et inde; et post modicum sunt ambo isti domini liberati, dato uno pro reliquo.

Item in aestate eiusdem anni Ericus, dux Saxoniae, cum suo exercitu obsedit civitatem Stralessunt, confisus de subsidio, quod ipsum sequi putabat a principe Rugianorum et a domino Magnopolensi. Sed antequam sibi quisquam in subsidium veniret, cives Stralessundenses cum hominibus ducis Wartizlai, nocturno tempore occulte destinatis ad civitatem, uno mane irruerunt in exercitum ducis Saxoniae; ipsumque ducem cum multis suis vasallis ceperunt[66], et captivatum tradiderunt socero[67] suo Wartizlao duci, cuius sororem antea in brevi duxerat in uxorem[68]. Nec non ipse Wartizlaus ipsum generum suum captivatum 68

a) quoque H. b) *sic scribendum pro* aulis *quod habet* G. *Detmarus hic habet:* paulune *i. e. tentoria.* c) contra H. d) *nomen deest cod.*

54) In arce Kiloniensi id accidisse testantur Detmarus h. a. et Presbyter Bremens. cap. 18. et chronol. rerum Danic. 1188—1319, quam publici iuris feci in Michelsen et Asmussen Archiv II. a. 1296. 55) Iohannes II. obiit a. 1321. 56) Capta urbs est a. 1314. Iun. 14. ab Uguccione della Faggiuola. 57) Engerranum Marignium (Enguerrand de Marigny) comitem Longaevillae. 58) h. a. mense Septembri. 59) i. e. praesens, numerata pecunia. Teuton. *rede penninghe, baares Geld.* 60) Vide chartam Iun. 8. 1314. datam in Schlesw. Holst. Lauenb. Urkundensammlung II. p. 34. 61) Quem a. 1317. iam mortuum esse, testatur diploma h. a. datum. V. Leverkus l. l. Nr. 461. 62) Wladislav Lokietek coronatus a. 1320. 63) Iohanni sc. 64) Denarius S. Petri iam dudum a Casimiro I. pro alendis lampadibus Romae institutus, sed 1318. demum in singula capita exactus est, cum antea ex quavis familia non nisi 3 denarii solverentur. Dlugoss Hist. Pol. p. 965. *Hoier.* 65) in ducatu Meklenburg-Schwerin prope villam parochialem Möllen, haud distans a limite Strelitziensi. 66) d. Iun. 22. 67) Verbo *socer* et infra verbo *gener* hic utitur pro affini, qui in Histor. archiep. Brem. et alibi dicitur *swagerus.* 68) Nomen eius Elisabeth didicimus ex charta Erici ducis Saxon. d. d. Lowenburg. 1322. April. 18.

tradidit Woldemaro marchioni, qui ipsum fecit detineri, donec multa pecunia se libe-
69 raret[69].

Item in Augusto dominus Magnopolensis cum suis cooperatoribus intravit terram Woldemari marchionis cum octingentis dextrariis et multis peditibus. Quo intellecto, marchio, habens quingentos viros in dextrariis bene expeditos timensque suos hostes, non exspectando donec aliam multam gentem suam, per eius districtum vocatam, duceret ad praelium,
70 cum dictis quingentis viris in hostes festinanter irruit prope Granzoye[70]; et facta est pugna fortissima, in qua comes de Werningherode[71] et nobilis Burchardus[a] de Mansfelde, cum multis aliis marchioni adhaerentibus captivati sunt. Nec non ipse marchio captivatus erat, sed industres sui viri quidam ipsum de manu hostium eripuerunt. Ex adverso vero captivatus est domicellus Iohannes, comes Holtzatiae, frater regis Danorum, cum multis aliis. Praevaluit autem maior exercitus, scilicet domini Magnopolensis; quod actum est virtute peditum suorum, ut dicitur. Nobilis de Mansfelde traditus est hominibus Iohannis, comitis Holtzatiae, et comes Iohannes traditus est marchioni, qui eum detineri fecit, donec quasi coactus in uxorem duceret et sine dote et thesauro relictam marchionis Iohannis, videlicet filiam ducis Wartizlaviae[72].

A. D. 1317. in quadragesima obiit Borchardus Lubicensis episcopus, qui 40 annis et citra ecclesiae bene praefuit et strenue, si solum cum civibus Lubicensibus concordasset[73].

Eo tempore papa relaxavit interdictum, quod plus quam 18 annis erat positum in
74 civitate Lubicensi[74]; et reconsiliatis[75] per episcopum Raceburgensem cymiteriis violatis, resumpta sunt divina officia cum magna celebritate et gaudio cleri et populi in die beato-
Iul. 2. rum Processi et Martiniani martyrum. Hinricus[76] electus est[b].

Eodem tempore intollerabilis erat fames in Francia, Flandria, Hollandia, in partibus Reni, Westvaliae, Frisiae, Saxoniae; et fame perierunt homines infiniti, multaeque villae desolatae manserunt, quia homines aut fame moriebantur, aut relictis suis possessionibus cesserunt ad regiones extraneas; quorum infiniti declinarunt ad partes maritimas Saxoniae et Slaviae, mendicantes in civitatibus et villis, praecipue in civitate Lubicensi, ubi eleemosynis devotae gentis reficiebantur. Tamen multi[c] fame adeo devicti cum alimenta susciperent, expiraverunt. In nulla autem praedictarum partium erat locus, in quo tempus esset tollerabilius, quam in civitate Lubicensi, in qua modius siliginis solvebat sex solidos et citra, modius ordei 3 solidos, avenae duos solidos. Et non solum isto anno, sed annis pluribus ante solvebat annona in partibus Slaviae et Holtzatiae et partibus aliis vicinis circa
77 pretium praenotatum. Propter hanc karistiam[77], quae ante et post duravit fere 15 annis, et propter hominum seditiones[d] et pestilentias eo tempore perierunt et depauperati sunt multi divites et potentes.

Item in aestate huius anni Guncelinus comes de Wittenborch, vindicare cupiens miserabilem caedem sui avunculi[78] Adolphi comitis Holtzatiae, conspiratus cum Adolfo comite de Scowenborch et quibusdam Holtzatis, terram Holtzatiae cum quibusdam expeditis intravit prope Hamborch; et captivatus in turrim Segheberghe ductus est. Et post breves dies praedictus Adolfus de Scowenborch comes, habens quosdam Holtzatos sibi faventes et Ditmarcos cooperatores, cum 350 hominibus in dextrariis bene expeditis venit in Holtzatiam ad subiugandam illam. Quod cum Gherardus comes perciperet, congregatis de dominio suo et sui patruelis comitis Iohannis in dextrariis fere 300 viris multisque peditibus, se
79 deposuit[79] prope villam Bramstede. Ubi comes Adolfus insecutus, non curans expectare subsidium Ditmarcorum in vicino existentium, praelium nimis avide acgressus est. Et victoria

a) Burchgardus G. b) H. e. est *in margine adscripta sunt.* c) quidam H. d) ceditiones G.

69) A. 1319. datis 8000 marcarum argenti auctore Chronico Lubicensi Detmari ad a. 1316. liberatus est, sed ex diplomate, a. 1318. Oct. 16. Raceburgi dato ab ipso duce, iam tum liberatum fuisse eum constat. 70) Gransee, haud ita multum distans a Zehdnick iuxta Havelam. 71) Loco comitis de Wernigerode Detmarus habet comitem de Regenstein. 72) Catharinam, filiam Henrici Ferrei ducis Glogov. et Wratislav., viduam Iohannis V. illustris, marchionis Brandenburg. *H.* Conf. Detmarum h. a. 73) Conf. supra a. 1276. 1299. 1301. Obiit d. Mart. 13. 74) V. supra a. 1299 et 1314; cf. diplomata in Lüb. Urkundenb. II, 342 et 345. et apud Leverkus I. I. 460. datum a. 1317. Mai. 21. 75) h. e. lustratis. 76) sc. de Bocholte; de cuius electione in episcopum Lubicensem vide infra h. a. 77) i. e. annonae caritatem. *H.* 78) Ex hoc loco et ex Detmaro h. a., ubi comes Iohannes II, pater Adolphi, dicitur avus Gunzelini, colligi potest Gunzelini patrem Nicolaum I, comitem de Wittenburg, duxisse filiam comitis Iohannis. 79) Conf. supra a. 1303.

potitus est patruelis eius Gherardus comes virtute peditum suorum, qui multis in ipso bello occisis et captivatis dictum dominum Adolphum captivum duxit Segheberghe, deponens eum per tempus ibidem in turri ad comitem Guncelinum. Mane autem facto, Ditmarci, intelligentes comitem Gherardum triumphasse, cum forti multitudine hostes insecuti sunt velociter. Quod Holtzati videntes dimissa tota praeda fugierunt, qui potuerunt, qui non, in ore gladii perierunt[80]. Et Ditmarci, rapta praeda, ante civitatem Kilensem se deposuerunt 80 ad ferendum auxilium civibus ibidem, qui adhaeserunt fideliter comiti Iohanni, patri Adolphi occisi. Item Hinricus de Bocholte praepositus concorditer electus in episcopum consecratur in ecclesia sua cum magna sollempnitate in die beati Lucae euangelistae. Oct. 18.

A. D. 1318. Birgerus Sweorum rex ex instinctu reginae et suorum fidelium quorundam, qui postea quidam tracti, quidam rotati et quidam decollati fuerunt, fratres suos Ericum et Waldemarum illustres duces ad se vocatos et dolose captivatos in Nycopia sub fiducia pacis, in turri fame miserabiliter fecit mori[81]. Propter quod ut plures regni nobiles et vulgares mortem principum suorum dolentes regem cum regina a regno depulerunt, et[a] annis paucis supervixit[82]. Magnum quoque, primogenitum regis, qui coronatus patri in 82 regno succedere debuit, captivaverunt et decollaverunt[83]. Nec non Magnum, filium praedicti Erici ducis, regem fecerunt[84], puerum videlicet vix[b] habentem annos. Cuius ex parte matris avus fuit Haquinus Norwegiae rex, qui eodem anno[85] obiit sine herede; et regnum eius devolutum est ad eundem puerum, sicque uno anno duo optinuit regna.

A. D. 1319. obiit Woldemarus marchio Brandenborgensis absque prole; cui quidam puer successit, scilicet filius Hinrici marchionis dicti *ane land*. Quo etiam in brevi postea decedente, marchionatus eius imperio vacavit[86]. 86

Eo anno Gherardus et Iohannes comites Holtzaciae et dominus Hinricus Magnopolensis de diversis partibus Saxoniae, Westvaliae et Slaviae immensa congregata multitudine armatorum, expeditionem fecerunt in Ditmarciam; ubi terrae propugnaculis expugnatis, primo multos Ditmarcos sexus gemini interfecerunt. Altera autem die, scilicet in vigilia nativitatis beatae Mariae, turbae praedarum cupidae palustrem terram Ditmarcorum festinanter Sept. 7. intraverunt. Quarum timore quidam Ditmarci desperati fugientes se in Albia submerserunt, quidam in ore gladii perierunt ab hostibus. Sed quidam animati, considerantes hostes per artas vias intrasse, obsederunt loca sui exitus. Cumque hostes per directum accelerarent ad effugiendam terram, invenerunt fossatorum obstacula; in quibus corruentes armati cum equis, ab inermibus Ditmarcis maior pars exercitus est occisa cum nobilibus de Wunstorpe et . . . de Gutzecowe comitibus.

Eo tempore defuncta est inclita et devota domina Ingeburgis regina Daciae, quam rex inclusam fecit[c] teneri in custodia, habens eam, ut dicitur, suspectam ideo, quod scivit, aegre eam ferre miserabilem necem fratrum suorum, ducum Sweciae; ad quorum interfectionem ipse rex Danorum cum sorore sua regina Sweciae fertur consilium praestitisse. Qui scilicet rex Danorum Ericus non longe post circa festum beati Martini eodem scilicet c. d. Nov. 11. anno obiit, nulla relicta prole[87]. Cui in regno successit frater eius dux Christophorus, qui ab eodem suo fratre pro sua perfidia et malicia diu expulsus a regno, in Slavia apud socerum eius Wartizlaum ducem et apud alios principes in magna mendicitate degebat. Defuncto dicto Erico quidam Dani, praecipue Iuti, timentes feritatem Christophori, regem habere voluerunt Ericum ducem Sunderiucie[d, 88], quidam vero dictum Christophorum. Et 88 licet idem Ericus plures et potentiores principes et nobiles Theotoniae haberet adiutores, restitit tamen solus Iohannes, comes Holtzatiae, frater ipsius Christophori, ne quis dicto Erico via aquatica vel terrestri posset ferre subsidium. Sic tandem Christophorus plurimas gratias promittens sibi adhaerentibus regnum suscepit, et promissa minus postmodum

a) *aut* ut *aut* et *abundat.* b) *fortasse hic omissus est numerus* V, *nisi pro* vix *legendum est* V, *sicut Detmarus h. l. habet; Hoierus Ericum Olavi secutus legit* III. c) iussit H. d) Sundevitae H.

80) Cf. Detmarum h. a. et Presbyterum Bremensem cap. 18. 81) Mortui circa finem mensis Aprilis. 82) Mortuus est rex a. 1321. d. Mai. 31, in castro Holbeck, sepultus in ecclesia Ringstedt; uxor vero eius Margareta secundum tabulam Ringstadensem obiit a. 1341, Mart. 2. 83) anno 1320. Oct. 28. 84) 1319. Iun. 24. 85) anno 1319. 8. Id. Maii obiisse, docet Torfaeus Hist. Norweg. T. IV. p. 450. *H. eodem anno* i. e. infra anni spatium. 86) Woldemaro I. h. a. defuncto, successit Heinricus iunior, qui et ipse brevi post a. 1320. m. Septembri obiit. 87) Rex obiit die 13. Nov., regina Ingeburgis die Aug. 15. 88) Sønder-Iylland, Iutia australis.

servavit. Propter quod comes Iohannes, cupiens habere Imbriam sibi promissam, non longe post se opposuit dicto regi fratri suo.

Dec. 6. A. D. 1320. in nocte beati Nicholai[89] magna fuit tempestas et aquarum inundatio. Nam aqua in portu Travenae a solito suo statu crevisse dicebatur in altitudinem 7 cubitorum. Propter quod in Lubeke et in aliis locis et civitatibus maritimis in Slavia et alibi multa bona et similiter homines perierunt. Qua inundatione transacta, infra quindenam sequentem supervenit alia quaedam inundatio modico prima remissior.

Ian 6. A. D. 1321. circa epiphaniam Domini cives Lubicenses funditus destruxerunt fortissimam turrim in Travemunde, quam olim Woldemarus Danorum rex fecit aedificari. Iohan-
90 nes comes Holtzatiae accepta pecunia a dictis civibus[90] destructionem eius admisit, et promisit nullam munitionem super Travenam debere fieri de cetero in praeiudicium Lubeke; quod rex frater eius et alii nobiles occulte doluerunt. Item Gherardus comes Holtzatiae, volente sua sorore ducissa[91], sed dolente suo genero Iohanne duce Saxoniae[a] suam terram devastando, donec iuniori duci sororis suae filio, scilicet filio praefati Iohannis ducis assignaret quatuor parrochias suae terrae cum villis adiacentibus pro certa summa pecuniae redimendas.

Item papa et Robertus rex miserunt in Ytaliam infinitam gentem de Francia et Provincia et aliis terris collectam, contra Canem de Verona et Gebelinos expugnandos. Et parum profecit, immo maior pars gentis est occisa ab eisdem. Eodem tempore papa fecit dictum Robertum vicarium imperii in festo penthecostes in Avinione, ipso Roberto praesente.

Item rex Danorum fecit suspendi quosdam in Ymbria, quam[b] volebant tradere Iohanni comiti Holtzatiae.

Item Hinricus, dominus Magnopolensis, accepit per totum eius dominium de omnibus personis tam ecclesiasticis[c] quam secularibus, de villis, praediis et decimis earum proventus unius anni. Soli enim monachi de Reynevelde et de Dargun se sibi opposuerunt, et dampnorum suorum recompensas consecuti fuerunt per excommunicationum sententias, quibus eum et eius terras interdictionibus gravaverunt. Item Iohannes dux Saxoniae
92 Caecus obiit[92], relicto tantum uno filio Alberto.

A. D. 1322. in festo pentecostes rex Danorum fratrem suum Iohannem comitem Holtzatiae, sibi reconsiliatum, fecit militem cum magna sollempnitate. Et facta eodem tempore compositione inter regem et Hinricum dominum Magnopolensem ipse rex eidem contulit dominium terrae Rotstoke, quod potenter tamen tenuit, suis perpetuo hereditandum heredibus.

Item in vigilia beati Michahelis Lodowicus de Bawaria et Fredericus de Austria, ad
93 monarchiam Romanorum discorditer electi, magnum conflictum habuerunt[93]. Et praevalens Lodowicus, praefatum Fredericum et Hinricum fratrem eius ducem Austriae, exceptis occisis in bello, cum nobilibus et equitibus captivavit, citra 1400 in numero.

Eo anno Karolus, rex Franciae, duxit in uxorem filiam Hinrici imperatoris[94]; et Iohannes, Boemorum rex, frater sponsae, in sollempnitate illarum nuptiarum, factarum Parisius tanta largitate pecuniam hinc inde dando et consumendo dispersit ad honorem illius festi, quod expensae regis Franciae in comparatione illius modicae videbantur.

Item eo anno Hinricus, comes Zwerinensis, per vasallos Iohannis comitis Holtzatiae in Holtzatia captus est et detentus in Plone, donec pro sua redemptione daret multam
95 pecuniam[95] Ipse autem comes Iohannes huius facti fuit warandator.

1322. Nov. 30. —1323. c. d. Mart. 6. Item ipso anno a festo beati Andreae ad medium quadragesimae sequentis gelu fuit inauditum. Fuit enim inter Daciam et Slaviam et Imbriam totum mare Balticum congelatum, ita quod latrones, de Slavia intrantes, quasdam partes Daciae depraedarunt, et tabernae in medio maris in glacie pro transeuntibus factae fuerunt. Inter Norwegiam etiam, Angliam et Flandriam multae naves in medio maris congelatae fuerunt in glacie, ita quod

a) *hic verba quaedam exciderunt, v. c.* Ericum fratrem Iohannis compulit. *Conf. Detmarum h. a.* b) que *cod.* c) dominium tam omnibus personis ecclesiasticis *cett. cod.*

89) die S. Andreae (Nov. 30.) apud Detmarum. 90) V. chartas in Lüb. Urkundenbuch II, a. 1320. d. 22. Dec. datas. 91) Vocabatur Elisabeth, teste charta d. d. Molne 1324. feria 2. ante Ascension. Domini, asservata in tabul. Hamburgensi. 92) Obiit anno 1322. April. 22. teste calendario fratrum minorum Hamburg. 93) inter Mühldorf et Ampfingen. 94) Mariam sc. quam duxit Karolus IV. h. a. d. Sept. 21. 95) Quem dedisse 4000 marcarum Lubicensium Detmarus refert l. l.

mercatores ex navibus se mutuo visitabant, eundo per glaciem, pro solatiis habendis. Cum autem resolveretur glacies, fere omnes naves, quae declinaverunt ad partes australes, salvatae fuerunt; sed[a] quae versus aquilonem venerunt, paucae sunt salvatae.

Item in autumpno praecedente quidam miles de Swevia[b] Kanutus Porse, congregatis multis militibus et satellitibus[c] de Holtzatia et Slavia[d], intravit Schaniam et eam devastavit.

A. D. 1323. in vigilia circumcisionis Domini Hinricus Magnopolensis habito conflictu 1322.
contra Iohannem dominum de Werle iacentem in obsidione castri Scafaf[96], victoria potitus Dec. 31.
est. Item Nicholaus comes de Wittenborch obiit.

Item Lodowicus, Romanorum rex, dedit suo primogenito filio Lodowico marchionatum Brandenborch.

Item rex Franciae in odium Iohannis papae fecit affici suspendio quendam eius affinem,
quem fecit comitem Insulae[97]. Item Flamingi de Brugis populosum oppidum Sluse 97
funditus diruerunt, multis inibi occisis; et Iohannem de Ame[98], fratrem antiqui comitis Flandriae, in eo ceperunt, quem duxerunt Brucgis in carcerem, a quo postea subtiliter evasit.

Item papa et Robertus rex infinitos armatos miserunt ad obsidionem Mediolanensis
civitatis, quorum maior pars a Gebelinis interfecta est[99]. 99

Item fortissimum castrum Warnemunde, quod Ericus, rex Danorum, aedificaverat, a civibus Rotstockiensibus dirutum est, permittente Hinrico domino Magnopolensi, inducto ad hoc per eosdem cives magno munere pecuniarum.

Item papa, dolens Lodowicum regem Romanorum prosperari, destitutionis suae pri-
mum processum publicavit in vigilia beati Dionysii in publico consistorio suo. Oct. 8.

Item Christophorus, Danorum rex, cum multis navibus in portum Travenae venit se-
quenti die Lucae ewangelistae, putans Lodowicum Romanorum regem sibi debere occur- Oct. 19.
rere in Lubeke ad placitandum de matrimonio contrahendo inter ipsius Lodowici filium
iuvenem, videlicet marchionem, et filiam[1] ipsius Christophori. Sed ipso Lodowico non 1
veniente, rex Danorum, cum fere per quindenam plenus timore suae captivationis in Travena moram fecisset, nec exire navem ausus fuisset, tandem recessit, spe sua et laboribus frustratus.

A. D. 1324. in epiphania[e] Lodowicus Romanorum rex, defuncta prima sua uxore, Ian. 6.
secundas nuptias celebravit cum filia comitis Hollandiae, factis nuptiis in Colonia cum magna sollempnitate.

Item in quadragesima infinitus populus a papa et Roberto rege destinatus ad obsidio- Febr. 28.
nem civitatis Mediolanensis a Ghebelinis occisus est. Item papa odiosam sententiam Apr. 15.
excommunicationis tulit contra Lodowicum, electum in Romanorum regem. Ipse autem minus curans appellavit contra papam, et multas hereses et vituperia contra ipsum in appellatione descripsit.

Item Christophorus, Danorum rex, coronatus est, et filius eius Ericus[2]. 2

Item regina Franciae, filia quondam divi[f] imperatoris Hinrici[3], obiit sine prole.

Item obiit Albertus, nobilis de Anehald, episcopus Halverstadiensis. Et facta est discors electio; nam una pars capituli elegit quendam nobilem .... de Enendorpe[4], et alia pars elegit Albertum, filium ducis Alberti Pinguis de Brunswich, quem archiepiscopus Moguntinus confirmavit. Papa vero, ambarum personarum discordi electione cassata, de episcopatu ipse providit Ghiselberto, fratri Gerardi comitis Holtzatiae[5]. Quo non obstante, praefatus Albertus se intromisit de castris et civitatibus ac possessionibus, tenuitque
potenter totum episcopatum. Eodem anno obiit episcopus Mindensis[6], cui successit 6
Lodowicus, filius Ottonis ducis Luneburgensis.

a) *deest* earum. b) *leg.* Swecia. H. c) et satellitibus *omisit* H. d) de Slavia et Holtzatia H. e) in epiphania *omisit* H. f) domini H.

96) Detmarus: *dat hus to Vrederikesthorpe, geheten Schavaf.* Friedrichsdorf prope Neu-Bukow. 97) Cf. Willelmi Egmondani chronicon ad a. D. 1323. et Guillelmum de Nangis h. a. 98) vulgo Namen, Namur. 99) V. infra a. 1324. 1) Margaretam, quam anno sequenti in Vordingborg in matrimonium duxit Ludowicus. 2) d. Aug. 15. 3) Vide supra a. 1322. 4) Historia Alberti II. episcopi Halberstadensis eum vocat Ludovicum de Neindorff (Neuendorf) ad Brandenburgensem deinde praesulatum evectum. *H.* 5) filio Henrici I. et Helwigae de Brunchorst; canonicus Bremensis factus, mortuus est a. 1345. 6) Godofridus obiit d. S. Servatii, Mai. 13. v. Chron. episcoporum Mindensium.

# ANNALES SAXONICI.

*In codice Guelferbytano inter Gudianos Nr. 321. mbr. 8⁰. saec. XIII. exeuntis post Martinum Polonum eadem manu exarati leguntur annales, ab Adam ad a. 1273. usque per patriarchas, iudices, reges Iudaeorum, imperatores continuo calamo decurrentes ita, ut ad marginem non rarae notulae historicae adspergantur eodem calamo conscriptae. Annis* 919—1170. *nil omnino annotatur; abhinc vero annotatio adeo subito inscrescit, ut novum inde auctorem in eo quod noster excepit exemplari incepisse facile perspicias; nisi forte librarius noster multa ibi omisit, id quod saepius eum fecisse annorum numeri nunc sine notis relicti, nunc falsis annis appositi indicare videntur.*

***BETHMANN.***

Honor. Aug. Summa et Imago.

| A. M. | Homines | Genuit | Vixit | |
|---|---|---|---|---|
| 130. | Adam | 130. | 930 | Legitur Adam habuisse 30 filios et 30 filias post Cayn et Abel. |
| 235. | Seth | 105. | 911 | |
| 325. | Enos | 90. | 905 | *etc. usque Christum.* |
| A. C. | Imperatores | | Regnant | |
| 1. | Octavianus | | 56 | Regnum Egipti capitur. Bellum Punicum in Emath inter Antonium et Augustum. |
| 15. | Tyberius | | 24 | |
| 34. | . . . . . . . . | | . | Christus baptizatur. Iohannes decollatur. Pylatus preses Iudee mittitur *etc. usque* 767. |
| 767. | Leo | | 5 | Karolus regnat in Francia. |
| 776. | Constantinus | | 17 | Brema fundatur. Leo papa excecatur. |
| 781. | Yrena imperatrix | | 2 | Hic translatum est regnum ad Francos. |
| 788. | Karolus Magnus | | 14 | Saxones transferuntur in Franciam. |
| 796. | Lodewicus | | 26 | Rabanus claruit. Hildesheim et Corbeia fundantur. |
| 798. | Lotharius | | 36 | Normanni Franciam vastant. |
| 801. | Karolus Calvus | | 11 | Normanni expugnantur in Andernaco. |
| 888. | Arnulphus | | 12. | |
| 898. | Lodewicus | | 36 | Hic defecit progenies Carolorum. |
| 912. | Conradus | | 7 | Sub isto transfertur imperium ad Teutonicos. |
| 919. | Henricus Saxo | | 14 | Magedeburg construitur. |
| 937. | Octo magnus | | 38 | |
| 966. | | | | |
| 975. | Octo Rufus | | 9 | |
| 984. | Octo tercius | | 18 | |
| 1001. | Henricus secundus | | 21 | |
| 1027. | Conradus fatuus[a] | | 18 | |
| 1049[b]. | Henricus pius | | 16 | |
| 1057[b]. | Henricus niger | | 49 | |
| 1097. | | | | |
| 1106. | Henricus quintus | | 20 | |
| 1115. | | | | |
| 1126. | Lotharius Saxo | | 12 | |
| 1138. | Conradus | | 14 | |
| 1152. | Fredericus primus | | 34. | |
| 1162. | | | | |
| 1163. | | | | |

**1171.** Concilium Lateranense sub Alexandro. Ioachim claret. Fredericus imperator submergitur. Thomas Cantuariensis patitur.

**1177.**

a) *ita cod. per errorem pro* Francus. b) 0194 *et* 1570 *cod. cuius scriba non satis versatus fuisse videtur in usu numerorum Arabicorum quos adhibet, nam scribere voluit* 1049 *et* 1057.

1186. Iherusalem capitur a soldano. Fredericus submergitur. Nicholaus in Barum
transfertur.
1188. Henricus filius Frederici ducit Constanciam reginam, filiam Rogeri regis Sicilie.
1191. Henricus sextus 8.
1195. Fredericus iunior nascitur. 1194.
1198. Innocencius tercius eligitur. Homburg et Lubeke capitur a Woldemaro. Bern-
1201. hardus dux Saxonie obiit.
1208. Ordo predicatorum cepit.
1209. Octo de Bruneswich 9.
Pueri versus Iherusalem currunt. Octo vincitur in Francia. 1214.
1214. Concilium Lateranense sub Innocencio. 1215.
1215. Octo moritur in Harteburg. 1218.
1218. Peregrini Damiatam capiunt. Iherusalem destruitur. 1219.
1220. Fredericus secundus 30. Rex Dacie capitur.
1223. Filius imperatoris curiam tenet Barduvich. 1224.
1224. Lodewicus lantgravius Turingie in subsidium terre sancte transfretat. Fran- 1227.
ciscus obiit.
1226. Lodewicus lantgravius in Accon obiit. 1227.
1227. Imperator excommunicatur a Gregorio. 1228.
1228. Iherusalem traditur imperatori. 1229.
1229. Dux Bawarie[1] a sicario interficitur. 1231.
1231. Stedingi occiduntur. Imperator cum papa concordat. 1234.
1235. Imperator Moguncie curiam tenet. Beata Elyzabet canonizatur. Et ducatus de
Bruneswich de consensu principum imperii tunc incepit, primo duce Octone
tunc principe designato.
1237. Papa cum imperatore discordat.
1238. Tartari Ungariam vastant.
1240. Eclipsis solis in octava Michaelis. 1241. Oct. 6.
1244. Imperator deponitur. Concilium Lugdunense. 1245.
1245. Reges regnant. Lantgravius in regem eligitur. Dux Austrie 1246.
occiditur.
1246. Lantgravius obiit. 1247.
1248. Wilhelmus in regem eligitur 8. Aquis a Wilhelmo capitur, item Da- 1247. 1248.
1249. miata a rege Francie. Rex Francie a soldano capitur. Damiata perditur.
1250. Fredericus imperator obiit; et Ericus rex Dacie occiditur. Abel eligitur. Pasto-
res in Francia seviunt. Octo dux de Bruneswich obiit.
1251. Abel rex Dacie a Frisonibus occiditur in die Petri et Pauli. Cristoforus eligitur.
1252. Wilhelmus rex interfecit 52000 de Flandria. 1253.
1253. Dux Bawarie[2] uxorem suam[3] interficit, que fuit soror ducis[4] Brabancie. 1256.
1255. Wilhelmus rex a Frisonibus occiditur. 1256.
1257. Richardus Anglicus 14.
1259. Luna eclipsavit Martem in ortu aurore feria tertia post Lucie.
1261. Richardus Anglicus venit ad Renum et receptus est. 1262.
1262. Eclipsis solis in die beati Dominici, que tunc die dominica evenerat[5], et stetit 1263.
usque ad vesperas.
1263. Conflictus inter ducem de Bruneswich[6] et marchionem Misnensem habitus est 6
apud Venstede, in quo dux cum tota virtute sua captus est.
1264. Cometa visa est in vigilia Iacobi, et stetit per 27 dies. Iul. 24.
1265. Karolus pugnavit cum Menfredo, et occidit eum cum multis aliis apud Bene- 1266.
1266. ventum.
1268. Eclipsis solis in octavo gradu geminorum in die Urbani. Mai. 25.
1271. Rudolphus eligitur. 1273.

1) Ludewicus I. 2) Ludewicus II. dux Bav. sup. 3) Mariam. 4) Heinrici. 5) Dies beati Dominici (4. Aug.) incidit anno 1262. in feriam sextam, a. 1263. in sabbatum, a. 1264. in feriam secundam, eclipsis vero solis a. 1263. in diem 5. Augusti. 6) Albertum.

# NOTAE HANOVERANAE.

*Edidit eas anno* 1740. *Christianus Ulricus Grupen consul Hannoveranus in libro de originibus et antiquitatibus civitatis, alteram*[1] *ex membrana quadam veteri, alteram ex copiario*[2] *descriptam; nos autem priorem ex libro copiario antiquo civitatis membranaceo pag.* 9, *secundam ex veteri membrana iterum exscriptam sistimus beneficio V. Cl. et de re nostra optime meriti Caroli Ludowici Grotefend, tabularii regii Hannoverani.*

1297. Sept. 25. Anno Domini 1297. 7. Kalendas Octobris obierunt Volkmarus de Goddenstede et Hermannus de Dassle milites, necnon Henricus de Bredeleghe, Conradus de Empne, Daniel Broneke, Iohannes Rodeman, Iohannes servus Adolfi de Rintelen, Thidericus de Hildensem, Thidericus Kluchting, magister Henricus de Brunsvic, Iohannes Tilcappe, Albertus Snathorst, Iohannes de Dolghen et alii in universum 38 famuli et burgenses in Honovere, qui occisi sunt pro libertate et defensione civitatis nostre, quorum anime requiescant in pace, et dabitur stipa perpetue omni sexta feria ante festum nativitatis beati Ioannis baptiste[3].

Oct. 25. Anno Domini 1297. feria sexta ante festum Symonis et Iude isti promiserunt post dominum ducem civitati Honovere, compositionem et sonam[4] ordinatam inter ipsum et civitatem suam predictam ipsum inviolabiliter servaturum: Dominus Gerhardus comes de

1) pag. 136. 2) pag. 140. 3) Haec vox obscura quidem sed haud dubia nec *euangeliste* cum Grupenio legenda, quum liber memoriarum ab ipso p. 136 laudatus ita habeat: *Feria quinta ante festum Iohannis baptiste peragetur memoria dominorum Volcmari de Goddenstat militis et ceterorum interfectorum pro libertate oppidi Honoverensis, et scriptor consulatus dicti oppidi debet plebano 6 witte, tribus suis cappellanis cuilibet 2 albos, et vicariis Mauricii, Georgii, Berwardi, Katharine, apostolorum, Anne, Andree, Nicolai, crucis, Petri et Pauli, commendariis Mathei, Petri et Pauli, Nicolai, Georgii et nove commende Petri et Pauli, prime misse cuilibet 6 denarios, et cantanti quintis feriis corporis Christi totidem, custodi 6 albos pro luminibus et presentia.* 4) nobis *sühne*. Chartam Ottonis ducis a. 1297. die beati Severini confessoris, Coloniensis scilicet, igitur die Octobris 23. editam et a Grupenio p. 136 et a Scheidtio in Codice diplomatico iuris publici Brunsv. et Luneburgensis p. 758 vulgatam ex duobus authenticis, in tabulario civitatis Hannoveranae asservatis, iterum proferimus: *Dei gratia nos Otto dux de Bruneswic et Luneborch universis, ad quos presens scriptum pervenerit, volumus esse notum, quod super dissensione inter nos et civitatem nostram Honovere mota rectam et firmam compositionem ordinatam nos et heredes nostri dicte civitati volumus inviolabiliter observare, concedentes eidem civitati nostre ex gratia speciali, quod quicumque homo ob spem gratie ad ipsam venerit, vel bona sua illuc induxerit*[*], *is aut bona huiusmodi liberam ibidem habeant securitatem, et ut bona inducta ipsi inductori vel suis reddantur heredibus expedite. Murum eciam inchoatum, secundum quod consulibus eiusdem civitatis expedire videbitur, favebimus et promovebimus consummari*[**]. *In cuius rei testimonium hanc literam nostro gillo fecimus communiri. Actum et datum presentibus nobili viro*[***] *domino Gerhardo comite de Halremunt, domino Ekehardo canonico Lubicensi, prothonotario nostro, necnon domino Thiderico de Walnede, domino Iohanne de Golturne, domino Thiderico de Monte, domino Burchardo de Cramme, domino Rotgero de Gustede et domino Gevehardo de Bortvelde, nostris fidelibus. Anno Domini* 1297, *die beati Severini confessoris.* Chartas fideiussorum pro duce, Ottonis comitis de Oldenborch d. 8. Novbr. 1297, Iohannis comitis in Aldemborg a. 1297, Gherhardi comitis in Hoya anno 1299. d. 2. Novembris, et Ottonis comitis in Hoya a. 1299. d. 2. Novembris v. apud Grupen l. l. p. 137—140 et Moser Diplom. und histor. Belust. V. p. 247 sqq.

*) *v. l.* introduxerit. **) *v. l.* confirmari. ***) n. v. *desunt alteri exempl.*

Halremunt, dominus Thidericus de Monte, dominus Burchardus de Cramme, dominus Thidericus de Walmede, dominus Aschwinus de Walmede, dominus Ludolfus de Escherte, dominus Thidericus de Escherte, dominus Rotgerus de Gustede, dominus Thidericus de Althen, dominus Gevehardus de Bortvelde, dominus Iohannes de Golturne, dominus Arturus de Golturne, dominus Conradus Holtgreve, dominus Everhardus de Rethen, dominus Conradus de Sudersen, dominus Thidericus de Stochem; Henricus de Horenberge, Olricus de Ilthene, Iohannes de Negenburnen, Hartmannus de Lathusen, Henricus de Wetberge. — Item isti adhuc promittent: Dominus Everhardus de Althen, dominus Wilbrandus et dominus Bertoldus de Reden, dominus Hermannus Cnigge, dominus Wicbrandus et dominus Bertrammus de Hareboldessen, dominus Luderus de Hanense; Thidericus de Hereberge, Henricus de Volkersen.

# ANNALES YBURGENSES.

*Antiquissimum Saxoniae castrum Iuburg, Yburg, hodie Iburg nuncupatum, iam anno 753 Hildegarii Coloniensis praesulis clade nobile, undecimo saeculo a Bennone Osnabrugensi episcopo in monasterium conversum, et saeculo decimo septimo principalis aliquando Ernesti Augusti et Sophiae sedes atque illustrissimae Sophiae Carlottae incunabula, annalibus originem dedit, qui hucusque obscuritate tecti erant. Primam eorum notitiam et specimen debemus V. Cl. Ficker, professori publico Oenopontano, qui dum Monasterii constitutus et negotiis societatis historicae intentus, eius in libro „Agenda ecclesiae Moguntinensis. Moguntiae a. 1551" duo folia membranacea reperit, annalium reliquias agnovit, quarum partem ad monasterium Iburgense pertinere vir doctissimus illico animadvertit, eiusque exemplum mecum communicavit. Postquam autem Rogerus Wilmans noster tabularii regii provinciae Westfaliensis praefecturam et societatis historicae curam suscepit, eius in res nostras studio intercedente, mihi ipsa folia Berolini inspicere et textum ad eorum exemplar accuratissime redigere licuit. Sunt plagulae duae in folio, scriptura pulchra quae ad priorem saeculi XII. partem pertinet exaratae, et eiusdem aperte libri aliquando fragmenta. Textui, Eckehardi ad exemplum, annos regum et incarnationis Domini adiectos videmus, ita ut latere sinistro anni incarnationis, dextro anni regni exarati sint minio, quod et notitiis ad coenobium Iburgense pertinentibus, litterae saepe initiali et rubricis ornandis adhibitum conspicimus. Plagularum tamen altera marginibus superiori inferiori et dextro, altera marginibus superiori et dextro truncatae sunt. Cui damno mederi posse adhibito libro Bernardi Witt monachi Liesbornensis, qui annis 1480—1520 floruit, et in historia Westphaliae annalibus nostris usus est, Wilmans noster animadverterat; sed spes maioris anna-*
*1 lium partis iam deperditae ope Wittii restituendae[1] fefellit, dum collato utriusque textu Wittius in historia saeculi XI. nonnullas annalium sententias exscripsisse, alias aut plane omisisse aut in compendium redegisse, alias loco mo-*
*2 visse deprehenditur, at saeculo IX. annalibus omnino non usus est[2]. Nec magis felici mihi esse licuit in reliquiis operis Iburgi et Osnabrugae investigandis, quare nonnisi fragmenta haec proponere possumus, quae tamen pretio suo minime carent. Ostendunt enim rationem totius operis, quod ex fontibus hodie superstitibus annalibus Fuldensibus et Hersfeldensibus, Hildesheimensibus scilicet aeque ac Quedlinburgensibus et Lamberti, aliisque compositum, inter fontes computatur, unde Annalista Saxo, antequam Brunonis libro accepto textum*

1) SS. XII. p. 59. 60. nota 21. 2) Cf. quae de Bennone II episcopo Iburgi fundatore habent.

*suum retractaret, sententiis partim integris servatis partim contractis complura accepit; quo fit, ut eius subsidio voces aliquas librarii cultro abscisas restituere liceat.*

*Plagulae duae in folio, scriptura saeculi XII. adolescentis exaratae, triginta sex annorum annales exhibent, igitur duodecim fere folia inter utrasque excidisse coniicimus, praeter quae annos* 817 *et* 1085 *praecesserunt et subsecuta sunt. Et librum ultra saeculi XII. initia productum fuisse, locus anni* 1083 *indicare videtur, quo Heinrici IV. privilegium „hactenus“ in ecclesia Osnabrugensi servari narratur.*

*Scripturae specimen supra vocem* marchionis *manu saeculi XVI. Wittii ut opinari licet* misne *additum monstrat.*

817. 4[a]. Hludovicus imperator filium suum primogenitum Hlotharium coronavit, et nominis atque imperii sui socium sibi constituit. Ratgarius Fuldensis coenobii abbas accusatus a fratribus et convictus deponitur. Coniuratio Bernhardi contra imperatorem. Ann. Fuld. fol. A. Ann. Quedl.

818. 5. Bernhardus Francorum iudicio excecatus moritur. Eclipsis solis contigit 8. Idus Iul. Hermingart regina 5. Non. Octobr. decessit. Monasterio Fuldensi Eigil abbas electus et ordinatus est. Ann. Fuld.

819. 6 Basilica sancti Bonifacii martiris in coenobio Fuldense ab Heistolfo archiepiscopo dedicata est eodem die, et translata sunt ossa sancti Bonifacii martiris Kalendis Novembr. Hludovicus imperator in Brittannia Normannum regem vicit. Ann. Fuld. Ann. Lamb. a. 818.

820. 7. Mortalitas maxima hominum et iumentorum, et fruges infoecundi fiebant. Ann. Fuld. Ann. Quedl.

821. 8. Hludovicus Noviomagi divisionem regni in filios suos fecit. Ann. Fuld.

822. 9. Eigil Fuldensis coenobii abbas defunctus Hrabanum successorem accepit. Ann. Fuld.

823. 10. Hlotharius iuvenis rogante Paschale papa Romam veniens, ab eodem coronatur, et a populo Romano imperator augustus appellatur. In territorio Tullense iuxta villam Commerciacum puella quaedam annorum fere 12 ab omni cibo per 10 menses abstinuit. Inchoatio monasterii Novae Corbeiae. Ann. Fuld. Ann. Lamb.

824. 11. Paschalis papa defunctus est, et Eugenius pro eo pontifex constitutus est[b]. Ann. Fuld.

824[c]. 11. In territorio Tullense iuxta Commerciacum villam puella duodena post sacram communionem, quam in pascha a sacerdote susceperat, primo pane, deinde aliis communibus cibis et potibus ita abstinuit, ut nulla penitus corporis alimenta percipiens, plenum triennium sine omni victus desiderio compleverit. Coepit autem ieiunare anno dominice incarnationis[d], sicut in ipsius anni descriptione superius annotatum est, et in hoc anno, id est[e] circa Novembris mensis initium escam sumere ac more caeterorum mortalium manducando vivere coepit. Imperatoris expeditio secunda contra Wiomarcum regem et Brittanniam. Eodem anno Heistolfus episcopus obiit, in episcopatu successit Otgarius[f]. Ann. Quedl. Ann. Fuld. Ann. Hild. Ann. Lamb. Ann. Quedl.

825. 12. Wiomarcus in domo propria occisus est ab hominibus Lamberti. Ann. Fuld.

826. 13. Hilduvinus ossa sancti Sebastiani in Galliam transtulit. Georgius quidam presbiter de Venetia veniens, organum ydroulicum Aquisgrani fecit. Ann. Fuld.

827. 14. Corpora beatorum Marcellini et Petri mense Novembre in Frantiam allata sunt. Eugenio papa defuncto, Valentinus diaconus successit; quo post paucos dies mortuo, Gregorius[g] pontificatum suscepit[h]. Ann. Fuld.

828. 15. Reliquiae sancti Marcellini martiris post pascha ad Aquis palacium delatae, et per eas ibi multa signa facta sunt. Ann. Fuld.

829. 16. Ante pascha in sabbato sancto terrae motus factus est. Bernhardus comes in palatio camerarius factus est. Ann. Fuld.

830. 17. Commotio contra imperatorem a primoribus Francorum propter Bernhardum, quem in palatio esse noluerunt, quo inde expulso atque fugato, in gratiam cum eo redierunt, set ad breve temporis spacium. Ann. Fuld.

831. 18. Conventu apud Noviomagum habito, imperator omnes qui sibi contrarii fuerunt, velut iustę exauctoravit; quosdam publicis, quosdam privatis rebus exspolians, quosdam in exilium mittens, multum contra se et Iudith uxorem suam non solum populi, set etiam filiorum suorum animos concitavit. Ann. Fuld.

832. 19. Imperator mense Maio contra Hlodovicum filium suum ad Augustum Vindelicum cum exercitu venit, inde reversus in Aquitaniam Pippinum filium suum[i]. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . Ann. Fuld.

. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .

833 . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . 20

834 . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . 21

. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .

835 . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . 22 Ann. Fuld. fol. A'.

causis ad Aquense palacium reversus est. Nordmanni Dorstratum vastaverunt.

836. 23. Corpus sancti Liborii episcopi de Gallia in Saxoniam translatum. Nordmanni Auduverpam civitatem incendunt; similiter et Witlam episcopatum[k] iuxta ostium Mose fluminis, et a Fresonibus[l] tributum acceperunt. Ann. Fuld.

837. 24. Nordmanni tributum exactantes, in Walahram insulam devenerunt et Dorstratum vastaverunt, acceptoque a Fresonibus tributo reversi sunt. Ann. Fuld.

838. 25. 15. Kalendas Februar. vesperi terrae motus apud Sanctum Nazarium et Wormacense ac Spirense et Lobodunse[m] factus est. Naves contra Nordmannos aedificantur. Optima pars regni Francorum Karlo iuveni data est. Ann. Fuld.

a) *numeri annorum Christi aliqua parte abscisi sunt, annorum regni fere omnes; quos igitur supplevi.* b) sedit annis tribus *glossa saeculi XVI ineuntis, fortasse Wittii.* c) *cf. Ann. Fuldenses a.* 825. d) *scilicet* DCCCXXIII. e) DCCCXXV. *deest.* f) *vox deest.* g) IIII. *glossa saec. XVI ineuntis.* h) sedit . . . *glossa saec. XVI in.* i) *lineae aliquot abscisae sunt.* k) *corrige* emporium. l) eso *abscisa supplevi.* m) lobodunsẹ *c.*

Hlotharius et Hlodovicus in valle Tredentina colloquium habuerunt ante mediam quadragesimam[a]. Pippinus filius imperatoris mensę Novembrę defunctus est.

Ann. Fuld. 839. 26. Hlotharius filius imperatoris de Italia in fidem eius veniens reconciliatur; regnumque Francorum inter eum et Karlum filium suum minimum dividit. Hlothario quidem, qui maior natu erat, nominis sui dignitatem et sedem regni tribuens, Hludovico filio suo minori, pro eo quod eum offenderat, Baioariorum provintia tantum concessa. Ann. Hild. Ann. Fuld. Ventus ingens innumera subvertit aedificia, et multa dampna facta sunt in 6. Non. Novembris. Eodem anno stella cometes apparuit in signo arietis, et prodigia alia in coelo visa sunt.

## Huc usque Einhart, hinc Hruodolf[b].

Ann. Fuld. 840. 27. Hlodovicus partem trans Rhenum fluvium quasi iure sibi debitam affectans, per Alamanniam facto itinere venit ad Franconoford. Imperator vero collecto exercitu filium per Thuringiam usque ad terminos Baioariorum persequitur, exclusumque a finibus regni per Sclavorum terram cum magno labore Baioariam redire compulit. Eclipsis solis 4. Idus Mai circa septimam et octavam horam diei facta est tam valide, ut etiam stellae propter obscuritatem solis visae sint, rebusque color in terris mutaretur. Imperator vero illis diebus morbo correptus, in insula quadam Rheni fluminis[c] prope Ingiliaheim 12. Kal. Iul. diem ultimum clausit, corpusque eius Mettis civitatem perlatum, in basilica sancti Arnulfi confessoris honorifice sepultum est. Hlotharium vero de Italia sero venientem Franci loco patris sui super se regnaturum suscipiunt. Hludovicus vero orientales Francos, Alamannos, Saxones et Thuringos sibi fidelitatis confirmat. Ea[1] tempestate Hrabanus Fuldensis coenobii abbas, relicta quam habuit potestate, ultra Rhenum fluvium in regnum Hlotharii se contulit. Post quem quidam de fratribus eius monasterii, si quo modo eum revocare potuissent, mittuntur[d]. Illo vero rennuente, Hattonem super se abbatem constituerunt. Hrabanus autem post paucos dies monasterium veniens, cum concordia abbatis et fratrum eius, concessis sibi quos ipse elegerat locis, spontanea voluntate ad orientalem plagam eiusdem monasterii montanus efficitur.

Ann. Fuld. 841. 1. Adalbertus comes occiditur, et cum eo innumerabilis multitudo prosternitur 4. Idus[e] Mai. Hlodovicus hac congressione victor Rhenum transiens, Karlo fratri suo auxilium[f] laturus in Gallias pergit. Ubi cum convenissent tres fratres iuxta villam Fontinatam . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .

*Exciderunt folia circiter duodecim.*

. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .

fol. 9. Lamb. 1072[g]. 17. . . . . . . . . . . Herveldensis* abbas* Rothardus* decoctus* morbo abbatiam sponte reliquit, cui Hartwigus successit.

1073. 18. Coniuratio Saxonum facta est contra regem Heinricum, quia iniustę ab eis tributum exigebat. cf. Lamb. Synodus Erpesfort media quadragesima facta propter decimam Thuringorum. Quae res Saxones et Thuringos contra regem exacuit. Fuga regis de Hartesburg Aug. 4. in natali sancti Laurentii. Ipsum castrum postea destructum cum aliis castris regis in Saxonia solo aequatis a Saxonibus.

1074. 19. Hiemps durissima. Rex hostili animo Saxones invadit. Qui haut segniter iuxta Wirram[2] ei occurrerunt, Febr. 2. set Dei nutu pax facta est in purificatione sanctae Mariae. Filius regis Cuonradus 16. Kal. Martii Herveldiae natus est, et baptizatus. Willehelmus Traiecti episcopus, et Gozilo dux, Fresiam invadentes ad deditionem coegerunt. Rex Heinricus Ungariam vastavit usque ad Wazenburg[3], quia Ungri Salemannum expulerant, qui regis Heinrici sororem duxit uxorem. Institutio canonicorum in Hasungensi monasterio.

1075. 20. Expeditio regis secunda et praelium iuxta fluvium Unstroth 5. Idus Iunii. In quo ex parte regis Ernost marchio Baioariorum, et Eberhardus et Heinricus comites caesi sunt, ex parte Saxonum Gebehardus comes cecidit. Expeditio regis tercia in autumno, et captio multorum nobilium, et deditio Saxonum et Thuringorum. Herimanno Babenbergensi episcopo repudiato, Rotbertus successit. Anno Coloniensis archiepiscopus obiit, sepultusque est Sigeberg in cenobio quod ipse a fundamentis construxit; cui Hildolfus successit

1076. 21. Rex pentecosten Wormaciae cęlebrat, ubi magnum concilium factum est. Principes Saxoniae de regis captione sunt liberati. Principes tocius regni in Thribure colloquium habuerunt, et regi omne servitium abdicabant, in Oppenheim cum suis sedenti, nisi se solveret ab excommunicatione papae, et ut deceret ei in omnibus obediret. Saxones regionem Luticinorum[h] incendio et praeda vastaverunt. Immadus Patherburnensis episcopus obiit, cui Poppo Bavenbergensis praepositus successit.

1077. 22. Rex Italiam ingreditur, et ab Hildebrando exolutionem banni promeruit, ita ut regali sublimitate deposita, publicam ageret poenitentiam. Interim rege ibi morante, instinctu et consilio Hildebrandi a perpluribus regni principibus in Forehcheim Rodolfus

a) *hic iam in annalibus Fuldensibus Ruodolfus incipit.* b) *v. supra a.* 838. c) fluvinis c. d) ntur *abscisa.* e) *noster igitur hic cum codice* 1. *Annalium Fuld. consentit.* f) *vox semiexesa, et quae sequitur linea magna parte abscisa est.* g) *in pagina adversa annos nativitatis Christi abscisos supplevi, in aversa annos regni.* *) H. a. R. d. *supplevi.* h) *ita c.*

1) cf. Annalistam Saxonem h. a. 2) ita et Ann. Saxo. 1074. lin. 33. 3) Wieselburg.

rex electus est. In qua electione erant: archiepiscopus Mogontinus, Salzburgensis; Wirci-
burgensis, Wormatiensis, Pataviensis episcopi; et Mogontiae ordinatus est ab ipsius urbis cf. A. S.
episcopo Sigifrido. Iterum discordia inter papam et regem Heinricum renovata. Eclipsis
lunae 4. Idus Februarii. Hiemps[4] prolixa. Nam 6. Kal. Decembris omnia flumina glacię
constricta sunt usque 14. Kal. Aprilis. Per idem fere tempus venerabilis Osnaburgensis
episcopus domnus Benno II. castrum in Yburg[5] propter imminentia bella aedificare dispo-
suit, a praedecessore suo iam inchoata aliquanta parte murorum, ubi et cenobium in beati 5
Clementis honore construxit, monasticae inibi religionis rudimenta felici molitus exordio[a].

1078. 23. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .

. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .

1079. 24. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .

. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .

1080. 25. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .
Meinfrith[b] comes[6] caesi sunt pluresque alii. Iterum rex Heinricus moto exercitu cum Vit. B.
Saxonibus pugnavit* Idibus Octobris; ibi Rodolfus rex caesus, Merseburg sepultus est. Ex
parte regis Heinrici Ratbodo* aliique* comites iacuerunt. Haec autem pugna accidit iuxta
fluvium Elstra. Eilbertus Mindonensis* episcopus* obiit, pro quo electus est Reinhardus
eiusdem loci praepositus; set Volcmarus a rege substitutus successit[c]. Dec. 1.

1081. 26. Rex Italiam ingressus Romam obsedit, Hildebrandum papam expulit. Electio
Herimanni* comitis* de Lucelinburg in Osinvuort[7] a Suevis et a Saxonibus. Pugna eius
iuxta Danubium* ubi* Chuono*[d] iunior, palatinus comes Baioariae, cecidit. Mogontia, Baven-
berg cremata. In[8]* ipso* die* natalis Domini tam validus ventus subito venit, ut exitium
totius orbis minaretur.

1082. 27. Ordinatio Herimanni regis Goslariae a Sigifrido Mogontino praesule. Expe-
ditio Herimanni* regis* contra Westfalos ante quadragesimam; omnemque regionem in-
cendiis ac praeda vastans*, domnum* etiam* Bennonem supra castrum[9] obsidere nisus est, 9
nisi instantia Ecberti marchionis[e] et Udonis* episcopi* Hildenesheimensis ob antiquam
amicitiam domni Bennonis desisteret, sicque reversus est[10]. Ordinatio domni Adal-
hardi abbatis[11] 3. Kalendas Octobris. Herimannus comes obiit. Udo* marchio*
obiit*[f].

1083. 28. Otto dux quondam Baioariae obiit. Adela cometissa obiit. Magnus[12] puero-
rum et senum interitus* factus est morbo dissenterico[12]. Pax Dei orta est[12]. Aestas adeo
fervida fuit, ut piscium copiosa multitudo in aquis periret. Poppo* Patherburnensis* episcopus*
obiit, cui Herimannus rex successorem posuit Heinricum, Godescalci comitis filium de
Asloe*. Ea[13] tempestate domnus Benno II. episcopus multis diebus cum rege Heinrico
degens, ne inani otio* torperet*, omnium quorum potuit auxilium efflagitavit, ut decimationes
aecclesiae suae quae per multorum* annorum* curricula sub antecessoribus suis iniustę
ablatae fuerant, restituerentur. Rex vero Heinricus* ei* ad hoc consentiens, regia aucto-
ritate reddidit, cirographumque restitutionis earum* anulo suo signatum contradidit, quod
actenus servatur in aecclesia Osnaburgensi. Ipse vero episcopus* domnus* Benno prudenti
oculo se undique circumspiciens, etiam auctoritatem pape Hildebrandi* super* hoc expetiit.
Quique illi litteras sigillo suo signatas cum benedictione apostolica concessit[g, 14]. 14

a) *vox fere tota exesa; hinc lineae aliquot abscisae sunt.* b) *haec fere exciderunt:* Bellum iuxta Fladecheim commissum est 5. Kal. Februarii, ubi ex hostibus Folcmarus et Pragensis praefectus, ex parte vero Saxonum . . . et Meinfrith *) navit *supplevi.* *) o aliique *supplevi.* *) donensis episcopus obiit *supplevi.* c) successit *supplevi.* — *vel* sedem obtinuit. *) manni comitis *supplevi.* *) ium ubi Chuono *supplevi.* d) *cf. Ekkehardum et Ann. Saxonem.* *) In ipso die *supplevi.* *) Herimanni regis *supplevi.* *) us domnum etiam *supplevi.* e) miano *glossa saec. XVI. incerta fortasse Bernardi Witt.* *) donis episcopi *supplevi.* *) do marchio obiit *supplevi.* f) *cf. Ann. Saxonem l. 37.* *) interitus *supplevi.* *) o Patherburnensis episcopus *supplevi.* *) aloe *supplevi.* *) otio torperet *supplevi.* *) multorum annorum *supplevi.* *) einricus ei *supplevi.* *) arum *supplevi.* *) episcopus domnus *supplevi.* *) randi super *supplevi.* g) *Witt.* dedit.

4) v. Annalistam Saxonem p. 711. l. 29. 5) cf. Vitam Bennonis. 6) praefectus Magdeburgensis. 7) Ochsenfurt. 8) A. Saxo a. 1081 p. 719 l. 32 et iterum nostri verbis p. 720 l. 50. Id eo modo factum est: Annalista postquam hanc sententiam ad finem anni verbis nostri scripserat, priorem narrationis partem delevit atque ante Brunonis excerpta haec initio anni posuit, ultima textus parte dimissa, cf. SS. T. VI. p. 549 l. 36 sq. 9) Iburgense scilicet. 10) cf. Vitam Bennonis c. 25. 11) Iburgensis primi. 12) cf. A. Saxonem. 13) cf. Vitam Bennonis c. 20. SS. T. XI, 71. 14) cf. Vitam Bennonis c. 21.

1084. 29. Sigifridus Mogontinus archiepiscopus obiit, cui successit Wecel, vir litteris adprime eruditus*. Rex Heinricus Hildebrandum papam expulit, et in locum eius Wicbertum Ravennae episcopum electione* cunctorum constituit. Qui mox consecratus, Clemens est nominatus, a quo rex Heinricus* in* cesarem unctus est in sollempnitate paschali. Imperator Heinricus Patherburnensi aecclesiae subrogavit* in* episcopum* Heinricum, comitis Bernhardi filium, de Werle. Imperator Heinricus filio suo cum praesidiis in Italia* relicto*, patriam repedavit, et mox expeditionem movit contra Liuppoldum marchionem [15] Baioariae* et* alios qui ab eo defecerant. Magnus[15] principum conventus factus est in villa Gerstungun* causa recuperandae pacis inter regem et ipsos, set infecto negotio discessum est.

1085. 30. Iterum conventione principum facta in villa supradicta, non sine contentione c . . . .

*) tus *supplevi.* *) electione *supplevi.* *) ricus in *supplevi.* *) it. in episcopum *supplevi.* *) Italia relicto *supplevi.* *) ioariae et *supplevi.* *) stungun *supplevi.*

15) Haec et in Annalista Saxone habentur.

# NOTAE MONASTERIENSES.

*Damus eas ex codice olim Monasteriensi Sanctae Mariae trans aquas, cui manibus saeculi XI. exeuntis et XII. inscriptae habentur; et in maxima rerum Monasteriensium penuria lectoribus nostris acceptas fore confidimus.*

Anno ab incarnatione Domini 1041, indictione nona, 4. Kalendas Ianuarii, regnante 1046.
et astante imperatore Heinrico III, in monasterio sanctae Mariae, quod est in Mimgardeword, consecratum est principale altare a venerabili Agrippinensis aecclesiae archiepiscopo Herimano*, administrantibus Bremensi archiepiscopo Alebrando et Mindensi episcopo Brunone, in honore sanctae Crucis et sanctae Dei genitricis et plurimorum sanctorum. Meridianum altare a Magociacensi* archiepiscopo, sancto scilicet Bardone, assistentibus sibi Bavenbergensi episcopo Suithgero, qui postea Rome papa ordinatus est, et Thietmaro episcopo Hildinesheimensi, in honore sancti Iohannis baptiste et omnium sanctorum martirum. Aquilonare altare consecratum est a Parthenoponensi[a] archiepiscopo Hunfrido, iuvantibus Cazzone episcopo de Cizce et Osneburgensi episcopo Alverico, in honore sancti Iohannis ewangeliste et omnium sanctorum confessorum. Occidentalis arra* dedicata est a patre nostro domno Herimanno episcopo, huius loci fundatore et structore, faventibus Leodicensi episcopo Nithardo et Scelswiccensi episcopo Hruotholfo, in honore sanctorum apostolorum Petri et Pauli et aliorum plurimorum sanctorum, quorum nomina scripta sunt in caelis. Hanc Dei sponsam ipse qui affuit imperator augustus Heinricus quadam suae proprietatis dotavit curte, Harvia dicta, quae sita est in pago Livegowe, astantibus pene totius regni primatibus, et praesente felicis memorie prima domna ac matre nostra spiritali, abbatissa Bertheithe, ipsius domni et patris nostri Herimani* sorore, quae ab infancia sua nec cum mundo flere nec cum mundo umquam visa est gaudere, sed super gregem sibi creditum cura pervigili studuit excubare, quae monachicae rellionis* sub obscuritate quanti apud Deum in vita sua fulgeret meriti, testantur nonnulli, qui quacumque ex causa angustiati, ad sepulcrum eius confugientes recedunt consolati.

Tricesimo primo quidem tam gloriose et memoria digne consecrationis anno, scilicet 1071.
incarnationis Domini 1071, Nonas Aprilis, peccatis nostris vere exigentibus, tota haec dedicatio, tot Deo electorum sacerdotum confirmatio, igne devorante in momento est evacuata, omnisque edificiorum honorabilis structura ad nihilum pene redacta. Ex quo gravi merore affecta est huius loci tunc temporis abbatissa Ida, vere ut speramus beata, secundum nominis sui interpretationem mente et corpore valde speciosa, quae prime domnae nostrae cognata, eius in laribus tenere educata, et ut preciosus lapis multiplicibus polita argumentis, plurimis virtutum resplenduit ornamentis, quo tante excellentiae filia, talis matris successor efficeretur emerita. Erat enim ad omnem Dei gloriam studiosissima, ad omnem cultum studii, relligionis et edificii invigilantissima, quodque rarissimum habetur in sanctorum moribus, divinae miserationi multis sepe commendavit obsecrationibus, salubri prosperitate nos iocundari, suis non solum temporibus, sed et si posset fieri, usque ad consummationem seculi, utque breviter omnia concludam, rectricem tam sollicitam ea superstite nec quisquam comperit, nec in tota huius mundi latitudine deinceps invenit; cuius laudi merito

*) *ita codex.* a) *superscr.* Magetheburg.

asscribitur in secula, quaecumque hoc in loco Deo digna resonat gloria. Haec tanta ac talis matrona, in omnibus viis suis laudabilis et gloriosa, timoris Domini thesaurum mente recondens, non ex quanto, sed divinae benignitatis quanta sit habundantia perpendens, ad reedificandum toto nisu consurrexit, quod opifice summo cooperante ad perfectionis limam pene usque perduxit. Nam cum hanc Dei sponsam multo apparatu iam perornasset undique, occulto Dei iudicio heu praeventa mortalitate, uno tantum anno ante huius aule consecrationem, sine dubio celestem migravit[a] ad Iherusalem, ubi felici commertio pro perituris aeterno potitur gaudio. Sed incommutabili Deitatis dispositione, quod non licuit per se, ipsius reservatum est consobrinae, nostrae scilicet domnae abbatissae Cristinae, bene quidem et perfecte christiane, quae omnes materterae suae probitatis semitas argumentose instructa, locum hunc et congregationem summa electione, quod vere scimus, strennue regit tercia, et quemcumque cordis sui dum adhuc viveret sensit affectum, infatigabili studio perducere non cessat ad effectum. Est enim ad universa quae optima sunt studiosa, pronam humilitatis et compassionis scalam condescendere admodum perita, in conmisso fidelis, orationis contemplatione stabilis, compunctione facilis, omnibus affabilis, et totam Dei gloriae structuram, quam precessores eius supra firmam fundaverunt petram, suis temporibus per neglegentiam ne difluat, multis lacrimis sanctorum sufragiis non solum attentius commendat, sed et ipsa cotidie superedificare non cessat, ut talium matrum competit proli, quarum si radix sancta et rami.

1085. Huius instanti peticione, immo divina praeveniente inspiratione, anno 1085, indictione octava, regnante imperatore Heinrico quarto, tercia Idus Ianuarii, item dedicata est occidentalis plaga monasterii nostri a venerabili Erphone, huius sedis antistite, praesulatus sublimitate meritis decorato ut nomine, in honore domini nostri Iesu Christi et victoriosissime crucis et sanctae Mariae perpetuae virginis et sancti Michahelis archangeli omniumque celestium virtutum, et specialiter sancti Petri apostoli sanctorumque apostolorum Pauli, Andreae, et omnium sanctorum, in quo altari continentur relliquie apostolorum Philippi et Bartholomei et aliorum plurimorum sanctorum.

Eodem anno idem bone voluntatis episcopus 8. Kal. Aprilis consecravit aram in capella quae vocatur Iherusalem, in honore domini nostri Iesu Christi et omnium sacramentorum eius, sanctae annuntiationis, nativitatis, passionis, sepulturae, sancte crucis, resurrectionis, ascensionis, et in honore adventus Spiritus sancti et sanctae Mariae matris Domini et sancti Thome apostoli, Quirini, Hermetis[b] et omnium sanctorum. In quo continentur relliquiae de sepulchro Domini, de ligno Domini, de mensa Domini, de lapide super quem sedebat angelus Domini, Andreae, Iohannis, Iacobi, Thomae, Mathei, Quirini, Victorini, Hermetis, Alexandri, Oswaldi, Gregorii, Nicolai, Severini, Cuniberti, Alexis, Leonis, Ceciliae, Petronillae, Scolasticae, Rigianae, Balbinae, Mariae Magdalenae et Mariae Aegiptiacae[c].

---

1086. Ab incarnatione Domini anno 1086, indictione nona, 4. Kalendas Ianuarii, consecratum est principale altare a glorioso praesule nostro Erphone, in honore domini nostri Iesu Christi et sancte crucis et sanctae Dei genitricis et sancti Michahelis archangeli et omnium caelestium virtutum, sancti Petri, Pauli et omnium sanctorum, in quo continentur reliquiae de ligno Domini, de veste sanctae Mariae, Pauli, Bartholomei, Pantaleonis, Nerei, Achillei, Prisce, Aquile, Quintini martirum, Benedicti abbatis, Gerthrudis virginis, Genofeve, Verene, Serene et sanctarum Undecim milium virginum et plurimorum sanctorum. Meridianum altare consecravit idem noster dominus in honore sancti Iohannis baptiste, in quo continentur relliquiae sancti Stephani protomartiris, sanctorum innocentum, sancti Ciriaci martiris, sancti Sebastiani, Fabiani, Gratiani, Quintini, Pantaleonis, Abundantii et aliorum sanctorum. Aquilonare altare in honore sancti Iohannis ewangelistae et sancti Martini, Nicolai. In quo continentur relliquiae sancti Iohannis ewangelistae, Martini, Abundantii, Pancratii, Benedicti, Brictii, Nicolai, Servatii, Wicberti et aliorum sanctorum.

1087. Anno ab incarnatione Domini 1087, indictione decima, 9. Kalendas Februarii, dedicata est meridiana capella a venerabili huius sedis episcopo Erphone, in honore sancti Pauli

a) miravit *cod. a manu rec. correctum* intrauit. b) et s. Th. a. Q. H. *multo posteriore tempore linea circumdata deleri videntur.* c) *huc usque primo scriptum est, reliqua alio tempore eadem manu annis* 1086, 1087, 1088.

apostoli, sancti Miniatis martiris, Ambrosii, Egidii, Innocentii, sanctae Mariae Magdalenae, Afrae et omnium sanctorum. In quo continentur relliquiae sancti Pauli apostoli, Miniatis, Ambrosii, Egidii, Mariae Magdalenae, Agathae et aliorum sanctorum.

Anno ab incarnatione Domini 1088, indictione undecima, Kalendis Februarii, idem 1088. dominus noster Erpho dedicavit aquilonarem capellam, in honore sancte et individue Trinitatis et victoriosissime crucis et sanctae Mariae perpetuae virginis, et sancti Raphahelis archangeli, et Iacobi fratris Domini, et Iacobi fratris Iohannis, Symonis et Iude, et sanctorum martirum Cosme et Damiani, Dionisii, Processi, Martiniani, et specialiter sancti Benedicti, Amati, Romarici, Columbani, Galli, Adelfii, Maurini, Severi, Scolastice, Brigidae, Sophiae, Spei, Fidei, Karitatis et omnium sanctorum. In quo continentur relliquiae sanctorum, de fibra sancti Iacobi fratris Domini, Cosme et Damiani, Processi et Martiniani, Quirini, Dionisii, Rustici et Eleutherii, Nicomedis, Materniani, Lamberti, Maurini, Benedicti abbatis, Scolastice virginis. Eodem anno 17. Kal. Sept. idem ipse episcopus noster Erpho chorum nostrum consecravit, in honore domini nostri Iesu Christi et sanctae Mariae et sancti Michahelis archangeli et sanctorum apostolorum Petri et Pauli, Gereonis sociorumque eius, Victorini et omnium sanctorum. In quo continentur relliquiae sancti Victorini, Dionisii, Floriani, Severini, Liudgeri, Waldburgis, Gerdrudis, et sanctae Idae et aliorum plurimorum sanctorum. Eodem die consecrata est occidentalis ara ipsius chori, in honore domini nostri Iesu Christi et sancte Dei genitricis, sancti Michahelis, Gabrihelis et novem ordinum angelorum, Andreae apostoli, Valentinj, Mauricii et sociorum eius, Basilii, Simphorosae et omnium sanctorum. In quo continentur reliquiae de sarcophago sanctae Mariae, sancti Andreae, Mauricii, Marcellini et Petri, Laurentii, Viti, Gregorii papae, Remigii, Agathae, Brunhildis virginis.

Omne debitum servicii, quod in hac dedicatione nostro exhibendum erat antistiti, et omnia genera donorum, reginae iam reservavit polorum, quae ut solet cunctis sibi devotis, centuplicata illi recompenset hic et in caelis. Laudes referimus benignitati divinae, quae nos huius consecrationis iocundavit reparatione, ipsum incessabili prece rogitantes qui non dormitat neque dormiet, ut super hanc domum paterna protectione vigilet, nosque habitantes in ea nunc et in evum letificet. Amen.

*Sequuntur manu saeculi XII. exeuntis:*

Anno ab incarnatione Domini 1197, indictione 15, presidente Romane sedi domno 1197. Celestino papa, imperatore Heinrico magno imperatore sexto, cum esset nimia siccitas aeris. Nonas Mai, ignis de nocte consurgens universam pene Monasteriensem civitatem tam ecclesias quam domos cum multa diversarum rerum copia hominumque magna multitudine consumpsit, excepto sancti Lutgeri monasterio et Servatii capella cum paucis domibus que vix ab igne liberata[a] sunt, quam cladem tanta inundantia imbrium secuta est, ut populus nimis afflictus divinam hanc esse ultionem iam non dubitaret.

a) *manus multo posterior* liberate *correxit.*

# ANNALES EGMUNDANI.

*Haecmunda sive Egmunda, Kinemariae locus ad litus Oceani Germanici et in confinio Frisonum situs, postquam saeculo decimo a Karolo IV. rege Theodo-*
1 *rico comiti traditus erat*[1], *monasterio condendo inserviit, quod in honore sancti Adalberti confessoris ex Willebrordi comitibus dedicatum, sub patrocinio Hollandiae comitum floruit, usque dum a.* 1573. *inter bella civilia penitus ruinae datum est*[2].

*Annales ibi conscriptos et inde ab ineunte saeculo XII. diversis manibus usque ad initium saeculi XIII. productos in*

1) *codice membranaceo autographo Musei Britannici, inter Cottonianos*
3 *classis Tiberii numero C. XI. signato, anno* 1827. *evolvi atque exscripsi*[3], *et hoc demum loco lectoribus nostris propono. Quo quidem in libro annales nostri Xantensibus adligati sunt, interpositis tamen manu saeculi XII. notitiis paucis ex Reginone petitis. Auctor primus Liudprando, Sigeberto et notitiis ad historiam ecclesiae atque regionis suae et Ultraiectensis facientibus usus, una cum continuatoribus suis primus omnium, qui postea de rebus Traiectensibus Egmundanis et Hollandensibus in universum egerunt, fons habendus est. Codex in quo legitur unicus perniciosissimo illi bibliothecae Cottonianae incendio vix aegre superstes circumadustus atque nonnullis locis laesus, damna quoque saeculo XVII. longe anteriora perpessus est. Quum enim hodie annales isti paginis codicis* 141—169 *legantur, prior eorum pars annos* 876—1111. *complexa, octo paginis prioris scripturae absolvitur; quae deinde annis* 1112—1168. *sequebantur, olim duos quaterniones complexa, iam saeculo XIII perierunt et a scriba eius aevi suppleta sunt. Annorum* 1168—1189. *historia manu eius temporis exarata, nonnisi quatuor folia explet. Deinde quaternio integer cum annalibus annorum* 1189—1204. *periit, nec nisi reliqua annorum* 1204 *et* 1205. *narratio eo tempore conscripta superest. Foliis* 168 *et* 169 *notitiae aliquot historicae saeculorum XIII et XIV. inscriptae, et marginibus quoque anteriorum foliorum complura saeculis XII. XIII. XV. illata sunt, quae suo quaeque loco uncis inclusa collocavimus. Quaternio annorum* 1189—1204. *historia repletus nonnisi saeculo XVII. periisse videtur; quod priusquam evenisset, felici ave factum est, ut*

2) *anno circiter* 1600 *totus codex qualis tunc extabat in usum Friderici*
4 *Lindenbrogii transscriberetur*[4]. *Quod quidem apographum hodie in bibliotheca*

1) Charta a. 923. d. 15. Iunii Pladella villa edita est. 2) V. Kronyk van Egmond . . uit latyn beschreeven door broeder Ian van Leyden . . vertaald door Kornelis van Herk . . vervolgt door Gerard Kempher . . uitgegeven en vermeerdert . . door Simon Eikelenberg. Alkmaar 1739. 4. 3) Ampliorem codicis descriptionem vide Scriptorum Tom. II. p. 217—219. 4) Aliud eiusdem exemplar eadem fere manu exaratum et aeque fortasse Lindenbrogii in usum conscriptum in bibliotheca regia Havniensi Nr. 624 fol. signatum extat; vide Annales nostros Tom. VI. p. 614.

*publica civitatis Hamburgensis numero* 18 *in folio signatum servatur, et a Lappenbergio nostro indicatum*[5], *atque petenti mihi a V. Cl. Petersen bibliothecae praefecto libentissime transmissum, postquam vere codicis Cottoniani apographum esse intellexi, lacunae illi explendae adhiberi poterat. Ea tamen ratione, ut quum scribam textum antiquum haud ita fideliter expressisse collata codicis Cottoniani parte superstite agnovissem, vitiis scribendi tollendis operam navare haud negligerem. Nec lacunae tantum illi maiori, sed locis hinc inde compluribus incendio absumptis obscuratisve, quibus antea coniectura tantum mederi licebat, apographi ope medelam attuli. Scribam codicem haud raro non intellexisse et scribendi rationem immutasse testes sint e. g. lectiones depravatae* pergendi *(loco perpendi)*, Dominus *(l. Deus)*, eum *(cum)*, admirante *(ammirante)*, petebat *(petebatur)*, refertitur *(revertitur)*, Florus *(Florentius)*, et *(set)*, Balvini *(Balduuino)*, rediuwa *(rediviva)*, el tis *(eiectis)*, Rinsburch *(Rainsburch)*, Henirberch *(Heinsberch)*, Euraza *(Cuniza)*, modo *(monachus)*, in hac *(ex hac)*, huic *(Theodericus)*, arcta *(arta)*, opportunitas *(oportunitas)*. *Voces etiam singulas nonnumquam et res in textu nonnullas in margine atque post annum* 1205 *notatas omnes omissas observavi. Quae quum ita sint, interdum etiam libros adire visum est, quos ex annalibus nostris derivatos constat, scilicet chronicon Hollandiae annorum* 647—1205. *saeculo XIII. medio compositum, cuius auctor et annales Xantenses et Egmundanos excerpsit, et Wilhelmi Egmundani chronicon usque ad annum* 1332. *deductum; quorum quidem librorum hos codices evolvere licuit:*

3) *chronici Hollandiae codicem olim Meerhouti et postea Meermanni, hodie in bibliotheca ditissima Domini Thomae Phillipps Equitis Mediomontana adservatum raro consului*[6], *quum textus eius aliis subsidiis adhibitis ab Adriano Kluit in principio historiae comitatus Hollandiae et Zeelandiae, Medioburgi a.* 1777. *in* 4°, *editus sit.*

4) *Codicem olim Ruremondanum, cuius urbis ex spoliis a.* 1572. *a Thoma Rehdiger acquisitus postea in bibliothecam publicam civitatis Wratislaviensis transiit, ubi inter Rehdigeranos S. IV.* 1. 22. *signatur. Est membranaceus in folio saeculi XIV, et primo loco Iohannis de Beka chronicon episcoporum Ultraiectensium et comitum Hollandiae, tum chronicon Hollandiae praebet; atque petenti mihi auctoritate magistratus et civium Wratislaviensium benignissime est transmissus. Chronicon Hollandiae ad codicem Mediomontanum prope accedit. In limine utriusque codicis ut videtur, haec leguntur:*

Anno Domini 863. Karolus Calvus filius Ludovici Pii, rex Francorum, imperator postea Romanorum, contulit Theoderico comiti primo Hollandie Ecmundam cum pratis silvis et aliis omnibus que inter Sinthardeshaghe et Fortrapa et Kinnem nunc posteri eius possident.

Anno Domini 877. Ludovicus rex Alemannie, filius Ludevici Pii, largitus est prefato comiti Theoderico forestum Walda cum aliis rebus interveniente Hemma regina.

Anno Domini 878. Karolus imperator qui dictus est Calvus obiit, cuius temporibus monasterium Egmondense fundatum est a Theoderico prenominato comite sub presule Traiectensis sedis Odilbaldo sanctimonialibus ibidem ad serviendum Deo institutis.

Anno Domini 985. Theodericus secundus comes, filius Theoderici primi comitis, interventu Ecberti archiepiscopi Treverensis et Theophane imperatricis, matris Ottonis regis, suscepit in propriam hereditatem ab eodem Ottone quicquid habuerunt antecessores sui in beneficio. Idem Theodericus sanctimoniales quas pater eius in Egmunda instituerat removens, monachorum vitam que usque hodie ibi observatur instituit.

5) Archiv T. VI. p. 235. 633. 6) Archiv T. VII. p. 613.

| NOMINA[a] COMITUM ET COMITISSARUM HOLLANDENSIUM. | | NOMINA ABBATUM EGMONDENSIUM. |
|---|---|---|
| Theodericus primus comes. | Geva[c] comitissa prima. | Wonobaldus primus abbas. |
| Theodericus comes secundus. | Hildegardis comitis. secunda. | Andreas secundus. |
| Arnulphus comes tertius. | Lutgarda comitissa tertia. | Bruno tertius. |
| | | Reynerus quartus. |
| Theodericus comes quartus. | Othelhildis comitissa quarta. | Stephanus quintus. |
| Theodericus comes quintus. | | Alardus sextus. |
| Florentius comes sextus. | Gertrudis comitissa sexta. | Ascelinus septimus. |
| Theodericus comes septimus. | Othelhildis septima. | Walterus octavus. |
| Florentius[b] comes Crassus comes octavus. | Petronilla octava. | Wiboldus nonus. |
| Theodericus comes nonus. | Sophia nona. | Lambertus decimus. |
| Florentius comes decimus. | Ada comitissa decima. | Franco undecimus. |
| Theodericus comes undecimus. | Aleydis undecima. | Libbertus duodecimus. |
| 7 Willelmus[7] comes duodecimus. | Aleydis duodecima[d]. | Heynricus decimus tertius. |
| Florentius[8] comes decimus tertius. | Machtildis decima tertia[e]. | Arnoldus decimus quartus. |
| | | Theodericus decimus quintus. |
| 9 Willelmus[9] Romanorum rex comes decimus quartus. | Elyzabeth comitissa decima quarta[f]. | Ysebrandus decimus sextus[10]. |
| | | Libbertus[g] decimus septimus[11]. |
| | | Nicolaus decimus octavus[12]. |

5) *Codicem bibliothecae publicae Hamburgensis N.* 17. *signatum membranaceum in folio saeculi XIV. videlicet Wilhelmi procuratoris Egmundani chronicon Hollandiae, cuius tota fere prior pars usque ad a.* 1206. *et notitiae annorum* 1248, 1250, 1282. *ex codice Cottoniano fluxerunt*[13]. *Codex iisdem verbis orditur, quibus quaternionem codicis Cottoniani annos* 1168 *sqq. complexum incipere vidimus: „de latibulis egressi Fresones", atque aliis quoque locis originem ex Cottoniano duxisse comprobatur; subsistit in historia a.* 1332.

*Haec igitur subsidia sunt, quibus adhibitis locos codicis Cottoniani aut pessumdatos aut obscuratos restituere contigit. Quod vero uno autographo integro praestari posset, scilicet ut partes annalium prout diversis auctoribus sibi invicem succedentibus debentur rite distinguerentur, deperditis tribus quaternionibus extra calculum venit, dum apographa correctiones, mutationes et additiones scribis posterioribus debitas minime agnosci sinunt. Nescimus igitur, utrum quae a.* 1130. *de operibus a Waltero abbate perfectis, a.* 1159. *de obsidione quinquennali Mediolani et de schismate Alexandri III leguntur, una cum narratione scripta, an postea addita sint. Narratio de Iudaeo Ratisponensi a.* 1137. *post obitum Chuonradi III regis a.* 1152, *de Hermanno episcopo a.* 1150 *dicta post eius obitum a.* 1156 *scripta sunt, et ea quoque parte cuius autographum extat, annis* 1164, 1165, 1167 *tempora rei gestae et narrationis „hodieque" scriptae haud parum differre videntur. Ceterum scriptores rerum ab eis traditarum bene gnaros fuisse, narratio ipsa et auctores narrationis passim indicati*[14] *ostendunt. Annales tamen non singulis semper annis, sed et aliquo tempore praeterlapso compositos fuisse, haud raro animadvertas*[15], *et ab auctore ipso*

a) *haec inscripsi.* b) *ita corr.* Theodericus 3. 4. c) Gena 3. 4. d) *excidit in* 3. 4. e) XII. 3. 4. f) XIII. 3. 4. g) Hilbertus 4.

7) sedit a. 1203—1223. 8) sedit a. 1223—1234. 9) a. 1234—1256. Ian. 28. 10) sedit a. 1237—1240. 11) sedit a. 1240—1263. 12) sedit a. 1263—1269. 13) Archiv Tom. VI. pag. 235. 14) e. g. 1137. 1143. 1160. 1176. 15) e. g. anno 1130, 1132 post Lotharii obitum, 1178. bella adversus Heinricum Leonem gesta.

*aut a successoribus eius retractatos duplex eiusdem rei narratio a.* **1132** *et* 1134 *de Florentii comitis obitu, et a.* 1197. *de Wilhelmi comitis fatis et captivitate in Hurst comprobant.*

*Anni initium a nativitate Domini computatur*[16].

*Libri annalibus nostris superstructi, Wilhelmi chronicon et Iohannis de Beka, alii loco reservantur.*

Anno 875. Lodowicus imperator qui Italiae regnum regebat moritur. Eodem anno Karolus Romam perrexit, et Regino 874.
datis apostolico Iohanni et Romanis magnis muneribus imperator creatur. Anno

876. Lodowicus apud Franconefort palacium diem clausit extremum 5. Kal. Septemb. sepultusque est in monasterio sancti Nazarii quod Lorasham nuncupatur etc. ibid. 876.

[Iste Lodowicus[17] anno Domini 867. Theodorico comiti Hollandiae quoddam forestum Aewasda intercedente[a] Hemma regina dedit; Theoderico comiti largitus est[18] Ekmundam cum pratis silvis et omnibus aliis quae inter Forthrepam et Sintherthes nunc posteri eius possident, anno Domini 863. *Manu saeculi XII. in margine scripta.*] Anno

894. Berno ex comite abbas Cluniacum cenobium construxit. Anno Sigeb. 895.

900. Odilbaldus Treiectensis aecclesiae praesul obiit, et Ratbodus[b] in loco eius subrogatur antistes. Anno

903. Franco Leodiensis episcopus obiit. Stephanus successit, qui vitam seu passionem sancti Lantberti urbanius edidit, cantum quoque de eo et de sancta Trinitate, et de inventione sancti Stephani composuit. Anno ibid. 903.

912. Lothowicus rex obiit. Cuonradus ex Francorum genere oriundus vir strenuus bellorumque exercitio doctus rex a cunctis populis ordinatur. Sub quo potentissimi principes Arnoldus in Baioaria, Burchardus in Suovia, Everhardus in Francia, Giselbertus in Lotharingia erant. Inter quos Heinricus Saxonum dux et Thuringorum praepotens clarebat. Anno Liudp. II, 17. 18.

913. secundo itaque regni huius susceptionis anno, memorati principes huic rebellabant, quos Conradus rex tam sapientiae vigore, quam fortitudinis robore superavit, suamque ad fidelitatem perduxit. Anno ibid. II, 19.

917. Karolus rex Francorum regnum Lotharingiae recepit. Sigib. 916.

Eodem anno, id est septimo regni sui anno, Cuonradus rex tempus vocationis suae imminere cognoscens, supramemoratos principes ad se venire iussit, et coronam auream gemmis preciosis non solum ornatam sed gravatam, sceptrum etiam cunctaque regalia indumenta in medium venire praecepit, ac huiusmodi verba effudit: *Heredem regiaeque dignitatis vicarium regalibus meis indumentis Heinricum Saxonum et Thuringorum ducem prudentissimum constituo, cui ut obedìatis non solum consulo sed exoro.* **Deinde post haec Cuonradus rex obiit et Heinricus successit. Anno** Liudpr. II, 20.

924. Karolus rex Francorum, filius Lothowici Balbi, obiit exul et martyr in custodia Hereberti comitis. Anno Sigib. 924.

928. Lothowicus filius Karoli in regnum restituitur. Anno 894 et 928. ibid. 929.

931. obiit Hubaldus philosophus et monachus, qui in septem liberalium artium peritia clarus, egregie preter cetera in musica claruit, et de multis sanctis cantus dulci et regulari modulatione composuit. Anno ibid. 931 et 879.

936. Heinricus rex gravissima invalitudine correptus migravit ad Dominum. Cuius corpus in nobilissimarum ac religiosissimarum monasterio puellarum quod vocabulo Quitelingaburg situm liquet, intra aecclesiam cum immensa est veneratione repositum. Hic ante regni susceptionem ex Mathilda coniuge sua genuit filium quem vocavit Ottonem, qui successit ei in hereditate et regno. Dux enim erat idem rex Otto ante regni susceptionem ex Anglorum gente nobilissima regis Adelstani fratris filia sibi uxorem nomine Otgit, de qua genuit filium quem nomine suo appellavit. Anno Liudpr. IV, 14. ibid. IV, 40.

937. obiit Obdo primus abbas Cluniacensium. Anno Sigib. 937.

944. obiit Otto dux Lothariensium. Anno ibid. 944.

948. Lothowicus dux Francorum a Nortmannis capitur. Karlomannus, vero maior filius eius moritur. Anno ibid. 948.

951. obiit Lothowicus rex. Anno ibid. 955.

955. obiit Lothowicus rex Francorum, Lotharius filius eius successit. Anno ibid. 955.

962. obiit Baldwinus filius Arnulfi marchisi Flandrensium. Anno

966. [corpus sancti Pontiani est ab Italia perlatum Traiectum studio Baldrici episcopi. *Manu saeculi XIII. in margine scripta.*] Anno

968. Otto iunior a patre evocatus Romam, benedictionem imperialem suscepit. Anno ibid. 968.

972. Otto imperator Ottoni filio suo Theophanu[c] filiam regis Gretiae in matrimonio sociavit. Anno ibid. 972.

**974. Otto senior imperator obiit. Otto secundus imperavit annis 10. Anno** ibid. 973.

976. sanctus Uthalricus episcopus ad Dominum transiit, cuius vita qualis fuerit mox miraculorum gloria patefecit. Eodem anno Baldricus Traiectensium episcopus obiit. Ansfridus prius comes, deinde episcopus electus atque ordinatus successit. ibid. 976.

Ipso anno ducatus Lotharingiae datur Karolo, fratri regis Francorum. Igneae acies in celo apparuerunt per totam noctem 5. Kal. Novembr. Anno ibid. 977. ibid. 979.

980. Arnulfus comes Liudgardam coniugem suam legaliter coram rege Ottone desponsavit, testamentumque dotale inde scribi fecit indict. 8.

a) inter . . . . . te 1. b) *vox erasa, et saec. XVI.* Egiloldus *scriptum.* c) Th = Th *saepius in codice* 1. *scribitur.*

16) vide anno 1166. 17) immo Lotharius Galliae rex a. 968. Apr. 13. 18) Karolus IV rex a. 923.

cf. Sigib. 1070. Hoc anno complentur mille anni a nativitate Christi secundum veritatem euangelii, qui secundum cyclum Dionisii anno ab hoc 21. finiuntur, sicque in anno dominicae passionis veritati euangelicae contraitur. Anno

ibid. 983. 983. Otto imperator Romae obiit, et Otto filius eius successit et 19 annis imperavit. Anno

985. **Hoc anno Theodericus pater[a] Arnulfi comitis interventu Ekberti Treverensis aecclesiae archiepiscopi, filii[b] sui, suscepit in propriam hereditatem ab Ottone rege quicquid habuerunt antecessores sui in beneficio indictione 13. Anno**

Sigib. 986. 986. Lotharius rex Francorum obiit. Lothowicus successit. Anno

ibid. 987. 987. Lothowicus rex obiit. Hugo successit. Anno

988. obiit Theodericus comes[c].

988. [obiit Theodericus II[d]. comes[*]. Arnulfus filius eius successit. *Manu s. XII. in marg. add.*]

ibid. 993. 993. Otto in imperatorem benedicitur. Arnulfus comes interficitur. [Huic Theodricus III. filius eius successit. *Manu saeculi XII. in margine scripta.*]

994. Ekbertus, frater Arnulfi comitis[e], Treverorum archiepiscopus obiit. Anno

ibid. 996. 996. Hugo rex Francorum obiit, et Rotbertus filius eius successit et regnavit annis 35. Anno

ibid. 1000. 999. multa prodigia visa sunt. Terre motus factus est permaximus. Cometes apparuit. Anno

ibid. 1002. 1003. Otto imperator obiit. Heinricus filius eius successit. Anno

1008. Ansfridus episcopus ab hac vita transiit, cuius conversatio qualis fuerit per miracula ad eius sepulchrum facta claruit. Adalboldus vir sapientissimus post eum eligitur, et inthronizatur. Anno

ibid. 1009. 1009. eclipsis solis facta est. Nortmanni Tiele oppidum incendunt. Anno

ibid. 10 0. 1010. Nortmanni multis interfectis Traiectum incendunt. Anno

1 1012[1]. sanctus Macharius ad celestia regna migravit. Anno

cf. ib. 1016. 1016. Symeon monachus Treveris inclusus ex hac vita discessit. Anno

ibid. 1017. 1017. cometes in modum trabis apparuit per quatuor menses. Anno

ibid. 1018. 1018. Theoderico comite filio Arnulfi debellante, Fresones in vindicta patris sui ab eis occisi, Godefridus[g] dux ad eum debellandum ab imperatore mittitur, et repente vox, unde emissa nescitur: *Fugite! fugite!* Et a paucis Fresonibus multi perempti sunt; dux vero captus est. Anno

ibid. 1021. 1021. sanctus Heribertus Coloniensis archiepiscopus obiit. Anno

ibid. 1023. 1023. eclipsis solis facta est. Nova ecclesia sancti Martini in Traiecto constructa et dedicata est a 12 episcopis 6. Kal. Iul. Anno

ibid. 1024. 1024. Heinricus imperator obiit, cuius vitam Adalboldus episcopus Traiectensis descripsit. Cuonradus filius ei successit. Anno

1027. obiit Adalboldus episcopus, cuius excellens sapientia multis nota est, et qui summae virtutis vir et consilii ubique praedicatur. Si de hoc quisquam dubitare visus fuerit, respiciat Traiectum diversis operibus ab illo auctam et ornatam, ibidemque novum monasterium sancti Martini miro ingenio ab eo fundatum et ordinatum, et mira celeritate paucis annis pene ad perfectionem perductum. Videat etiam locum in Tiele iam divinis rebus florentem, a superioribus episcopis omnibus solatiis destitutum, ab ipso uno pia consideratione pene ad pristinum statum restitutum. Ex quibus rebus facile colligitur, quia terrena non quesivit, sed soli Deo placere desideravit. Anno

ibid. 1027 et 998. 1028. Odilo abbas Cluniacensis claruit. Illo tempore quidam religiosus ab Hierosolimis rediens, in Sicilia reclusi cuiusdam humanitate recreatus; didicit ab eo inter cetera, quod in illa vicinia essent loca eructantia flammarum incendia; quae loca vocantur ab incolis ollae Vulcani, in quibus animae reproborum luant diversa pro meritorum qualitate supplicia, ad ea exequenda deputatis ibi demonibus, quorum se crebro voces, iras et terrores, sepe etiam eiulatus audisse dicebat plangentium, quod animae dampnatorum eriperentur de manibus eorum per elemosinas et preces fidelium, et hoc magis per orationes Cluniacensium orantium indefesse pro defunctorum requie. Hoc per illum Odilo comperto, constituit per omnia monasteria sibi subiecta, ut sicut in primo die Novembris sollempnitas omnium sanctorum agitur, ita sequenti die memoria omnium in Christo dormientium celebretur. Qui ritus ad multas ecclesias transiens, fidelium ibid. 993. defunctorum memoriam sollempnizari facit. Hic Odilo dum a quibusdam argueretur, cur in delinquentibus tam misericors esset, et non severus, ait: *Si dampnandus sum, malui pro misericordia quam pro severitate dampnari.* Anno

ibid. 1028. 1029. in Italia claruit Wido Aretinus multi inter musicos nominis, in hoc etiam philosophis preferendus, quod

[*] Hic secundum .... tiones sicut paterni[h] regni et hereditatis[h] successor, eius[h] piae devotionis[h] **et boni operis extitit[h] imitator, praeter alia pater eius[h] hic ligneam[h], iste lapideam[h]** construxit sancti Adalberti[h] ecclesiam, et de reditibus[h] suis praebuit[h] fratribus cotidiani[h] victus sufficientiam[h]. Ekbertus autem filius eius[h] cum esset sub dira febre[h] et Erlinda soror[h] eius monocula[h], ambo letificati sunt[h] per sancti Adalberti merita[h]; ille validitate[h] febrium liberatur[h], illa oculi sui ereptione[h]. Iste[h] Theodericus reliquias sancti[h] Ieronis martyre[h] ipso revelante[h] de Norhtga ubi repositae[h] fuerant[h] transtulit, et Adalberto[h] ut ipse monuit[h] coniunxit[h]. *Manu saeculi XII.*

a) *ita restitui ex cod. 5. iam erasum;* filius *manu recenti.* b) *ita 5. iam erasum;* patrui *manu recenti.* c) *manu eadem post inserta.* d) *numerus additus.* e) frat. Ar. c. *manu fortasse coaeva addita.* g) Godefidus *cod.* h) i, ite, eius, ionis, xti, r eius, lig, ideam, dalberti, re, buit, ani, entiam, us eius, ra febre, oror, a, cati sunt, ue, iditate, tur, e, ste, sancti, artyre, ante, ubi re, nt, od, to, mo, nxit *deleta supplevi.*

1) Cf. Ann. Gandavenses.

ignotos cantus etiam pueri facilius discunt per eius regulam quam per voces magistri, aut per usum alicuius instrumenti, Sigib. 1028.
dum sex litteris aut sillabis modulatione appositis ad sex voces quas solas regulariter musica recipit, hisque per flexuras digitorum levae manus distinctis, per integrum diapason se oculis et auribus ingerunt, intente et remisse elevationes vel depositiones earumdem sex vocum. Anno

1031. Hoc anno iussu Cuonradi imperatoris regali et sinodali conventu decretum est, ut ieiunium primi mensis cf. Sig. 1031.
in ebdomada prima quadragesime celebretur. Anno

1035. obiit Baldwinus marchisus Flandriae. Anno

1039. obiit Cuonradus imperator. Eodem anno obiit Theodericus III[a] comes filius Arnulfi Sigib. 1039.
comitis Hierosolimita, et[a] successit Theodericus[b] filius eius. Heinricus filius imperatoris patri successit. ibid.

1044. obiit Othilhildis comitissa. Anno

1047. obiit sanctus Odilo abbas. Instinctu Godefridi ducis comes Flandriae Baldwinus filius Baldwini marchisi Sigib. 1048.
contra regem Heinricum rebellavit. Leo nonus huius nominis Romanae sedi praesedit. Anno 1046. 1048.

1049. Godefridus Neumaga palacium inreparabiliter destruxit. Theodericus IIII[c] comes, filius Theo- ibid. 1047.
derici et Othelhildis, minus caute se custodiens, ab inimicis suis apud Thuredrech[2] occisus est, et Florentius I[c] frater eius in comitatu successit. Anno

1053. Baldwinus comes Hogium[3] incendit oppidum. Anno ibid. 1053.

1054. Leo papa ad celestia regna migravit, qui cuius meriti fuerit, multis miraculis ad sepulchrum eius ostensis ibid. 1054.
Deus patefecit. Hic cum ad copescendam sedem apostolicam Romam tenderet, audivit voces angelorum in coelo canentium: ibid. 1048.
'N A/'' '' Ω''"
*Dicit Dominus. ego cogito cogitationes pacis et non afflictionis.* Hic etiam de multis sanctis cantus composuit, et multa fecit et scripsit aecclesiae utilia. Eodem anno Bernolfus episcopus Traiectensis obiit, et in aecclesia sancti Petri apostoli, quam ipse pulchre construxit et ditavit, honorifice sepultus est. Anno

1056. Heinricus imperator obiit, et filius eius Heinricus IIII[d] successit. Anno ibid. 1056.

1057. Balduinus comes Flandrensis gratiam imperatoris recuperavit, et ab eo Valentianas et Wala- ibid. 1057.
chran in beneficium suscepit. Anno

1058. captis ab imperatore Heinrico aliquibus castellis, Fresones a rebellione refrenantur. Anno ibid. 1058.

1060. obiit Heinricus rex Francorum. Philippus filius eius successit. Anno ibid. 1060.

1061. Florentius comes Hollandensis cum de Bomlo[4] reverteretur ad propria, contigit 4
ut fessus ex itinere sub umbra arboris salignae in loco qui dictus est Hamerthe[5] dormiret meridie iam secure, et ecce inimici ex inprovisu supervenerunt, et priusquam cum suis equos ascendere potuit et effugere, in eum irruerunt, et eum cum multis suis occiderunt. Anno

1063. Rotbertus iunior, filius Balduini comitis Flandriae, frater Balduini tertii, Gerthrudem comitissam relictam Florentii comitis sibi in matrimonium sociavit, et sic comitatum Holdlandiae et Fresiae adquisivit. Anno

1064. Heremannus nobili Alemannorum prosapia procreatus, compotum suum edidit, et famosissimam[e] de natu- Ansel. 1064.
rali lunae discursu questionem subtilissime investigatam[f] absolvit. Anno

1066. cometes apparuit ad occidentalem plagam. Wilhelmus comes Northmannorum cum Francis Angliam Sigib. 1066.
intravit, et perempto Heraldo Anglorum rege in bello, regnavit annis 22[g]. Anno

1070. Godefridus dux Moselanorum obiit, et Godefridus gibbosus successit. Anno ibid. 1070.

1071. Godefridus dux gibbosus cum Wilhelmo episcopo et regali exercitu Rotbertum de Holdland expulit, et sibi potenter subiugavit. Quo facto Rotbertus comes cum paucis Gandavum venit, et convocatis principibus Flandriae, alios beneficiis atque alios pecuniis et promissionibus ad se adtraxit. Deinde congregato non modico exercitu, obviam Arnoldo
comiti, fratris sui Balduini filio, apud Casle civitatem processit, et conserto prelio Arnoldus ipse ibid. 1072.
perimitur, mater eius Richelda capitur, rex Francorum Philippus fugatur, ipse etiam Rotbertus comes capitur. Tunc laxatis ex ambabus partibus utrisque captivatis, ipse in regnum paternum honorifice suscipitur, et 23 annis dominatur. Anno

1072. Godefridus dux gibbosus ulteriores Fresones gravi praelio devastat. Anno ibid. 1071.

1073. Hildebrandus qui et Gregorius Rome presedit. Hoc anno duobus magnis annis a 15. anno Tiberii Cesaris ibid. 1073.
revolutis, omnia secundum cursum solis et lunae concordant illi anno quo baptizatus est dominus Iesus Christus, id est 8. Kal. Ianuar. die dominico epiphaniae, initium ieiunii eius 2. feria, temptatio eius 15. Kal. Mart. in sexta feria. Anno

1074. Gregorius celebrata sinodo simoniacos anathematizavit, et uxoratos sacerdotes a divino officio removit, ibid. 1074.
laicosque qui eorum missam ulterius audire cuperent excommunicavit. Anno

1075. beatus Anno Coloniensis archiepiscopus ad celestem migravit patriam, corpusque eius Si- ibid. 1075.
geberch in monasterio quod ipse construxit honorifice humatum est. Godefridus gibbosus cf. v. Annol.
dux secessum petens latrinarum ut ventrem purgaret, graviter et turpiter a quodam Gisleberto Theoderici filii Florentii comitis proprio famulo vulneratus est, et navi impositus

a) III *sicut* et successit Th. f. e. *manu coaeva adiecta sunt.* b) *iam manu saec. XV. scriptum.* c) *manus coaeva addidit.* d) *iam correctum:* III. e) famosissima 1. f) investigatum 1. g) XXVI. *Sigibertus. Vere obiit a.* 1087.

2) Dordrecht. 3) Huy ad Mosam. 4) Bommel ad Wahalem. 5) Neer-Hemert in insula Bommelerwaard ad Mosam.

iussu suo Traiectum usque translatus, post paululum 5. Kal. Martii obiit. Willemmus etiam episcopus 5. Kal. Mai. obiit. Cuonradus successit. Anno

1076. Theodericus V.[a] filius Florentii comitis, adhuc iuvenilis etatis flore pollens, non diutius est passus paterno regno et hereditate privari, sed congregatis quibuscumque
6 potuit, cum vitrici sui Roberti[b] comitis presidio Islemunde[6] firmissimum castrum ubi Cuonradum episcopum sciebat esse adiit, illudque favillatenus cremavit. In quo prelio occisi sunt Landbertus praepositus Daventrensis, Vulmarus presbiter Sancti Bonifacii, et Gerloch comes, et multi alii; ipsoque episcopo capto et iterum dimisso, cum triumpho in propria
Sigib. 1076. sua recipitur, et postmodum 15 annis cum pace vitam duxit. Hoc anno, qui est tertius decimus annus primi decennovenalis cycli in repetito magno anno Dionisii, duobus magnis annis a passione Domini revolutis, omnia quae ad cursum solis et lunae spectant anno dominicae passionis concordant. Unde apparet quod Dionisius non recte annos Domini cyclo suo annexuit. Quia enim ab anno Domini 532 cyclum suum orditus est, nimirum intendit Christum fuisse natum anno secundo prioris magni anni, ac per hoc hic annus anno dominicae passionis concordans debuisset esse magni cycli annus non tertius decimus sed 23, quia is fuit annus passionis Domini, et per hanc consequentiam solaris et lunaris cursus concordantem euangelicae veritati Dionisius posuit nativitatem Christi 21 annis tardius quam debuit. Anno

ibid. 1081. 1081. terrae motus factus est magnus 6. Kal. Aprilis. Anno

ibid. 1084. 1084. Gregorius papa abdicatur, et Wibertus inthronizatur. Anno

ibid. 1086. 1086. Desiderius qui et Victor abbas Cassinensis Rome presidet. Anselmus episcopus apud Mantuam exulans obiit. Anno

1087. Kanutus rex Danorum interficitur. Corpus sancti Nicholai a Mirrea civitate Gretie[c] in Barim
ibid. 1092 transfertur anno a depositione eius 745. Wilhemmus rex Anglorum obiit. Wilhelmus filius eius successit. Anno

1091. obiit Theodericus V.[d] comes piae memoriae. Florentius II.[d] filius eius successit. Anno

1093. Rotbertus comes Flandriae obiit, Rotbertus filius eius successit. Anno

ibid. 1096. 1096. eclipsis lunae facta est. Maxima multitudo christianorum una inspiratione mota, et multis sibi signis ostensis, alii ab aliis animati, duces, potentes, nobiles et ignobiles, divites et pauperes, liberi et servi, episcopi, clerici, monachi, senes et iuvenes, etiam pueri et puellae, omnes uno animo undique concurrunt, et virtute et signo sanctae crucis armati ibant Ierusalem. Anno

cf.Sig.1098. 1099. Cuonradus episcopus in propria domo post celebrationem missae, in quarta feria paschalis ebdomadae cultello perimitur, et in aecclesia sanctae Mariae quam ipse magno sumptu construxit humatur. Anno

Sigib. 1100. 1100. Raginerus, qui et Paschalis, Rome presidet. Anno

cf.Sig.1100. 1101. Rotbertus comes Flandriae rediit de Hierusalem. Anno

ibid. 1100. 1102 Urbanus et Wibertus qui de papatu contenderunt, moriendo contentionis finem faciunt. Anno

ibid. 1104. 1104. Hierosolimitae Accaron urbem capiunt. Anno

7 1105. Steppo abbas[7] obiit 3. Nonas Ianuarii. Adalardus successit quinto die.
ibid. 1105. Eodem anno Hierosolimitae innumerabilem paganorum multitudinem conterunt. Anno

1106. mense Februario 14. Kalendas Mart. luna 10. 6. feria, ebdomada prima quadragesimae, oritur in oriente cometa admodum gracilis sed ignea, cuius radii miro modo lactei visi sunt diatim crescere, atque sub Orione ad orientem protendere Visus est etiam globus igneus de eadem stella in terram cadere. Mense autem Septembri Rotbertus comes Northmanniae fratrem suum Heinricum regem Angliae cum bello aggreditur, et multis ex utraque parte interfectis idem Rotbertus capitur et in Anglia incarceratur. Anno

ibid. 1106. 1107. 4. Nonas Februar. stella visa est per diem in celo ab hora tertia usque ad nonam quasi cubito distans a sole. 2. Idus Februarii apud Barum Italiae stellae visae sunt in coelo per diem, nunc quasi inter se discurrentes, nunc quasi in terram cadentes. Toto enim mense Februario cometes apparuit. Heinricus filius imperatoris contra ius naturae, et contra fas legum in patrem insurgit, et quam indigne eum tractaverit, declarat epistola ex ore ipsius patris scripta ad Philippum regem Franciae, quae sic inchoat: „*Princeps clarissime.*“ Eodem anno Heinricus IIII.[e] imperator multa adversa a filio passus, apud Leodium obiit.

ibid. 1108. Anno dominicae incarnationis 1108. Heinricus imperator contra Robertum comitem Flandrensium apud Duacum vadit, sed pace simulata pene inefficax rediit. Boemundus[*] dux Apuliae exercitu contracto[*] undecumque nititur Constantinopolitanum[*] invadere imperium[*]. Hoc anno quoque imperator cum exercitu veniens Duacum, impugnabat Flandriam. In pago Mempsico villa Herlebeka dum[*] quidam militaris dives cognomine[*] Ingelmarus, qui ut[*] mos est pagensibus illis circa domum[*] habebat fossam profundam quae ab omni incursu securam reddit curtim, ad quam siti[*] compulsus, nocte bibiturus[*] aquam vigil qui domum nocte custodiebat[*] descendit, sed gustata[*] aqua, non aquam sed vinum optimum[*] offendit. Qui non recitans[*] novitatem sed gaudens[*] ad dulcedinem bibit et rebibit[*] et usque ad sacietatem incubuit.[*] Ter aut quater nocte eadem[*] rediens

a) *m. s. XII. additum.* b) R. 1. c) Lyciae *Sigib.* d) *m. coaeva.* e) *m. coaeva.* *) dus, acto, ant, um, um, ogn, ut, omum, am, siti, rus, custo, ata, pti, eci, dens, bibit, uit, dem *exciderunt iam in* 1.

6) Ysselmuiden. 7) abbas quintus Egmundanus.

ad idem, vino peroptimo* se inebriavit. Tandem* aurora illuscescente bibiturus* rediit, sed tunc aquam invenit aliquid tamen prioris retinens saporis. In pago Mempsico villa Panghem[a] dicta, rusticus volatile* quod anas dicitur suo vicino* furtu abstulit et occidit*, quod feria tertia quae caput ieiunii* praecedit comedit. Qui parvipendens* quod egit, usque* in pascha querelas per presbiterum* in ecclesia ex hoc factas supersedit. Tandem feria 6. ante pascha* crucem ex more adoraturus*, inter reliquam multitudinem* cum osculum sanctae cruci imprimeret*, divinitus recidit* percussus, carnesque ipsas tam recentes evomuit, ut comederat ante 40 dies. Quo facto in stuporem ammirationis omnes hoc videntes misit. *In margine adiecta, manu saeculi XII. exeuntis aut XIII. ineuntis.*

Anno 1109. Rotbertus comes Flandriae obiit. Balduinus filius eius successit. Burchardus episcopus Traiectensis presbiteros et diaconos et subdiaconos et acolithos ordinavit.

Anno dominicae incarnationis 1109. in* parrochia Legiensi porca enixa* porcellum faciem hominis* habentem. Pullus etiam natus* est galline quadrupes. Philippus rex Francorum obiit. Lothwicus filius eius successit. Obiit Anselmus Cantuariae archiepiscopus. Multi sacro igne comburuntur* membris et ad instar carbonum* nigrescentibus. Rob. de Tor a. 1109.

In* villa Furnis dicta rusticus feria* tertia ante caput ieiunii domum* vicini sui noctu clam* irrepsit, baconem unco* abstraxit, dieque postera* cum uxore et filiis ac reliqua* familia carnes usque* ad saturitatem comedit*. Qui etiam per totam quadragesimam ammonitiones et excommunicationes* ex hoc in ecclesia factas* audire contempsit, tandem* in pascha inter reliquos communionem* accepit. Quem mox* dolor dirus viscerum invasit*, timensque conscientiam* suam, presbiterum Idesbosed* dictum, in parte evocavit, et ei quid egerit confessus, mox cecidit ante pedes* ipsius evomens carnes* quas ante quadragesimam comederat* fetentes. Quod factum* in ammirationem venit cunctis quibus innotuit. *Manu saeculi XIII. in margine addita.*

Anno 1110. cometes apparuit mense Iunio, radios dirigens ad austrum, multis conicientibus hoc signo portendi futurum regis Heinrici quinti expeditionem Italiam versus. Sigib. 1110.

Anno 1111. Heinricus V. huius nominis rex Romam vadit, propter sedandam discordiam quae erat inter regnum et sacerdotium, quae cepta a Gregorio nono huius nominis papa, qui Hildebrandus nominatus est, et exagitata a successoribus Gregorii Victore et Victore[b], et pre omnibus a Paschali, magno scandalo erat toto mundo. Rex uti volens auctoritate et consuetudine et auctoralibus privilegiis imperatorum, qui a Karolo magno, qui primus de regibus Francorum imperavit Romanis, iam per 300 et eo amplius annos imperaverant, sub sexaginta tribus apostolicis, dabat licite episcopatus et abbatias, et per anulum et per virgam. Contra hanc maiorum auctoritatem censebant papae synodali iudicio, nec posse nec debere dari per virgam vel per anulum episcopatum aut aliam aecclesiasticam investituram a laicali manu, et quicumque ita aut aliam aecclesiastici iuris investituram accipiebant, excommunicabantur. Propter hanc precipue causam rex Romam tendebat, et si qui Langobardorum quoquo modo ei resistere volebant, potenter eos proterebat. Quid vel quomodo inter papam et regem convenerit, cum multa a multis dicantur, hoc tantum a nobis dicetur, quod in epistola ab ipso rege conscripta legimus. Instabat omnimodis papa ut averteret regem a potestate dandi episcopatus vel abbatias, nec per anulum nec per virgam. Regi querenti per internuncios a papa his omnibus sibi ablatis quomodo constaret regnum, quoniam fere omnia regalia antecessores sui concesserant et tradiderant aecclesiis, respondit: *Sacerdotes decimis aecclesiae et oblationibus contenti sint, rex vero omnia praedia et regalia quae a regibus collata sunt aecclesiis recipiat, et detineat sibi et successoribus suis.* Rege per nuncios respondente se nolle violentiam et iniusticiam inferre aecclesiis, promisit papa, et suis pro se iurantibus affirmavit, se dominica instantis quinquagesimae omnia regalia cum iusticia et auctoritate apostolica ab episcopis et aecclesiis auferre, et regno reddere, id est civitates, ducatus, marchias, comitatus, monetas, teloneo, advocatias, omnia iura centurionum vel villicorum, curtes et villas cum omnibus pertinentiis suis quae regni erant, militiam et castra. Hanc conventionem in carta descriptam dedit regi, hoc addens quod ipse regem et regnum ulterius non inquietaret, et privilegio sub anathemate confirmaret, ne posteri sui eum inquietare praesumant, regem benigne et honorifice susciperet, eumque in imperatorem coronaret, et ad tenendum imperium auxilio officii sui adiuvaret. Pro his omnibus implendis papa regi obsides dedit. Internuncii regis quamvis scirent hoc nullo modo posse fieri, affirmaverunt, si papa haec compleret, regem quoque investituras aecclesiarum uti querebat refutaturum. Hac spe promissionum regi Romam tendenti, Paschalis papa primo per suos, postea ipse cum primoribus Romanorum extra Urbem occurrit, nullamque causam resistendi ostenderunt. Vix civitatis portas ingressus erat, cum militibus eius infra civitatis moenia secure vagantibus, alii vulnerati, alii occisi, omnes vero capti aut spoliati sunt. Rex tamen quasi pro levi causa non motus, tranquilla mente usque ad ianuas aecclesiae beati Petri apostoli cum processione venit. Ubi volens ostendere nullam aecclesiarum Dei disturbationem ex suo velle procedere, in oculis et auribus omnium hoc decretum promulgavit: *Ego Heinricus imperator augustus affirmo Deo et sancto Petro, et omnibus episcopis et abbatibus, et omnibus aecclesiis, omnia quae antecessores mei reges vel imperatores concesserunt, vel quoquo modo tradiderunt Deo, ego nullo modo subtrahere volo.* Hoc decreto lecto et subscripto, petiit a papa ut adimpleret ei quod in carta conventionis scriptum erat. Ipse etiam rex conventionem suam ad papam firmavit, iurantibus quatuor comitibus, quod proxima quarta vel quinta feria rex principes suos amiciciam iurare faceret, et obsides daret, eo tenore, si papa proximo dominico die adimpleret regi per omnia quod in carta conventionis eius scriptum erat. Cum ergo rex insisteret, ut papa cum iusticia et auctoritate promissam sibi conventionem de reddendis sibi regalibus confirmaret, universis tam suis quam nostris, scilicet episcopis, abbatibus, et universis aecclesiae filiis in faciem ei resistentibus, et decreto suo planam heresim inclamantibus, voluit papa si salva pace aecclesiae potuisset hoc privilegium proferre, ne sacerdotes, abbates, aut clerici secularibus occupentur, neve ad comitatum accedant, nisi pro dampnatis eruendis, neve militiam exerceant, quae vix aut ibid. 1111

*) op, adem, it *iam exciderunt in* 1. a) proprinsheim 2. *) vel, ici, cidit, iunii, per, que, sbiterum, ha, turus, inem, m, dit *iam exciderunt in* 1. *) in, eni, mi na, bu, co, In, feria, do, cla, un, postera, rel, us, d, n, f, t, c, m, in, en, se, de, ra, de, fa, *deleta supplevi.* b) Urbano *Sigib.*

nullo modo sine rapinis, sacrilegiis, incendiis, et homicidiis exhibentur, neque ministri altaris fiant ministri curiae, neve accipiant a regibus ad regnum pertinentia, regi autem sive imperatori censuit esse dimittenda omnia ad regnum pertinentia a tempore Karoli magni et ceterorum imperatorum, interdicens sub anathemate, ne quisquam episcoporum invadat ad regnum pertinentia. Interdixit etiam sub anathemate, ne illi qui post eum in apostolica sede sessuri sunt audeant regem aut regnum eius inquietare sub hoc negotio. In reconciliatione autem quae facta est inter papam et imperatorem, qui ipsum papam cum episcopis et cardinalibus ceperat, hoc fuit iuramentum regis: *Ego H. rex quarta vel quinta feria proxima liberos dimittam dominum papam, et episcopos, et cardinales, et omnes captivos et obsides, et papae et fidelibus eius, et Romanis pacem et securitatem servabo, tam per me quam per meos, et in personis et in rebus, eique obediam salvo honore regni vel imperii.* Hoc iuramentum iuraverunt etiam episcopi et principes circiter 14. Iuramentum ex parte papae hoc fuit: *Dominus papa Paschalis non inquietabit dominum regem nec regnum eius de investitura episcopatuum vel abbatiarum, neque de iniuria sibi et suis illata, in personis et in bonis, nec aliquod malum reddet sibi, nec alicui personae pro hac causa, et penitus in persona regis Heinrici numquam anathema mittet, nec remanebit in domino papa quin coronet eum, et regnum et imperium auxilio officii sui eum tenere adiuvabit pro posse suo.* Hoc iuramentum papae confirmaverunt iurando episcopi et cardinales numero 15 Heinrico regi in imperatorem coronato. Post lectum euangelium tradidit ei papa ante altare apostolorum Petri et Pauli in oculis omnium principum hoc privilegium de investitura episcopatuum vel abbatiarum tam per anulum quem per virgam: *P. episcopus servus servorum Dei karissimo in Christo filio H. Theutonicorum regi et per Dei omnipotentis gratiam Romanorum imperatori augusto salutem et apostolicam benedictionem. Regnum vestrum sanctae Romanae aecclesiae coherere dispositio divina constituit. Predecessores vestri probitatis et prudentiae amplioris gratia Romanae urbis coronam et imperii consecuti sunt. Ad cuius videlicet corone et imperii dignitatem tuam quoque personam fili karissime H. per nostri ministerium sacerdotii maiestas divina provexit. Illam igitur dignitatis praerogativam quam praedecessores nostri vestris praedecessoribus catholicis imperatoribus concesserunt et privilegiorum paginis confirmaverunt, nos quoque dilectioni tuae concedimus et praesentis privilegii pagina confirmamus, ut regni tui episcopis vel abbatibus libere preter violentiam et symoniam electis investituram virgae et anuli conferas. Post investitutionem vero canonice consecrationem accipiant ab episcopo ad quem pertinuerit. Si quis autem a clero et populo preter tuum assensum electus fuerit, nisi a te investiatur, a nemine consecretur. Sane episcopi et archiepiscopi libertatem habeant a te investigatos episcopos vel abbates canonice consecrandi. Predecessores enim vestri aecclesias regni sui tantis regalium suorum beneficiis ampliaverunt, ut regnum episcoporum vel abbatum maxime praesidiis oporteat communiri, et populares dissensiones quae in electionibus sepe contingunt, regali oporteat maiestate compesci. Quam ob rem prudentiae et potestati tuae cura debet sollicitius imminere, ut Romanae aecclesiae magnitudo et ceterarum salus prestante Domini beneficiis tuis et servitiis conservetur. Si qua igitur aecclesiastica secularisve persona hanc nostrae concessionis paginam sciens contra eam temerario ausu venire temptaverit, anathematis vinculo nisi resipuerit innodetur, honorisque ac dignitatis suae periculum patiatur. Observantes autem misericordia divina custodiat, et personam potestatemque tuam ad honorem tuum feliciter imperare concedat.*

Confirmatio pacis inter apostolicum et imperatorem dum in celebratione missae traderet ei corpus et sanguinem domini nostri Iesu Christi: *Domine imperator, hoc corpus Domini natum Maria virgine, passum in cruce pro nobis sicut sancta et catholica tenet aecclesia*[a] *damus tibi in confirmatione verae pacis et concordiae inter me et te. Datum est Idibus Aprilis indictione quarta.*

Anno 1112. Burchardus episcopus Traiectensis obiit.

Anno 1113. in Ekmunda dedicatae sunt basilicae sanctae Dei genitricis Mariae 4. Non. Novembres, et sancti Adalberti ubi sepultus fuit 3. Non. Novembres a Geroldo episcopo.

Rob de Tor. Hoc anno mense Maio siligines et arbores sacro igne adustae, fructus sui speciem suat mentite, et quedam silve desuper arefacte. Subsecuta est hominum valitudo gravis et diuturna cum ventris profluvio et mortalitate.

Abbas Sancti Bertini suum priorem nomine Hermem, auxilio fretus Rotberti comitis pausantis Atrebati, intrusit in abbatiam sancti Winnoci Bergis, tam Deo, ut exitus rei probavit, quam et monachis invitis. Quibus late dispersis, cepit paucos qui remanserant illusio diabolica vexare. Erat ibi conversus monachus, Godebertus nomine, homo simplex, qui cum nocte matutinas pulsaret, videt aperiri tumbas duorum abbatum Ingelberti et Hermengeri, qui monachum arripiunt, ad sydera usque ter proiciunt. Quem etiam extraxissent, nisi Philippus comes, Roberti Frisionis filius ibidem ante quinquennium sepultus, surrexisset, eumque ab eis liberasset. Qui tamen triduum supervixit, et hec cunctis enarravit. Abbas vero ut novus alter Pharao induratus corde, nec sic pertimuit, set* donec propria eiectus est* instabilitate permansit. Quo tandem abiecto, locus igne divinitus misso usque ad solum fundi conflagratus emundatur. Set locus totus in brevi, et monasterium restauratur, innovatur ab Alfegero qui in loco eo* loco* Hermetis constitutus est. Manu saeculi XIII in margine addita.

Anno 1117. mense Ianuario 3. Non. ipsius in aliquibus locis terrae motus accidit, adeo ut quarumdam urbium[b] partes cum aecclesiis subruisse dicatur.

Anno 1118. Paschalis papa moritur, Iohannes successit qui se Gelasium nominavit.

Anno 1119. Iohannes papa moritur. Kalixtus successit.

Anno 1120. Alardus abbas Ekmundensis 10. Kal. Mai. obiit. Baldwinus comes Flandriae, Rotberti iunioris et Clementiae filius, monachus effectus moritur. Cui successit Karolus consobrinus eius, filius[c] scilicet amitae illius Athelae, quem suscepit de Kanuto rege Datiae.

a) hic deficit quaternio, sequentia usque in finem anni 1168 manu saeculi decimi tertii suppleta sunt. b) deest 2. c) deest 2.

*) et, est, eo, lo suppleta.

Anno 1121. Florentius crassus comes, filius Theodorici quinti, [6. Nonas] Martii obiit. Petronilla vero relicta eius uxor, tres habens filios pusillos[a], Theodericum, Florentium, Simonem, comitatum strenue regebat. Sed quia muliebris sexus facilis ad circumveniendum est, circumventa a quibusdam potentibus familiaribus suis est, ut capellanum suum nomine Ascelinum a fratribus Ekmundensibus monachum suscipi impetraret, ut illo statim abbate constituto, ipsa de substantia ecclesiae suo commodo et voluntati liberius consuleret. Effectum igitur habuit suggestio perversorum[b], et homo simplicis naturae et ignarus penitus monachici ordinis nomine tantum abbas est constitutus, ceterum res ecclesiae in potestatem devenerant manus alienae, et erat videre miseriam, filiis penuriam patientibus, extraneis de nostra depressione gloriantibus. Preterea respectu magis avariciae quam timoris Domini suggesserunt comitissae ut destrueretur vetus templum, quasi indecens et nimis angustum[c]. Factum est, et tres constituti sunt laici praelati ecclesiae, lupi magis quam pastores, scilicet Folpertus abbas, Eilgerus et Stephanus. Qui occasionem nacti clandestinae praedationis, sub specie consulendi praedam de nostro peculio exercebant, domumque Dei paulatim exhaurientes, hominesque ecclesiae suae ditioni subitientes, domos suas pecuniis impleverunt. Filii eorum et filiae, cognati et affines per dotem nostrae possessionis nubebant et nubebantur, et sic post paulo res magnae ad magnam exiguitatem devenerunt. Et quia quae non conveniebant fecerunt, convenienti maliciae eorum poena sunt puniti, pro sua ecclesia illo dimicante qui ait: *Qui tangit vos, tangit pupillam oculi mei.* Omnes siquidem inopinata morte in dimidio dierum suorum in uno anno non in domibus vel in villis suis mortui sunt, et posteris terroris exemplum reliquerunt, quia qui destruit templum Dei, dissipabit illum Deus. Non enim erant semen electum Domini, quod manus Dei ab initio praeparavit ad destruendum, ad edificandum et plantandum in nomine Domini, ut per hoc non solum templi et claustri et omnium officinarum eius ruina innovaretur, sed magis morum, ordinis, religionis, et fratrum miserabilis et magnus defectus, favente Domino et sancto patre Adalberto consurgeret et melioraretur.

Anno 1122. in villa Honela natus est puer in modum piscis nec brachia habens nec coxas, portendens Flandriam viribus tanquam manibus et pedibus in suis principibus privandam, quod in morte Karoli evidenter patuit.

Anno 1123. hiemps facta est asperrima, ita ut omnem aquam praeter marinam indifferenter homines ut terram calcarent gelu solidatam, super[d] terram autem iter calcabile vix invenire poterant prae glacie congelata ab eris densitate[d]. Papa centesimus quinquagesimus decimus Kalixtus obiit. Honorius centesimus sexagesimus primus succedit.

Anno 1125. Heinricus imperator in Traiecto moritur, et Lotharius dux egregius in regem eligitur, elevatur et coronatur. Hyemps iteratur eque valida, exempto impedimento glaciali terrae incumbente. Fames valida supervenit a Kalendis Novembris incipiens, et usque ad novas fruges perdurans, quae multos in Flandria, sed plures extinxit in Brabantia.

Anno 1126. in Furnensi parrochia[8], villa Eggafridi-capella dicta, demon homines illudebat. Primo bitumen quod turvas[9] vocant et ad instar ligni aridi ardet, comminutum in frusta[e] iactavit in facies hominum. Processu etiam temporis cepit loqui, fatetur se filium cuiusdam ducis de Bethania fuisse, et nomen suum Gerardus; nomen pueri cuiusdam cuius vapulantis[f] fletus crebro audiebatur, cum ab illo verberabatur, erat Wilhelmus. Panem calidum omnibus partitus, dixit a Bethania eum nunc attulisse, ubi vidua negasset se panem nullum habere. Exorzizatus autem a subdiacono nomine Odulpho, fatetur diabolum se esse et quendam virum sanctum Hyllinum plus omnibus odisse, sed illum sibi non posse evadere, propter scelus quod iuvenis fecerat cum puella quinquenni nomine Teta. Clericus viro sancto dicit rem; quod ipse audiens per clericum, recurrit ad penitentiam. Ab octavo Kalend. Septembris fuit ibi usque ad Kalendas Martii. Clades permaxima venit, divitum et pauperum multitudinem extinguens. Karolus vir iustus comes Flandriae, filius Kanuti regis et martiris Datiae, et Athelae sororis Rotberti comitis, martir sanctus sicut et pater eius, anno regni sui octavo in urbe sua Bruggis nuncupata, a suis domesticis propter iusticias quas exercuit ut iudex iustus, infra quadragesimam in ecclesia coram altare cum psalterio suo cuius et cultor erat assiduus in oratione procumbens, et ut solebat in missarum

a) *deest* 2. b) perver suorum 2. c) minus augustum 2. d) super — densitate *desunt* 1. e) frustra 1. frusta 2. f) fapulantis 2.

8) Furnes. 9) *torf* nobis.

sollempniis pauperibus manus porrigens beneficas, trucidatur, hora qua *Miserere mei Deus* psalmum quinquagesimum canebat, sacerdote canonem sanctum ad altare ante principem decantante, anno Domini 1126; cum quo etiam occisi sunt Theinardus castellanus Bruogburgensis[a] et duo filii eius Giselbertus et Walterus electi milites, dapifer quoque ipsius Karoli nomine Walterus. Quo cognito Lothewichus Francorum rex successorem Karolo ponit Wilhelmum, filium Rotberti comitis Northmannorum, cognomento curtohosa.

Anno 1127. domnus Godeboldus episcopus Traiectensis morbo corripitur, et monachus devote factus apud Sanctum Laurentium in Ostbruch[10], moritur, et ante altare sancti Petri apostoli honorifice sepelitur.

Anno 1128. Andreas Traiectensis episcopus efficitur 7. Kal. Iulii. Comes Wilhelmus Flandrensis in obsidione Alst vulneratur, infirmatur, monachus Sancti Bertini efficitur, ubi et sepelitur ad caput Baldwini nepotis sui incliti comitis et monachi Sancti Bertini. Cui successit Theodericus filius Theoderici ducis de Elsathen[b], quem genuit ex Gerthrude filia Rotberti comitis Frisionis, relicta comitis Heinrici Bruselensis.

Anno 1129. eclypsis lunae facta est 4. Kal. Novembris.

Anno 1130. obiit Honorius papa[c]. . . . . . . . Eodem anno cum placuisset gratiae divinae visitare locum Egmundensem, inspiravit episcopo Andreae et comitissae Hollandiae Petronillae mittere legatos cum litteris ad abbatem Gandensem Arnoldum pro monacho qui idoneus esset animos regere, exteriora disponere et lapsa promovere; qui consilio cum suis habito, praepositum curtis eorum quae dicitur Lens Walterum quem frequenter probum et utilem probaverat misit. Quem episcopus Andreas in vigilia nativitatis sanctae Mariae abbatem ordinavit. Qui veniens Egmundam, et defectum in omnibus repperiens, quid ageret, quo se verteret, nisi ad Domini et sancti Adalberti patrocinium, ignoravit. Sed processu temporis Dei gratia in qua multum sperabat, prosperum in omnibus successum habuit, et omnia bene et ordinate tam exteriora quam interiora componi coeperunt. Cuius studium quale fuerit, praeter caetera teste est templum et omnes eius officinae.

Anno 1131. in Traiecto tria magna et diu plangenda incendia fuerunt.

Anno 1132. cum hyemps esset valida, Theodericus filius Florentii crassi, reminiscens infidelitatis et iniuriarum quas illi Fresones occidentales[11] frequenter fecerant, congregata multa manu militum se ulcisci oportunum iudicabat. Cum igitur Alkmare venisset, Fresones impetum eius exercitus non sustinentes fugerunt, et in interiori Fresia conglobati pro posse restiterunt. Et quia tota Fresia glaciali rigore pervia erat, milites comitis plurimas villas incenderunt, armenta, equos et vestes et cetera mobilia depraedati sunt, et multos Fresonum secum captivos asportantes ad comitem quasi victores reversi sunt. Set hec victoria multis et pene toti Holtlandiae in perniciem hac occasione conversa est. Habebat idem comes fratrem, qui Florentius niger comes dicebatur, qui erat vir naturaliter acris ingenii, secularis gloriae cupidus, dulcis eloquio, facetus ad omnes, iuvenes, senes, clericos, monachos, et vehementer adversans omnibus inimicis suis. Quae omnia invidiam illi non parvam conflaverant, et pravis agentibus consiliariis, matris gratiam quae toti adhuc imperabat comitatui, et fratris Thiderici amiserat. Sed quo magis displicebat suis, tanto amplius placere studuit et placuit alienis. Nam et nonnulli nobilium iungebantur illi, et vulgus novae potestatis naturaliter cupidum etiam cum periculo salutis et rerum suarum sequebatur eum. Fresones vero discordiam fratrum audientes gavisi sunt, et legatos Florentio mittentes, illi, si ad partem suam transire vellet, dominatum totius occidentalis Fresiae promiserunt. Nec dubius adolescens ad eos secessit, et paratos ad omne quod imperaret et aggredi vellet negotium invenit. Per annum igitur, scilicet ab Augusto in Augustum, manens in Fresia, quas poterat fratri et patriae eius insidias et dampna cum Fresonibus machinatus est. Qui memores iniuriarum suarum, ecclesiam Alkmare et totum forum incenderunt, et preda non modica ditati sunt. Interea plurimi de comitatu[12] et maxime rustici, qui se nimis opprimi dolebant, spe libertatis inaniter accensi consilium inierunt, ut Thidericum comitem desererent, et Florentio adhererent, et cum Fresonibus sub uno duce unus populus fierent. Missis ergo legatis fidelitatem suam promiserunt, et venientem cum suis devote suscipientes, ar-

a) burgburgensis 2. b) ebsatem 2. c) *saeculo XV. locus rasus est insertumque* II. et sequitur Innocentius II; *ita legit et* 2.

10) Oestbroeck monasterium ab ipso constructum in palustri loco, nobis *bruch*, Westbrock est a septentrione Ultraiecti. 11) in Dregterland constituti. 12) scilicet Hollandiae.

mata manu et valida conspiratione prosecuti sunt, nulloque resistere valente, nec ipso comite Thiderico, licet cum multis occurrerit, usque Harlem perduxerunt, et una cum Fresonibus antiquorum comitum domos et cuncta circumcirca edificia aspiciente comite combusserunt. His pertinaciter gestis, quia Fresonum mos est numquam vel rarissime extra suos terminos pernoctare, festinanter cum duce suo redierunt, et socios conspirationis in magno periculo reliquerunt. Nam domibus eorum et omnibus quae habebant igni traditis vel ablatis, de eis comes ut voluit triumphavit. Dum haec geruntur, fama discordiae fraternae ad aures Lotharii regis avunculi eorum[13] defertur. Qui unum principum suorum ad eos direxit, praecipiendo 13 praecipiens ut in pacem convenirent, si eius amiciciam et gratiam habere vellent. Facta est igitur inter comitem et fratrem eius licet magna cum difficultate pax integra, omnibus ex utraque parte qui discordiae participes erant, in eadem pacis pactione inclusis. Sed modico tempore Florentius hac pace fruitus est, qui non multo post gladio occisus est. Cuius necis haec causa fuit. Godefridus[a] et Hermannus[b], nobiles viri et famosi, neptem ex sorore Aleida habuerunt, filiam Arnoldi de Rôthen, nomine Heilwivam, quam post occisionem patris et obitum matris eius, Hermannus avunculus in sua susceperat, hoc proponens ut urbes eius et possessiones latissimas gubernaret, donec eam viro competenti traderet. Sed ministeriales iuvenculae Florentii probitatem audientes, hoc consilium inierunt, ut eum dominum eligerent et puellam eius coniugio copularent. Advocatum ergo ad se benigne susceperunt; et homines ipsius facti, urbes puellae et predia et omnia quae poterant illi assignaverunt. Preterea instanter cum eo puellam ab avunculo Hermanno, ut eius coniugio sociaretur, requisierunt. Quod ille penitus abnuit, nec ad hoc vi ulla vel precio vel minis flecti potuit. Florentius autem cum suis omnia illius incendiis et gladio devastavit, multisque eum adiuvantibus quia cognatus erat regis, insidiabatur omnibus modis et rebus et vitae ipsius. Ille vero fratris Godefridi et maxime Traiectensis episcopi Andreae fretus auxilio, militum non parvam multitudinem collegerat, et eadem quae sibi parabat, Florentio machinari non minus sollicitus erat. Traiectenses autem tum pro respectu comitis Thiderici tum pro timore regis Lotharii, Florentii partibus favebant, et auxilium pro posse conferentes, ingressum civitatis et egressum domusque ad manendum quotiescumque vellet iuveni offerebant. Qui urbem episcopi Lakesmunde incendio vastavit, et ipsum ne ingredi posset civitatem quia sibi contrarius erat potenter cohibuit. Cum vero die quadam Florentius 1134. civitatem cum decem tantum comitibus nichil insidiarum vel adversitatis suspicatus exisset, subito visus et circumseptus a duobus predictis fratribus est, qui cum multa manu militum eo nesciente ad urbem venerant; et dum effugere et redire in urbem conaretur et posset, pes equi in loco qui dicitur Abbenstade lapsus est, et ipse corruit et ab illis occisus est. Cuius corpus in Rinesburch perlatum est, et confestim legatus qui[c] hoc regi Lothario nunciaret missus est. Qui nimis egre mortem eius accipiens, Hermannum de Kuk[d] et Godefridum de Arnesberch[e] adiuvante comite Holtlandense domo et patria expulit, fugacesque et exules effecit, mortemque nepotis competenter ultus fuisset, si non mors eum ad magnam istorum felicitatem rapuisset. Statim enim ad sua reversi et homines comitis Theoderici facti, in amiciciam et pacem eius reversi sunt.

Anno 1133. sanctimoniales de Saxonia de claustro Stuterlingeburch[14] faciente comitissa 14 Petronilla Rinesburch adductae sunt; in quibus religionis gravitas et claustralis officii non parva cognitio fuit; quarum industria hodieque in his quae per earum magisterium informatae sunt apparet. Eodem anno 17. Kal. Octob. dedicata est eadem ecclesia in Rinsburch in honore sanctae Mariae virginis, ab Andrea episcopo. Eodem anno 4. Non. Augusti, sexta hora diei sol obscuratus est, non nubibus tectus, sed defectum sui passus[15], tantaeque tenebrae fuerunt, ut dies in noctem conversus videretur, et stella nullo obstante nubilo sicut in nocte apparerent. Nec putet quisquam, cum octava fuerit luna, eclypsim naturalem solem passum, cum eclypsis solis fieri non soleat luna tanto dierum spacio ab ipso remota, sed tantum quando sub eo in eclyptica linea per directum fuerit et sunt in coitu sol et luna. Hoc anno Florentius niger comes 7. Idus Novembris[f] occisus est, frater Theoderici comitis.

Anno 1135. maxima inundatio aquarum maris in multis locis facta est Kalendis Octobris.

a) de Kuk *addit* 3. de Arnesberch *Ioa. a Leidis et Beka.* b) de Arnesberch *addit* 3. de Kuk *Ioa. a Leidis et Beka.* c) quae 1. d) de Kuk *m. coaeva scripta.* e) de A. *m. coaeva adscripta.* f) *locus vacuus manu saeculi XIII. ut supra edidimus expletus est; superius tamen alia manu, saeculi XV. scilicet, legitur:* Kalend. puto et VI.

13) fratris Petronillae, matris eorum. 14) Stöterlingeburg principatus Halberstadensis. 15) recte.

Anno 1136. multae ecclesiae consecratae a Siwardo episcopo in Traiectensi episcopatu. Eodem tempore consecrata sunt in Egmunda altaria duo ab eodem episcopo, unum in honore domini nostri Iesu Christi et sanctae Mariae perpetuae virginis eiusdem genitricis, et omnium sanctarum virginum, in quo conditae sunt reliquiae sanctarum virginum Wineradae et Bertradae aliarumque quarumdam virginum de undecim milibus Coloniensibus; alterum in honore sancti Stephani martiris, Ieronis, Laurentii, Vincentii et omnium martirum Christi, in quo continentur reliquiae Fritherici martiris atque pontificis[16], Dionisii, Pancratii, et aliorum plurimorum sanctorum.

Anno 1137. maxima siccitas fuit in toto vernali et estivo tempore, adeo ut estus nimius scitisum[17] in multis locis exusserit. Hoc anno in Flandria plurima monasteria a fulgure sunt succensa. Eodem anno Lotharius rex a Roma secundo reversus obiit, et Conradus filius sororis Heinrici imperatoris successit. Huius Conradi regis temporibus res digna relatu in civitate Bawariae Rainsburch contigit, quam ex ore cuiusdam Iudei christiani, eiusdem civitatis notissimi, certissime comperimus. Erat ibi Iudeus quidam dives plurimum argenti et auri, positisque in fenore nummis; qui habebat filium aetate iuvenem, vultu decorum, moribus compositum et christianae fidei ab ipsis cunabulis occultum amatorem. Quem palam christianum fieri cum timor patris sui prohibuit, tum metus mendicitatis qua Iudeos christianos factos frequenter viderat coartari. Quapropter auri non modicam quantitatem patre nesciente congregavit, ex quo et se sustentaret, et Iudeis christianis aliquid subsidii impenderet. Tandem oportunitate voti sui per patris sui absentiam acquisita, ad archidiaconum civitatis accessit, baptismum petivit, thesaurum commendavit, et ut sibi christiano facto et a Iudeis segregato, ne publice mendicitati obnoxius esset, fideliter resignaretur postulavit. Ille autem pecuniae insatiabilis et cupiditatis abyssus, omni simulata benignitate puerum in sua suscepit, et omnem humanitatem ante et post baptismum promisit[a]. Distulit autem baptizare puerum, donec veniens pater eius diligenter undique requireret eum. Cui archidiaconus puerum se redditurum spopondit, si pecuniam et omne quod filius eius furtive sustulerat, daret sibi. Traditus ergo patri filius, Deum huius proditionis testem fore, cum gemitu et ululatibus inprecatus est, et minus doluit se patri redditum quam baptisma non consecutum. Cotidie blandiciis, cotidie minis pater cum matre puerum a fide Christi avertere temptabat, sed ille immobilis ad filium beatae virginis Mariae vota et suspiria sua convertebat. Dum haec agerentur, incumbentibus cuiusdam noctis tenebris artificium diabolicum pater excogitavit, ut fossula facta circa crura et pedes pueri plumbum nullo sciente funderetur, ut inmersus Danubio, qui civitatis illius fluvius est, plumbo gravante numquam expiscaretur. Quo scelere perpetrato, quasi vindictam iniuriae suae consecutus, laetus rediit. Sed non est sapientia, non est consilium contra Dominum. Claustrum ibi monachorum erat, et vidua quedam ceca Deum timens et religiosa in vicino morabatur, quae de claustro consecuta elemosinam, nocte et die frequentabat ecclesiam. Ipsa nocte visum est ei quasi matutinalia signa sonarent, cum tempus matutinum nondum adesset. Surrexit, ecclesiam petivit, responsum a custodis ministro accepit, nondum signa pulsandi tempus adesse. Secundo hoc idem et tercio passa, cum rediret domum, tantus oculos eius cecos calor et prurigo invasit, ut pati non posset nisi fervorem aquis restringeret. Rogavit ductricem, ut se ad Danubium qui non longe aberat duceret. Aquis oculos fricuit, et confestim gratia divina lumen recepit, viditque in medio fluminis lumen ardere, et quasi cadaver hominis aquis summotenus contineri. Gaudens igitur de beneficio et mirata de visu, ministro custodis rem retulit, custos abbati, abbas episcopo, qui forte in vicino aderat, quae ipsa nocte gesta fuerant patefecit. Episcopus extimplo cum clericis et monachis cruces, cereos et incensum portantibus advenit, omnibusque cum ingenti voto finem rerum expectantibus, corpus martiris inplumbatum cum lumine ad litus enatavit. Et quoniam ad noctis illustrationem allata luminaria suffecerunt, lumen coeleste subtractum est. Ingressi autem templum cum corpore sancto, quod reliquum erat noctis in laude divina peregerunt et psalmodia. Facta autem die, tota pene civitas insolitae rei novitate perculsa accurrit, nec erat quisquam qui nosset, unde vel quis fuisset puer ille. Affuerunt etiam Iudei, signorum ab antiquo quesitores, et cum inquisitio multa fieret in populo, susurrabant ad invicem, hunc fuisse Iacob, filium Ysaac Iudei; pervenitque hoc verbum ad aures episcopi. Interrogatus ille, negavit filium suum

a) permisit *cod.*

16) Traiectensis. 17) i. e. cytisum.

fuisse, dixitque filium suum ad studium se misisse in Hispaniam, secundum consuetudinem Iudeorum. Asserentibus autem aliis Iudeis et iurantibus ipsum fuisse, tandem convictus, rem omnem sicut gesta fuerat, episcopo denudavit, et quid archidiaconus maliciosissime fecisset, non tacuit. Quem confestim degradatum in manus laicorum tradidit, et urbanus comes accepta potestate, extra civitatem ductum, super cratem ligneam, ut promeruerat, exussit. Corpus autem martiris honorifice sepultum, signis choruscat et prodigiis. Pater autem eius et mater et Iudeorum copiosa multitudo in Christum credidit, et est hodie in illis locis martyrium eius causa et fomes in Christum credendi Iudeis.

Anno 1138. Andreas episcopus Traiectensis obiit, et Hartbertus successit. Eodem anno Theodericus comes Holtlandensis Ierosolimam perrexit.

Anno 1139. Hoc anno perfectum est templum in Egmunda a domno Waltero abbate.

Anno 1140. nix nimia et hyemps fuit[a] validissima.

Anno 1142. quarto Nonas Novembris terrae motus factus est.

Anno 1143. Hoc anno Nonas Octobris dedicatum est templum in Egmunda a domno Hartberto episcopo praesente Theoderico comite et uxore eius Sophia, et congregato populo infinitae multitudinis, tanta praeparatione necessariorum a domno Waltero abbate provisa, ut qui praesentes fuerunt numquam tali dedicationi affuisse se hodieque testentur. Aurae etiam de repente superveniens iocunda serenitas festivitati arrisit, cum per sex ebdomadas, ut dicunt qui praesentes fuerunt, pluvialis aura fuerit. Huius eventus immo miraculi Hartbertus episcopus in sermone quem locutus est ad populum, mentionem fecit, et dicebat se mirari quod tantae et tot reliquiae maximorum sanctorum, apostolorum, martyrum, confessorum et virginum, continerentur in extremo margine mundi. Cum autem reliquiae sanctorum reconderentur a domno episcopo altaribus, Frithericus pius et religiosus monachus, in querendis, videndis, tractandis, dividendis et exportandis reliquiis studiosissimus omnium fuit. Quem Dominus e vestigio completa dedicatione castigans castigavit, et tam in corpore quam in sensu cito utrumque sanaturus flagellavit. Ascendente enim ad cerebrum infirmitatis humore, a semet ipso in tantum alienatus est, ut nec verba eius nec gestus convenirent consuetudini et personae ipsius. Post aliquot dies cum frater ille infirmitatis inmensitate, et congregatio tota orando et vigilando super eo laboraret, signatus est cruce, quam Ekbertus Treverensis archiepiscopus Egmundensi contulit ecclesiae, cuius virtutis effectum sepemunero experti sunt et narrare solent fratres eiusdem ecclesiae et laici quam plures ad eam pertinentes. Hac igitur cruce signato, confestim Dominus reddidit laeticiam salutaris sui, et sensu integro, devotis incliniis eam salutavit, nec multo post ab egritudine mentis et corporis convaluit. Creditum est autem a multis, hanc eum plagam ex hoc incurrisse, quod tam audacter et minus caute sanctorum reliquias tractaverit, ut discat homo putredo et vermis, talibus se non praecipitanter ingerere, sed cum timore et summa reverentia tractare divina. Idem episcopus Hartbertus, ut veritati testimonium demus, ventilabat hostes ecclesiae sancti Martini fronte durissima, auctoritate liberrima, verbisque et oculis minacibus et manuum extensione ferebatur in homines, et ut malum conpesceret, furorem ostendebat. Timebant eum duces et comites, quos et gladio materiali per suos, et spirituali per se ipsum coercebat. Cuius utriusque rei exempla breviter perstringemus. Comites Holtlandenses Traiectensi civitati et ecclesiae ab antiquo quasi sudes in oculis et lanceae in lateribus fuerunt; quorum non infimus fuit Theodericus, filius Florentii crassi. Quem post multas hostiles incursiones et utriusque partis dampna et pericula ad hoc pontificali auctoritate per bannum perduxit, ut discalciatus ad genua ipsius procideret, et indulgentiam petens emendationem promitteret. Palatinus item comes Otto de Rinekke, filius Ottonis et Gerthrudis comitissae, frater comitissae Sophiae Holtlandensis, fines ecclesiae Traiectensis invadere et devastare solitus erat, nec ei quisquam resistere poterat. Cum autem quodam tempore pro more insidiis inter silvarum latibula positis, episcopi homines armatis suis militibus disturbare et superare conaretur, episcopus ei cum paucis militibus nec ipsis bene armatis occurrit, quos Hugo Butyrum fortissimus Theutonicorum militum ductitabat, et impetu facto in hostes, alios occiderunt, alios ad fugam et latibula in silvis compulerunt, quibus etiam ventus et nix quae eo die maxima defluxit in oculos veniens, plurimum nocuit. Occisis ibi plurimis nobilibus partis palatini, Otto comes de Bilke cum aliis gladio corruit. Palatinus etiam captus et a suis derelictus, cum quidam eum

a) f. v. *manu saeculi XV. in loco raso scripta sunt.*

vellent occidere, ab episcopo defensus et incolomis servatus est, ductusque Traiectum; et captivitate lenissima per tempus detentus, liber exivit, cum promisisset ecclesiae sancti Martini se ulterius non nociturum. Sed paulo post a comite Hermanno de Staleke, quia vim illi et patriae ipsius intulit, comprehensus, incarceratus, et indigna morte occisus est, vir nobilitatis et divitiarum gloria insignis, stature, faciei et totius corporis a planta pedis usque ad verticem venustate mirabilis, fortis viribus, belloque aptissimus, et audaciae singularis.

Anno 1144. Petronilla comitissa, uxor Florentii crassi comitis, defuncta est et honorifice Rinsburch sepulta.

Anno 1146. Conradus rex Theutonicorum et Lothewichus rex Franciae, inspiratione divina et exhortacione et litteris Bernardi abbatis Claraevalensis et Eugenii papae, quondam discipuli eius, legatione frequenti, cum viribus pene tocius orbis Ierosolimam profecti sunt, ut Roas civitatem quae et Edissa, a Sangewino devictam armis reciperent. Cuius exercitus tot milia fuerunt, quanta numquam in hystoriis ab exordio mundi leguntur convenisse, scilicet sedecies centum milia hominum. Qui omnes tanta clade depopulati sunt, tum ex insidiis malorum christianorum, tum ex paganorum incursionibus, tum ex itineris infelicissimo errore vel labore, ut vix ullae de tanto exercitu in sua redirent reliquiae. Quia enim non in Domino sed suis viribus confidebant, et ruina omnium paganorum se viam facturam iactitabant, lusibus et luxuriis sine intermissione vacantes, experti sunt quia non in fortitudine sua roborabitur vir, set Dominum solum formidabunt adversarii eius.

Anno 1147. sol obscuratus est tercia hora diei usque ad sextam mense Octobri.

Anno 1148. Hoc anno in vigilia sancti Mathiae apostoli dedicatum est altare sancti Iohannis euangelistae in Egmunda ab Hartberto episcopo Traiectensi, et in festivitate eiusdem dedicatum est altare ante crucem. Incendio maximo civitas Traiectensis flagravit, et templum venustissimum sancti Martini ab Adalboldo episcopo constructum, combustum est cum aliis tribus congregationibus, scilicet sancti Pauli, sancti Iohannis baptistae, sancti Petri. Sancti autem Salvatoris, quod et sancti Bonifacii templum, sicut veraciter dicitur mirabili eventu gratia Salvatoris conservatum est. Est autem capella contigua templo eidem in honore sanctae crucis consecrata, quam incendium cum omnibus quae intus continebantur consumpsit, excepta ymagine Salvatoris in qua hoc miraculi contigit, quod patibulum combustum est et clavi, sed ymago tota sine lesione permansit. Quam clerici cum populo magna suscipientes devotionis reverentia, ad templum de capella transtulerunt, et ex hoc in summa veneratione habuerunt.

Anno 1149. hiemps tam valida fuit, ut etiam maria quae frigori solent esse immunia glacie tenerentur, et volucres coeli in rigorem versae deficerent, et omne quod movetur gelu constringeretur. Estas eiusdem anni pestilens et valde nociva fuit, ut multi mortales aeris intemperie morerentur, pueri, iuvenes, senes, et in sola Traiectensi civitate quadraginta homines una die ducerentur ad tumulum.

Anno 1150. Hartbertus Traiectensis episcopus obiit. Post cuius obitum de eligendo episcopo grandis discordia tam inter clericos quam inter laicos facta est, aliis Frithericum filium Adolfi comitis de Hůvele, aliis Heremannum praepositum Sancti Gereonis de Colonia eligentibus. Comites siquidem, ecclesie homines, Gelrensis Heinricus, Holtlandensis Theodericus, Clevensis Theodericus, Hermannum investiri instantissime laboraverunt. Omnes autem ministeriales et cives civitatis Traiectensis et Davantriae et omnes agricultores et cuiusque officii homines Fritherico devotissime faverunt, adeo ut rerum suarum dispendium, immo vitae periculum pro eo subire non dubitarent. Sed pars nobilium ut solet alteram depressit, et comes Holtlandensis bellica manu Hermannum in episcopium introduxit. Deinde uterque episcopus cum suis fautoribus Leodium ad cardinalis iudicium pervenit. Cuius iudicio Frithericus reprobatus, Hermannus investitus est, etiam Conrado rege parti ipsius consenciente[18]. Sub cuius temporibus, quia lenis et nimium simplicis animi erat, cedes mutuae civium et homicidia etiam in praesentia ipsius fiebant, nec iudicia facere, nec Traiectenses, qui non nisi duris umquam constringi poterant vel possunt prelatis, coercere potuit.

Anno 1151. obiit Theodericus duodennis, filius Theoderici comitis et Sophiae, cognomento Peregrinus.

18) cf. Ottonis Frisingensis Gesta Friderici I. 62.

Anno 1152. Hoc anno Hermannus Hartberto episcopo successit[19]. Eodem anno 1152. Conradus rex obiit, Fretehericus successit. Eodem anno mirabile signum circa lunam plenam media nocte apparuit 11. Kal. Aprilis, scilicet circulus magnus late lunam ambiens, non qualis solet, set in modum arcus pluvialis coruscus, et a luna usque ad circulum quatuor radii eiusdem splendoris in modum crucis extendebantur, et tam in circulo quam in radiis stellae apparebant, aliis vicinis stellis a lunae splendore obscuratis.

Huius regis temporibus in uno monasteriorum Praemonstratensis ordinis adolescens quidam fuit probus moribus, consuetudinis monasticae et officii ecclesiastici peritissimus, et ad omne quod agendum erat claustrale negocium aptus satis et voluntarius; quapropter etiam infirmorum servitor constitutus est, quod officium diligenter et studiosissime prosecutus, officiosa sedulitate sua tocius sibi congregationis affectum conciliavit. Dum haec agerentur, totius virtutis inimicus diabolus insidias posuit calcaneo illius, et illaqueatum absorbuisset nisi benignus Iesus laqueos eius mirabili gratia confregisset. Denique primum hostis malignus immisit illi carnes vescendi desiderium, ut optima quaeque quae deferre solebat infirmis furaretur, et in abscondito nullo sciente mortalium vesceretur. Quia vero cunctis pro vitae merito dilectus erat, nec in eo locum habere poterat suspicio, oportunitatem ex hoc malefaciendi consequebatur, oportunitas consuetudinem, consuetudo peccandi delectationem et mentis peperit obdurationem. Et quoniam omne peccatum quod celeri satisfactione non corrigitur, peccatum est, et causa peccati, obscurato cordis oculo, in aliud peccatum incidit, nec caput serpentis observavit. Tabulas in scolis pueri unius quippiam in eis scripturus accepit, et ubi nullatenus inveniri possent abscondit. Et cum in capitulo totius conventus etiam per obedientiam frequenter de eis fieret inquisitio, quia primum quando sine confusione reddere potuisset tacuerat, quanto instantius querebantur, tanto amplius furti et inobedientiae se reum confiteri confundebatur. Supervenit demum dominicae coenae sanctissimus dies, in quo confitentibus absolutio, et ab ecclesia separatis dari solet reconciliatio. Ipsa die prelatus cenobii suadendo commonuit, ut is qui inobediens fieri pro tam exigua et vili re non pertimuisset, adhuc culpam fateretur, ut absolutionis gratiam ipso die mereretur. Nullo vero fatente, prohibens prohibuit ei qui hoc egerat introitum ecclesiae et communionem sanctam, donec palam reatum inobedientiae confiteretur. Sed verecundia et pudor humanus praeponderavit timori divino, et non solum ad ecclesiam sed etiam ad divina misteria — erat enim levitici ordinis — pessima consciencia remordente, temerarius praesumptor accessit. Cum vero grassantis in se turbinis impetum sustinere non posset, et Dei iudicium sibi inminere iam iamque pertimesceret, nec altaris officium declinare sibi possibile esset, proposuit de quibusdam peccatis conscientiam facere, ut per hoc vermem conscientiae posset aliquatenus mitigare. Facto igitur mane sabbati sancti, innuit abbati, ut confessionem suam susciperet. Qui quiddam negotii facturus confessionem eius distulit audire, et protelatum est hoc donec euangelium legendum erat maioris missae. Tunc innuente sibi abbate submurmurando confessionem non qualem debuit fecit, quia et de carnibus illicite commestis et de inobedientia praetermisit. Legit igitur euangelium tremula voce, pallida facie, quia vultus hominis plerumque conscientiae testis est, et accessit indigne et sumpsit sibi ad iudicium corpus Domini. Completis igitur missarum sollempniis, intravit in eum cogitacio diabolica, scilicet ut se ipsum interimeret, et per mortis compendium confusionem mentis et corporis cuius utriusque violentiam ferre non poterat terminaret. Videres ex hoc inversos oculos eius et consuetum corporis habitum funditus inmutatum, et hominem magis quam furere, quia hoc proposuit quod insolitum est nec a natura concessum ulli viventi et motabili creaturae. Igitur oportunitate et temporis et loci diligenter inquisita et exacuato grandi cultello, in ipsa do inicae noctis prima custodia domum quandam novam in qua nondum mansio hominum erat intravit, et ferrum gutturi fortiter inprimens, quamdiu vires habuit se ipsum occidit. Cum vero nocturnae inchoarentur vigiliae, frater ille cantaturus cum aliis invitatorium ubique queritur nec invenitur. Horror etiam tantus querentes invasit, ut et ipsi desisterent et alios a querendo absterrerent. Mane autem diluculo quidam de laicis qui ad ecclesiam ibant suspexit, et ammiratus hominem incumbere tecto turris exclamavit. Viderunt omnes et ammirati sunt qualiter frater ille vel illuc translatus esset, vel quae vis eum in tam plano detineret. Iuvenes ergo iussu patris turrim ascenderunt, et apertis tegulis vi magna nec sine grandi dolore

19) confirmatione Friderici regis; Ottonis Fris. II, 4.

1152. corpus exanime intro traxerunt. Cum vero per turris declivia lugentium manibus traheretur, et caput corpori casu strictissime annecteretur, concluso hianti baratro gutturis quod homicidium patefecerat, in vocem flebilem erupit, et qui putabatur mortuus vivus apparuit. Deinde positus in medio fratrum, in die summi et generalis gaudii maximum luctus et doloris praebuit spectaculum. Hiante vulnere exanimis iacebat, illo concluso aliquatenus loqui poterat. Tunc abbas item monuit ut confessionem faceret, ne de morte corporis quae iam iamque imminere videbatur, ad animae perpetuam mortem transiret. Confessionem ex integro non sine suspiriis fecit, et de memoratis sceleribus absolutione suscepta, et satisfactione designata, conscientiam suam penitus absolvit. Erat autem in eodem monasterio frater quidam medicus, cui abbas praecipiendo praecepit, ut medicinam huic apponeret, asserens fideli confidentia adiutorium illius sibi affuturum, qui hunc in festo suae resurrectionis a morte resuscitavit, et in turris summitate ne ruinam pateretur sustinuit. Apposita medicina Dei suffragante gratia paulatim convaluit, et pia conversatione sua multis in exemplum conversionis et suavis misericordiae Domini fuit. Quae res adeo recens est, ut hodieque vivere asseratur et iuvenis esse.

Item eiusdem regis Fritherici temporibus in festivitate paschalis gaudii, maximum Dominus misericordiae suae dedit indicium, et dilectionis quam habet ad populum christianae religionis, de cuius rei veritate nulli fidelium est dubitandum. In civitatibus orientalis Franciae circa Renum constitutis habundant synagogae Iudeorum, in quarum una puella fuit Iudea, facie quidem pulcherrima sed infidelitatis errore et astutia maliciae deformis et iniocunda. Hanc clericus quidam levita, pulchritudine ipsius pellectus, non caste amavit; sed desiderii sui oportunitatem et effectum diu quesitum adipisci non potuit. Indicavit puella rem patri suo; ille consultis necessariis amicis ipsi puellae consilium plenum maliciae et insidiarum dedit, scilicet ut clerico consentiret, si in ipsa dominicae passionis die, quando christianitas omnis in silentio et luctu est, secum dormire vellet; hoc intendens, ut deprehensum illum in pascha palam confunderet, et dehonestata religione et fide christiana gaudium fidelium conturbaret. Clericus autem pestiferi amoris, qui nec ratione vincitur nec difficultate sedatur, spiculis confixus suique precii et sanguinis testamenti aeterni ingrato corde nimis oblitus, condicto consensit, et perpetrato facinore in manus diaboli et in insidias Iudeorum sibi praeparatas incidit. Facta ergo congregatione totius parentelae et multorum preterea Iudeorum, condixerunt ut in ipsa die paschalis sollempnitatis, coram omni populo, astante etiam episcopo, ut vulgo dicitur arma clamarent, et deprehenso tali tempore tanto facinore, non modo clericum sed totam christianitatem confunderent. Irruerunt ergo pallidis ut sunt vultibus in templum dum euangelium maioris missae pronunciandum erat, quod idem diaconus eo die lecturus fuerat, quod condixerant facturi; sed omnipotens et pius Dominus ad gloriam et laudem sui nominis vertit in contrarium propositum illorum, et in foveam quam fecerant inciderunt. Visis igitur illis, diaconus quod molirentur intellexit, et intimis se medullis ad Dominum, qui prope est omnibus invocantibus se in veritate, convertit, ut propter piam mansuetudinem suam sibi parceret, nec propter homunculum unum totam christianitatem a perversis et contrariis legi divinae disturbari permitteret. Divertit etiam ad modicum, et pro tempore et necessitate cuidam religioso presbitero confessionem fecit, emendationem promisit; cuius hortatu constanter et intrepide ad altare accessit, euangelium legit. Aperto interim ore dissutis undique malis Iudei omnes vociferari conabantur, sed nutu divino statua taciturniores erant, et per totum euangelium in conatu suo ipsis eisdem stupentibus frustra laborabant, stabantque aperto ore spectaculo christianis qui venerant ad oppressionem et obprobrium christianae religionis. Perlecto euangelio episcopus civitatis ad se vocatis Iudeis, cur ita stetissent interrogavit; illi eventum et causam totius rei episcopo et christianis omnibus patefecerunt. Quo Dei viso beneficio et audito, diaconus et ipse prostratus episcopi pedibus, confessus est facinus suum, et ab omnibus in commune christianis et Iudeis, clamoribus, gemitibus, oblationibus glorificatum est nomen Christi, quod est super omne nomen benedictum.

1153. Anno 1153. Hoc anno Ascalon capta est a christianis. Hac autem occasione obsessa et capta est. Est in medio deserti civitas, quam filii Israel ab antiquo condidisse et inhabitasse feruntur, quam hodieque Iudei inhabitant, dives auri et argenti et omnium divitiarum mundi. Hanc rex Ierusalem obsidere et capere intendit, tum ut christianitatis fines dilataret, et ex opibus acquisitis solidarios ad paganorum oppressionem et exterminium conquireret, tum

ut debita solveret, in quae inciderat propter Antiochiam et alias civitates a paganis defendendas. Congregatis igitur totius regni sui finibus, non serie sed intentando obsideri fecit Ascalonem, ut territis extorqueret nonnullam quantitatem pecuniae, qua civitatem quam diximus posset obsidere, vel debita quibus obligatus erat persolvere. Ascalonitae autem quoniam artem propositi eius persenserant, de obsidione parum curabant, insuper iniuriosis insultationibus et probris ipsum et omnes christianos frequenter provocabant, nichil minus quam devastationem suae urbis metuentes. Hoc autem eos maxime animaverat, quia de transmarinis militibus nullus in Iherusalem peregrinus erat, et rex non multam bellatorum copiam habebat. Christiani vero inportunas paganorum subsannationes, quibus Deum christianorum et regem et ipsos christianos exacerbare non cessabant, ulterius ferre non valentes, de simulata obsidione ad veram se converterunt, et has ulcisci iniurias etiam cum vitae periculo parati fuerunt. Custodiis igitur in singulis civitatibus propter paganorum infestationem dispositis, reliqui omnes qui ad bella possent procedere[a], in octava die epyphaniae Domini urbem circumdederunt, et assumptis cibariis fixis tentoriis mansionem circa ipsam fecerunt, neminem ex hac parte qua urbs obsideri poterat, intrare vel exire permittentes. In hac obsidione milites de Templo primo segnes aliquantulum fuerunt, quod fecisse dicuntur, quoniam questum non modicum de ipsa civitate consequebantur. Solebat enim ammiraldus Babylonis singulis annis mittere milites ad custodiam Ascalonis ad se pertinentis, et cum per sex ebdomadas deservissent, succedebant alii tanto tempore servituri. Illis recedentibus vel accedentibus insidias ponebant milites Templi, et semper redibant copiosis spoliis ditati. Tantam autem summam pecuniae ex hoc consequebantur, ut singulis diebus anni centum bisantiorum numerum excederet. Sed cum de lentitudine eorum populus submurmuraret, verecundia ducti vires suas quas Turcorum, Sarracenorum et omnium paganorum experta est et formidat crudelitas, ostendere conati sunt. Erat murus a christianis in quodam loco suffossus, et foramen grande factum, quo intrantes iuvenes quam multi predam excussuri, vel hostes occisuri, praeventi insidiis et enecati sunt. Hoc viso milites Templi in iram exarserunt, et summo diluculo aliis christianis adhuc sopore quiescentibus per foramen ingressi, infinitam paganorum multitudinem peremerunt, adeo ut puteum maximum cadaveribus implerent, videntibus et insultantibus christianis, et clamantibus ut sallirent* pernas suas ne feterent. Transmarinis interea peregrinis ad visitationem dominici sepulchri adventantibus, gavisi sunt plurimum Ierosolimitae, et iunctis copiis obsidioni magis instantes, plurimum timoris et augustiae inclusis hostibus incusserunt. Naves autem, quibus venerant, rex de portu Accaron ad portum Ascalonis transferri et in tuto constitui praecepit, ne obsidione derelicta, et conchristianis adiutorio destitutis, in terras suas dum vellent redeundi facultatem haberent. Hostes visis in portu navibus illas confringere vel igni tradere alto consilio cotidie moliebantur, et navim unam sarmentis, stuppa, oleo, et talibus ignis alimentis implentes, succensam ventis commiserunt, et ad naves christianorum comburendas impulerunt. Sed lanceis longissimis a singulis repulsa, unam tantum combussit, et ipsa combusta per se ipsam evanuit. Quo nichil proficiente consilio, altero usi sunt, ut navim ex parte qua christiani fuerant ne sagittis impeti posset vestirent, ex qua merguli nullo vidente vel sciente emergentes, anchoras navium praecisis funibus abduxerunt. Naves igitur vi ventorum omnes ad scopulos inpulsae et confractae laetissimum hostibus, christianis maxime peregrinis lugubre spectaculum praebuerunt. Sed tristicia fidelium in gaudium conversa est et victoriam, infidelium exultatio, nutu illius qui malis hominum bene utitur, in suam et Ascalonis conversa est ruinam. Ex lignis enim navium, malis, trabibus, transtris et tabulatis, instrumenta fabricata sunt diversi generis, ad muri destructionem utilia, et murus arietibus et mangonibus inpulsus cotidie, nutat, minuitur, deicitur. Turrim etiam enormis altitudinis ex eisdem navibus fabricant christiani, quam tabulatis circumdantes, ab omni incursione hostili securam reddunt, ex qua indesinenter pugnantes, viros et mulieres, senes cum iunioribus vulnerant, prosternunt, occidunt, nec ipsi a quoquam ledi possunt. Sentiebant gentiles se non tam humanis viribus quam divino quodam numine conteri, asserentes dum crucem dominicam ipsis de muro pugnantibus opponeret patriarcha, se quadam nebulosa caligine circumdatos, ut nec ipsi quid agerent vel cum illis quid ageretur viderent, et ex hoc tempore semper se in deteriora vel dampna vel pericula corruisse. Interea cum nobilis quidam et dives corpore magis quam

a) procidere 1. *) i. e. sale condirent.

1153. animo venustus et fortis, nomine Mauricius de Montrial, gener Philippi de Naplis, equo residens non longe a muris superbe discurreret, balista confixus ad extrema pervenit, vocatoque patriarcha et morte vicinante palam omnibus confessus est, se cum Gerardo principe Sydoniae, qui christianismum frequenter deseruit, plurima infidelitatis crimina commisisse, et pecuniae respectu conchristianos Sarracenis occulta proditione frequenter vendidisse. Quo dicto vitam cum verbis finivit, et qualis quamque vitandus esset Gerar us dolose christianus, omnibus claruit. Hiis igitur necessitatibus compulsi pagani pacem petunt, misericordiam querunt, urbem regi Iherusalem offerunt, hoc pacto ut vita sibi incolomis concedatur et quicquid secum de mobilibus ferre possent. Annuit rex ex consilio suorum, ut infra decem dies omnibus quae vellent praeter arma et ad victum pertinentia sublatis, urbe discederent, proque defensione sui et rerum efferendarum cotidie in ipsis decem diebus mille bisantios ei contulerunt. Ducatum etiam eis, ne quid adversi paterentur, per totam regni sui viam, in terris et aquis non negavit. Facta est igitur Ascalon ex integro civitas christianorum, et fit laeticia magna et generalis triumphus in populo, omnibus civitatibus christianae religionis psallentibus et exultantibus, praecipue Ierusalem et omnibus finibus eius, quoniam contritus est diabolus malus in medio viscerum eius, qui rodebat ab antiquo et extorquebat vitam ipsius. In medio enim civitatum fidelium posita, erat Ascalon peregrinis sepulchrum Domini frequentantibus molestissima, et omnibus circumcirca manentibus christianis infesta. Tunc impleta est scriptura: *Letare Ierusalem, et diem festum agite omnes qui diligitis eam.* Tanta enim fuit indicibilis gaudii exhibitio, ut omnes plateae civitatis Ierusalem verrerentur, et herbis odoriferis ad delectandum iocundos animos sternerentur, vexillis etiam et tapetibus pictis et pallis sericis diversi coloris, ut asserunt qui affuerunt, in templis et intra et ante domos pendentibus tota civitas coronaretur, et processiones sollempnes monachorum, clericorum et laicorum fierent, communem Dominum elatis clamoribus quos eduxit devotio communiter laudantium, quoniam bonus, quoniam in seculum misericordia eius. Peregrini vero gravem navium suarum iacturam facilem habuerunt, quibus festinatum et ad effectum perductum est tam grande bonum, et gloriabantur in domino Iesu, quod navium suarum precio comparassent peregrinis eatenus inaccessum portum Ascalonis. Cuius iniquitas quoniam plenariam nondum receperat vindictam, prosecuta est abeuntes ira Domini, et finito regis Ierusalem ducatu, Turci, solidarii sui, quibus condictum solidamentum non solverant, invaserunt, spoliaverunt, et trucidaverunt eos; quorum princeps erat Nokinus vir fortis et strennuus inter eos famosissimus[a].

1154. Anno 1154. Frithericus rex cum pauca militum manu sed strenua et nobili Romam profectus, ab Adriano papa, sicut condictum erat, benigne susceptus est, et missis celebratis nescientibus Romanis in imperatorem consecratus. Quo cognito Romani obsederunt eum, et vicissent, nisi Germani[18] naturaliter bellicosi gladio sibi viam per medios hostes fecissent, quorum alii gladiis prostrati, alii calcibus equorum contriti, alii in Tyberim submersi sunt. Im erator autem sine grandi vulnere et dampno suorum viriliter evasit.

1155. Anno 1155. Fresones de Drechterne[19] fines comitatus Holtlandensis invadentes, villas quasdam exusserunt, unde procedentes ad villam quae Saden[20] dicitur, pervenerunt. Quibus
21 occurrentes milites pauci de Harlem et villani de Okesthorpe[21] in fugam eos compulerunt, et festinantes ad sua, infinitam multitudinem, scilicet circiter nongentos homines, sine defensione peremerunt.

1156. Anno 1156. cum divina mysteria Traiecti in ecclesia civium quae in honore beatae Mariae virginis consecrata est celebrarentur, et pauperes in offerenda presbiterum nimis inquietarent, custosque pauperes virga depelleret, eadem virga pixidem quae super altare cum corpore dominico pendebat percussit et inter populum dispersit. Sequitur e vestigio mors subitanea episcopi Traiectensis Heremanni; et impletum est illud apostoli: *Ideo inter vos multi sunt infirmi et inbecilles, et dormiuntur multi.*

Eodem anno Heremannus episcopus obiit. Godefridus successit, qui sine discordia aliqua investitus est, quia imperatoris Fretherici Traiecti consistentis praesentia werram fieri non permisit. Eodem anno Arnoldus archiepiscopus Coloniensis obiit, qui cursu condicto ad signum, apud Xantum vitam finivit; cui Frithericus Traiectensis electus successit.

a) famossimus 1.

18) i. e. Lotharingi. 19) Dregterland, pars Frisiae occidentalis in Hollandia septentrionali, in qua Hoorn, Medenblik et Enkhuizen. 20) Zandport a septentrione Harlem. 21) Osdorp prope Amstelodamum. *Kluit.*

Anno 1157. Theodericus comes, filius Florentii crassi comitis, obiit hoc anno Nonas 1157. Augusti, cui Florentius filius eius successit.

Anno 1158. Hoc tempore in civitate Bonnensi, quae Coloniae vicina est, terribilis visio 1158. cuidam apparuit. Erat in eadem civitate scultetus[a] quidam cives opprimens, pecuniae insatiabilis, omnibus quibus poterat immitis et intolerabilis. Qui infirmatus ad extrema venit, et cum fere desperatus esset, raptus in excessum duce quodam candidis vestibus induto, venit ut sibi videbatur in campum amenissimum, lucis plenum, in quo multas aspexit felices animas, et de suis utriusque sexus nonnullos agnovit: deinde in locum tenebrosum et omni horrore terribilem deductus est, in quo vidit et agnovit plurimos in tormentis et inter caetera tormentorum genera torrentem igneum aspexit, magno impetu decurrentem, et hominem quendam hianti ore ipsum torrentem excipientem, et quasi absorbentem. Interrogatus autem a suo ductore, quis ille esset, se nescire respondit. Cui ductor suus: *Tu es*, inquit, *iste, et hunc locum et penam quam vidisti habebis, nisi ab insatiabili tua cupiditate et avaricia te correxeris. Et hoc tibi signum erit. Ex hac infirmitate confestim convalesces, et quadraginta dierum inducias ad correctionem morum tuorum tibi concessit Dominus; si te correxeris et dignam egeris poenitentiam, ad loca amena, si non ad poenam quam vidisti transibis.* Surrexit igitur, de infirmitate convaluit, somnium tale se vidisse palam in platea cum ioco declamavit. Sed risus eius in luctum sibi et suis conversus est. Nam quadragesimo die, sicut ei praedictum erat et sicut ipse populo notum fecerat, defunctus visionis veritatem confirmavit.

Eodem anno imperator Frithericus relicta legitima coniuge sua misit episcopos et quosdam principes Theutonici regni ad adducendam sibi coniugem de Burgundia, filiam Reinoldi[b] ducis Burgundiae, cum qua maximae dotis hereditate ditatus est.

Anno 1159. Adrianus qui et Nicholaus papa obiit. Octavianus qui et Victor successit, 1159. quem imperator et aliqua pars cardinalium elegit. Romani autem et plures de cardinalibus Rolandum qui et Alexander elegerunt, nec fuit a tempore Petri apostoli tanta et tam diutina discordia inter papam et papam, et imperatorem et Romanos, inter Romanum imperium et totum orbem terrarum. Preter Germanos enim pene omnes Theutonici et omnia regna mundi Alexandro adheserunt, et illi istos, isti illos excommunicaverunt, et quasi iniustos vitaverunt. Perduravit autem haec discordia annis . . . . .[c] Eodem anno imperator Frithericus Mediolanum cum multa manu Theutonicorum, episcoporum, ducum et comitum, profectus est, et quinque annis obsessam civitatem delevit. In cuius obsidione cum continuo imperator labore sudaret, et multi ex utraque parte pro iure belli occiderentur, quidam Mediolanensium statura procerus, viribus pene incomparabilis, animam suam pro civibus ponere statuit, et inermis, tunica tantum subtili indutus, in castra regis, ipsum ut sperabat rapturus et deportaturus intravit. Cui hoc ipsum quod proposuerat — rex enim sanguinem minuerat et solitarius erat — efficienti, cum rex etsi impar viribus strenuissime reluctaretur, in mora reluctandi sui advenerunt, hominem infelicissimum et temerarium telis et lanceis confixum, ad fugam in fluvium quendam compulerunt, ubi tandem armis eorum devictus, lapidibus contusus, animam emisit. Eodem anno ministeriales Traiectenses fortissima coniuratione in invicem ad conservandum ius suum coniuraverunt, et multi ex optimis eorum, homines Heinrici comitis Gelrensis, ut eis auxilio fieret, facti sunt. Cuius auxilio freti, episcopum Godefridum in turri episcopali obsederunt, et cepissent nisi adiutorio et consilio comitis Theoderici de Cleve evasisset. Egressus autem, adversus omnes cives Traiectenses et ecclesiae ministeriales in iram exarsit, et turrim suis militibus munivit, ex qua plurimi civium balistis sagittis et lapidibus vulnerati et occisi sunt. Econtra comes Gelrensis cum ministerialibus civibus et militibus suis instantissime consurrexit, et multis incursionibus eos qui turrim tuebantur et parti episcopali favebant inquietavit, adeo ut utramque domum episcopi, hiemalem scilicet et estivalem, combureret, et mangenas ad turris destructionem praepararet. Episcopus vero imploravit auxilium comitis Holtlandensis Florentii[d], monens eum ut memor fidei et hominii sui, adiutor ei in oportunitatibus existeret et gloriam eius et vitam conservaret. Comes autem videns eum angustiis circumdatum et omnibus auxiliis destitutum, collecta militum et navium copiosa multitudine, et adiuncto maritimo[e], agresti et indomito populo, plus quam oportuit auxiliaris episcopo fuit.

a) *ita correxi*, subtetus 1. b) *vocem inserui; lacuna est in* 1. c) *alia manu insertum:* VIII; *lege* XVIII. d) X *alia manu additum.* e) id est Selandere *alia manu addita.*

1159. Castrum enim Vurthen[22] firmavit, et impositis militibus suis et sagittariis Flandrensibus, totam circumcirca regionem incendio et rapinis depopulatus est. Cum autem tum a comite tum ab episcopo civitas Traiectensis plurimum artaretur, a comite Gelrensi defensa est. Theodericus de Batenburch ibi cum suis electis et audacissimis militibus affuit, et multi milites et armigeri solidorum pactione convocati. Qui multociens urbem egressi, assultus frequentes et incursus adversum milites episcopi et comitis Florentii habuerunt. Interea Traiectenses auxilio comitis Gelrensis mangenam constituentes turri applicuerunt, eamque cotidie lapidibus impetentes destruxerunt, instantissime annitentibus ad hoc mangonibus et cuiusque officii hominibus. Perduravit autem haec discordia a festivitate sancti Mauricii usque ad festum sancti Iohannis baptiste, et tunc demum mediante episcopo Coloniensi Reinoldo ex iussu imperatoris Fritherici sedata est.

Eodem anno obiit Fritherieus episcopus Coloniensis in expeditione Mediolani. Cui successit Reinoldus, frater Lydolfi de Dasle.

1160. Anno 1160. Hoc anno Meingotus quidam de praepotentibus ecclesiae Moguneiacensis ministerialibus, cum civibus et aliis ad ipsam pertinentibus ecclesiam, adversus Arnoldum episcopum consurrexit, et eum cum fratre suo et aliis quam pluribus in quodam monasterio civitatis Moguneiae obsedit. Qui legatos et supplices preces ad auctores seditionis mittens, promisit iureiurando se omnia emendaturum, ex quibus eos offenderat. Sed *irrita ventose rapuerunt verba procellae;* et unanimiter insurgentes, ecclesiam et episcopum cum suis omnibus, quod nefas dictu est, combusserunt. Imperator autem comperto tanto facinore, nimio zelo in iram exarsit, et omnibus Moguneiacensibus offensam suam minaciter promulgavit. Qui omnes metu consternati, cum uxoribus et parvulis et omni suppellectili ante faciem imperatoris fugerunt, et urbem omni auxilio destitutam in manu vastatoris reliquerunt. Rex autem cum omnibus fere totius regni principibus et plurimis episcopis veniens, muros civitatis et plures domus destruxit, claustrum etiam sancti Iacobi funditus destruens monachos expulit, quoniam abbas eorum proditor fuisse dicebatur episcopi et suorum. Cuius claustri monachos palantes hac et illac vidimus, quorum alii quos scientia et mores commendabant, pro misericordia vix suscepti, alii ad seculum reversi sunt.

Eodem anno Crema civitas Lyguriae a Fritherico imperatore capta et destructa est.

1161. Anno 1161. domnus Walterus abbas, bonorum memoria dignus, post renovationem ordinis et status Egmundensis cenobii, post constructionem et ornatum templi, post claustri et omnium officinarum edificationem, post fratrum de parvo numero in magnum aggregationem, obiit 4. Kal. Decembris, cum praesedisset ecclesiae annis 31, mensibus duobus, diebus 21, indictione 9, concurrentibus 6, epactis 22. Cui successit Wiboldus abbas. Eodem anno Fresones de Drechtren cum comite Holtlandensi Florentio[a] pactum pacis inierunt post triginta annorum et amplius discordiam, et omnes Fresones sub una pace fuerunt.

1162. Anno 1162. Florentius comes Holtlandiae sororem[b] regis Scottorum nomine Ada, cum magno navium apparatu ornatu et milicia advectam, duxit uxorem. Eodem anno validissima fames in multis locis, maxime in Lotharingia facta est, adeo ut modius avenae, qui plerumque pro quinque denariis vendi solebat, pro quinque solidis venderetur, modius ordei pro septem, tritici pro decem, multique mortales famis inedia morerentur. Eodem anno Fritherieus imperator post diutinam obsidionem Mediolanum cepit, et expulsis veteribus colonis, urbem funditus exstirpavit. Eodem anno imperator Fritherieus, rex Franciae Lothewichus, et Heinricus rex Angliae cum multis episcopis abbatibus ducibus comitibus et aliis baronibus regnorum suorum maximum concilium habuerunt in civitate Burgundiae Bisenszun, pro discordia quae erat inter papam et papam, nec in unum convenire potuerunt, quia plures erant qui Alexandro favebant, nec imperator suum papam deserere nec alteri consentire volebat. Eodem anno Florentius[c] comes, filius Theoderici comitis, inspiratione divina conpunctus, recognovit patrem suum in hoc errasse, quod capellano suo Thitboldo Flardinge ecclesiam violenter magis quam iuste tradiderat, et optulit eam cum fratre suo Robberto ecclesiae Egmundensi, quam quondam Arnulfus comes cum filiabus suis eidem ecclesiae Egmundensi contulerat. Et quia eadem ecclesia sub banno primum tradita fuerat, domnus Wiboldus abbas cum omnibus presbiteris albis indutis stolis circumdatis, eum et patrem eius banno absolvit.

a) X. *additum m. alia.* b) *manu saeculi XIV. corr.* filiam. c) X. *m. a.*

22) Woerden ad Rhenum.

Anno 1163. a festivitate sancti Laurentii usque ad festum sancti Martini continua 1163. pluvia fuit, ita ut omnes pene fructus in agris putrefierent, annonae, fabae et pisae. Eodem anno in festivitate sancti Thomae apostoli maxima inundatio maris et fluctuum in multis locis facta est, adeo ut in quibusdam villis Holtlandiae quae mari nimis vicina est, nulla domus tuta remaneret, sed et domus et bargi quibus frumenta condebantur, violentia fluctuum abducerentur, et ingentes massae glaciei cum impetu vehementi sibi succedentes omnia mergerent, involverent et propellerent. In Fresia etiam superiori quae Saxoniae contermina est et vocatur Morsatia[23] et in ipsa Saxonia tanta inundatio eodem tempore 23 fuit, ut nullum edificium ecclesiarum vel domorum homines ab interitu defendere potuerit, sed omnes fluctibus involverentur cum omnibus rebus suis, exceptis his qui navigio vix effugere potuerunt.

Anno 1164. dux Saxoniae Heinricus cum omnibus episcopis et comitibus sui ducatus 1164. ad Sclavos devincendos profectus est. Quorum intrans regionem omnes ad fugam compulit, alios ad silvas et paludes, alios ad Sclavos a christianis remotissimos. Fuit autem cum omni exercitu suo in terra Sclavorum per novem ebdomadas, omnia devastans et depopulans. Comes de Scowenburch Alolfus[24], vir mirae industriae religionis audaciae et fortitudinis, cum suis ad christianitatis inimicos conterendos primus semper fuit. Convenerant autem plures et potentissimi Sclavorum in locum quendam amplissimum qui Lubesce[25] dicitur, quem ex una parte fossis maximis et portis munierunt, ex altera parte 25 mari circumdatum. Quo dum idem comes solus cum suis militibus vel sociis accessisset, omnes Sclavi in latibulis se absconderunt, et fuga lapsos munitionem timore deseruisse simulaverunt. Cum ergo comes Alolfus et Ingelbertus de Dalheim conarentur ipsam munitionem nichil adversitatis metuentes intrare, Sclavi de insidiis erumpentes, in eos nimia cede debachati sunt, et occiso comite Alolfo et Engelberto de Dalheim aliisque non paucis, reliquos omnes in fugam compulerunt. Quo viso caeteri christiani qui et multitudine et virtute Sclavos praeibant, ad munitionem armati venerunt, et conchristianos magnifice ulti fuissent, nisi Sclavi eorum praesentiam metuentes, per nota insidiarum latibula effugissent. Episcopus igitur Mindensis . . Alolfi comitis corpus exenterans, viscera eius sub arbore quadam ibi sepelivit, ipsum vero corpus propter solis ardorem cum herbis odoriferis et sale diligenter excoctum et conditum secum tulit, et in porticu ecclesiae Mindensis sepelivit. Cuius iusticiae et pietatis et innocentiae tot testes fuerunt, quot viri vel mulieres in eius comitatu vel in episcopatu Mindensi manserunt, hodieque devotionem suam testantur suspensis ad sepulchrum eius diversis imaginibus ex cera compositis. In loco autem quo viscera eius sepulta sunt, ipsi pagani se frequenter vidisse ardens lumen testati sunt, ubi et casam ligneam fabricantes, locum ipsum in magna veneratione habuerunt. Successu temporis capella in eodem loco fabricata est; quid edificii vel honoris ibi post hoc tempus futurum sit, novit Dominus.

Eodem anno palatinus comes Conradus nomine, frater imperatoris Fritherici, ex consilio quorundam pravorum in tantam insolentiam prorupit, ut gloriaretur sui iuris esse omnibus civitatibus Reni usque in salsum mare imperare. Succenso igitur Andernaco et plurimis locis Coloniae attinentibus devastatis, transita Mosela ipsam metropolim Germaniae[26] obsidere intendit, ut ea subiecta sine difficultate et contradictione caeteris omnibus 26 dominaretur. Sed conatus eius gratia divina cohibitus est, resistente sibi Reinoldo archiepiscopo et plerisque nobilibus ad Coloniensem ecclesiam pertinentibus. Et quoniam ambitio eius et temeritas etiam usque ad imperatoris et imperatricis filiorumque eius iniuriam processit, humilians humiliavit eum imperator, ut vix in potestate aequaretur quibusdam regni ministerialibus.

Eodem anno Heinricus, filius Godefridi et Idae de Arnsberch, ratrem suum Fritherícum cępit et incarceravit, hac de causa. Diviserant ex consilio minis eriales urbes et possessiones suas. Et quia uterque acris erat animi, instinctu ministerialium utriusque partis facti sunt invicem Thiestes et Atreus, bella seditiones predas et hostiles nimicicias alterutrum per plurimos annos exercentes. Heinricus qui provectior erat etate et mansuetioris ingenii, germanum suum frequenter fraterne commonuerat, ut et suam suorumque feritatem compesceret, et ab iniuriis temperaret; sed ille surda aure monita suscipiens, et

23) in Frisia orientali. 24) Adolfus scilicet. 25) non Lübeck sed Demmin; cf. Annales Palid. h. a. 26) i. e. Lotharingiae, scilicet Coloniam.

1164. honori et vitae fratris sui insidiabatur, sed incidit in laqueum quo fratrem suum libenter ut dicitur comprehendisset. Quadam enim die cum in urbe Arnsberch divinum officium auditurus nichil adversi suspicaretur, aderat cum insidiis frater eius, et cum loricatis militibus set desuper cappatis cepit eum, et quod nefas dictu est et a natura fraternitatis alienum in carcerem detrusit, ubi ira indignatione et tristicia magis quam fame vel vinculis excruciatus, post aliquot menses vitam finivit. Cuius nefariam mortificationem dux Saxoniae Heinricus et episcopi finitimi expulso de patria Heinrico magnifice ulti fuissent, nisi imperator Frithericus eum respectu cognationis et servitii sui misericorditer correptum sustinuisset.

1165. Anno 1165. imperator Frithericus Traiectum veniens, episcopum Traiectensem Godefridum et Florentium comitem Holtlandensem post grandes inimicicias reconciliavit. Eodem anno Olavus, rex Norweigiae et martyr Christi gloriosus, meritorum suorum insolito et inaudito miraculo dedit indicium. Erat in eadem regione presbiter quidam Anglicus natione, corpore et mente formosus, sancti Olavi ministeriis instanter insistens, quem quia probus sibi videbatur, matrona quedam, uxor cuiusdam nobilis, et rebus et alloquiis simplici devotione frequenter honoravit. Vir autem eius cum esset profanus et pessimae mentis, zelotipiae spiritu ductus imputavit ei, quod cum uxore sua rem illicitam exerceret. Excusare se ille et iuramentis affirmare coepit, impositi criminis se inculpabilem esse. Sed nobilis ille nullam suscipiens excusationem, cum servis suis eum in silvam densissimam deduxit, et summitates omnium membrorum eius decurtavit, effodit oculos, aures, nares, linguam, manus, pudenda, pedesque amputavit, illo incessanter succlamante: *Sancte Olave adiuva me*. Post haec caput eius abscidens, ipsum caput et truncum informem et membra omnia in abditis silvae latibulis reliquit. Beatus vero Olavus devoti sui ministri respiciens innocenciam, omnia membra detruncata ad iuncturam suam coaptavit, et vitam impetrans mortuo, cicatricem tantum in modum fili tenuem in collo et singulis membris ad fidem rei confirmandam reliquit. Presbiter igitur non sine ammiratione omnium intuentium incolumis sub habitu religionis hodieque sanctissimo patrono suo devote deservit. Quo audito rex Daciae Woldemarus, vir et litterarum scientia peritus et monastici ordinis cultor et amator non infimus, misit ad regem Norweigiae pro eodem presbitero, ut mirabilia Dei quae audierat oculis comprobaret. Venit presbiter, et visa sunt vera signa martyrii eius; et ab ore monachi cuiusdam religiosi, qui et signa vidit et missam illius audivit, haec scripta sunt.

1166. Anno 1166. imperator Frithericus Romam bellica manu invadens, suum papam investi-
27 vit. Eodem anno Fresones occidentales qui habitant trans vadum qui Occenvorth[27] dicitur, eundem vadum transeuntes in multitudine gravi, armati ut solent galeis clavatis, clipeis, mucronibus et venabulis, in agros oppiduli quod Alcmare dicitur conscenderunt. Quorum enormi multitudine visa, omnes qui Alcmarensibus ad auxilium venerant se subtraxerunt, et solos cives vici illius ab hostibus circumclusos in extremo vitae periculo reliquerunt. Fresones autem omnes domos eorum omni suppellectili iam dudum evacuatas combusserunt, nichil edificii relinquentes excepta ecclesia, cui ex communi consilio pepercerunt. Ipsi autem Alkmarenses videntes se alieno destitutos auxilio, accensi sunt viriliter et constanter pugnare pro patria, et fere octoginta viri electissimi omnes adversa fronte occisi, felici ut speramus compendio pro morte vitam mercati sunt. Si enim pugnare pro patria virtutis est, pro patria mori felicitatis est. Hoc autem exterminium cedis vel incendii Fresones fecerunt in vindictam iniuriae quam consortes et concives eorum Fresones de
29 Scagen[28] eodem anno post natalem Christi[29] passi fuerant a militibus de Harlem et sociis eorum, qui domos illorum combusserunt, iumenta abduxerunt, et ipsos homines quasi pecora inermes et inprovisos lanceis vel gladiis perfoderunt, vel captos minus quam decebat misericorditer tractaverunt.

1167. Anno 1167. obiit Reinoldus archiepiscopus Coloniensis. Iste ab adolescentia vir erat strennuissimus, tam liberali quam seculari sciencia praeditus, eloquentia insignis, parcus in victu, iocundus et affabilis omnibus, cui in tantum prosperitas dignitatum successit, ut de ecclesia ad ecclesiam, de culmine honoris ad culmen certatim raperetur. Tandem

27) Locum Ottendyk haud longe ab Alkmar memorat Matthaeus; at Otterleck quoque ibi occurrit. Orientales Fresones provinciae Hollandiae borealis partem orientalem incolebant. 28) Schagen, proxime Zypam. 29) igitur hoc anno incunte; et haec minime ad a. 1165. referenda sunt.

cancellarius imperatoris Fritherici effectus, consilii sagacitate et morum industria omnes 1167. antecedebat, et maior se ipso cotidie fiebat. Successu temporis Coloniensis archiepiscopus electus et consecratus, omnibus episcopis Europae dignior erat, nec aliquis ei praedecessorum suorum vel fama vel potestatis efficatia comparari poterat, nisi quem sanctitatis auctoritas praeferebat. Cuius rei testes hodieque sunt omnes Colonienses, testis est domus episcopalis immo palatium quod ad perfectum decorem edificavit, plurimis capellis sursus et deorsum in eo dispositis, ita ut templo sancti Petri sibi vicino non incongrue possit similari Ipsum etiam templum edificatis duabus turribus decoravit, et decem mala in turribus templi prominentia, non sine grandi sumptu auro vestivit. Palliis nichilominus sericis Mediolani acquisitis et templum sancti Petri et palatium exornavit. Et quoniam voluntas eius ad omne quod tendebat mirabilem effectum et prosperitatem habuit, adiuvantibus civibus Coloniensibus proposuerat construere pontem lapideum supra Renum, a civitate Coloniensi usque Tuicium, et res habuisset effectum nisi morte immatura praeventus fuisset. Omnium autem studiorum eius praecipuum fuit, quod tres magos, quorum sunt nomina Balthasar Gaspar et Melchior, de Mediolano Coloniam transtulit; quorum translationis haec causa fuit. Cum esset idem episcopus Mediolani, excepto imperatore potentissimus omnium fuit episcoporum ducum et comitum, et ad eius nutum pendebat omne regis consilium et negotium. Capta autem civitate quidam ditissimus Mediolanensium ipsum secreto convenit, ut vita sibi incolumis et res illese hoc pacto conservarentur, ut ipse episcopo tres magos in manus resignaret, et quomodo abducerentur nullo civium vel extraneorum sciente consilium daret. Promisit episcopus, et ut peticio eius rata fieret, ab imperatore condictum ignorante optinuit. Suscepit igitur magos, et quia integri erant, nec facile abduci vel abscondi poterant, a traditore eorum hoc accepit consilium, ut factis tribus feretris, simularet tres amicissimos suos cognatos pestilentia mortuos, et se coniuratum ab eis, ut per se ipsum reduceret eos in patriam suam. Dispersa est igitur haec fama de mortuis cognatis episcopi in populo, acceptaque regis licencia, et equis velocibus lecticas trahentibus et aromatibus mirrae et thuris aerem circum circa permulcentibus, Coloniam pervenit, et appropinquans civitati, clericis et civibus omnibus quid afferret mandavit. Occurrit igitur ei cum maximo gaudio et religiosa processione tota civitas, et in medio templi beati Petri apostoli honorifice susceptus, reliquias immo integros sanctos collocaverunt. In quibus hoc mirabile est, quod tanta diuturnitas temporis non potuit putrefacere pellem eorum, quae consumptis carnibus adherere videbatur ossibus eorum; quorum etiam crines capitis colorem suum non amiserunt. Tanta fuit vis balsami et pigmentorum, quibus antiquitus condi solebant corpora principum. His ita completis, festinus episcopus Mediolanum rediit. Devicto autem Mediolano cum episcopus Coloniensis ad altiora semper animum intenderet, non solum Lyguriam et Tusciam sed ipsos etiam Romanos et caput mundi Romam imperatori subiugare sagaciter elaboravit. Assumpsit igitur secum iussu imperatoris episcopum Leodicensem, et Karolum de Rodenburch egregium et nobilem ducem, filium Conradi regis, militesque electissimos de Loutharingia[a], et sex dierum itinere a castris cesaris confecto, cum suis haut longe a Roma Bitervis[b. 30] consedit. Cuius civitatis ex antiquo hec consuetudo fuit, ut Romanis vel intra se vel cum hostibus pugnantibus, illi semper parti faverent, cui fortuna magis arrideret. Hac igitur civitate sine difficultate subiecta, loca finitima bellis inquietare non cessabant, donec Romani tam modici exercitus insolentiam indigne ferentes, in multitudine amplius quam sexaginta milium armatorum illos Bitervis obsederunt. Lotharingi vero cum, angustiis undique circumdati, quid potissimum eligerent ignorarent, imperatori festinum super his nuncium miserunt. Qui episcopum Moguntiacensem cum militari manu illis misit, se in proximo secuturum promittens; sed tam exiguo auxilio nec obsidionem frangere nec se defensare potuerunt. Fames etiam tanta, Romanis omni copia affluentibus, Theutonicos inclusos vexavit, ut vix ab equorum, quos paucissimos habebant, carnibus abstinerent. Tandem summa necessitate compulsi, cum nec evadendi nec diutius resistendi facultas esset, hoc invenerunt consilium, ut omnes pariter facta peccatorum suorum confessione, dominici corporis viatico se interius, armis exterius munirent, et animam quam longo famis cruciatu posituri erant, gladio vel tuerentur, vel cito perderent. Romani autem exercitum suum in acies octo diviserant, quarum unaqueque maior fuit toto exercitu episcoporum et ducis Karoli. Erumpentes igitur Lotharingii, et a montibus ad plana

a) lontharingia 1. b) biternis 1. 30) Viterbo.

1167. descendentes, audaciam cursumque, ut ait poeta, furoris Theutonici ostenderunt, et quia periculosa sit desperatio et plurimum in bello efficere possit. Occurrerunt igitur lassi requie dissolutis, saturis famelici, et contrita quam primam aggressi sunt acie, omnes in fugam compulerunt, versis ad urbem Romam vultibus, et vix aliquando ad hostem respicientibus; et quia Romanorum tentoria semper mercatura sequi solet et omnium necessariorum copia, haec omnia in manus Theutonicorum devenerunt, et ex insperato de multa miseria habundantiam consecuti sunt. Sed non ad predam immo ad inimicorum intenti contritionem, fugientes Romanos tanta cede mactaverunt, ut per duo miliaria quae ad urbem restabant, cadaverum multitudo et cursum equorum et iter peditum impediret. Obsederunt igitur Theutonici Romam per decem epdomadas, nec permiserunt egredi quempiam vel ingredi civitatem. Tunc imperator ex altera parte Tyberis Romam veniens, obsedit et ipse cum Suevis et Bawariis partem civitatis quae erat trans Tyberim Lateranis. Sed Lotharingi qui erant cum Reinoldo episcopo et praedictis episcopis, magis erant formidini Romanis, et minores egressus et assultus agebant in hac parte civitatis. Sed nec rex ad episcopum nec episcopus ad regem valebat accedere, quia pons lapideus et super pontem domus et praecipue duo propugnacula edificata transitum prohibebant. Sed collatis viribus, superatis propugnaculis, libero ingressu omnes Theutonici Romam intraverunt, et a ponte usque ad templum beati Petri omnia cedibus et incendiis impleverunt. Quibus rebus conterriti Romani, ad omnem imperatoris voluntatem obedientissimi erant, et imperatoris papam praesente ipso imperatore et cardinalibus Romanis episcopisque et abbatibus infinitae multitudinis in templum sancti Petri nullo contradicente investiverunt. Quibus pro velle patratis, cum per aliquot dies imperator et sui in civitate cum summa potestate moratus fuisset, laetus Mediolanum rediit, et omnes Theutonici sine hostili incursione sunt egressi. Sed populum quem hostis tangere non audebat, plaga maxima et pestilentia invasit, et ut creditur ultio divina, quia templum et urbem et populum principis apostolorum et aliorum sanctorum et caput mundi non eo tractavit honore quo debuit. Cum igitur maxima Theutonicorum multitudo longe ab imperatore intra montana tentoria fixisset, ex aeris insolentia plerique Langobardica ut dicitur febre ceperunt febricitare, et ex morientium cadaveribus corruptus aer se ipso semper nocivior factus est, adeo ut vix vivi mortuis sepeliendis sufficerent. Ea pestilentia febricitare cepit usque ad mortem summus archiepiscopus Coloniensis Reinoldus, nec ulla medicorum vel suorum, quos plurimos secum habebat, vel imperatoris, qui nimis egre incommodum eius ferebat, arte sanari potuit. Mortuus est hac pestilentia episcopus Leodicensis, episcopus Treverensis, et Karolus iuvenis famosissimus et hereditarii fundi ditissimus. Summus etiam omnium archiepiscopus Reinoldus ex hac pestilentia obiit, cuius corpus exenteratum Coloniam es relatum, et omnibus Coloniensibus usquequaque merentibus honorifice in marmoreo sepulchro venustissime depicto et nuperrime sub terra reperto sepultus. Cui successit Philippus, filius Gozwini de Heinsberch. Eodem anno dux Saxoniae Heinricus misit Baldwinum praepositum, fratrem Florentii comitis Holtlandensis, ad adducendam sibi filiam Heinrici regis Anglorum nomine Mathildam [a], quam venientem cum magno apparatu et divitiis accepit uxorem. Eodem anno in villa Egmunda natus est agnus unum caput habens et duas partes posteriores, sex pedes et duas caudas. Qui visus a multis, cunctis intuentibus spectaculo fuit. Et cum portentum aliquid soleat portendere vel significare, creditum est a quibusdam, per duas agni partes significari comitatum Holtlandiae in duos populos plurimum diversos divisum, Holthlandensem scilicet et Fresonicum, qui cum utrique ad unum pertineant comitem, dividuntur tamen plerumque inter se per hostilem discordiam. Cuius utriusque populi confinium et quasi divisio est villa Egmundensis, ubi apparuit monstrum discordiae et divisionis, quae ipso tempore tanta fuit, ut alter populus alteri vicissim et vitam et omnia sua si posset auferre non dubitaret.

1168. Anno 1168. Florentius decimus comes Holtlandensis brumali tempore cum maxima
31 manu militum et peditum veniens in villam quae Scorla [31] dicitur, Fresonibus contiguam, deliberavit et consilium iniit, qualiter eosdem Fresones sibi resistentes bello aggrederetur. In ea mora deliberationis quidam electissimi milites vel privati homines constantes et audacissimi, impetum animi sui non ferentes, inermes in equis comite dissuadente prosiluerunt,

a) *vocem supplevi; locus vacuus in* 1.

31) Schoorl a septentrione et occidente Alkmariae prope Oceanum situm.

et villam Fresonum quae Scagen dicitur incenderunt. Fresones autem in insidiis positi, 1168. domorum suarum iacturam facilem habuerunt, dummodo inimicos suos concluderent et reditum eorum interciperent. Cumque hostes incendiis et predae intenti, ea quae retro fuerant obliviscentes in anteriora contenderent, et quasi fugientes persequerentur[a], de latibulis egressi Fresones vias quibus erant re ituri occupaverunt, et redire parantibus, maxima multitudine constipati, in faciem restiterunt. Sed quidam militum denso agmine facto, animam suam ponentes in manibus suis, in confertissimos hostes irruperunt et illesi ad comitem redierunt. Alii omnes exceptis paucissimis captivatis occisi sunt, et facta est maxima strages electissimorum virorum. Ex his nobiles et probi milites corruerunt Simon de Antwerpia, iuvenis incomparabilis pulchritudinis, Wilhelmus de Vorholte, Baldramnus de Harlem, Gerardus dapifer, Florentius Rust, Alardus de Egmunda, Bruno de Kasterkem, Gerardus iuvenis de Monstre, Everardus de Northeke. Corpora vero occisorum diversis confossa vulneribus Egmundam ad tumulandum relata, et monachis et laicis et maxime comiti lamentabile praebuerunt spectaculum, nec elapsus est integer annus ab agni spectaculo[32] ad spectaculum defunctorum. Contigit autem hec cedes 11. Kal. Februarii, Ian. 22. die sancti Vincentii martiris, quae erat feria secunda[33].

Anno 1169. Fresones occidentales in maxima multitudine vadum* transeuntes, Alk- 1169. mare iterato in die sancti Ypoliti, quae sollempnis apud ipsos est, combusserunt; set non *id est Elecre[b]. talem qualem prius suae voluntatis successum habuerunt. Obviatum est enim eis fortiter Aug. 13. a vulgo circumcirca commoranti, et a paucissimis militibus viriliter illos conterentibus. Duae praeterea naves ex latere ad eos de villa quae dicitur Bukle[34] cum grandi impetu 34 properantes, timorem eis et suspitionem magnarum insidiarum incusserunt, et occisis ferme 30 fortissimis ex eis, omnes a maximo usque ad minimum in fugam inclinatis et deiectis vultibus conversi sunt. Quod si equitum qui illos insequi potuissent maior numerus fuisset, vel sagittarii Flandrenses qui ipso die advenerunt aliquantulum maturius affuissent, dies illa Fresonum procul dubio facta fuisset exterminium, ut posteritas de hoc potuisset narrare filiis filiorum suorum. Eodem anno obiit Cuniza piae memoriae abbatissa prima in Rinsberch, litterarum sciencia et facundie gratia mirabilis, religione gravis, carnis nobilitate insignis, soror Fritherici comitis de Bichle, matertera Christiani archiepiscopi Moguntiacensis. Eodem anno Philippus archiepiscopus Coloniensis ordinatus est.

Anno 1170. estas ferventissima fuit. Eodem anno circa festum omnium sanctorum 1170. ventus maximus erat, quem inundatio maxima secuta est, adeo ut usque ad muros civitatis Traiectensis fluxerit mare et refluxerit, et piscis ille tantum marinus quem buollek vocant, circa muros eiusdem civitatis captus sit. In Kinemaria etiam tantum inundatio illa ex improviso desevit ut submersis iumentis, vix mulieres et viri in trabibus domorum suarum vitam suam et parvulorum suorum conservaverint, et nisi quidam benigna compassione navibus dunensibus subvenissent periclitantibus, multi naufragio perissent. Eodem anno Thomas archiepiscopus Cantuariensis pro Christo martirizatus est 4.[c] Kalend. Ianuarii, de quo magna et omni ammiratione stupenda referuntur miracula, de resuscitatione mortuorum, de cecorum, surdorum, claudorum, paraliticorum et leprosorum sanatione frequentissima, ut antiquis sanctis in nullo videatur dissimilis.

Anno 1171. nocte natalis Domini crebra fulgura micuerunt. 1171.

Anno 1172. hiemps mollissima fuit, in tantum ut vix duobus continuis diebus glacies 1172. aliqua duraret, et omnia ante solitum veris tempus in germen prorumperent, et volucres ut dicitur circa purificationem sanctae Mariae ova et pullos in multis locis foverent. Eodem anno dux Saxoniae Heinricus, multis comitatus militibus et ministris, cum multarum apparatu divitiarum Ierusalem profectus, sepulchrum Domini et loca sanctorum sua munificentia honoravit, et magnifice susceptus a rege et patriarcha, cum honore rediit ad sua. Eodem anno Heinricus comes de Arnesberg generum suum Ottonem*, fratrem Florentii Hol- *comitem de Benthem[d]. landensis comitis, captum in vinculis et carcere detinuit, nec ulla ratione relaxare voluit, donec vel fide sua promitteret vel fideiussores daret, se non invasurum res suas nec quicquam ablaturum, exceptis hiis que in dotem filiae suae accepisset. Eodem anno obiit

a) *quae hinc inde sequuntur, manu coaeva fol.* 169 *habentur.* b) *manu saec. XV.* 1. rebere 2. *et glossa saec. XVI. in* 4. rokere *recentior manus* 4. c) *numerus haud apparet in* 1. *sed adest* 3. 4. 5. d) *manu saec. XV.* 1.

32) anno superiori memorato. 33) recte eo anno. 34) Prope Alkmariam e meridie est lacus Boekeler meer, et locus Bockel prope Akersloot.

1172. Theodericus comes de Cleve[35], statura et facie venustissimus, divitiis et necessariorum habundantia superaffluens, dulcis alloquio, omnium ad se pertinentium, quod rarum est in divitibus, defensor magis quam oppressor.

1173. Anno 1173. hyemps[a] validissima et pene nivis expers exstitit. Eodem anno Sophia comitissa Hollandensis cum filio suo Ottone et Isbrando de Harlem Ierusalem petiit, et eodem anno rediit. Eodem[b] anno episcopus Ypporiensis Reimundus ecclesias multas in orientali et occidentali Fresia dedicavit, veniensque Egmundam capellam sancti Michaelis et sancti Nicolai consecravit. Item eodem anno dominicum corpus in duabus ecclesiis Traiectensis civitatis furto ablatum est, scilicet in ecclesia vulgi quae dicitur sanctae Mariae, et in ecclesia sancti Iacobi, nec ulla ratione multa et diligenti inquisitione facta et precibus ad Deum effusis quis hoc egerit potuit[c] repperiri. Repente 6. Idus Mai. 5. feria secuta est plaga maxima diluvii cum tanto impetu decurrens, qualem numquam Traiectensium aliquis viderit, et omnibus quae in agris repperit depopulatis plurimum civibus horrorem incussit, omnibus e contra nitentibus[d] et frustra aggeres opponentibus eventumque novi exitii cum stupore et tremore expectantibus. Quod si tam diutinum quam impetuosum periculum fuisset, civitas Traiectensis procul dubio non substitisset. Post triduum enim misericordia Domini manum suspendente, aquae diminutae sunt, et paulatim deficientes in alveum suum redierunt. Porro in die ascensionis Domini quae proxime secuta est, abbas ecclesie sancti Pauli, Hildebrandus nomine, verbum Domini praedicans populo, hortatus est et instanter ammonuit, ut generaliter tota civitas ieiuniis, vigiliis, processionibus, elemosinarum largitatibus, et omni humilitate misericordiam Domini super neglientiam dominici corporis placaret, praedixitque plagam maiorem diluvio nisi id citissime fieret affuturam. Nec veritate prophetia eius fraudata est. Eodem enim die circa vesperum incendium exurgens, praedictam ecclesiam sancte Mariae et totam plateam eius accerrime invasit domosque electissimas penitus consumpsit. Sic geminato malo latere devastationis causa non potuit, pluribus clamantibus impletum fuisse quod abbas de Sancto Paulo in verbo praedicationis ipsa die praedixit. Episcopus etiam[e] Godefridus in sinodo generali ieiunium generale toti civitati et omnibus parrochiis suae diocesis indixit, ut omnes[f] humili[f] satisfactione laici cum clericis, senes cum iunioribus divinam placarent indignationem. Ipse etiam episcopus feria quarta post pentecosten nudis incedens pedibus cum omni populo a templo beati Martini usque ad ecclesiam beati Iacobi processit, et sanctorum diversa[g] loca, clericis letanias, laicis laudes divinas elata[h] voce cum gemitu succinentibus, visitavit, bonum relinquens exemplum penitentiae et satisfactionis, si quid talis negligentiae uspiam contigerit. Eodem anno 11. Kalend. Augusti dedicatum est templum sancti Martini in Traiecto a quatuor episcopis scilicet Philippo Coloniensi, Godefrido Traiectensi, Reimundo Ypporeiensi et a quodam episcopo nomine Martino. Ab eisdem episcopis dedicata est ecclesia sanctae Mariae et sancti Stephani in Olthwich[36] 8. Kal. Aug. Eodem[i] anno filius Heinrici nomine N.[k] adversus patrem suum consurrexit, multis et fortibus animatus adiutoribus, scilicet Franciae Lothowico rege, Scotiae[l] Wilhelmo, comite Roberto, comite Flandrensi Philippo et fratre eius comite Boloniae Matheo, qui in congressu bellico[m] obiit. Ad quem vindicandum comes Philippus cum plurimos armatos trans mare misisset milites electos . . . . .[n]

1176. Anno 1176. obiit Sophia comitissa Hollandensis. Hec relicta omni frequentia cognatae nobilitatis pro Christo exulans, tercio postquam Iherosolimis est profecta, ibidem moritur, et ad hospitale quod est Theutonicorum sepelitur. Huius nobilissimae matronae qualis apud Deum et homines conversatio fuerit, preter illam in Dei laudibus mirabilem vigiliarum instantiam, et indefitientam elemosinarum manum — vere pauperum altera Dorcas, quae fatiebat illis tunicas et vestes — teste est templum Rinsburgense, quod a fundamentis iecit, et feliciter consummavit. Nec etiam claustrum Egmundense beneficiorum eius

a) h. v. et p. n. e. e. *desunt* 3. 4. *adsunt* 5. b) E. a. *manu saec. XV. inserta* 1. c) poterit 1. d) e contra nitentibus *haud amplius leguntur in* 1. *lacuna indicatur in* 2. *habentur* 3. 4. e) E. e. 2. *lacuna* 1. Unde episcopus Go. *m. s. XV.* 1. f) *ita* 2. *lacuna* 1. g) *ita vox obscura restituitur.* h) *ita vel* clara *legi videtur in* 1. elata 2. *et reliqui.* i) *haec usque* electos *omittit* 2. k) *ita* 1. 4. Heinricus 3. l) *vox obscura* 1. m) belli . . 1. n) *hic non pauca erasa sunt; quae sequuntur manu alia et coaeva scribuntur. De expeditione ista cf. Auctarium Aquicinctinum Mon. SS. VI,* 414. *lin.* 34 *sqq.*

35) maritus Petronellae, sororis Florentii Hollandensis et Ottonis Benthemensis comitum. 36) Outwyck in suburbio Traiectensi. KLUIT.

1176. immune fuit, quod devote dilexit et honoravit, ne praedecessoribus suis inferior in obsequiis haberetur sancti Adalberti. Cuius meritum quale fuerit apud Deum, vel in hoc miraculo perpendi potest, quia cum in reditu esset viae Sancti Iacobi, incidit in latrones, qui viae eius comites seorsum ductos extractis longis cultellis sicut eiusmodi hominibus consuetudo est lateri suo appendere, cum occidere temptassent, minime potuerunt, licet cultellos vi tota in ipsos impegissent. Unde latrones in admirationem conversi, tanti reatus veniam pedibus eius prostrati rogaverunt; et ipsa rei eventum ammirata, quod petebatur clementer indulsit, et hoc rumore longius diffuso ab omnibus ammirabilis habebatur. Hoc ex eius relatione dictum et certificatum sit, qui eius peregrinationi interfuit et idem mortis periculum timuit, postea monachus noster. Eodem anno obiit domnus Wiboldus abbas; et tanta tempestas fuit, ut vix aliquis maiorem meminerit.

1177. Anno 1177. Traiectum ex magna parte incendio periit, et plurimi utriusque sexus qui spe salutis in domum Gerardi subteti confugerant, miserabili ambustione perierunt. Eodem anno comes Flandriae Philippus cum magno apparatu rerum et militum Iherusalem profectus revertitur.

1178. Anno 1178. obiit Godefridus Traiectensis episcopus, Baldwinus successit, frater[a] Florentii comitis Hollandensis. Eodem anno christiani Iherosolimis infinitam multitudinem paganorum in civitate sancti Georgii occiderunt. Phylippus Coloniensis archyepiscopus terram ducis Saxoniae, Heinrici scilicet, magno exercitu aggressus, rapinis, incendiis plurima loca circa Wiseram diripuit. Quem Frithericus imperator valido exercitu subsecutus, Bruneswick biennio arta obsidione circumdedit, et captis pene omnium urbium et castellorum fortissimis, eundem ducem ad deditionem coegit, et ducatu penitus exuit, et Bernardo filio Alberti marchyonis tradidit.

1180. Anno 1180. Lambertus Gandensis monachus in Egmunda abbas efficitur. Eodem anno comes Hollandiae Florentius Fresiam infinito exercitu ingressus, Nethorp et Winkel[37] incendit.

1181. Anno 1181. rex Franciae instinctu regis Angliae Phylippum comitem Flandriae bello aggreditur, sed eodem comite fortiter repugnante, minime praevaluit. Comes Gelrensis filiam comitis Boloniae Mathei nomine fratris Phylippi uxorem duxit, set eodem anno moritur; uxor rebus quas idem comes Gerardus illi concesserat violenter ablatis repatriat.

1182. Anno 1182. obiit Lambertus abbas, Franco successit. Theodericus comes de Cleve filiam comitis Florentii et comitissae Adae, Margaretam nomine, uxorem duxit nuptiis magnifice Lis[38] celebratis. Fresones in villa Ekkerslot[39] occiduntur. Hiemps mollis[b]. 38

1183. Anno 1183. dedicatum est templum in Rinsburch 6. Nonas Maii a domno Baldwino Traiectense episcopo, quod terciodecimo consecrationis suae die cum ipso claustro miserabili incendio consumitur; et maxima pars sanctimonialium ad exteras regiones deducta, verum testimonium miseriae suae fuit. Eruptio fluminum in plerisque locis fuit, et tanta inundatio pluviae, ut sata omnia interirent, maxime in episcopatu Traiectensi et Hollandensi comitatu, ut innumera multitudo famis angustia impellente propria colonia relicta, alias migraverit.

1184. Anno 1184. comes Hollandiae Florentius Iherusalem pergit, Fresonibus de Wiring[40] et de Texle[41] prius subiugatis, datis ab eisdem Fresonibus quattuor milibus marcarum 41 argenti conditione pacis. Castrum Bruggis cum aecclesia beati Donatiani et quibusdam aliis aecclesiis et domo comitis totum pene concrematur, et quod omni tormento acerbius est, multi utriusque sexus flammis circumventi cum rerum suarum perditione in ipsis ignibus vitam ponunt. Duacum similiter cum maximo rerum detrimento violenti incendio absumitur. Rediviva bellorum atrocitas inter regem Franciae et Phylippum comitem Flandriae oritur.

1185. Anno 1185. puella quedam in villa quae vocatur Rinsburch, triennio ceca, meritis Dei genitricis illuminatur[c].

a) f. F c. h. *desunt* 2. b) mollissima 2. c) *fol.* 169 *manu saeculi XV, haec scripta sunt, hoc tempus attinentia:* Baldwinus episcopus Traiectensis, frater comitis Hollandie et comitis de Benthem, ter habuit discordiam cum comitibus de Ghelre, ut Florencius comes Hollandie omnia pecora tocius Velue in Davantriam comminaret, et gravia dampna comiti Ghelrensi inferret.

37) Niedorp et Winkel villae ad mare Zuiderzee. 38) inter Harlem et Leiden. 39) Akerslot. 40) insula maris Zuiderzee, Wieringen. 41) Texel insula.

1186. Anno 1186. Theodericus, filius Florentii comitis et Adae comitissae, sororem Theoderici iunioris comitis de Cleve, nomine Aleydem, uxorem duxit; nuptiae vero factae sunt in villa Losdún. Sophia abbatissa, soror comitis Florentii, abbatiam in Rinsburch ultro deposuit; Agnes successit.

1187. Anno 1187. Saladinus consilio et traditione comitis Hugonis de Tripla[43] christianos expugnat, Iherusalem capit, eiectis christianis possidet, crucem dominicam asportat, et in exteras regiones collocat. Accaron, quae et Ptolomaydis, a Turcis capitur et possidetur, Ascalon similiter et multae civitates et castella ad Iherusalem pertinentia, cesis christianorum plus quam sexaginta milibus et multis captivatis, violenter optinentur.

1188. Anno 1188. decreto Romani pontificis et praecepto Fritherici imperatoris, duces, comites, episcopi, abbates, potentes, nobiles, et maxima multitudo ceterorum fidelium Maguontiam conveniunt, ubi in vindictam sanctae civitatis et iniuriam sanctae crucis ulciscendam imperator Fritherícus cum filio suo duce Suevorum, et comite Hollandiae Florentio[a], et comite Gelrensi Ottone, et aliis summae nobilitatis principibus a cardinali et episcopo Heinrico, apostolici legato, crucis vexillum, signum profectionis in Iherusalem suscipit. Multi potentes et nobiles viri laude militari digni insistunt Ierusalem[b].

1189. Anno 1189. Frithericus imperator cum filio suo Swevorum duce Fritherico per regnum Ungariae ingressus fines Greciae, negato sibi[c] transitu maris brachii sancti Georgii, cum innumerabili et valida suorum sequentium[d] manu, Grecis repugnare non audentibus, castella et civitates occupat, et potenter hyemat. Eodem anno innumerabilis multitudo fidelium magno apparatu navium arma et escas subvehentium viam insistit Iherusalem, et prospero itinere Sur usque advehitur. Otto comes Gelrensis navali itinere Iherusalem vadit.

1190. Anno 1190. rex Constantinopolis suorum longa oppressione coactus Fritherico imperatori et cuncto exercitui transitum maris concedit, naves praeparat, obsides dat, et tota legio fidelium sic transvehitur. Eodem anno Frithericus imperator obiit. Cui a quodam incluso praedictum fuit, quod aquis suffocatus interiret. Itaque cum ad quendam decursum aquarum cum exercitu peregrino devenisset, delectatus limpiditate[e] eius, ut sudorem ex labore contractum ablueret, peritia nandi confisus aquis se commisit; qui valido impetu repente abstractus et lapidi inter aquas latenti allisus, Romani imperii augustus, tam praesentis exercitus luctu et confusione quam totius christianitatis summo dolore, tam misero mortis genere obiit. Et quia fama nihil velocius, ad gentiles obsessos Accaron mors eius velocius pervolavit, ut hanc fere prius quam christiani scierint, quorum cotidiana fuit insultatio mortem tanti imperatoris confusis plausibus[f] catholicis improperantium. Corpus eiusdem imperatoris exenteratum, ob longitudinem itineris sale diligenter confricatum et gestatorio impositum, luctuoso agmine Antiochiam delatum est, et in basilica beati Petri in introitu chori dignissimo honore tumulatum. In eadem Antiochia Florentius Hollandensis comes non multo post languore correptus obiit, vir in quo totius honestatis et probitatis forma se aperuerat. Cuius filium Wilhelmum dux Sueviae in obsequium suum assumpsit, tum propter patris ipsius ad invicem habitam dilectionem, tum propter eiusdem iuvenis acceptabilem sibi strennuitatem. Similiter episcopus Werceburgensis mirae facundiae et scientiae, in quo totius exercitus consilium in administrandis negotiis dependebat, ibidem mortuus, catholicis exequiis sepultus est. Aliique multi potentes et nobiles Antiochiae sunt sepulti.

1192. Anno 1192. dux Sueviae Frithericus, filius Fritherici imperatoris, qui cum patre Iherosolimis profectus erat, et Philippus potens marchio Flandriae apud Accaron moriuntur, et infinita multitudo fidelium. Accaron a christianis recuperatur caesis in ea multis milibus Turcorum. Philippus rex Franciae hoc anno, quo cum rege Angliae Richardo profectus erat, repatriat.

1193. Anno 1193. Albertus frater ducis de Lůwon eodem anno[g], quo episcopus consecratus erat, occiditur. Conradus marchio, defensor civitatis Sur, qui multa pro christianis strennue egerat, dolose cultello perfossus moritur, et in eadem civitate in ecclesia sanctae

a) *manu saeculi XV. adiecta sunt haec ex Wilhelmi Egmundensis chronico, ubi post* insistunt Ierusalem *leguntur:* Wilhelmus etiam, Florentii comitis Hollandensis iunior filius, patrem summe prohibentem praedicta via sequitur; qui ad terram sanctam veniens per imperatorem vix patri reconsiliatur 1. *haec desunt* 2. b) *hic folia aliquot exciderunt* 1. *textum ope codicis* 2. *restituimus.* c) negatoque 3. d) sequacium 3. e) lympiditate 2. f) clausibus 2. g) quo — marchio *desunt c.*

43) Tripolis.

Crucis honorifice sepelitur. Huius tam famosi principis lamentabilis et dolosa mors regem 1195. Angliae apud omnes peregrinos graviter annotavit. Erat enim idem rex erga Theutonicos arrogans et in multis iniuriosus. Richardus rex post captionem Accaron Brundisium, quae nunc Barlit dicitur, revertitur, et habitu regali mutato, quia de Cuonradi marchionis morte iam ubique infamis erat, et privatum quendam se simulans, a quodam Theutonico milite, quem in obsidione Accaron iniuriaverat, proditus, a duce Austrasiae captus et Heinrico imperatori augusto traditus est; et in captivitate aliquamdiu detentus, tandem pro redemptione sui datis centum et quinquaginta milibus librarum Anglensis monetae absolvitur, et de provincia in provinciam transiens Coloniam venit, et a comitatu Hollandiae apparatu navium sibi occursantium per mare in sua recipitur[a].

Anno 1196. Baldwinus[b] Traiectensis episcopus obiit, et duo a diversis[c] partibus sunt[d] 1196. electi, Theodericus videlicet frater eiusdem episcopi, tunc praepositus maioris ecclesiae sancti Martini, et Arnaldus praepositus Davantriae. Episcopatus vero Theoderico comiti Hollandiae ab Heinrico imperatore committitur; et eodem comite Traiectum et circumiacentia occupante vel regente, Otto comes Gelrensis omnia ulteriora fluminis quod dicitur Isle suae potestati vindicavit. Factum est tandem post longam controversiam inter eosdem comites bellum apud montem qui dicitur Heimenberg[e. 44], ubi multis a parte comitis Otto- 44 nis captis et ceteris omnibus fugatis, insperata victoria Theoderico cessit.

Anno 1197. Theodericus et Arnaldus, qui Romam profecti fuerant, longam discepta- 1197. tionem coram apostolico[f] de sua substitutione habuerunt, cum tamen Theodericus anulo et virga imperiali episcopalia suscepisset. Sed cum more diutinae disceptationis protrahuntur, Arnaldus mense Iunio moritur[g]; Theodericus consecratur, qui repatrians apud Papiam moritur. Eodem anno obiit Heinricus imperator. Et facto conventu principum[h] de regni provisione[i], duci Sueviae Philippo unanimiter assenserunt[k], ita ut filius Heinrici imperatoris Frethericus[l] puer quinquennis patri succederet, et ipse omnia imperialia ageret et disponeret. Et ut haec firmius haberentur, factus est secundus conventus, ubi quia non advocatus Adolfus Coloniensis episcopus defuit, seminarium hoc discordiae Romano imperio immiscuit. Siquidem ad partes suas inflexit comitem Flandriae Baldwinum, Theodericum Hollandiae, et principes quos poterat, et contra fidem et ius comitem Pictavis Ottonem Aquisgrani inthronizavit, cum prius partibus ducis Sueviae favisset. Duci vero Sueviae multi principes et nobiles Romani imperii adhaeserunt. Rex vero Anglorum[m] Richardus partes Ottonis, cuius avunculus erat, in omnibus fovebat. Eodem anno Wilhelmum, fratrem Theoderici comitis[n], ministeriales ecclesiae sancti Martini in Traiecto, in castello quod dicitur Hurst[o] incarceraverunt praesente fratre et consentiente; qui post aliquantulum fuga elapsus, ad comitem[p] Ottonem venit, cuius postea filiam[q] desponsavit.

[Idem[r] Wilhelmus post obitum patris a Iherusalem reversus, a fratre benigne receptus est, et fraterne habitus; sed cum paulatim severius circa se agi intenderet et a fratre penitus despici, fratris praesentiam declinavit, et collocatus[s] cum quibusdam militibus quos sibi coniunxerat, ad Fresones de Drechter gratia et permissione[t] eorum refugit, quorum auxilio fines comitatus Fresiae adiacentes frequenti incursu impugnabat. Ad cuius impetum reprimendum Aleydis comitissa cum exercitu Egmundam venit, magno claustri detrimento et totius ordinis incommodo, quia et res ecclesiae tam in victualibus quam et in multis aliis militibus et ceteris expendebantur, et cotidianus erat discursus per claustrum pedissequarum comitissae et ceterarum mulierum supervenientium, quod claustrali disciplinae omnimodis contrarium erat. Haec incommoditas et indisciplinatio duravit a festo sancti Laurentii usque ad octavam sancti Martini; et non tunc solum sed toto dominatus sui tempore[45] claustrum Egmundense saepe et graviter oppressit. Et ut a coepto paululum 45 progrediamur, interminata est, quod sanctum Adalbertum visitaret, et elato corde posuit in coelum os suum, minas opere prosecuta. Cum enim nihil agendum ei foret, venit ad

a) reperitur 2. b) balvinus 2. c) duo adversis 2. d) *deest* 2. e) heimeberg 2. hyemenberch 4. f) *addit* 4. scilicet domno Innocentio III. g) Theodericus — moritur *desunt* 2. h) *deest* 2. i) promissione 3. k) adhaeserunt 4. l) *deest* 2. m) anglicorum 4. n) c. hollandiae 3. hollandensis 4. o) horst 4. p) c. gelrensem o. 3. 4. q) f. nomine aleidem 3. 4. r) *quae sequuntur usque* Stavren celebratis *rei modo relatae ampliorem narrationem exhibent, ut 2. tradit in margine codicis scriptam; ea* 3. 4. *anterioribus ita iungunt:* Desponsavit, sed ut ea quae vivente Balduino adhuc episcopo gesta sunt breviter replicemus, idem Wilhelmus *etc.; in* 5. *anno* 1195 *inserta sunt.* s) collocutus 3. 4. t) promissione 4.

44) collis ab oriente Rhenen. 45) i. e. usque ad a. 1203 vel 1204.

1197. ipsum locum[a] copiosa satis multitudine militum, dominarum, servorum, et per undecim dies nimio sumptu demolita est; et ut nihil propositi[b] et minarum illi deesset, ipsum comitem secum attraxit. Hoc iudicio Dei commissum sit, quo modo iniuriam sancti sui prospicere de coelo sibi placuerit. Nunc nostrum propositum prosequamur. Igitur comite Theoderico in Selandia[c] remorante propter bellum quod adversus comitem Flandriae Baldwinum promovebat, Aleydis comitissa in Egmonda contra Fresones belli negotia disponebat, miro ingenio singula amministrans et in omnibus indefessa; Fresonum etiam de Nethorp seniorum et principum, quos invitaverat, amicitias sibi conciliavit. Cuius colloquium Balduinus episcopus expetens, Egmundam venit, temptans si quos aditus inveniret reconciliationis inter discordes fratres; quod quia voto suo non successit, ad propria se recepit[d]. Hoc circa festum sancti Michaelis factum est. Cum ergo tumultus cotidiani utrarumque partium[e] essent praedae et insidiarum, tandem Wilhelmus aperta congressione decertare proponens, cum infinita multitudine Fresonum Alkmar venit. Cui milites comitisse et Kinemarenses[f] occurrentes, ad resistendum in acie sua constiterunt. Fresones vero timen- 46 tes se a tergo circumveniri, et quia ductores et seniores Fresonum de Winkel[46] et Nedorp[47], quorum fuga pretio comparata fuit, in ulteriore ripa fluminis turmas suas continebant[g], paulatim ad vadum fluminis progrediebantur, fugae intenti, interdum quasi ad pugnam se praeparantes subsistebant. Hoc a Kinemarensibus deprehenso, militibus iam non expectatis, fortiter eos assilientes, in ulteriorem ripam fluminis in fugam compulerunt. Wilhelmus vero in ipso vado constitit aliquantulum renisus[h], et fere circumventus foret, nisi maturius fuga sibi consuluisset. Et hoc sui detrimentum Fresones non ipsi Wilhelmo sed suae incuriae ascribentes, de cetero familiariter habuerunt. Nuncius vero huius victoriae comiti directus est; qui duplici gaudio iocundatus est, tum victoriae contra comitem, tum contra Fresones, Deo in omnibus ei prosperante. Igitur cum de Flandris victor redisset, iterato Baldwinus episcopus Egmundam venit dominica praecedente quadragesimam, simul et Ada comitissa, praepositus Theodericus, Otto de Benthem, de commoditate pacis tractaturi. De rebus ecclesiae sumptus erant graves, qui tantis principibus impendebantur. Agebantur ergo diversa consilia, et ad omnes Adae comitissae votiva fuit supplicatio coeptis insistere, materno affectu filio consulens. Episcopus nullum voluntatis suae desiderium consecutus, Harlem[i] rediit, ubi comes tunc morabatur. Praepositus vero per noctem remoratus, ad singulare colloquium a Wilhelmo invitatus est, ubi mutuo[k] consilio actum est, ut pax daretur et pacis terminus. Hoc per episcopum et ipsum praepositum[l] tandem elaborato, Wilhelmus Harlem venit episcopo adhuc ibi constituto; et diei cuiusdam diluculo ad lectum fratris, dubium an invitatus ant sponte per se venerit, accessit; ubi mutua et amica 48 collocutione inter utrosque pax confirmata est hoc modo, ut de theloneo Gerflit[48] pro patrimonio suo Wilhelmo trecentae librae annuatim solverentur, homo fratris factus pro comitatu orientalis Fresiae, ut comes de reliquo quietus esset, et Wilhelmus ad sibi concessa migraret. Qui praedictam Fresiam ingressus, post longam disceptationem inter se et Heinricum Grus habitam, munitionem eiusdem Heinrici in vindictam Fresonum ab eodem occisorum expugnatam terrae complanavit, Fresones ditioni eius subiectos et omnes reditus in ius suum voluntate eorundem Fresonum transposuit[m]. Post haec Wilhelmus ad matrem veniens, ab eadem et ceteris fidelibus suis inhibitus est ne ad fratrem accederet, qui tunc in castro quod Hurst dicitur morabatur, procul dubio capiendus si iret; sed retardari non potuit. Venit ergo et a fratre ingratis oculis conspectus, cum die quadam lotis iam manibus ad mensam accessurus esset, ab Heinrico Grus homine sibi inimicissimo et ceteris ministerialibus, fratre vidente et consentiente, captus incarceratur. Sed Deo miserante elapsus[n] ad comitem Ottonem venit, ibi aliquantulum remoratus, quod tibiae eius asperitate glaciei graviter exasperatae[o] erant et prae algore intumuerant. Deinde in Fresiam orientalem a fratre sibi concessam regressus[p], officiosissime receptus est, de fuga et salute eius omnibus mire congaudentibus[q]. Filiam comitis Ottonis honorifice ad se deductam uxorem duxit, nuptiis Stavren celebratis.

a) l. scilicet ekmundam 3. 4. b) praepositi 2. c) seelandia 4. d) recipit 2. e) partem 2. f) kinemar 2. 3. g) continebat 2. h) renissus 2. i) herlem 2. k) in uno 3. 4. l) praeposito 2. m) t. qui post hoc ad m. 3. 4. n) e. sicut praelibavimus ad c. gelrensem O. v. 3. 4. o) exas periatae 2. p) ingressus 3. 4. *sed iam antea ibi fuerat.* q) Filiam — celebratis *desunt* 2.

46) Villa in sinu maris ab occidente Medemblik. 47) Niedorp prope Winkel. 48) Geervliet ab oriente Briel, in insula Putten ad Mosam.

1197. Eodem anno Otto comes[a] et Theodericus Hollandensis reconciliantur, quae reconciliationis[b] sive pacis concordia usque adeo inter eos coaluit, ut Theodericus comes filiam suam nomine Aleydem filio comitis Ottonis, cuius nomen Heinricus, desponderet. Sed idem puer non multo post languore correptus moritur et Rinsburg[49] tumulatur. 49

1198. Anno 1198. Theodericus praepositus de Masdrecht cleri electione, favore comitum Theoderici et Ottonis et consensu civium Theoderico in episcopatu successit. Eodem anno Theodericus comes Fresiam ingressus, hyemali tempore multos Fresonum de Drechter occidit.

1199. Anno 1199. Ritshardus rex Angliae in obsidione cuiusdam castri iaculo percussus moritur, et Rothomagi sepelitur; cui successit frater eius Iohannes cognomento Sunderlant.

[Anno incarnationis Domini 1199 consecrata est capella in honore sancti Michaelis et sancti Nicholai, Ieronis, in qua conditae sunt reliquie sanctorum Gereonis sociorumque eius, Iustini martyris, regum septem fratrum, Alexandri martyris, Vincentii martyris, Gerthrudis virginis, a domno Brunwardo episcopo. *Manu coaeva in fol. 149' scripta.*]

1202. Anno 1202. Theodericus comes Hollandiae Theodericum episcopum Traiectensem bello aggreditur, et post rapinas et incendia, inter quae[c] ecclesia de Wurthen[50] est[d] concremata, pax reformatur, datis comiti obsidibus ab eodem episcopo. 50 Idem comes munitionem ducis de Loven quae dicitur Busch[51] expugnatam capit, et infinitam praedam diripit, capto fratre ducis Wilhelmo, et Heinrico de Kuk, et multis aliis tam militibus quam peditibus. Dux vero in ultionem iniuriae suae valida manu tam suorum quam aliorum principum, potentum, nobilium, quos de diverso contraxerat, episcopi videlicet Coloniae, episcopi Leodii, ducis de Limburg, comitis Flandriae et aliorum quorundam comitum, eundem comitem Theodericum in loco qui villa et castro Husden[52] dicitur bello aggreditur et capit. 52 Nec mirum; testati sunt enim qui in praesenti certamine fuerunt, mirabile fuisse, quod tam valido exercitui, tot principibus occurrere potuit vel praesumpsit, praesertim cum exercitus eius in unum adhuc minime convenisset. Sed hoc discrimen provenit ei tum ex pertinacis animi minus circumspecta prudentia, tum animosa priorum victoriarum fiducia, et in se profecto didicit, quod idem Deus est qui exaltat et qui humiliat. Acta sunt haec ante nativitatem Dei genitricis. Sept. 7. Propterea episcopus Traiectensis Theodericus, sperans comitatum sine defensore desertum, quaedam loca comitatus incendio consumit, praedas contrahit, sed usquequaque[e] res ei in prosperum non cessit, captis de parte eius plurimis militibus et peditibus, et multis vicis combustis. Dux et comes Theodericus reconciliantur, datis a comite duobus milibus marcarum. Comes Sutfaniae[53] Otto a duce dolose capitur, cum 53 ad eum in pace descendisset ducatu regis Ottonis et episcopi Coloniae Adolfi.

1203. Anno 1203. obiit Theodericus comes Hollandiae undecimus. Cuius morte[f] qui tumultus, quantae dissensiones[g], quanta rerum discrimina totam Hollandiam occupaverint, non facile poterit exprimi; sed ne penitus tamquam emortua[h] posterorum notitiae subtrahantur, ratum duximus aliquanta stilo committere, quae[i] memoria digna sunt explanare, superflua resecantes fastidium lectoris removere, multa paucis includentes. Cum ergo praedictus comes valida aegritudine gravaretur in villa quae Durdrecht dicitur, ut dubium non foret ei de hac statione migrandum, fratris praesentiam debito germanitatis requisivit, ut vel eius curae filiam suam nomine Ada commendaret, aut de provisione comitatus cum reliquis principibus secum ageret. Quod ne fieret, Aleydis comitissae sollertia diligenter intercepit, magis ut post patuit intendens suae dispositioni omnia subigi, quae iam animo conceperat filiam comiti de Lone[k, 54] despondere et sic Hollandensem comitatum sub eius dominatu transponere. Quae[l] ut eius intentioni nihil subduceretur, suae voluntatis fautores sibi conquisivit omnes fere principes terrae, praecipue Ottonem[55] avunculum eiusdem comitis, 55 Rotgerum[m] de Merhem[n], Hugonem de Vorn[o], et ceteros quorum nomina scribere supersedimus, excepto Philippo de Wasner et quibusdam ministerialibus; et iam infelici seminario discordiae totum corpus Hollandiae aspergebatur. Et haec omnia agebantur, ut

a) c. gelrensis 3. 4. gelriae 5. b) reconsiliantur 5. c) *deest et lacuna* 2. d) *deest* 2. e) usquequo 2. f) mortem 2. 3. 4. g) defensiones 4. h) enormia 3. 4. i) qui 2. k) loue 2. loen 4. l) Qui 2. Et 3. 4. m) rutgerum 4. n) Mertem 2. merem 4. 5. o) Vorno 3. vorele 4. voern 5.

49) Rhynsburg ad Rhenum in Hollandia. 50) Woerden. 51) Hertogenbosch. 52) Heusden. 53) Zütphen; idem et comes Gelriae. 54) i. q. Los. 55) comitem de Benthem.

1203. et Aleydis comitissa voti sui prosperum successum haberet, et Wilhelmus hereditarii fundi alienus solo nativo[a] pelleretur. Itaque cum iam praedictus comes circa mortis confinia laboraret quasi iam spiritum exhalaturus, secreta legatione Lothewicus[b] invitatur, comitatum Hollandensem suscepturus super sponsalibus filiae comitis morituri, certius ipsi reseratis et a primoribus[c] terrae dispositis et confirmatis. Qui tam insperatae legationi votive 57 acquiescens, venit vicinam mortem comitis Holtenam[57] praestolans. Cuius obitu nunciato, festinato Durdrecht occurrit, et corpore comitis locello ligneo iam incluso et in exequiis posito, nobilis puellae sponsalibus iocundatus est. Et erat miserum videre, nobilissimi comitis reverentiam tam subito disparuisse, ut pro fletu et planctu, qui tanti principis exequiis debebatur, laetitia sponsalium sonuerit; et nihil hic simile vel inter viles personas uspiam factum vel compertum fuisse, nemo meminerit. Igitur corpus navi impositum et Egmundam delatum est, iuxta praedecessores suos tumulandum. Cui sepulturae funebria, quod sine ammiratione dici non potest, non[d] de propria rerum substantia, quarum erat ditissimus, sed de rebus ecclesiae tam in missarum oblatione quam in elemosinarum distributione celebrata sunt. Wilhelmus, qui in orientali Fresia morabatur, a fratre sibi concessa, obitu fratris cognito festinanter occurrit ad locum qui dicitur Sipe, et licentia non impetrata ut vel ad tumulum fratris accederet et rediret, in ulteriorem ripam Fresiae tristis et dolens se recepit. Sed in hac angustia quae nimis eum invenerat, aliquantulum relevatus est quorundam principum solatio, qui ad eius compassionem totum animum inflexerant vita et rebus se illi annectere, inter suos tum parentum copiosa familia, tum rerum satis habundante affluentia, viri potentes et nobiles. Quorum vel primi Philippus de Wasner, Iohannes de Riiswic[e] fuerunt, annitentibus in id ipsum Simone de Harlem, licet postmodum ad Lothewicum se contulerit, Wilhelmo de Teilinc, Waltero Egmundensi, Alberto Baniard[f], Iacobo castellano[g], quos novi principis iam poeniteret nova iura, novas institutiones animo sibi proponere et ab omni negotio seu consilio facile se removeri, alterius gentis quoscunque sibi praeponi, praesertim cum Aleydis comitissae nutu voluntate dispositione omnia agenda forent; animum femineum mobilem, illum nihil omittere quod ipsa vellet; non negligendum, quin sibi maturius consulerent. Igitur secreta legatione Wilhelmus accitus, in tempestae noctis silentio ad Philippum venit, a quo votive[h] susceptus est, sed adeo latenter ut etiam domesticos eius latuerit. Et quia idem Wilhelmus tutum sibi non credidit, si[i] publicis aspectibus se praesentaret — adhuc enim novi principis potestas et Aleydis timor universos occupaverat — cum duobus tantum rei consciis naviculam ingressus, Flardinc venit, vili satis indumento omnium cognitioni se subtraxit, pileus[k] eius quoque vultum obtexerat. Sed a Selandensibus[l], qui eo advecti adventum eius praestolabantur, gratanter recognitus et officiosissime receptus est. Confestim ad naves alacri festinatione cum ipso regressi, celeri impulsu remigum removerunt a litore puppim, et aliquantulum remoti in gaudium et exultationem altis clamoribus perstrepentes, laetabantur se dominum et principem recepisse, qui filius esset Florentii comitis, nativus[m] et dignus heres, principatum Lothewici penitus abrogantes. Cum igitur ad proximum[n] portum scilicet Siricse venissent, et civium aspectui Wilhelmum insperate praesentassent, omnium tunc praesentium et postea accurrentium pari studio et unanimitate in principem et dominum confirmatur. Mira utriusque sexus exultatio, salutem illi ex inimicis, pacem in longitudine dierum im- 58 precantium. Cum haec apud gentem Maritimam[58] agerentur, Walterus et Albertus summo studio Kinemar ad partes Wilhelmi continuerunt. Quod Walterus de Ruven, qui forte Egmundam venerat, ingrato oculo deprehendens, totus enim Lothewico favebat, Walteri conductu accepto Harlem festine se proripuit, ubi Lothewicus et Aleydis triduo quam dies tricenarius defuncti comitis occurreret venerant; quid persenserit, seriatim retulit, et ut fugae praesidio saluti suae consulant[o], constanter ammonuit. Tam gravi nuncio consternati, festino navigio cum Giselberto[p] de Amestel recesserunt. Quorum fuga, si beneficium noctis non intercessisset, a pagis circumiacentibus Okkstorp et Alcmar[q] procul dubio intercepta fuisset. Sed elapsi Traiectum venerunt, fugae suae testimonium ipsimet circumfe- 59 rentes. Filia vero Aleydis comitissae, materno destituta solatio, ad urbis[r, 59] praesidium

a) noxivo 4. b) comes de Loen *addit* 3. comes de lo 4. c) primordiis 2. prioribus 3. 4. d) nisi 2. e) rinsuuic 2. f) bamard 2. g) de Leyden *addunt* 3. 4. h) notiue 2. i) sibi 2. k) pilius 2. l) Zeelandensibus 4. m) vicinus 4. n) proprium 3. 4. o) consulatur 2. p) geselberto 2. q) elsmar 2. r) urbes 2.

57) Altena olim castrum. 58) i. e. Seelandenses. 59) i. e. castri.

quod est in Leydis una cum Routgero de Merhem et Ost de Burn et aliis quibusdam militibus et armigeris, et balistariis comitis Louthewici anxia confugit. Sed velociter tota Kinemaria ad eandem munitionem affuit ducatu Walteri et Alberti; nec minus segnis Philippus; Iohannem[60] mors praeripuerat. Omnes etiam pagi circumiacentes Rheno pari conspiratione venerunt. Quid ergo manus pauca contra tantos ageret? Nam et victualium in brevi defectus audaciam resistendi minuerat. Transierunt ergo in potestatem obsidentium obsessi, vita et salute membrorum impetrata, omnes tamen armis et spoliis ceteris exuti. Ruthgerus et Ost in vinculis coniecti. Quis hoc nisi qui vidisset crederet? Sic vario statu humanos eludit fortuna casus. Alii incarcerati usque ad adventum Wilhelmi. Filia vero comitissae Wilhelmo[a] cognato suo tradita, liberaliter ab eo est habita in omni quo poterat et debuit honore vel obsequio. Et haec omnia facta sunt Wilhelmo comite in Maritimis adhuc constituto. Qui rebus suis circumspecte dispositis, Hollandiam rediit summo gaudio omnium, deinde Egmundam veniens, ubi a Kinemarensibus quam sollempni laetitia receptus sit cum uxore sua, Aleydis et ipsa nomine, difficile credet, nisi qui interfuit. De his satis dictum sit. Nunc ad congressionem inter ipsum et Lothewicum articulum transponamus, summam breviter colligentes. Igitur 1203

anno 1204. comes Lothewicus suae non immemor iniuriae, totus ad vindictam toto animo surrexit, cognatos, amicos quorum erat numerosus, appellare, multam solidorum conventionem polliceri, ea quae ad manum habebat large expendere[b], dum in immensum valido et magno exercitu in brevi adauctus est, concurrentibus in adiutorium eius summis principibus, episcopo videlicet Leodicense, duce de Limburg, comite de Flandria, comite Adolfo, comite de Hare[c]; Otto vero Gelrensis nullus fuit adiutorio[d], sed in omnibus quietum se habebat. Praeterea Theodericum[e] Traiectensem episcopum in amicitias et opus belli secum attraxit, promissis eidem episcopo duobus milibus et eo amplius talentorum, et ut promissorum certior fides haberetur, fratrem eiusdem comitis obsidem accepit. Plures etiam militum Hollandensium, Isbrandus scilicet de Harlem et frater eius Gerardus, Iohannes Persin, Arnaldus de Riswic et frater eius Heinricus, et alii multi, tum favore comitissae tum odio Wilhelmi. Sic ergo diversarum nationum populi tumultuati sunt contra Wilhelmum et fremuerunt adversus comitatum Hollandensem. Quid ergo Wilhelmus ageret? Pauci erant sibi milites et nusquam[f] tuta fides, nec tanta popularibus suis belli exercitatio aut armorum copia, ut tanto exercitui et bellis exercitato resisteret. Accepto tamen consilio ad Selandenses[g] se contulit, Walterum et Albertum Kinemarensibus praefecit, quorum consilio et diligentia quae agenda forent amministrarentur. Fratri suo Florentio et Ottoni praepositis, Philippo de Wasner[h], Wilhelmo de Teilinc, et ceteris fidelibus suis pagos Rheno circumiacentes vicinos episcopatui delegavit. Qui idonee iniuncta sibi persequentes, loca defensionis constituerunt, unum in loco qui dicitur Busch[61], alterum circa Rhenum Suatenburg[i], grandi et lato fossato aditum hostibus obstruentes. Walterus vero et Albertus non segnes executores commissae sibi procurationis, escas et arma comportare, et ad naves convolare, Kinemarensibus indixere die condicto, ut communi impetu aggerem Amestel interrumperent, ut impetus aquarum interclusus libero meatu defluens agros occuparet, et loca[k] circumiacentia devastaret. Quod et factum est, licet quidam milites Traiectenses cum popularibus renisi sint. Hoc prospero successu Kinemarenses animati, terram cespitosam quae dicitur Vene[62], ditioni Giselberti[l] subiectam, totam fere incendiis absumpserunt, et infinitas praedas tum pecudum tum vestium et ceterarum rerum contrahentes. Inter quae domum Giselberti[63] honorificae structurae favillatenus exusserunt; arbores pomiferae domui vicinae exustulatae, sine spe germinis relictae sunt. Deinde villam quae Muthen[64] dicitur assilientes, et in congressione superiores, cum proxima Wispe[m] [65] favillatenus combusserunt, licet prius obsides dedissent, et tunc fiducia militum suorum rebellassent. Et sic omnia usque Brukleth[n] subiugantes, datis obsidibus sub pollicitatione pecuniae ad stationem portus navium suarum reversi sunt. In his omnibus

a) de Teyling *addit* 5. b) non differt *addunt* 3. 4. c) hake 4. d) filiae *addunt* 3. 4. Willelmi 5. e) theodericus 2. f) usquam 2. g) hollandenses 3. h) wassenaer 4. i) suadenburch 4. k) locum 2. l) de Amestel *addunt* 3. 4. m) wespe 4. n) brokele 4.

60) de Riswic. 61) Busch est iam ten Bosch ad Vegtam, Suatenburch Swammerdam. *Kluit.* 62) Amstelveen. *Kluit.* 63) castrum Amstelae, prope quod deinde oppidum Amstelodamum surrexit. 64) Muiden. 65) Wesep.

1204. Simon[a] remissius agebat et notabilem se fecit, quippe qui totus Lothewico favebat, quod rei exitus aperuit. Episcopus Traiectensis tantae calamitatis maiore occasione adductus, omnimodis haec ulcisci statuit, et valido exercitu contracto, ad munitionem quam Florentius tuebatur multo militum suorum labore pervenit, procul dubio suo et omnium suorum dampno vel periculo, si Kinemarenses doloso consilio aversi non fuissent, et milites Hollandenses, qui cum Florentio falsa fide in munitione morabantur, ad episcopum non transfugissent. Facta ergo irruptione Florentius captus est et in castro Hurst invinculatus. Ceteris vero fuga elapsis, episcopus regionem potenter obtinuit, rapinis incendiis omnia proterens et consumens, Leythen venit, primum[b] omnium praedecessorum suorum, qui hoc attemptaverit vel praesumpserit. Sed poterat, quia regnum divisum in se facile desolatur. Interea Luothewicus in multitudine gravi suorum sequentium tam militaris quam pedestris exercitus Hollandiam intravit, clementior in hoc episcopo, quod parcius incendiis pepercit. Qui datis obsidibus et in custodia receptis Thurdrecht venit. Cuius exercitum Wilhelmus declinans, quia viribus inferior esset, in Selandiam recessit, duabus tamen[c] navibus Lothewici cum multa praeparatione ciborum captis et abductis. Itaque Hollandia subiugata, quia non erat qui resisteret — cor enim populi ad instar nivis defluxerat — Lothewicus cum omni manu suorum sequentium episcopo se coniunxit in Leythen, ubi Symon de Harlem veniens, in gratiam receptus est. Episcopus vero et comes pro libitu suo omnia agentes et disponentes, Harlem pervenerunt. Ubi Kinemarenses navali exercitu applicantes, irruptionem in episcopum meditati, cum nihil profecissent, nihil melius quam deditionem aestimantes, sub conditione quingentorum talentorum accepta pace recesserunt Morabatur interea uxor Wilhelmi et mater itemque soror Althorp, et multitudo utriusque sexus in diversis locis Fresiae ad quae confugerant. Lothewicus autem alas[d] victoriae suae usque ad Egmundam extendens, possessionem Alberti[e] et villam quae dicitur sanctae Agathae, ditioni eius subiectam in cineres redegit, similiter domum Walteri[f]; benignum vero et pacificum claustro et villae Egmundensi se praebuit. Episcopus, cuius exercitum defectus necessariorum iam occupaverat, gavisus de pecuniae promissione, sed sollicitus ne quovis modo reditu interciperetur, festinus ad propria rediit. In augmentum vero calamitatis et miseriae comes de Name[g], procurator Flandriae a fratre[h] Iherusalem profecto relictus, et iam imperatore Constantinopolitano facto, Walacriam[i] suae ditioni subiecit. Hugo[k] fere totam Selandiam acceptis obsidibus ad partes Lothewici reflexit, et illuc idem venerat. Wilhelmus undique fugatus et requisitus, piscatoria nave retibus obtectus mirabili eventu evasit; quippe cum inquisitores eius naviculae ipsius applicuissent, quem comprehendere poterant illusi reliquerunt. Sed cum Hugo modum potestatis insolenter excederet, Selandenses maiorem sui depressionem timentes, habito consilio et mutuo data fide, eundem Hugonem probrose expulerunt, Wilhelmum requisitum et inventum in principem et dominum exaltaverunt. Quorum benivolentia in se confirmata, litteris Waltero[l] denunciavit, ut quanto[m] posset apparatu navium Leythen cum Kinemarensibus occurreret, per nuncium die quo veniret designato, nullam belli commotionem se absente promoveri[n]; confidere se in Domino, quod hostem paternis sedibus depelleret. Walterus id strenue exequi, omnibus voluntariis inventis, Wilhelmo[o] Philippo non minori[p] studio et voluntate in hoc concordantibus. Morabatur autem Lothewicus in villa Vorscot[q], tentoriis[r] potenter extensis; mercatum ibi plenum omnium rerum sufficientia, mira exultatio omnium in exercitu novo principi congaudentium, solius Isbrandi de Herlem absentiam egre ferentes, qui cum avunculo Allino captus et Althorp comitisse missus, in vinculis coniectus est. Fama interim ad aures exercitus delata est, defecisse a Louthewico Selandenses, venisse Kinemarenses, viam illi interclusam, bellum ex adverso instare; quo non modice Louthewicus conturbatus, quid agendum sit cum suis collocutus, nichil sanius repperit, quam hostibus obviam iri, viam ferro aperiendam, quam hostes munitione opposita negaverint. Hoc igitur decreto consilio, viri belli peritia exercitati dispositis ordinibus Leythen venerunt, fossas ruderibus aut segete praescisa complentes, et quia res erat eis pro anima, hostes forti inpetu assiliunt. Quibus Kinemarenses et caetera societas e munitione prosilientes

a) de Harlem *addunt* 3. 4. b) primus 3. 4. 5. c) tantum 2. 4. d) alias 2. e) Baniart *addit* 5. f) Egmondae *addunt* 3. 5. g) namen 3. 4. h) f. Balduino 3. 4. i) walachiam 2. k) de Voorn *addunt* 3. 4. 5. l) de Ekmunda *addunt* 3. 4. m) quando 2. n) permoveri 2. o) W. de Teylinc, Philippo de Wasner 3. 4. p) *deest* 4. q) voerscoet 4. r) *hac voce alia manu, sed coaeva, in* 1. *pergitur folio* 168.

inconsulte occurrerunt, omnia sine cautela et sine disciplina belli agentes; unde a viris 1204
bello exercitatis facile circumventi et oppressi sunt, in se materiam relinquentes, quod
magis in bello disciplina quam inconsulta temeritas valeat. Plures quibus ad naves redeundi
facultas non fuit, praecipiti fuga ad pontem se praeripuerunt, et quia tantae multitudini
angustus et infirmus erat, et a persequentibus graviter impingebantur, ab ipso ponte con-
fracto proruentes, misero mortis genere aquarum violentia perierunt. Phylippus et alii
multi per diversa fugientes hostibus et morti se subtraxerunt, plures capti, vulnerati et
occisi sunt. Walterus et Albertus cum quibusdam sibi coherentibus celeri fuga evaserunt.
Wilhelmus vero de Theilinc et quidam milites spe defensionis in unum conglobati, aliquan-
tulum hostibus reluctati sunt, dum tandem viribus exhausti deditione impetrata, capti et
invinculati sunt. Kinemarenses navibus et omnibus spoliis exuti, miseri et nudi ad sua
redierunt. Hunc exitum habuit indisciplinata temeritas. Louthewicus vero cum captivis et
spoliis, in laeticia cordis et gloria victoriae Vorscot rediit, et de cetero securum se credidit.
Hoc gravi infortunio ad aures Wilhelmi delato graviter ingemuit, set omnia dissimulans
ceptam profectionem acceleravit, et in multitudine sui exercitus tam Selandensium quam
Hollandensium superveniens, ad locum qui dicitur Tol[66] copias sine alicuius prohibitione 66
exposuit. Ad quod explorandum dux de Limburg missus est, vir gnarus belli, qui ammira-
tus multitudinem exercitus, diversitatem armorum, acierum dispositionem, verbum pro
pace fecit: quod omnimodis Wilhelmus refugit, sui expulsionem, patriae depraedationem,
suorum mortes proposuit; vincere aut mori se venisse. Itaque dux sine effectu pacis re-
gressus, visa retulit, timorem pro audacia, fugam pro defensione incussit, et cum suis
sequacibus recessit, comite Louthewico in periculis relicto. Cuius discessu Louthewicus
cognito, relictis tentoriis et preciosa rerum supellectili multa et diversa, a facie Wilhelmi
qui iam supervenire dicebatur, festinus abiit, ne via intercluderetur. Milites et pedites, ut
expeditiores ad fugam essent, loricas et galeas, diversa armorum genera in manus perse-
quentium reliquerunt. Quorum plurimi praecipiti cursu et ceco impetu in lacum vicinum
Rheno, quem incolae dicunt Sile[67], proruentes, spiritum aquis suffocati supposuerunt, alii 67
versus Traiectum festinantes passim cedebantur, et sic infirmata est pre timore virtus
eorum, ut etiam a mulieribus fugarentur. Alii qui evaserant nudi et confusi civitate recepti,
miserabile spectaculum se videntibus praebuerunt, veram paginam ostendentes in se ipsos
legendi: *Ne glorietur fortis in fortitudine sua.* Wilhelmus vero festino remigum impulsu
Louthewicum subsecutus est, set minime successit ei, illo velociter cum captivis militibus
elapso; quos episcopo pro debito pecuniae traditos, idem episcopus vinculis et diligenti
custodiae mancipavit. Militum tamen eius satis copiosum numerum apprehendit; omnis
praeterea copiosus ille apparatus navium, et infinita praeparatio cibariorum retenta est.
Selandenses multa et nobili praeda tam militum captivorum quam diversis armorum in-
strumentis ad propria sunt reversi. Evoluto autem non longo tempore Wilhelmus comes
Aspern, munitionem[68] Folperti et Florentii adversariorum suorum, exercitu tam Selanden- 68
sium quam Hollandensium expugnatam deiecit. Traiectenses vero cum militibus Hollan-
densibus non longo intervallo Thurdrecht navigio applicantes, totam incendio consumpse-
runt, vino, frumento, ordeo infinito distracto, rebus diversae supellectilis tam incendio
absumptis quam rapina sine numero direptis. Processu temporis verbum pacis et recon-
ciliationis factum[a] est inter episcopum et comitem, et ad effectum usque deductum, sub
hac conditione ut comes quos[a] Heinrico Grus extorserat eidem restitueret ministeriales, ad
comitatum pertinentes et in episcopatu commorantes in ius episcopi cederent[69], et qui 69
episcopi et in comitatu degentes in potestatem comitis referrentur, datis praeterea ab
eodem comite mille talentis; nec tamen captivos suos obtinuit, qui postea infinita pecunia
se ipsos redemerunt. Isbrandus etiam de Herlem et avunculus eius Allinus, Arnoldus et
frater eius Heinricus de incommodo vinculorum absoluti et bonis suis restituti, in gratiam
et reconciliationem comitis admissi sunt, caeterorum autem possessiones et reditus qui se
ad comitem de Loune contulerant, comes in ius suum reductos, partim fratri suo Floren-
tio, partim hiis qui sibi fideliter adheserant distribuit. Preterea Florentius praepositus

a) *obscura vox* 1.

66) prope Riswick. 67) Zile flumen e Rheno ad Leyden et lacum Harlemensem ducens. *M.* 68) Asperen in terra Gorkum, a meridie Ultraiecti. 69) Ecce studium territorii clausi.

1204. autumpnali tempore Selandiam ingressus, collectis fidelibus comitis, munitionem Hugonis Scarpenés[70] expugnatam incendio consumpsit, tanto facilius quanto commodius obsideri potuit, hyemis asperrimo rigore aditum undique praestante.

1205. Anno sequenti qui erat annus Domini 1205. comes Flandriae Phylippus collecta exercitus sui multitudine et infinito navium apparatu, terram maritimam Scalden[71] expugnare statuit, et dominio comitis de Loune subiugare, Wilhelmum expugnatum omni honore et comitatu exuere. Qui tamen eorundem Scaldensium hortatu et confidentia animatus, resistere decrevit, competentius arbitratus in bello mori, quam paternis sedibus exulem et profugum se haberi. Et cum iam esset in progressu ut manus consererent, nunciis intercurrentibus instans negocium ad bonum reconciliationis processit, comitissa Flandriae Phylippi comitis relicta cui nomen reginae iudultum est, et praeposito Bruggensi summo studio hoc elaborantibus. Pacis vero conditio decem milium quingentarum marcarum fuit. Tanti comitis potentia Louthewicus et Aleydis comitissa confisi, contracto exercitu quasi iam Hollandiam certo habituri Traiectum pervenerunt, sed litteris et nuncio de pace et reconciliatione accepto, et auxilio penitus negato, spe sua frustrati et illusi ad propria redierunt. Ecce longam gestorum seriem qualicumque stilo exaravimus; alia praeter hec si forte supervenerint quae ad praesens negocium spectant, alterius executioni committimus[a].

---

Anno[b] Domini 1206.

1207. Anno Domini 1207. Bruno Coloniensis episcopus a Phylippo rege captus invinculatur.

1248. Anno[c] Domini 1248. circa festum beati Martini episcopi maxime fuere tempestates ventorum et tanta fuit inundatio maris, quantam nullus mortalium eo tempore viventium meminit factam, in omnibus terminis maris, praecipue in comitatu Hollandie, Flandrie, et Fresie orientalis et occidentalis. Aggeribus vero mari oppositis in omnibus locis ruptis et collisis, maximam fuit videre miseriam in suffocatione iumentorum et pecudum, viris vix cum liberis et uxoribus evadentibus et in trabibus domorum suarum residentibus, donec a vicinis misericordia motis vix vivi inde navibus abstraherentur. Eo tempore pisces marini qui vulgo bullik et rivisk dicitur circa Delf ex flumine retibus abstracti sunt. Eodem anno a festo Luce ewangeliste usque ad diem beati Valentini per totam hiemem nix visa et glacies non fuerunt, nisi unius noctis aut duarum ad maius noctium. Ventus vero ex plaga[d] occidentali ita continue flabat, ut vix aut raro per unius diei et noctis aut ad maius quod[e] mirum dictu est duarum seu trium noctium horas ad loca orientalis plage transmigraverit. Quod hominibus maxima spe cum nimia admiratione et sepe cum cachinno prae iocunditate mirantibus[f], statim ad locum pristinum quasi sibi dispensatum resiliit.

1250. Anno[g] verbi incarnati 1250. 6. Idus Decembris venerabilis pater et felicis recordationis domnus Theodericus Vironensis[72] episcopus, vir per omnia discretus, mansuetudinis et benignitatis praedicande, de ordine fratrum minorum, multis a domno papa spiritalium et auctoritatum privilegiis honoratus, cum procurator esset ecclesie Traiectensis, monasterium nostrum et ecclesiam beate Virginis cum cymiteriis suis, ambitum claustri cum domibus et officinis suis, aque episcopalis asspersione manu propria reconsiliavit. Indictis quoque ordinibus, undique advenientibus clericis, in sabbato „Veni et ostende" sacros aput nos ordines solempniter celebravit. Ipso etiam die in conventu solutis quocumque casu excommunicatis super irregularitatibus usque ad illud tempus undecumque contractis, auctoritate functus apostolica misericorditer dispensavit. Sequenti proxima dominica duos abbates benedixit. In octava beat Stephani duo altaria, unum ecclesie aliud cappelle beate Virginis in monasterio, dedicavit, per octavam singulis diebus et mensuales memorias primi anni, et omnibus anniversariis dedicationis eorundem altarium, sed et altaris cappelle sancti Adalberti, 30 dierum indulgentiam cunctis devotione seu elemosinis eadem oratoria visitantibus largiendo. Quo etiam die ad perhennem et felicem sui memoriam in honore gloriose virginis genitricis Dei Marie, antiphonam cuius est initium „Salve regina" ad hanc subsequentem nos docens collectam, in perpetuum aput nos in conventu cottidie constituit

a) *hic expliciunt* 2. 3. 4. b) *alio tempore vel alia manu quae sequuntur addita sunt.* c) *fol.* 168 *manu coaeva.* d) *vox obscura.* e) q. mirum *obscura.* f) *ita* 3. *locus obscurus* 1. g) *fol.* 42' *manu coaeva.*

70) ad Poortvliet. 71) t'lant van Schouwen. *Meerman.* 72) Wierland in Livonia.

decantari, devotionis intuitu eius decantationi interesse satagentibus felici remuneratione 1250.
dierum 10 indulgentiam recompensans. Ut suum quoque nobis favorem plenius commendaret, et nos sibi in caritate perpetua tenatius obligaret, omnibus elemosinarum largitione restaurationi monasterii nostri manum porrigentibus adiutricem, omnibusque in festo beati Adalberti patroni nostri seu dedicationis templi sive altaris in cappella beate Virginis ad nos devote convenientibus 100 dies et unam karenam de iniunctis sibi penitentiis relaxando, larga nobis indulgentiarum privilegia condonavit, et litterarum suarum testimoniis evidentibus in perpetuum confirmavit. Hic reverendus pater discessurus a nobis omnium nobis que in suo gerebantur episcopatu, nosque illi vice reciproca que aput nos fiunt seu fient bonorum perpetuam communionem et plenam in omnibus sicut uni ex nostris concessimus fraternitatem. Sic et fratri suo viro religioso et honestis moribus adornato fratri Iohanni, atque suo capellano et ipso viro honesto fratri Heinrico, qui uterque de ordine erat fratrum minorum, duximus concedendum[a].

Mille[b] ducentinis octogenisque duobus 1282.
Annis Heinricus Symon Egidius Lodowicus
Albertus capti sunt in Thorenburgque redacti.
Insuper hoc ipso rex est Willelmus in anno
Fresonibus multis occisis despoliatis
Captis translatus, ac in Middelburg tumulatus.

Anno Domini 1282. in vigilia pentecostes capti sunt tres monachi Gerardus de Alkemade, Lodowicus, Symon Gale, in Thorenburgque redacti a Florentio abbate Ekmundensi, filio Werenboldi militis.

Millenum[c] [72] tricentenum quinum quoque denum 1315.
Annum transactum die post verbum caro factum,
Quum fame plere pecus ac homines periere.
Post Noe non vere clades talesque fuere[d].

a) *additur in c. sequentia de sancta Cruce.* b) *fol.* 169' *manibus coaevis.* c) *alia manu saeculi XV.* d) *fol.* 171 *plura de Thoma Cantuariensi leguntur.*

72) cf. Wilhelmi chronicon a. 1315.

# ANNALIUM ANGLIAE EXCERPTA.

*Plurimi in publicis Angliae bibliothecis extant cyclorum paschalium codices in ipsa Anglia exarati. Quibus evolutis, non tanti quidem quanti spes erat momenti annales reperire licuit; quae tamen ad res nostras facientia inde decerpsi, hic sistere iuvabit.*

## 1. EX CODICE ANNALIUM A CHRISTO NATO AD A. 1155[1].

746. Karolomannus .... Benedicti transiit. Et Stephanus papa. Et Pippinus rex efficitur, et ibi benedictus est Pippinus rex a sancto Stephano papa Parisius et filius eius Karolus et Karlomannus et filia Gisilla[a] inter sacra missarum sollemnia praecipiente sancto Petro et sancto Paulo et beato Dionisio. Et Paulus papa claruit.

966. Hic Eadgar rex privilegium quoddam totum aureis litteris scriptum in novum contulit monasterium.

1002. Otto tercius imperator obiit 10. Kal. Febr.; succedit Henricus.

1028. Nascitur Marianus Scotus cronicarum scriptor egregius.

1056. Henricus imperator obiit 4. Non. Oct. Henricus imperat annos 50.

1059. Marianus cronographus presbiteratum suscipit in Wirzeburh.

1069. Marianus cronographus 6. Idus Iulii Moguntie obiit.

## 2. EX CODICE SANCTI PETRI CANTUARIENSIS[2].

1111. Paschalis apostolicus ab imperatore solutus.

1126. Imperatrix[3] venit ad Angliam de Alemannia.

1139. Imperatrix venit in Angliam ab Andegavi.

1141. Stephanus rex captus est apud Lincolniam in prelio campestri. Imperatrix favore archiepiscoporum episcoporum cleri ac primatum et populi in urbibus Londonia, Wintonia et per loca diversa sollemniter et regaliter excepta, post menses aliquot proditione Londinensium cum suis fugatur de Londonia. Deinde arte Henrici Wintoniensis episcopi ibidem obsessa aufugit, capto fratre suo Roberto comite Glocestrie. Propter quod Stephanus rex de captione liberatus est post menses 7. Imperatrix a rege Stephano obsessa est Oxineforde et inde mirabiliter evasit.

## 3. EX CODICE ANNALIUM SAXONICORUM[4].

In[b] Christi nomine incipit cyclus per indictionem undecimam et anno quota fuerit luna Kal. Ian. prima. Et dies dominicus, festi paschalis, 18. Kal. Mai. luna 15. Et quotus annus est ab incarnatione Domini nostri Iesu Christi 743. Et recapitulatio Victurino 184. annus est. Et primus annus Childerici regis Francorum cum consulibus suis Carlemanno et Pippino[c].

a) *cod.* sigilla. b) *fol.* 105. c) *littera* h *superscripta. — fol.* 119. 120. *runae ab Hickesio exscriptae leguntur. fol.* 128. *sqq. Cycli decennovennales ab a.* 988—1193 *habentur cum continuatione usque a.* 1230; *usque ad a.* 1110 *adscripti sunt annales Saxonici, postea semel a.* 1130.

1) iam inter Cottonianos Musei Britannici signato Nero A. VIII. membranaceo saec. XII. in octavo. 2) membranaceo iam in Museo Britannico in bibliotheca Regia signato VIII. E. 18. Exaratus est circa annum 1130. 3) Mathildis, Heinrici V. vidua. 4) inter Cottonianos Caligula A. XV. membranaceo.

1096. Herferde the christene folc, to gewinnene the haeđene[a].

1110. Hoc anno Henricus rex Anglorum dedit filiam suam Henrico imperatori.

1139. Hoc anno venit filia Henrici regis que fuit imperatrix in Anglia, et Robertus frater eius.

1147. Hoc anno imperator Alemannie et rex Francie duxerunt innumerabilem exercitum Ierosolimis contra paganos.

## 4. EX ANNALIBUS WINCHECUMBENSIBUS[3].

1052. Marianus cronographus obiit.

1056. Romanorum 95. Henricus obiit, cui filius suus Henricus successit.

1081. Henricus imperator hostiliter Romam adversus papam Hildebrandum adiit, infregit et cepit, et Wibertum in sede apostolica constituit. Hildebrandus vero Beneventum adiit, et ibi usque ad obitum suum mansit. Henricus autem in Teutonicam patriam rediit.

1105. Romanorum 96. Henricus obiit, cui filius suus Henricus successit.

1110. Rex Anglorum Henricus filiam suam Henrico imperatori dedit in coniugem.

1111. Henricus imperator Romam venit et Paschalem papam cepit et in custodiam posuit; set postea ad pontem vie Salarie, ubi paschalem festivitatem celebraverat, pacem cum eo fecit.

1114. Matildis, filia regis Anglorum Henrici, desponsatur Henrico Romanorum imperatori.

1121. Rex Henricus filiam Godefridi ducis Lotaringe in coniugem accepit

1125. Henricus imperator Alemannie obiit.

1127. Inventio corporis sancti Mathie apostoli in civitate Treverensi in ecclesia sancti Eucharii archiepiscopi, quod sanctus Agritius illuc attulerat de Constantinopoli ex dono sancte Helene regine. Comes Flandrensis Karolus prima ebdomada quadragesime in ecclesia sancti Donati positus in oratione a suis perimitur iniuste, cui successit in comitatu Willelmus, filius Roberti comitis Normanni.

1128. Willelmus monachus Sancti Bertini, quondam comes Flandrensis, obiit.

1147. Romanorum imperator Ierusalem proficiscitur.

1160. Romanorum imperator Fridericus in Papiniensi concilio 153 episcoporum Octavianum scisma favore suo roboravit. Ludowicus rex Francorum et Heinricus rex Anglorum partibus Alexandri pape cesserunt.

1162. Imperator Fridericus Mediolanum inclitam Ytalie urbem subvertit. Alexander papa in regno Francorum navibus advectus applicuit.

1163. Alexander papa Turonis generale concilium celebrat.

1164. Octovianus obiit, cui successit Wido Cremensis, unus de scismaticis.

1165. Alexander papa de Francia rediens, Romam venit, et a Romanis honorifice susceptus est.

1167. Imperator Fridericus cum exercitu copioso Romam veniens, Widonem Cremensem, qui et Paschalis dictus est, Octoviani scismatici successorem in ecclesiam sancti Petri hostili manu intrusit, qui altare destruxit et aliud erexit, missas celebravit, imperatorem coronavit. Set pro hoc sacrilegio innumera multitudine exercitus eius divina ultione percussa, ipse cum paucis vix repatriavit; scismaticum tamen assensu quorundam Romanorum in ecclesia sancti Petri reliquit. Mediolanenses in vigilia pasche, uxorum suarum hortatu animati, civitatem reedificare ceperunt.

1168. Matildis, regis Heinrici filia, Saxoniam traducta et duci Saxonum desponsata est[b] . . . Wido Cremensis, qui et Paschalis dictus est, obiit. Successit ei in apostatatum quidam Ricardus Albanensis episcopus, qui et Calixtus III dictus est.

1177. Facta est concordia inter domnum papam Alexandrum III et Frithericum imperatorem, scismatico residente in monte Albano.

1192. Ricardus rex Anglie . . . captus est 13. Kal. Decembris a duce Ostricensi[c] et traditus Henrico imperatori Alemannie.

a) *i. e.* populus christianus in hoste ivit, paganos superaturus. b) *Annales brevissimi Anglici codicis Cottoniani Claudius C. IX. haec ita habent:* Batildis filia regis duci Saxonum datur. — B *viridi colore scriptum est.* c) in villa Vienensi *adiectum in c.*

3) Locus est Winchelcombe in pago Glocestriensi. Annales habentur in codice Musei Britannici inter Cottonianos signato Faustina B. I. fol. 11—30.

1194. Ricardus rex Anglie solutus a capcione, rediit in Angliam 3. Idus Martias, et coronatus est apud Wintoniam 15. Kal. Maii.

## 5. EX CODICE ANNALIUM A NATIVITATE IOHANNIS BAPTISTAE USQUE AD A. 1235[4].

1115. Henricus rex misit filiam suam H. imperatori iam octennam.
1197. Hic captus est rex Ricardus a duce Ostriensi et retentus ab imperatore.
1199. Hic applicuit rex Ricardus apud Sandwicum 3. Idus Martii[5].
1205. Otto nepos Ricardi regis ex sorore factus est imperator Alemannie.

## 6. EX ANNALIBUS FISCANNENSIBUS[6].

919. Conradus obiit, successit Henricus.
923. Hoc anno firmata fuit amicitia inter Lodowicum regem Francorum et Henricum regem Teutonicorum, et interfuit Willelmus dux Normannorum.
934. Obiit Henricus rex Teutonie, successit Oto filius eius.
943. Willelmus dux Normannorum dolo occiditur ab Arnulfo comite Flandrensium.
1167. Matildis filia regis nupsit Henrico duci Saxonie.
1193. Captus fuit rex Ricardus in Alemannia a duce Austrie, incarceratur ab imperatore.
1195. Rediit rex Ricardus liberatus a carcere etc.
1208. Occiditur rex Philippus Suause[a]. Otho confirmatur in imperio.
1209. Otho imperator factus.
1211. Mota est discordia inter papam et imperatorem; movit exercitum imperator et excommunicatur.
1212. Otho imperator adquisivit sibi totam Appuliam.
1213. Comes Flandrensis, Boloniensis, Salesburiensis capiuntur.

## 7. EX ANNALIBUS HALESIENSIBUS[7].

780. Dicitur quod prepucium Domini delatum est ab angelo Karolomanno in templo Domini, et translatum ab eo Aquisgrani; et postea a Karolo Calvo positum in ecclesia sancti Salvatoris apud Karofium.

Mar. Sc. 789. 792. — 793. Karolus pergit in Sclavos qui dicuntur Vulti. Idem Hungrorum regnum vastat.

Sigeb. 803. — 803. Karolus per omne imperium suum iusticias facit, et legis capitula 29 instituit.

Sigeb. 807. — 805. Karolus per manum Pauli diaconi sui decerpens optima queque de scriptis catholicorum patrum, lectiones unicuique festivitati convenientes per circulum anni in ecclesia legendas compilari fecit.

cf. Einhard. — 810. Karolus cum Niceforo imperatore Constantinopolitano pacem fecit.

Sigeb. 814. — 814. Karolus imperator gloriosus moritur, qui pro magnitudine operum agnominatus est magnus, cuius vitam Enardus descripsit.

Mar. 820. — 819. Imperator Lodowicus perrexit in Britanniam interfecto Mormanno.

Sigeb. 824. — 822. Rabanus sophista et sui temporis poetarum nulli secundus fit abbas Vuldensis, qui multa de sanctis scripturis disseruit. Qui etiam librum de laude sancte crucis figurarum varietate distinctum difficili et mirando poemate composuit, et Sergio pape sancto Petro offerendum misit.

823. Natus est Karolus filius Ludowici.

Sigeb. 835. — 835. Monente papa Gregorio et omnibus episcopis assentientibus, Ludowicus inperator statuit, ut in Gallia et Germania festivitas omnium sanctorum in Kalendis Novembris celebraretur, quam Romani ex instituto Bonefacii pape celebrabant.

cf. Rob. de Monte 836. — 836. Herio insula translatio sancti Philiberti 7. Idus Iunii, quando Normanni vastaverunt Britanniam et alias terras.

cf. Ado SS. II. 321. — 840. Obiit Ludowicus. Droco frater eius detulit eum ad sepeliendum Mediomatricum civitatem.

cf. Rob. de Monte 842. — 842. Translatio sancti Audoeni, quando Normanni vastaverunt Rothomagum et succenderunt monasterium illius Idibus Maii.

Sigeb. 848. — 848. Rabanus Fuldensis abbas ordinatus Mogoncie archiepiscopus, celebrata sinodo Mogontie iussu Ludowici regis, multa ecclesie utilia decrevit.

851. Hoc tempore venerunt Normanni in Sequanam, et iterum venerunt alii Normanni.

855. Lotharius imperator filius Ludowici obiit.

Sigeb. 856. — 856. Rabanus egregie vite et scientie archiepiscopus obiit.

859. Isto anno cepit gelare 2. Kal. Decemb. et finit Non. April.

Wilhelm. Malm. De Pontif. lib. V.[8] — 861. Hoc tempore venit Angliam Iohannes Scotus vir perspicacis ingenii et multe facundie. Qui cum sedisset ad mensam cum rege, increpuit rex et dixit ei: *Quid distat inter sottum et Scottum?* Respondit ille: *Tabula tantum*. Hic rogatu Karoli ierarchiam Dionisii de Greco in Latinum verbum e verbo transtulit, quo fit ut vix intelligatur.

Rob. de Monte 865. — 864. Venerunt Normanni medio Iulio.

a) *i. e.* Suavie.

4) in Museo Britannico inter Cottonianos signato Iulius D. II. saeculi XIII. membranaceo in 4. 5) 4. *Idus Mart. Samcis appellitur, inde Londiniam. Postea vero apud Wintoniam in magna gloria coronatus* 15. *Kal. Aprilis*. Annales Lirenses in cod. Ebroicensi N. 60. 6) Exscripsi eos ex codice bibliothecae publicae Cantabrigensis Nr. 1888 membranaceo saec. XIII. Ordiuntur a Christo nato. Locus est Fécamp in Normandia. 7) Extant in codice olim monasterii de Hales, hodie Musei Britannici inter Cottonianos Cleopatra D. III signato membranaceo in folio saeculi XIII. exeuntis vel XIV; ubi post Cronica monasterii de Hales fol. 59—72 ab incarnatione Domini usque ad a. 1295 producti sunt. 8) Gale I, 360.

868. Fames valida. Ann. Al.

869. Item fames et mortalitas hominum et pestis animalium.

870. Ventus validus.

876. Obiit Ludowicus. Iterum Karolus Italiam ingreditur, et candem terram Karolomannus per aliam viam intravit. Inde Karolus territus fugit et in eodem itinere mortuus est.

880. Ludowicus rex Saxonum adhuc fratre suo Karolomanno vivente ingreditur (Bawariam?).

882. Initium belli contra paganos Ludowico filio Ludowici regis primum exeunte ad pugnam, Deoque donante potiti sunt victoria, et pars innumerabilis eorum cecidit.

888. Obiit Karolus, et Arnulfus rex imperator efficitur. Mar. 887.

898. Ungari Italiam ingressi, multa mala fecerunt. Mar. 899.

899. Arnulfus inperator obiit, et Ludowicus in regem elevatur. Mar. 899.

908. Hungari Saxoniam et Thuringiam vastant. Mar. 908.

911. Obiit Ludowicus filius Arnulphi. Conradus filius Conradi in regem elevatur. Mar. 911.

919. Obiit Conradus rex, et Henricus successit. Mar. 918.

927. Hoc tempore firmata est amicicia inter regem Francie Ludowicum et Henricum regem Theotonum.

Lanceam Domini mirandi operis et clavis Iesu Christi crucifixi sanctificatam, que dicitur primi et magni Constantini imperatoris fuisse, donatam Rodulpho regi Burgundie et Italie a Sampsone comite, rex Henricus precibus minis et muneribus, addita et parte provincie Suevorum, a Radulpho comite extorquet, et hanc ad insigne et tutamen imperii posteris relinquit. Liudpr.

934. Obiit Henricus. Otho successit. Mar. 936.

951. Otho rex Italiam ingressus fuit eamque sibi subiugavit.

957. Otho puerulus in regem elevatur in Aquisgranii palacio.

972. Obiit Otho inperator etc. Mar. 973.

1028. Marianus cronographus Hibernensis Scotus natus est, qui cronicam cronicorum composuit. Mar. 1028.

1061. Marianus cronographus claret, qui apud Moguntiam reclusus fuit. Sigeb. 1061.

1082. Marianus Scotus cronicam suam a Christi nativitate inchoatam usque ad hunc annum perduxit etc. Sigeb. 1082.

1110. Fluvius qui dicitur Trenta apud Notingham a prima usque ad tertiam exsiccatus est.

1235. Isabella, soror regis Anglie, electa est imperatrix Alemannie, cum qua misit rex episcopum Exoniensem et alios discretos viros in Alemanniam, quo nupsit imperatori Friderico.

1257. Idem Riccardus* Alemanniam adit, et in die ascensionis coronatur in regem. *comes Cornubie. Mai. 17.

1258. Henricus de Alemannia a patre suo accepit arma militaria. Eodem vero anno Riccardus rex Alemannie reversus est in Angliam circa finem anni, et in die palmarum fuit Heiles[9] cum magna multitudine. 1259 Ian.

1261. Non. Novembr. infirmabatur Sanchia regina Alemannie, et 5. Id. eiusdem obiit feria 5. apud Berhamstede, et 17. Kal. Decemb. sepulta fuit apud Heiles.

1267. Rex Ricardus Alemannie transmeavit in Alemanniam cum Edmundo filio suo et familia non modica, ibi duxit uxorem nomine Beatricem, cuius avunculus fuit archiepiscopus Colonie; et Edmundus filius regis Alemannie per instructionem quorundam virorum de nobili viro et domino de Dilaunde adquisivit nobilem portionem sanguinis domini nostri Iesu Christi cum innumerabili quantitate reliquiarum.

1268. Ricardus rex Alemannie rediit in Angliam cum Beatrice uxore sua et filio suo Edmundo et omni familia.

1271. apud Viterbiam 3. Idus Martii nobilem virum interfecerunt, scilicet Henricum de Alemannia, Guido de Monte forti et comes Rufus. Cuius caro ibidem sepelitur inter duos papas. Ossa vero eius delata sunt per patrem eius Ricardum regem Alemannie apud Heiles et ibidem sepulta.

1272. apud Berhamstede 4. Non. April. obiit rex Ricardus Alemannie et apud Heles sepelitur.

1290. Iohannes, filius et heres tunc ducis Brabancie, duxit in uxorem Londonie Margaretam filiam regis[10] die 17. Idus Iulii.

## 8. EX ANNALIBUS SAECULI XIII[11]. 11

Anno ab incarnatione 1066. adventus Normannorum in Angliam etc.

1099. Mare erupit et inaudita mala fecit.

1110. Henricus rex dedit filiam suam imperatori.

9) Hales monasterium in pago Salopiensi, hodie Hales Owen.

10) Edwardi.

11) Extant in codice Musei Britannici inter Cottonianos signato Cleopatra D. IX membranaceo saeculi XIV in folio minori, qui primo loco chronicon imperatorum et paparum atque regum Angliae Martino Polono duce conditum, usque ad electionem Iohannis XXII. a. 1317 producit, tum vero annales ab a. 1066—1300 atque 1314 exhibet.

1114. Tamisia exsiccatur et mare 10 miliaria, 2 diebus.

1167. Obiit Matildis imperatrix.

1189. Fredericus[a] imperator cum exercitu suo Iherusalem adiit.

1192. Ricardus rex captus est a duce Austrie.

1193. Facta est redemptio Ricardi regis.

1194. Rex Ricardus liberatus est. Fuit autem in captione per annum, 6 ebdomadas, 2 dies.

1198. Otto frater Henrici ducis Saxonie ad instantiam regis Ricardi electus est in regem Alemannie.

12 1199. Ricardus rex in obsidione castri de Caleviz[12] a quodam armigero qui fuit in castro sagitta letaliter vulneratus est. Qui omnes terras suas tradidit Iohanni fratri suo, et Ottoni nepoti suo tres partes thesauri sui, et quartam autem partem praecepit servientibus et pauperibus erogari; et obiit 8. Idus Aprilis, die 11. postquam percussus est, et sepultus ad Fontem Ebrandi. Cui successit Iohannes frater suus, qui in octava pasche apud Rotomagum accinctus gladio ducatus Normannie, in die ascensionis Domini consecratus est in regem Anglie.

1209. Otto factus est imperator.

1214. Eo tempore congressi sunt Franci in Flandrenses, et captus est comes Flandrie nomine Ferant, et comes Bononie, et comes Sarisburiensis Willelmus[b] Longaspata.

1221. Venerunt in Angliam fratres predicatores.

1224. Venerunt fratres minores in Angliam.

1235. Fredericus imperator duxit Isabellam filiam regis Iohannis Anglie in uxorem.

1241. Orta est discordia inter papam et Fredericum imperatorem. Item Otto[13] recessit ab Anglia et captus est in mari.

1245. Innocentius celebravit apud Lugdunum concilium, in quo dampnavit et deposuit Fredericum imperatorem Rome.

1250. Obiit Fredericus imperator.

1253. Inundatio maxima in partibus Holondere[14] et Holderne[15].

Ian. 25. 1256. Die conversionis beati Pauli apostoli Ricardus comes Cornubie in regem Alemannie electus est.

Mai. 17. 1257. Transfretatio regis comitis Cornubie in Alemanniam, et die ascensionis Domini coronatus est.

16 1271. Nobilis vir domnus Henricus de Alemeinia interfectus est apud Viturbium[16].

a) freudeucus c. b) W. c.

12) Chalus Lemovicarum a meridie et occidente. 13) papae legatus cardinalis S. Nicolai in carcere Tulliano. 14) Holland in pago Lincolniensi. 15) Holderness in pago Eboracensi. 16) Viterbo.

# ANNALES ENGOLISMENSES.

*Postquam supra SS. T. IV. p. 5. Annales Engolismenses ex codice Parisiensi N. 2400 saeculi X. exeuntis et T. II. p. 252 chronicon Aquitanicum ex codice Parisiensi N. 5239 edideramus, Bethmannus noster Romae inter Vaticanos Christinae reginae codices librum numero 1127 signatum membranaceum evolvit, ubi folio 9' in collectione canonum saeculo nono exeunte vel ineunte decimo scripta annales olim a Labbeo in Bibliotheca ms. I. 323 sub titulo chronici Engolismensis editos vidit et denuo exscripsit. Notae annorum 815—872 eodem calamo quo totus codex exarati sunt, ita ut ex alio codice descriptos esse pateat. Alia deinde manus saeculi decimi subiecit primo numeros annorum 873—919, postea calamo mutato annorum 920—1000, eademque diverso tempore annotavit quaedam annis 886—929. Quae si cum antea evulgatis contuleris, priorem eamque praecipuam annalium partem quae ab a. 825 usque ad a. 870 decurrit, ex authentico iam deperdito vario modo a tribus auctoribus excerptam vel transscriptam animadvertas; nec incorrupta superest, quum e. g. notitia de Lotharii obitu a. 870, qualis hodie in codicibus Parisiensi 5239 et Vaticano extat, ab auctore coaevo ita scribi plane nequiverit. Codex Parisiensis 2400 quatuor tantum notas primae partis, sed plurimas reliquarum praebet, Parisiensis 5239 priorem partem fere totam dedit, additis duabus tantum notis continuationis primae, et subiecta notitia anni 1025 sibi propria. Notitiae annorum 825, 839, 867, 916, 917, 922, 929, 958, 970, 974, 991 in uno Vaticano extant.*

## PARS PRIMA A. 815—870.

Ab exordio mundi usque ad diluvium sunt a. 2242. A diluvio usque ad nativitate Abrahe sunt anni 942. Passum autem domini nostri Iesu Christi peractis ab ortu mundi 5228 anni. A passione domini nostri Iesu Christi usque ad sedem beatissimi Marcellini papae sunt anni 276 menses 9. De apostolato iamfacto Christi martyris Marcellini usque tempus gloriosissimi domni Karoli regis 25 anni regni eius hoc est usque 8. Kal. Apr. sunt anni 490 et menses 3.

815 anno incarnationis dominicae 5. Kal. Febr. Karolus augustus mortuus, et Hludowicus filius eius imperium assumpsit[a].

825. Hilbodus abba efficitur.

834. mense Iunio Herus insula a generali monachorum habitatione destituitur. Oddo comis cum Lanberto congreditur et occiditur.

835. Hero insula Rainaldus 13. Kal. Septembris cum Normannis congreditur.

836. sanctus Filibertus 7. Id. Iun. Hero insula effoditur et transfertur.

838. Pipinus rex hominem exivit.

839. Arnulfi abbatis advenit hora.

840. 3. Non. Mai. 4. feria, hora 8. heclipsin solis efficitur, et 12. Kal. Iul. Hludowici imperatoris hora terminatur.

a) indictione 8, epacta 18, i. septem *manus s. XI. ex. adiecit.*

841. 7. Kal. Iulias Hlotharius imperator cum Karolo et Hludowicco suis fratribus in bello congreditur, et terga versus, Francorum strages efficitur.

843. Iudith imperatricis anima egreditur. Reinaldus 9. Kal. Iul. occiditur. Nametis civitas a Wesfaldingis capitur. Karolus prima vice partibus Britanniae proficiscitur.

844. Bernardus et Herveus occiduntur.

845. Sigoinus comis a Normannis capitur et occiditur. Sanctonas civitas concrematur et tesauri eius exportantur obtimi. Karolus secunda vice Britanniam proficiscens cum Nemenoi congreditur.

846. Herus insula mense Iulio a Normannis succenditur.

847. Normanni 4. Kal. Apr. Dius monasterium incendunt.

848. Burdigala civitas a Normannis capitur et ignibus crematur.

850. Karolus tertia vice Brittanniam magno cum exercitu perrexit; et Nemenoius Redones et Nametis capiens, partim murorum portasque earum destruxit.

851. Nemenoius iubente Deo ab angelo iniquitatis Nonis Marciis percussus interiit. Karolus quarta vice Brittanniam repetens, cum Erispoio filio Nemenoi certamen iniit 11. Kal. Septembris, partimque exercitus cum Viviano duce amisit.

852. Lanbertus a Gausberto Kalendis Maii occiditur. Karolus mense Septembri nepotem suum Pipinum adquirit. Ramnulfus et Raino pridie Nonas Novembris ad Briliaco villa cum Normannis dimicant. Mense Martio Gausbertus occiditur.

853. Lucionnus mense Maio a Normannis succenditur. Et mense Iunio sancti Florentii monasterium et Nametis civitas, Turonis quoque, similiter exuruntur.

860. [Obiit Elias episcopus 10. Kal. Oct. qui detulit corpus sancti Benigni martiris Engolismae civitati[a].]

863. 4. Non. Oct. Turpio comis, miles fortissimus defensorque optimus, vir magnificus, amator clericorum, ecclesiarum edificator pauperumque recreator, cum Normannis congreditur, et occiso Mauro, ab illo occiditur, et tota illa regio a Normannis capitur et succenditur.

864. 10. Kal. Ianuar. domni Gerbaldi episcopi anima sublimatur ad hethera; raptus ideo, ne mutaretur malicia.

866. Emeno cum Landrico congreditur 18. Kal. Iul., et occiso Landrico, Emeno saucius ad castrum regreditur suum, et post dies 8 debitum nature persolvit 10. Kal. Iul.

867. migravit ad Christum Anatolus laicus bone memorie.

868. tanta inedia in omnium poene fuit provintiarum et exiguitas panis, ut pro inopia victus homines infinitae multitudinis fuere a conparibus interempti atque bestiarum more dentibus laniati. Et in ipso anno pridie Kal. Iunii Aequalisina civitas adgreditur reedificari.

870. Lotharius imperator[1] rebus humanis exhemptus, Hludowicus suus patruus sumpsit imperium.

## CONTINUATIO PRIMA A. 886—930.

886. Vulcrim comes obiit.

892. 3. Non. Sept. Oliba episcopus obiit.

895. Anatolus episcopus obiit 12. Kal. Mai.[b]

916. Ilduinus comes 6. Kal. April. obiit.

917. 4. . . . . . . Aprilis . . . . . . .

918. 4. Idus Aprilis Lanbertus vicecomes et Arnaldus frater eius gladio sunt trucidati.

922. 4. Idus Iunii Islo sacerdos[c] obiit.

929. 7. Idus Ianuarii obiit Eroigius archidiaconus.

930. 4. Non. April. obiit Ademarus comes.

## CONTINUATIO SECUNDA A. 940—991.

940. 10. Kal. April. obiit Gunbaldus episcopus qui sedit annos 43, dies 21.

951. indiccione 9. 4. Idus Febroarii domnus Fulcaldus episcopus migravit a seculo, qui sedit a. 12, m. 11, d. 10.

958. Unbertus clericus, frater Hugonis episcopi, felici consummatione peregit.

a) *manu s. XII.* b) 12. Kal. Mai. *alia manu.* c) sacer c.

1) immo rex.

962. 8. Idus Aug. Willelmus comes valde amantissimus hobiit.

964. 15. Kal. Febr. Eblo episcopus gloriosam vitam finivit, sed gloriosiorem a Christo percepit. Hic sedit a. 12, m. 9, d. 16.

970. 7. Kal. . . . . . Bernardus sacerdos obiit.

973. 3. Kal. Apr. obiit Aledus, et 19. Kal. Febr. Ramnulfus episcopus obiit, qui sedit a. 9, m. 9, d. 13.

974. 3. Idus April. Hudo pontificali ordine sacerdocio est functus.

975. 6. Kal. Aug. Ramnulfus comes gladio est interfectus.

980. ind. 8. 5. Idus Aprilis Elias archidiaconus migravit ad Dominum.

981. 13. Kal. Mart. monasterium sancti Petri apostoli mater ecclesia Egolismensi hurbis cum tribus ecclesiis magnaeve partis ipsius civitatis incendio exuritur.

990. 8. Kal. Dec. obiit domnus Hugo praesens[a].

991. 10. Kal. Octobr. Grimoardo pontificali ordine sacerdotio perfunctus.

a) pn̄s *scilicet* episcopus *c.*

# ANNALES CATALAUNENSES.

*Codex bibliothecae Parisiensis N.* 5009 *olim Colbertinus membranaceus in* 4. *saeculi XIII. post annales Besuenses supra T. II. p.* 247 *editos tabulas paschales exhibet in dioecesi Catalaunensi conscriptas, quarum prior ab a.* 988 *initium capit et in monasterio sancti Petri conscripta, plurimum cum annalibus a Labbeo in Bibliotheca manuss. T. I.* 296. 297 *editis consentit, et ex eodem atque illi fonte derivata, easdem res paullo diverso modo nonnumquam exprimit. Annales igitur ita edidi, ut lectione*

1) *codicis Parisiensis fundamenti loco posita, lectionem*

2) *editionis Labbeanae dum alicuius momenti videbatur adnotarem, additiones uncis includerem.*

*In eodem codice bibliothecae Parisiensis sequuntur cycli annorum* 1196 —1357, *quibus annales monasterii alius cuiusdam Catalaunensis dioeceseos adscripti sunt, quod Dervense*[1] *fuisse indicare videtur notitia anni* 1230 *de villa monasterii illius combusta.*

## ANNALES SANCTI PETRI CATALAUNENSIS.

1009. Ordinatio Rogeri episcopi, fundatoris huius loci.
1031. Obitus Roberti regis Francorum, cui succedit Henricus.
1034. Dedicatio huius ecclesie in honore sancti Petri et omnium apostolorum.
1037. Bellum Bar, ubi comes Odo interfectus est.
1042. Dormitio Rogeri episcopi, fundatoris huius loci. Rogerius II successit.
1047. Ordinatio Oylardi abbatis huius loci.
1049. Leo nonus papa benedixit templum sancti Remigii.
1053. Philippus rex natus est.
1059. Philippus rex Remis ordinatur, cum septem annorum esset. Obiit Henricus rex.
1061. Tradicio Vitreiaci. Alexander papa ordinatur.
1064. Stella cometes visa est, quando Willelmus Normannorum comes Angliam cepit.
1069. Oylardus primus abbas huius loci die sancti pasche corpus terre tradit.
1073. Obiit Alexander papa. Gregorius succedit.
1074. [Ordinatio domni Lantberti abbatis.]
1075. Reddicio Vetreiaci.
1076[a] [Hiems valde magna.]
1085. Obiit Gregorius papa. Urbanus succedit.
1093. Obiit Rogerius III. Philippus successit.
1096. Concilium Clarimontis, in qua fuit constituta via Ierosolimitana.

a) MLXXIV. ed.

1) S. Moustier en Der.

1099. Obiit Lambertus abbas, Garnerus successit. Ierusalem capitur [Idibus Iul.].

1100. [Obiit Philippus episcopus, Hugo succedit. Obiit Urbanus papa, Paschalis succedit.]

1106. Obiit Garnerus tercius abbas, et ordinacio Guidonis.

1108. Obiit Philippus rex, ordinacio Ludovici filii eius 26° etatis eius.

1110. Obiit Guido abbas, Benedictus successit.

1111. [Henricus imperator Romae papam cepit.]

1112. [7. Kal. Maii conspiratione plebis Laudunensis interfectus est episcopus.]

1113. Obiit Hugo episcopus, Willelmus successit.

1117. [3. Kal. Ianuarii terrae motus visi per loca.]

1118. [Benedictus abbas obiit. Radulfi ordinatio. Paschalis papa obiit.]

1119. Ludovicus rex contra regem Anglorum ivit[a].

1121. [Obiit piae memoriae Willelmus episcopus. Ebalus successit.]

1124. Lodovicus rex contra imperatorem exercitum duxit.

1125. [Obiit Callistus papa, Honorius substituitur.]

1126. Obiit Henricus imperator, Lotarius constituitur. [Obiit Ebalus episcopus.]

1127. [Episcopus Herbertus subrogatur.]

1129. Philippus rex Remis ordinatur, cum[b] septem annorum esset. [Discessio Rodulfi abbatis.]

1135. Magnus ventus auditus est in die Symonis et Iude.

1137. Obiit Lodovicus rex, Lodovicus filius eius successit.

1140. [Obiit Hugo abbas et ordinatio domni Ludovici.]

1143[c]. Lodovicus rex Vitriacum exussit.

1143. [Obiit Gaufridus episcopus, successit Wido.]

1144. Magnus ventus auditus est[d] 14. Kal. Febr.

1146. Fames valida ubique terrarum, qualis nunquam antea fuit.

1147. [Obiit Wido episcopus, subrogatur Bartolomaeus.] Lodovicus rex Ierusalem proficiscitur. Egenius papa benedixit ecclesiam sancti Stephani.

1148. Concilium fit Remis 11. Kal. Aprilis.

1151. Obiit Bartholomeus episcopus Ierosolimis.

1152. [Haymo subrogatur.] Obiit Theobaldus comes [Campanensis], filius eius[e] [Henricus subrogatur.]

1153. [Obitus Eugenii papae, substitutio Anastasii. Boso Catalaunensis episcopus fit.]

1157. [Hoc anno in reaedificatione ecclesiae beatae Mariae de Vallibus quae corruerat, fiunt miracula.]

1159. [Obitus Anastasii papae et substitutio Alexandri.]

1161. Obiit Boso episcopus.

1162. Guido subrogatur et obiit.

1164. [Guido subrogatur.]

1165. Philippus rex natus est[f]. [Nonis Septembris dedicatio ecclesiae sancti Iohannis baptistae.]

1166. Lodovicus[g] abbatiam dimisit. [Ludovicus abbatiae cessit. Thomas successit.]

1170. Thomas Cantuariensis archiepiscopus martirizatus est.

1171. [7. Idus Novembris] Ingens ventus auditus est [in hac regione].

1176. Fames valida ubique terrarum, ut ex sextarius frumenti ad 15 solidos[h] acciperentur.

1178. Sarraceni contra Ierusalem exierunt et Deo volente victi sunt.

1179. Concilium fit Rome tempore Alexandri pape.

1180[i]. Unctio Philippi regis fit Remis, cum 15 esset annorum. Obiit [bonae memoriae] Lodovicus[k] rex Francorum pater ecclesiae.

1181. [Obiit Alexander papa III. succedit Lucius papa III.]

1183. Guido episcopus benedixit ecclesiam sancte Marie de Vallibus.

1185. [Obitus Lucii et substitutio Urbani.]

a) *deest apud Labb.* b) c. s. a. e. *desunt* 2. c) 1142. 2. d) XIV K. F. *desunt* 2. e) *reliqua deleta* 1. f) P. r. n. e. *desunt* 2. g) L. a. d. *desunt* 2. h) s. a. *deleta* 1. ita ut de sextario frumenti accipiebantur solidi XV. 2. i) *haec anno anteriori adiicit* 2. k) lod. . . . *reliqua huius anni deleta* 1.

1187. Obiit Urbanus papa III. Succedit Gregorius papa VIII. [Obiit. Clemens substituitur.] Eodem anno terra Ierosolimitana a Salahadino et exercitu eius capta est et destructa et civitas Ierusalem ei reddita. [Data propter hoc remissione peccatorum a summo pontifice ad terram illam proficiscentibus, Thomas venerabilis abbas noster illuc profectus est.]

1188. [Hoc anno civitas Trecas combusta est.]

1189. Abbas Ierusalem proficiscitur 4. Kal. Iunii[a].

1190. Rotrochus episcopus eligitur[b]. [Obiit Guido episcopus Catalaunensis.]

1196. Ignis de celo combussit ecclesiam sancti Petri Auvilarensis[c] die ramis palmarum.

## CONTINUATIO AD A. 1202—1228.

*Codex 1.*

1202. Obiit Rotrodus[d] Cathalaunensis episcopus.

1203. Girardus magister sacrarum scripturarum fit episcopus . . . . . abbate . . . isi pre . . . cus episcopus . . . r sede . . . . Remis archiepiscopus . . . . anus archidiaconus . . . . . . . .

1206. Guido archiepiscopus Remorum moritur.

1208. Philippus inperator occiditur.

*Codex 2.*

1204. Eclipsis lunae 5. Kalendas Maii. Hyems qualis non fuit visa temporibus hominum qui tunc erant. Eodem anno rex Francorum propriam sibi vendicavit Normanniam.

1223. Vidimus in festo beati Georgii grandinem ad modum ovi gallinae.

## ANNALES DERVENSES.

1196. Fames valida ita ut frumentum . . XXX sol.

1197. Hoc anno venditur similiter . . . . IX sol.

1201. Obiit Rotrochus Cathalaunensis episcopus. Hoc anno Guillielmus Remorum archiepiscopus moritur. Hic post aliquantum temporis cuidam viro Dei antedixit, se in magnis cruciatibus usque ad diem iudicii esse deputatum, set sibi penas posse levari per orationes fidelium.

1223. Hoc anno obiit Philippus rex Francie, cui successit Ludovicus filius eius.

1226. Hoc anno obiit Ludovicus rex Francie, cui Ludovicus filius eius successit.

1230. Hoc anno villa monasterii Doervensis combusta est.

1236. Hoc anno magister . . . fratrum minorum dedit cruces.

1248. Hoc anno Ludovicus rex Francie . . . religionis gratia transfretavit et feliciter Deo dante . . . . . .

1270. Hoc anno Ludovicus rex obit et tri ta eius post successit Philippus . . . . eius.

1284. Obiit Remigius episcopus Cathalonensis hoc anno.

1285. Hoc anno pugnavit Philipus rex Francie contra Petrum regem Aragonum

1285. Hoc anno obit domnus Galterius abbas de Capella Plancas.

1293. Dictus Deboddus Henricus de Lantikis carugarios fulture[e] interierunt inter Vilare et Vileretim 4. Kal. Maii die festi Vitalis martiris. Hii duo fuerunt boni homines testimonio multorum, quorum anime requiescant in pace amen.

1308. Templarii capiuntur.

1311. Hoc anno ordinatus est abba Theobadus.

1314. Obiit Iohannes episcopus Cathalonensis. Obiit Philippus rex Francie, successit Ludovicus filius eius.

1316. Hoc anno non fuit vinum in toto regno Francie et valuit 1 sextarium frumenti quatuor libras, et modium

a) *haec desunt 2.* b) *haec desunt 2.* c) A. r. p. *desunt 2.* d) *in Ann. Dervensibus* Rotrodus *vocatur; utrumque nomen in Gallia christiana legitur.* e) *i. e.* fulgure.

# ANNALES MOSELLANI

## EDENTE V. CL. I. M. LAPPENBERG I. U. D.

REI PUBLICAE HAMBURGENSIS TABULARIO.

*Tempore Karoli Magni mirum quantum a doctis monachis operam datam esse annalibus conscribendis, cum plurimis huius aetatis annalibus, editis in primo atque secundo Monumentorum volumine, tum repertis aliis posteriore tempore in bibliothecis, ubi per tot saecula reconditi fuerant, comprobatum est. Sic mihi quoque, anno superiore* (1856) *data occasione libros manuscriptos bibliothecae imperialis Petroburgensis perscrutanti, contigit, ut in codice membranaceo, in bibliothecam imperialem paullo ante delato ex museo Petri Dubrowskyi, detegerem annales hosce ab a* 703 *usque ad a.* 797 *(rectius* 798*), quos cum paullo accuratius inspicerem, haud indignos esse vidi, qui hoc loco publici iuris fierent.*

*Codex membranaceus de quo dixi formae minoris est, quae* 12. *dicitur, foliorum* 104. *Inscriptum est codici:* Chronologia et Chronographia, *continet enim id genus scripta quaedam, quorum quae annalibus praecedunt, hoc loco commemoranda esse putavimus.*

*f.* 1. *sq. enim scripta sunt:* De temporum ratione Domino iuvante dicturi, necessarium duximus utilissimum primo *etc.*

*Facile cognoscitur diversa haec esse a Bedae* de ratione temporum *libro.*

*Sequuntur fol.* 9' *quaedam* de computo, *quem ita instituendum esse, ut manus sinistra singulos, denarios, dextra centenarios, millenarios numeros comprehendat etc.*

*Excipiunt haec f.* 48 *alia quaedam et ipsa ad chronographiam spectantia, quibus manus recentior adscripsit:* Problemata de mensura temporum. *Quorum prima verba haec sunt:* Antiqui atque gentiles nomina quaedam ex diis suis, quaedam ex causis, quaedam vero ex numero composuerunt *etc. Nomina ipsa mensium diversa ab iis quos Beda de ratione temporum novit, similia iis quos Bernoldus chronico inseruit, haec sunt:*

Ianuarius apud Saxones geolmonath.
Februarius apud Saxones solmonath.
Martius apud Saxones remonath[1].
Aprilis apud Saxones hestur monath.
Maius apud Saxones derimulchi[2].
Iunius apud Saxones lida.
Iulius apud Saxones etiam lida est.
Augustus apud Saxones ueothmonath.
September apud Saxones halegmonath.
October apud Saxones uuintir frillit[3].
November apud Saxones blodimonath.
December apud Saxones giuli.

1) Rectius *Redmonath* sive *Hredmonat*(*h*) quod habet Bernoldus. 2) cf. Bernoldi *Drimilchi*, Bedae *Thrimilci*. 3) Similiter *Vimirfrillith* (leg. *Vintirfrillith*) Bernoldus, quod haud scio an sicut nostrum natum sit ex littera Anglosaxonica ƒ perperam descripta; certe *uuintirfrillit* ad Bedae Vintirfyllith revocandum.

*Sequuntur iam in codice annales nostri f. 64' usque ad f. 71': singulis pagellis quantum contineatur, inde perspicitur, quod f. 64' incipit in ipso anno* DCCIII, *f.* 65 *ad annum DCCXXV, f.* 65' *ad a. DCCXLIV continuatur. Codex primo adspectu quidem ante saeculum X videtur scriptus esse; attamen ante saeculum XI eum scriptum esse non posse, arguunt verba satis memorabilia de Wilelmo I. rege Angliae, ab ipso codicis scriptore, ut videtur, f.* 81 *adscripta, quae hic inserere operae pretium duxi, adiectis, quae apud Mariani Scoti continuatorem alterum ad a.* 1108 *(rectius* 1086*) eadem de re leguntur, ex eodem fonte haud dubie excerpta, ex quo haec manaverunt:*

In anno presenti, qui secundum Dionisium pronunciatur millesimus LXXXVI. incarnationis, contra quattuor euangelistas ceterosque doctores, hic est XX. Willelmi regis Anglorum. Quo iubente hoc anno totius Anglię facta est descriptio in agris singularum provinciarum, in possessionibus singulorum proc̄erum, in agris eorum, in mansionibus, in hominibus tam servis, quam liberis, tam in tuguria tantum habentibus, quam in domos et agros possidentibus, in carucis, in equis et ceteris animalibus, in servitio et censu totius terre omnium. Alii inquisituri post alios et ignoti ad ignotas mittebantur provincias, ut alii aliorum descriptionem reprehenderent et regi reos constituerent. Et vexata est terra multis cladibus ex congregatione regalis pecunię procedentibus.

Wilelmus, rex Anglorum, fecit describi omnes totius Angliae possessiones in agris, in hominibus, in animalibus omnibus, in omnibus mansionibus a maiori usque ad minimam et in omni censu, qui ex omnium terris posset reddi; et vexata est terra multis cladibus inde procedentibus.

*Facile perspicitur, cum hinc ante saeculum XI. exiens codicem scriptum non esse appareat, autographum annalium nostrorum librum eum non esse. Attamen Karolingici aevi codicem a librario saec. XI. descriptum esse, cum ipsa annalium ratio, tum vero vitia quaedam demonstrant, ex Karolingici aevi scribendi consuetudine, quae librario codicis nostri minus nota videtur fuisse, derivanda. Collatis enim inter se annalibus Laureshamensibus aliis quibusdam, a Pertzio in Mon. SS. I. p.* 22 *sq. editis, atque nostris — inter quos, qualis intercedat necessitudo, statim demonstrabitur — satis miram lectionis discrepantiam in nostris a.* 722 festilitas *pro* fertilitas, *a.* 723 infirmatur *pro* infirmatus, *a.* 768 elevatus est *pro* elevatur, *a.* 792 secersit *pro* secessit *ex Karolingicarum litterarum* r *et* t *similitudine, cum praesertim* r *et* t *litterae concurrant, natam esse apparet. Neque infitiari poterit, librarium codicis nostri, quae in annalium nostrorum libro vetusto invenit a.* 727 latiniago, i *litterae stigmate non adiecto, atque a.* 775 sigiburg, u *littera Karolingicae* ɑ *formam fere aequante, perperam ita legisse, ut scripsit in codice, sc.* Latimago *et* Sigibarg. *Alia quaedam commissa a librario nostro vitia in notis criticis correximus. Ceterum in universum severe codicis sui vestigia pressisse putandus est, id quod hoc uno satis comprobatur, quod annalium Karolingicorum dicendi genere parum emendato in nostris quoque offendimur: e quibus hic plane singularem illam dictionem tantum libet commemorare, cuius exempla ad a.* 795 *congessimus, quae procul dubio emendasset librarius minus cautus.*

*Quae cum ita sint, vix dubitandum erit, quin in edendis annalibus nostris codice nostro saec. XI. tamquam codicis illius vetusti, nobis iam deperditi, apographo cura et arte facto uti possimus.*

*Annales nostros, ut certius de eorum auctoritate iudicetur, cum ceteris Karolingicae aetatis annalibus comparanti sponte in oculos incurrit, in duas partes eos secerni, interiecto a.* 786, *ad quem nil habuit quod referret scriptor. Prior pars simillima est annalium quorundam, editorum in Mon. SS. I. p.* 19 *sq., incipientium anno* 703, *ad quem deficiunt brevissimi Bedae Venerabilis annales.*

*Quae ad verbum fere haud raro congruit cum annalium Laureshamensium parte priore et altera, e quibus cum plurima videntur esse descripta, tum vero excerpta, quae ad a.* 709. 716. 765. 766. 777 *in nostris leguntur. Attamen accuratius ubi inquisiveris, non desunt, in quibus utrique discrepant. Id quidem haud ita magni momenti est, quod saepius rerum ordo mutatur, hic illic verbum omissum aut adiectum est, sine detrimento sententiae: maioris est in plurimorum nominum formis discrepantia. Accedit, quod ad a.* 785 *defecisse putandi sunt vetusti, quos nostrorum scriptor continuavit, annales. Ibi enim nunc quoque compaginis cuiusdam in Laureshamensibus apparet vestigium in verbis singulariter adiectis:* a transitu Gregorii papae usque praesentem fiunt anni centum octoginta[4]. *Hinc derivandum erit, quod ad a.* 786 *nihil habuit, quod referret annalista noster. Neque vero ad a.* 768 *in annalium Laureshamensium exemplari, quale nostro ad manus fuit, vetustiora atque seriora poterant discerni in unum contractis iam ad a.* 768 *quae in nostris de Pippini regis morte atque filiis eius ad regnum elevatis referuntur. Accedit, quod cum plurima in priore annalium nostrorum parte derivari quidem possint ex Laureshamensibus, restent tamen, quae arctissime congruant cum annalibus Nazarianis aut ipsis Petavianis: de quo consensu adiectis in nostra editione ad marginem notis lectorem certiorem fecimus. Quare noster in priore annalium suorum parte aut annales Laureshamenses ex Petavianis et Nazarianis auxisse putandus est et correxisse, aut deperditos nobis inter hosce tres quasi medios. Restant tamen, ut hic de discrepantia in formis nominum taceamus, vel sic nonnulla, quae illorum annalium auctoritate non nituntur, videlicet ad a.* 745. 776. 782; *neque praetermittenda est, si ad formam annalium nostrorum respexeris, computandi quam sequuntur ratio plane singularis: denariis enim tantum numeris septingentenariis verbaque* anno incarnationis dominicae *addita sunt. Quae utrum in annalibus, quos descripsit, iam invenerit, an de suo adiecerit, parum refert.*

*Quae cum ita sint, nemo est quin videat, priorem nostrorum annalium partem fere nihil novi adiicere annalibus quos commemoravimus minoribus, sed suum locum obtinere propter varietates quasdam lectionis. Altera vero pars ab a.* 787 *usque ad a.* 797 (*rectius* 788—798) *summi facienda est: licet enim hic quoque eadem fere quae in ceteris annalibus de horum decem annorum historia referantur, tamen pro locuplete eorum, quae commemorant, teste habendi sunt: certe id auctoritatem non minuet, quod fere omnia ad annum proxime antecedentem relata sunt; saepius enim talia ab annalistis commissa sunt.*

*Pauca iam addenda sunt de annalium nostrorum patria. Quos a monacho quodam esse scriptos, nemo negabit: attamen cuius ille fuerit monasterii, difficillimum erit ad diiudicandum: certa enim desiderantur indicia. Accuratiorem quidem ceteris prodit auctor annalium notitiam fossati inter Radantiam atque Danubium facti; commemorat, ipso Einhardo accuratior, incendium palatii Wormacensis: sed de monasterio, unde profecti sunt, hinc nihil concludi potest. Discrepantia in formis nominum conspicua in definienda annalium origine fere nihil valet, cum non constet sibi sive vetustus, sive saeculi XI. scriba. Itaque illud summum habentes, quod scriptor annalium omnia illa, quae Laureshamenses de monasteriis regionis illius, quam Mosella superior perfluit, de viris mulieribusque gentis Karolingicae Metis sepultorum, digna habuit, quae memoriae*

4) quam computandi rationem, cur ad a. 777 noster adhibuerit, nescitur, ni forte inde derivandum, hic in nostris quoque alterum annalistam in prioris locum successisse.

*traderet*, annalium Mosellanorum *nomen iis indidimus: certe verborum quorundam atque nominum formae veluti a.* 763 **comptadus**, *a.* 768 **Sexiones**, *a.* 774 **Tisin**, *a.* 778 **Spania**, *a.* 789 **Lodoicus**, *ut potius de Francogallica, quam de Germanica origine cogitemus, suadent.*

*Quod ad editionem nostram attinet, codicis nostri vestigia secuti sumus, evidentissimis tantum erroribus emendatis. Notas exegeticas quasdam adiecimus, potissimum ad partem priorem, omissa enim nonnulla in editione annalium Laureshamensium explicatione videbantur egere. In margine adscripti sunt fontes ex quibus singula hausta esse putanda sunt. In parte altera emendatus est error annalistae in numeris commissus addito altero numero.*

Anni[a] incarnationis dominicae 703. Isto transitus sancti Benedicti abbatis de hoc mundo.
Ann. Laur. 704. mors Canini[5] episcopi.
ibid. 705. dormitio Domnani[6] abbatis.
ibid. 706. mors Cellani[7] abbatis.
ibid. 707. dormitio Tigermali[8].
ibid. 708. Drocus mortuus est[9].
Ann. Naz. 709. durus et deficiens fructus.
Ann. Laur. Anni[a] incarnationis dominicae 710. Pippinus migravit in Alamannia.
ibid. 711[b]. aquae inundaverunt valde et mors Hildeberti[10].
ibid. 712. mors Heriberti regis Langobardorum.
ibid. 713. mors Alflidae[11] et Halidulfi[12] regis.
ibid. 714. mors Pippini.
ibid. 715. pugna Francorum et mors Dagoberti regis[13].
ibid. 716. pugnavit Karlus contra Radbodum[c. 14].
Mart. 28. Ann. Laur. 717. pugnavit Karlus contra Francos[15] in dominica die ante pascha in Vinciaco.
Ann. Naz. 718. vastavit Karlus Saxoniam plaga magna.
Ann. Laur. 719. occisio Francorum ad Suessionis civitatem et mors Radbodi.
ibid. Anni[a] incarnationis dominicae 720. pugnavit Karlus contra Saxones.
Ann. Naz. 721. eiecit Heudo Saracinos de Aequitania.
Ann. Laur. 722. magna fertilitas[d] et pugna contra Aquilonium[16].
Ann. Naz. 723. duo filii Draogoni ligati. Arnoldus et unus mortuus[e]. Et Carlus infirmatus[f].
ibid. 724. levavit[17] contra Carlo, et Carlus migravit ad Andegavi.
fol. 65. Ann. Laur. 725. Chrothrud[18] mortua. Beto mortuus. Saracini venerunt primitus.
ibid. 726. Martinus[19] et Buddecris[g. 20] abbas[h] mortui.
ibid. 727. Danihel in Latiniago[i. 21] mortuus.
ibid. 728. Haldulfus[22] episcopus mortuus est.

a) *ita cod. saepius pro* anno *v.* 710. 720. 750. 760. 770. b) *numerum nonnisi XI. etc. notari supra* p. 493 l. 25. *monui.* c) *ita emendandum, v. a.* 719; radbdum *cod.* d) festilitas *cod.* e) *cum in Petavianis annalibus haec tantum legantur:* duo filii Drogonis ligati et unus mortuus *cett., ab Nazarianis, non ignorantibus, quinam esset ille* unus, *videtur adiectum esse* Arnoldi *nomen. Quem cum fuisse constet ex filiis Drogonis, hunc ipsum hic commemoratum esse putamus; qui utrum duobus Drogonis filiis tertius adiciendus sit an alter habendus, alii videant.* f) infirmatur *cod.* g) *videtur legendum cum ann. Laur.* ubdecris. h) *ita videtur etiam in ann. Laur. emendandum;* abb. *cod. v. n.* 19. i) lati mago *cod.*

5) Poterit esse episcopus Colman. V. Lappenberg Engl. Gesch. I, XLVII. aut qui inter sanctos refertur episcopus Iralandicus Kenan. 6) Videtur esse Adamnanus abbas Hyensis; v. Lappenberg l. l. 7) Fortasse Kilianus abbas. 8) Tigernoth vel Tigernach; v. Lappenberg l. l. 9) Drocum mortuum esse verno tempore referunt annales S. Amandi et Petaviani: hinc ann. Laureshamenses a. 709 hausisse videntur, quae vix intelligi possunt: *vernus durus et deficiens fructus* etc. 10) regis Francorum. 11) Aelflede filia regis Northumberlandiae Oswin, abbatissa facta; v. Lappenberg l. l. 12) rex Ostangliae; v. Lappenberg l. l. 13) regis Francorum. 14) ducem Frisonum. 15) i. e. contra Raginfridum. 16) ad bella cum Frisonibus vel Saxonibus gesta referendum. 17) *Levavit* se Raginfridus etc. ex ann. Lauresh. subintelligendum. 18) Quam fuisse uxorem Karoli atque matrem Karlomanni et Karoli M. discimus ex L'Art de vérifier les dates. 19) Videtur esse, qui in annalibus Petav. h. a. monachus Corbeiensis fuisse dicitur. 20) Fortasse poterit esse Duunchadus, Adamnani successor; v. Lappenberg l. l. 21) Ignoratur, utrum hic Danihel fuerit Chilpericus II Attiniaci a. 720 mortuus (v. Fredegar. c. 107), cui successit Theodericus (v. Dipl. apud Bouquet IV. p. 697), an ignotus quidam, cuius nomen tantum hic nobis sit servatum. 22) Haldulfus episcopus Cameracensis. V. Gesta episcopp. Camerac. I, c. 34. 35.

729. Macflathei[23] mort. (Ann. Laur.)

Anno incarnationis dominicae 730. Lantfridus[24] mortuus. (Ann. Naz.)

731. Karlus vastavit duas vices ultra Ligera, et Raginfridus[a] mortuus. Beda presbyter Anglorum obiit[25]. (ibid.)

732. Karlus pugnavit contra Saracinos die sabbati ad Pictavis civitatem. (Ann. Laur.)

733. Hildradus mortuus est. (ibid.)

734. Karlus perrexit in Frisiam et inde[b] usque ad internecionem. (Ann. Naz.)

735. Karlus invasit Vasconiam. (Ann. Laur.)

736. Hatto[26] ligatus, Audoinus[27] episcopus mortuus est. (ibid.)

737. Karlus pugnavit contra Saracenos in Gutia[28] in dominica die. (ibid.)

738. Karlus intravit in Saxonia. (ibid.)

739. Karlus intravit in Provincia usque Massilia. (Ann. Naz.)

Anno incarnationis dominicae 740. hostilitas nulla in terra nostra. (cf. A. L.)

741. Karlus obiit. Theodolot[29] interfectus est. (Ann. Laur.)

742. Karlomannus in Wasconia et in Alamannia. (cf. A. Petav.)

743. vastatio Karlomanni in Alamannia. (A. Petav.)

744. pax inter Carlomanno et Hodilone[30] facta. Hostilitas in Saxonia. (fol. 65'. A. Petav.)

745. Karlomannus et Pippinus in Wasconia[31].

746. Karlomannus intravit in Alamannia. (Ann. Laur)

747. Karlomannus migravit ad Romam. (ibid)

748. Grifo fugit in Saxonia. (ibid)

749. reversus est Grifo de Saxonia. (A. Petav.)

Anni[c] incarnationis dominicae 750. Hic annus sine hostilitate. (Ann. Laur)

751. Lantfridus[32] mortuus est. (ibid.)

752. Pippinus elevatus est ad regem. (ibid.)

753. Pippinus in Saxonia, et Hildigerni[d, 33] episcopus cecidit, et papa de Roma venit et Karlamannus post eum et filii sui tonsi; et Grifo occisus est. (ibid.)

754. Bonifacius episcopus martyrio coronatus[34]. Et Hildtrud[35] mortua; et Karlamannus obiit. Et rex Pippinus in Italia et papa reversus est[e]. (ibid.)

755. venit Dassilo ad Marcis campum et mutaverunt Marcam[f] in mense Madio[g]. (A. Petav.)

756. Pippinus fuit in Italia et Haistulfus[36] mortuus. (ibid.)

757. venit organa in Francia. (A. N. s. A. L.)

758. rex Pippinus fuit in Saxonia. (Ann. Laur)

759. mutavit rex Pippinus nomen suum in filium suum. (Ann. Naz.)

Anni[c] incarnationis dominicae 760. rex Pippinus fuit in Wasconia. Et Chrothaida[37] abbatissa mortua.

761. In isto transacto anno transmisit domnus Chrothgangus[38] suos monachos de Gorzia ad monasterium Rohardi[39]. Et rex Pippinus fuit in Wasconia cum exercitu suo usque ad Limodiam civitatem. (Ann. Laur.)

a) Maginfridus *cod.* b) eam devastavit *ex ann. Lauresh. adiiciendum videtur.* c) *ita cod. pro* anno; *v. supra.* d) *fortasse* Hildigerius *scribendum.* e) Romae *adiiciunt A. L.* f) *ita codex*; *aut* marcem (martem) *scribendum, aut putandus est auctor ann. novum vocabulum composuisse.* g) mad. *cod.*

23) Fortasse Machlaisreus abbas de Bangor; v. Lappenberg l. l.; attamen cum in codice, ut dedimus, scriptum sit, etiam de femina cogitari poterit, cum praesertim prima abbatissa monasterii Habundi (Remirémont) in dioecesi Tullensi fuerit Maetefled, quae s. VII. vixisse videtur. 24) Alamanniae dux. 25) Obiit Beda d. 27. m. Mai. a. 735. 26) Eudonis filius. 27) Constantiensis episcopus. 28) Pugna haec secundum annales Mettenses facta est Birrae septimo ab urbe Narbona miliario. 29) Poterit esse dux Alamanniae, quem rebellasse dicunt ann. Guelf., victum a Pippino autor est Fredegarius c. 113. 30) dux Bawariae. 31) Ann. Lauresh. cett. hoc anno utrumque in Saxoniam expeditionem fecisse dicunt: nostri cum Fredegario c. 114 facere videntur: ann. Mettenses ad a. 744 expeditionem ab utroque cum in Wasconiam tum in Saxoniam factam memorant; quod quomodo confundi haec poterant demonstrat. 32) fortasse Lantfridi ducis Alamannorum a. 731 mortui filius. 33) Hildigarius episcopus Coloniensis secundum ann. Lauriss. minores a. 754 occisus est a Saxonibus: Fuldenses cum nostris eius mortem ad a. 753 referunt. 34) immo a. 755 Iun. 5. 35) soror Pippini regis nupta Hodiloni duci Bawariae. 36) rex Langobardorum, cuius mors propter consuetudinem eius cum monasterio Lauresh. in eius annalibus est cur commemoraretur. 37) Poterit esse filia Pippini regis Metis sepulta. 38) episcopus Metensis, in quem a Stephano papa archiepiscopi nomen et iura collata sunt; v. a. 762. 39) De hoc monasterio v. not. ad ann. Lauresh. h. a. Monasterium Arnolfsaugense et Gengenbacense cum ab eodem comite Rohardo fundata sint, de quonam hic cogitandum sit, non liquet.

Ann. Laur. 762. Pippinus fuit in Wasconia et conquisivit Bidurgam, et Chrothgangus archiepiscopus egrotavit magna infirmitate.

ibid. 763. dedit rex Pippinus aliquos comptadus filiis suis.

ibid. 764. hibernus grandis et durus. Et Pippinus rex habuit conventum magnum cum Francis ad Carisago. Et Chanchur vir illuster comis dedit domno[a] archiepiscopo et suos monachos monasterium qui vocatur Laurisham in pago Rininse[40].

ibid. 765. venerunt corpora sanctorum Gorgonii, Naboris et Nazarii in Gorza monasterio[a*].

ibid. 766. transiit Rothgangus archiepiscopus[b].

ibid. 767. conquisivit rex Pippinus in[c] Limodiam civitatem et alias civitates in Wasconia; et Berta regina erat in Bidurgia.

ibid. 768. Pippinus rex obiit et Karlus elevatus est ad regem ad Noviona civitate et Karlamannus ad Sexiones civitate.

ibid. 769. positum est corpus sancti Gorgonii in basilica, que est constructa in Gorzia monasterio. Et Thrudgang abbas[41] obiit.

ibid. Anni incarnationis dominicae 770. fuit Berta regina in Italia ad placitum contra Desiderio rege, et reddite sunt civitates plurime ad partem sancti Petri, et Berta adduxit filiam Desiderii in Francia.

ibid. 771. Karlamannus rex transiit. Et Cancor obiit.

ibid. 772. fuit rex Karolus hostiliter in Saxonia et destruxit fanum eorum, quod vocatur Irminsul.

ibid. 773. fuit Karolus rex in Italia provincia.

ibid. 774. capta est Tisin, quae etiam Papia[d] civitas, in mense Iunio a Francis. Et conquisivit rex Karolus regnum Langobardorum, et perrexit usque ad Romam. Et regnaverunt Langobardi, ut ipsi autumant, annos 214. Et adduxerunt regem Desiderium captivum secum in Francia[e].

ibid. 775. fuit rex Karolus hostiliter in Saxonia et vastavit eam fecitque ibidem stragem magnam et accepit ibi et conquisivit castella quae dicuntur Everesbrug[f] et Sigiburg[g] posuitque ibidem custodias[h].

ibid. 776. perrexit Karolus iterum in Italia et illa castella, quae residua erant, recepit; et Rothgaus[42] interfectus est. Et inde revertens conquesivit maximam partem Saxonie; et conversi sunt Saxones ad fidem Christi, et baptizata est eorum innumera multitudo. Et aedificavit civitatem super fluvio Lippiae, que appellatur Karlesburg[43]

ibid. 777. habuit Karolus conventum Francorum, id est Magiscampum, in Saxonia ad Paderbrunnon et ibi paganorum Saxonum multitudo maxima baptizata est. A Gregorii papae
44 obitum usque ad presentem annum fiunt 172 anni[44].

778. fuit rex Karolus in Spania cum exercitu et conquesivit Pampalona. Abitaurus[45] Saracinorum rex venit ad eum et tradidit civitates, quas habuit, et dedit ei obsides fratrem videlicet et filium suum. Et inde perrexit domnus rex usque ad Cesaris-Augusta[46], et ibi
47 venit ad eum Ibinlarbin[47] alter rex Saracenorum, quem et fecit adducere in Francia. Et interim, quod domnus rex illis partibus fuit, Saxones, gens perfida, mentientes fidem Christi, egressi de finibus suis venerunt hostiliter ad Renum fluvium, succendendo[i] omnia et vastando, nihil penitus relinquentes. Et inde regredientes persecuti sunt eos Franci usque ad flumen Aderna, et ibi invicem belligerantes, Saxones in fugam versi sunt, et plurimi ex ipsis ceciderunt; Franci victores per Dei auxilium existentes reversi sunt.

Et in Italia in Tarviso vel in reliquis civitates in propinquo fuit terrae motus magnus,

a) Chrodegango *adiectum ab ann. Lauresh.* a*) *omissa quaedam, in ann. Laur. adiecta, videntur esse.* b) *adiectus dies mortis in ann. Lauresh.* c) in *eiiciendum videtur.* d) Spargia *cod.* e) Et — Francia *post verba* a Francis *secundum ann. Laur. inserenda erant.* f) *leg.* Heresburg *ut infra.* g) Sigibarg *cod.* h) *omissa sunt quaedam in ann. Lauresh. adiecta.* i) succedendo *cod.*

40) De donatione huic monasterio condendo facta v. dipl. a. 763 Iul. 12. dat. in cod. Lauresham. 41) Si fides habenda Pagio ad a. 753 abbas Gorziensis, ni forte abbas de Gemetico, qui adfuit conventui episcoporum a. 765 Attiniaci habito, v. Monum. Legg. I. p. 30. 42) dux Foroiulianus. 43) Verba *Et — Karlesburg* desunt in ann. Lauresh.; similia quidem in cett. huius aetatis monumentis historicis inveniuntur: nomen ipsum frustra quaesivimus, Karoli tamen urbem Petav. pars II[a] novit. 44) Verba *A Gregorii — anni* desunt in ann. Laur. Gregorius mortuus erat a. 604. Similis computatio in ann. Laur. a. 785. 45) Videtur esse Abu Taher praepositus Ocae non rex. 46) Saragossa. 47) Videtur esse Soliman al Arabi praefectus Caesaris Augustae.

ita ut multa aedificia sive ecclesias corruerunt de ipso terrae motu et plurimi homines mortui sunt, ita ut in una villa 48 simul perierunt. Et Gundolandus[48] abbas in ipso anno obiit[a].

779. Karlus rex iterum in Saxonia usque ad fluvium Wisaraha, et Saxones pacificati dextras et obsides dederunt[b]. Fames vero magna et mortalitas fuit in Francia; et domnus rex sedit in Wormacia. Ann. Laur.

780. domnus rex Karolus perrexit iterum in Saxonia cum exercitu, et pervenit usque ad fluvium magnum Albeha; et Saxones omnia tradiderunt se illi et omnia accepit in hospitate tam ingenuos, quam et lidos; divisitque ipsam patriam inter episcopos et presbyteros seu et abbates, ut in ea baptizarent et praedicarent: nec non et Winidorum seu et Fresionum paganorum magna multitudo ad eum conversa est. Inde revertens abiit in Italia, dereliquit filios suos in Wormacia Pippinum et Karlum. ibid.

781. perrexit rex Karlus Romam et baptizatus est ibi filius eius, qui vocabatur Karlomannus; quem Adrianus papa mutato nomine vocavit Pippinum et unxit in regem super Italiam et fratrem eius Ludowigum super Aequitaniam. Et ibi disponsata est Rottrhud, filia regis, Constantino imperatore. Et reversus est rex in Francia et colloquium cum Dasilone, et magnum Francorum conventum id est Magis campum apud Wormosiam habuit civitatem. ibid.

782. habuit Karlus rex conventum magnum exercitus sui in Saxonia ad Lippiabrunnen et constituit super eam comites ex nobilissimis Saxonum genere. Et cum eos cognovisset iterum a fide dilapsos et cum Widunchindo ad rebellandum esse adunatos et quod nonnulli suorum in hac seditione interissent[c], rursum abiit in Saxoniam, et vastavit eam, et ingentem Saxonum turbam atroci confodit gladio.

783. obiit Hildegardis regina pridie Kal. Mai, et Berta obiit 6. Id. Iunii. Et postea domnus rex perrexit in Saxonia cum exercitu magno, et rebellantibus illis, commissum est bellum, et ceciderunt ex parte Saxonum multa milia, et iterum bellum commissum est, et pugnaverunt Franci cum Saxones, et opitulante gratia Christi habuerunt victoriam; et ceciderunt de parte Saxonum etiam multa milia, plurima quam antea. Et per gratia Dei victor reversus est in Francia, et sociavit sibi in coniugio Fastradam atque reginam constituit. Et fuit estus tam vehementer calidus, ita ut plurimi homines de ipso calore exspirarent. ibid.

784. iterum Karlus perrexit in Saxonia cum exercitu per duas vices, et Folradus abbas[49] et Albricus episcopus[50] et Helmricus abbas[51] obierunt: nec non et inundatio aquarum pervalida fuit. ibid.

785. rex Karlus demoratus est in Saxonia ad Heresbrug[d] de natale Domini usque in mense Iunio, et edificavit ipsum castellum a novo, sed et basilicam ibidem construxit. Placitumque habuit ad Paderbrunnun cum Francis et Saxonibus; et tunc demum perrexit trans fluvium Wisaraha, et pervenit usque in Bardungawe. Cumque Saxones se illi dedissent, christianitatem quam pridem respuerant, iterum recipiunt. Pace patrata nulloque rebellante, postquam rex rediit domum suam, Widuchind tot malorum auctor ac perfidie incentor venit cum sociis suis ad Attinacho palacio, et ibidem baptizatus est, et domnus rex suscepit eum a fonte ac donis magnificis honoravit. ibid.

787. Hoc anno Karlus rex Francorum placitum suum habuit ad Ingilinhaim, ibique[52] Dassilo, dux Boioariorum, honore ablato clericus factus et ad Gemeticum ductus. In ipso anno Remigius et Bernehardus[53] defuncti sunt. 788.

788. Hoc anno Karlus rex, transiens per Saxoniam, abiit in Winidos, gentem paganissimam, tempore aestivo, et ex eis magna multitudine absque ullo gravi praelio superata, cum pace rediit ad propria. 789.

789. Hoc anno Karlus rex placitum habuit in Wormatia tempore aestivo absque ullo itinere generali. Praeter supradicto conventu omnes Francos ad propria redire concessit. Nam fuerunt in illo conventu filii eius, scilicet Pippinus rex Langobardorum et Lodoicus rex Aequitaniorum cum subditis sibi populis atque exercitibus. 790.

a) *verba* et — obiit *in ann. Lauresh. sequuntur verba* reversi sunt. b) *quaedam adiecta in Lauresh. omissa sunt.* c) et quod — interissent *desunt in ann. Laur.* d) *leg.* Heresburg.

48) frater Chrothgangi, primus abbas Laureshamensis. 49) Sancti Dionysii et archicapellanus. 50) Traiecti inferioris. 51) Laureshamensis a. 779 electus, Gundolando a. 778 defuncto successerat. 52) rectius apud S. Gawarium; v. A. Naz. continuatos. 53) Karoli Martelli filii. P.

791. Anno incarnationis dominicae 790. Hoc anno palacium regale in Wormatia ex parte igne crematum est. Et eodem anno praefatus Karlus rex fuit in Hunia circa tempus autumni, et eandem provinciam ex[a] magna parte vastatam, non tamen ex integro subactam[54] eo ipso anno ad propria rediit, atque in civitate quae Reganesbrug[b] dicitur, usque ad innovationem anni, id est usque ad nativitatem Domini quietus resedit.

792. 791. Hoc anno Karlus, postquam anno preterito de Pannonia reversus est, in ipsa civitate Reganesburg resedit per totum anni spacium, id est de nativitate usque ad nativitatem Domini. Ibique eodem[55] exercitus Francorum tempore aestivo more solito convenit, excepto, quod quaedam pars exercitus eius, quae per Frisones et Saxones navigio venire debuit, ab eisdem decepta est gentibus et magna ex parte perempta; quique etiam caede peracta rursum pagani effecti sunt. Ipsoque anno tempore autumni eiusdem regis primogenitus filius nomine Pippinus, ex concubina eius Himiltrude natus, in tanto scelere inventus est, ut regnum sibi patris, patrem et fratrem occidendo, fraude subripere deliberaret. Cui quam plures ex nobilissimis iuvenibus seu senioribus Francorum sociati, ab eodem rege reperti atque alii suspensi, alii decollati, alii flagellati atque exiliati sunt. Caepit autem eodem anno statim tempore messis tanta famis esse, quae qualiter, vel quousque excreverit, sequentis anni describit ordo.

793. 792. Hoc anno isdem Karlus rex in praefata urbe nativitatem Domini celebrata[56] totum pene sequente anno ibidem resedit, excepto quod circa tempus autumni ad quendam aquaeductum, quem inter Danuvium fluvium et Radantiam alveum facere caeperat, secessit[c] ibique praefato operi sedulus insistens, partem huius anni que supererat pene perstetit; praeter quod paucis diebus ante natale Domini ad Sanctum Kilianum[57] praefatum opus imperfectum derelinquens advenit ibique eandem natalem Domini cum fine huius anni et initio alterius celebravit. Famis vero, quae anno priori caepit, in tantum excrevit, ut non solum alias immundicias, verum etiam, peccatis nostris exigentibus, ut homines homines, fratres fratres ac matres filios comedere coegit. Ostensa autem eodem anno in ipso regno per diversa loca verno tempore falsa annona per campos et silvas atque paludes innumera multitudo, quam videre et tangere poterant[d], sed comedere nullus. Sarraceni quoque de Spania prorumpentes[e] strages nostrorum fecerunt.

794. 793. Hoc anno Karlus prima die eiusdem anni ad Sanctum Kilianum celebravit. Deinde ad Franconofrud statim veniens ibique usque ad autumnum tempus resedit. Ibi Kalendis Iunii sinodum congregavit de adoptione Christi et de imaginibus adorandis[58]. Ibique Fastrada moritur. Rex vero perrexit in Saxonia tempore autumni, a quibus dexteris acceptis mox rediit, atque ad Aquis veniens ibi usque ad finem anni permansit. Fuit eo anno siccitas magna, sed tamen largiente Deo et abundantia bona.

795. 794. Hoc anno praefatus rex in ipsa villa Aquis nativitate Domini celebrata, in eadem continue usque ad mensem Iulium quietus resedit. Postea vero autumni tempore iterum in Saxonia profectus, eandem provinciam usque prope Albiam pervagans non modicam quantitatem nobilium atque ignobilium gentis illius secum adduxit. Deinde ad Aquis rediit, ibique usque ad finem huius anni quietus permansit et absque ullo praelio rebus prospere gestis, excepto quod Sclavorum rex, qui ad eius auxilium venerat, a Saxonibus per insidias occisus est.

796. 795. Hoc anno in principio anni Adrianus papa obiit, cui Leo in regimine successit[59]. Rex vero Karlus in eadem villa Aquis nativitatem Domini celebratam[f] ibi usque ad mensem Iunium quietus permansit. Inde autem in Saxoniam pergens eamque latius vastando peragrans, iterum prospere tempore autumni ad Aquis venit et usque ad terminum praesentis anni tranquillus resedit.

a) et *cod. librarius Carolingico scribendi genere seductus.* b) Reganesburg *scribendum videtur, ut infra.* c) secersit *cod.* d) tangere non poterant *cod.* e) prorupentes *cod.* f) *ita cod. cf. a.* 790 et eandem provinciam ex m. p. vastatam, non tamen ex i. subactam; *a.* 792. in pr. urbe nativitatem D. celebrata *alia; unde nil in his mutandum perspicitur.*

54) V. infra ad a. 795. 55) *anno* scilicet. 56) V. infra ad a. 795. 57) Sancti Kiliani ecclesia Wirciburgi est. 58) V. capitulare Franconofurdense Mon. Legg. I. p. 71. §. 12 a Baluzio contra codicum auctoritatem resectos. 59) Adrianus mortuus a. 795 Dec. 25. Leo tertius electus est anno 795 Dec. 26, h. e. a. 796, quem noster annalista cum nativitate Domini incepit.

796. Hoc anno aestivo tempore iterum isdem Carlus abiit in Saxoniam et pertransivit 797. eam usque ad mare in loco qui dicitur Hadaloh. Inde vero reversus ad Aquis palacium et inde iterum eodem anno tempore autumni porrexit[a] in Saxoniam usque ad locum quendam, cui nomen imposuit Niwi Haristalli, ibique usque ad terminum eiusdem anni permansit.

797. Anno incarnationis dominicae 797. Hoc anno in supradicto loco isdem rex 798. tamdiu resedit, quousque aestivo tempore iterum progressus ad locum qui dicitur Bardanwih, deinde rursum tempore autumni reverteretur ad Aquis atque ibi finem eiusdem anni expectando tranquillus resedit.

a) *ita pro* perrexit *cod.*

# ANNALES S. PAULI VIRDUNENSIS.

*Exscripsit eos Waitzius noster ex codice olim Sancti Pauli in suburbio Virdunensi, iam vero bibliothecae Virdunensis N.* 36. *in folio membranaceo saeculi XIII, ubi fol.* 113' *et* 114 *habentur. Codex ante eos quaedam Laurentii de Leodio, Einhardi vitam Karoli, Sigebertum cum continuatione Anselmi, et post annales nostros inde a fol.* 116 *Bertarii gesta episcoporum Virdunensium et Laurentium de Leodio complectitur*[1]. *Annales transscriptos fuisse patet ex codice aliquo antiquiore, corruptis nonnullis annorum numeris, quos levi opera restitui. Monasterium sancti Pauli a.* 1131. *regulam Praemonstratensium suscepit.*

Anno Domini 908. regnante Henrico Saxone, Ungari egressi, Alemanniam, Franciam vastabant et incendebant. Tandem apud Augustam magna cede occidebantur ab Octone rege, filio Henrici regis iam defuncti.

Anno 973[a]. Otto rex et sanctus Ulricus obiit. Postea Otto admodum puer, cuius tempore Albertus de Braga a Bruzis[b] martirizatur.

1002. regnavit Henricus. Hoc tempore viguit Willigis. Hic Henricus rex constituit episcopium Babinbergense. Brun[c] episcopus a Bruzis manibus et pedibus abscisis passus est.

1020. terre motus factus est magnus, quo tempore Henricus rex Novam Troiam fecit.

1024.

1039[d]. Henricus pius constitutus rex, magnam pacem fecit. Rome tres papas deposuit, et ipse Suidegerum episcopum Babinbergensem papam fecit.

1056. magna cedes christianorum facta est a barbaris qui Liuci vocantur.

1065. Cuno Treverorum episcopus martirizatur[e].

1066. cometes[f] visus est. Anglia Nortmannis subditur.

1075. bellum iuxta Unstrut committitur.

1076. Wormatie concilium habetur.

1077. Rodolfus rex constituitur.

1078. bellum fit inter duos reges Henricum et Rodolphum, et Rodolfus occiditur.

1081. Henricus rex Romam obsidet.

1082. Hermannus invasit regnum.

1083. Roma capta est ab Henrico rege quarto anno rege revertente. Augusta obsidetur.

1085. Saxones vastat.

1087. Werceburch a Saxonibus capitur.

1088. inperator requisivit Werceburch, et bellum erat iuxta Glico.

1090. Metilt de Longobardia imperatori restitit.

1091. pestilentia magna.

a) DCCCCXXV *codex, quod correximus.* b) ab ruzis *et ita infra c.* c) branc *c.* d) MXXVIIII *c.* e) matirizatur *c.* f) comet . . *c.*

1) Vide Annales nostros T. VIII. p. 446.

1095. grisei monachi ceperunt in Cisterch.

1096. innumerabilis exercitus ivit Iherusalem et cepit eam, et de Iudeis multi sunt occisi, multi baptizati.

1113. bellum inter regem Henricum V et Saxonum principes.

1115. bellum apud Welfelzozt. Norpertus predicavit. Hic cepit ordo Prèmonstratensium.

1125. Lotharius rex constituitur.

1127. Cunrardus regnum invasit, unde excommunicatus est ipse et frater eius dux Fridericus[a].

1130. duo pape positi sunt, Gregorius et Petrus Leonis.

1131. in concilio Leodiensi Innocentius[b] papa Petrum Leonis excommunicavit.

1134. Norpertus episcopus obiit.

1147.[c] rex Cunradus Nurinberch habita curia decrevit ire Iherusalem et multi cum eo, ut Roas civitatem requirerent, quam pagani in nocte nativitatis Domini ceperant, et de christianis multos occiderant. In quo itinere annumerata sunt 650 milia, quorum maxima pars periit fame et sagittis, quia rex Grecorum subdole per devia eos duxit in mortem itinere 18 dierum. Rex cum paucis Constantinopolim[d] rediit. Huius expeditionis Bernardus Clarewallensis abbas auctor extitit.

1151. dux Fridericus electione omnium principum in regem Aquisgrani consecratur.

1152. rex Fridericus habuit primam curiam Merseburch, ubi duces[e] Danos reconciliavit, et ibi iuratur expedicio in Longobardiam fere ab omnibus principibus.

1161. Arnoldus episcopus Moguntinus in ecclesia sancti Iacobi occiditur ferro et igne.

1183. Symon comes obiit.

1184. Henricus rex arma recepit Moguntie in insula. Eodem anno 5 comites in Erfurt mersi in cloaca, rupto pavimento aule, et plures cum illis.

1186. rex Henricus celebravit nuptias Mediolani cum Constantia, filia fratris Ruzgeri de Sicilia.

1187. Salatinus de Alapia pugnavit cum Ierosolimitanis 4. die Iulii, et capta est sancta crux, et rex Wido et templarius et de aliis maioribus mille 200, occisus Zenodoxius et 30 milia et duo pontifices, et Regenaldus princeps Crati, et capta est Nazareht, Caiphas, Aschalon, Iope, Sebastea, Acon, Litta, Ramatha, Neapolis, Ebron, Ellon, Accaron, Sydon, Thoron, et Ierusalem posita est sub tributo.

1188. suscepta cruce ab imperatore et aliis innumerabilibus inchoata est expedicio Iherosolimitana.

1189. factus est terre motus 2. Kal. Marcii.

1190. Albertus Leodicensis episcopus occisus est Remis.

1191. Ricardus rex Anglie captus est.

1194. Henricus imperator subiugavit sibi regnum Sicilie, et captivavit episcopos, comites, et Margaritam, et complures nobiles et reginam eiusdem regni, et eosdem preter episcopos et reginam iussit cecari.

1195. rursus inchoata est expedicio Ierosolimitana a Cunrardo Moguntino, Madeburgensi archiepiscopo, palatino Reni, lantgravio Turingie, et aliis multis nobilibus.

1197. Henricus imperator rex Sicilie, dux Calabrie obiit apud Messin. Eodem anno fames invaluit, ut maldrum 20 solidis comparetur. Eodem anno Symon comes de Salbruk[2] obiit.

1198. duo reges electi sunt, Otto et Philippus, et werra inter eos diu duravit.

1209. Philippus rex occisus est a palatino de Witeliesbach, et Otto secundo in regem promotus est a principibus.

1210. Otto rex ivit Romam, et factus est imperator.

1213. bellum fuit inter christianos et paganos qui ad auxilium venerant Abiosois[f] in aperto campo; set Deo christianis auxilium ferente, victoriam obtinuerunt christiani, occisis de paganis 100 milibus, cum vix 300 christiani occubuerint, in die sanctorum Aurei et Iustine. Eodem anno Fridericus rex Apulie, filius Henrici imperatoris, venit de Apulia, et assensu pape et principum electus est in regem, eo quod excommunicatus Otto a domino papa sit.

a) fredericus *corr.* frid. *c.* b) *post superscr.* Gregorius *c.* c) MCXXXVII *c.* d) constanter *codex.* e) *ita corrigo;* duos *c.* f) *corr.* Albigiosis *et in marg.* Albigiensibus vel Albigiosis *c.*

2) Symon II. comes de Sarbrück.

1215. Fridericus Aquisgrani consecratus est in regem, et celebratum est concilium Rome Kalendas Novembris eodem anno a domino papa Innocentio, ad quod convocavit archiepiscopos episcopos abbates fere tocius christianitatis.

---

Anno[a] Domini 1249. in festo beati Urbani pape positus fuit primus lapis in fundamento nove ecclesie a venerabili viro bone memorie Virdunensi electo, sub domno Girardo ipsius
3 ecclesie abbate[3], Conone priore, Goscelone preposito.

---

Anno[b] Domini 1419. in mense Marcii incepta fuit nova domus in vico sancti Pauli
4 per venerabilem virum Habrandum de Membris[4] istius loci abbatem.

a) *haec leguntur fol.* 5. b) *haec manu saeculi XV. scripta sunt.*

3) abbas fuit annis 1235—1267. 4) Habrandus de Mambres audit in Gallia christiana.

# ANNALES AQUICINCTINI.

*Habentur in codice olim Sancti Salvatoris Aquicinctini, iam bibliothecae publicae civitatis vicinae Duacensis illato, et numero* 825 *signato membranaceo in folio minori saeculi XII. ubi eos Cl. Bethmannus post martyrologium et lectionarium saeculi XII. et regulam sancti Benedicti saeculo XIV. exaratam, una cum necrologio saeculi XII. repertos exscripsit. Cycli paschales, quorum ad marginem leguntur, quinque paginas explent, et inde a fundatione coenobii anno* 1079. *usque ad a.* 1273, *alia manu ad a.* 1291. *producti sunt. Annales usque ad a.* 1147. *et notas antiquiores necrologii una eademque manu pulchre scriptos esse Bethmannus refert, unde scribam antiquiores cyclos et necrologium prae manibus habuisse efficitur. Reliqua diversis scriptoribus debentur, qui decursu temporis res notatu dignas prout evenerant calamo commiserunt, ita ut nonnumquam uno eodemque anno duas manus distinguas. Codex per complura saecula manibus tritus et lectu difficilis redditus, saeculo XVI. aliquot in locis restitui coeptus est; margines etiam annorum post a.* 1147. *plus minusve abscisi coniecturis locum dant, quarum quas Bethmanno debemus uncis inclusimus. Annales isti in Sigeberti auctarium et continuationem Aquicinctinam manaverunt, prout Bethmannus in utriusque editione tomo Scriptorum VI. indicavit; et annales a.* 1221—1234 *quoque in continuatione Aquicinctina posteriore usque ad a.* 1288. *producta transscriptos esse notavit.*

1079. hoc anno, die Novembris ultimo, cepit Aquicinensis congregatio.

1080. Alardus primus abbas huic congregationi est institutus.

1081. aecclesiola prima Aquicinensis combusta est igni, quae ex virgultis et carecto fuerat constructa.

1086. [Dedicatio aecclesiae secundae Aquicinensis in honore sancti Salvatoris[a].]

1087. obiit domnus Alardus noster primus abbas[1]; successit Alelmus.

1088. obiit domnus Alelmus secundus noster abbas[2]; successit domnus Haimericus.

1090. domnus Gelduinus, noster quartus abbas, in reclusionem intravit.

1092. obiit Gerardus secundus, episcopus Cameracensis, huius aecclesiae adiutor et fundator, decimo sexto episcopatus anno.

1093. obiit Hugo decanus Cameracensis, unus ex fundatoribus huius aecclesiae.

1094. obiit Sigerus huius inceptor aecclesiae. Aecclesia Hesdiniensis incepta est.

1095. synodus magna Urbani papae in Clarmonte.

1096. via Iherusolimitana exorta.

1099. Iherusalem a christianis capta Idibus Iulii, sexta feria.

1100. allatio brachii sancti Georgii 12. Kal. Iulii, a comite Roberto[b].

1102. obiit domnus Haimericus abbas tercius[3]; successit Gelduinus. Imperator[c] Hen- 3
ricus Flandriam invasit.

a) *haec manus saec. XII. ex. scripsit in rasura; quid primo fuerit non iam liquet.* b) *post haec linea erasa.* c) H. F. i. *lacunam expleturus addidi.*

1) *die* 1. *Aug.* Necrol. Aquic. 2) *die* 5. *Sept.* Necr. Aquic. 3) *die* 19. *Oct.* Necr. Aquic.

1106. Henricus imperator obiit; successit filius[a] eius Henricus V. Visa est cometa mense Februario.

1107. imperator apud[b] Duacum cum exercitu venit.

1109. domnus abbas Gelduinus dimisit abbatiam, et successit ei Robertus quintus abbas.

4 1111. Robertus abbas depositus est, et successit ei Alvisus sextus, postea episcopus Atrabatensis. Dedicatio aecclesiae sancti Georgii Hesdiniensis[4]. Obitus Roberti comitis iunioris[5].

1113. obiit Odo Cameracensis episcopus[6], et sepultus est in medio basilicae nostrae, et successit Burcardus episcopus.

1114. concilium Belvacense.

1115. obiit[6'] Lambertus episcopus Atrebatensis, et successit Robertus archidiaconus eius.

1118. obiit Paschalis secundus papa, et successit Gelasius, qui et Iohannes Gaditanus[c].

1119. obiit Balduinus comes iunior, et Gelasius papa.

1120. concilium magnum Remense, quod celebravit Calixtus papa successor Gelasii, qui et Wido episcopus Viennensis.

7 1123. obiit domnus Gelduinus quondam noster quartus abbas[7], in reclusione apud Angliam. Concilium apud Romam, in quo pax inter papam et imperatorem confirmatur.

1124. obiit Calixtus papa, et successit Honorius papa.

1127. Karolus comes Flandriae interficitur apud Brugias in ecclesia sancti Donatiani ante altare; cuius mortem Deus horribiliter vindicavit.

1129. obiit Burcardus episcopus Cameracensis.

1130. apud Aquicinctum dedicatur imago sanctae Mariae a domno Roberto episcopo Atrebatensi Idus Iunii; in qua reconditae sunt reliquiae sanctorum Nerei, Achillei et Pandarati, sanctique Clementis et sancti Gordanii, et sanctae Margaretae, et Ionae prophetae, et sanctorum innocentum, et de sepulchro Domini.

8 1133. obiit domnus Robertus episcopus Atrebatensis[8], et successit ei domnus Alvisus magne religionis, noster sextus abbas. Huic successit in abbatia domnus Gozwinus septimus.

1135. obiit Henricus rex Angliae, filius regis Willelmi . . . . . . . . . . . . . . . . .[d]

1136. ecclesia sancti Vedasti combusta est . . . . . . . . lesis.

1137. obiit Ludowicus rex Francorum, filius Philippi regis.

1143. obiit Innocentius papa, qui et Gregorius, sub quo sancta aecclesia magnis dissensionibus plurimum turbata fuit. Successit ei Celestinus qui et Wido.

1145. vis ventorum[e] vehementissima turres monasterii deiecit . . . . . . . .

1147. obiit domnus Alvisus Attrebatensis episcopus, huius Aquicinensis aecclesiae sextus abbas[f] [9].

1151. Godescalcus ordinatur Atrebatensis episcopus.

1153. Hoc anno sanctus Bernardus Clarevallensis abbas ex hoc mundo migravit a[d Dominum].

1164. obiit mater Phillippi comitis Flandrie que . . . .

1165. Hoc anno obiit Sibbilla comitissa Flandrie apud[g] Sanctum Lazarum[g].

1166. obiit domnus Gozvinus praeclari nominis et eximiae religionis abbas[10], cuius temporibus ecclesia Aquicinensis, quam Dei providentia annis 35 strenuissime rexit, tam in religione divina quam in possessione rerum temporalium admodum crevit. Cui successit Alexander.

11 1174. obiit Alexander noster octavus abbas[11]; successit ei domnus Symon noster nonus abbas, ab eo susceptus in monachum.

a) *reliqua supplevi; c.* . . . . . . . Vi . . e . . com . . apu. b) *reliqua supplevi; c.* d . . . . . c) *lege* Gaietanus. d) *linea erasa.* e) *ita supplevi; codex:* Vis . . . . . . . . . . mentissima turres . . o. n . . . . . f) *hic desinit prima quae omnia hucusque scripsit manus; sequentia quot annis gesta, tot et vicibus et fere manibus conscripta sunt; sed margine conciso iam mutilata.* BETHMANN. g) *suppleta in lacuna; cf. Sigeberti auctarium Aquicinense.*

4) Hesdin. 5) *d.* 5. *Oct.* Necr. Aquic. 6) *d.* 19. *Iun.* Necr. Aquic. 6') a. 1114, 1115, 1118, 1119, 1123, 1127. cf. Continuationes Sigeberti Atrebatensem et Laudunensem. 7) *d.* 4. *Iul.* Necr. Aquic. 8) *d.* 22. *Apr.* Necr. Aquic. 9) *d.* 6. *Sept.* Necr. Aquic. 10) *d.* 9. *Oct.* Necr. Aquic. 11) *d.* 21. *Apr.* Necr. Aquic.

1179. Hoc anno Philippus puer, filius Ludovici, sublimatur.

1180. obiit Ludovicus rex, pater eius.

1181. Hoc anno iacta sunt fundamenta ecclesiae [maio]ris Aquicincti, deiecta alia, quae a funda[tione] centum duraverat annis. Inchoatum est a[utem opus] anno septimo domni Symonis abbatis, simul Balduino comite Hainoensi primum lapi[dem cum ma]gna exultatione ponente et decimam de.... ipsi ecclesiae contradente. Quod donum con[firmavit] filius eius Balduinus, quem genuerat ex Mar[ia filia] Philippi comitis Flandriae.

1187. Iherusalem a paganis capitur.

1191. obiit Philippus comes inclitus Flandriae[12] sepultus in ecclesia sancti Nicolai 12
foris murum Achre[a] . . . . . . . . .

1192. Iacobus de Avesnis, miles egregius et uni de Macabeis comparandus, in bello a Sarracenis marthirizatur.

1193. obiit Ricardus sancte memorie conversus, postea monachum professus Aquicincti, et in eadem ecclesia maiori sepultus. Huius viri mira fuit cibi et potus abstinentia, lectus durus aut nullus, vestis abiecta, et compassio erga pauperes et monachos claustrales eximia.

1196. obiit Iohannes Cameracensis episcopus, de Atrebato.

1198. venerabilis Fulco presbiter predicat verbum Dei et multos languidos sanat.

1201. obiit domnus Symon, noster nonus abbas, 4. Kal. Maii[13]; quo die revolutis 27 annis benedictus fuit in abbatem. Cui successit domnus Adam decimus.

1203. monachi primo intraverunt in magnam ecclesiam, dominica in palmis.

1204. obiit Adam noster decimus abbas[14]; cui successit domnus Willelmus undecimus 14
abbas.

1208. domnus Willelmus abbas noster undecimus, abbas Sancti Amandi efficitur. Cui successit domnus Symon abbas duodecimus; qui non multo post omnes veteres officinas deposuit et his . . s magnas edificationes et chori sedes incomparabiles construxit, decimasque et redditus plurimos acquisivit.

1212. Fernandus de Portugalli accepit comitissam Flandrie et Hainonie.

1213. domnus Symon abbas duodecimus cepit edificare claustrum et omnia edificia utrinque claustro coherentia. Grande bellum inter Francos et Flandrenses, in quo Franci victores fuerunt[b] . . . . . . . . . . .

1216. Ludovicus primogenitus regis Francie Angliam intravit, Lundoniam[c] cepit et multa castella. Sed ex consilio[d] domni pape omnia que adquisierat reliquit et in Franciam repatriavit.

1218. monachi intraverunt primo in novum chorum, vigilia natalis Domini. cum episcopo Ambianensi Evrardo.

1219. Honorius papa III. dilectum filium suum Symonem abbatem Aquicinctensem duodecimum salutat, cumque mitra et anulo optimisque privilegiis et dignitatibus honorat, etiam . . . virorum bonorum relatu plurimum diligit et commendat[e].

1222. Anno Domini 1222. iacta sunt fundamenta ecclesie sancte Marie, scilicet 14. Kal. Maii feria 2.

1227. dedicata est ecclesia sancte Marie Aquicinensis.

1234. Hoc anno obiit domnus Symon pie memorie duodecimus abbas[15], cui successit domnus Willelmus.

1237. Hoc anno Iohanna Flandrie et Hainonie [comitissa] contraxit matrimonium cum viro n[obili Thoma] fratre comitis Sabaudie, avunculo reginarum Francie et Anglie.

1243. Hoc anno, videlicet 11. Kal. Febr. obiit pie memorie d[omnus Willelmus] noster terciusdecimus abbas[16], vir per omnia laudabilis; per cuius prudentem provid[entiam pro- 16
videntemque] prudentiam in spiritualibus et temporalibus adaucta est nostra Aquicinctensis ecclesia[f] decenter tam in capite quam in menbris, videlicet in possessionibus, redditibus[g],

a) *ita restituere conatus sum ope Continuationis Sigeberti Aquicinctinae; codex:* Obiit Philippus . . . . incli . . . . d fra . . . b) *post haec erasae duae lineae; quae suppleri possunt e continuatione Sigeberti Aquicinctina. BETHM.* c) *ita suppleo;* . . . . iam c. d) *ita suppleo;* S . . . . . ilio *codex.* e) *ita manus saec. XVI. hunc annum restauravit in vestigiis litterarum quae fere evanuerunt; an semper recte, non iam liquet. BETHM.* f) ecclesia dec *suppleo; lacuna.* g) red *suppleo, lacuna.*

12) *die* 1. *Iun.* Necr. Aquic. 13) Idem dies legitur in Necrol. Aquic. 14) *die* 27. *Iul.* Necr. Aquic. 15) *die* 13. *Apr.* Necr. Aquic. 16) *die* 20. *Ian.* Necr. Aquic.

homagiis nobilium, campanariis decentibus, cum cinib . . . . tibus nec non et librorum copia, cum lavatoriis sumptuosis, grangiis copiosis tam in Aquicincto quam prioratibus et curtibus. Insuper . . . . . . . cis ad decus et decorem domus Domini, cuius decorem cum propheta David dilexit magnopere[a] per ipsius sollertiam et studium, non sine magnis custibus ac expensis. Cuius[b] innumera erga nos et etiam extraneos beneficia longum est et quasi impossibile[c] penitus enumerare; ne, dum vera dicimus, fastidiosas nenias et plane incredibilia[d] posteris intexere videamur. Prefuit autem huic Aquicin[ctensi coenobio] viriliter et strenue annis 10, mensibus 9, diebus . . . . Successit vir venerabilis domnus Iacobus de Bethunia a re[verendissimo] domno Symone abbate nostro duodecimo susceptus in monachum.

1250. Anno Domini 1250. consecrata est maior ecclesia [Aquicinctensis] sancti Salvatoris et beate Marie virginis et . . . . . . a venerabili viro domno Petro Albanensi episcopo [apostolicae sedis] tunc in Alemannia legato. Et eodem anno [obiit pie] memorie domnus Iacobus noster 14. abbas; [cui successit] domnus Willelmus vir per omnia laudabilis, tunc [prepo]situs Aquicinctensis.

1259. Hoc anno, videlicet 4. Idus Septbr. allate sunt sancte reliquie a viro nobili domno Gerardo milite, caput scilicet beati prothomartiris Stephani et gloriose virginis Mariae. Que honorifice . . . . . virorum venerabilium domni Bernardi Ambianensis episcopi [et domni Willelmi] abbatis Aquicinctensis 15. cum toto conventu . . . . . induto sunt suscepta, . . . . . . maxim[a comi]tante catherva, anno Domini [1259].

1262. Hoc anno, videlicet 1262, obiit Thom . . . . . . . .

1266. Hoc . . . . . . . . . . . . . Aquicinct . . . . . . . 60 . . . . 3.

1273. Hoc anno . . . . . . . . . . . . . . . successit . . . . . . .

1274. Hoc anno celebratum est concilium apud Lugdunum a beatissimo papa Gregorio.

17 1279. Hoc anno obiit Margareta Flandrie et H[aynoie comitissa][17].

a) ilexit magno *ita expleo lacunam.* b) expensis. Cuius *ita expleo lacunam.* c) asi impossibile *ita expleo lacunam.* d) plane incre *ita expleo lacunam.*

17) *die* 10. *Febr.* Necr. Aquic.

# ANNALES
# S. QUINTINI VEROMANDENSIS.

*Excepi hosce annales ex cod. Vaticano* 645 *membr. quarto saec. IX. ex. apud Sanctum Quintinum exarato. Legitur ibi inter alia Bedae opera cyclus decennovennalis usque ad a.* 1025. *exaratus una manu continua, quae et in margine nomina sola imperatorum usque ad Carolum Magnum adiecit. Alia manus s. IX. notulas apposuit margini a.* 793. 844. *Tertia s. XI. annis* 950. 981. 984. *Quarta calamo continuo ea quae vulgari litterarum forma expressimus, annis* 813. 826. 840. 883—942. 945. 946. 954. 963. 965 *apposuit in margine summo atque imo, signis variis indicans ad quemnam annum pertineant singula; e quibus plura interciderunt culpa bibliopegae iam abscisa. Quinta et ipsa continuo calamo reliqua quae litteris inclinatis expressimus a.* 936. 942. 943. 972—979. 982. *et postea a.* 986. 987. *tum* 988. 989. *Sexta denique unum annum* 994.

*BETHMANN.*

793. Fames valida.

813. Hoc anno cepta est fieri aecclesia sancti Quintini.

826. Hoc anno perfecta est.

840. Hoc anno corpus sancti Cassiani allatum est in ecclesia sancti Quintini.

844. Hugo obiit abba[1].

883. Hoc anno ecclesia sancti Quintini a paganis incensa est.

893. . . . . . . . . . .

898. Hoc anno Odo rex obiit.

901. Hoc anno Wiboldus odore et fumo incendii moritur.

903. Hoc anno mense Augusto stellae de caelo per noctem visae sunt decidisse.

908. Hoc anno apud civitatem Carnotum Normani prostrati sunt a Rotberto et Ricardo.

913. Hoc anno gelu maximum. Hungarii[a] Rhenum[a] transierunt et usque Burgundiam pervenerunt.

920. Hoc anno Franci simulantes regem Karolum honore regio privari propter quemdam Haganonem nomine, ratione sunt repressi, unde rex duo regna sibi pacata ire disposuit ultra . . .

922. Rotbertus rex obiit.

923. Hoc anno in bello Suessonico Rotbertus rex perimitur, et ipso anno captus est Karolus.

931. . . . . . . . . . . . .

936. . . . . . . . . . . . . . mo Ludovicus Franciam venit. *Rodulfus rex moritur.*

937. Hoc anno Hugo et Heribertus pacificati sunt. Hungrique Franciam vastaverunt.

940. Lotharius rex nascitur.

942. Hoc anno ecclesia sancti Quintini a Gisone custode reedificata est. *Fames. Odo abbas moritur.*

a) H. R. *ita lacuna explenda videtur a Bethmanno notata.*

1) filius Hludovici Pii.

943. *Willelmus occiditur.*
945. Hoc anno mense Iulio Hludovicus rex a paganis captus est.
946. Hoc anno Heribertus comes obiit.
950. A d v e n t u s   m o n a c h o r u m   H u m o l a r i a e.
954. Hoc anno Hungri Franciam vastant . . . . . . . .
2 963. Hoc anno catervula monachorum in Insula[2] constituta est.
965. Hoc anno dimidia pars castri Sancti Quintini incensa est.
972. [a] . . . . . . . *Quintini in Insula dedicatur.*
976. *Rorico presul moritur.*
977. *Hadulfus episcopus obiit.*
978. *Otto imperator Laudunensem pagum vastat.*
979. *Leudulfus episcopus ordinatur.*
981. . . s e l m u s   c u s t o s   o b i i t.
982. *Abbas Bernerus obiit.*
984. H o c   a n n o   m a i o r   p a r s   c a s t r i   S a n c t i   Q u i n t i n i   i n c e n s a   e s t.
986. *Hoc anno obiit Lotharius rex.*
987. *Hoc anno obiit Lhodovicus rex.*
988. *Hoc anno Karolus Laudunum ingreditur.*
989. *Abbas Berlandus obiit.*
994. Hoc anno festivitate sanctorum Rufini et Valerii **dedit Lantbertus noster advocatus domno abbati Arnoldo et monachis eius procintum de Inciaco, tali tenore, ut usque ad decem annos nichil de eo acciperet, nec ullus servorum eius.**

a) *fortasse* Ecclesia sancti.

2) Ryssel, Lille.

# LAMBERTI WATERLOS

# ANNALES CAMERACENSES.

*Lambertus, prout ipse refert, anno* 1108. *in loco Netteheim pagi Tornacensis parentibus nobilibus editus, octennis a Conone cardinali insignia clericatus cum confirmatione chrismatis suscepit et Atrebatum legendi causa venit; biennio post Cameracum adiit, ubi anno aetatis undecimo, avunculo abbate Sancti Eligii petente, in ecclesia S. Autberti canonicus regularis factus est. Anno* 1121 *acolythus, a.* 1122 *subdiaconus, a.* 1124 *diaconus, a.* 1139 *a Nicolao episcopo presbyter consecratus est et primam missam de sancto Lamberto episcopo celebravit. Anno* 1145 *matre Gisla defuncta, aliquot mensibus parrochiae rurali praefuit, a.* 1147 *camerarius coenobii sui constitutus est. Postquam in vita Autberti, patris monasterii sui, scribendi periculum fecit, anno* 1152 *aetatis suae quadragesimo quinto, ut ipse tradit, historiae componendae se addixit. Qua in re tum annalibus, Sigeberto scilicet cum eius continuatoribus schedulisque quibusdam, tum relationibus virorum veridicorum et memoriae propriae confisus, librum carmine dictavit*[1], *trochaico ut videtur, cuius hinc inde vestigia extant. Sigeberti et continuatorum eius codice usus est, prout Bethmannus observat, antiquissimo Aquicinctino (B), cuius ad normam opus instruxit, annis tamen uno numero diversis. Praefatio quam libro praefixit duplex periit; exposuit in ea operis consilium, et annis* 1149, 1168, 1169 *quaedam in ea dicta refert. Annum a Kalendis Ianuarii incipere videtur*[2]. *Liber res ante annum* 1150. *gestas in universum brevius quidem perstringit, sed ea quoque parte Cameracensia dilucide et fideliter refert, dum annis* 1150—1170. *non solum res publicas imperii Romani, Lotharingiae, Cameraci praecipue et sua ipsius fata tam prospera quam adversa, tum vero res Galliae et Angliae narratione amplissima nec raro profusiore quam oporteat explicat. Clericus Sancti Autberti tempore schismatis et discordiae Friderico imperatori et imperio adhaeret, metropolitani Remensis contra Coloniensem, episcopi Cameracensis contra commune civitatis partes tuetur. Narrationem eius inde ab a.* 1150. *inter res ipsas quotannis stilo mandatam*[3], *plurimum commendaveris; et licet auctor annis* 1153—1157, 1160—1164. *et sequentibus in obedientiis Wahenchort, Otviler et Borteriis constitutus rure saepe deguisse videatur, intento tamen oculo historiam sui temporis secutus est. Scripsit haud sine iussu Gualteri abbatis sui, quo auctore Nicolai episcopi et Theoderici Flandrensis comitis lites libro inseruit*[4],

1) Ita ipse ad a. 1152, quod Bethmannus de versibus libro insertis intelligit. 2) Nam elevationem Karoli Magni 4. Kal. Ianuarii peractam anno 1165. et eclipsin solis d. 26. Ianuarii recte anno 1153. adsignat; quare non dici potest, eum annum a d. 25. Martii vel paschate incipere, ut Brial vult. 3) Cf. a. 1160. quae de schismate dicit; ultima anni 1162. verba de Nicolao episcopo postea addita sunt; dedicationem ecclesiae a. 1164. ipsa die festivitatis adnotavit. 4) a. 1153.

*et quum ipse genere et dignitate polleret, et Nicolao episcopo haud ingratus fuisse videatur, qui Friderico imperatori e. g. in curia Bisuntina adstitit, res quoque imperii bene doctus retulit. Quem ad terminum usque Lambertus annales produxerit ignoramus*[5]*; gravis morbus quo a.* 1169 *et* 1170. *correptus fuerat, finem vitae accelerasse vel praecessisse videri potest, et opus ipsum vel saeculo XVIII. ante turbas Galliae in bibliotheca Sancti Autberti Cameracensi adservatum periit, nec nisi aliquanta sui parte ex libris inde haustis restituitur.*

*Unicum quod hodie exstare novimus apographum saeculo XVII. confectum, habetur in bibliotheca imperiali Parisiensi inter schedas Baluzii, Arm. II. p.* 1. *numero* 3 (13) *signatum; constat*

1) *fol.* 300—306 *annalibus annorum* 1101—1152. *additis brevissimis annorum* 1153 *et* 1164. *excerptis manu Chesnii exaratis;*

2) *fol.* 307—323 *annalibus a.* 1152—1167*; et*

3) *fol.* 324—333 *annalibus a.* 1167—1170. *manu D. Mutte Cameracensis scriptis. Nonnullae igitur annalium partes a.* 1152, 1153, 1167. *bis leguntur.*

*Sed duplex prologus desideratur, et aliis quoque in locis textum in compendium redactum esse patet; et quum scriptura praecipue secundae partis lectu valde difficilis et mendosa sit,*

*B) editionem in Collectione scriptorum Galliae Tom. XIII.* 497 *sqq. Briali opera vulgatam in partes vocare iuvit, quippe quae adhibitis Andreae Potier historia chronographica Castelli Cameracesii, et Martini de Laleu Olla potrida, ex Lamberto nostro derivatis, confecta sit, atque nonnullis locis si non ipsa Lamberti verba, at res saltem ab eo narratas servavit. Ultimo loco paucos locos auxilio*

*P) apographi*[6] *chronicae ab Andrea Potier conscriptae, cuius lectiones V. Cl. Le Glay debemus, recognovimus.*

*Postquam igitur in itinere Gallico Bethmanni opera apographum Chesnii in usus nostros conversum est, et Bluhmius anno praeterito Parisiis reliqua duo apographa cum textu Briali diligentissime contulit, atque virorum de re nostra optime meritorum C. B. Hase et Claude opera reliquae libri lacunae expletae sunt, ad editionem novam accessimus, qua iam prima vice integer liber quantum fieri potest evulgatur.*

. . . Anno[a] 1099. 3. Idus Augusti Fulco supradictus[7] vicedominus Cameracensis civitatis ipso die in festivitate sancti Gaugerici turpi vulnere capitis occiditur. In cuius mortis vindictam filiis furiose debacchantibus plus quam sexaginta homines eadem hora in domo Isaac extinguuntur.

Aug. 11.

Sigeb. **Anno[b] Domini 1101. Conradus, filius Henrici imperatoris, adhuc patri rebellis in Italia moritur. Anno**

1102. Henricus imperator, qui a tribus viris, Gregorio, Urbano atque Paschali catholicis excommunicatus extiterat, venire volens in Flandriam, castrum quod Bolcien[8] dicitur, et illud etiam quod Sclusa[9] nuncupatur, cepit. Anno

1103. domnus Manasses[c] archiepiscopus apud Cameracum ipsemet[d] venit cum duobus episcopis, Ingelramno Lauduni, et Iohanne Morinensi, et cum pluribus personis, petitione vero tam clericorum quam laicorum, a maledictione omnes absolvit 18. Kalendas

a) Anno 1100. *Potier in SS. Gall. XIII,* 497. *ubi narratio huius anni ipso teste ex Waterlosio refertur; haec desunt in* 1.
b) Cronica incipiens a centenario secundo reiterato auctore Lamberto de Waterlos canonico regulari Sancti Autberti Cameracensis, e ms. coenob. s. Autberti Cameracensis. Anno *etc.* 1. *omissis itaque quae Lambertus ipse a.* 1152. *se praeposuisse testatur prooemiis duobus.*
c) M. dictus d'Aufrai *Potier.*
d) i. v. *ex P. addita.*

5) A. 1162. de schismate ita scribit, ut suo tempore durasse intelligatur; quodsi ad annum usque 1177. superstes fuisset, fortasse locum illum retractasset.
6) Amplectitur annos 1149—1199.
7) Initium igitur annalium desideratur.
8) Videtur esse Bouchain castrum ad Scaldim prope Cameracum.
9) Sluys.

Octobris, vigilia[a] scilicet sancti Matthaei apostoli, ecclesias reconciliavit, iussitque promitti obedientiam a clero Remensi ecclesiae. Deinde Gualcherum episcopum excommunicavit, nec enim eum tenebat pro episcopo, sed et eos qui partes eius tuebantur odio persequebatur. Mandavit etiam presbiteris diaconis et subdiaconis et omnibus qui ex parte Gualcheri stabant ut cessarent a cantu et officio, sicque Remum reversus est, relictis canonicis

fatis Cameraci. Gaucerus iterum Cameracum tristis reliquit. Ab imperatore Henrico Legiae generali conventu habito, Robertus comes Flandrensis in gratiam imperatoris recipitur. Anno Sigeb.

1104. Hierosolimitae Accaron urbem capiunt. Anno

1105. domnus Odo consecratur episcopus . . .[b] Cives iterum Gaucerum susceperunt. Hierosolimitae immensam paganorum multitudinem gloriosa victoria conterunt. Anno ibid.

1106. Henricus imperator apud Legiam excommunicatus obiit; cuius filius Henricus adhuc vivente patre atque nolente regnare coeperat. Manasses Dei gratia Remensis archiepiscopus, regularis canonicus in monasterio sancti Dionisii effectus, obiit. Gervasius vero, filius Hugonis comitis de Roistest[9], ecclesiam Remensem per manum Philippi[10] et filii eius Ludovici invasit. Anno 10

1107. Henricus rex filius Henrici excommunicati castrum quod dicitur Duacum obsedit, habens in exercitu suo ut fertur plus quam 30 milia hominum. Qui cum magno impetu praedictum castrum aggrederetur, Roberto comite cum suis viriliter resistente repulsus est. Post haec concordiam fecit cum Roberto, et sic Cameracum petiit[c]. Radulfus archiepiscopus Remensis consecratur. Domnus Odo primum Cameracum venit. Domnus papa Paschalis apud Trecas concilium celebravit, in quo Gervasium indignum esse archiepiscopatu Remensi iudicavit. Anno

1108. Philippus rex Galliae, filius Henrici regis filii Roberti regis, obiit; cui successit filius eius Ludovicus rex. ibid.

Hoc anno[d] natus sum infra terminum paschae et pentecostes. A quibus vel ex quibus progenitus sim, simpliciter quibusque legentibus aperire curabo. Nam scriptura divina dicit: *Qui ambulat simpliciter, ambulat confidenter.* Igitur nativitatis exordium in pago Tornacensi sumpsi, in villa quae nuncupatur Netehim[e]. Netehim enim interpretatur *nitens cintus*[f]. Revera per girum pratis ac silvis pulcre cingitur, quae habitatoribus suis non modica praestat solatia. Interius vero agricultura peroptima, copia lactis pomorumque ac mellis non minima; ut merito de illa fluere lacte ac melle dicatur terra. In illa quippe terra hos nempe genitores habui, concedente mihi Dei gratia: Pater quidem meus dictus est Alulfus, mater vero Gisla. Pater siquidem meus Ingebrandi militis de Watterlos[11] et Havidis 11
de Nethim filius extitit. Avia scilicet mea Havidis de Netehim fuit, de maioribus secundum seculi dignitatem totius eiusdem loci. Nam omnis illa possessio de Nethim avo meo Ingebrando ex parte sua contigit. Avus vero meus, scilicet Ingebrandus de Watterlos, fuit cognatus Evrardi de Watterlos. Iste autem Evrardus de coniuge sua Disdelde tres filios habuit: Elbodonem et Balduinum, atque alium, nomen cuius in presenti memoriae non occurrit. Elbodo vero primogenitus duxit uxorem Gossuini de Avesnes sororem, materteram scilicet Galteri Puluchet. Ingebrandus vero avus meus quatuor filios habuit, scilicet Ingebrandum, Oghot, Gummarum, Alulfum et filiam. Haec obiit innupta, unusquisque autem secundum seculi dignitatem uxores duxere. Ingelbrandus primogenitus Tornaci fuit maritatus; ante patris interitum defunctus est et omnis successio eius. Oghot vero duxit uxorem Rabodonis de Dossenen[g] sororem, nomine Gislam, de qua extitit Ewrardus miles vir potens armis et viribus. Gummarus autem accepit germanam Gummari de Samium[h], Mersendem nomine. Haec fuit neptis castellani Tornacensis. Alulfus igitur, quasi omnium ultimus, duxit filiam Radulfi de Watterlos nomine Gislam, ex qua nati sunt sex filii et quatuor filiae. Ab his ergo secundum carnem procreatus sum. Balduinus vero primogenitus eorum occisus fuit in militari acie ante Suessionum urbem. Iam quippe duxerat uxorem. Radulfus avus meus, pater scilicet matris meae, vir ditissimus fuit, consanguineus Everardo memorato, habuit . . . . . fratres[i], et decem ex illis in una die ab

a) vigilia — Cameraci *inserui ex P.* b) Tornacum se contulit, ibidem synodum habuit et sacros ordines dedit, et post haec Aquicinctum venit, in quo monasterio per quinque annos commoratus est; quem observabant et venerabantur qui vicini erant et pro episcopo ab omnibus habebatur *addit P.* c) *P. addit:* eius in cives iram precibus Walcheri episcopi mitigatam, privilegiorum et communiae civium abrogationem . . d) *Andreas Potier scribit nostrum in margine codicis haec ad annum sequentem referre.* e) netchin *Potier constanter.* f) eintus 1. g) dossemet *Potier.* h) hannun *Potier.* i) h. . . . f. *supplevi ex progenie Lamberti quae nostrum sequitur apud Andream Potier servata, et a V. Cl. Leglay nobiscum communicata; in codice locus vacat.*

9) Retel. 10) regis Francorum. 11) Waterlo villa districtus Rysselensis.

hostibus suis in pugna prostrati sunt. Unde apud nostrates de illis adhuc elegi versus per cantilenam minorum recitantur. Radulfus scilicet avus meus habuit nempe et sorores, quae maritatae fuerunt in pago Melentensi, ex quibus plures procreati sunt. Prefatus namque Radulfus[a] accepit coniugem de Menim supra Legiam nobilem nomine Resendem. Haec ab alto sanguine nobilium Flandrensium duxit originem. Ista siquidem undecim fratres habuit, et quatuor ex illis castellani temporibus Roberti comitis patris Balduini extitere. Haec vero secum in matrimonio servos et ancillas adduxit, cum dici nemo debeat servus, nisi peccatum faciens, secundum Domini vocem dicendo: *Qui facit peccatum, servus est peccati.* Multos quippe fratres habuit, ut prelibatum est, ut apte de illis conparetur: *Extendunt palmites usque mare, et usque ad flumen propagines eorum pervenerunt.* De propagine ista plures exierunt, Lambertus scilicet abbas Sancti Bertini, et soror eius Gisla[b] abbatissa de Burburc[c], et eius nepos Lambertus abbas de Laubiis, et Ricuardus signifer Guillelmi comitis Normanni, qui a Theoderico comite in praelio civili necatus est, atque illi famosi milites Lampremenses et maiores natu de Furnes, et alii quamplures nobiliores de illorum sanguinitate prodierunt. Ad avos redeamus. De Radulfo et Resende quatuor filii et quatuor filiae nati sunt: Tiardus, Lambertus — isti milites fuerunt — Ricuardus clericus, Ewrardus vero iunior de equo prosiliens periit. Lambertus vero avus meus transtulit se ad regem Angliae Henricum nomine, cum quibusdam amicis suis, a quo satis cum sociis honorifice retentus fuit. Tiardus primogenitus postea maior de Watterlos fuit. Is uxorem honestam duxit Emmam nomine, ex qua sunt orti milites et clerici. Lamberto vero rex optimus possessiones in Normannia contradidit. In prelio tamen, quod inter regem Angliae et Balduinum comitem Flandriae extitit, vulneratus fuit; ad ecclesiam tamen transfugit, et sic defunctus est. Nam frater meus Balduinus interfuit. Ricuardus igitur vir bonae memoriae negocia seculi abrenuncians, transtulit se ad locum qui dicitur Mons sancti Eligii; in quo postea Dei ordinatione fratribus[d] loci illius abbas honeste prefuit, ac in corpore requiescit. De tribus vero filiabus supradictorum avorum, ex Godelide scilicet primogenita Lambertus et Gummarus procreati sunt. Hi regulares . . . . . . . . . . . . in Watiniensi. De Disdelde igitur Radulfus vir suavis ac pius prodiit, qui post avunculum suum Ricuardum fratribus ecclesiae Montis sancti Eligii abbas scilicet tertius prefuit. A Gisla quasi a iuniore ipsemet Lambertus exii, atque ab eodem avunculo meo Radulfo canonicus regularis factus fui in ecclesia beati Autberti episcopi Cameraci, qui etiam et hanc genealogiam antecessorum parentum meorum secundum veridicam relatorum mihi dicentium vocem descripsi atque per aspiratam Dei gratiam in me istud opus brevi sermone copulavi. Anno

1109. pestilentia ignearia iterum in humanam carnem deseviit, quae ante festivitatem sancti Iohannis baptistae, scilicet decollationem eius, oriri coepit. Anno

Sigeb. 1110. facta est eclypsis lunae circa initium Maii. Henricus filius Henrici imperatoris filiam Henrici regis Anglorum duxit uxorem nomine Mahtildam, puellulam circiter octo annorum. Ante medium Iunii cometa versus septentrionem apparuit, quae longum radium coruscantem ad austrum multis diebus misit. Balduinus filius Roberti comitis Flandriae accepit uxorem filiam Alani comitis Britanniae. Anno

1111. Robertus comes filius Roberti comitis Casletensis obiit, qui et apud Attrebatum in ecclesia sancti Vedasti requiescit. Cui filius eius Balduinus successit. Anno

Anselm. 1112. Walterus episcopus Laudunensis a suis civibus interficitur. Anno

1113. Odo episcopus Cameracensis obiit. Huic traditus sum litteris imbuendus. Mense ibid. Maio siligines et arbores sacro igne adustae fructus sui spem sunt mentitae, et quaedam silvae insuper arefactae. Anno

ibid. 1114. f. domnus Burgardus electus est[12]. Rex Hierusalem Balduinus uxorem duxit relictam Rogeri ducis Siciliae. Apud Ravennam et Parmam civitates Italiae in agris et infra moenia sanguis pluit Iunio mense. Anno

13 1115. domnus Adam abbas[13] obiit 6. Non. Iulii, 6. feria, homo pacis et pulcher aspectu eloquioque suavis. Cui domnus Gerardus successit vir nobilis; sed moribus dissimilis, parum duravit. Obiit Lambertus episcopus Atrebati 17. Kal. Iunii. Octennis quidem exulavi, patriam et parentum larem utpote puer inscius deserui: haud propria voluntate vel aliqua inedia cogente perpetravi — nam verum ut fatear, genitores mei illis temporibus ditissimi erant — sed sane arbitrio Ricuardi avunculi mei totum actum est, qui me iacentem adhuc in cunis a matre mea sibi dari postulaverat, quae fuit eiusdem germana. Anno

a) rex 1. b) *ita Potier;* G. 1. c) burberc 1. d) *hucusque genealogia apud Andream Potier servata est.*

12) episcopus Cameracensis. 13) S. Autberti.

1116. insignia clericatus cum confirmatione sacri krismatis a domno Conone cardinali in die nativitatis domini nostri Iesu Christi suscepi. Ibi quippe episcopi Robertus[a] Atrebati et Iohannes Morinensis interfuerunt, aliaeque nonnullae preclarae personae, quae mihi manus apposuerunt. Domnus Gerardus a providentia ecclesiae sibi commissae[14] re- 14 cessit; cui domnus Gauterus levita ecclesiae sancti Vindiciani a fratribus scilicet Montis sancti Eligii electus successit, temporibus Ricardi abbatis[15], 4. Kal. Septembris. Primus adventus eius apud Cameracum anno primo scilicet ordinationis domni Burgardi. Ipsum vero in Septembrio in sacerdotem consecravit, postea fratribus abbatem prefecit. In eodem anno Attrebatum veni, partes primum legere coepi. Anno

1117. Henricus imperator in Italiam secedit propter asperos motus regni, et maxime propter haereditatem Mathil- Anselm. dis cognatae suae, quae recens obierat. Anno

1118. domnus Paschalis papa obiit. Cui Gelasius successit, qui eodem anno mortuus est. Cui Calixtus vir nobilis successit. Primum Cameracum veni 7. Kalend. Novembris feria 7. anno aetatis meae 10[b], domni Gauteri abbatis 3. Balduinus comes Flandriae cum exercitu grandi in Normannia perrexit, ubi vulneratus fuit. Anno

1119. Calixtus papa Remis generale concilium celebravit, in quo Henricum regem Alemannorum in perpetuum damnavit, 10. Kal. Novembris. Balduinus comes Flandriae iunior obiit, nepos papae Calixti, nam filius sororis suae fuit. Cui Karolus filius regis Datiorum successit[c], vir strenuus armis et consilio. Anno nativitatis meae 11. regularis canonicus in ecclesia beati Autberti presulis sum factus feria 4. a Gautero patre monasterii, 18. Kalend. Februarii, petitione tamen avunculi mei Ricuardi abbatis Montis sancti Eligii. Ecclesia sancti Lazari consecratur. Primus adventus domni Norberti circa rogationes extitit. Anno

1120. curia nostra, quae Teletus dicitur, cum omnibus impensis eius, et cum converso Henrico nomine, 4. Sept.[d] fuit incensa, inlucescente feria 6. Decembrio intrante guerra inter episcopum Burgardum et Hugonem castellanum fuit. Anno

1121. in Septembrio a domno Burgardo accolitus ordinatus fui. Domnus papa Calixtus ibid. Romam proficiscens ab omni senatu et populo gloriose excipitur. Anno

1122. anno 15. aetatis meae ordinatus sum a domno Burgardo episcopo ad subdiaconatus officium, 12. Kal. Martii. Gaulterus senior obiit 5. Kal. Decembr., vir dulcis et magnae mansuetudinis[e]. Karolus comes Flandriae hoc anno dominium Cameraci ab imperatore Henrico petiit, qui ei satis amicabiliter concessit. Unde non modica letitia de dominatu eius civibus nostris et cleris fuit; nam valde attriti erant. Ad cuius adventum mox omnia sedata sunt. Anno

1123. Radulfus archiepiscopus[16] 11. Kal. Martii obiit; cui Rainaldus episcopus Ande- 16 gavensis successit. Intrante vero Augusto mense facta est non minima populi adunatio a Ludovico rege Gallorum, timore Henrici imperatoris in Francia. Factum est grave incendium in urbe ista[17], ubi et domnus Norbertus interfuit[f]. Anno

1124. gravis pestilentia famis super terram extitit, de qua nonnulli fame perierunt. Eodem anno, quamvis indignus, promotus sum ad diaconatus officium 13. Kal. Ianuarii, anno vero aetatis meae 17. Balduinus rex Hierosolymorum a Saracenis capitur. Anno ibid.

1125. in Septembrio dominus Deus ex gravi synoca[18] me prostravit. Sed qui percus- 18 sit, idem et sanavit. Post sospitatem vero redditam primum patriam et parentes revisi 4. Kal. Novembris feria 5. Tyrus urbs antiqua a christianis terra marique obsessa capitur. Anno ibid.

1126. Decembrio intrante cum avunculo meo Ricuardo apud Montem sancti Eligii perrexi, et per spacium anni dimidii apud eum feci[g]. Anno

1127. Karolus comes Flandriae Brugis interficitur, in ecclesia scilicet beati Donatiani archiepiscopi, cum duobus principibus, 6. Non. Martii. Quanta vero vindicta pro ipsis peracta sit, notum est seculis. Cui Willelmus Roberti comitis[h] Normanniae filius 9. Kalendas

a) R. 1. b) XI. *Potier*. c) successor 1. d) III. Idus Sept. *P.* e) *hic P. habet:* Quidam miles seu nobilis Gerardus ab aliquibus dictus Maufilastre, patriam Cameracensem vastavit et aedes incendit usque ad nostrum castrum Cameracensium. Huic modo adiunxerunt se quidam milites de Ostravandia, qui etiam incursionibus suis patriam infestabant. Videns igitur episcopus, se parem non esse eorum viribus, cum subiectis suis consilio habito, comitem Flandriae Carolum supplex rogavit, quatenus dominatum Cameracensem susciperet ac Cameracenses protegeret contra tot hostes, quod et libentissime comes praestitit. Hinc Carolus *etc.* f) obiectu autem reliquiarum sancti Gaugerici extinctus est ignis. *P.* g) Valida ubique famis extitit. *P.* h) *deest* 1.

14) S. Autberti Cameracensis. 15) S. Eligii Atrebatensis. 16) Remensis. 17) Cameracensi. 18) febris haud intermittens.

Aprilis successit, nec tamen integram coram terrae principibus gratiam perfecte obtinere valuit. Anno

19 1128. apud castrum quod dicitur Alos[19], Guillelmus comes interficitur, armis probus, moribus contrarius. Cui Theodericus ducis Auxsay[20] filius, nepos Roberti comitis, successit 19. Kal. Sept. Anno

Anselm. 1129. filius regis Ludovici, Philippus nomine, Remis consecratur rex, presente patre et matre in die sancte paschae. Obiit Ricuardus abbas Montis sancti Eligii, Idus Martii, bonae memoriae vir; in cuius diebus ecclesia pullulavit. Cameracensis urbs concremata fuit 9. Kal. Aug., Atrebata vero urbs 18. Kal. Octob. incensa fuit[a]. Anno

1130. Burgardus episcopus Cameracensis obiit 3. Non. Ianuarii. Post cuius obitum ibid. orta est non modica controversia de episcopatu: Hoc anno plaga ignis divini Carnotum, Parisius, Suessionem, Cameracum, Attrebatum et alia multa loca mirabiliter pervadit, sed mirabilius per sanctam Mariam extinguitur. Anno

1131. Innocentius papa veniens Cameracum, in ecclesia sancti Autberti missam celebravit feria 2. hebdomadae secundae quadragesimae. In presentia Lotarii regis Lietardus ibid. eligitur, et Remis episcopus[21] consecratur[b] 6. Kal. Maii. Fulco comes Andegavensis fit rex Hieru- Auct. Aq. salem. Domnus Autbertus ex monacho Crispiniensis coenobii inclusus obiit. Anno

Ans. 1132. Hugo Candevena ecclesiam sancti Richarii in Pontivo cum toto oppido et compluribus utriusque sexus Auct. Aq. combussit. Domno Roberto defuncto, domnus Aluisus abbas Aquicinctensis, vir magne probitatis, successit. Anno

ibid. 1133. oratorium beatae Mariae in ecclesia sancti Autberti a Letardo episcopo consecratur. Eodem anno Novum castellum conbustum est a Gerardo filiastro, in quo multi igne consumpti sunt, et Gerardus episcopalem turrim obtinuit. Anno

Ans. 1134. rex Lotharius veterem Romam ingressus, Innocentium papam in patriarchio Lateranensi relocat et ab ipso in imperatorem benedicitur. Anno

1135. domnus Letardus episcopus a Rainaldo archiepiscopo est suspensus. Post epiphaniam abiit; nequaquam ad nos postea rediit. Domum episcopalem cives de redditibus reaedificaverunt; sed 5. Kal. Novemb. vehemens ventus existens obruit omne opus eorum. Anno

1136. domnus Nicolaus prepositus infra ordines et sine assensu civium in presentia Lotharii regis Aquisgrani, vir nobilis et bene morigeratus, in pascha Domini eligitur. Igitur a curia rediens cum gratia, mox Gerardum cepit et turrem episcopalem recepit; 12. Kal. Ian. Remis episcopus consecratur. Anno

## 1137.

guerra iterum inter domnum Nicolaum presulem et Gerardum Malum filiastrum, ob iniuriam quae facta servis Gerardi extiterat; nam episcopus eorum oculos aliquantulum inconsulte eruerat. Idcirco circa mensem Maium reiterata est. Gerardus in Novo quidem castello interficitur ab hominibus eiusdem castri 2. Non. Iulii. Rainerus senior, Caslec. Gembl. tensis nuncupatus, vir religiosus, moritur Kal. Maii. Coenobium sancti Vedasti Atrebatensis concrematum est. Anno

## 1138.

mortuo siquidem Gerardo ver inhoneste obruto in Novo castello, grandis controversia mox inter cives Cameracenses ac Simonem castellanum, pro castro quod nuncupatur Sanctus Autbertus, est habita. Nam cives illud unanimiter satagebant obruere; sed castellanus, utpote tutor filiorum germanae suae, conabatur defendere ac de illorum manibus liberare. Utrorumque vero tumultus aures presulis graviter percutit. Presul enim cives suos cupiebat sedare, et Simonem utpote filium amitae suae ex fide iuvare. Ex qua re cives commoti in ira, comitem Balduinum Hainoensem adierunt, eiusque auxilium contra castellanum postulaverunt. Ab utrisque vero data fide, terminatam diem constituerunt. Comes itaque cum copiis suis et cives Cameracenses conglomerati, castrum quod dicitur Sanctus Autbertus impugnare coeperunt, sed parum profecerunt. Nam illi qui infra castrum consistebant, viriliter rebellabant. Tunc comes cum civibus revertens, Cameracum intravit, et 22 episcopus ex altera parte exivit, et Osiacum[22] castrum petivit. Cives vero in insania non modica ob istiusmodi accensi, adversus episcopum et Simonem castellanum in malo conspirati, armis hostiliter insurgunt, ac huc illucque debacchantur, nemini nec propter Deum,

a) Mors animalium fit pessima. *P.* b) a Reginaldo archiepiscopo *P.*

19) Alost. 20) Alsatiae. 21) Cameracensis. 22) Oisy.

nec propter alicuius hominis reverentiam parcentes, castraque villasque in circuitu igni tradentes, fasque nefasque sibi licitum arbitrantes. Dementiam nempe quorum episcopus et Hugo senior castellanus et Simon eiusdem filius suspectui habentes, Theodericum comitem Flandriae acriter coacti requisiverunt, illi sua infortunia exponentes et plurima comiti spontanee spopondentes. Qui mox eis in auxilium Michaelem signiferum suum, virum armis strenuum, deliberavit ad conpescendam contumaciam Cameracensium. Namque ultra modum erecti extollentia loquebantur adversus Deum et adversus christum eius, scilicet Nicolaum episcopum, inania, cum propheta dicat ex Domini persona: *Nolite verbis malignis christos meos tangere.* Castellanum minis stultiloquis vituperabant, presbyterum seu clerum, monachum vel conversum subsannabant, nec quispiam transire poterat per eos absque calumpnia. Quadam ergo die cum multitudine sua, cum signis et buccinis omnique manu armata ex urbe prodeuntes, ad castrum quod nuncupatur Crevecort[23] iter suum applicantes, 23 illud omnino expugnare satagentes, ferocitatem animi sui inconsulte satis agitantes, posse sibi terram redigi ad navigandum pre fortitudine putantes, et mare ad ambulandum mentis pre elatione arbitrantes. Nunciatum est ergo Simoni castellano a quibusdam communiae progressis. Qui mox sui ad auxilium Michaelem comitis Flandrie signiferum, qui illis in diebus apud Sclusam morabatur, cum militibus suis accersivit, de arrogantia hostium instruxit, secretum nunciatum ei revelavit. Igitur vir prudens, armis eruditus, cuncta quae a Simone perceperat, seriatim militibus suis exposuit. Instruens ergo proprios militaribus disciplinis, omnes diligenter audacia ac virtute armavit, et ut essent in prelio parati accurate satis premonuit. Urbani vero indomiti velut ursi huc illucque discursantes, suam satiari ingluviem hostiliter meditantes — quippe qui nec inducias dare, nec manum a malitia volebant retrahere — sicque in malitia sua permanentes ac in multitudine plurimum confidentes: hostis super eos signis datis repente adfuit, occidit, dissipavit, fugavit; et qui paulo ante sidera coeli se arbitrabantur contingere, supra humanum modum superbia repleti, pauca hostium manu humiliati, turpiterque fugati, sauciati, manibus a tergo vinctis miseri ac nudi ab hostibus suis nunc calamitate maxima deducebantur ad terras extraneas captivi, ut merito de illis propheta dixerit: *Deiecisti eos, dum allevarentur; quomodo facti sunt in desolationem suam?* Quos nemo ante propter extollentiam animi tolerare poterat, dati erant opprobrium vicinis suis per circuitum[a]. Numerus illorum qui illic occisi sunt, 90 feruntur; 300 amplius minusve capti asseruntur; sauciatorum non fuit numerus. Hoc modo communia istius urbis dissipata est 16. Kal. Febr. feria 2, 31. anno aetatis meae, et a mea parvitate descripta. Concordia vero episcopi et civium facta est post pascha, sopitaque omni malitia domnus episcopus ad urbem rediit cum gloria. In Septembrio vero Dominus me flagellavit gravi molestia, ita ut nonnulli desperarent de salute mea. Anno

# 1139.

gratia Dei a domno Nicolao episcopo consecratus sum sacerdos, anno aetatis meae 32. Nam per 16 annos diaconus fui. Apud vero Sanctum Vedastum primam missam celebravi de sancto Lamberto martyre ac episcopo. Illic quippe corpus beati Autberti presulis pro quadam necessitate ecclesiae nostrae deportatum fuerat, anno 4. domni Nicolai. Post mor- C. Gembl. tem regis Lotharii non ferentes principes Teutonici regni, aliquem extraneum a stirpe regia sibi dominari, regem constituerunt sibi Conradum, virum regii generis. Erat quippe ex sorore nepos regis Henrici quinti. Paludes[b] et fontes, qui per aliquos annos tanta defecerant siccitate, ut putarentur non posse denuo defluere, mirantur multi non solum fluere, sed et solito maiores aquas emittere. Eodem anno magna extitit conspiratio Stephani Anglorum regis, Balduini Hannoniae comitis, Hugonis de Candavena, in Theodericum Flandriae comitem. Quorum viribus comes ipse fortiter reluctatus, gravi eos iactura mulctavit ferro, flamma, carcere, variisque spoliis ex hostico relatis. Anno

# 1142.

plaga ignis divini iterum multos adussit, sed per intercessionem Dei genitricis Mariae liberantur. Anno ibid.

# 1144.

hiems nimietate pluviae ac vehementia ventorum periculosa extitit et dampnosa, in tantum ut silvas, templa, turres et ibid. aedificia, quae firmissima putabantur, aut funditus subverterit aut magna ex parte destruxerit. Triticeae messis maturitas et collectio provenit tardius solito; quia nimietate pluviae impediente, vix potuerunt messores 8. Kal. Sept. metere; quod alioquin vidimus eos 8. Kal. Aug. messuisse. Unde fames gravissima multos afflixit, et panis penuria depauperavit.

a) ut merito — circuitum *desunt* 1. *Bethmann supplevit ex Potierio.* b) Paludes — depauperavit *in medio a.* 1144. *desunt* 1. *supplevit ex Potierio Bethmann.*

23) Crevecoeur a meridie Cameraci.

Nam tanta sterilitas frugum super terram oceani fuit, ut Atrebatensis mensura, quae nun-
24 cupatur mencalt[24], quindecim solidis emeretur; Cameracensis etiam mensura, quae satis minor habetur, decem solidis venderetur. Unde nonnulli propter famis intemperiem compulsi sunt de terra sua et cognatione egredi. Anno

## 1145.

dulcis mater mea nomine Gisla ex hoc seculo migravit 16. Kal. Maias, uti habetur in subposito epitaphio de dormitione illius versifice composito.

Cur flos, cur foenum plaudis? tua gloria coenum.
Grandia cur quaeris, cum caro tota peris?
Ghislaque magnanimis datur inclita vermibus imis,
Et cinis in tumulo fit caro vermiculo.
Cum pia vixisti, bona pauperibus tribuisti,
Haec tibi subveniant, nec bona deficiant.
Nam sexto decimo Maias ruit inclita primo,
Spiritus itque polo, sed caro sola solo.
Lux sic monstratur, cum quando secunda vocatur
De pascha Domini terminus extat ei
Annus millenus centenus ter duodenus
Hisque novem pone, sic fuit hora bonae.

Eodem anno apud Barastrum ab abbate ceterisque fratribus missus sum, illicque mansi a festo beati Iohannis baptistae usque ad octavas S. Martini. Sed quoniam ab archidiacono I. inhoneste inquietabar, domus etiam vetustissima discissaque fuerat ubi morabar, ab illa mansione predictae causae compulerunt me ocius discedere. Castellana Heldiurdis 2. Kal. Aprilis obiit. Pars etiam maxima huius urbis incendio est vastata cum quibusdam ecclesiis et cum abbatia sancti Sepulcri, 2. Non. Maii. Anno

## 1146.

Ludovicus rex Francorum apud Bituricas generalem curiam tenuit in die sancto paschae 2. Kal. Aprilis, in qua sermo habitus est de via Domini. Sepulcrum nostrum a domno nostro Nicolao episcopo consecratum est feria 2. paschae. Anno

## 1147.

Gerardus archidiaconus 4. Non. Aprilis moritur, in nostroque capitulo sepelitur. Theoderico vero comite Flandriae in via Domini profecto, Balduinus comes Hainoensis factum foedus mox abrupit, se totum alienavit, in predicti comitis uxorem armis et rapinis insurrexit. Quod prudens mulier ad horam prudenter distulit, ut quiesceret mandavit; et quoniam vicina partui erat, ideo rebellare non poterat. Comes tamen vocem eius audire contempsit. Post partum vero sui non oblita iniuriaeque illatae a comite comitissa, et memor generis sui, quod ducebat a stirpe regia, de quo valde pollebat dignitate et gloria, adversus comitem cor virile sumens, uti leaena irata frendens, arma cum suis concitat, comitem cum suis refrenat, multis modis illum flagellat. Nam villas, oppida, et quaeque sub dominio eius erant invadit, igne vastat et rapinis dissipat. Comitem vero infra vel extra campum ubicunque cum copiis suis invenit, removet[a] et fugat. Unde nihil honoris comes sibi acquisivit; comitissa vero longe lateque famam et gloriam suam dilatavit, quoniam ore plurimorum laudabatur. Nam larga in militaribus stipendiis sat fuit et honesta, et vero magnifice magnificabatur in gloria pro victoria sibi adquisita. Post domnum Petrum camerarius ab abbate ceterisque fratribus sum constitutus 11. Kal. Augusti. Apud Barastrum vero grangia nostra, ubi tunc morabar, cum omnibus bonis eius una cum ecclesia est combusta 8. Idus Sept., feria scilicet 7. illucescente. Quod dispendium me graviter perculit. Illud tamen incommodum et cetera iniunctam obedientiam omnino dimittere coegerunt. Prius tamen cancellum Barastri reaedificavi. Anno

a) *ita emendavi; 1. Bethmanno auctore* renovet *vel* renonet.

24) 16 mencaldos cumulatos vel 17 fuste abrasos pro modio dari a. 1161 statuit Nicolaus episcopus Cameracensis.

## 1148.

Eugenius papa Remis concilium generale in Laetare Hierusalem tenuit, ubi plures de remotis partibus oceani episcopi et abbates convenerunt, pluralitatem quorum nemo perfecte verbo comprehendit. In quo iuste quidam Britannicus hereticus Eons[25] nomine fuit damnatus. Nondum finito concilio, allatae sunt litterae domno papae de infortunio regis et totius vulgi. Idcirco ex finibus Galliae maturavit quantocius discedere. Ante vero concilium utrique a domno papa fuerant accersiti, scilicet comes Balduinus Hainoensis et comitissa Flandrensis Sibylla[a], femina virtutis. Quomodo vero in via stipata militari acie fuerit, vel in quanta gloria domno pape occurrerit, quam splendide, quam honeste in presentia eius sese habuerit, vel in quantum celebre longe lateque nomen eius claruerit, satis notum est multis. Domnus vero papa Remis pacem et concordiam inter eos reformavit. Apud vero Rebroias in primis pro quadam animi facilitate perrexi, sed postea ex maxima coactus necessitate remansi. Nam omnes ecclesie nostre habitationes, utique sequentibus manifestabo clarius, combustae fuerunt. Simon autem illic morabatur, dulcis amicus et noster cognatus, vir per omnia probus ac bene morigeratus, qui nostram afflictionem sui gratia sat accurate portavit, pieque sepius relevavit. Testimonium ei bonum perhibeo, quod semper coram ipso in mensa, semper pares in cipho[26], semper pares in pareside[27] fuimus. A festo quippe beati Laurentii usque ad apostolorum Petri et Pauli sollempnitates illic mansimus. Incendium vero grave factum est in hac urbe. Nam episcopalis ecclesia cum omnibus officinis suis atque omnibus episcopii domibus ac omni castello, una cum ecclesia sancti Autberti igni vastata sunt, quod etiam versifice futuris annotavi:

Idus in octavo Septembris amara vorago
Urbem vastavit Cameracam, parte cremavit
Quippe domos, templa sanctorum parva vel ampla.
Pluribus ipsa ruina fuit mors sic inopina.
Contigit in milleno verbi corpore sumpto
Anno centeno sex octo multiplicato. — Anno

## 1149.

Rogero de Wavrin in Domini passione quoddam castrum est proditum citra Hesdinium[28]. Qui pergens illuc cum armata militum manu, locum noctu invasit, infra quosdam occidit, dominumque castri cepit ac vulneravit. Denique per illud castrum Hesdinium fuit captum. Nam in ebdomada paschae Theodericus comes Flandriae, paulo ante de via Domini reversus, assumptis militibus et communiis, populum scilicet non modicum, per girum obsedit Hesdinum. Qui mox mundavit castrum et locum a latronibus, et dedit pacem et reliquit per circuitum manentibus. Ecclesiae vero nostrae boni fratres, quaeque diruta igne vel vetustissima tabe meliorari vel reaedificari honeste meditantes, capitulum, quoniam erat parvum, super omnia digne amplificari flagitantes, quod Deo disponente postea est actum, uti cogitaverant in ampliori statu et pulcriori restituentes. Sed quoniam interius quaedam honestarum personarum corpora tumulata iacebant, quae operi impedimento omnino erant; horum igitur sublatis corporibus omnia eorum ossa colligentes, infra tamen capitulum in arctiori diligenter condiderunt. In memoriam quorum conposui epitaphium, futuris quidem monimentum, sed presentibus garrulis spero ridiculum. Sed malo perpeti strepitum garrulorum, quam sub silentio ponere facta proborum.

Clausit in hoc antro fratrum grex quinque sacratos.
Gaulterus primus vocitatur, Guido secundus,
Tertius archidiaconus extitit ipse Gerardus.
Quartus adest Rainerus apud nos iure beandus;
Nam vixit sancte nullus sic retro vel ante.
Quintus Rotbertus, fuit is bonitate refertus.
Se domuit multum, nihil ipse liquit inultum.
Summe Deus sertis hos orna, supplico, certis,
Et sit amoena dies omnibus una quies.

a) S. l.

25) Eons; cf. Ann. Parcenses et continuatores Sigeberti Gemblacenses. 26) i. e. scypho. 27) i. q. parapsis, paropsis, discus, nostris *teller*. 28) Hesdin.

Domnus Samson Remensis archiepiscopus pluribus de causis ascitus fuit partibus in istis, Iun. 25. partim pro discordia comitum, partim pro benedictionibus ecclesiarum. Nam infra ebdomadam pentecostes abbatie Valcellensis ecclesiam benedixit. Sabbato nempe pentecostes Iun. 27. in unum comites convenerunt, scilicet ad montem, qui nuncupatur Specula sancti Remigii; et domnus illic archiepiscopus, nec non et episcopi Gozilenus Suessonensis, Nicholaus Cameracensis, Balduinus Noviomensis, Gerardus Tornacensis, Milo Taruanensis, aliaeque nonnullae satis preclarae personae adfuerunt; vulgique ignobilis multitudo ab utraque parte imperio dominorum suorum cum armis illic substiterunt. Dominis sane de pace ac concordia honeste placitantibus, subito discordia immoderata oritur cum militibus. Siquidem iunioribus more suo cum armis in campo ludentibus, extimplo miscuit se illis hostis ille nostri semper generis adversarius. Tergiversatione sua iam malignus artem nocendi tantum infecerat, ut non solum illic sanguinem fundere vellent, verum etiam neces utrique in invicem sibi inferrent. Illis autem inter se pugnantibus, in vulgo pervenit tumultus, qui Virgil. more suo rapidi super ardua coeli conclamant; quorum clamor non modice principum perculit aures. Qui rem sciscitantes et agnoscentes, mox sapientiores illic dirigentes, quatinus tumultum stultorum festine sedarent. Inter quos Razo de Gavera[30] quasi unus Flandriae de baronibus adfuit. Verumtamen cum vellet illos pacifice sedare, quidam male agitatus a daemonio principem predictum prostravit in campo. Occasione autem ista omne placitum versum est in planctum. Utrisque principibus cum suis ad arma concurrentibus, domnus archiepiscopus cum episcopis et abbatibus tristis abscessit quantocius.

Iun. 28. In crastino vero ecclesiam sancti Petri Hasnonensis archiepiscopus dedicavit[31].

Regressus igitur a Robroiis, Augustum mensem apud Barastrum feci.

Domnus ergo comes Flandriae, vellet nollet comes Hainoensis, castrum quod nuncupatur Cohencin ad radicem montis sancti Remigii, firmavit. Interea domnus comes Hainoensis plures ad auxiliandum sibi ex diversis locis excitavit, videlicet Henricum episcopum Leodiensem dominum suum, et comitem de Namur socerum suum, et Nicholaum episcopum Cameracensem. Qui omnes cum copia militari ad adiuvandum ipsum pari voto festine occurrerunt, quatinus opus comitis Flandriae vi sua in nihilum redigeretur. Postquam et ad locum omnes una convenerunt, neque comitem Flandriae de loco amoverunt, sed neque ab opere suo fraudaverunt; et ita ignominiose unusquisque ad propria remeaverunt.

Hiemps gravis extitit, et plurima nix, quae a festo sancti Nicholai cepit et usque ad Kal. Martii fere duravit[a]. Anno

## 1150.

fratribus ecclesie nostre detrimenta maxima in brevi spatio hoc ordine acciderunt. Nam antea, videlicet in Decembrio mense, undecim iumentis amissis, a clientibus comitis Hainoensis damnum grave pertulerant. Ianuario vero intrante curia peroptima villae sancti Autberti ex foco ruris incensa fuit, ubi nonnulla curiae bona simul perierunt; Martio[b] paene exeunte, fratrum etiam fossae, quae cum grandi labore et expensa satis accurate a fratribus ex integro renovatae fuerant, ex nimio gelu noctis, sine morte tamen alicuius, corruerunt; ubi fratres plus minusve quam 100 librarum dampnum amiserunt. Ceciderunt autem 4. Kal. Apr. post matutinarum decantationem, feria 4. hebdomadae 4. quadragesimae. Sed in eodem anno per Brunellum cementarium de Sancto Quintino, scilicet virum honestum artisque suae sat peritum, in gradu pristino ac meliori, uti cernitur, tutius reparatae sunt. Semper denique pascha de more celebratum . . . .

Theodericus comes Flandriae Septembrio intrante contra castrum Roochurt[32] exercitum suum admovit, quod quidem comitis Balduini Montensis erat, valde munitissimum fossa et lapide. Illud siquidem locatum erat in campi planitie, nec tamen corroborabatur aliqua silva vel aggere. Igitur comes illud repente adgreditur, sicque per girum castri exercitum collocat. Nam comes iccirco illud inprimis obsederat, quoniam urbanis Duacensibus perhenne obstaculum seu grande periculum imminebat, nec castrum Duacum quempiam ingredi vel egredi pacifice sinebat. Ordinatis postea circa Roochurt comes undique custodibus, e castro egredi vel ingredi aliqua solito non permittebant. Fortissimi equidem quique infra existentes

a) Hiemps — duravit *desunt* 1: *suppleta ex B.* b) Martio — celebratum . . . . *desunt* 1; *suppleta ex B.*

30) Gavre in Flandria. 31) cf. Mon. SS. VI, 442. 32) Raucourt prope Duacum.

imprimis haud segniter resistentes, sed acriter adversus balistas et machinas comitis machinas interius pari modo statuentes, fossa, muro, turre lapidea utcumque confidentes, sese interius sine metu agitabant Comes quoque Flandrensis exitus rei atque cruoris suorum effusionem* patienter sustinens, modeste suorum audaciam crebro conprimens — nam sepius repulit murum effodere gestientes. Interea deficiente intus alimonia, domino suo comiti Balduino cursorem legaverunt, quatinus auxilium eis preberet, annonamque quantocius transmitteret. His igitur per nuntium cognitis, animo comes consternatus est; quo se verteret, quid ageret, vel quomodo suis subvenire posset, apud se diu hesitans vel deliberans. Tandem spiritu roboratus, preparatisque necessariis et assumptis secum militibus cum peditum multitudine, nec veritus partem exercitus quae ad castra observanda remanserat, sed omnem suum ducatum coram illorum oculis ad castrum nuncupatum cum robore superbe perduxit, nec non advecta necessaria castro intromisit. Comes enimvero Flandrie cum maiori militum parte pro causis quibusdam abibat[a]. At pauci, qui ad excubias remanserant, et cuncta gestae rei animo perceperant, graviter penes se ferebant. Unde nonnulli plurima intra se vertebant, *Nam sic fata tulere diem*, dicendo; *nobis est mortis viteque pudor. Nam nobis militum virtus abest, hostis multus, isti comiti omnia oportuna.* Post haec milites orare ac hortari sese, ne deficerent, neu paterentur hostes a castro revertentes vincere se. Huiusmodi hortatione penes se habita, probus quisque parem audacia animo roborabat, rati tutius in prelio fere omnes mori malle, quam comes sic cum suis inexpugnabilis ad propria reverteretur pacifice. Enimvero comite a castro cum copiis suis repedante, isti illis occurrunt[b], ab utrisque congressio fit valida.

Pugna ingens oritur; furit istinc hostis et illinc.
Sic vero populis rabiem fortuna cruentam
Attulit, paulum in verba sese minasque
Cunctantur. Mox ut iactis sermonibus irae
Intumuere satis,

sic inter ipsos confligitur; tamen

Maior in exiguo regnabat corpore virtus.

Ast nisi domnus comes sese cum peditibus pessumdedisset, aliquis de multitudine sua vix evasisset. Pars tamen quaedam suorum illic corruit, pars etiam maior vulneribus debilitata capitur, atque in tergo ligatis manibus[c] vincitur. Sic sociorum comes solatio spoliatus, ac infortunatus, amissis quam pluribus, demum cum paucis de prelio inhoneste aufugit. Superveniens autem caligo noctis utrosque diremit. Acta sunt haec, qua die penes nos beati Aicadri abbatis sollempnitas celebratur. Interea diebus perpaucis evolutis, comes cum equitatu suo ad oppidum sepefatum revertitur, cognitis militum actis, ingens comiti gaudium subortum est. Deinde obsidionem comes renovari perurget, omnia videlicet genera iaculorum scilicet balistas ac machinas, pontem etiam quendam sat artificiose constructum muro agitari iubet. Denuo patriae residui exercitus partem per bannum evocari mandat, quatinus aetatis omnes puberes armati ad expugnandum castrum ocius properent. Igitur comes pro tempore atque loco paratis omnibus, cuncta castri moenia exercitu circumdat, principibus suis imperat, uti quisque invadat. Dispositis ergo per castri girum balistis vel machinis, interius consistentes perurgeri valide coepere, saxa scilicet ingentia iacere, quosdam sauciare, alios utcumque obprimere, omnia illis incommoda invenire, hostes instare, nemini e contra parcere, nemini pacem locumque habilem patiebantur habere. Nam diversis in locis murus extrinsecus obruebatur. Deinde applicari pontem muro, armatis desuper impositis, admodum moliebantur. Postquam pons muro applicatus est, dissoluti sunt corde, amplius non valentes hostibus resistere. Nam super eos repente irruerat timor ac tremor, scilicet pene mortis imago, iam dirus quippe veluti parturientis omnes apprehenderat dolor. Murus[d] denique machinis forinsecus ex parte demolitus est, et[e] quicquid interius honestum habebatur dirutum vel igne corruptum, seu predae hostium distractum. Acriter attriti ad arcem velocius confugerunt. Ibidem magis ac magis urgeri ab hostibus coepere.

Quisque gemit fortis lacrimis a corde subortis.
Artantur fundis, telis et[f] undique saxis.
Sic gemitus nonnulli dant[g] ad sidera coeli:
Orant cum lacrymis: *Parce comes miseris.*

*) effusione *i.* a) aberat *Brial.* b) *ita B.*; occurritur 1. c) navibus 1. d) *ita* 3; murum 1. e) demolitum ac 1. f) sic 1. g) *ita* 1. gemitibus n. vocem d. *B.*

Igitur comes, his auditis, motus pietate super afflictos, et maxime quorumdam amicorum suorum interventu illico patrata fuit deditio, quoniam valde attriti erant deditionem petere. Tandem comiti vadibus securitatis traditis, omnes[a] ab arce evocati, incolumes abire sunt permissi[b]. Nempe sic seorsum ordinata fuit concordia, quatenus a non multis comitis hominibus dubitaretur de victoria, an victoriam obtinuissent nec ne. Omnibus ergo licentia abeundi data, prius rogis habitaculis suis iniectis, festine cum gaudio discessere. Verumtamen de victoria hoc potius credendum est; quippe se ipsos una cum arce comiti tradidere, quatenus vita sibi permissa, illesi discederent. Namque in sequenti anno iussu comitis Flandriae arcem predictam solo tenus obrutam, non muros, veraciter agnovimus. Hoc modo finis castri Croochurt fuit . . . . Anno

# 1151.

Operae pretium reor doceri fidelibus praeteritorum gesta dierum, ut intelligant tam ecclesiastici quam seculares, et omnis aetas, ecclesiam nostram a Domino disciplinae flagello extitisse non modice correptam per trium annorum orbitam. Multiplicibus interea verberibus eam constat examinatam, incendio, personarum potentum oppressione, animalium nostrorum amissione, fossarum nostrarum subversione; his[c] et aliis huiuscemodi verberibus eam constat esse acriter adtritam. Cuius tandem miseriae Dominus omnipotens compatiens, atque rursus compatiendo videns miseriam, illiusque filiorum lacrimas vel miserias pie consolans, sicque eam in meliori quam prius atque splendidiori gradu utcumque laudabiliter restituens, eam uti aurifaber prudens, qui auri sordes in camino rogi purgat et excoquit, sic Dominus suae equitatis virga rubiginem eius ad purum emundavit et excoxit. Quarto siquidem combustionis suae anno, post nimiam incendii calamitatem, ab abbate Gualterio caeterisque eiusdem loci fratribus pulcherrime ad plenum reaedificata est. Eodem anno domnus Nicolaus episcopus in eadem synodum suam in festivitatis die sancti Lucae euangelistae adgregavit honorifice . . . . .

Hoc[d] anno etiam in hebdomada quadragesimae 3, feria scilicet 6, contigit huiuscemodi inter beatae Mariae canonicos et civitatis urbanos conclamosam et inauditam fraude subdola fraudatoris fieri perturbationem. Extitit equidem quidam scholaris beatae Mariae virginis ex canonicis, Eustachius nomine vocitatus, a puero non modice litteris eruditus, vir valde locuples et nummosus, nihilominus refertus parentibus, sed aliquantulum impar verbis et actibus. Hic parumper articulum retineamus, ac de moribus huius viri aliquid aperiamus. Vir quippe praedictus erat ecclesiasticus, oratione sollicitus, ast lingua immoderatus . . . Huius ergo viri vulgatum facinus civiumque detestandum discidium, stilo quam succincte fari adtentabo. Enimvero domnus Eustachius nepotes proprios in aede sua uti filios germanae suae secum locaverat, aetate quidem iuniores, omni disciplina vagos et inopes, quibus iam res privata paulatim minuerat vel imminuta erat, quod illos ad facinora perpetranda facillime incitabat. Nam semel quidem quivis imbutus malis artibus, haud facile libidinibus caret. Nepotes igitur huiusce domini ab omnibus in urbe habitantibus, utpote scurrae famosi, dinoscebantur; acta vero quorum et turpis infamia ipsimet domino admodum displicebat. Nam de illis crebrius conquerebatur, quandoquidem de suis propriis rebus in aede locatis saepius furtim asportabant. Contigit ergo die quadam, ut pro commissis suis a suo domino uti meriti acerbius solito obiurgarentur. Tunc veriti sunt ne pro suis nequitiis a domini sui lare pellerentur; ob huiuscemodi dolos quibusdam garsionibus et prodictionem inhonestam in aede domini sui secum degentibus machinantes, quatinus[e] more solito triticum, uti secum consueverant, ex penu domini sui asportarent consulentes; foedam rem sic agitantes. Praedicti nempe garsiones, illos rati sic sibi fideliter dixisse, non sub tergiversatione, statim cuidam fantes agasoni commonent, ut, uti ab eis acceperat, noctu ad eos cum asino festinaret. Nepotes ergo praedicti domini rem scientes, insidias illis fraude praetendentes; ubi vero animal extitit onustum, de latibulis suis consurgentes, strepitum grandem fecere; hoc agentes, quatinus omnis vicinia occurreret, et ut eorum dominus a stratu consurgeret. Haec autem cuncta subdole ac ficte agebant, uti dominus illorum amodo eos sibi fidos crederet, quos sibi fallaces probarat vel fures. Dominus enim ob strepitum a somno expergefactus, illicque uti leo rugiens adcurrens et de re sciscitans, atque iniuriam sui

a) omnesque 1. b) *reliqua huius anni omnia et sequentis usque ad* emendavit et excoxit *desunt* 1. c) iis 1.
d) Hoc — banno reddidere *versus finem huius anni desunt* 1. e) quantinus 1.

reperiens, praedictos garsiones in superiori domo deducere iubet, deinde vestibus illos ex toto nudari mandavit. Quibus nudatis, in tantum macerati verberibus fuere, quod cruor proflueret e corpore. Agasonem denique eiusdem ad domus trabem fune suspendere, illum flagris utique graviter cecidere. Sic toto corpore cruentatum et fere exanimem demisere. Postea nepotes clerici ut vecordiae suae satisfacerent, ad penu domini sui cucurrerunt; inde lardi frustum assumpserunt et succenderunt, heu proh dolor! o nequitia sceleris inaudita! sic hunc super misellos guttatim suffuderunt. Quid vero postea de miseris illis actum sit nondum penes nos ratum habemus. Sed crastina die illucescente, praedicti agasonis familia illum requirentes, tandem in domo clerici vinctum repererunt; moxque illum ad propria reducentes diris tormentis tormentatum, omnibus publice publicarunt, quod illi garsiones sub tali supplicio defecissent, in cloacisque domus postmodum proiecti forent. Interim velox fama in populo exiit, quod tale facinus perpetrassent. Post haec in communia homo ille convocatur, de sermone vulgato requiritur, malum vero, quippe isdem publicaverat in vicinia, palam protulit in communia. Postea super domno Eustachio eiusque nepotibus in communia lacrymosis singultibus conqueritur, et quod innocens a nocentibus iniuste sit flagellatus. Interim a senioribus communiae adiuratus super garsionibus concrematis, denuo testimonium perhibuit, affirmansque quod eorum quidem corpora in cloacis proiecta forent. Utrum ergo verum falsumve fuerit, hactenus penes nos dubitatur. O detestandum ab hominibus testimonium, adversus subdiaconum et canonicum! cum auctoritas proferat: *In ore duorum vel trium stabit omne verbum.* Illic siquidem intererant quidam scilicet de maioribus communiae, qui domno Eustachio et eius nepotibus infesti valde fuerant, qui ad invicem proferebant: *Emendemus istud festine facinus ingens.* Quorum clamor ab omnibus exauditur: nam aliud alius, et alter aliud acclamabant: *Domnus Eustachius*, inquiunt, *et nepotes eius vivi conburantur.* Sed alii aliud: *Nequaquam, scilicet dominus, sed ab urbe a canibus citius pellatur, et nepotes eius laqueo suspendantur!* Sic sic clericus indiscussus in communia fuit condemnatus; sententia vero quae super eum data fuerat in communia, ocius ei ab amicis suis est patefacta, quatinus sibi et domui suae provideat absque mora.

Illis autem diebus domnus episcopus ab urbe pro quibusdam negotiis recesserat. Reverso de via domno episcopo, statim clericus eum uti dominum utriusque legis adiens, illique calamitatem suam seriatim exponens, et quid ageret, quo se verteret, ob communiae terrorem ab eo lacrymabiliter sciscitans, haec domno episcopo advertens: *Domne pater, ubique sub tuitione vestra dego. Nam clericus quidem vestras sum et homo vester. Equidem propriis manibus hominium vobis spopondi, nunc postulo uti dominum, quatinus meis potenter subveniatis infortuniis, ut oportet, in praesentibus negotiis.* Ad haec domnus episcopus ei iocose subintulit: *Fili, omnia tua sub nostra sunt tutela.* Sic ab episcopi praesentia clericus discessit cum laetitia. Crastina vero die facta, nonnullae personae coram episcopo, scilicet archidiaconi et abbates episcopii, convenerant, cum quibus etiam clericus sese purgaturum obtulerat. Ergo illis de rebus suis honeste tractantibus, maxime de re quae clerico eidem acciderat, eam coram cunctis adstantibus offerebat se purgaturum secundum leges, vel quidquid ipsi ordinarent vel iuberent facturum se, quod immunis a crimine sibi opposito foret. Nondum inter se ad purum rem clerici discusserant, nam alius aliud, et alter aliud censebant; unum nonnulli proferebant, clericum non debere pati a populo iudicari; aliique dicebant, quod in cunctis sufficere deberet quod in eorum auribus clericus sonuerat; enimvero dominis sic sic inter se disputantibus, auditur campana communiae atque vehemens fit tumultus in urbe, a quibusdam etiam domno episcopo nunciatur, quod communia in unum ob domum eius obruendam congregaretur. Domnus vero episcopus, his auditis, accersitis personis suis, scilicet abbatibus et archidiaconis, eis praecepit dicens, quatinus maioribus communiae sua ex auctoritate dicerent, ut ab opere pravo quiescerent, atque omnes in praesentia sui festine convenirent; nam pro clerico suo cunctis satageret. Maiores autem communiae mandatum episcopi, quod per personas illis mandaverat, audire contempserunt. Rursus episcopus illis per easdem personas et per plures remandavit, atque per fidelitatem quam sibi fecerant, et per auctoritatem papae ac per maiestatem caesaris domini sui, atque per christianitatem suam eos obtestans, ut nemo manum super clericum vel in illius rebus mittere audeat, qriuspuam coarm omnibus examinatus foret. Qui unanimiter eius imperium postposuerunt; sed statim concurrentes uti vesani ad domum clerici quae infra beatae

Mariae atrium consistebat, illam obruerunt in sancta quadragesima, et quidquid interius repererunt in auro vel argento, tam in vestibus quam in stipendiis, abstulerunt. Hoc detestandum malum contra ius sanctae ecclesiae adversusque auctoritatem domni episcopi communia gessit, damnumque clerico cum quibusdam sociis suis amplius quam mille libras intulerunt. Denique domnus episcopus super his animo valde conturbatus, Dei bannum super eos et super civitatem consilio authenticarum personarum iuste imposuit; sed clerico parum profuit, quoniam nihil omnino illi pro banno reddidere.

Hugo ecclesiae sancti Vindiciani montis Sancti Eligii abbas nuncupatus, aegritudine carnis in se nimis invalescente, honeste deposuit onus regiminis cum propria deliberatione, vir[a] religiosus plurimumque litteratus. Post hunc[b] regiminis onus suscepit Radulfus, a puero in eadem ecclesia enutritus, vir per omnia dulcis ac mitis, moribusque pollens honestis, isque[c] ab omnibus eiusdem loci fratribus secundum ecclesiae normam religiose ac sine discordia extitit electus, atque a venerabili Dei cultore Morinensium episcopo Milone, dominica secunda consecrari meruit post pascha, in Atrebatensium beatae Mariae semper virginis ecclesia, quod fuit 10. Kal. Maii, cum officium missae modulatur *Misericordia Domini.* Enim vero misericordia Domini perennitus illi permaneat et semper eum ab omnibus adversitatibus custodiat[d]. Is autem antecessoris sui abbatis Ricuardi, bonae memoriae viri, nepos extitit.

Eodem[e] anno ante mensem Augustum, gravis venundatio tritici subito invaluit, ita dumtaxat ut publice Cameracensis mensura plus quam 9 solidis venderetur. Pestis etiam animalium gravissima in linguis eorum extitit, maxime caballorum.

Rex ergo Ludovicus Galliae ante mensem Augustum adversus comitem Andegavensem exercitum direxerat; sed principum consilio inter se confoederati, sic quique cum pace regressi sunt ad propria. Andegavensis vero comes, post habitam cum rege concordiam, cum domi sanguine minutus foret, a quibusdam infectus veneno, vita caruit dolo. Cui filius eius successit nomine Henricus.

Abbas Montis sancti Martini, nomine Godescalcus, Atrebatensis episcopus eligitur, Remisque ab archiepiscopo Samsone 11. Kal. Octobris consecratur.

Egidius ergo adolescens, natus ex Gerardo Malofiliastro, uxorem duxit nomine Bertam, comitis Balduini Hainoensis sororem non germanam[33], absque illius assensu sibi desponsatam. Unde comes non modice ira commotus, arma statim contra illum sumpsit intrante mense Octobri. Sic quippe ab illo tempore quo illam duxerat, et usque ad pentecosten, vellet nollet, eam secum domi vi et armis assidue retinuit; sed febri valida in[f] Egidium invalescente, quae illum acriter omni die agitabat, compulsus amicorum suorum consilio, qui de guerra sua honeste per omnia illum iuverant, eam dimisit, palam abiuravit, sicque pace restituta cum comite, siluit terra quae nimis fuerat bellis attrita. Comes Thiebaldus de Blesis, vir multarum eleemosynarum patrator, infra Domini nativitatem[34] moritur. Cui successit eiusdem filius nomine Henricus . . . .

Hoc etiam anno patris nostri Autberti vitam succincte transcurri, atque in brevi epilogo pauca de pluribus de eodem annotavi[g]. Anno

# 1152.[h]

Egidius rursus adolescens Bertam abiuratam in matrimonium a Balduino comite Hainoensi, fratre predictae Bertae, recepit absque licentia sacerdotali.

Eodem anno Radulfus comes Viromandorum obiit, qui filiam Theodorici comitis Flandriae coniugem in eodem anno duxerat, Lauream nomine, speciosissimam[i] valde. Is terram bene tenuit, sed avaritia incomparabilis fuit. Moriens quippe terram cum filiis Ivoni comiti Suessionis[k] custodiendam[l] reliquit.

Rex[m] igitur Ludovicus pueriliter causidicans reginam uxorem suam[35], filiam scilicet comitis Pictaviensis perpulchram, ab illo tempore quo Hierusalem una perrexerant usque ad praesens, convocans imprudenter hoc anno personas quasdam de regno, illisque indiscrete cordis arcanum ebulliens, mox eorum usus consilio non sano, eam extemplo abiuravit,

a) virque *B.* b) litteratus post haec *B. male, quum indoles Radulfi statim infra describatur.* c) vereque *B.* d) Enimvero — custodiat *desunt* 1. e) Eodem — caballorum *desunt* 1. f) *deest* 1. g) Hoc etiam — annotavi *desunt* 1. h) *hinc manus* 2. *incipit.* i) spectatissimam 1. k) Suessonis 1. 2. l) ad custodiendum *B.* m) Rex — confoederati sunt *desunt* 1, *sed leguntur* 2.

33) sed uterinam. 34) i. e. ineunte Ianuario a. 1152. BRIAL. 35) Eleonoram.

omnino deseruit: quae moesta repatrians ad gentem suam, Henricus filius comitis Andegavensis[36] eam sibi mox in matrimonio copulavit. Rex autem hoc audiens et veraciter intelligens, motus animo graviter condoluit, atque illam deseruisse poenituit; nam concito contra illum bellum inordinate concitavit. Post tempus igitur intra se pugnaverunt, terram ex utraque parte spoliaverunt, quamplurimos captivaverunt. Tandem virorum consilio sapientum ad tempus confoederati sunt.

Opus[a] huius chronicae anno aetatis meae 45. composui, atque[b] placet hoc modo actum promere. Nam circa Domini adventum post matutinorum officia regulariter completa, in lectulo cum deberem soporari, pie coepi plurima meditari — nec tamen meditatio fuit inanis — cum subito occurrit memoriae, Domino inspirante, corpus huius praesentis chronicae in actu ac in voluntate. Quod opus seriatim[37] scrutando carmine dictavi; plurima in invicem copulando adunavi; quaedam autem ab annalibus libris, vel ex quibusdam schedulis vel etiam a viris veridicis auditu vel intellectu assumpsi, quam pure discere quivi, vel a memet ipso retinere valui de propriis et aliorum actibus, tam futuris quam praesentibus legendum in perpetuum enucleavi. Duo enimvero prooemia in initio libri eructavi; in primo a laude Creatoris incoepi sic: *Iesu Christo, Dei summi patris unico filio*, et caetera, in quo continetur gratiarum actio cum oratione. In secundo annotavi desiderii mei aestum, et ea quae in eo subiecta sunt: scilicet actuum meorum aliorumque protelando, calculando diversa tempora, ac in eo quibusque seriatim determinans subscripsi diligenter indicia: sicque ad finem protraxi volumina.

Ante fere nativitatis Iesu Christi celebritatem die quinto, relatum est Nicolao Cameracensi episcopo, quod Flandrensis comes, Theodoricus nomine, accurate sat se prepararet[c] causa imperatoriae maiestatis visendae, vel ob dignitatis Cameracae potestatem requirendam. His igitur cognitis, episcopus animo non modice consternatus, personis suis cum civibus conglomeratis in unum[d], habuit cum illis consultum seorsum. Angustiari denique super pluribus coepit; siquidem aes[e] familiare sibi aberat; ast comes divitiis parentibusque in regis curia perpollebat. Corroboratus tandem episcopus[f] quarumdam personarum suarum sapientium consultis, preparataque re necessaria itineris, ad curiam quantocius profectus est cum paucis. Quem comes paulo precesserat; a rege ceterisque totius aulae maioribus prepollentissime cum suis sublimatus adeo fuerat, ut in die nativitatis Iesu Christi coram rege Frederico coronato gladium portaverit. In crastino vero a rege comes, feodis[g] suis cum Cameraca dignitate requisitis, illic ducibus totius monarchiae cum satrapis adstantibus regique faventibus, hominioque[h] regi iam completo ex omnibus, cum domi laetus et alacer comes rediret quasi cum suis pransurus, post prandium vero[i] ad propria cum hilaritate repatriaturus, contigit illi huiuscemodi impedimentum fieri. Siquidem a rege sibi dari epistolam comes super his memoratis postulaverat, ut ubicumque in locis provecta foret et lecta, obedirent comiti sine mora. Comes ergo in loco suo Matheum ducem et cognatum reliquit, ut epistolam acceleraret. Nam cum ab eodem duce accitus scriba foret, atque scripturus epistolam in camera Treverensis archiepiscopi disposuisset, in eadem hora Nicolaus Cameracensis episcopus superveniens, ab eodem scriba repente requisivit de sententia. Qui mox episcopo illius epistolae arcana seriatim denudavit, sicque episcopum munivit; postea subintulit, ut clam ob Mathei ducis terrorem a camera discederet premonuit. Sic utrique, comes et dux proditi ab eodem scriba fuere. Episcopus igitur Nicolaus a[k] camera egressus, statim occurrens archiepiscopis scilicet Coloniae, Magunciae, Treveris, episcopoque Leodicensi, cuius sustentabatur utcumque adminiculo, huiuscemodi vero episcopus orationem coram illis eructavit: *Dominorum igitur meorum sublimium coetus nunc querelam meam lacrimosam auribus percipiat, simulque sincerus amicorum omnium affectus agnoscat, mecumque compatiendo singultum emittat, et doleat, quoniam abiudicatum a principibus me dolose comperi in regis praesentia, tamen absque vestra sententia et*[l] *examinatione; dignitatemque Cameracensem, quam a praedecessore domno nostro rege Conrardo*[m], *vobis omnibus laudantibus, adstipulantibus et confirmantibus obtinueram, dominus noster Fredericus*

a) opus — volumina *desunt* 2. b) atque — volumina *desunt* 1. c) preparet 1. d) inuitum 2. e) *ita* 1. 2. os *B.* f) opere *B.* g) foedis 1. 2. fredis *B.* h) honoreque 2. i) *abest* 2. k) egressus a camera 2. l) s. et *desunt* 1. m) *ita* 1. 2. conrado *B.*

36) mox rex Angliae futurus. 37) i. e. ordinatim.

*iunior inclitus rex constitutus comiti Theoderico Flandrensium inconsulte contradidit. Si igitur iustum est, consentite; si autem perversum, aequo libramine vestro subvertite. Nequaquam, domini mei, in nullo haesito, vos iniuriam mihi iniuste irrogatam a comite Flandrensi velle pati, cum sciam*[a] *sagaciterque profitear, habenam omnem totius regni Theutonicorum vestra inquam prudentia excellenter relevari*[b], *gubernari, hostes utcumque abici, amicos tueri, laude*[c] *vestra cunctos pace frui, optime intellexi. Enimvero si sic inquam sinitis comitem a*[d] *regni finibus cum dignitate mea libere posse regredi, mea inquam abominatio tanquam vestra fiet vituperatio. Igitur, domini, voce submissa posco, quatinus vos pro me satagite. Satagite, inquam, domini totius regni dominium obtinentes, ob mei regnique*[e] *iniuriam illatam velociter assurgite, conflictum ordinate, ne comes contra nos gloriose glorietur, vel absolute repatrietur.* Huiuscemodi modum locutionis episcopus coram illis pertulit, atque finem dedit. Ad haec vero perpaucis sermonibus presules presuli reddidere subnotata. *Amatissime vero confrater, nequaquam patiemur tibi hoc dedecus fieri*[f], *quoniam iniuria tua nequaquam tua, immo nobis ut propria potius reputatur.* Igitur cuncti data vel confirmata penes se sententia, festine ad regis curiam perrexere, ac de re quasi inscii agentes siluere. Contigit autem ut Matheus dux, utpote nepos comitis Flandriae ac sororius regis, cum epistola scripta ex camera prodiret, domnoque regi traderet. Qui mox episcopo Treverensi contradidit legendam. Pontifex vero regi reddidit perlectam. Dux autem Matheus instabat, quatinus sigillo regis epistola sigillaretur. Assurgens igitur Nicolaus episcopus a loco sessionis, regem honeste postulavit, quatenus epistolae illius sibi daretur facultas legendi. Accepta namque legendi facultate pontifex a rege, perlectaque epistola[g], exclamavit episcopus in presentia regis ac totius curiae dicens: *Audiat vero*[h] *regis curia, dominorum ac confratrum conventus omnium aure non surda percipiat ac intelligat, quod Flandrensis comes a rege postulavit et requisivit donum consecratum, contra regni fas nefasque* Ad haec concordes una voluntate episcopi atque archiepiscopi consurgunt, cum grandi acclamatione simulque coetus omnis ecclesiasticus vociferabat, a comite Flandrensi episcopo Cameracensi praedictam violentiam factam[i] nolle pati. Econtra dux Matthaeus caeterique principes una conclamabant, omnino fore sancitum quod in eorum praesentia domnus rex comiti Flandriae concesserat. His ergo rex auditis, animo motus, omnesque ad pacem studens sic reformare, eos festine sedavit; atque de loco suo rex consurgens, cum quibusdam maioribus curiae consilium seorsum tenens, comiti Flandriae ut ad se quantocius venire satageret, remandavit. Reversus vero come ad eius[k] curiam, atque consilii forte ignarus, a rege statim accitus, protulit in hoc modo rex sententiam, cunctis astantibus et audientibus, donum stare non posse quod sibi comes Flandriae dari poposcerat de Cameraca dignitate, quoniam presul Cameracensis contraibat, unaque totus ordo ecclesiasticus telluris Teuthonicae, qui forte praesens illic aderat. Igitur his comes auditis, motus animo, cum eodem mota optimatum ac procerum omnis multitudo, admirantes valde de cita regis mutatione, verbis minisque in invicem contendunt. Statim saeva altercatio seu confusio inter palatinos oritur; nam omnis saecularis monarchia Flandriae comitem iuvabat; ex altera parte dignitas omnis ecclesiastica Nicolaum episcopum fovebat ac roborabat. Vix vero utrorumque malitia extitit a rege sopita vel sedata. Praevaluit tandem ad horam illic potestas ecclesiastica. Agnoscens igitur Cameracensis episcopus se praevaluisse, comitemque cum ira repatriaturum fore, in futuro sibi praecavens, inducias a comite sibi dari petiit usque ad festum saltem[l] beati Remigii. Comes autem econtra iurgando, minando, proferens[m] non daturum ullo pacto inducias episcopo alias, ore superbo comes promens hoc potius se facturum quod[n] libentius caput illius a scapulis auferret, nisi Dei ordinatus foret, quam inducias sibi concederet. Intelligens autem episcopus pro certo comitem permanere in malitia, domnum regem adiit, postulavit quatinus sui gratia sibi a comite obtineret inducias. Econtra vero Matthaeus caeterique duces regni adversabantur episcopo, comiti dicentes hoc modo: *Nunquam comes bene teneas terram, nisi in brevi spatio eius destruxeris patriam.* Vix tandem[o] rex Fredericus pro praesule Nicolao ad pentecosten a comite inducias obtinuit. Comes vero cum grandi ira discessit a regis praesentia, sicque regressus est ad propria. Episcopus igitur ad horam cum rege remansit,

a) scientia 2. b) *abest* 2. c) *ita* 1. 2. *lacuna B.* d) e 2. e) regni 2. f) fieri vel 2. g) perlectamque epistolam 2. h) *sequentia usque ad* prevaluit *in medio anni sequentis omnia omittit* 1, *spatio duarum linearum relicto, fol.* 306. *sequuntur brevissima annorum* 1153, 1164 *excerpta.* i) f. fieri *B.* k) regis *B.* l) *deest B.* m) *deest* 2. n) *deest* 2. o) domnus *B.*

terraeque suae munimen a rege[a] requisivit et impetravit. Postea episcopus prope epiphaniam cum gratia rediit ad sedem propriam.

Quarto Kalendas Ianuarii[38] eclipsis solis circa horam diei meridiem fuit. 38 Consecratio oratorii beati Michaelis archangeli, quod constitutum est in turri maiori ecclesiae sancti Autberti praesulis, extitit facta a Nicolao episcopo venerabili, quarto Kalendas Octobris. Anno

# 1153.

splendor nimius in nocte apparuit, qui signum terribile de se mortalibus praebuit, quarto Kalendas Ianuarii. Intervallo autem modico facto, subsecutum est tonitrui mirabile signum. Septimo Kalendas Februarii eclipsis solis extitit[39]. 39

Anno[b] aetatis meae quadragesimo sexto, feria quarta quae quinto Kalendas Martii extitit, ab abbate Gualtero Wahenchort obedientia est mihi concessa, fratrum etiam assensu cum totius capituli gratia, duos nempe mecum habens adiunctos in societate, levitam et presbyterum, magistrum scilicet Godefridum atque Rainaldum.

Hoc anno Eugenius papa obiit. Hic ex Clarevallensibus monachis primus electus extitit.

Eodem anno famosissimus ille Dei cultor Bernardus abbas Clarevallensis nuncupatus, de hoc seculo nequam perrexit ad requiem.

Rex quoque Ludovicus, nimis impatiens, rursus[c] adversus Henricum[d] Normanniae ducem bellum renovat; adiurat vero regni principes, convocat in auxilium sui de remotis etiam partibus milites, quatinus illius dominatui patriam subiciant, hostes utcumque[e] gladio, igne prosequantur. A rege denique Theodoricus comes Flandriae commonitus, utpote regis cognatus, militarique acie refertus[f], vir acer ingenio armisque strenuus, pari modo cum caeteris principibus in auxilium sui est accersitus. Siquidem illo die quo beatae Margaritae virginis festivitas celebratur, rex Galliarum cum comite praefato quasi praeliaturi in Normannia cum copiis suis militaribus adversus ducem nuncupatum acies suas direxerunt. Post spatium vero unius mensis exercitum illic agitantes, quaeque opulenta patriae[g] lacrymabiliter depopulantes, denuum ad quoddam firmissimum castrum Vernona[40] nomine nun- 40 cupatum exercitum applicantes, illud praeliando expugnantes; pace tandem cum illis data et firmata, et ab illis vadibus acceptis securitatis, rex cum suis alacriter regressus est a Normannia.

Patris nostri iussu Gualteri[h], tam ad notitiam futurorum quam praesentium aliquid decet interserere huic operi ex actibus Nicolai episcopi urbisque infortunio Cameracensis, vel etiam ex proditione Simonis. In primis vero gratiam sancti Spiritus ardenti desiderio mihi postulo dari, quatinus iubentis imperio quidem impigre obsecundare, fructumque mihi atque aliis ex obedientia ovanter valeam elicere, ut illorum acta posteris aeternaliter legenda vel potius cavenda tradantur, ne scilicet, quod absit, a notitia[i] futurorum aliqua oblivionis fuligine fuscentur[k] vetustate. Idcirco sensum a segniciei torpore decet excutere, et amodo acta de supradictis convenit historice narrare. Nicolaus igitur episcopus Cameracensis quodam tempore, corporis aegritudine acriter in se praevalescente, votum vovit, se[l] Domino permittente apud Sanctum Iacobum iturum; sed accidentibus negotiis pluribus, iter illud diu fuerat impeditum. Tandem hoc anno episcopus in Domino corroboratus, hebdomada quadragesimae quarta, praeparata ea quae erant itineris necessaria, profectus est in via. Interea inter comitem Flandriae praesulemque urbis Cameracae firmiter ex utraque parte concessa pace, usque ad sui reditum ex integro permanserunt induciae. Circa quippe sancti Iohannis baptistae festum reversus est praesul ex via; sicque ab omnibus patriae maioribus honorifice receptus est cum grandi gloria. Siquidem gloria illa versa est subito hoc tenore in moestitiam[m]. Nam post prandium in domo praesulis, cum simul clerici vel milites apud se de utilitatibus suis tripudiando tractarent, ipsemet domnus praesul sospes ac laetus valde sciscitantibus quibusque de propriis viae actibus iocose narraret, statim Satan inter eos vacando fuit, discordiaeque zizaniam hoc modo inter eos miscendo miscuit, sicque

a) a r. *desunt B.* b) Anno — Rainaldum *desunt* 2. c) *deest* 2. d) H. 2. e) utrimque *B.* f) refectus 2. g) *deest* 2. h) guaulteri 2. gaulteri *B.* i) notitiis 2. k) vel vetustate fuscentur *B.* l) sibi 2. m) moestitia 2.

38) minime, sed a. 1152 d. 7. Februarii et 2. Augusti. 39) recte, anno 1153 secundum nostrum etiam calculum. 40) Vernon.

artis illius calliditate concito pullulavit ac praevaluit in civitate. Erant quippe illic inter alios avunculus et nepos, Simon scilicet castellanus et Aegidius, Ioannes equidem[a] de Marchuin praedicti Simonis cognatus, quos[b] Satan extemplo nequitiae suae veneno infecit, a quibus gravis in illa hora et nimis acerba suborta est controversia. Nam isdem Ioannes, 41 episcopi licentia castrum quod nuncupatur Marchuin[41] firmaverat; ex alia vero parte ad cumulum perturbationis Hugo castellanus de Pulchromanso, eiusdem Ioannis cognatus ac 42 predicti Simonis consanguineus[c], eodem modo castrum Meneendis[d, 42] culturae nuncupatum, arbitrio nihilominus comitis Flandriae, ab imo in sublimi statuerat: quorum vero municipia oppido Simoni et ipsius hominibus videbantur esse contraria. Expedit enim hic ista intromittere, articulumque prorsus ad initia reducere. Castellanus autem memoratus, cernens in sui praesentia stantem cognatum suum Ioannem, hoc modo illum verbis aggreditur: *Dic vero, Ioannes, quomodo ausus fuisti firmare castrum quod nuncupatur Marchuin, absque licentia mea?* Ad haec Ioannes sic reddidit: *Auctoritate*, inquiens, *domni Nicolai praesulis firmavi, atque firmabo.* Audiens vero Ioannem ista castellanus proferre, continuo coepit insanire; Ioanni turpiter inquit cum grandi elatione: *Fili meretricis, mihi constanter sic loqueris?* Filii vero Ioannis, duo quippe illic aderant praesentes, haec autem contumeliose a Simone comperientes dixisse patri, vehementer sunt indignati, atque repente cum gravi iurgio ista reddiderunt Simoni: *Domne castellane, nimis superbe contra patrem nostrum faris, immo adversus totius generis tui dignitatem agis! Nam ubi amitam tuam publice criminaris, valde temere ipsum aure omnium audientium ignominiose abominaris.* Audiens autem castellanus a filiis Ioannis contra se verba ista proferri, magis magisque in illos procaciter nequiores contumelias superba facie promebat; patris quidem illorum se oculum evulsurum a capite minando, quem unicum possidebat, ipsosque quoque in locum immundissimum pro- 43 iecturos[43] turpiter memorando aiebat. Unde iuniores accensi sunt adversus castellanum ira et grandi furore; mox suas exaltantes voces nimis furibunde in altercationem; sed unus illorum, iunior equidem aetate, palam omnibus subnotata protulit in subsanatione: *Nos quippe cum patre nostro, castellane[e] inique, minaris assidue et publice criminaris, prorsusque hostili dente acriter propinquos corrodis; sed Guinriboldus scholasticus ille famosus, si adhuc degeret in carne, apud ipsum ex pluribus nunc conquereremur cum festinatione, qui contubernalis quondam matri tuae, ac satis domesticus publice vel privatim a pluribus dinoscitur extitisse. Sed quandoquidem in altercatione ista praesentialiter deest, nec nobis quidem idoneum publice testimonium conferre potest, perinde mihi heu! dicendum est apostropha. Sed quid silendum est hic? non.* Rursus iunior, ironia sua reincepta, coepit sic fari: *Audi, castellane, omnis coetus simul adstantium in hac aede audiat; nam apud me restat brevis quidem, nec inutilis tamen, vel[f] nolis, tibi responsio.* Iunior mox exclamat in voce: *O Ioannes de Osiaco, cognomento Papalard, mihi succurre in praesenti disputatione, atque fac aequum iudicium inter affines cum velocitate. Tu quidem familiaris cubicularius es dominae tuae castellanae, atque optime actus nosti qui aguntur in domo domini tui castellani illicite.* Comperiens pro certo castellanus adversum se sententiam esse prolatam in sui confusione, ira suffusus vehementi, exclamat cum furore: *Qui sunt fideles mei, iungantur mihi!* Ad vocem cuius Aegidius nepos eius accurrens cum pluribus, evaginato mucrone, nisus est percutere Ioannem. Castellanus vero moliebatur per capillos affligere Ioannis filium iuniorem, et nisi domnus episcopus festine accessisset atque se medium statuisset cum sapientioribus patriae, illic cruor quorumdam effusus fuisset non modice; lis tamen quorum vix sedata extitit a domno praesule, atque Aegidius ut leo rugiens expulsus fuit ab episcopali aede, ob sui malitiam, cum maxima discretione. Postea domnus episcopus personis suis una cum civibus conglomeratis, salubre sibi dari consultum poposcit ab eis super tumultibus istis. Episcopo sane huiuscemodi pauci qui erant[g] doctiores responsum reddidere: *Honorande pater*, inquiunt, *homines utrique tui sunt, castellanus videlicet et Ioannes; sed aequum arbitramur ut Ioannes*

a) etiam 1. b) quos — perturbationis *desunt* 1. c) *sequentia ita decurtata leguntur in* 1. cons. mater prefati Ioannis amita erat dicti Simonis, Egidius nepos eiusdem Simonis, Ioannes de Oisiaco cognomento Papelardus filius eiusdem Simonis, Ioannes etiam de Marchuin a Bernardo de Rosbes captus est, ad quem Simon perveniens castellanus eius nepos, gladio extracto caput illius amputare nisus est. — Nepos etiam episcopi Galterus de Lens in eadem captivitate cecidit, Anno 1164. Egidius filius Simonis castellani preliando contra periit 4. Kal. Aug. *Ibi desinit* 1. d) Minsendis 3. e) *deest* 2. f) velis *B*. g) intererant *B*.

41) Marchienne? 42) Meenen, Menin? 43) i. e. proiecturum.

*eiusque filii contumeliam immoderate ab illis irrogatam domno Simoni castellano palam omnibus emendent, ne scilicet, quod absit, illorum cavillatio subito in detrimentum peius suboriatur, et huius terrae regio maxime cum habitatoribus suis periclitetur.* Huiusmodi consilium episcopo datum omnibus illic adstantibus placuit. Denique praesule a consulto regresso, iubet statim astare discordantes in praesentia sui; et proloquens in primis ea quae pacis erant, atque cupiens illos sanae in pacis et concordiae statum reformari, blando sermone Simonem sic adgreditur: *Taedet me*, inquit, *fili, pro iniuria tibi facta in praesentia mea, et mecum omnis curia mea oppido condolet pro te; sed et illi iam plurimum intra sese poenitent infamiam inconsulte in te protulisse. Unde, fili, obsecro te per amicitiam quae inter hominem et dominum immobilis esse decet, vel etiam per illam carnis cognationem indissolubilem quae sat in nobis ubique viget, quatenus Ioanni ac filiis eius indulgeas, stultiloquium, carissime, illorum nunc pro mea postulatione humillima oblivioni in perpetuum tradas.* Episcopo ad haec ore torvo heros infit: *Noli, noli a me repetere ista, episcope, quoniam mallem potius fieri filius gehennae, aut totius terrae meae prius totam dignitatem amittere, quin me non ulciscar ex Ioanne vel eius semine.* Ad haec praesul sic reddidit: *Si pro me, castellane, Ioanni ac filiis eius praedictam noxam non vis indulgere, sta et audi nunc, adstante omni curia mea, quod tibi pro Ioanne et filiis eius spondeo, scilicet ab illis iniuriae dictae omnino fieri tibi emendationem secundum utrorumque meorum vel tuorum hominum sane ordinationem.* Econtra ira saginatus castellanus, ista voce spumabat, neque se illis indulsurum, neque recipi velle ab illis emendationem, imo se in illorum grassari sitibunde necem. Domnus vero episcopus pro certo comperiens ista, ac de sessionis loco se erigens, publice vocem elevans, castellanum semel vel bis coram omnibus adiurans, quatinus aptum in curia sua diem acciperet, atque ei plenariam super his omnibus satisfactionem apertius se facturum commemorans; castellanus vero non acquiescens voci domini sui praesulis deprecantis, sed e curia protinus ira fervens cum suis abscessit, sicque domino suo episcopo in brevi spatio proditionem detestandam iniuste machinavit.

Evoluto perparum circulo dierum, increbrescentibus utcumque malis, fama impigre antistitis auribus pertulerat, quod praedictus Simon sese cum oppidis suis vellet subicere comiti Flandriae; quod sibi nequaquam fieri liceret absque licentia domni praesulis ac maiorum patriae, et assensu totius urbis et communiae. Qui mox ab antistite consilio quorumdam accitus, ac de sententia requisitus, in praesulis praesentia utpote vulpis dolosa cuncta denegat; alioquin si domnus episcopus de fama sibi denudata in aliquo adhuc adversus eum dubius foret, purgaturum sese spopondit, personis suis adstantibus cita velocitate in eius curia, de infamia sibi iniuste imposita. Discessit sic, sic, inquam, absolute castellanus a praesulis praesentia, et amplius Cameracum non intravit, quoad malitiae suae proditionem compleret, omni bonitate fuscata.

Peracta igitur comes Flandriae expeditione, qua cum Francorum rege perrexerat adversus ducem Normanniae, felix ac sospes revertitur ad propria cum pace. Ad quem Simon, delator citus malorum omnium patriae atque praesulis proditor et communiae, fama reversionis eius audita, cum velocitate perrexit, fallaciter verbis cicutinis principem delinivit, incitavit, quatinus sibi credat, velocius acquiescat, quandoque Cameracensem provinciam ab illo diu desideratam cum festinatione dominatui eius fore subiciendam. Hoc modo consuli[44] persuasit, sibi et posteris suis laqueum tetendit; nam scriptum est: *Qui parat proximo suo foveam, primus incidet in eam.* Nam laqueo fraudis suae comitem illaqueavit et illaqueatus est, decepit et deceptus est. His igitur omissis, seriatim historiam persequamur.

Igitur comes, auditis Simonis castellani sermonibus, atque in armariolo cordis cunctos concludens, in parte dubius nec credens, convocatis ad se seorsum maioribus aulae, vel eis[a] qui semper sibi adsistere solebant, vel quos[b] sanioris consilii esse agnoscebat, sibi dari sanum consultum ab eis super Simone sciscitabatur: quid ageret, vel eum in hominem reciperet, vel omnino refutaret? Facta est etiam non modica cavillatio inter barones haec agnoscentes, atque acta Simonis interpretantes, ob amicitiam pontificis, quoniam illorum pars praemaxima pontificis erant affines; quaedam tamen illorum pars comiti super hoc huiuscemodi responsum utile reddiderunt: *Consilium autem comes a nobis requiris? consilium enimvero nostrum est, quatenus in hominem Simonem recipias; hominium coram omnibus plane vobis faciat, fidelitatemque vobis filiisque vestris servandam iuret amodo et in perpetuum.*

a) eos 2. b) quis 2.

44) i. e. comiti.

Advocatus castellanus in praesentia, quidquid comes quaesivit, ordinavit coram omnibus verbo et opere implevit, sacramento sancivit; sed miser cito fraudavit. Eadem tamen die periurus ac fallax, iocundior effectus exivit de curia, revertitur ad propria cum ingenti laetitia, postponens praesulis proficua munia, se gesturum spospondens adversariis suis plurima incommoda. Quod et fecit, ut dicetur in subsequentia.

Arripio huius gestae rei veritatem sic enarrare. Mense mediante Augusto quando a nonnullis manipuli iam recepti referuntur, Simon saepefatus qui malitiose adversus domnum episcopum vel totius stirpis suae patriaeque salutem interius agitabatur, fervens rursus comitem adit, cicutinis verbis excitat, inflammat quatinus populum suum commoveri faciat et exercitum fortem congreget. Ignis vero qui in illius furore succensus ardebat, nondum extingui volebat, quoad perfidus ipse plurima sane pateretur incommoda, sibi iuste retribuente Dei providentia. Festum vero beatae Mariae semper virginis assumptionis instabat, cum comes, inito consilio cum principibus suis, velociter per bannum exercitum mandat congregari, ut omnes in proxima dominica quasi vir unus Atrebato essent parati. Ut comes suis mandaverat, impletum[a] extemplo dignoscitur; et Simon, his cognitis, alacer efficitur. Feria namque secunda illucescente qua praeclara dies beati apostoli Bartholomaei ab omnibus solemnizabatur, continuo exercitus fortis ab urbe Atrebato amovetur, Helgoto ducente de Bantiniis, quem Simon ob deducendum exercitum fidelem et fidum comiti deli-
44 beraverat. Is vero infidelis apud Timium[44] villam praesulis recto tramite robur exercitus duxit: illius oppidi habitatoribus solemniter feriantibus, subito irruit super eos dirae mortis imago; mox illorum vox mutatur, dans et ad aethera planctum. Praedones vero imprimis villam aggrediuntur, quaeque praeclara depopulantur, domos incendunt, homines occidunt vel capiunt, curtem etiam episcopalem invadunt, praedam sibi alternatim dividunt; infortunia ingentia illis in illa die acciderunt. Superveniens ergo comes cum suis, tentoria sua illic fixerunt. Domnus vero praesul, his auditis, in crastino motus animo, sui suorumque sollicitus, accersitis pluribus init consilium cum sapientibus, iubet portas urbis obserare, per portas vero Malli et Sallis mandat exire ac intrare. Milites vero qui infra moenia accersiti ab episcopo extiterant, valde militia virtutis elucebant. Hi hora diei prima, ignorante praesule, ab urbe armati exierunt, ad castra Flandrensium perrexerunt, opprobria vel convitia vocibus propriis in eis iaculaverunt. Huiusmodi eorum acta comiti pervulgantur, qui Gisleberto de Berghis signifero statim praecepit ut exiret, iuventutemque militum praepararet, et adversus hostes praeparatos ad praeliandum in campum deduceret. Postquam vero in praelio illi parati habentur, nostrates campum relinquunt, ad Sallis portam quantocius redeunt: illi vero volucri cursu nostrates insecuti sunt. Conflictus vero militum ab hora diei tertia incepit, in summoque vesperi tandem finem accepit. In illo quippe certamine quidam occisi sunt et quidam capti sunt, non modica caballorum exitia utrique parti contigerunt. Feria quarta comes in castris cum suis pacifice siluit. Interim sancti viri ac religiosi comitem adeunt, de pace ammonent, de incommoditatibus futuris sollicitant. Heros enim ad haec illis infit: *Sciatis pro certo, fratres, alicui me nolle malum machinari. Tantum*[b] *si nobis recognosceretur fas ad integrum, quod mei antecessores in patria iuste posse-derant.* Intervenientibus denique religiosis viris, a comite episcopo Nicolao datae sunt induciae per dies octo. Feria quinta, illucescente aurora, rogum castris iniecerunt, pacifice recesserunt, ab illis poenitus citra Scaldim fluvium cuncta depopulata sunt.

Nicolaus ergo episcopus cum militibus et communia urbis, finitis induciis, municipium
45 Simonis admodum firmum super fluvium Scaldim situm, nomine Nodlet[45], invadunt, incendunt, solo tenus obruunt, omnes fere occidunt vel capiunt; fumus vero incendii palam in altum se subrigens, famam malitiae de se propalabat. Speculator namque in Osiaci turre locatus extiterat, qui speculans a longe domino suo Simoni fumum aperte pronunciat, damnaque quae ab episcopo et communia sibi fiebant, manifestat. Perterritus vero Simon his auditis, sciscitans in qua parte dispendium[c] cerneretur, illi dixisse speculator fertur: *Apud Nodlet castrum.* Qui mox congregans milites cum peditibus, ire tentabat ad auxilium illorum: sed reformidans ire propter multitudinem, cum subito quidam ei obvius occurrens, eiquevaledicens, nunciat reliquisse se comitem apud Sclusam cum quibusdam principibus. Simon vero, his cognitis, alacer efficitur; comiti per velocem cursorem dispendia terrae

a) deest 2. b) tandem 2. B. c) d. rogi c. B.

44) Thun a septentrione Cameraci. 45) Novelle?

suae denuntiat, et nisi cito per eius auxilium relevetur, tota periclitabitur. Consternatus autem animo comes, his rescitis, quoniam illic cum paucis advenerat, tandem roboratus corde, affirmans: *Non sic evadent!* convocans et congregans quos secum habebat, et transiens ad Simonem, Simonique castellano associatus, facti sunt non modica turba. Properantes autem conglomerati ad locum incendii. Nam praedictum castrum episcopus et communia destruxerant, et plurimum iocundati, unanimesque conspirati ad maiora perpetranda voto anhelabant: cum subito eminus comitis vexilla speculantur, et caeterorum baronum apparere insignia. His cognitis pro vero, trahunt ab imis cordis in alto suspiria. Comes vero superveniens cum suis, ut leo fremens et rugiens, quaerens quem devoret, datoque signo, post eos exclamat: *In virtute percutite, percutite, nemini parcite.* Omnes vero his auditis attoniti ac pavore perterriti, omnes sunt in fuga conversi, ubi nonnulli occisi sunt, plurimi capti sunt; vulneratorum nemo scivit numerum. Domnus etiam episcopus vulneratus et captus foret, sed ob dignitatis suae maiestatem dimissus est; tamen equum suum amisit. Quid proferam de caeteris? Ioannes etiam de Marchuin[a] a Bernardo de Rosbes captus est; ad quem Simon perveniens castellanus, eius nepos, gladio extracto caput illius amputare nisus est, nisi a circumstantibus foret retentus; tamen, vellent nollent, eum bis in capite percussit, illumque semivivum reliquit, sicque se de Ioanne vindicavit. Et Ioannis filius siquidem captus fuisse perhibetur. Nepos etiam episcopi Galterus de Lens in eadem captivitate cecidit; in flumine vero Scaldi nonnulli necati sunt. Eadem quippe die conversa est cithara Cameracensium civium laetantium in luctum plangentium. In hac ergo secunda urbis destructione et communiae maiores[b] natu fere capti sunt Balduinus, Petrus, F.[c] filius B. et alii plurimi, quos enarrare taedium est. Illic quippe referuntur centum occisi, et trecenti vel amplius sunt vinculati. Actum est hoc tertio Nonas Septembris[d] feria quinta, in die sancti Remacli confessoris Christi.

Honorande pater, iussis tuis mentis benivolentia utcumque obtemperans, malens pati erubescentiam apud peritos quam inrogata mala civium nostrorum tempore nostro sub silentio ponere, et iussis tuis, ut decet, non obsecondare; placet igitur his malis sic finem ponere, quoniam longum est sigillatim quaeque transcurrere.

Postea domnus episcopus Nicolaus Simonem cum omni posteritate futura ex castellatura amodo et in sempiternum deposuit, comitique Flandriae ac semini eius inrefragabiliter possidendam tradidit. Namque in invicem conglutinati sunt vinculo dilectionis comes et episcopus, et Simon cecidit in foveam resupinus. Comes vero receptus est in urbe ab episcopo et communia Kalendis Novembris cum uxore ac filiis, cum ingenti pompa et gloria, et cessavit per parum hostis patriae malitia. Annus

## 1154.

Hoc anno Ludovicus rex Galliae uxorem duxit filiam regis Hispaniae. Domnus Samson archiepiscopus Remensis cum domno fratre Ludovico rege in obsidione Aguti montis[46] perrexerat; sed cum suis ab interioribus castri defendentibus ignominiose fugatus est, ubi nonnulli ex parte sua caede mactati sunt, quam plurimi vinculati in ergastulis extraneorum ducti sunt. Eodem anno Ascalona civitas a christianis expugnata et ex auxilio Dei capta, sicque prophetia prophetae Sophoniae quam praedixerat adimpleta est, quod nomen Domini ante mundi finem a servis Domini plenarie laudaretur in ea. Annus

## 1155.

Concordia inter regem Angliae et ducem Normanniae hoc tenore sancita est, quatinus post mortem Stephani regis dux efficiatur rex, et filius regis rursus ducatum Angliae obtineat: quod utrisque contigit utique in brevi spatio. Nam eodem anno praedictus Stephanus Angliae rex ordinante Deo defunctus est, et haereditarium regnum, duci quod iniuste ablatum extiterat, iuste duci restitutum est.

Miraculum quod huiusmodi temporibus Roberto tyranno, filio Thomae de Chochy[47], contigit, primo posteris memorandum. Praedictus vero tyrannus suspicionem pessimam circa uxorem diu in mente deliberans, cum nequaquam illam ludibrio ac voluntati suae[e],

a) *ita* 1. marchoin 2. b) minores 2. c) F. *aut* E. 2. d) *ita cum Brial correxi*; Octobris 2. 3. *festum enim S. Remacli die* 3. *Sept. celebratur quae a.* 1153. *in feriam quintam incidit.* e) *deest* 2.

46) Montaigu? 47) Coucy.

timore parentum illius, posset turpiter illudere, quia nobilis erat, utpote filia Hugonis[a] comitis Campiavenae: tamen unam ex famulabus illius, quae familiaris semper ei in obsequio inhaerere[b] cernebatur, et quosdam de familia, utpote conscios actuum dominae suae, in conspectu multorum eos accersivit, criminavit ac pessime divulgavit, statim illos comprehendi iussit absque rationis libramine, sicque indiscussos et inauditos in quodam tugurio extra oppidum deduci precepit, rogoque succenso, in medio eos praecipitare mandavit. Sed illa virtus antiqua et vere divina, quae tres pueros de incendio ignis liberavit temporibus Nabucodonosor regis, non defuit, sed affuit. Ignis quippe in conspectu omnium tugurium devoravit, eorumdem ligaturas incendit, capillos vel vestimenta eorum in nullo poenitus fuscavit; sic sine laesione rogi, Deo miserante ac concedente, illaesi exiere, magnificas gratiarum actiones Christo domino liberatori suo ex intimo cordis reddidere. Annus

## 1156.

Memoriae tradendum est, quod vetustate deletur et obliviscitur. Atrebato namque in ecclesia maiori beatae Mariae, Dei gratia providente, conventus factus est magnus tam clericorum quam laicorum magnatorum, inter quos extitisse fertur domnus Samson archiepiscopus cum episcopis subnotatis, Balduino Noviomensi, qui etiam ad populum verbum Domini fecit, bonaeque memoriae Milone Morinorum, atque Godescalco eiusdem ecclesiae antistite, Theodorico una Flandriae comite cum coniuge sua, Ivoneque Suessionis consule, cum parte maxima principum Flandriae, feria sexta post ascensionem Domini, exceptis plebium turbis non modica multitudine. Praefatus quippe comes cum uxore, cum quibusdam principibus Flandriae, cruces suas de manu domni[c] archiepiscopi et aliorum episcoporum cum ingenti gaudio eodem die illic acceperunt, nonnullis moestis, diris vocibus cum fletu irruentibus; vix se quispiam impraesentiarum poterat cohibere ab imbre lachrymarum multitudinis. Comes tamen cum suis alacer et laetus permanebat, animatus Spiritus sancti fervore; sed illic diversi diversa sapiebant, clamabant et flebant; quidam pauci pro amissione comitis et desolatione patriae, quidam moti pietate, quidam affectuoso propinquorum separationem. Quis enim illic ferreum[d] pectus gestaret? Flebat ergo domnus archiepiscopus, flebant episcopi, flebat quippe magnus cum minori. Quid autem in illa contigerit, hora lingua promamus veredica. Namque de coelo aquarum tanta stillavit abundantia, ut multi mortales ammirarentur de tam cita grandi pluvia. Quatuor vero, tres viri et mulier, in momento egressi ab urbe fuerant, ad terram argillosam pervenerant, ob nimiae pluviae tempestatem quamdam fossam intraverant, terra supra eos illic cecidit, sicque tres sunt obruti; vix quartus semivivus evasit.

Obiit bonae memoriae Alardus presbyter, sexto Idus Septembris. Annus

## 1157.

Quinquennio[e] nostro apud Wahunchurt completo, cum propria voluntate ad fratrum societatem revertor, 4. Kalendas Aprilis.

Theodericus comes, accersitis principibus totius terrae quasi virum unum in aula Mai. 12. maiori Atrebatensi quarto[f] Idus Maii, prima dominica post ascensionem Domini[48] ut habetur[g], de pace tractare diligenter coepit, de statu etiam regni, utpote qui iam recessurus a suis et peregre profecturus erat Hierosolymis. Turba vero undique non modica confluebat, ad tam excellentis operis comitis efficaciam; inter quos nonnulli praesules, abbates, presbyteri, clerici, laici, mulieres, utriusque sexus infantes occurrentes in loco subsistebant. Nicolaus etiam praesul Cameracensis cum suis maioribus advocatus extiterat, sed excusatione reperta, occurrere comiti noluit, sed ab illo totum sese abalienavit. Simon quippe castellanus convocatus ab eodem comite, quatinus Atrebato cum principibus suis occurreret, renuit; sed foedus statim abrupit, hominium ei remandavit, sic diu insertam cordi malitiam palam detexit. Eadem vero die id ipsum Gerardus praepositus Duacensis eius hominium abnegavit, quod ei postea ad nocumentum contigit, quoniam valde attritus egestate fuit. His auditis, comes turbatus est, et omnes a minimo usque ad maiorem cum eo. Ordinata tamen comes in crastino via, una cum coniuge et quibusdam principibus qui proficisci secum decreverant, profectus est cum ingenti moestitia, quoniam terram turbari

a) *deest* 2. b) *deest* 2. c) *deest* 2. d) *ita emendavi;* fervidum 2. 3. e) Q. *usque* Aprilis *desunt* 2. f) quartoque 3. g) Domini conventus haberetur *B.*

48) recte.

ab infestis hostibus agnoscebat, quam filio suo Philippo[a] adhuc adolescenti, utpote infra quindecim annorum, ad compescendam relinquebat. Timebat enim ne[b] aliquid inhonestum puero accideret, et sui eum ne deciperent vel fallerent. Precibus tamen magnis comes instabat, puerum Deo commendans suisque hominibus, atque ut fidelitatem puero custodiant quibusque sibi obviantibus precabatur. Principes ergo petitiones comitis audientes, lachrymasque matris plurimum condolentes, pietate moti sunt, consolatoriis verbis eos consolabantur: *Postulamus pie vos a lachrymis abstinere, quoniam melius erit filio terraeque, quam aestimatis. Namque in omnibus praeceptis vestris puero obtemperabimus, et sanum atque incolumem vobis eum restituemus.* Istis allocutionibus comes relevatus ac laetior effectus cum pace discessit, iter suum peragraturus.

Philippus ergo comes adolescens, post discessum patris multitudine congregata, dominica post pentechosten prima, contra Simonem perrexit; in feria secunda apud Hyncy; tandem ibi castra locavit, pernoctavit, totum usque ad turrim vastavit. In summo vero mane Mewurias[c] totamque terram usque ad Oziacum ex utraque parte incendit, ipsumque castrum Oziacum ea die ignis graviter afflixit; apud Mewrias eadem nocte tandem cum exercitu suo repedavit. Licentia ergo concessa omnibus in crastino, unus quisque regressi sunt ad propria cum gaudio. Haec prima congressio comitis Philippi contra Simonem. Mense vero Augusto iam appropinquante atque segetibus candescentibus, comes Philippus multitudines suas, quasi arenam quae est in littore maris, rursus adversus Simonem coacervat, iter suum ad Hincin properat; inito autem consilio, turrem obsedit, ordinansque machinas adversus eam, expugnavit illam; nam qui intus erant, perterriti sunt eique resistere nequaquam valuerunt, sed potius turrem ei tradiderunt, 4. Kalend. Augusti, feria secunda. Nempe per novem dies turris est obsessa cum grandi gloria et laetitia. Amissio vero huius turris Simonem valde perterruit, et Philippum comitem dominio sublimavit. Actum est hoc anno[d] incarnati verbi millesimo centesimo quinquagsimo septimo, indictione 5, epacta 7, concurrente 1, 4. Kalendas Augusti, feria secunda, post discessionem Theoderici comitis feliciter[e]. Annus

# 1158.

Philippus comes denuo in Maio partem exercitus sui contra Simonem hostem pessimum et rebellem in unum convocat, et castrum de Saucy consilio quorumdam adversus Osiacum cum maximo labore et fortitudine construxit, quod postea ab eodem Simone obrutum fuit 5. Kalend. Ianuarii. Et hoc dolo et factione servantium actum est; sed tandem omnes qui in eo reperti sunt, occisi vel capti sunt. Appropinquante igitur Augusto mense comes Philippus omnem exercitum, scilicet populum multum quasi arenam quae est in littore maris, equitum peditumque adunavit, terram Simonis vastavit, Oziacum castrum per dies aliquot obsedit. Dominus vero eo tempore nimiam pluviarum inundantiam in castris eorum stillavit, mirum dictu! pluribus illorum amissis, homines vel equi vix periculum evaserunt. Sane habitantibus vel defendentibus municipium profuit huiuscemodi prodigium. Praefatus vero comes, utpote adolescens, in obsidione castri proditionem suorum illic sibi comperiens fieri, protinus a loco tristis discessit, quoniam non est actum ut voluit. Peculiaris vero illo in tempore comitis consiliarius erat quidam Gauterus de Vadis nuncupatus. Tamen Duacensis castellanus, vir acer ingenio et armis strenuus — inimicis quidem suis erat formidolosus, fulgur, gladius, pestis; amicis vero pater, tutor, provisor, alloquio lenis — finem vitae in Septembrio hiccine tandem ordinante Deo fecit. Robertus Bethuniae nomine nuncupatus advocatus, a Philippo comite raptus, sub custodia publica in turre Duacensi retruditur ob multiplices nequitias quas agitabat; tandem transacta hebdomada, eiectus de custodia, comiti spopondit fidelitatem servandam et patriae iura tenenda.

Fredericus imperator noster contra Mediolanenses exercitum fortem et magnum duxit. Reges qui prius discordes erant ab invicem, cum gratia maxima hoc tempore concordes fiunt[f], scilicet rex Gallicus et Anglicus, adeo ut matrimonium puerorum suorum fecerint. Namque[g] filius regis Angliae[h] filiam regis Galliae accepit, et quidquid praeliando regi Angliae rex Gallicus abstulerat, pacifice reddidit.

Pater vero meus bonae memoriae Alufus iam nimio confectus senio, 5. Kalend. Martii

a) P. 2. *deest B.* b) *deest* 2. c) *vel* mennurias 2. d) *deest* 2. e) NOTA. Videntur deesse aliqua, quae non reperiuntur in chronico *addit* 2. *in margine.* f) fieant 2. g) Henricus *B.* h) Margaretam *B.*

cum precibus dormitionem in Christo accepit. Hoc etiam anno sub fratre Hugone, simplici viro et sacerdote cura ecclesiae diligenter procurante, amplificatum est atque melioratum caput ecclesiae nostrae: quod opus inceptum fuit Kal. Martii mense a Brimillo carpentario religioso viro de Sancto Quintino nomine, partim de . . . .[a] et eleemosinis fidelium, quas frater praedictus P . . . . undique valide acquisivit, vel quas Dominus sua gratia dedignatus est administrari; ab eodem viro facta tabula argentea ante maius altare apposita, exstitit acquisita de opere aurifabri diligenter sculpta. Annus

# 1159.

In octavis pentechostes, quod 7. Id. Iunii extitit, iam die advesperascente, horribile quidem dictu sed horribilius actu, tam imminens tonitruum cum ingenti pluvia et cum maximo turbine venti super terram extemplo venit, ut mortalium corda vehementius ultra solito turbarentur. Namque in locis pluribus hominum habitationes subvertit, quosdam in eis morte contrivit, nonnullam partem avium necavit, una terrae fructus, sylvas, fabas et caetera ex parte delevit.

Nondum finita guerra inter Philippum comitem et Simonem, albescentibus messibus prae maturitate, populum suum denuo comes Philippus in unum congregat, ad debellandum Simonem properat, exercitum tandem ante Havennencurt[49] protrahit, illic per dies aliquot sedit. Castrum vero impugnat, sed non expugnat, quoniam propter Aedigii nepotis Simonis amicitiam dimisit ac deseruit: partem tamen muri illius castri confregit. Terram vero ex parte illa incendio graviter afflixit, ubi nonnullae villae cum castris Marchoin[b. 50], Noelet, Cantium[51], vastata sunt 10. Kalendas Augusti, anno 1159. Rumor tamen in castris erat, quod comes senior cum pace reverteretur, sed ignari erant utrum verum fictumve foret. Die autem prima post beatae Mariae virginis assumptionem Atrebatum Theodericus comes venit, a suis honorifice receptus est cum maxima pompa, plebis clerique tripudio; inde tamen dolor et luctus contingit in populo, quia comitissa non est repatriata cum domino suo.

Mirabilia quae gesta sunt hoc anno, partim posteris enarrare tentabo. Nam omnes fere reges christianorum moti sunt a facie Dei Sinai. Bene dico a facie Dei Sinai, quoniam nec capillus hominis movetur absque Dei vultu[c]. Multae vero tribulationes hoc anno diversis in locis agnoscuntur fuisse. Imperator etiam noster Fredericus per annum circiter pugnans contra Mediolanenses, eos infra moenia conclusit, sed nondum expugnavit. Imperator vero Constantinopolitanus exercitum adversus Sarracenos ducit, cum quo rex etiam Hierosolimitanus pari voto Sarracenos debellaturus iungitur. Imperator quippe Galitiae Sarracenos et ipse congreditur. Reges igitur oceani qui in anno superiori pacificati extiterant, rursus instigante inimico, scilicet rex Galliae atque Angliae, ad bella inter se acriter incitantur. Regium vero dissidium Tolosa urbs antiqua manifestavit, dissidii exordium. Namque urbem Tolosam comes Sancti Aegidii[52], regis Galliae sororius, obtinebat, quam rex Angliae iure sibi haereditario ex parte coniugis suae possidendam reclamabat. Unde rex Anglicus animo excitus, ab insulis maris et a diversis gentium locis exercitum magnum et fortem convocat et congregat, quasi comitem Sancti Aegidii debellaturus, atque Tolosam praeliando in gente valida de manu comitis erepturus, sperans sese sic sine contradictione urbem recepturum, ut erat arrogantia libidinis instigatus. Causa vero profectionis regis Galliae, cur profectus sit cum rege Angliae apud Tolosam, haec extitit, quoniam mansuetus rex Galliae sua dulcedine discordes in concordiam reformare satagebat. Cum igitur utrique reges, utpote amici et socii, pari voto pacifice prope praedictam urbem peragrassent, mox rex Anglicus typo superbiae inflammatus, a regis Francorum consortio mutuavit, sese alienavit. Unde non modice consternatus animo rex Gallicus, quoniam cum eodem cum paucis profectus fuerat, quid ageret, quo se verteret, anceps erat. Inito tamen salubri consilio cum suis, transtulit se illico ad comitem Sancti Aegidii, a quo receptus est honorifice, in tantum ut urbem saepefatam regiae potestati comes traderet conservandam, necnon totius regionis dominio regem Galliae sublimaret. Hoc vero rex Angliae pro vero comperiens, corde dissolutus est; amodo sciens se parum in partibus illis proficere, regem autem

a) oblationibus? b) marchuin, noellet, canthen 3. c) nutu B.

49) Avesnes villa prope Cameracum? 50) Marchoin ad Scaldim. 51) Cantain ad Scaldim. 52) Raimundus.

semper supercrescere scire, se vero paulatim decrescere. Ante festum quippe sancti Ioannis baptistae illic cum grandi exercitu pervenerat, circa festum sancti Remigii cum Oct. 1. brevi emolumento ad propria cum suis revertitur. Guerra tamen usque ad adventum Domini inter reges perduravit. Ab adventu Domini tandem usque ad pentechosten inter se foederati sunt.

Huius vero ecclesiae abbas Gauterus nomine nuncupatus, iam grandi senio confectus atque molestia gravi corporis infectus, raecavens in futuro sibi et ecclesiae, ne per imbecillitatem corporis sui fratres disturbarentur, bonaque fratrum paulatim ab infestantibus utcumque minuerentur vel fraudarentur, sibi successorem dari petiit. Hoc sane fratres absque potiori consilio agere noluerunt. Ob id vero ab eodem patre vir magnae sanctitatis abbas Valcellensis Ricardus[a] advocatus extitit, denudans illi debilitatem corporis. Tandem consilio huius viri salubri, regimen ecclesiae abbas deseruit atque absolutionem accepit, anno scilicet procurationis suae quadragesimo quarto cum mensibus tribus additis, et ordinationis sacerdotii sui aeque anno feliciter. Nicolaus vero episcopus noster illis in diebus aberat; namque Mediolanum ad imperatorem pro pace quaerenda perrexerat. Fratres vero consilio inter se habito, Dei tamen adiutorio, alium sibi provisorem extemplo elegerunt, priorem scilicet ecclesiae Galterum[b] nomine, a puero secum educatum in ecclesia, virum modestum, bene morigeratum, cum grandi laetitia et absque omni discordia: personis ecclesiae beatae Mariae virginis adstantibus atque collaudantibus per omnia, I. archidiacono[c], H.[53] decano, W. cantore, E.[d] cancellario cum abbatibus Sancti Sepulchri R., Valcellensi Ricualdo. Acta sunt autem haec sexto Kalendas Decembris, feria sexta. Et quoniam pater memorandus longo tempore cum eis in maxima prosperitate et honestate deguerat, in cuius diebus Dominus ecclesiam feliciter multiplicaverat, honeste fratres illi necessaria vitae eius servientibus ordinaverunt.

Hiems longa fuit, et omnium pestis subsecuta est. Discordia Romanae ecclesiae gravis facta est inter duos electos, scilicet Victorem et Alexandrum; Victor quippe imperatorem obtinens, Alexander Guillelmum regem Syracusanum sibi confoederatum habens. Nicolaus ergo praesul ab imperatore Frederico laetus et sospes cum gratia revertitur, Theodorico mox comiti Flandriae amicitiae pace confoederatur; sicque durus hostis discordiae a finibus nostris eicitur. Pax vero inter episcopum Nicolaum Cameracensem et Theodericum Flandrensem comitem reformata est Bapalmis[e] castro, 14. Kalendas Februarii, Frederico imperatore nostro utcumque astipulante. Anno

# 1160.

Cameracum Theodoricus comes cum filio suo Philippo post concordiam factam cum episcopo primus venit, securitatem urbis et patriae ab omnibus absolute recepit, iure tamen salvo semper praesulis. Nonas Aprilis actum est.

Visa sunt signa in coelo in modum circulorum circa solem, hora nona diei, 3. Kal. Maii. Fulmina super terram innumerabilia 3 Kalendas Iulii micuerunt, hora diei sexta; quippe in diversis locis multos mortales oppresserunt et temporibus istis tam grandia non sunt audita.

Mathaeus vero, Theodorici Flandriae comitis[f] iunior, uxorem patre inconsulto, Stephani regis Angliae scilicet filiam, duxit, quae a nonnullis Deo dicata vulgabatur; quam ob rem moestitia pater excitus, in filio armis non segniter insurrexit, quoniam nuptias execrabiles filium fecisse moesto pectore ferre non aequanimiter poterat.

Regina Galliae[54] 4. Non. Octobris defuncta est. Haec de Gallicia orta est nobilis de gente, regina illius provinciae[g] constiterat. Ludovicus nempe rex eodem tempore sive in eodem mense, consilio quorumdam optimatum suorum uxorem aliam duxit, sororem scilicet Henrici comitis, quae filia Theobaldi comitis de Blos fuit. Audita vero huius matrimonii fama, rex Anglicus ira commotus, contradicere modis omnibus attentavit; sed Gallicus rex potiori consilio potitus, eius fallaciis nequaquam obtemperavit. Grandi malitia mox[h] infectus rex Angliae, adversus regem Galliae tria fortia municipia nequaquam vi, sed dolo

a) R. 2. b) Galandum *B.* c) *eius loco B. habet* Samsone archiepiscopo. d) E. *aut* F. 2. e) palmis *et in margine* fortassis Bapalmis 2. bapalmis *B.* f) c. filius i. *B.* g) *ita monente Cl. Grotefend emendavi*; pro inicio 2. h) rex 2.

53) Hugone. 54) Constantia, Alfonsi VIII. Castellae regis filia.

55 ac falsitate abstulit, Gisonem[55] nomine, et duo alia, et pactionis foedera opere fedavit, nominique suo maculam intulit.

Hoc etiam anno non modica suborta est in sancta ecclesia altercatio de duobus electis, scilicet Victore et Alexandro. Ecclesia namque Teutonici imperii a Frederico imperatore Febr. in unum cum suis convocata, Papiae inito concilio post beatae Mariae purificationem, papam Victorem in papatum totius orbis et Romanae ecclesiae suscipiendum, discussum et examinatum approbavit ac irrefragabiliter sancivit. Imperator vero Fredericus, his gestis, omnibus regnis, insulis, regibus, ducibus maioribus, minoribus per climata mundi commorantibus in fide Christi, scripto mandavit, quatinus electo suo una secum assentirent, unanimes obedirent. Non tamen omnibus sententia placuit, sed inter se inito consilio rex Gallicus et rex Anglicus cum utriusque regni episcopis, scripto imperatoris assensum praebere noluerunt, monachis vero Clarevallensibus maxime super hoc negotio laborantibus, atque stimulantibus quatinus Alexander reciperetur, quoniam parti illius favebant et per omnia Iul. 22. illum iuvabant. Prope ergo festum beatae Mariae Magdalenae a memoratis regibus utrorumque regnorum ecclesiam placuit congregari Belnaro[a] [56], quatinus illic discuteretur de dissidio sedis apostolicae. Illic siquidem nuntii Frederici imperatoris regibus cum epistolis occurrerunt. Regibus sane tractantibus de imperatoris legatione atque de dissidio sedis apostolicae, quidam cum imperatore Victori assentiebant; quidam vero acriter resistebant, sed potius Alexandro papae obediendum malebant. Ob hanc causam nunciis amotis imperatoris in spe concordiae, tertia die illis dimissis a regibus cum pace, mox regis Angliae factione Alexander papa in Gallicia[b] ab omnibus recipitur; et sic per regem in Anglia intruditur[c], sicque Dei ecclesia per orbis climata confunditur, nisi manu Dei valida relevetur. Annus

# 1161.

Magnatorum vero istorum coetus advocatus est Cameraci per Nicolaum episcopum 12. Kalend. Aprilis, Samson Rhemensis archiepiscopus, Gaulterus[d] Laudunensis episcopus, Balduinus Noviomensis episcopus, cum ecclesiasticis personis. Theodericus etiam comes Flandriae cum filiis, comitibus Philippo et Matthaeo interfuerunt, necnon comes Suessionis 57 Ivo cum nonnullis praeclaris baronibus; a quibus adiudicatum est gavalum[57] huius territorii Aegidio de Sancto Autberto. Tradicta[e] est mihi obedientia de Otviler a domno abbate cum assensu totius capituli 6. Nonas Iulii; curam vero loci illius a domno episcopo Nicolao 4. Idus Augusti suscepi.

58 Robertus de Chocie[58] a captivitate sua liberatur, quae sibi per Guillelmum Syracusanum regem pernicite[f]. Samson archiepiscopus Rhemensis 10. Kalendas Octobris obiit, magnae gloriae persona in Dei enituit ecclesia. Dispendium vero huiusmodi lugubre nostris in diebus fieri contigit. Principalis vero ecclesia beatae Mariae post concremationem suam ab episcopo et a clero et ab omni populo cum maximo labore ac quaestu diligenter foret recuperata, turres etiam ecclesiae per quinquennium fere in altum mire artificialiterque porrectae; sic opus consummatum omnibus complaceret, Dei iudicio permittente, omnia occulta cui sunt manifesta, turres cum optimis campanis solo tenus 3. Nonas Decembris corruerunt. Tota vero civitas versa est in lamentum. Annus

# 1162.

Hoc anno Henricus Belvacensis episcopus, Ludovici regis frater, in episcopatu Rhemensi sublimatur. Prima noctis hora tonitruorum coruscationes terribiliter invaluerunt 16. Kal. Februarii. In eodem vero mense, 3. Kalend. Februarii tonitrua similiter audita sunt; sicque per universam regionem occiduam tritici venundatio gravis invaluit.

Apud Mediolanum vero imperator Fredericus per quinquennium cum exercitu residens, tamen in anno quinto praevaluit. Habitatores urbis se ipsos cum urbe tradiderunt regi. Rex vero victor omnium illorum, ut diu optaverat, existens, cives a loco dispersit, urbem solo tenus fere obruens, de inimicis suis utcumque triumphavit. Postea vero papam Victorem charum semper tenens et secum ducens, et sic victoriam obtinuit. Post expugnationem

a) belmaro *B.* b) gallicia 2. c) intenditur 2. d) *folium in codice hic deficiens, in fine numero* 334. *signatum habetur* 2. e) Tradicta — suscepi *desunt* 2. f) *scilicet* inflicta erat; *B. addit* acciderat.

55) Gisors. 56) Beauvais. 57) capitagium. 58) Coucy.

igitur Mediolanensium Fredericus imperator regressus, generalem curiam disposuit apud urbem Betzençon fieri 4. Kalendas Augusti. Per epistolas quippe suas regibus occiduis gratiose mandaverat gloriosus imperator Fredericus, iam non auctoritate regali nec dominatu imperiali fretus, sed divina imperatione inspiratus, quatinus sibi clam occurrerent memorato loco, quasi de pace et concordia sanctae Romanae ecclesiae tractaturi. Auditis vero litteris imperatoris, oceani reges in primis unanimes corde iocundati, ad curiam praefatam copiam veniendi facilitate sua per nuncios assensum imperatori praebuerunt. Nec mora, inito ad invicem consulto reges, et mutata sententia, sane quaeque imperator eis in bono mandaverat, reges praefati pari voto irritando subsannaverunt, ac pro nihilo reputaverunt. Huiusmodi vero convocationis curiae ista dignoscitur fuisse vel creditur causa. Duorum namque apostolicorum virorum per universum clima saeculi periculosa valde controversia imminebat, quae nonnullos peste sua inficiebat, valdeque clade affligebat. Unde egregius imperator Fredericus[a] mente motus, omnibus tam maioribus quam minoribus satagere cupiens, nonnullos reformari ad fidei unitatem et pacem ecclesiae Dei laborans, sententiam beati Pauli apostoli exprobrationis ad subditos in memoriam habens, dicentis: *Cum sit inter vos zelus et contentio, nonne carnales estis, et secundum hominem ambulatis? Cum dicat aliquis: „Ego quidem sum Pauli alius autem Apollo", nonne homines estis?* Sententiam ergo apostolicam in prisco tempore gestam scimus, nunc tempore praesenti renovatam flebiliter plangimus, omni die magis ac magis naevam sordidam pullulare in peius cernimus[59]. Fredericus autem imperator scandalum grave ac perniciosum inter regna sciens, sese medium obicere causa pacis satagens, ut quondam apostolus Paulus inter discordantes sese pie intromiserat. Nempe Gallia cum Anglia cultu celebri papam Alexandrum colebat ac sequebatur. Ad augmentum vero tantae perniciei et controversiae, imperator Fredericus omni corde cum universa terra Theutonica Victorem papam laudabat, fastigium papatus ipsi Victori attribuebat. Huiusmodi namque placet curiae mentionem posteris tradere, ad quam nonnulli nobiles potentes utriusque legis, scilicet archiepiscoporum, episcoporum, abbatum, ducum, comitum, tyrannorum, causa pacis advenerant, necnon vulgi multitudo illic confluxerat. Inter proceres etiam non infimus Nicolaus Cameracensis episcopus adfuit. Is in primis devote ab imperatore et cum gratia receptus est; sed postea, turbata omni pace, consilio quorumdam pravorum hominum reges inter se fascinati, advocatio curiae ad nihilum redacta est: ex qua episcopus moestus et valde turbatus propter dissidium Romanae ecclesiae ac regum terrae discedens, ad propriam sedem reversus est cum maxima moestitia, ex qua eum Dominus omnipotens gratia sua postea omnino eripuit. Hyems gravis extitit, et mors pecudum valida subsecuta est. Annus

## 1163.

Dulcis vero ac laudabilis amicus, bonaeque memoriae vir, Montis sancti Eligii abbas, nomine Radulfus, nepos meus, Nonas Martii in Christo dormitionem sane obtinuit, anno praelationis suae duodecimo. Galterius abbas senior ecclesiae beati Autberti Cameracensis de hoc saeculo 3. Kalendas Aprilis migravit ad Dominum. Godefridus etiam, filius comitis Balduini Hainoensis 7. Idus Aprilis obiit, tyro futurus in pentechoste, cuius morte terra sua valde condoluit.

Domino igitur opitulante, scripturi posteris sumus quae gesta sunt hoc anno. Dominus quidem Iesus Christus terribilis est in se ipso, terribilis in superioribus seu inferioribus, omnia infra et extra concludens, continens vel possidens, ut potens potenter cuncta decernit in saecula; nam peccatores aliquando a superioribus minatur, quandoque poenas iniustis iustas immittit, aliquando ad filiorum correctionem vel ad detrimentum pravorum hominum. Contigit vero 4. Nonas Iulii, ad correctionem filiorum, fulmen de superioribus advenisse super ecclesiam sancti Sepulcri Cameraci, et intra ecclesiam terribilia exercuisse facinora. Nam altare in media statutum ecclesia ex loco suo amovit, maiestatem Domini honeste sculptam ac positam in superioribus sepulcri confregit, in pulverem redegit, et alia plurima incommoda perpetravit.

Eodem anno Godescalcus episcopus Atrebatensis ab episcopio discessit, causa infirmitatis suae, anno sexto[b] ordinationis suae; cui successit quidam Andreas de ordine

a) *locus vacat* 2. b) duodecimo *B.*

59) Haec igitur eodem tempore scripta fuerunt.

Clarevallensium. Hoc anno rex Hierusalem adfectus est morte Balduinus, cui frater eius Amalricus adolescens in regno successit, atque contra Noradinum in primo anno duas victorias[a] praeliando feliciter obtinuit. Hoc etiam anno Fredericus noster imperator contra Wilhelmum regem Syracusarum exercitum amovit. Comitissa Flandriae nomine Sibilla, spretis huius mundi illecebris, toto mentis conanime secuta Dominum, Hierosolymis est defuncta, summi largitoris expectans felix feliciter vera praemia.

Iudaei apud Parisios eodem anno in die celebrationis passionis Domini quemdam adolescentem christianum nomine Richardum ob Christi despectum cruci affixerunt, in cuius memoria dominus Iesus Christus signa perpetravit[b] inenarrabilia. Annus

## 1164.

Hoc anno ecclesiae beati Autberti Cameraci consecratio valde celebris a domno Nicolao episcopo, anno suae ordinationis vigesimo octavo, in honore beatorum apostolorum Petri et Pauli et sancti Autberti eiusdem loci quiescentis, facta est Kalendis Maii. Nicolaus ergo episcopus, adhibitis secum Dei cultoribus coepiscopis istis, Gautero Lauduni[c], Balduino Noviomi et Theoderico urbis Ambianae, opus excellentissimum cum maximo cleri et[d] plebis tripudio in illa die solemniter compleverunt. Illic nempe sanctorum reliquiae honorabiliter sunt allate scilicet beatae Mariae semper virginis .... corpus etiam sancti Autberti eiusdem conpatroni, corpus etiam Lietardi martiris et episcopi de Hunonis curte, beati Gaugerici corpus eiusdem civitatis praesulis, corpora etiam sanctorum Hugonis archiepiscopi et Airadri abbatis de Haspreio, corpus etiam beati Landelini abbatis filioli beati Autberti de Crispinio, corpus beati Macdellendis virginis et martiris de Novo castello. Huius vero diei benedictio, post duas eiusdem ecclesiae concremationes quae a Deo eidem permissae sunt evenire, Domino iuste dispensante omnia, hodierna die est reddita. Nam prima eiusdem ecclesiae concrematio anno 1099, in die illa in qua Fulco de Novo castello in hac urbe occisus fuit, accidit, scilicet tertio Idus Augusti. Alia quippe concrematio temporibus Nicolai episcopi anno millesimo centesimo quadragesimo octavo fieri contigit, octavo Idus Septembris.

Amotus[e] fraudulentia me insidiantium de Otvilers, Borteriis sum Dei gratia restitutus.

Aegidius filius Simonis castellani praeliando periit, quarto Kalendas Augusti[f].

Comes Flandriae Theodericus nomine rursus peregrinando Hierusalem repetiit, et filius eius Philippus pace inaudita terram sibi subiciens[g], nomen probitatis cum digna laude in perpetuum sibi acquisivit, et[h] valde nomen eius celebre factum est per omnes insulas oceani.

Victor papa, quem imperator Fredericus statuerat, hoc anno defunctus est; quo defuncto, alium in loco eius sublimaverunt.

60 Hyems longa et acerrima usque in Martio mense perduravit. Rex Hierusalem[60] in auxilium admirandi Babilonie hoc anno perrexit contra exercitum Noradini, ubi signifer eiusdem captus est et multa milia exercitus eiusdem cum eodem capta sunt. Et reddita est a Domino salus magna civitati, quoniam valde afflicti principes ab eodem prius doluerant.

Rex Angliae contra ecclesiasticum ordinem lubricus lubrice insurrexit, maxime virum 61 sanctum[61], largum eleemosynatorem, episcopum Cantuariae, ab episcopio cum sacerdotibus expulit: in Anglia vero terra Dominus signa sua concito manifestavit per supradictum episcopum. Annus

## 1165.

Narraturus vero posteris ea quae Dominus per dignissimam matris suae memoriam in diversis mundi partibus operari dignatus est, operam narrandi sic sane aggrediar. Cameracam igitur civitatem in primis urbem antiquam ponam. Urbem vero Dominus memoratam per matris suae memoriam longe lateque celebrem quondam statuerat; sed ad horam peccatis habitantium matris Dei honos qui debetur, parumper declinaverat. Dominus autem hoc anno per climatum partem huius orbis, prodentibus miraculis, famam suae genitricis et urbis auxit ac perpulchre renovavit. Quid plura loquar? Contigit vero huiusmodi apud Cameracum primitus fieri actum memoriae dignum. Fur vero quidam pro crimine suo in

a) *ita correxi*; orat 2. b) perpetrat *B.* c) laudunensi 2. d) *deest* 2. e) Amotus — restitutus *desunt* 2. f) *hae lineae ultimae Chesnii manu scriptae fol.* 306[a] *in fine.* g) s. et n. *B.* h) *deest* 2.

60) Amalricus. 61) Thomam.

eadem captus, secundum leges tractatus, et feria secunda post pentecosten quod exstitit 11. Kal. Iunii et a civibus urbis auditus et damnatus, laqueique suspendium iuste passus, ut cives ferunt, et per duas diei horas suspensus ac cruciatus, gloriosissimae Dei genetricis Mariae invocato nomine, statim poenitenti furi beatissima adstitit, a mortis laqueo periclitantem liberavit, sicut idem fur postea omnibus clara voce manifestavit.

Huiusmodi vero facti fama longe lateque celebris et vulgata. Apud vero castellum Novum post pentecosten unum de feretris beatae Mariae iussu domni Nicholai episcopi allatum exstiterat, quoniam pecunia operariis variis ecclesiam Dei genitricis reparantibus deerat, quod proferam digne de beata domina. Magna igitur et inenarrabilia in loco nuncupato est operata, aegris, caecis, claudis, paralyticis, diversis morbis per dominam sanitas est restituta. Fuit vero tripudium maximum in oppido illo, nec lingua nec sermo valentis scribere valet comprehendere gratiarum actiones habitantium[a] loci vel oblata munera describere. Igitur per embadum narrationis nostrae prosecutus[b] virtutum historiam beatae Mariae, revertar ad illud vas pertiosum, quod Cameraci retentum ab episcopo et omni populo eiusdem loci exstiterat, in quo eiusdem virginis reliquiae continebantur. Sic prosequar. Illud autem vas episcopi assensu et civium, in vigilia pentecostes, in loco a civibus in foro honeste composito fertur allatum. Sed actibus semper bonis mundus saepe solet esse, ut noscitur, inimicus.

In die sancto pentecostes antiquus ille humani generis adversarius bonum mundi fuscare attentavit per quasdam urbis vetulas; somniis phantasiisque diabolicis nec modice agitatae vel infectae, populo perferentes suis visionibus utcumque obedirè debere, quoniam suas illusiones pro vero affirmare visiones in hoc modo nitebantur angelicas. Vadum igitur in foro antiquo constitutum, obscenum, plenum immunditiis, ossibus cadaverum animalium mortuorum. Illinc quippe quisquiliae domorum proiciebantur. Et quoniam super vado mentionem hic agimus, restat ut pithonissarum errores futuris detegere debeamus.

Cum civitas gaudio referta in die illa sancta foret, et omnis villarum vicinitas eiusdem urbis beatae Mariae reliquiis ardenter occurrerent, orationes illic diligenter fiunt, vota, oblationes cum muneribus sane persolvunt. Quid amplius sermonem prolongarem? A fideli domina quibusque fidelibus retributiones fideliter rependuntur. Nam caecis, claudis, surdis, paralyticis, morbis omnibus per mundi dominam sospitas conceditur. Interea per zizaniam deceptoris oritur controversia inter clericos et laicos nimis acerba in die illa per seminarium diabolicum pithonissarum supradictarum. Nam quibusque ire cupientibus ad feretrum, pithonissae in via propius accedebant, verbis fallacibus vaticinantes, debere primitus iri ad vadum immundum nuncupatum ac de luto vadi aegroti quique forent abluendi, sicque sibi salutem sperarent integram posse consequi, unde nonnullos verbis diabolicis[c] fefellerunt. Nam quidam decepti ac creduli facti, vadum primitus intraverunt, ut sus in volutabro suo, maculati et corpore et animo foetidi ad pretiosas tandem reliquias infideles revertuntur, affirmantes in vado sese sanitati ex integro restitutos. Plebs mox excita, indiscreta vadum adeunt, pretiosas beatae Mariae reliquias fere deserunt, ad cumulum vero malorum vetulae assistunt, gaudio non modico gaudentes ac deceptis maiora divinantes: requiri debere ab omnibus pretiosas reliquias, in vado constitutas ab antiquis affirmantes, quoniam per eorum scilicet intercessionem signa et prodigia maxima in populo fiebant potius quam per beatae Mariae dignitatem, quod dici nefas erat. Pontifex cum clero suo, his compertis, miseratione divina non modice commoti, amodo condoluerunt turbae periclitanti. Ea vesania sua turba decepta sese compescere praesul cum clero mandavit, sed turba veneno infecta[d] diabolico, episcopi salubre consilium sprevit, mandatum pro nihilo habuit. In illa vero die quorumdam vesania in tantum contra Dei ordinem exarsit et convaluit, ut dicerent episcopum cum omni clero suo ab urbe debere ut maleficos expelli, vadumque ab[e] immunditiis ubi sancta ossa quiescebant debere purgari. Praevaluit autem ad horam tumultus turbarum et divinatio pithonissarum. Intrant huiusmodi cavillatione facta turbae, absque assensu episcopi vadum illud ab immunditiis suis emundare omni conamine satagunt, atque ex utraque parte lutum proiciunt[f]. Accedit plebs fatuata concito ad vadum, cum lagenis et ollis haurientes de vado ac plurimum potantes de illo. Sic omni malitia infecta[d], prima die revertitur ad hospitia. In secunda die plebs detestanda velox redit ad volutabra, quaerens quod promiserat pithonissarum fallacia. Plebs vero diu in vado

a) locis *c.* b) persecutus *c.* c) *ita suppleo;* . . . . linis *c.* d) infesta *c.* e) ad *c.* f) periciunt *c.*

viarum laborans, nec nisi ossa canum vel iumentorum reperiens, in se reversa culpam agnovit, indulgentiam quaesivit, pithonissas sprevit, gloriosae virgini Mariae reliquias decenter et fideliter honoravit. Ille tandem locus ab[a] omnibus spretus, controversia scilicet clericorum ac laicorum quae nimis acerba exstiterat, intercedente beata Maria est cassata; sicque finita cum deceptoris zizania sopitaque omni pithonissarum fallacia, memoria beatae Mariae in honore per climata orbis spargens et augmentans, miraculis prodentibus praestat solatium non modo suis civibus, verum omnibus etiam eius memoriam requirentibus.

Feria quarta pentechostes, hora diei nona, adveniens a mari Britannico ingens procella, omnem occidentalem plagam occupans, non modice illam vexavit, attrivit; nam a mari nuncupato cursum vel dispendium suum arripiens, terrasque has pertransiens, scilicet Normanniam, Ambianensem, Viromandensem, Atrebatensem, cuncta interius comminuens, arbores, segetes, fabas, lina, habitationes hominum ubique obruens et dissipans. Terram vero Atrebatensem ea procella graviter attrivit; illius regionis plebs diu dispendium suum luxit ac flevit. Subsecuta est venditio tritici quae in diversis locis nonnullos afflixit.

In hoc anno domnus archiepiscopus Coloniensis ex Mediolanensi urbe medietatem corporis beati Ambrosii asportans cum trium regum corporibus qui dominum Iesum Christum in cunis vagientem quaesiverunt et reperierunt et ut coeli terraeque dominum adoraverunt, in praedicta urbe honorifice recondunt. Domnus Fredericus semper augustus, domni Caroli Magni corpus de sarcophago sustulit, et in vaso aureo diligenter et honorifice restituit, 4.
62 Kal. Ianuarii[62], episcopis regni non modice laetantibus cum curiae optimatibus.

Comes Philippus Flandriae adolescens curiae Aquisgranis cum grandi apparatu domno imperatori occurrit in natalitio Domini. Ubi et domno imperatori hominium constituit, cum regina nepte sua etiam amicitiam indissolubilem composuit, et auxiliatricem sese comiti profuturam, si necessitas incumberet, sane spopondit. Annus

## 1166.

In diversis locis intemperies aeris hoc anno gravis facta est per partes occidentis; grando cum vi lapidum super annonam mortalium cecidit, quae magnum detrimentum pluribus contulit, maxime monachis Valcellensibus Deo servientibus et beati Autberti canonicis eidem sancto servientibus. In villa quae Sanctus Autbertus dicitur totius anni fere stipendium amiserunt, una cum habitatoribus ruris illius. Haec grando in feria quinta pentechostes cecidit in Cameracensi pago cum fulmine lapideo. Luxit diu nostra regio.

Fredericus semper augustus exercitum suum contra Romanos mendaces rursus hoc anno amovet. Hyems gravis, et longum tempus seminandi homines habuerunt; nam in Februario fere nihil operis gesserunt, mediante Martio tunc primitus seminare coeperunt.
63 Rex Franciae filium[63] de uxore sua genuit. Circulus magnus in coelo visus est circa horam diei sextam, 12. Kalendas Aprilis, cum aliis signis quae in eodem circulo apparuerunt[b]. Annus

## 1167[c].

Desidia Henrici regis Angliae ubique diffamata est omni velocitate adversus regem Galliae, in hac tempestate fasque nefasque prodeunte. Missus est tandem Petrus, miles fortis, frater iunior regis Galliae, contra subdoli regis perfidiam domandam; probitas cuius a pluribus sane collaudabatur. Is nempe iter cum sociis arripiens per quoddam regis Angliae municipium valde munitum, nec habens quo sese declinaret, vel quo se diverteret, agnoscensque hostes affore; sic sibi[d] suisque consulens, audacter arma cum sociis arripiens, hostium cuneos triumphando pertransiit, partem prostravit, manu partem cepit, victoriamque de adversariis suis cum laude obtinuit. Victoria eiuscemodi[e] longe lateque per oceani insulas celebris divulgata est, nec tamen fervida regis Angliae perfidia pro his est sopita; sed sibi consulens ac plurimum in aerariis suis confidens, missis[f] velociter cursoribus suis cum litteris per insulas oceani, ac multitudine militum peditumque arma portan-

a) est *Claude*. b) *hic incipit tertium apographum, fol.* 324a. c) LXXII. LX. XV. XXVII. VI. IX. VII. Idus April. V. Idus April. V. XVI. *c*. d) sic *et* suis *desunt* 2. e) huiuscemodi 2. f) missisque 2.

62) quem diem igitur Lambertus anno 1165 adsignat, dum in annalibus Aquensibus anno sequenti adscribitur. 63) Philippum.

tium congregata dieque sua una invicem constituta, omnes in unum conveniunt, iter suum arripiunt: quibus Matheus comes, frater Philippi comitis Flandriae, cum paucis obvius factus, extemplo invasit, dissipavit, omnes in fuga[a] turpiter convertit, maiores nonnullos manu cepit, cuius valde nomen celebre ac opus clarum in locis pluribus magnificabatur[b]. Nam idem Mathaeus regi Angliae illis in diebus iuste adversabatur propter quasdam possessiones quae sibi a rege denegabantur iniuste; idcirco domno regi Galliae confoederatus erat in certamine: qui vero evasere de praedicto praelio, ignominiose nudati quique rediere ad propria. Post haec Mathaeus comes habebatur clarus et probus in aula regis Franciae, ac nimis formidabatur in palatio regis Angliae.

Urbs Cameraca quondam splendida et nobilis habitatore facta, nobilitate sua noviter viduata flebiter, interius vel exterius flebilis et attrita, planctu plange, luctu luge, quae cares tanto honore vel es destituta tali pastore. Nicolaus praesul, flos praesulum, parentum insignis multitudine, fortis, alloquio affabilis, charitate mirabilis, in mensa dapsilis, familiaribus suis amicabilis, hostibus suis formidabilis, patriae tutor, civium nutritor, omnium bonorum coadiutor, tantus ac talis vita caruit, quia Kalendis Iulii ex hoc saeculo transiit, carnis glebam exuit, piam in Christo dormitionem cum patribus suis felix feliciter obtinuit. Moritur autem bonae memoriae pontifex ordinationis suae anno trigesimo secundo: praesul per climata mundi valde celebris, non solum archiepiscopis et praesulibus, verum regibus et ducibus cum principibus huius saeculi clarus extitit.

Fredericus noster imperator rursus iter suum cum exercitu forti et magno reparans adversus homines[c] qui eius periuri erant, tandem Papiae urbi hyemavit, sicque post pascha Romanis approprians, ac in diversis munitionibus prope Romam duces suos dirigens ob Romanorum contumaciam coercendam. Unde Romani valde superbia inflati, nec solum dignitate et gloria sed in multitudine sua gloriantes, ante pentechosten audacter egressi ex propriis muris cum vexillis ac buccinis, aciem contra partem exercitus imperatoris direxerunt et proelium commiserunt. Ad horam tandem praevaluerunt, quosdam occiderunt, quosdam autem manu ceperunt et ludibria sua ignominiose de quibusdam militibus captis gesserunt, sicque cum tripudio maximo in urbem sese receperunt; inde fit ingens foris planctus et magnus intro plausus. Dispendium vero huius certaminis Coloniae archiepiscopo ac exercitui eius in primis contigit. Postea Romani audaces effecti, pristinae virtutis utcumque memores de muris elatione ingenti abstracti, feria secunda pentechostes Teutonicos prope advenisse pro vero intelligentes et occupasse undique vicinas munitiones, sicque consilium ad invicem iniisse, repente fiunt leonibus[d] ferociores in audacia et fortitudine sua plurimum confidentes, mox quasi maris arena ex urbe processerunt, adversarios suos requisierunt, acies suas ordinaverunt, proeliando hostes invaserunt, sed nequaquam hostes ut primitus desides proeliando repererunt. Nam domnus archiepiscopus Coloniae de amissione sua facta valde condolens, ferox ut leopardus cum suis militibus effectus, in primis cum Romanis certamen iniit. Huic domnus Moguntinae urbis archiepiscopus occurrens, sicque cum suis auxilium utcumque praebens, maximam partem hostium statim prostraverunt, de campo turpiter fugaverunt. Nam ibi parte exercitus Romanorum caesa, fere ad novem milia in proelio corruisse feruntur, et tria milia manu cepisse asseruntur Teutonici pro amissione sua primitus gementes et valde attriti, tandem reanimati de Romanis tali retributione sese vindicaverunt. Romani quid Teutonicis postea dolose machinaverint dolo et astucia Graecorum hominum, quos imperator Graecus Romanis in auxilium direxerat, non est silentio intermittendum. Navigio exercitui regis tres naves onustas albo pane causa mercationis insidiose transmiserunt, qui omnino corrupti ac infecti laetali veneno interius habebantur. Unde nonnulli utriusque ordinis morbo addicti sunt, vel etiam, ut verius dicam, nobilium personarum militum ac peditum multitudo celeri praeventi sunt morte. Circa vero mensem Augustum quid posthaec utrisque Theutonicis vel Romanis quanta mala contigerint, placet historice de utrorumque infortuniis pauca succincte stilo memoriae tradere. Quadam die cum imperator Fridericus egressus cum suis magnatibus foret a castris, et vallem quandam prope Romanorum urbem sitam descendissent, de negotiis propriis tractare inchoassent, repente a montibus ingens et tetra nebula advolans, omnem vallem occupans et locum[e] suum nonnullis occultabat. Cernentes vero quidam sapientes quod fiebat, ad invicem proferebant: *Ecce intemperies aeris, quae circa mensem*

a) fugam *B.* b) magnificatur 3. c) Romanos *B.* d) actu et mente *addidit* 3. e) *ita emendo;* ex . . . . 2. et totum 3.

*Augustum Romanis contingere solet, ex cuius corruptione ac tabe cita mors tam hominibus quam animalibus evenit.* Imperator impiger, rei veritatem agnoscens, principibus suis sapienter intulit: *Discedamus citius a loco isto, ne ab hostibus nostris occupemur dolo, neque nos inficiat praesens pestis atque corruptio.* Heros cum paucis ocius ad montana impiger conscendit, sicque periculum tabis evitavit.

Domnus Reinaldus[a] archiepiscopus Coloniae in valle praedicta cum pluribus perstitit, inde citius periit. Nam recedente nebula fervoreque diei ascendente faetor intolerabilis ad horam super terram remansit, qui ieiuniantium omnium corpora tabe sua infecit ac corrupit. De qua tabe infra mensem Augustum de regis exercitu in valle qui remanserant, septem milia cum domno archiepiscopo Coloniensi et cum episcopo Leodiensi, cum ducibus et episcopis periisse asseruntur. Quid Romanis infra urbis munia contigerit, relatione[b] prosequar. Civitas ab imperatore obsessa nimisque oppressa, neminem egredi pacifice sinebant de civitate pessumdata, quin iam a peste et clade praedicta infra Romae moenia percussi et infecti periisse interius viginti milia referuntur. De utrorumque infortuniis populorum pauca legentibus memoriaeque posteris tradidisse sufficiat. Domnus vero Alexander papa de Urbe cum ingenti moestitia discessit, Siciliam petiit[c].

Mediolanenses rursus arma adversus imperatorem coniurant, foedus abrumpunt, urbem valde muniunt, cum pluribus Latiae[d] civitatibus societatis foedera componunt, male sic sese ligantes, potius in proelio mori, quam semper inhoneste vivere. Moestus ob hanc causam Fridericus imperator efficitur, tandem consilio principum suorum a finibus hostium tristis egreditur, sospes in patriam suam revertitur.

Remis metropolis, civitas olim nobilis et inclyta, in iis diebus ab archiepiscopo Heinrico[e] inhoneste tractata, de dignitate sua valde attrita, gemit quod amisit, patitur dolens quod non meruit. Civitas diu ab eodem domino aporiata[f] est. Tandem domnus archiepiscopus pacatus est istorum nobilium comitum, Philippi Flandriae, Henrici Campaniae consilio, cives omnes sunt restituti in gratia, et amissa restituta, cum libertate sancita.

Mors crudelis et amara nemini parcis, nec avara, ut apertius proferam, pro te vitam gerimus nimis miseram; quoniam non licet quemquam tutam capere requiem, sed quamquam suspectum adfore tuam, diffugere paratum, ingluviem. O mors metuenda! O mors semper intuenda! cedros mundi altas destruis, cuncta mundi nascentia obruis. O quam miserabilis ac lamentabilis omne huius mundi dominium humilium constat vel sublimium, quod[g] nequaquam auro vel argento redimi valet, vel pretio aliarum divitiarum. Namque has cedros altas ac sublimes valde, o mors! in praesenti anno ab[h] hoc saeculo per te sunt abstractae maiores personae ac ecclesiasticae, domnus Reinaldus Coloniae archiepiscopus, domnus Alexander[i] Leodiae episcopus, domnus Nicolaus[k] Cameraci episcopus, domnus Theodericus Ambianae episcopus, domnus Balduinus Noviomi episcopus, domnus Amalricus[l] Silvanectensis episcopus. Istae tam sublimes personae pretio nequaquam aliquo valuerunt sese redimere.

Post dormitionis Nicolai praesulis diem sibi a Deo constitutum, quem valet praeterire nemo mortalium, ecclesia Cameracensis viduata nequaquam absque grandi detrimento patriae diu valebat persistere in sua viduitate. Unde factum est, ut nonnullae secundum Dei timorem et honorem ecclesiasticae personae, atque totius patriae proceres ac vulgus plebium innumerabili una conglomerantes, sicque cum summa peritia super sanctae ecclesiae statu ac viduitate diu tractantes plurimum inter sese volventes, maior tandem pars sibi salubre consilium repererunt, quoniam unanimes in Domini auxilio perstiterunt; aversa pars altera diversi diversa senserunt, schismatici schismatica opera concitaverunt, sed[m] parum in hoc profecerunt, nam domno Alardo archidiacono adhaeserunt. Maior pars, ut superius praelibatum est, et sanior, oculo puritatis et columbinae[n] simplicitatis mala totius patriae utcumque prospicientes, nihil melius apud se diu volventes ac tractantes, nihil honestius reperire valentes, quatinus sibi et ecclesiae Dei sanctae Petrum admodum adolescentem eligerent in patrem, ut per eum Dominus pacem urbi omnique populo patriae concederet; auxilio Dei tandem hilari corde sibi Petrum statuerunt in patrem, aetate quidem iuvenem sed nobilitate insignem, utpote Theoderici comitis filium fratremque duorum

a) R. *c.* b) *deest* 3. c) *hic fol.* 323' *secunda manus desinit.* d) *legendum videtur* Italiae *vel* Lombardiae. e) H. 3. f) *i. e. ad aporiam, paupertatem reducta.* g) quo *c.* h) ac *c.* i) T. *legi videtur, sed perperam.* k) N. 3. l) *littera initialis dubia,* N, H, A? *nomen igitur supplevi.* m) *deest* 3. n) columbino 3.

comitum insignium, Philippi Flandriae comitis atque Matthaei Boloniae ducis. Huic electioni factae pars maior et sanior unanimiter ac fideliter assensum, omnes abbates et quidam archidiaconi, cives urbis praebuerunt, omnes in sublime voces extulerunt, Alardum archidiaconum cum omni eius parentela ad horam refutaverunt. Comiti Theoderico et fratribus omnia haec gesta super electione facta citius nunciantur; laeti ultra modum efficiuntur. Statim pater pro filio, fratres pro fratre, Deo immensas gratias referunt; comes cum filiis omnibus personis totius episcopatus Cameraci, abbatibus, archidiaconis, maioribus, minoribus, cum urbis habitatoribus, cum maxima devotione super facta electione gratiarum actiones reddunt. Petrus vero adolescens, his auditis et cognitis, valde moestus efficitur. Post haec comes Theodericus [a] cum filiis nova luce referti, prae gaudio ab ecclesia Cameracensium suscepto, inito consilio et accitis notariis suis, domno Frederico imperatori super electione facta, pater pro filio, fratres pro fratre scripta sua studiose direxerunt, non solum imperatori, verum etiam super hoc negotio maxime imperatrici; quoniam neptis erat Theoderico comiti domna imperatrix, quae fidelis eorum scriptis semper extitit in omnibus auxiliatrix. In hac ergo legatione abbas quidam Montis sancti Martini officio est functus, ex parte Cameracensis ecclesiae assignatus, vir linguis eruditus et vita religiosus, atque ex parte domni Theoderici [b] comitis quidam milites nobiles et eruditi viri, de propriis familiaribus suis asciti, in hac legatione missi, pari assensu, pari voto et corde perfecto epistolas secum portantes profecti sunt. Abbas praedictus epistolas secum habens sigillatas archidiaconorum sigillis, totiusque beatae Mariae virginis capituli assensum, omniumque abbatum et [c] civium urbis utile scriptum deferens, tamen non assignatum sigillo beatae Mariae virginis. Nequaquam fratres capituli neque cives urbis beatae Mariae sigillum habere valuerunt; quoniam domnus Alardus sigilli custos erat, qui omnino in quantum valebat, caeteris resistebat. Aversatrix pars pro domno Alardo domno Frederico imperatori per quendam pseudoabbatem de Sancto Guisleno, nomine Gossichinum, virum ad plene litteris eruditum sed scelestum et profanum, illo tempore ab ecclesia Remensi iam damnatum et depositum, per talem et per praedictum litteras bullatas per sigillum beatae Mariae absque assensu capituli fallaciter ac inutiliter direxerunt, ponentes scriptum in eis mendax, omnium archidiaconorum, abbatum et omnium civium sese habere assensum idoneum; insuper et domni Balduini comitis Hainoensis, et omnium procerum terrae Cameracensis, sanum testimonium super domni Alardi archidiaconi electione facta digna et iusta, ubique in aula regia celebri voce affirmantes; quae postea vilis est habita et iuste cassata, quoniam imperatori falsa detulerant, ut in subsequentibus veraciter proferemus. Namque nuntii domni Alardi nuncios domni comitis et urbis anticipaverant, curiam cum mammona deceptoriae artis intraverant, diligenter imperatorem verbis deceptoriis salutaverant, sibi plures aulicos illexerant, plurima maioribus curiae dona tribuerant, et ampliora sese daturos pluribus munera spoponderant, si electioni praedictae domni Alardi optimi auxiliatores permanerent.

Prosequamur nostrae seriei ordinem: quid acciderit litterarum portitoribus capituli electionis sanctae una cum Flandriae comitum nunciis, scriptis diligenter certis assignemus futuris. Priores nuncios domni Alardi domnus abbas Montis sancti Martini post triduum, cum Flandriae comitum legatis iter suum properantes, subsecuti sunt, Papiam urbem tandem gaudentes intraverunt; priorum nunciorum domni Alardi nullius fallaciae timorem habentes, devotissime domni regis maiestatis praesentiam requisierunt, inventamque, ut dignum erat, cum omni diligentia ex parte totius beatae Mariae capituli, abbatum episcopatus et archidiaconorum ecclesiae, urbisque civium salutaribus verbis salutaverunt, litteras quas secum detulerant protinus domno regi praesentaverunt. Nondum his ad plenum completis, astabant ex parte Theoderici comitis et filiorum nuncii, magnifice imperatorem verbis pacificis salutantes, regi quas secum attulerant epistolas offerentes, praedicta dominorum suorum seriatim negotia domno regi exponentes; tandem finem complentes, ab eodem gratanter et honorifice resalutati, et amicitiae verbis et actibus remunerati sunt. Nam domnus heros praedictos principes sciverat nobiles ac valde potentes et plurimum apud sese valere, maxime quos etiam noverat affines et cognatos affore imperatrici sibi coniunctae, illorum legati propter eorum reverentiam ab eodem rege honorifice sunt recepti. Domnus rex praedictos nuntios laeta facie respexit, bene venisse iocose intulit: *Iubeo fieri pro dominorum vestrorum comitum reverentia, quatinus apud nos mansionem faciatis, et*

a) T. c. b) T. 3. c) *deest* 3.

*dabuntur vobis ex stipendiis nostris opime cibaria omnibus cum vestris animalibus.* Inclinatis cervicibus domno regi gratiarum actiones reddiderunt praesentes missi, his auditis; nostrates vero, quamdiu illis placuit, stipendia regis abunde susceperunt; quando vero voluerunt, hospitia sua infra[a] urbem petierunt. Post haec Philippi comitis mandatorum ipsius memores, curiose loci oportunitatem quaerebant, quomodo soli cum sola imperatrice loqui valerent, sicuti a dominis suis institutum erat illis in Flandria. Illis vero in talibus occupatis, contigit huiusmodi praesidium illis divinitus fieri Nunciatum nempe reginae fuerat, advenisse Flandriae nuncios apud domnum imperatorem. Regina mox ardore fervens, functae legationis causam investigans, diligentius pro vero sciscitans et intelligens, advocans concito ex propriis astantibus fidelem, illique praecipiens quatinus cognatorum suorum Flandriaeque comitum legatos requireret, honorificeque sibi praesentaret; praesentati vero reginae, refecti sunt grandi iocunditate. Astantes quippe reginae honeste salutaverunt reginam, ab illa diligentius resalutati atque sunt honorifice suscepti. Deinde ex statu Flandriae ac cognatorum suorum comitum incolumitate diu sciscitatis, tradiderunt reginae domni Philippi signa, quae sibimet in nativitate Domini causa cognationis et amicitiae magnae in invicem pepigerant vel composuerant. Remisit reginae Philippus comes cum litteris sigillatis in Latia, quatinus per reginam super fratre suo obtineat quaesita praesidia. Litteris autem lectis; et aure percipiens causam legationis cum remissis signis, ultra modum hilarem se legatis ostendit, aperiensque os suum: *In veritate comperi veridicos fore nuncios cognati nostri Philippi,* regina infit. *Oportet nos diligenter ex dominis ac nepotibus nostris vocem audiri, sollicite pro negotiis illorum curam haberi, auxilium illis utcumque praeberi. Ultronea quippe spondeo, promitto, quantocius devotam auxiliatricem illis nos fieri, ut praesens negotium postulat, vel amici nostri nobis mandant, vel dulcia signa nobis remissa repetunt, affectuose vobis missis annuncio. Ingrediar vero citius ad domnum regem, quatinus pro nepotis nostri electione gratiam cum salute obtinere valeamus, vestri curam certo fine compleamus; opprimentiumque vos partes dono Dei et nostro suffragio cassabo.* Siquidem aures reginae primitus allata fama introierat, partem adversatricem episcopatum Cameracensis ecclesiae quaerentium advenisse, pluresque aulicos fulvo metallo iam partim corruptos intellexerat, muneribus et vasis datis corda curiae magnatorum in auxilium sibi utcumque adtraxisse. Inde spem maximam obtinendi episcopatus dignitatem gloriabantur, et quasi potentes in potentia praevaluisse, nostratibus[b] ubique adversabantur. Nec diu promissis domna imperatrix distulit, quin ingressa ad regem, ut legatis nostris ordinaverat, sicque adstans coram rege claro sermone secreta cordis eructavit: *Astamus quippe domino nostro regi, non praesumentes in audacia nostra, sed in gratiam vestri, quae in nobis uberrime redundat. Nequaquam, princeps sublimis, nos existimes praesumptione vel arrogantia forte aliqua conspectui vestro astare; sed potius humilitate ac mansuetudine, prostratae corpore, submissa voce, per gratiam vestri petitionem nostram cupimus vobis ostendere. Petitio autem nostra haec est: domino nostro regi si placet, petimus a domno rege, quatinus Petro nepoti nostro, germano Philippi comitis Flandriae, cathedra sedis Cameracensis detur.* Imperatrix suae petitionis seriem peroravit. Rex reginae sic responsum reddidit: *Amatissima nostra, petitionis vestrae auditu sonum comperiens, nec in animo parvipendens, sed diligenter amplectens et opere implere cupiens, nequaquam petita vestra vobis absque nutu et consulto curiae et principum adimplere satagimus. Dulcis soror et amica, ne diffidas, quoniam vestram et amicorum vestrorum petitionem non refutamus; sed utcumque tempus administraverit, hanc suscipiendam et honorandam ac sublimandam fidei et opere parati sumus. Protestor vobis pro certo, allatae sunt nobis et principibus curiae aliae litterae primitus pro cuiusdam Alardi archidiaconi electione, quae in conspectu omnium principum curiae et assistentium nobis fuerunt praesentatae; utrorumque vero electiones in curia nostra assensu nostro ac principum discutiendae sunt. Nam, amica nobis, cuncta pro vero noveritis: in curia nostra primae litterae iam apud nos plures intercessores ex principibus locum obtineri; sed nostra semper fidelis, bene confidas, quoniam vobis ac vestris bonum faciemus.*

Domnus imperator Fredericus parti reginae sibi associatae sane favens, duces ac principes adgregans, ex altera parte legatos Cameracensium utrarumque litterarum ferentium ante se advocans, eorum electiones in praesentia sui et principum iussit recitare ac discutere, quatinus plenius veritatem gestae rei principes intelligerent, lanceque veritatis discernerent. Litteris recitatis utrarumque partium, et principibus diligenter auditae et

a) intra *addit c.* b) nostrates *c.*

examinatae, nihil verius intelligere valentes, principum adstantium iudicio rei gestae veritatem scrutantium, electio cum litteris domni Alardi cassatae sunt, quoniam minus in sese veritatem continentes, ab illis iuste in curia condemnatae ac viles reputatae sunt. Tamen quibusdam curiae de maioribus valde iudicium displicuit, quoniam non est actum ut pecunia corrupti estimaverant[a], nec veritati contraire omnino quibant; nam domnum Alard umubique litterae capituli et archidiaconorum ecclesiae, et abbatum ac civium idoneum testimonium, quod in litteris suis false posuerat, adversabantur. Idcirco spretus est ipse et sui cum muneribus datis; curia omnis litteris capituli ecclesiae Cameracensis ac litteris Flandriae comitis assensum fideliter astipulaverunt.

His huiuscemodi completis, regina ingenti gaudio afficitur. His auditis, nostrates nihilominus laetitia magna replebantur, quoniam adversarii eorum in curia voce publica falsi delatores abiudicabantur. Nostrates quippe longitudine itineris valde aporiati, reditum cum licentia sibi dari optabant; ex providentia vero Domini omnia providentis actum est, ut domnus imperator post haec consilio principum curiae reginam sibi praesentari iuberet, quae praesentata et adstans, domnus rex in haec verba prorupit: *Nostra sociata semper fidelis et chara, concedo vobis et amicis vestris cathedrae sedis Cameracensis ecclesiae dominium, ut petisti et amici vestri vobiscum petierunt; vos pro nepote vestro, illi super fratre suo.* Domna regina intelligens sibi dici talia, nimis efficitur laeta, pro collatis beneficiis domino suo regi statim gratiarum actiones immensas reddidit. Mox domnus rex cum regina legatos praedictos sibi advocantes, licentiam remeandi quam diu optaverant tribuentes, datis litteris et signatis sibi a domno rege, rex illis ait: *Revertentes revertimini ad regiones vestras cum fiducia. Domnus abbas salutet[b] personas ecclesiae cum urbis civibus ex parte nostra. Flandrenses dominos suos et amicos nostros ex parte nostra et reginae salutent ex gratia. Missuri sumus nuncios nostros cum epistolis citius ad urbem post vos, qui cunta capitulo et civibus nostris secundum libitum nostrum exponent, et amicis reginae petita bona et impetrata sollicite pronunciabunt.* Cum hac quippe spe ac fiducia legati nostri revertuntur ad propria.

Officio suo apud curiam utrique missi peracto, discedunt a curia, ut praelibavimus, ad proprios dominos revertentes cum pace et laetitia. Domnus, inquam, abbas Montis S. Martini cum sociis et cum ingenti fiducia rediit ad capitulum beatae Mariae, a quo missi extiterant. Occurrunt illis statim omnis ecclesiasticus ordo cum gaudio et cum civibus urbis. Deosculatus vero ab omnibus, domnus abbas omnes salutavit ex parte regis ac reginae. Deinde domnum abbatem ex pluribus sciscitant, scire cupientes actionis suae modum apud curiam. Exposuit illis plurima incommoda ex parte sibi contradictoria; quid illi contigerit in curia, quomodo ipse et sui auxilio reginae postmodum in gratia sunt recepti, seriatim peroravit. Certas secum non ferentes litteras, tamen dominum quaesitum in spe bona et firma habendi omnes posuit; sed tarda missio legationis imperatoriae promissae aliquantulum nostrates postmodum fecit titubare. Gossichinus pseudo et falsus delator, abbas Sancti Gisleni nuncupatus, pro quo apud curiam ierat, satis ignominiose absque gratia ad eumdem revertitur, fallacia sua domno Alardo et amicis illius hilarem vultum extrinsecus ostendens, ab interioribus suae magnae pravitatis deceptionibus ubique odorem spargens, nec errori suo modum imponens; sed domino suo Alardo et pluribus dementans, apud curiam regis cuncta sese pro quibus perrexerat impetrasse, pro vero pronuncians et affirmans; et quia totus extiterat error homo praefatus, ut ostendimus, merito restat ut errare quosdam post se locutionis suae assertione fecerit. Flandrenses quippe missi cum regiis litteris ad dominos suos cum laetitia revertuntur, dominis suis gratiam pro quibus apud curiam perrexerant magnam invenisse, fiduciamque episcopatus Cameracensis obtinendam non dubitative pronunciantes, sed veraciter affirmantes. Salutationes nempe imperatorias dominis suis ex parte illorum repraesentantes, et gratiam quam apud utrosque ex parte dominorum suorum in aula regia obtinuerant, quam benigne rex eos recepit, quam laeta facie regina, quam auxiliatrix devota illis extiterit, relatione fideli vix explanare valebant. Auditis his, pater cum filiis admodum sunt iocundati. Postea valde ad horam sunt iidem duces moestificati in imperatoria legatione diu expectata, quoniam et ipsi de salute promissa non modice desperaverunt. Tandem circa omnium sanctorum solemnitatem urbem Cameracum missi a rege cum epistolis regiis intraverunt.

Proferemus ut memoriam de pluribus teneamus, quod cum tarda regis procrastinatio

a) extiterant c. b) saluta c.

quosdam patriae principes valde laetos effecerat, nostrates interius corde attriverat. Domi- Oct. 29. nica ante omnium sanctorum solemnitatem, ut praelibavimus, omnes ecclesiae personae in unum adgregatae sunt[a], quasi domini sui regis obedientiam auditurae, ius et praeceptum imperiale gratulabunde suscepturae. Spes plurimos fefellit; quoniam aliud illis evenit. Missi tandem a domno rege cum epistolis regiis in urbe cum gaudio ab omnibus recepti extiterunt. In hac legatione officio functus idem abbas Sancti Remacli, cum quibusdam personis qui omnes parti domni Alardi et electioni, in quantum poterant, iuvabant. Illud periculum citius divulgatum est infra urbis moenia et omni populo; fit tumultus maximus in urbe, quod nequaquam abbas praedictus et socii electioni et urbi non assentirent. Idcirco vociferantes sese una conglomerantes, fit ex illis mox modica non turba, quando milite Fulcone ductore ante processionem peractam beatae Mariae semper virginis ecclesiam intrant, timentes ne per legatos missos eorum electio minueretur vel cassaretur. Animata tandem consilio et auxilio eiusdem Fulconis turba praedicta, coepit voces immensas emittere: *Non alium omnino recipiemus dominum quam praeter Petrum, electum nostrum et Theoderici comitis Flandriae filium.* Clamaverunt haec vel bis vel ter. Ex hac enim vociferatione legati et adversarii ecclesiae et electionis praedictae retrorsum omnes abierunt. Nondum regiae legationes ecclesiae personis et urbis civibus expositae extiterant. Missi tandem a rege valde aporiati, quoniam non factum ad libitum illos, tamen vellent nollent, clericis et civibus imperium legationis suae aperte dilucidaverunt. Domnus autem imperator in litteris suis omnibus ecclesiae personis et civibus gratiam sui affectuose mandabat. Mandabat rursus propter duas electiones quae ante[b] sese praesentatae ab altercatoribus extiterant, unam et meram electionem infra spatium dierum sexaginta agerent; hoc spatium a domno rege obtinentes eligendi quemcumque vellent. In litteris suis post rex discrete scribi iusserat de Petro Theoderici comitis Flandriae filio, si placeret ecclesiae personis ac civibus, non illud sibi displiceret, imo complaceret, et assensum suum per omnia sane praeberet in eiusdem praedicti electione. His cognitis et auditis, turba urbis prae gaudio vocem exaltat in sublimi. Clerici cum populo nihilominus pari voce exultarunt spatium obtinentes eligendi quemcumque vellent. Transactis[c] diebus multis rursus unanimes tam clerici quam laici effecti Petrum Theoderici II comitis Flandriae filium feria sexta post Dec. 9. festum sancti Nicolai diligenter elegerunt. Celeri nuncio patri cum fratribus super electione facta Cameracenses rursus mandant, quatinus clericis et civibus accurrerent citius secumque electum praedictum adducerent; qui statim adducentes secum electum, clericis ac civibus urbis illum praesentantes, mox illum rapuerunt, in Dei ecclesiam inthronizaverunt, in sede pontificali cum maximo tripudio statuerunt, clerici *Te Deum* devote cecinerunt. Actum est feria quarta, in qua die celebris festa beati Auberti praesulis in urbe solemni- Dec. 13. zabatur, id est Iduum Decembrium.

Stellae in coelo micantes visae sunt 9. Kalendas Ianuarii, sic sibique ad invicem convenerant, quatinus trium spatio pedum separatae non aestimarentur, scilicet Mercurius et Venus. Fulgor stellarum, et aspectus earum, mortalium hominum corda valde abhorruerunt.

Inter huius mundi naufragia prodest parum pluribus gazarum copia. Nam mors suspecta atque repentina, quae semper clamat: *Affer, affer,* vox est serpentina, corrodens mortalium interiora, devorare non cessans donec cunctos perducat ad interiora; mors nimis amara obruit quaeque maiora. Theodericus comes Flandriae, strenuus armis, provectus aetate, post plurima periculorum certamina postque praeclaros nonnullos actuum suorum labores — nam Ierusalem quater vir nobilis repetiit, rursusque iter suum, Domino providente, Ierusalem cupiens invisere satagebat — omnique terra iam sedata concordiam cum filiis ordinatam, hoc anno praeventus morte, felix princeps dormitionis diem a Domino 64 foelix foeliciter accepit[64]. Sepelitur tandem a filiis suis circa epiphaniam honorifice in ecclesia beatae Mariae semper virginis Wathiniensi, quam struxit[d] comes Robertus avun- Ian. 5. culus suus rediens Hierusalem. Hic talis ac princeps emeritus secundo Nonas finitur, et feria sexta quod extitit Nonas Ianuarii cum ingenti planctu in antro diligenter reconditur.

Hiems gravis extitit, incipiens a decimo Kalendas Ianuarii et usque ad decimum septimum Kal. Aprilis perseveravit, infra quod terminium nec seminare nec arari homines quippiam valuerunt. Pestis valida pecudum et apum subsecuta est. Annus

a) *deest* 3. b) a. eae *c.* c) transactum *c.* d) strusit 3.

64) initio anni 1168 secundum calculum communem.

# 1168[a].

Antiquo incitante adversario, rursus ad omnia bella inter sese facienda reges post pentechosten praeparant suas munitiones. Inde dolor et gemitus maximus in Dei populo efficitur. Reges diu inter sese praeliantes et multa mala machinantes, ex fallaci superbia inflati populum Dei ex utraque parte igne et ferro graviter vexantes, tandem nutu Dei in die sancto epiphaniae rex Angliae adveniens suamque superbiam confitens, cum omni humi- Ian. 6. litate domini sui dominium palam recognoscens ac de transactis veniam petens ac impetrans, fidelitatem amodo regi Franciae servandam in perpetuum spopondit.

Luna visa est amisisse lumen claritatis suae 13. Kalend. Octobris, media nocte, ut Sept. 19 multi illam aspicientes mirarentur de subita eius obfuscatione, cum plenarie tamen a pluribus cernebatur, nec lucebat, sed potius colorem sanguineum obtinebat.

Orbitam solaris transactam, et electionis discordiam omnem sopitam[a*], domnus Petrus electus noster consilio et auxilio fratris sui Philippi[65] Flandriae comitis utcumque corroboratus, impensasque totius itineris praeparatas quae ad tam magnum negotium convenienter congruebant, tandem circa festum sancti Michaelis archangeli iter suum cum maximo Sept 29. comitatu et apparatu honeste aggreditur; sicque ad castrum Gandense illuc pervenitur. Ordinans vero illic qui secum ad imperatorem proficisci deberent, — abbates quippe urbis ad propria cum pace remisit, quosdam[b] ecclesiae archidiaconos cum quibusdam maioribus urbis secum retinuit, — Aquisgranis cum[c] omni apparatu suo incolumis pervenit, ubi a Domino asperis febribus valde coarctatur. Post dies aliquos ex sua aegrotatione convalescens, iter suum rursus arripiens, portas urbis Coloniae ingreditur, ubi a pluribus honorifice veneratur ac suscipitur. Illic quippe nostro electo facti sunt obvii principales imperatoris nuntii; tres isti famosissimi, domnus[65] Coloniae archiepiscopus, domnus H.[66] Maguntiae urbis archiepiscopus cum duce famosissimo Saxoniae[67], qui ex domni imperatoris parte ad utrosque reges, scilicet Galliae atque Angliae, pacis causa reformandae dirigebantur. Qui ex electi nostri adventu nimis[d] iocundati atque exhilarati, laetitia ingenti affecti[e], suasoriis verbis illum ex parte regis conveniunt, proferentes domno regi ac reginae placere, si retro secum in legatione comes et ductor revertatur. Verum quidquid ab illis proferri audiebat cedens[f], sic ad horam extitit deceptus; nam regi ac reginae displicuit illud opus, quoniam praestolabantur adventum eius. Tandem illis socius in via sociatus revertitur, ex cuius ducatu plurimum securiores effecti, proprias regiones transactas, Cameracum intraverunt. Intrantes in urbe praedicta, ab ipso Petro et ab omnibus clericis et civibus accuratissime, ut decebat, sunt recepti, quibus principibus etiam[g] obvius comes factus est Philippus; quos omnes deosculans et cum eis in urbe cum maximo tripudio remanens, de omnibus stipendiis ab eodem comite provide ac diligenter 2. Idus Octobris procurati sunt. Oct. 14. Postea illis ducatum usque ad reges praefatos cum temporalibus stipendiis diligenter praebuit. Cum regibus nuncupatis diu sermonem procrastinantes legati Theutonici regni, de statu sanctae ecclesiae ac de pace regum inter eos reformanda diu apud sese tractantes, tandem finem dederunt. Nam directi a domino suo imperatore super hoc negotio admovendo advenerant. Finem sermonibus dantes, gratiam a regibus legati ad propria remeandi quaesitam benigneque ab eis concessam, iter suum rursus per Cameracum domnus H. archiepiscopus Maguntinus cum excellentissimo duce Saxonico reflectuntur; electum nostrum domnum Petrum in urbe reperiunt, secum honorifice ad imperatorem reducunt, affectuose domno regi commendant, sicque illum cum fratribus apud aulicos regis virtute, potentia, nobilitate magnifice magnificant. A domino rege cum pluribus curiae amplexatur, deosculatur, honoratur noster electus. Postea domna imperatrix cum praesentibus nunciis, viris eximiis, domnum regem pro nostro electo exorabant, quatinus gratia sui dignitatem Cameracensis ecclesiae praesenti electo a dominio eius requisitam absolute cum consulatu totius patriae concederet. Nec diu distulit heros. Inflammaverant petitiones reginae ac istorum principum animum regis in amicitiam electi nostri vehementer. Hilari vultu post haec domnus rex coram sese domnum Petrum advocans et statuens, in praesentia totius curiae ac principum tradidit illi praesulatus fastigium, patriaeque consulatus dominium, sic

a) LXXII . LXI . I[a] . IX[a] . X . VI. Kal. April. I. . II. Kal. April. luna XVIII. *c.* a*) *Accusativi absoluti, ut saepius infra.* b) quos dei 3. c) *deest* 3. d) nimio 3. e) effecti 3. f) credens *B.* g) est 3.

65) Philippus. 66) Christianus. 67) Heinrico.

proferendo: *Quae iuris nostri sunt in terra illa habenda et possidenda infra et extra, vobis in dono amodo concedo tenenda. Praecipio etiam vobis aucthoritate nostra et dominio, ut quidquid a comitatu, nemora, oppida, munitiones, et*[a] *si qua sunt alia, fraude, vitio, negligentia antecessorum tuorum noveris ablata vel perdita, omnino ecclesiae sanctae et comitatui restituas tua et amicorum potentia. Iubeo quippe pro his omnibus a te nobis hominium fieri coram principibus regni.* Et factum est.

Post hominium datum instabat domnus archiepiscopus Coloniensis adversus nostrates, in quantum valebat et poterat voce et actu adversabatur, immemor honoris ecclesiae sibi exhibiti; et domni Petri factum[a*] habebatur. Suggerebat quippe domno regi, quatinus domnus Petrus cum ecclesia Cameracensi subiectionem faceret ecclesiae Coloniensi. Electus vero noster cum praesentibus ecclesiae filiis ista cognoscentes et audientes, grave ferebant, nec eius vocibus adquiescere satagebant, sed viriliter in facie illi resistebant. Tandem nostrates valde ab archiepiscopo aporiati super hoc negotio iam extiterunt. Unde domnus electus Petrus convocans ad sui consultum reginam et domnum H. Maguntinum archiepiscopum una cum domno duce Saxonico, viro utcumque honestissimo, quorum semper forti munimine protegebatur ab omnium insidiantium infestatione: consilio peracto, reversi sunt unanimes coram domno rege. Adstantes quippe regi regina cum nuncupatis principibus, exorabant domnum regem, quatinus domnum Petrum cum suis libere et absolute sui gratia ad propria remeare permitteret. Sic sic sunt auditi regina cum principibus dictis et exauditi, erueruntque domnum Petrum cum ecclesia Cameracensi a subiectione domni archiepiscopi Coloniensis. Electus noster cum suis dominium Coloniensis ecclesiae evasisse gaudentes, Remensis ecclesiae subiectionem antiquam magis retinere ferventes et ex maiori dilectione habentes, utpote matrem spiritualem utcumque amplexantes et[b] diligentes[c], sopitam controversiam ex nuncupata Cameracensis episcopatus subiectione, domnus Petrus noster electus, quaesita benigne a domno rege remeandi licentia sicque gratanter accepta, revertitur cum suis ad propria cum omni prosperitate et gratia. Epistolas vero regias secum advehens, personis ecclesiae, civibus urbis, principibus patriae missas, in sese omnia iura patriae praedicto nostro electo de manu regis suscepisse continentes et affirmantes, et ut omnes illi a maximo usque ad minimum obediant, ab aucthoritate regali universaliter omnibus praecipitur. Placuit vero domno regi, quatinus per easdem epistolas cuncti plenarie intelligerent donum episcopatus cum consulatu patriae sibi confirmatum regaliter in vita sua sancitum. Noster quippe electus urbem re-
c. Dec. 6. means cum suis, circa festum sancti Nicolai sospes et cum gaudio ingreditur, ab omnibus solemniter suscipitur; sicque a personis ecclesiae cum grandi strepitu rapitur; in maiori sede, ut decebat, inthronizatur, sublimatur; *Te Deum laudamus* a dominis ecclesiae cum iubilo reboatur[d]. Hymno Domino[e] sic completo, electo praedicto domini ecclesiae cum caeteris pluribus approximant, causa fraternitatis et amicitiae sanctae illi pacis oscula tribuunt. Post haec quidam illi hominium faciunt, quorumdam securitatem illorum recepit[f], reddens unicuique feodum[g] suum, secundum quod erat sibi proprie proprium habere licitum. Post haec terra Cameracensis pacem Domino concedente obtinuit, et Petro principante diu siluit. Ab ordinationis vero suae die diu amotus est ob dissidium grave sedis
Nov. 15. apostolicae. Ogina soror mea germana 17. Kal. Decemb. obiit, cuius anima in pace requiescat; nam vivens in terra bonae memoriae locuples et larga relevatrix pauperum, mater orphanorum, coadiutrix viduarum extitit.

Hoc anno in orientali plaga hominum mortalitas crudelis et nimis acerba tam in paganos quam super christianos per aliquod tempus acriter sese spargens desaevit, ubi nonnulla hominum milia christianorum paganorumque utriusque sexus perierunt; inter quos etiam Nivernis[h] R. nobilissimus comes una cum multitudine sua quam secum princeps in forti
Oct. 24. robore de terra sua deduxerat, flebiliter intercidit. Hic talis ac tantus heros a pluribus lamentatur, valde plangitur. Deinde in populo christiano ingens horror, magnus dolor pro illius morte cum flebili gemitu efficitur. Nam idem nuncupatus princeps sua probitate cum Turcis proelia plurima commiserat, et victoriam Domino adiuvante obtinuerat.

Placet nobis historice ad memoriam posteris in hoc opere aliquid interferre[i], quid nostris confratribus christianis Hierosolymis in hoc tempore contigerit; ut a veridicis viris accepimus, sic veraci relatione describere intendimus. Notum quippe pluribus iam ex

a) *deest* 3. a*) factor? *i. q.* fautor. b) *deest* 3. c) d. post s. *B.* d) roboatur 3. e) dominico *B.* f) recipit *B.* g) foedum *c.* h) *ita corrigo,* avernis 3. *Est Wilhelmus Nivernensis comes Wilh. Tyr.* XX. 3. i) interficere *c.*

prisco tempore per christianitatis insulas vulgatum exstiterat, regem Hierusalem et Suarardum admirandum Babylonicum, signiferum cuiusdam Muleni, summi principis illius gentis erroris, cum populis suis esse confoederatos; atque adversus Noradini dementiam coniuratos, auditu aurium cum pluribus didicimus. Admiraius vero nuncupatus ingens fiscum[a] fulvi metalli regi Hierusalem ex propria confoederatione quotannis persolvebat. Fraude hoc anno a rege discedere cupiens, fallax et anceps a quibusdam interceptus est, et deceptiones atque machinationes eiusdem regi patefactae sunt. Unde rex Hierusalem ira commotus, ab eodem ammirando ampliorem suae confoederationis servitutem requirens petebat, quatinus filium suum regi obsidem deliberaret, ut christiani veracius[b] in omni negotio vel ad omnia certamina cum eodem duce pergere non dubitarent neque refutarent. Requisitus vero super hoc negotio a rege Suardus, quid sentiret, quid inde agere vellet, palam omnibus velle suum vel nolle profiteretur[c], addens rex: *Nam nostram omniumque principum una cum populo patriae sententiam sic accipe, Suarde, inter nos datam, ut amodo nobiscum te proficisci velle absque maiori confoederatione pati nolle, quoniam nolumus te nec gentem tuam suspectam habere.* Admiraius[d] vero praecavens sibi et suis, domno regi ad haec sic consulte intulit: *Vere vero[e] regiae sublimitatis commonitionem auditu intelleximus; parumper nos sustinete; nequaquam vobis diu responsa super hoc negotio dare differemus. Discedentes vero discedemus a vobis et ab urbe sancta, ducatum vestrum obtinentes, longiusque a populo vestro amoti, celeri nuntio vobis et populo vestro quidquid nobis et sattrapis nostris beneplacitum in consilio nostro sane placuerit absque morenula renuntiemus.* Sicque profanus cum omni comitatu a rege et a sancta civitate recessit, seseque cum suis omnino alienavit. Nec longius scelestus ac vecors ab urbe aberat, cum celeri cursu nuncios regi cum suis remittens, nec filium obsidem dari et amplius societatis nec servaturum nec pretii auri quantitatem amodo sese redditurum. Unde regis ac principum ira iuste contra scelestum nuncupatum efferbuit. Denique post haec rex accersitis magistratibus suis, inito consilio cum illis accepit ab eis responsum, debere citius insequi profanum, nec inultum relinquere pactum dirutum. Rex deinde populum suum congregans, et in tribus ordinibus dividens populum, sicque cum omni apparatu suo proficiscens, veloci cursu prosecutus est profanum. Phalanges vero in Oct.
tribus ordinibus ordinatas et ab invicem procul separatas; hoc sapienter statuentes propter ingentia locorum pericula vel propter rara iumentorum cibaria. Dominus vero Hospitalis[67] Ierusalem proprie cum propriis suis viam peragrans, acer et ingenio fretus, miles fortis et audax in proelio, tandem Domino comitante usque ad quandam urbem valde munitissimam pervenit, nomine Barbastram[68], intus non modice refectam stipendiis opimis; auro 68
argento locuples, nec non habitatore forti bene vallata. Princeps vero urbis habitantium intus nequaquam veritus fortitudinem vel audaciam, audacter cum suis urbem invasit, moenia fregit, eam ocius solotenus prostravit, interius sibi occursantes peremit. Pars quaedam habitantium in ea evasit, caeteris Turcis discidium urbis denuntiavit. Sicque omnibus Babilonici regni audientibus famam huiusmodi operis, ingentem horrorem incussit. Princeps vero virtuosus[f] cum suis se Domino sibi adiuvante de urbe victoriam obtinuit. Quaeque bona interius reperta sibi ad invicem aequa lance laetoque animo dividunt. Christiani quippe fortitudinem urbis ad munimen sui custodibus impositis reservant. Domnus rex Hierusalem iter suum per aliam viam cum omni multitudine sua perrexerat. Domini vero de Templo cum suis ex alia parte iter proprium arripuerant. Tandem ducente Domino gaudentes et alacres omnes una conglomerati, de diversis partibus Babylonicam regionem in fortitudine valida intraverunt, igni et ferro eam vastaverunt, terram perambulantes Suardum profanum et sacrilegum in quoddam castrum valde munitissimum et firmum repererunt, eum in illud concluserunt, ex utraque parte manginas[g] erexerunt, nec modice scelestem afflixerunt. Cernens autem sese aporiari interius, acriter Suardus perfidus a christianis coactus, nimio terrore de pace cum rege Hierusalem dolo et fraudulenter per nuntios tractabat. Suasoriis ergo verbis cor regis deliniens, promittens legem christianam sese honoraturum, auri censum amodo duplicaturum, filium christianis, ut postulaverant, obsidem concessurum, si sese christiani ab obsidione castri omnino coercerent vel pacis pactum reciperent, vel illius veniam stultitiae misericorditer tribuerent, vel petenti ad horam inducias concederent. Regi cum quibusdam principibus Savardi promissa inhoneste placuerunt; quibusdam de regis exercitus maioribus tractatus[h] regis cum promissis Suardi

a) *an* discum *aut* vas? b) feracius *c.* c) proficeret *c.* d) Miraius *c.* e) vestrae? f) virtus *c. fortasse* dictus. g) marginas *c. i. q.* machinas. h) auctus *c.* 67) Gilbertus de Assati. 68) Belbeis Wilh. Tyr. XX, 6.

dolosi, quem dubitabant, admodum displicebant. Altercatione vero inter regem et principes diu habita, tandem finita, pro castri obsidione, rex praevaluit et a castro sese cum populo suo longius secessit, locum inconsulte deseruit. Maleficus ille regem cum Dei populo dolo et fraude sic deceptum evasit[a]; et quidquid regi promiserat, postmodum denegavit. Domnus vero rex post haec sese illusum reperiens, valde poenituit, quoniam non egerat secundum virorum proborum honesta consilia. Interea dum a populo christiano conclusus et oppressus in castro Suardus profanus foret, legationem suam cum epistolis deceptoriis ad Noradim veloci cursu delegaverat, quatinus sibi et populo suo auxilium praeberet, et infinitam pecuniam cum dominatu totius Babilonici regni ipsi traditurum pronuntiavit, si omnino illum de manibus christianorum erueret, affirmans etiam, sese a societate christiana disiunctum, Noradim fidum et amicum amodo facturum. Prosequamur nostrae narrationem veraciter historiam. Inimicus Dei et hostis severus Noradim dictus christianitatis, pacis sanctae vinculum cum Suardo abruptum veraciter dinoscens, laetus corde, superbior leone efficitur. Sinagum, signiferum suum, virum protervum et profanum, armis quidem strenuum, in omni certamine peritum, evocat, imperio funestus quantocius illi imperat cum grandi Turcorum fortitudine recedat, et ad Babylonicum regnum celeri cursu tendat, Suardo a christianis valde oppresso succurrat, de christianis stragem ingentem peragat, monarchiam totius regni Babylonici ut potens vir ditioni suae subiciat. Suardus quippe Noradim per litteras transmissas pepigerat absque domini sui Muleni assensu, dominatui illius omne regnum traditurum sine molestia. Sinagus vero volucri cursu pericula locorum transvolans, terram nuncupatam constipatus ac vallatus armatorum suorum fortitudine superbe introiens, huc illucque vesanus discurrens, neque Dei populum reperiens, blasphemus blasphemias contra Dominum et Dei populum eructabat. Deus autem omnipotens, cuius nutu reguntur omnia, de tyranno sese cum populo suo vindicavit in tempore illo. Dominus vero rex Hierusalem cum suis omnibus, egressionem esse factam Sinagi et cognitam cum copiis suis ..... inito cum suis consilio terram praefatam longius iam processerat, sicque recto tramite Hierusalem sanctam omnes cum pace intraverant, portantes secum spolia plurima gentium, sed valde apud se moerentes et plangentes, nequaquam ultos se plenarie fuisse de Suardi sacrilegi falsitate, prout debeant, regem, quod per eum sacrilegus evasisset, crimine pessimo inculpabant. Interea Synagus Dei populum recessisse cernens, a Suardo admirando munera et promissa auri et vasorum ingentia pro quo venerat, acriter repetebat, affirmans, sese cum suis copiis longi eremi vastitudine valde attritos intelligeret, et diu dare promissa non differret. Suardus, utpote mendax et anceps, a Sinago ingenio fallaci spatium solvendi pecuniam requirebat, verbis suasoriis de die in diem tempus procrastinabat. Mulenus, dominus Suardi, actus illius ex parte ignarus, tandem relatum est illi a dicentibus: Suardum procuratorem regni vestri se ipsum cum imperio vestro Noradim tradidisse. Expergefactus Mulenus, quasi regni sui amissionem condolens, sibique in futuro praecavens, signifero suo mortis laqueos sic tetendit. Mittens vasa concupiscibilia Synago, mandans occulte in litteris: Suardum regni sui insidiatorem repertum tui gratia debere occidi, quoniam in loco illius a nobis noveris te ipsum sublevandum et gloriose in imperio nostro dominium longe lateque exercendum. Corruptus a Muleno pestifero Sinagus[c], auri pondere aggravatus, regni concupiscentia excaecatus, nec diu tempus protraxit, Suardum Dei adversarium propria manu interfecit, frater Noradim filium eiusdem gladio percussit. Sic iudex omnium sese de istis profanis vindicavit. Postea Sinagus ut leopardus regionem perambulans[d], dominatui suo quaeque praeclara superbe prosternens, tandem in quandam partem illius regionis perveniens, ecclesiam Dei genitricis semperque virginis Mariae in ea reperiens, mox ob Dei et eiusdem matris dedecus, miser ac profanus, fanum actu et mente dehonestare satagens, infelix in ea stratum cum scortis suis praeparari iussit. Dei fanum intrans profanus, et in ea cum scortis suis in ludibriis suis pernoctans, a Dei filio percussus insanabili dolore extitit in summo mane. A lecto miser egredi cupiens, nec valens, nec Dei filium recognoscens, tandem ab imis visceribus longa emittens suspiria, exclamavit cum ingenti moestitia: *Heu miser! quo fugiam? quo me vertam? Aufugit a me omnis fortitudo mea!* Exiit dolor eius in exercitu suo, confracti sunt omni robore omnes Noradim satrapae audientes ultionem factam in Synagi corpore et Dei flagella data in suo principe. Nuntiantur quae gesta sunt Synago,

a) suasit *c.* b) assensus *c.* c) signanus *c.* d) *vocem inserui*; p̄ambulans *c.*

et per ordinem Muleno sacrilego exponuntur. Laetus efficitur. Deinde maleficus totus quasi apicem omnium maleficiorum in sese continens — nam dominus dominantium apud imperitos vocitatur — sic mentem ad artes pravas reducens, simulat se fidum amicum Sinago, quod non erat, scribens in litteris, addens munera pretiosa cum potionibus infectis in optimis vasis aureis per nuntios proprios, dissimulans fallaciae suae commenta, illisque praecipiens quatenus Synago illius ex parte pronuntient: dominum nostrum affligi[a] ex vestra aegritudine et plurimum dolere, mittit etiam vobis optimas potiones cum muneribus ad corpus amici refocillandum ex more, quas corpori intro cum transmiseris, febris valida et omnis pestis noxia a vobis recedet, omniumque membrorum vestrorum debilitas aufugiet, et sanitas vobis celerius restituetur. Credidit scelestis alloquiis nuntiorum Muleni hostis et Dei nostri adversarius; ut sibi potum hausit, oculos amisit, sicque homicida vitâ caruit. Magus magum potionibus suis sic decepit, et regionem suam ab hoste Sinago fraude et dolo liberavit. Mortuo Sinago, Noradim omnis exercitus turbatur, in qua parte sese vertant penitus ignorant. Primitus Babilonicos sibi adesse timentes, diversi diversa disponentes, hoc usi postremum potiori consilio, quod corpus principis sui defuncti cum gazis optimis in navim per mare ad propriam terram sine strepitu et metu ad sepeliendum reportaretur. Ut autem dictum est, opus istud Turci inter sese occultandum firmarunt, sed celare nequaquam valuerunt, quoniam Dominus dissipavit consilia eorum. Reprobavit autem cogitationes Turcorum et refutavit omnia consilia magistratuum. Consilium vero Domini, ut propheta dicit, in aeternum persistit. Corpus vero tyranni, uti apud sese ordinaverant Turci, posuerunt cum thesauris optimis, diligenter adhibitis custodibus, in mari, optantes tanti principis cadaver ad propriam terram reduci, et cum maioribus suis sepeliri. Residuum autem exercitus Sinagi nimio pavore perterritus, corde dissolutus, aufugit cum omni celeritate a finibus illius patriae, formidantes adesse praesentes Babilonicos, ex alia parte absentes christianos. Ignominiose quidem per abrupta viarum ad dominum suum Noradim cum grandi dispendio reversus est omnis exercitus Turcorum. Misso corpore Sinagi, ut diximus, in mari, currens quidam fidelis, qui inter infideles sese celaverat, celeri cursu regi Ierusalem nuntiavit quae in regno Babilonico post eius egressum gesta fuerant, de morte principum, seu de Sinagi cadavere cum gazis misso in mari, per ordinem exposuit. Rex igitur illis in diebus apud urbem Accaron cum quibusdam principibus feriabatur. Auditis his, rex mittens citius exploratores per rates in mare, nutu Dei ecce volucri cursu Turci cum corpore Sinagi prophani ratibus regis occurrunt, inter sese confligunt; sed diu Sarraceni resistere non valuerunt, occiduntur, capiuntur, captivi ad littora trahuntur, domno regi praesentantur. Grandis denique laetitia in urbe inter christianos celebratur, laudes Domino meris vocibus redduntur. Deinde domno regi offeruntur thesauri. Vir celebris cum suis principibus honeste dispertiit[b], Deo servientibus munera certis misit. Corpus vero Synagi prophani inhumatum avibus et feris iussit exponi. Extra quidem muros urbis in fossa proiectum extitit corpus scelesti[c] absque ulla sepultura; et qui multos christianos insepultos propria manu paraverat[d], Dei providentia, illamentatus et insepultus ac inhonoratus extitit; vir scelestis, omni dolo plenus, orco iuste traditus perpetualiter cruciandus pro sua nequitia. Huius narrationis finem sic imponimus, ut futuris legentibus nequaquam displiceat quod brevi elogio discursimus. Benedictus semper sit Deus christianorum, qui salvavit, liberavit populum suum de manu fortium istorum et Turcorum.

Hoc anno dedit Dominus benignitatem suam super terram, quoniam terra nostra protulit fructum suum veraciter aliud centesimum vel sexagesimum vel quinquagesimum. Nam ubertas omnium bonorum, fructuum, vini et olei arborum in insulis oceani extitit. Oves, quae valde[e] in priori anno fuerant, melioratae sunt; aves vero detrimentum passae sunt. Annus

# 1169.

In proemio huius libri subnotavimus, quoniam nostri memoriam prosperitatis seu adversitatis quotannis in hoc opere describere sane decrevimus. Memoriam ergo quorundam antiquorum ad acta propria reducentes, qui quotannis cuncta prospera vel adversa sibi in eodem accidentia per lapillos distinctos numerabant sive discernebant, ut satiricus doctus exemplificando versifice confirmat: Pers. II, 1.

a) affigi *c.* b) dispersit *c.* c) scelestis *c.* d) prostraverat? e) *hic vox excidit.* f) LXIX . LXII . II . XX . II . XI . XXII . KAL. Majj. LXII . Kal. Maij . lunâ XIX. *c.*

*Hunc . . . . . . diem numera meliore lapillo,*
*Et tibi labentes apponit candidus annos.*

Inde ob nostri recordationem et dirae vapulationis miseriam, quam a Domino iuste nobis inmissam ad horam sustinuimus, huic operi voluntario interferre apposuimus. Nam scriptum in prophetia reperitur: *Propter iniquitatem corripuisti hominem.* Immittitur a Domino nobis correptio febrium saepius ob salutem animarum, aliquando datur in medicinam, quibusdam initia fiunt tormentorum subsequentia. Ovidius sic dicit:

*Temporibus medicina valet, data tempore prodest.*

Sic ergo alia prophitia de Domino loquitur: *Ego Dominus percutiam, et ego solus sanabo, et non est qui de manu mea possit eruere.* Dominus iudex iustus meum corpus dire percussit et attrivit, Dominus ut pius medicus aeque verus, ut sibi placuit, nos sospitati restituit, atque ad horam sanavit. Ovidiani vero sententiam attestor, quoniam correptio illa nobis in medicinam transiit. Nam castigans castigavit me Dominus, et morti non tradidit me, propterea castigatus a Domino et flagellatus et ex pluribus levitatibus meis timens atque recordans
Mai. 25. futuri examinis diem retraxi velociter pedem. Circa quippe rogationes laterum dolore pro peccatis nostris per dies octo nos graviter afflixit Omnipotens, in tantum ut nec sedere vel in lectulo quiescere ullo modo valeremus. Propterea, ut supra diximus, antiquorum memores actuum, illud flagellationis tempus nigro lapillo adnotavimus. Tempus vero residuum, in quo per Dei gratiam sospitati redditi sumus, candidiore lapillo foelicius reputamus.

Fredericus imperator reginae consilio atque archiepiscoporum seu episcoporum, ducum ac comitum sive procerum Theutonici regni, filium suum Aquisgranis in regem sub-
Aug. 15. limavit in die assumptionis beatae Mariae semper virginis. Illic quippe et dominus noster Petrus electus cum caeteris advocatus interfuit, utpote nepos regis consecrati.

Sept. 13. Idus Septembris Milo episcopus obiit Morimae urbis nuncupatus, vir religiosus atque plurimum morigeratus.

In Septembrio qui missi a rege et a domno patriarcha atque a caeteris confratribus christianis in terra Hierusalem habitantibus nuncii fuerant, tandem Franciae terram post multa maris naufragia intraverunt; ut illis iniunctum extiterat, regem Franciae recto tramite quaesierunt, Parisius Domino disponente repetierunt, causas legationis suae cum luctu et gemitu regi et caeteris fidelibus partim explanaverunt. Denique regi tradentes epistolas quas secum detulerant, missas a rege et a domno patriarcha et ab omni populo, cum clavibus urbis portarum Ierusalem cum ingenti moestitia et clamore reddiderunt. Lectis vero epistolis atque regi et omnibus adstantibus diligenter expositis, luctuose opprimi a Saracenis regnum christianorum auditu intellexerunt cum amissione thurrium multarum patriam observantium. Animo rex pro afflictione christianorum sive pro expugnatione thurrium facta motus et attritus, prae dolore compassionis christianorum lachrymasse perhibetur; pari dolore regis circumstantes cuncti lachrimas cum diris eiulatibus effuderunt. Postea nuntii ista regi dicta ediderunt: *Christi ecclesia Ierosolymitana omnisque orientalis christianitatis, specialius super omnes reges sive duces, o rex Francorum, a te et a populo tuo anxie efflagitat ac studiose requirit.* Rex igitur postea nunciis ista dulciter reddidit: *Dei gratia, voluntas nostra ad succurrendum semper parata est et erit Dei regno eiusque populo; sed plurimum regis Angliae malignitatem atque dolum vereor, ne nobis ac regno post discessum nostrum, si Dei populo et civitati sanctae succurrere voluerimus, insidiatur. Unde, fratres, eius studiose affectum perquirite, quantocius pro parte*[b] *illum sanctis admonitionibus excitate, quatinus nobis populoque nostro cum populo suo fidelis socius fideliter societur in hoc praesenti negotio, ut velocius auxilium praebere valeamus periclitanti populo.* Praecepto regis obtemperantes legati Ierusalem, volucri cursu petierunt regem Angliae, repertumque ex dominica voce salutaverunt; salutatumque, regi et principibus causas suae legationis, infestationes Turcorum, amissiones munitionum terrae Ierusalem, et quomodo ab avunculo suo domno rege et a domno patriarcha et ab omni populo christiano directi sint, absque lachrymarum effusione prae dolore non valuerunt seriatim enodare. Rex ergo, his auditis, ex quadam animi dulcedine excitus, pro christianorum miseriis suspirans, maxime avunculi sui regis angustias et procellas, quas omni die ab infestantibus paganis et Turcis patiebatur, rememorans atque diu[a] in corde revolvens, intra se rex plangens oculos a lachrymis prae dolore cohibere non valuit. Postea legati fideles regem

a) die 3. b) vestra *scilicet*.

praedictum sanctis admonitionibus exhortantes, atque animum regis ex pluribus actis sciscitantes, animum regis in amorem et societatem regis Franciae componendam diu colloquentes, ad hoc laborabant, quatinus inter sese reges sociati, Dei populo periclitanti auxilium velocius praebere non distulissent. Sed rex infidus legatos audire prorsus distulit; atque de die in diem eos procrastinans, nihil boni vel veritatis ab eo reperire valentes, omni bono frustrati et ab eo taedio aporiati, tandem in Franciam sunt reversi, et a domno rege atque principibus patriae honorifice sunt honorificati. Placet nobis de proprio nostro sensu huic operi ex via Domini addere, et quid sonet sancta prophetia nos decet sic explanare. Dicit enim sic imprimis propheta: *Domine inclina coelos et descende.* Domini mei, quid aliud prophetia ista dicere significat nisi: *Domine inclina coelos tuos et descende, id est: sancti Spiritus inspirationes immitte in cordibus illorum, qui coram te iam sunt veluti coeli, id est mundi, quorum corda inhabitas, istos tales ad sanctum opus tuum excita.* Et quid sequitur, videamus. *Tanges*, inquit, *montes, et fumigabunt*, id est: *Reges et duces atque maiores huius saeculi gratia tua tange interius, et fumigabunt exterius*, id est: *Omnia sua propter iussa tua spernent, et arma sua rapient adversus Dei hostes reprimendos.* Aperte omnibus cedere convenit. Domine, corda regum ut tetigeris, obedientes voci tuae absque retardatione fient. Postea populus tuus ut fumus, et quasi arena maris de omnibus insulis confrendet ad honorem nominis tui Domine, sese cum armis suis praeparabunt adversus hostes tuos, arma sua laeto corde rapient, et omnia oblectamenta huius mundi abicient propter nominis tui, Domine, amorem. Enimvero ut tibi iuste placuerit, et montes tetigeris, populus tuus fumigabit. Ista vero legentibus praelibavimus, ut agnoscant reliqua veracius. Nondum legati Ierusalem nihil boni apud reges obtinuerunt, quoniam Dominus coelos perfecte nondum inclinavit, id est operationes suas[b] omnino sibi necdum adimplere complacuit, et montes, id est reges, pie virga oris sui non tetigit, nec plenarie donum charismatis eis concessit, neque fumos emiserunt, id est populi tui arma sua plenarie ad confratres suos christianos succurrendum non arripuerunt[c], quoniam gratia tua illis deest. Haec me de via Domini legentibus exposuisse sufficiat. Mentionem aliquam posteris decet enodare de nuntiis missis Ierusalem regi Ludovico principibusque Franciae. Optimi viri, omni honore digni ore omnium praedicantur, neque ignobiles sed plurimum nobiles fore dinoscuntur. Utpote domnus Bartholomaeus de Tyro archiepiscopus, frater germanus domnae Mathildis[d] uxoris domni Nicolai de Avesnis nuncupatus, cum sodali suo coepiscopo de Bethleem, atque cum quibusdam militibus tam de Templo quam de saeculari militia, famosissimi atque praeclari viri extiterunt. Horum relatio de Turcis et de amissione munitionum atque de afflictione christianorum et terre Ierusalem fideliter credenda ac excipienda fuit.

De discordia electi nostri domni Petri et civium facta huic operi placet aliquid ex ea ad memoriam futurorum interserere. Nam quaedam scriptis commendantur ob sapientum probitatem retinendam seu recitandam, vel ob imperitorum cavillationem devitandam sive comprimendam. Ratus sum mihimet ipsi super his studiis quoddam emolumentum satis profuturum, scilicet ut describere queam urbis Cameraci civiumque in ea habitantium vecordiam, posteris quidem ad capescendam unitatem et pacem stilo brevi cudam relationem, sicque legentibus nostrae relationis hic exordium enucleemus intellectum. Sepulto quippe domno Nicolao episcopo, nequaquam diu post eius funus urbis cives distulerunt; sed potius in unum, ut vecordes nullius rationis utentes, conglomerati, episcopalem Thumii domum opere praeclaram, quam vir excellentissimus cum summo studio et cum grandi labore impensisque magnis sibi suisque successoribus celebris celebrem statuerat, sublimaverat, repente inito[a] consilio, corde vesani, mente tumidi, nil boni attendentes, occupant; cunctaque sibi illicita licita sibi arbitrantes, sic quaeque domus interiora opera praeclara statim confringunt, partem illius habitationis solo tenus obruunt, postea domui rogum imponunt. Post peracta ista, ut superius annotavimus, translato ab hoc saeculo denique Nicolao praesule, Dei gratia providente, Petrus adolescenti iuvenis aetate, nobilis genere, utpote frater Philippi comitis Flandriae, praesulatus habenas felix feliciter obtinuit: qui mox adeptus dominium praesulatus, in sedeque propria intronizatus, firmiterque ex utraque parte radicatus, in eo citius plurimum convaluit. Propria vero quaeque sua utcumque perscrutans ac diligenter sciscitans, domnus heros, inter episcopales ruinas statim reperit domum Thumii a suis civibus indiscrete destructam esse ac

a) *hic lacuna* 3. b) suos *c.* c) arreperunt *c.* d) malthildis *c.*

combustam. Postea domnus Petrus electus, accersitis personis episcopii, atque illis denudans animi sui secretum, atque valde conquerens super domus Thumii combustionem a civibus suis inhoneste peractam: *et idcirco a vobis quaerens dari nobis posco, domini et confratres, super hoc negotio salubre consilium.* Haec autem proferens personis, siluit. Tractantibus apud se personis, domino praedicto super inquisitione sua optime protulerunt responsum: *Manifestamus vobis pro certo cives vestros*[a] *de perpetrato damno vobis et ecclesiae peracto primitus ammonitionem publicam fieri, antequam illis aliquam iniuriam machinatis.* Nec diu domnus electus personarum suarum datum consultum distulit; sed velocius in praesentiarum sui maiores communiae advocans, studiose ab eis sciscitabatur qua de causa episcopalem Thumii domum destruxissent vel incendissent. Cives electo, his auditis, mox parabola sua patrata, responsa reddiderunt incongrua: *Audi clementer civium tuorum rationes, noster pie*[a*] *princeps, quas nunc*[b] *pro verbo vobis innotescimus; et ius fore nostrum et proprium per circuitum urbis nostrae arbitramur, et abortiva quaeque castra illicite constructa potestatem obruendi concessam*[c]. Rursus haec addentes: *Possidemus supra nuncupata cuncta in feodo a domno imperatore, ut praelibavimus, atque perpetualiter nobis sancitum affirmamus.* Plurima cives perversi perverse componentes, inter alia retulerunt: *Bone domine, pro certo dignare intelligere huiusmodi veritatem, et non reperies in nobis naevi maculam. Nempe antecessor vester episcopus, nobis contradicentibus, inconsulte praedictum castrum construxit. Idem quippe moriens rursus nobis pro salute sua*[d] *castrum solo tenus obrui mandavit.* Istud quippe cives penitus mendose protulerunt. Sic sic semet ipsos assertionibus propriis illexerunt. Nequaquam domnus Petrus civium suorum falsam cavillationem sibi expositam veritus, sed plurimum in Dei personarum suarum authenticarum amminiculo fretus civibus illico in faciem audacter resistens, omnium mox civium prolocutiones vel assertiones ratiocinando veris responsis cassavit. Erigens autem sese erga cives suos, sententiam consulte protulit: *Urbani nostri, diligenter scrutamini atque considerate, quid in praesentia nostri personarumque auribus recognovistis et pertractastis. Mandatum habuisse super domo Thumii ab antecessore nostro domno Nicolao episcopo bonae memoriae obruendi plenarie vobis adstipulatis. Quam ob rem huiusmodi relationis testes idoneos nunc a vobis exigo; alioquin per salutem caesaris nisi testes idoneos audiero vel videro, omnes vos huius relationis cives falsos approbabo.* Pavore maiori quam credi potest cives urbis super responsis electi auditis sunt perterriti et angustiati, quo se verterent penitus ignorabant. Tandem sibi dari cives inducias ab electo fraude petierunt, et[e] gratiam diu respondendi obtinuerunt.

Interim cives perscrutantes apud sese plurima, meditantes quaequae inania, tandem sibi valde nocitura, litteras imperatori per quosdam urbis maiores adversus dominum suum, Petrum scilicet, direxerunt contrarias cum ingenti gazarum copia; sanctum et insontem[f] apud aures regias civium et totius patriae quasi tyrannum atque vastatorem divulgantes. Per[g] huiusmodi facinus contra domnum Petrum electum primitus cum fraude cives insurrexerunt, laqueos insidiose illi tetenderunt, parum profecerunt; sed valde irritati sunt, in tantum, ut quidquid domno regi pro domni electi accusatione obtulerant, penitus absque gratia amiserint. Nam pecuniae oblatae regi reginaeque, quae neptis electi Petri esse dignoscitur, valde contrariae exstiterunt, sicque ab eadem omni bono cum sua prosperitate cassati sunt. Demum ob[h] delationis suae dolum vix evasere periculum. Apud curiam civium legati diu sunt nimis aporiati; pars quaedam nuntiorum apud curiam remansit, pars alia ad cives satis confuse reversa est; quid sibi accidisset[i] in curia sociis dixere, seriatim detegentes incommoda. His cognitis et auditis intrinsecus moestificatur omnis civitas. Quidam sciscitantes quomodo legati sese apud curiam residui obtinerent; illis responsum est, quod affligerentur grandi pavore ac moestitudine. Magis ac magis turbatur civitas.
c. Nov. 1. Circa quippe solemnitatem sanctorum omnium urbis nuncii submisso vultu revertuntur, cum quibusdam legatis regiis pecunia adductis. Civitas de adventu illorum spem perbrevem sibi speravit. Nam ut dicit proverbium: *Aliquando*

*Spes reficit, dominum fallit et ipsa suum.*

Omnis civitas quae laetata in adventu aulicorum[k] ad horam non modice exultarat, cum velocitate ab ea spes omnis recessit. Nam legati mercede adducti, postquam in praesentia domni Petri electi sunt intronizati et auditi, utpote mendaces, inhonorati sunt ab ipso domino et ab omnibus ecclesiae personis. Postea domnus Petrus electus futurus

a) *i. e.* civibus vestris. a*) proprie 3. b) non 3. c) concessa 3. d) suo 3. e) *deest c.* f) insontis 3. g) *deest* 3. h) *deest* 3. i) accidissent 3. k) a. legatorum *B.*

antistes, intelligens quae gesta[a][*] suis civibus in curia extiterant, laetior efficitur; sicque acrior, uti meruerant, contra periuros suos assurgit, cunctos sibi infestos publice denunciat, et ut hostes ab ipso et de suis amicis cives ubique et amodo sese observent. Moestificatur civitas omnis super electi edictis.

Interim dum haec et alia in curia electi causidicarentur, a domno archiepiscopo Henrico[b], petitione domni Philippi comitis Flandriae, directus est domino nostro electo Petro Drogo quidam sacerdos nomine, vir eruditus omnium saecularium disciplinis, qui electum iuvenem erudiret, domumque cum rebus custodiret, leges ac patriae iura decerneret. Assistens ut recens causidicus altercationibus electi et civium, aperiensque os suum infit: *Si dominon ostro Petro et caeteris ecclesiae personis placeret, sententiam super his omnibus utilem darem, sicque altercationum utrarumque partium finem imponerem.* Placuit omnibus personis sententia Drogonis. *Audiat,* inquit, *dominus noster personarumque conventus. Isti dolose contra Dei ecclesiam dominumque suum malitiose omnique veneno referti egerunt; Dei sententia interius percutiantur, et foris ab amicis vestris et hostibus merito proprio devastentur, donec ecclesiae Dei et domino suo satisfactionem fecerint, et damnum plenarie restituerint.* Placuit sacerdotis consilium domno Petro electo caeterisque personis adstantibus. Sicque domno Petro praecipiente personisque astipulantibus atque collaudantibus, cives statim obligati sunt domini nostri gravi sententia. Civibus in stultitia sua perseverantibus nec finem malitiae suae dare volentibus, Dei ligatura super eos perseveravit usque ad purificationem beatae Mariae semper virginis, sicque Dei banno interius urbani arcebantur, gladio ac pavore hostium exterius merito suo cruciabantur; vanamque[*] spem ab illis nunciis qui curiae regis remanserant, cives profuturam sibi sperabant, scilicet apud curiam omni bono cum gratia caruerunt. Attriti huiuscemodi ex utraque parte valde cives ac perterriti, videntesque quod parum apud regis curiam profecissent, munera sua sic amisissent, nec gratiam curiae alicuius iuvaminis obtinuissent, corde ac omni robore dissoluti sunt. Demum cives, vellent nollent, thorum cervicis superbae submiserunt, stultitiam suam agnoverunt, a domno Petro electo veniam malitiae suae sibi dari postulaverunt, gratiam cum absolutione ab ipso domino, sopita omni malitia, receperunt; sicque ecclesiae domnoque Petro cives sexcentas libras monetae publicae pro castri Thumii destructione vel pro eiusdem restauratione persolverunt. Huius relationis finem imponamus. Quare haec scripsimus quaerens agnoscat, ob sapientum probitatem ac laudem posteris commemorandam, insipientum quippe stultitiam devitandam.

Annus praesens pluvialis valde contigit. Inundatio imbrium a mense Maio incipiens fere usque ad Februarium mensem pervenit. Ante festum beati Ioannis baptistae quidam ventus gravis adveniens partem permaximam segetum prostravit, locis in diversis oceani horrorem incussit, sed Dei misericordia ordinante humano generi ex his aliqua molestia non contigit. Hiems quippe gravis et aquosa, fulmina in sese contra aeris naturam continens. Nam in Decembrio mense plurima tonitrua cum coruscationibus audita sunt, unde nonnullae oceani in insulis ecclesiae attritae, maxime circa littora maris Flandriae sunt periclitatae quinto Kalendas Ianuarii. Februarius mensis delectabilis ultra modum splendidissimus apparuit, copia vini defuit, quoniam ab aquarum inundantia deperiit. Ovium seu apum locis in diversis acerrima pestis desaevit.

Iacobus filius Nicolai de Avennis post pentechosten multitudine permaxima coadunata, castrum Valucurt pugnando congreditur; occisis interius plurimis, castrum sibi restituit. Annus

## 1170[c].

Aegidius natus ex Gerardo Malo privigno[62] thurrim de Businiis aedificari coepit. Sapientes quidam patriae plurima in corde revolventes, futuris vaticinantes per girum comn orantibus, opus illud patriae detrimentum, ecclesiae Dei forte dispendium, superbiae locum hostilitatis castrum, impiorum receptaculum, scilicet piorum impedimentum fieri, pluribus praedixerunt.

Philippus Flandriae comes cum equitatu maximo causa orationis apud Sanctum Aegidium cum devotione nimia perrexit, necne piae intentionis incendio inflammatus, beatae Mariae memoriam de scopulo sancti Madonii[63] perquirens, munera quae secum pretiosa

a) *deest* 3. b) H. 3. *) Namque 3. c) LXX. LXIII. III. I. III. XII. II. Non. Aprilis. II. Idus Aprilis. Luna XXII. c.
62) Maufilastre *supra*. 63) *Roquemadour*.

detulerat devote offerens, in ecclesia illa votum suum persolvens, Deo et genitrici eius se ipsum commendans, ad patriam cum prosperitate dux ipse repatriatur, regni sui plebs omnis iocundatur, viduarum, orphanorum corda super adventu tanti iudicis relevantur, ab ipsis Iesu Christo laudes immensas pro domino suo Philippo sibi restituto redduntur.

Febris varia, pestis atque nociva nimis anxiari nos valide incepit ante festum sancti Iun. 24. Ioannis baptistae eiusdem praeclarae nativitatis, atque affligens corpus cum membris horrorem nobis mortis incussit, vix nos tandem post plura incommoda reliquit.

Dux Lotharingiae seu Loviniensis adversus Balduinum[a] iuniorem Hainoensem comitem militari acie congrediens, intra sese militari more diu debacchantes, demum ipse dux cum copiis suis superatur, plurimum dehonestatur; ex parte cuius ultionis gladio nonnulli occubuerunt, plurimi vincti captivi ab hostibus suis flendo, eiulando per diversas terras sat ignominiose deducti sunt. Aegidius miles de Sancto Autberto cum suis dictus, famosissimus et clarus in hoc proelio ab omnibus est divulgatus; nempe in certamine miles fortis hostibus ostendit, quantae fuerit probitatis. Actum est hoc 3. Idus Iulii.

Ostensurus scriptis aetatis nostrae futuris accidentia, Duaci castri huic operi placet apponere diu lamentanda incendia. Dies nempe erat laetitiae, cum focus luctuosus ex castro consurgit hora illius diei in meridie; pulchritudo totius castri, duae partes vel amplius, ab incendio rogi periit: ex quo etiam incendio[b] nonnulli, heu pro dolor flendo profero! tam cives castri quam villarum alienigenae occursantes rogo, in domibus sive in plateis incendio interierunt. Gazae quippe illius loci ab incendio plurimae perierunt. Decimo Kalendas Aug. 23. Septembris dies quippe dominica celebrabatur ab omnibus in laetitia, flagellatione summi Iudicis qui decernit[c] cuncta, habitantium illius castri laetitia illis ab eodem disponente vertitur subito in flebili moestitia.

Anni huius explanaturus laude insignia, promamus sic huius quoque sibi convenientia. Aestas quippe rutilans delectabilis extitit et sicca, florum frondiumque ornata, agricultura peroptima, vindemiae bonae; pars larga ovium, apum residuarum transacti anni dedit beneficia. Viridaria cum nemoribus interius referta extiterunt omni copia. Augustus mensis nihilominus calidus et siccus omnibus copiis abundans, Deo providente, humano generi attulit non modice consolationem sive ubertatis suae paupertati relevationem. September cum Octobri omni abundantia ditati vini, panis, olei ac mellis, pulchritudine solis, sanitate aeris, pomorum silvarumque copia extitit. Digno huic tempori valeamus de prophetia comparare quod scriptum in ea reperitur. Dominus enim dedit benignitatem, et terra nostra protulit vere fructum suum. Alio in loco idem vates vaticinando in laude creatoris sui prompsit: *De fructu*, inquit, *operum tuorum Domine satiabitur terra, produces foenum iumentis, et herbam servituti hominum. Et educes panem de terra, et vinum inundabit cor hominis. In oleo faciem hominis exhilarabit et panis addens cor hominis confortabit, saturabuntur ligna campi.* Mirabilia operum Dei huiuscemodi vaticinans alloquiis, Deum largitorem omnium bonorum propheta prophetando astruxit, per fructuum terrae copiam largitionem Dei benignitatem collaudavit atque magnificavit. Et quidquid suprascriptum* in hac prophetia reperitur, Domino largiente annus praesens a degentia abundantiam fructuum gratanter attulit, demum semina sementum in terris spargentium omnis benignitatis spargendi gratia** tempus obtinuerunt usque ad beati Martini festum.

Henricus Rhemis metropolis archiepiscopus quemdam militem nomine Balduinum, armis strenuum, bello eruditum, parentum fortitudine ac multitudine non modice vallatum, ab urbe sua pro quibusdam causis pepulit, vehementer afflixit. Miles praedictus affligi sese utcumque reperiens, nec dominum suum posse flecti ulla ratione ad sui gratiam obtinendam valens, recedensque flens, amicorum et parentum suorum, quorum non modice fortitudine circumdatus extiterat, auxilium anxie petebat[d].

a) B. 3. b) foco *B.* c) eiecerint 3. *) subscriptum 3. **) gratiam 3. d) *ita finis codicis.*

# ANNALES GANDENSES

## EDENTE V. CL. I. M. LAPPENBERG

REI PUBLICAE HAMBURGENSIS TABULARIO.

*Annales Gandenses ab a.* 1297 *usque ad a.* 1310 *inter monumenta huius aetatis historica praecipuum locum obtinent; frustra enim quaesieris, in quo bellum inter comites urbesque Flandrenses et Philippum, Francogallorum regem gestum et Edwardi, Anglorum regis, in eo partes clarius illustrentur. Quos scriptos esse a minorita Gandavensi edocemur prologo, ipsis annalibus praemisso. Sed nomen, cum ipse tacuerit, ignoratur; neque nomina circumspicienti, quod prorsus careat dubitatione occurret. Ipsi enim Kervynii sententiae*[1] *„scriptos esse a Fulcone Gandavensi, custode fratrum minorum Flandrensium", quem in charta a.* 1293 *vel* 1294 *data deprehendit, illud obiiciet aliquis, non esse, cur* fratrem *se dicat annalium scriptor,* custos *cum fuerit. Annalium scribendorum opus aggressum se esse a.* 1308, *auctor ipse dicit. Quos ad a.* 1310 *deduxit. Non est enim, cur Uffenbachio credamus, annales postmodum ab alia manu esse continuatos*[2]*; certe diversitas scripturae non ita magna videtur fuisse, cum, annalibus primum Hamburgi editis ex codice Uffenbachiano, ne commemoretur quidem. Fides scriptoris summa; ipse enim aut adfuit rebus domi bellique gestis, quae posteris tradidit*[3]*; aut, quae ab aliis Flandrensibus et Francigenis hominibus comperta habebat, diligenter examinavit*[4]*. Inter auctores eius facile praecipuus iudicandus* Gerardus Maurus, *quem ipse nominavit*[5]*. Res gestas ordine chronologico sub singulis annis digessit, quamquam aliquoties ad priora revertitur, annis haud annotatis, quod in notis animadverti.*

*Dicendi genus non cura et arte factum sed velociter, linguam flamingantem dicas. In annalibus nonnulla deprehendas, quae proverbiorum locum videntur obtinere*[6]*. Plurimas voces Flamingas et Francogallicas occurrere, nemo mirabitur; sed magis fortasse, locos vulgatae paucos tantum inveniri, quamquam aliquoties vulgatam sapiunt annalistae verba*[7]*, aliquoties ipsa vulgatae verba suis inseruit*[8]*. Poetas Romanos non videtur novisse: mittamus duos versus Leoninos*[9]*, quos auctor non composuit: versus hexametri initium, quod nobis occurrit*[10]*, ad poetam Romanum non revocandum est. Contra scriptores suae aetatis morales et historicos non ignoravit; quorum duobus locis in iudicio de rebus gestis ferendo usus est*[11].

1) *Codex annalium Gandensium membranaceus fuit quondam bibliothecae celeberrimae Uffenbachianae*[12]*, unde in bibliothecam Ioannis Christophori Wolfii professoris Hamburgensis, postremo in Hamburgensem publicam delatus est.*

1) Kervyn de Lettenhove Histoire de Flandre II, p. 407 nota. 2) Bibliotheca Uffenbachian. Mss. Halae 1720 fol. T. IV, p. 170. 3) V. prologum auctoris et a. 1302 fin. 4) V. prol. et a. 1302 med. 5) V. a. 1304 p. med. 6) a. 1297 p. med. *trahere consuetam caudam.* — a. 1302 et 1308 *stare de alto et basso dicto suo.* — a. 1302 *pelli suae timere.* — ib. *animosi ut leones.* — ib. *brassare mala.* 7) a. 1303 s. fin. et a. 1305 *terra sua et patrum suorum.* — a. 1305 in. *factumque est ita.* 8) Chronicorum II, c. 11 v. 4; Genes. c. 22, v. 8; Maccab. I, c. 2, v. 62; Ecclesiastici c. 33, v. 24, quem locum ad libros Maccabaeorum revocavit; — a. 1301 s. fin., a. 1302, a. 1304. 9) a. 1297. 10) a. 1302. 11) a. 1304. 12) V. supra notam 2.

Quem nunc periisse, valde dolendum est; defuncto enim a. 1828. C. F. Hartmanno, gymnasii Hamburgensis academici professore, qui a. 1823. in indice lectionum primus annales edidit, nullum codicis vestigium apparuit. Quare certiora de eo proferenti confugiendum est ad eius descriptionem, editioni Hamburgensi praefixam, adiectumque in fine scripturae specimen. Ubi haec leguntur:

„Codex manuscriptus quadraginta octo membranaceis foliis, figurae quadratae minoris, quibus ab alia postea manu paginae ab 1 usque 96 sunt inscriptae, constat; sed annales ipsi ad paginam 94 usque pertinent, cui praeterea tria capita, eadem ut videtur scripta manu insunt
12 quibus de compluribus rebus, quae cum ipso libelli argumento minus cohaerent, agitur[13]. Historia eorum, quae evenerunt secundum annos digesta, qui singuli a maiuscula, rubro picta colore sicut totus codex incipiunt; quare in folio, documenti causa addito, hae maiusculae insignitae extant. In margine praecipuarum rerum summa, rubro colore, suo quaeque loco adscripta reperitur, ut Bellum de Furnis; Adventus regis, et quae sunt alia eiusmodi. Foliorum quadrata forma non in omnibus plane integra servata est; quod vitium a propria membranarum forma ortum esse videtur et haud raro in codicibus manuscriptis reperitur. Verum maioris momenti vitium huiusmodi soli decimo sexto folio adhaeret, ubi sive scindendo, sive alio quodam casu foramen ortum est, quo utrimque in quatuor versibus aliquot verba deleta sunt[14]. Spatium, quo in singulis foliis litterae continentur, lineis circumscriptum a margine separatur, sicut et inter versus singulos lineas, scribentis usui accommodatas esse ductas et ex iis, quae de his passim adhuc restant, et ex eo quod versus spatiis aptissime et plane inter se congruentibus
14 distant, apparet[14]."

Hactenus Hartmannus: reliqua, quae profert scientes praetermisimus. Codicem deperditum saeculi XIV fuisse, haud inferiorem auctoris aetate, specimine scripturae comprobatur. Uffenbachium putavisse annales circa a. 1308, scriptos, post continuatos ab alia manu, supra commemoratum est.

Hartmannum facile concedas de universa codicis specie vera proferre: ipsam codicis scripturam editione, a. 1823 facta, assecutus non est. Quem coniicias ipsum non descripsisse codicem, sed aliis rebus occupatum describendum tradidisse scribae cuidam, in legendis vetustis membranis parum versato. Qui quam imperite et negligenter egerit, comparatis inter se editionis Hamburgensis pagina prima et specimine scripturae in oculos incurrit: dubius enim profecto haerebis, utrum magis mireris ea quae legerit, an quae non legerit iste. Quare maxime dolendum est, in Gandensibus annalibus edendis nos destitutos esse codicis subsidio. Licet enim vitiosa interpungendi ratio atque vitia in nominibus commissa facillime emendentur, tamen in quavis pagina restant in ipsis verbis plurima, in quibus emendandis certa ratione careas, haud edoctus, quae ab auctore, quae ab editore commissa esse statuas.

2) Attamen, quae ex ipso codice nunc iam emendari non possunt, emendanda sunt ex apographo annalium, saeculo XVIII ab homine haud imperito satis diligenter facto. Qui nunc inter manuscripta historica tabularii publici Gandavensis Nro. 27 asservatur, comparatus tabulario Flandriae orientalis ex
15 libris Koningii, Amstelodami venditis a. 1833 vel 1834[15], atque nobis summa liberalitate Hamburgum transmissus est a. 1858. Apographus chartaceus foliorum formae maioris oblongae est 55, suis numeris insignitorum. Inscripta sunt folio primo adverso haec: „Flandriae chronicon ab anno 1296 ad annum 1310, quibus autor anonymus, monachus conventus fratrum minorum Gandavensium vixit et scripsit. Apographum ex pergameno authentico in quarto, quod con-

13) Quae qualia fuerint, discitur ex titulis ab Uffenbachio e codice enotatis, quorum ultimi non habent, quo referas. Sunt enim hi: *Karolus comes Flandriae, a suis in ecclesia Brugis occiditur. — Qui in bello de Kersis ceciderunt. — Tornacum roboratur.* — Quibus accedit initium carminis Gallici vetusti dicti: *le breviaire des nobles.* 14) a. 1302. 15) Accuratiora de his edoctus sum litteris v. cl. Gheldolfii.

stabit (*leg.* constabat) foliis 50, paginis 100.“ *Quae Hartmannus omisit, apograhpi scriba et ipse non curavit, neque adiecit titulos, singulis foliis adscriptos. Simillimum librum vidit Uffenbachius apud Ioh. Baptistam Verdusseniun, typographum et bibliographum Antverpiensem celeberrimum, cuius duos fuisse scimus annalium apographos. Certe tituli huius*[16] *et Gandensis apographi ad verbum consentiunt. Ceterum Uffenbachius, cum in commemorando Verdussenii apographo codicis sui membranacei ne mentionem quidem iniiciat, illo tempore nondum videtur eum sibi comparasse.*

*Collatis inter se editione Hamburgensi et apographo Gandensi, perspeximus, ex codice Hamburgensi membranaceo, cum nondum huc esset delatus, factum esse apographum. Illud ne quis obiiciat, Hamburgensem codicem fuisse* 48, *Gandensis apographi archetypum* 50 *foliorum: discrepantia haec fortasse inde orta, quod Hartmannus duo in fine codicis folia, in quibus nil scriptum erat, praetermisit. Neque ei rei multum tribuendum, quod Gandavensis apographi scriba cum iisdem atque Hamburgensis editor rationibus ductus in fine codicis quaedam omitteret, ne commemoraverit quidem, fine tenus codicem se haud descripsisse. Sunt enim, quae comprobant nostram sententiam, maxime memorabilis quidam in nonnullis locis deleta scriptura, aut perforato codice paullo difficilioribus ad legendum consensus*[17]. *Lectionis varietas quidem satis memorabilis; attamen singula examinanti facile patebit, quae minus recte et vitiose in editione Hamburgensi legantur, nata esse scriptura codicis perperam interpretata atque rationem palaeographicam, ubi adhibueris, facile revocari ad ea, quae rectius in apographo Gandensi leguntur. Quamquam sunt, in quibus similia Gandensis apographi vitia ex editione Hamburgensi corrigas: certe Hartmanni scriba, in ipso codice describendo legere edoctus, finem versus minus erravit, quam in priore annalium parte. Restant quidem vel sic graviores quaedam discrepantiae, partem veritatis utroque codice continente, aut diversis verbis eandem sententiam exprimente; ubi alterutrum erat eligendum. In his persuasum nobis est, immutasse auctoris verba eum, qui apographum Gandensem fecit, cum facile et legeret et intelligeret annales, ipsa Gandensis monachi verba minus curantem.*

*Annales Gandenses hucusque bis editi sunt. Prior editio, quae prodiit Hamburgi a.* 1823 *iam commemorata est.*

*Iterum excussi sunt a.* 1837 *ab I. I. de Smet*[18]. *Qui cum haud perspiceret, qualis esset Hamburgensis editionis fides, frustra Gandensem apographum consuluit: gravissimos enim tantum errores ex eo emendavit in ipsis verbis atque in distinguendis verbis, ubi difficile erat, verum non videre. Reliqua parum curavit, neque operae pretium duxit, enotare omnem lectionis varietatem. Quod in hac demum annalium editione factum. Cui additae sunt notae quaedam ad res difficiliores explicandas: quamquam in his parciores poteramus esse, cum adiectum sit stemma gentis comitum Flandrensium, quatenus in annalibus commemorantur. Annalibus praefiximus titulos, ab Uffenbachio e codice suo enotatos, quos maluimus sub uno conspectu ponere, quam ad singula revocare.*

*Annales Gandenses, qui historiae Flandrensi operam dedere, haud praetermisere; qui hoc loco enumerandi non sunt: illum tantum commemoremus, qui primus, quantum scimus, eos novit et consuluit, Iacobum Meyerum Baiolanum; quamquam ipsa monachi verba in eius* historia rerum Flandrensium[18*] *frustra quaesieris.*

16) Reisen III, p. 204. 17) ex. gr. a. 1302. p. 556. l. 14 sq. 18) Recueil des chroniques de Flandre T. I, p. 371—436. 18*) Ed. Antonius Meyer Antwerpiae 1561.

# Stemma comitum Flandrensium.

Balduinus imperator Constantinopolitanus † 1205.

- Iohanna † 1244. n. 1. 1211 Ferrando princ. Portugaliae † 1233. 2. 1236 Thomae princ. Sabaudiae.
- Margareta † 1279 Febr. 10. n. 1. c. 1212 Bochardo d'Avesnes, a. 1215 dissoluto matrimonio, † 1218. 2. 1224 Guilielmo de Dampetra † 1241.
  - 1. Iohannes I. Avennensis c. Hannoniae † 1256 s. 1257. uxor: Alheydis de Hollandia.
    - Iohannes II. c. Hanno-niae et Hollandiae † 1304 Aug. 22. uxor: Philippina f. Heinrici c. Lucemburgensis.
      - Guilielmus c. Hanno-niae et Hollandiae † 1337.
      - Iohannes sine pietate. † 1302 Iul. 11.
    - Guido ep. Traiectensis c. 1302—1317 Mai 29.
    - Burchardus ep. Metensis 1283—1296 Nov. 29.
  - 1. Balduinus Avennensis † 1256.
    - Beatrix n. Heinrico IV. c. Lucemburg. † 1288 Iun. 5.
      - Heinricus VII. imperator uxor: Margareta f. Iohannis I. d. Brabantiae.
  - 2. Guilielmus 1246. c. Flandriae, † 1251.
  - 2. Guido c. Flandriae et marchio Namurcensis, nat. c. a. 1225, † 1305 Mart. 7. uxores 1. c. 1230 Mathilda f. Roberti de Bethunia et Dendermonde, † 1264 Nov. 8. 2. Isabella f. Heinrici c. Lucemburgensis, comitissa Namurcensis, † 1298 Sept.
    - 1. Robertus III. de Bethunia c. Flandriae, c. Nivernensis. nat. a. 1239, † 1322 Sept. 17. uxores: 1. … f. Karoli, r. Siciliae, † a. 1271. 2. Yolanda f. c. Nivernensis, † 1280 Iun. 2.
      - 1. Karolus in adolescentia †
      - 2. Ludovicus c. Nivernensis † 1322 Iul. 22.
      - 2. Robertus de Cassel c. Nivernensis † 1331.
      - 2. Iohanna nupta Enguerand de Couci.
      - Mathilda n. domino Gauthier de Enghien.
      - Iolanda n. Mathaeo domino de Florines.
    - 1. Guilielmus de Dendermonde. uxor: f. domini de Nigella.
    - 1. Balduinus † 1296.
    - 1. Iohannes ep. Metensis 1280—1282 Leodicensis —1292 Oct. 14.
    - 1. Philippus † s. p. 1308 Nov.; uxor Mathilda, c. Tiedensis et Lerettensis.
    - 1. Margareta † 1283 Iul. 3. nupta a. 1273 Iohanni I. d. Brabantiae.
      - Iohannes † 1312 Oct. 27. uxor a. 1294. Margareta, f. Edwardi I. r. Angliae.
      - Margareta † 1311 Dec. 13. n. Heinrico VII. imperatori a. 1292 m. Apr.
      - Maria n. a. 1304 Amadeo V. d. Sabaudiae.
    - 1. Maria † 1297. nupta: 1. Guilielmo c. Iuliacensi † 1278 Mart. 17. 2. Simoni de Chateau Vilain.
      - Guilielmus Iuliacensis senior † a. 1297 post d. Aug. 20.
      - Guilielmus Iuliacensis, clericus, praepositus Traiectensis. † 1304 Aug. 18.
    - 1. Beatrix † 1296. n. Florentio c. Hollandiae † 1296 Iun. 27.
      - Iohannes Iuvenis. nat. 1281, † 1299. Nov. 10. ux. 1297 Ian. 8. Elisabetha f. Edwardi I. r. Angliae.
    - 2. Iohannes c. Namurcensis † 1331 Febr. 1. uxor f. c. Claremontensis 1308 Aug. † 1309 Ian.
    - 2. Guido c. Zelandiae designatus. † c. 1322.
    - 2. Infans N. N.
    - 2. Infans N. N.
    - 2. Henricus c. de Lodi.
    - 2. Margareta † 1321. n. 1. Alexandro princ. Scotiae, † 1283. 2. Reinoldo I. c. Geldriae, † 1326. Oct. 9.
    - 2. Iohanna religiosa.
    - 2. Beatrix n. Hugoni de Chatillon c. Blesensi.
    - 2. Infans N. N. † paucorum anorum.
    - 2. Philippa sponsa Edwardi II r. Angliae; † 1306 m. Maio.
    - 2. Isabella sponsa Edwardi II. r. Angliae; a. 1307 nupta Iohanni de Fiennes.
  - 2. Iohannes de Dampetra.
  - 2. Iohanna n. a. 1245 Tibaldo c. de Bar.
  - 2. Maria abbatissa Flinensis.

## TITULI EX CODICE AB UFFENBACHIO DESCRIPTI[a].

[A. 1296.] Prologus auctoris.

Comes Flandriae Guido cum rege Eduardo Angliae bellum inferunt Philippo Francorum regi.

[A. 1297.] Guerra inter Philippum et comitem Hannoniae Iohannem.

Bellum de Furnis.

Adventus regis Angliae.

Angli occiduntur.

Isabella uxor comitis obiit 1298.

[A. 1299.] Conflictus de Maldeghem.

[A. 1300.] Comes Guido captivatur.

Indulgentiae Romae anno 1300.

Iacobus de S. Paulo, gubernator Flandriae.

[A. 1301.] Adventus Philippi regis Navarrae cum uxore in Flandriam.

Commotio magna per textorem Petrum, Regem dictum, Brugis.

Houtem concrematur.

Communitas Brugensis[b] capit burgum iuxta sanctum Donatianum.

Munitiones Brugis diruuntur.

Commotio in villa Gandensi.

Guerra per Wilhelmum Iuliacensem.

Petrus Rex Brugensis fugit.

Franci interficiuntur Brugis.

Politia Gandensis mutatur ut et Brugensis.

[A. 1302.] Wilhelmus Iuliacensis et Petrus Rex Brugis amicabiliter recipiuntur.

Winnendale redditur.

Guido Namurcensis, filius comitis, recipitur Brugis.

Caristia[c] et fames in Gandavo.

Proelium inter Francos et Flamingos Ypris.

Bellum Curtracense.

Villa Gandensis offertur Guidoni.

Castrum Curtracense redditur.

Novi milites efficiuntur.

Iohannes Namurcensis, primogenitus Guidonis comitis ex secunda uxore, venit in Flandriam.

Castrum Insulense et Casletense redduntur.

Castrum de Tenremonda[d] a Flamingis Wasonibus capitur.

Rex Philippus venit Vitriacum.

Lessinum obsidetur.

Capitur Lessinum 1303.

Flamingorum fere mille occiduntur.

Iohannis et Guidonis comitum expeditio versus Zeelandiam.

Florentius comes Hollandiae occiditur.

Wulfardus de Borsalia[e], miles strenuus, occiditur.

Terra Zeelandiae traditur Guidoni.

Conflictus apud Veere vel Camp Veere[f].

Alius conflictus eodem die et hora super stricto[g] aggere.

Middelborch obsidetur.

Terra Zeelandiae redditur.

Guido Hanoniensis capitur.

Iohannes de Renisse fortissimus miles.

Civitas Morinensis cum 80 circiter villis incenditur.

Tornacum obsidetur.

Recessus Guidonis senioris de Francia in Flandriam.

Wilhelmus Iuliacensis electus in archiepiscopum Coloniensem.

[A. 1304.] Zirixzea[h] obsessa.

Guerra inter Franciam et Flandriam.

Conflictus apud pontem Wendini.

Classis Italica in adiutorium Wilhelmi, filii Iohannis comitis Hollandiae et Hanoniae.

Brugburgenses occiduntur.

Guido captus in Zeelandia.

Iohannes de Renisse submersus.

Guido denuo captus in Francia.

De bello in monte Pavellensi prolixa narratio.

De morte Wilhelmi Iuliacensis.

De his, qui corruerunt in Pabula.

Insula obsessa.

Congregatio Francorum maxima.

Flamingi contra regem conveniunt.

De pace inter regem Franciae et Flamingos.

Balduinus comes Flandriae imperium Constantinopolitanum assequitur.

De Bochardo d'Avesnes[i].

De filiis Margaretae legitimis et illegitimis.

De morte Iohannae reginae Navarrae et comitissae Campaniae.

Guido comes Flandriae obiit grandaevus.

[A. 1305.] De Roberto comite Flandriae.

De morte Philippae, sponsae[k] unigeniti filii Eduardi regis Angliae, filiae[l] Guidonis comitis.

De tractatu pacis inter Franciam et Flandriam.

a) *Emendata sunt manifesta Uffenbachii vitia, adiectique indici ipsorum annalium anni, ubi desiderabantur.* b) Bruggensis *U.* c) caristin *U.* d) Teuremonda *U.* e) Versalia *U.* f) Camphere *U.* g) superstructo *U.* h) Zirizea *U.* i) Davesenes *U.* k) sponsa *U.* l) filia *U*

De matrimonio Isabellae cum Iohanne domino de Fienes[a].

De destructione Templariorum.

[A. 1308.] De morte Alberti, regis Alemanniae, a filio sororis suae pugione confossi.

De morte domini Iohannis de Kunc[b].

De procuratoribus missis in Franciam.

De morte Philippi, filii comitis Guidonis, fratris Roberti.

Discordia inter monachos et conversos laicos Cisterciensis ordinis in Flandria et aliis quibusdam terris.

De bello iuxta Coloniam in loco, qui Woeronc[c] dicitur.

A. 1309. Dissensio Brugensis anno 1309.

Templarii Parisiis concremati.

[Anno 1310.] Robertus comes congregat exercitum[d].

## PROLOGUS.

Cum quodam tempore occupationibus non urgerer, venit mihi in animo, qui historias factaque autentica antiquorum libenter lego et audio velociterque scribo, habenti etiam ad usum quasdam membranulas parvi valoris colligatas, in eis describere secundum decursum annorum et temporum expedito, levi claroque sermone prelia et pericula multimoda, angustias et pressuras varias, expeditiones, obsidiones, inpugnationes tam passivas quam activas, que terre nostre Flandrie evenerunt, accidentiaque diversa, que temporibus meis[d*] contigerunt, — quibus omnibus vel presens et[e] intuens interfui, vel ab hiis[f] qui presentes eis interfuerunt, referentibus certitudinaliter agnovi[g] — eaque posteris relinquere, quibus talia legere et audire placuerit, subtilius et emendatius exscribenda. Hoc autem incepi in conventu fratrum[g*] minorum Gandensium, cuius tunc conversus eram[19], motus desiderio
20 quorumdam fratrum recreativoque solatio[20], quos quandoque[h] talia audire vel legere delectabat[h*], circa principium anni Domini 1308. Movit[i] etiam me[i*] communis utilitas ad hoc, quia, ut mihi videtur, quandoque aliquibus eventibus demergentibus[k], valde expediens est, talia non ignorare. Et notandum, quod anni Domini subsequentes semper incipiendi sunt in
Mart. 25. festo annuntiationis beate Virginis, quod est 8. Kal. Aprilis, qualitercunque paschate[k*] festum transmutetur.

**Explicit prologus.**[l]

# 1296.

Anno ab incarnatione Domini 1296 comes Flandrie Guido 19, alligatus[21] Edwardo[m] regi Anglie, regem Francorum Philippum[n] defidavit, ut ita dicam, eique homagium propter multa gravamina, que ipse et sui sibi intulerant, contradixit circa finem mensis Ianuarii. Pater huius Philippi fuit Philippus, decimus rex post Hugonem Capet, qui moriebatur in Arragonia[o] anno Domini 1285[22]. Avus eius fuit sanctus Ludovicus[p], qui moriebatur in Tunitio[q].

Mater Guidonis fuit Margareta[r], comitissa Flandrie et Hanonie, filia Balduini, impe-
23 ratoris Constantinopolitani, fundatoris abbatie sancte Marie de Boudelo[s] [23], ordinis Cisterciensis, Tornacensis diocesis, site in terra Wasie in parochia[t] de Synai; cuius anima in pace requiescat! Amen. Qui ante imperium assecutum comes fuerat in utroque comitatu predicto. Filii Guidonis ex prima uxore, scilicet filia domini de Tenremunda et de Bethunia: Robertus primogenitus, quondam comes Nivernensis, Wilhelmus[u], qui habuit primogenitam filiam domini de Nigella, Philippus, qui habuit quamdam[v] comitissam in Italia; filie fuerant quondam ducissa Brabantie, mater ducis Ioannis, nunc viventis, et comitissa quondam Iuliacensis, mater duorum Wilhelmorum Iuliacensium, probissimorum iuvenum, et comitissa Hollandie. Pater Guidonis comitis, dominus de Dampetra, valens baro in terra Burgundie. Filii Guidonis comitis ex secunda uxore Isabella[w], filia comitis Lucemburgensis, marchionissa Namurcensi: Ioannes Namurcensis, Guido, Henricus, tunc pueri;

a) Frenes *U.* b) Kune *U.* c) Woeruc *U.* d) *U. hic quatuor titulos addit. V. s. p.* 556 n. 13. d*) nostris 1. e) vel 1. f) iis 1. g) cognovi 2. g*) fratrum *deest* 2. h) quoscunque 1, *quod corrigendum ex specimine scripturae.* h*) *ita aut* delectabit *specimen scripturae.* i) monuit 1. i*) me *deest* 2. k) *ita duce specimine emendandum, quod tamen habet* demergentibus; quamquam a. e. de . . . gentibus 2; quemque a. e. emergentibus 1. k*) paschale 1. 2. l) expl. prol. *omisit* 2. m) Eduardo *fere semper* 1. n) Philipum 2. o) Aragonia 2. p) Lodovicus 2. q) Tunitis 2. r) Margarita 2. s) Woudelo 2. t) provincia 1. u) Guilielmus 1. *semper.* v) quondam 2. w) Ysabela 2.

20) Dativus commodi. 21) V. chartas a. 1296 d. Ian. 7. datas apud Rymer Foedera p. 850. 851. 22) d. Oct. 5. 23) Baudeloo, monasterium ordinis Cisterciensis.

filie: comitissa Ghelrensis, que quondam habuit heredem Scotie, et comitissa Blesensis, et domicella Philippa, sponsa primogeniti et unigeniti filii Edwardi, regis Anglie, et Isabella iuvencula[24]. Anno Domini 24

# 1297.

incepit gravis guerra inter regem Philippum predictum et comitem Hanonie Ioannem, filium fratris Guidonis comitis Flandrie, ex parte matris non patris, ex una parte, et Guidonem predictum comitem et regem Anglie, cum eo confederatum, et ducem Brabantie Ioannem, filium filie predicti Guidonis, — qui Ioannes duxit in uxorem tunc[25] filiam regis Anglie[26], — et multos comites et nobiles Alemannie, per pecuniam conductos[a], ex altera.

Nam circa finem Iunii venit rex Philippus cum maximo apparatu et exercitu et obsedit villam Insulensium[b. 27], in qua erat Robertus, primogenitus comitis Guidonis cum multis Alemannis, specialiter domino de Falconis monte, probissimo milite, et pluribus[c] militibus etiam Flandris[d]. Wilhelmus autem secundogenitus tenuit Duacum[28]. Quam villam, scilicet 28 Insulensium, rex obtinuit cum multo labore et expensis et amissione multorum et detrimento circa principium mensis Septembris; et hoc per infidelitatem et malum fervorem erga comitem et filios suos domini[e] de Hondescote et domini[e] de Sancto Venantio sive de Wavery et domini[e] de Ghistella. Infra illud tempus in mense Iulio Franci obtinuerunt fluvium Lisam inter Insulam et Ypram, et hoc per timorositatem et miseriam Yprensium, quamvis haberent secum multos Alemannos audaces, qui Alemanni suburbium Yprense incenderunt. Circa principium autem mensis Augusti sequentis fuit bellum iuxta[f] Furnis[29] inter comitem Atrebatensem[g] et Francos ex una parte, — et Wilhelmum Iuliacensem, seniorem fratrem predictum, et Alemannos et Flamingos ex altera. In quo bello predictus Wilhelmus fuit captus et non multo post de vulneribus in Sancto Audomaro mortuus. Etiam bello dominus Ioannes de Gavere, valentissimus miles, occubuit; et multi Alemanni nobiles in eo capti sunt et Flandrenses[h] aliqui occisi non multi, quia per traditionem aliquorum nobilium de occidentali Flandria bellum dictum[i] ex parte Flandrensium[i'] amissum est. Et etiam per eorum traditionem ante dictum bellum predictus comes obtinuit Brugburgenses[k. 30] et Bergenses[31]. Villa Furnensis post dictum bellum incensa est.

Circa finem mensis Augusti[32] venit Edwardus, rex Anglie, in adiutorium comitis Gui- 32 donis et applicuit Flandriam[l] in portu Brugensi non cum multo exercitu, veniensque primo Brugis[m] invenit maiores ville non concordes comiti, suisque cum illis de villa discordantibus, et videns, quod villa esset sine munitionibus, recessit inde et venit Gandam[33], in qua etiam villa maiores cum comite discordabant.

Nunc[n] de quodam sacerdote goliardo, qui cum totam substantiam[o] suam in comessationibus et potationibus expendisset, nihil habens, furatus est argenteas laminas de quadam imagine crucifixi, quas vendens fecit magnum convivium sociis suis. Accusatus de hoc coram episcopo suo et vocatus ab eodem et dure reprehensus per hos duos versus respondit:

*Guido[p] carens ere, dum se vidisset egere,*
*Excoriando Iesum largum sibi prebuit esum.*

Circa principium mensis Septembris rex[34] obtinuit villam Insulensem, ut supra dictum est, tali conditione, quod omnes amici comitis cum omnibus ad eos pertinentibus[p'] libere possent exire. Circa finem eiusdem mensis intravit rex profundius Flandriam, et venit cum exercitu suo usque parochiam[q], que vocatur in Flamingo *Ingelmonstre*[r. 35], hoc est: eccle- 35 sia vel templum angelorum[s]. Ad quem venerunt aliqui ex[t] maioribus Brugensium[u], et reddiderunt[v] sibi villam Brugensem. Misitque rex dominum de Nigella cum aliis nobilibus

a) aductos *sive* reductos 2. b) Insulensem 1. *semper.* c) plurimis 1. d) Flandrie 1. e) dominum 1. f) maxime 1. g) Attrebatensem 1. h) Flandrensium 1. i) deinde 2. i') Flandrensi 2. k) Brugbergenses 1. 2. l) Flandriae 1. m) Brugas 1. *saepius.* n) Novi 1. o) suberiam 1. p) Sic vocabatur sacerdos 2. *in margine.* p') partinentibus 2. q) provinciam 1. r) Inghelmonstre 1. s) Anglorum 1. t) de 1. u) Brugensibus 1. v) redderunt 2.

24) De Guidonis comitis gente consulendum stemma. 25) sc. a. 1297. d. Ian. 8. Rymer p. 850. 26) Elisabetham. 27) Lille. 28) Douay. 29) sc. prope castrum Bulscampii Aug. 20. 30) Broekburg, hodie Bourbourg. 31) Bergh, Bergues. 32) c. d. Aug. 22. Rymer p. 876. 33) V. pactum regis Angliae cum comite Flandriae et Gandavensibus init. a. 1297 apud Warnkönig Flandrische Rechts- und Staatsgesch. T. II, 1. App. p. 72. 34) sc. Franciae. 35) Quem ibi a. 1297 d. Sept. 21 fuisse testis charta. V. Urkundl. Gesch. der Hanse II. p. 189.

multis et magno exercitu et obtinuit eam, quod[a] non placuit omnibus de communitate[a] predicte ville, feceruntque barones regis incipere fieri fossatum circa eam. Reddita est etiam eis villa de Dam.

Circa principium mensis Octobris incepit haberi tractatus de treuga inter duos reges
36 predictos et eis alligatos, que confirmata est[36], quod duraret usque ad festum sequens
Nov. 30. sancti Andree. Sed penultima die, circiter decima die mensis predicti, ante introitum pre-
c. Oct. 10. dicte treuge Robertus, senior filius comitis, assumtis secum multis Flandrensibus[b] et Anglicis et Galensibus, invasit villam de Dam, que fuit incepta circumfossari et murari, et occidit in ea multos nobiles et vulgares de Francis usque ad quadringentos et aliquos cepit; et obtinuit dictam villam. Et per consequens portum Brugensem[c] et villam Brugensem etiam obtinuisset, si Anglici et Flamingi victores inter se non discordassent et pro divisione prede compugnassent.

Incepta treuga rex Francie reversus est ad terram suam, et rex Anglie cum Anglicis suis[c*] et Galensibus et Scotis et Hibernensibus[d] remansit in Gandavo. Infra autem treugam incepit haberi tractatus inter consiliarios duorum dictorum regum de treuga longiore, que postea confirmata est et data a festo sancti Andree predicto usque ad epiphaniam Domini 1299[37]. In qua treuga concordavit comes Flandrie predictus hac conditione, quod rex Anglie iuravit supra sacrosancta[e], quod nunquam[f] faceret pacem cum rege Francie, nisi sub hac conditione, quod totam terram suam amissam rehaberet. Quod[g] male fecit, sed dicitur fuisse a papa de hoc iuramento absolutus.

## 1298.

Circa principium mensis Martii facta est discordia et pugna in villa Gandensi inter Anglicos et Galenses et alios de concomitantibus regem Anglie, qui erant circiter quatuor millia equitum et viginti millia peditum ex una parte, et Gandenses ex altera; et duravit hec pugna duobus diebus. Anglici enim sicut ingratissimi homines de fidelitate et beneficiis et cordialitatibus[h] Flamingorum et potissimum[i] Gandensium, qui eos humanissime apud se per totum hiemem et tutissime permanere permiserunt, consuetam trahentes caudam et villam dictam spoliare cupientes et sibi resistentes trucidare, eam in quatuor locis, quasi in quatuor angulis incenderunt, ut sic Gandenses nitentes ignem extinguere, circa custodiam bonorum suorum essent minus cauti. Sed Deus pessimam Anglicorum intentionem nolens perduci ad effectum, nec tam nobilem villam volens tam perniciosa machinatione perire, aliter disposuit. Nam Gandenses de incendio quasi non curantes et custodiam bonorum suorum quasi oblivioni tradentes, videntes, quod pro animabus et rebus tempus erat se defendendi, animo virili se conglobantes, fortiter et audacter Anglicis resisterunt[k], eosque in unum se coadunare compulerunt, qui[l] prius in diversis plateis et viculis dispersi erant; atque infra duos dies circiter triginta equites nobiles ex eis occiderunt. Ipsum etiam regem interfecissent, nisi ei presidio fuisset quidam nobilis baro Flandrensis[m], qui eos blandis verbis compescuit. De peditibus vero dicti regis circiter 70 occisi sunt, de Gandensibus autem circiter[n] usque ad duodecim concremati sunt ab Anglicis, — de quibus erant alique mulieres et aliqui pueri, — et alii viri circiter 25 in predicta villa et pugna ceci-
38 derunt. Sicque Anglici, vilissime confusi, cum maxima humilitate postularunt[o] [38], sed nisi comes et filii sui cum maximis precibus et blandissimis monitionibus communitatem Gandensem a furore retraxissent, omnes Anglicos et homines regis vel occidissent vel cum ipso rege captivassent.

Circa medium autem Martii rex ad Angliam reversus est[39]. Ioannes et Guido, filii comitis, ab eodem rege, quando[p] fuit in Gandavo[40], milites facti sunt.

In mense Ianuario generalis magister predicatorum et generalis minister[q] fratrum
41 minorum a papa pro confirmatione dictarum treugarum Gandam missi sunt[41].

a) civitate *saepissime* 1. b) Flandris 2. c) Burgensem 2. c*) suis *deest* 1. d) Ybernensibus 2. e) sacrosanctam 1. f) numquam 2. *saepius.* g) quando 2. h) caralitatibus 1. i) potissime 1. k) *ita praeter regulam* 1. 2. l) quia 1. m) Flander 2. n) circiter *deest* 1. o) sicque — postularunt *desunt* 2. p) quum 1. q) *ita cum bulla Bonifacii* 1. magister fr. mi. 2.

36) in oppido Raasvyfe ad fl. Lys h. a. d. Oct. 9., Rymer p. 878. 37) Tornaci charta Philippi r. Fr. data testatur treugam usque ad d. Ian. 6. a. 1300 fuisse prorogatam. Rymer p. 885. 38) sc. veniam, pacem. 39) Edwardus rex in Angliam applicuit naves a. 1298. d. Martii 4. Rymer p. 889. 40) d. Febr. 20. Edwardum Gandavi fuisse, testis charta. Ibid. p. 888. 41) Bulla Bonifacii VIII. papae d. Aug. 25. data nomina clericorum ab eo missorum non habet perscripta. Ibid. p. 877.

Tempore dictarum treugarum rex Francie fecit muniri villam Brugensem magnis fossatis et terre aggeribus et portis firmis. Et comes fecit etiam fieri aliqua fossata et munitiones et portas in Dam et Ardenburgo[a], Ganda, Aldenardo, Donza[41*] et Casleto[42]. 42

Maius motivum guerre predicte et magnorum malorum subsequentium hoc erat. Comes Guido circa principium anni, in quo a rege Francorum recessit, filiam suam Philippam desponsaverat unigenito Edwardi[b], regis Anglie, cum rege Francorum discordantis. Quod rex Francorum intelligens, pessimo consilio camerariorum suorum mandavit[c] comiti Guidoni et uxori sue, ut[d] ad se Parisius[e] venirent. Ad quem cum venissent, interrogavit rex comitem, quare sine licentia sua filiam suam filio hostis sui desponsasset, et utrum Anglie regi magis, quam sibi faveret, et si sibi cum ipso resistere vellet. Cui comes respondit, se in tantum servum suum[f] non esse, quin libere filiam suam posset, quo melius et nobilius valeret, sine sua licentia desponsare, et quod[g] regi Anglie non tam faveret, quin sibi, tamquam domino suo, famulatum, quem debuit, exhiberet, et fidelitatem in omnibus conservaret[h]. Qua responsione rex non contentus nec pacatus, precepit comiti et uxori eius, ne Parisius exirent, antequam filiam ipsorum penes se haberet, filio regis Anglie desponsatam. Quod preceptum audientes videntesque, se malignitate[i] preventos, coacti permiserunt[k], filiam suam a militibus regis de Flandria tolli et ad ipsum regem Parisius conduci[l]; que fuit ab ipso capta et detenta usque ad diem mortis sue[43]. O vere vilissimum genus guer- 43 randi et preliandi, tam nobilem regem et potentem sponsam hostis sui sic dolo tollere et incurialiter captivare! Comes igitur et comitissa Namurcensis, uxor sua, Flandriam reversi sunt, et de hoc facto[m] plurimum offensi, ad regem nunquam venire, qui sic eos deceperat, proponentes alligantiam sive colligationem cum rege Anglie adversum regem Francorum componebant.

Anno Domini 1298 circa finem mensis Septembris obiit comitissa Isabella, uxor comitis secunda. Circa finem dicti anni Robertus, primogenitus comitis, pro patre debili et antiquo Romam pro pace cum rege de consilio pape, si fieri posset, habenda proficiscens, multas ibi expensas faciens nihil profecit[n]; quia, reges Francie et Anglie aliquo modo concordantes, papa Bonifacius VIII. iuravit, ut dicitur, domino Roberto, quod, si in predictam concordiam concordaret, passum pedis de terra patris sui non amitteret; unde in eam concordavit predictus dominus Robertus. Tunc etiam rex Anglie ab eodem papa dicitur fuisse absolutus a iuramento, quod fecerat comiti in Gandavo. Anno Domini

# 1299.

instante hieme et exitu treugarum, comes Guido, propter senium et debilitatem ulterius laborare non valens, gubernationem terre Flandrie primogenito[o] suo Roberto tradidit; ipse vero ad castrum et presidium de Ruppellamunda[p] se contulit.

Robertus autem, derelictus a papa et rege Anglie, qui tamen[q] sibi non nocuerunt, paravit se, quantum potuit, ad resistendum Francorum regi, sed non valuit. Nam circa epiphaniam venit dominus Karolus, frater regis, Brugas[r] cum magno exercitu, circiter cum 1300. Ian. 6. mille quingentis equitibus et balistariis multis. Brugenses autem maiores omnes et de communitate aliqui valde erant contrarii comiti et filiis suis; valde etiam indignabantur, quod non poterant uti portu suo marino propter villam de Dam, quam comes fecerat[s] muniri tam fortiter, quod inexpugnabilis erat[44]. Unde dominus Karolus cum suis et Bru- 44 gensibus multa gravamina[t] intulerunt terre Flandrie. Nam primo aggressus est dominum Philippum de Maldeghem scilicet 16. Kal. Februarii. Qui Philippus miles contraxerat sibi Ian. 17. exercitum modicum circiter mille virorum peditum de sua terra et aliis partibus Flandrie, precipue Wasie[u]; quos minus prudenter in loco non tuto circa mansionem suam collocavit, qui cum ipso Philippo adversus Francos et Brugenses modicam resistentiam facientes in brevi confusi[v] sunt. Ceciderunt autem ex eis circiter quadringenti, et reliqui fugerunt; Philippus vero captus est et villa sua campestris scilicet Maldeghem concremata. Tempore vernali predictus dominus Karolus cum sibi adherentibus multa damna fecit ruralibus hominibus circa Yperam et Donzam et Gandavum et Dam; sed dictis villis eo, quod erant bene

a) Ardemburgo 1. b) Edwardo 2. c) commendavit 2. d) quod 1. e) Parisios 1. *semper.* f) suum *deest* 1. g) quod *deest* 2. h) servaret 2. i) maligniter 1. k) promiserunt 1. l) deduci 1. aduci *compendio scripturae male intellecto,* 2; *cf. p.* 561 *n.* a. m) factu 2. n) perfecit 1. o) progenito 1. p) Ruppellandia 1. q) tunc 1. r) Brugam *saepius* 1. s) fecit 1. t) intulit 1. u) Wasia 1. v) constituti 2.

41*) Deynze. 42) Cassel. 43) V. infra ad a. 1306 init. 44) V. supra p. 562. l. 8; 563. l. 2.

munite, nocere non potuit. Robertus enim, comitis primogenitus, tenuit Gandavum, Wilhelmus, frater eius, Dam et Guido, etiam frater eius ex parte patris, Yperam. Villa Duacensis se Karolo tradiderat[a], antequam Brugis advenerat vel Flandriam intraret. A. D.

## 1300.

circa finem Aprilis comes Guido, deficientibus expensis et ab amicis omnibus quasi derelictus, immo et ab aliquibus, ut videbatur, seductus, tradidit se Karolo, fratri regis Francorum[a*] et terram suam cum Roberto, primogenito suo, et Wilhelmo et circiter 25 militibus. Karolus autem duxit eos Parisius ad fratrem suum regem, qui rex posuit Guidonem comitem in Compendio[45] sub tuta custodia, Robertum autem et Wilhelmum et alios milites posuit in diversis castris regni sui in prisione. Ioannes autem et Guido iuvenes milites et Henricus puer, filii comitis de secunda uxore, profecti sunt in Namurcum ad comitatum[b] in terram matris sue.

Wilhelmus Iuliacensis factus est prepositus in Traiecto superiori.

Per totum istum annum fuerunt indulgentie plenissime Rome visitantibus limina apostolorum a papa Bonifacio VIII. concesse; unde maxima multitudo peregrinorum ad curiam properavit[46].

Postquam comes se tradiderat regi, rex in tota terra Flandrie[b*] quasi proconsulem et presidem vel superiorem posuit ballivum Iacobum de Sancto Paulo, avunculum[c] regine Francie et fratrem comitis Attrebatensis et comitis Blesensis et comitis Sancti Pauli, qui omnes amicos comitis et etiam militum captivorum[c*] et filios occisorum in diversis preliis et obsidionibus et potissime manentes extra villas principales graviter afflixit. Nitebaturque totam terram redigere in maximam servitutem et omnes adnihillare libertates. Unde factus est populo terre invisus et odiosus. Anno Domini

## 1301.

circa finem[d] Maii venit rex Philippus cum regina Navarre[e], uxore sua, tamquam novus princeps et immediatus dominus in Flandriam; et cum eo venit etiam[f] Ioannes, comes Hanonie, qui patruum suum in multis leserat et de terra sua iuverat[g] expelli.

Venit autem rex cum magna pompa et gloria causa ludendi et videndi terram et optimas villas Flandrie; sed ludus iste sibi et suis postea fuit causa et occasio[h] tristissimi et gravissimi eventus. Venit enim primo Duacum, deinde Insulam, postea Gandavum. Gandenses autem honorifice sibi obviam processerunt[i], omnes novis vestimentis induti — maiores duobus modis, quia dissidebant inter se, et communitas suo[k] modo — feceruntque sibi ludos diversos, et scabini miserunt sibi exenia magnifica et copiosa. Scabini igitur et maiores Gandenses in exeniis, missis regi et regine, et hastiludiis, pro ipsis celebratis, bene expenderunt usque ad 27 millia librarum. Cum autem rex ingrederetur Gandavum, communitas, que[l] sibi occurrit, fortiter clamavit et instanter ab ipso petiit, quod liberaretur de quadam gravi exactione[m], que erat in Gandavo[n] et in Brugis super omnia venalia et specialiter super cerevisiam[o] et medonem, quam Gandenses vocant malam pecuniam, Brugenses assisiam[p]. Rex autem, quia iocundus[q] et novus erat adventus eius, annuit precibus[r] acclamantium; quod maioribus ville multum displicuit, quia multa solebant de dicta exactione habere emolumenta, sicut etiam[s] in Brugis. De Ganda profectus[t] est rex in Ardenborch[u] et deinde in Dam, postea in Brugis[v]. Brugenses autem sibi occurrerunt cum paramentis vestimentorum excessivis et diversis ludis, miseruntque ei exenia magni valoris. Inhibuerant autem scabini et maiores Brugenses communitati sub pena capitis, ne aliquis ipsorum pro deletione assisie[w] regi acclamaret, vel apud ipsum funderet preces, sicut factum fuit in Gandavo. Ex hoc igitur communitas offensa in occursu regis stetit quasi muta, ita quod[x] rex de hoc[y], ut dicitur, mirabatur. Postquam autem rex profectus est in Winendale, mansione quondam comitis valde pulcra, scabini et maiores Brugenses volentes, quod exenia facta regi et ornamenta vestium, que sibi pro occurrendo regi paraverant, de assisia[z] solverentur, et quod collobia vel indumenta communitatis solverentur ab ipsorum de communitate propriis bonis: adhuc gravius communitatem irritarunt; unde

a) reddiderat 1. a*) Francie 1. b) Namurco ad c. 1. N. ad comitatem 2. b*) Flandria 1. c) avonculum 2. cf. p. 567. n. x. c*) captorum 1. c. et etiam f. o. 2. d) finem *omissum* 2. e) Naverrae 2. f) etiam venit 2. g) iuvaverat 1. h) occasio *deest* 2. i) praecesserunt 2. k) omni 1. l) civitasque 1. m) actione 2. n) Ganda 1. o) servisiam 1. p) assitiam 2. q) iucundus 1. r) praecibus 2. s) et 1. t) proiectus 2. u) Ardemborch 1. v) Brugam 1. w) assitiae 2. x) itaque 2. y) de hoc *desunt* 2. z) assitia 2.

45) Compiegne. 46) Magnum hoc anno fuit iubilaeum.

facta est commotio magna et dissensio[a] in villa. Cuius commotionis magna[b] origo dicitur fuisse quidam textor, nomine Petrus, cognomine Rex[47], cum aliquibus sibi adherentibus; 47 unde ballivus de concilio[c] maiorum Brugensium et scabinorum ipsum cum 25 circiter capitaneis communitatis cepit et in prisione regis, quondam autem comitis, que vocatur Lapis[48], reclusit. Quod factum, ut innotuit communitati, sicut commota et provocata concurrens, 48 prisionem aperiri sibi a tenentibus eam coegit ipsosque[d] scilicet Petrum et suos omnes eduxit illesos; et sic turbatio ipsorum aliquo tempore quievit, tamen cum timore de malivolentia maiorum. De Winendale rex profectus est Yperam et de Ypera in terram suam reversus est.

Circa finem Iunii[e] in vigilia apostolorum Petri et Pauli Gandenses sanctum Livinum Iun. 28/29. in Houtem[f] ferentes cum hominibus ruralibus et aliis festivitatem et dedicationem quandam[g] ibidem frequentantibus[h] discordare incipientes ab eis vulnerati et male tractati sunt; erant enim de ista discordia improvisi. Quod factum, ut communitas Gandensis cognovit, armata manu et cum signis bellicis exiens, villam de Houtem[f] campestrem concremavit, multos ibidem vel[i] occidit vel vulneravit et gravia dampna intulit monasterio sancti Bavonis.

Post recessum regis et regine de Flandria Iacobus predictus de Sancto Paulo, adhuc a rege preses et prefectus Flandrie relictus, graviter, sicut homo animosus, ut erat, et superbus, accepit contumaciam civitatis Brugensis, quia[k] prisionem regis confregisset, hoc est per coactionem fecisset aperiri, unde congregato exercitu circiter quingentorum equitum ipsum iuxta Brugas collocavit et mediante consilio Ioannis de Ghistella militis, qui semper civitati fuerat infavorabilis, et maiorum Brugensium nitebatur quibusdam subtilitatibus et deceptionibus factum communitatis vindicare et ipsam[l] subpeditare. Inito igitur consilio ad pulsum cuiusdam campanule[m], ad hoc ab ipsis ordinatum, omnes maiores se armaverunt, communitate nihil mali cogitante, proponentes cum adiutorio Iacobi predicti extra villam cum exercitu suo se tenentis, et quem, cum bellare incepissent, per quandam portam intromittere intendebant, propere destruere totaliter et enervare communitatis potestatem. Quod ut communitas comperit, currens ad arma, maioribus ipsam ad signum predictum incedere incipientibus virilissime restitit, ipsosque maiores ad locum tutum, qui vocatur Burgus, iuxta Sanctum Donatianum, fugere compulit; deinde quoque[n] locum furiose aggressa, ipsum violenter obtinuit et aliquos de maioribus occidit, multos vulneravit, reliquos ducens captivos. Cum autem communitas cepit prevalere, Ioannes de Ghistella de villa fugit, et Iacobus de Sancto Paulo villam ingredi non est[o] ausus. Ista pugna facta est circa medium Iulii quadam feria quinta. De dicta pugna predictus Iacobus graviter in- Iul. med. dignatus, convocato in consilium et auxilium sui fratre suo, comite Sancti Pauli, et magno exercitu nobilium Flandrie et maiorum aliarum villarum Flandrensium, iuxta Brugas recessit[p]. Et agentibus quibusdam mediatoribus, talis pax inter dictum comitem et fratrem suum ex una parte, et villam Brugensem[q] ex altera inita est, quod illi de communitate, qui se reos de dicta commotione et pugna cognoscerent, infra statutum tempus villam Brugensem[r] et terram Flandrie[s] exirent, nunquam reversuri, ut banniti — quod et fecerunt Petrus, dictus Rex, et sequaces sui — reliqui autem de villa comitis et fratris sui dicto et iudicio de omnibus starent. Ingressi igitur comes et frater suus villam, vindictam acerbam exercere non sunt ausi, sed primo prudenter, ut eis videbatur, turres lapideas et portas quasdam fecerunt destrui, turres ligneas, munitiones omnes in fossatum deiici ipsumque[t] impleri, alicubi et aggerem[u], qui villam cingebat, in aliquibus locis confodi et dirui, dicentes et iudicantes, omnes libertates et nobiles consuetudines cunctaque privilegia[v], a regibus Francie vel comitibus Flandrie ville concessa, fore per dictam pugnam amissa; quod dictum et iudicium tam maiores, quam minores graviter acceperunt. Unde de ipso hieme sequenti inter comitem dictum et fratrem suum et villam in curia regis lis orta est. Circa finem estatis dictus comes in Franciam reversus est, fratre suo, sicut prius, prefecto Flandrie relicto; qui isto anno et precedenti duo fortissima castella[w] et presidia cum

a) dissentio 2. b) magnae 1. c) consilio 1. d) ipsos 2. e) Iulii 2. f) Houten 2. g) quamdam 1 *saepius*. h) fraequentantibus 2. i) vel *deest* 2. k) quod 1. l) ipsum 2. m) ad signum c. campanellae 1. n) deindeque 1. o) fuit 2. p) resedit 1. q) Brugam 1. r) Brugam 1. s) Flandriam 1. t) fossatum . . . , ipsumque 2. u) agrem 2. v) praevilegia 2. w) castra 1.

47) *le roi* aut *koning* alias dictus. 48) alias dicta *pierre* aut *steen*. Leges, carceri huic scriptas a. 1299. mense Iulio, vide apud Warnkönig l. l. p. 117.

pecunia regis Francie fecit fieri, unum in Insula et alterum[a] in Curtraco. Incepit etiam unum in Brugis, quod non perfecit.

1301–1302. Hieme sequenti Ioannes comes Namurcensis et Guido, frater eius, filii comitis, cum Wilhelmo Iuliacensi, preposito Traiectensi, filio sororis sue, tacti dolore cordis de crudeli captivitate et iniusta patris et fratrum suorum sicut homines animosi, machinari ceperunt et abdita habere consilia cum aliquibus amicis suis de Flandria, et occultos[a*] nuntios et litteras mittere ad aliquos de communitatibus Flandrie commotis et disturbatis pro ditissima terra maiorum suorum recuperanda. Unde circa medium hiemis Petrus, dictus Rex, cum sequacibus suis de consilio ipsorum Brugas est reversus et in tantum[b] apud textores suos et fullones et aliquos alios de communitate potens effectus est — attraxit enim eos, ut erat facundus, mitibus et dulcibus verbis, — quod[c] ballivus regis et scabini et maiores Brugenses ipsum et socios suos tangere non audebant. Circa finem autem hiemis et incipiente vere nuntii ville Brugensis in curia regis finem placiti sui erga comitem Sancti Pauli et fratrem suum obtinere et libertates suas et privilegia[d] sua recuperare non valentes, indignati et irati reversi sunt in Flandriam, et Petrus, dictus Rex, apud communitatem Brugensem in tantum[b] convaluit, quod publice inhibuit illis, qui aggerem munitionis Brugensis diruerunt et fossatum ex parte Iacobi de Sancto Paulo repleverunt, ne mandatum ipsius ulterius exsequerentur, minavitque[e] eos de aggere; quod intelligentes ballivus[f] regis et iudex suus et scabini Brugenses et multi de maioribus, timentes suis capitibus de villa fugerunt; et Petrus cum suis quasi domini remanserunt[g] in ea.

1302. Tali existente statu ville Brugensis circa medium Martii dura accidit commotio in villa Gandensi, Brugensibus multum grata et consolativa[h]. Nam scabini et maiores, volentes, quod debita contracta pro exeniis, regi factis, de predicta exactione solverentur, dominica Mart. 11. quarta paschali[i] publice ex parte Iacobi de Sancto Paulo, ballivo presente, fecerunt proclamari, quod dicta exactio, quam rex indulserat civitati eamque deleverat, ut ita loquar, curreret et staret in pristino vigore. Quod communitas audiens ferociter cepit fremere et acute conqueri et murmurare, specialiter quia[k] fuit proclamatum, quod quicunque contrarius esset edicto maiorum, de villa et patria bannirentur, vel decapitarentur[l]. Concurrentes igitur et colloquentes circa crepusculum illi de communitate, mutuo sibi condixerunt, quod in crastino nullum opus mechanicum exercerent, sed otiarentur[m] et conferrent inter se, quomodo dictam exactionem possent amovere. Hoc intelligentes ballivus regis et scabini et maiores, coadunato[n] consilio, in aurora armaverunt se circiter octingenti circa ortum solis, incedentes[o] per vicos et plateas cum cuneis suis 30 vel 40 vel 50 viri proponentes illos de communitate, qui nollent operari, capere vel trucidare. Videns igitur communitas maiores armatos et audiens aliquorum verba contumeliosa, ad tempus siluit, multis Mart. 12. ex ea ad opus accedentibus. Sed circa horam tertiam illius ferie 2, que erat crastina dominice quarte, quidam de communitate occulte se armaverunt acceptisque vexillis et signis suis bellicis processerunt in publicum, percutientesque pelves suas[p], quia ad campanam ville accedere non audebant, totam communitatem commoverunt; que tota surgens ex[q] opere suo, armavit se et concurrens cum maioribus cepit preliari, ipsisque prevalens ballivum et scabinos et plures[r] ipsorum, circiter 600 ad castrum quondam comitis iuxta Sanctam Pharahildem fugere compulit. Reliqui unusquisque in domum suam reversus 49 est[49]. Communitas igitur furibunde commota et conglobata dictum castrum cum balistariis circumquaque oppugnans ante nonam ipsum obtinuit, reddentibus se maioribus. De quibus duos scabinos occidit et 11 alios, circiter 100 vulneravit graviter; reliquos cum ballivo sibi fidelitatem iurare coegit, alioquin omnes occidisset. Hoc factum Iacobus de Sancto Paulo, vir arrogans et elatus, indignantissime accepit, et quibusdam mediatoribus, qui libenter inter ipsum et communitatem Gandensem pacem procurassent, acute respondit, mandans per eos ipsi communitati verba comminatoria, altitona[s] et excessiva. Anno Domini

## 1302.

incepit dura et mortifera, longo tempore concepta et implacabilis guerra, que tandem ad partum[t] devenit cum horribilibus et copiosis profluentibus sanguinibus hominum innumerorum[u], inter Philippum regem et omnes vasallos et subditos utriusque regni

a) Insulam, alterum 2. a*) occultos *deest* 1. b) tam 1. c) quare 2. d) praevilegia 2. e) armavitque 1. f) balivus 2, *saepius*. g) manserunt *de Smet*. h) consolatoria 1. i) d. q. quadragesimae 2. k) quod 1. l) banniretur vel decapitaretur 1. m) ociarent 1. n) condunato 2. o) incidentes 2. p) sua 2. q) de 1. r) proles 2. s) alcitona 1. t) partem 1. 2. u) universorum 2.

49) Chronicorum II, 11, 4.

sui, scilicet Francie et Navarre, et comitem Hannonie prenominatum et omnes viros industrios et bellicosos, quos dictus rex conducere, vel sibi attrahere potuit de diversis comitatibus, ducatibus et regnis extra duo regna sua pretio vel prece, ex parte una, — et prolem comitis capti Guidonis et communitates Flandrie[a] tam habitantes in villis, quam habitantes in agris vel in campis et aliquos nobiles Zelandenses, paucos respective, qui de terra sua expulsi fuerant, ut postea patebit[b], ex altera. Nam circa principium Maii communitate Gandensi et Brugensi sic commotis et Iacobo de Sancto Paulo utrique interitum[c] et totale excidium[d] comminante, valentissimus et maximi cordis iuvenis Wilhelmus Iuliacensis clericus, prepositus Traiectensis, de consilio avunculorum suorum Ioannis et Guidonis venit Brugas et receptus est a villa Brugensi et Damensi et Ardenburburgensi loco avi sui; acceptusque[e] a[f] communitate Brugensi in societate incendit mansionem domini de Ziessele militis, qui infavorabilis fuerat avo suo, et fecit oppugnari mansionem pulcram quondam avi sui, que vocatur Mala[g] et que fuit aliquatenus[h] munita, in qua erant homines regis; quam mansionem communitas Brugensis cum multo labore et vulneribus obtinuit, interfectis omnibus, quos in ea invenit. Istud intelligentes aliqui de civitate Gandensi, favorabiles comiti et proli sue, venerunt Brugam pro facienda colligatione inter communitatem[i] Brugensem et Gandensem ad resistendum regie potestati. Ad quam colligationem Brugenses multum[k] voluntarios invenerunt. Sed reversi Gandam[l] dicti amici comitis aliter dispositam communitatem repperunt[m], quam crediderant, — quia consilio et persuasione aliquorum maiorum de villa, qui vocabantur liliardi[n], quia rex in scuto fert lilia multa, — et etiam aliquorum ditiorum de communitate, qui formidabant potentiam regis et amissionem suarum opum, maior pars communitatis in dictam colligationem consentire noluit, sed se tenere ex parte regis. Liliardi[o] etiam procuraverunt a Iacobo Sancti Pauli intimante[p], communitati Gandensi per mediatores verba mitiora. Dicti autem amici comitis hoc videntes, villa sua relicta, cum Brugensium[q] periculo se dederunt.

princ. Mai.

Iacobus igitur, iis temporibus[q*] convocatis episcopo Autissiodorensi[r, 50] et Petro de Flota, 50 milite et domino legum, viris industriis[s] et expertis et malitiosis summisque consiliariis regis, ad consilium suum, congregavit apud Curtracum de Francia et Picardia et Hanonia et Flandria nobilium equitum exercitum copiosum et balistarios et pedites valde multos — quorum numerus in pugna sequenti[t] et aliis preliis sequentibus a me non ponitur, quia Flandrenses, homines fortes et bene nutriti ac optime armati, de peditibus Francorum quasi non curant — proposuitque[u] vel arte vel virtute armorum facta utriusque communitatis ferociter vindicare. Hoc autem intelligens Wilhelmus Iuliacensis vidensque, communiter[v] omnes divites communitatis Brugensis sicut in Gandavo potentiam Francorum et industriam valde timere, aliquorum etiam maiorum liliardorum, adhuc in villa existentium — licet multi de ea fugerant — et amicorum ipsorum utrorumque corda cum ipso non esse, sed magis cum rege, caute de villa Brugensi recessit, conferens se ad partem quandam[w] Flandrie, que vocatur terra 4 officiorum, ibique avunculus[x] suus Guido ad eum venit. Petrus autem Rex, assumptis secum circiter mille quingentis peditibus bene armatis de communitate Brugensi et balistariis centum, venit iuxta Gandavum, sperans, blandis verbis civitatem Gandensem a rege avertere; denunciavitque multis ex eis, filium comitis et nepotem, si confraternitatem cum communitate Brugensi facere vellent, in auxilium utriusque communitatis prope esse. Sed liliardi et ditiores de communitate[y] in tantum[z] vulgares, ut predictum est, sibi attraxerant, quod a rege discedere noluerunt, immo ipsi liliardi cum ballivo regis armati villam egressi[*], acies suas ordinantes ad bellandum se paraverunt; Petrus autem tunc pugnare nolens de Gandavo recessit. Guido autem et Wilhelmus ad terras suas reversi sunt. Cum autem Petrus de Gandavo Brugas reverteretur, intellexit, quod liliardi, qui in Ardenburgo[a], audientes, quod Gandenses sibi consentire noluerunt, communitatem subpeditassent et signa regia, abiectis signis Wilhelmi, elevassent[b]. Iratus itaque valde cum sociis suis villam de Ardenburgo[a] aggressus, licet firmiter munitam,

a) Flandrenses 1. b) patebat 1. c) introitum 2. d) exsidium 2. e) acceptaque 1. 2. f) de 1. g) Male 2. h) aliquantulum 1. i) comitem 2. k) multos *male de Smet.* l) Gandavum 1. m) invenerunt *aberrante oculo ad ea, quae praecedunt,* 2. n) lylliardi 2. o) lyliardi 2. p) mittenti 1. intrante 2. q) B gensiubus 2. q*) iis temporibus *desunt* 2. r) Antissiodorensi *semper* 1. Anticiodorensi 2. s) industris 2. t) sequente 1. u) qua 2. v) comuniter 2. w) quamdam 1. x) avonculus 2. *cf. p.* 564. *n.* c. y) comitato 1. z) tam 1. *) ingressi *perperam* 2. a) Ardenibus 2. b) et — elevassent *omisit* 2.

50) Auxerre. Nomen episcopi Petrus.

tamen eam obtinuit, et communitatem elevans et signa regis deiiciens, liliardos oppressit, aliquos occidens.

Cum autem de Ardenburgo[a] venisset Brugas, videns communitas Brugensis, quod multa erga regem consilio suo perpetrasset mala, et quod villam Gandensem, sicut speraverat, non obtinuisset, et quod Wilhelmus sic ab eis recessisset, ipsum Petrum fere occidisset. Petrus autem manus communitatis per cautelas evadens, de villa Brugensi et de Flandria fugit ad tempus. Timor igitur maximus et tremor villam totam invasit. Cum ergo tam maiores quam minores vidissent, se in arcto et maximo periculo positos, utpote Iacobo de Curtraco versus Brugas exercitum movente[b], inito[c] consilio de communi consensu aliquos de se mediatores, qui ad Iacobum tendant, eligunt, offerentes, se velle stare de alto et basso dicto suo et consiliariorum regis predictorum, diligenti et iusta prius facta inquisitione, isto etiam supposito, quod omnes, qui erant in villa, se in aliquo erga[c'] ipsum et regem culpabiles cognoscentes infra tempus statutum de villa et patria recederent, et sic ipse Iacobus, postquam recessissent, villam intraret. Habito igitur per dies aliquot super oblatione premissa diligenti tractatu, in eam ab utraque parte concordatum est, hoc etiam addito, quod Petrus de Flota mediatoribus promisit, quod ipse et Iacobus non nisi cum 300 equitibus quasi amicabiliter villam intrarent et sine armis. Tunc quadam feria 4, scilicet
Mai. 16. 17. Kal. Iunii in villa Brugensi publice[d] proclamatum est, quod omnes, qui sibi de inquisitione fienda timerent, ante nonam diei crastine villam exirent. Quod fecerunt circiter
Mai. 16/17. Mai. 18. 5 millia virorum, paulatim feria 4 illa et nocte sequenti et crastina villam relinquentes, collocaverunt se in Dam et Ardenburgh et Oostburgh et supra[e] littus portus marini, qui vocatur Zwin. Venientes autem quidam ex iis in Dam invenerunt ibi coquos[f] et multos de familia Iacobi et magnam copiam vini et cibariorum, quam premiserat ad provisionem exercitus sui Brugas, et ibi quasi in proprio[g] venturi et permansuri. De quibus scilicet coquis et famulis Iacobi aliquos occiderunt, multos vulneraverunt, vina et cibaria rapientes et consumentes.

Mai. 17. Feria igitur 5, scilicet 16. Kal. Iunii Iacobus et Petrus de Flota predicti circa horam vesperarum de promisso et condicto[c'] — scilicet quod cum trecentis equitibus venirent sine armis — non curantes, cum mille septingentis equitibus optime armatis et balistariis, peditibus quoque multis valde, villam Brugensem intraverunt, episcopo Autissiodorensi[h] in Curtraco relicto. Iacobus etiam, ut videtur, elatus et indignativus[i] se continere non potuit, quin aliquibus de communitate sibi occurrentibus aspera inferret verba vultumque eis torvum ostenderet et crudelem. Ex quibus omnibus illi, qui de civitate in villa remanserant, pelli sue timentes, aliqui ex eis, ut dicitur et ut[k] videtur per effectum consequentem, sociis suis, qui villa[l] exierant, circa crepusculum mandaverunt, quod, si vellent salvare vitam suam, uxorum, filiorum filiarumque suarum et etiam amicorum et villam Brugensem: circa auroram omnes redirent cum Francis pugnaturi; ad quod voluntarii inventi sunt et
Mai. 17. parati. Cumque feria 5.[m] predicta Gallici vel Franci cenassent, et Iacobus ordinasset milites et equites multos et pedites, qui villam per noctem sequentem usque ad auroram vigilantes[n] custodirent, illique, expleta custodia sua, ad quietem ivissent[o], aliis pro eis
Mai. 18. ordinatis, dispositis et armatis: ecce circa ortum solis ferie 6. sequentis illi, qui villam exierant, adductis secum multis Flandrensibus vel precibus vel minis de Dam et aliis villis campestribus et terris, in quibus brevi tempore latuerant, ad villam Brugensem armati revertuntur, ipsamque[p] per fossatum in aliquibus locis repletum et per aggerem dirutum et
51 per aliquas portas intrantes[51], furioso animo Francos vigilantes ad pugnam provocant. Committentesque cum eis, ipsos superant et fugere et terga vertere compellunt, conclamantes, sicut inter se ante dictam pugnam condixerant, duo vocabula, scilicet *scutum* vel
52 *clipeus et amicus*[52], eo quod *clipeus* in Flamingo cum aspiratione, quam Franci et Gallici sonare non possunt, et scribitur sic: *scilt*[q]. Statim autem, ut illi, qui in villa remanserant[r], hoc intellexerunt, qui prius aliqui ipsorum veraci, aliqui ficto favore et amore Francis

a) Ardenibus 2. b) movere 2. c) initio 2. c') contra 1. d) publice *deest* 2. e) super 1. f) cocos 2. *semper.* g) proximo 2. h) Anthiciodorensi 2. i) indignatius 1. indignatus *de Smet.* k) ut *deest* 2. l) villam 1. m) quarta *de Smet.* n) usque — vigilantes *desunt* 2. o) inissent 1. p) ipsam 1. q) schilt *de Smet.* r) manserant 2.

51) V. Böhmer Regesta imp. p. 373. 52) *Scilt en vriend!* Ceterum dolus hic vetustus, quo primum usos esse scimus socios Iephthae, Ephraimitis verbum *schibbolcth* eloquendum proponentes. Iudic. XII, 6. — Post cum Francogallos expellerent anno 1282 Siculi simili modo verbo *ciceri* usi sunt.

adheserunt, omnes uno corde ad suos contribules victores conversi, Francos tam vigilantes quam dormientes cum ipsis caedere ceperunt ac trucidare conclamantes cum intrantibus: *clipeus et amicus!* Unde Iacobus et Petrus de Flota summo cum timore de villa fugerunt, omnibus paramentis et provisionibus bellicis et etiam rebus suis, exceptis equis in[a] quibus insidebant, amissis, et de suis circiter mille quingentis occisis et centum captis derelictis. In tanto etiam fuerunt periculo, quod sub Iacobo unus dextrarius fuit confossus, et nisi armigeri sui velociter sibi de alio providissent, ibidem fuisset occisus. Dicunt Franci, suos in hac pugna proditiose fuisse victos et occisos; sed certe, sicut ego diligentius potui[b] investigare, si aliqua ibi proditio fuit, tunc pauci ipsius erant conscii, nec tamen[b'] hoc certitudinaliter inveni, imo potius debent hoc suis imputare, qui minus caute et prudenter villam non bene munitam intraverunt, tot existentibus circa et iuxta eam inimicis[c] suis capitalibus, fortibus et bene armatis et quasi desperatis. Iacobus igitur fugiens venit Curtracum fecitque castro Curtracensi de cibariis et viris bellicosis et machinis bellicis ad ipsum contra Flandrenses defendendum provideri[38]; Petrus vero[d] de Flota Insulam 53 profectus est, iurans per Deum, se numquam Franciam[e] intraturum, antequam de confusione et dampno sibi factis esset vindicatus. Post dictam pugnam mitior et blandior cepit haberi tractatus inter Iacobum et Gandenses: misit enim Gandavum[f] de suis viros industrios, qui communitati in omnibus, que petebant, amicabiliter acquieverunt, et hoc ne Gandenses sicut Brugenses contra regem et ipsum rebellarent.

Tunc politia[g] sive civilitas Gandensis mutata est. A longis enim temporibus fuerant in ea 39 scabini de maioribus et nobilioribus, qui communitatem valde deprimebant et de tertio in tertium annum villam regebant, semelque per totam vitam scabini remanebant. Sed modo ad petitionem communitatis ab ipsa et de ipsa ex parte regis 13 scabini electi sunt, qui uno anno villam regerent, et[g'] postea nunquam[h] nisi denuo eligerentur. In Brugis etiam scabini et rectores de communitate positi sunt.

Post pugnam predictam tertio vel quarto die Wilhelmus Iuliacensis et Petrus Rex Mai. 21. vel 22. Brugas reversi sunt et a Brugensibus amicabiliter recepti. Assumpto igitur Wilhelmus exercitu de Brugis et territorio Brugensi, quod[i] statim, expulsis et effugatis liliardis, sibi toto corde adherebat, mansionem quondam avi sui Winendale[i'] obsidebat, relinquensque[k] circa eam de territorio sufficientibus viris ad obsidendum, — qui eam postea[k'] infra tres hebdomadas[l] obtinuerunt, omnibus, qui ex parte regis in ea erant, cum rebus ad eos pertinentibus[l'] libere exire permissis, non enim potuerunt eam obtinere violenter, quia fuit satis munita muro lateritio et fossato magno, — ipse cum exercitu suo versus terram Slipensem, Furnensem, Bergensem, Brugburgensem[m] circa finem Maii profectus, omnes istas Mai. ex. terras obtinuit, reddentibus se sibi et adherentibus libentissime et toto corde omnibus vulgaribus, quia[m'] a Francis et liliardis suis fuerant oppressi et quasi ad servilitatem redacti. Cumque venisset iuxta Bergam[n] cum exercitu suo valde magno, Franci et liliardi circiter equites septingenti in ea existentes[o] — licet villa esset bene munita, tamen non confidebant de habitantibus in ea — non sunt ausi usque ad obsidionem ipsam[p] exspectare, sed[q] de ea fugientes ad villam Sancti Audomari se contulerunt. Unde Wilhelmus sine labore obtinuit. De Berga[r] profectus versus Casletum, tota terra et villa Casletensi voluntarie se reddente, solum castrum Casletum, quod erat in cacumine montis, sicut et fortissimum et a Iacobo cibariis[s] et machinis bellicis et viris strenuis bene provisum, sibi restitit; quod obsedit longo tempore et oppugnavit.

Circa principium mensis Iunii Guido Namurcensis, filius comitis, venit Brugas, qui Iun. init. iocundissime a villa et patria et territorio receptus, assumens secum exercitum competentem profectus[t] est Curtracum; reddentibusque se sibi voluntarie villa et territorio Curtracensi et Aldenardensi, liliardis omnibus effugatis, castrum Curtracense obsedit et oppugnavit. Erat enim miles probissimus et gratiosus[u], unde omnes Flandrenses, amici patris sui, de praesentia ipsius et Wilhelmi[54] animosi ut leones effecti sunt. Villa etiam 54 Yprensis se sibi tradidit; tamen liliardi in ea dominantes remanserunt, qui invite villam

a) et 2. b) potuit 2. b') tamen *omisit* 2. c) tot iuxta e. exist. in. 2. d) vero *deest* 2. e) numquam . . . . intraturum 2. f) Gandam 2. g) pollicia 2. g') et *deest* 2. h) numquam 2. i) quod *deest* 2. i') Winnendale *saepius* 2. k) relictisque *de Smet.* k') postea *omisit* 2. l) hebdommadas 2. l') partinentibus, *similia*, *saepius* 2. m) Brugbergensem 2. m') qui 1. n) Bergas *de Smet.* o) exeuntes 2. p) ipsum 2. q) scilicet 2. r) Bergis *de Smet.* s) cibario 1. t) profectusque 1. u) *ita* 2. *cf. p.* 575. *l.* 28. generosus 1.

53) Cf. Geneseos c. 22, 8. 54) sc. Iuliacensis.

sibi tradidissent, nisi ipsum et propriam communitatem sibi faventem timuissent; unde ut involuntarii non miserunt sibi sub suis expensis et de propria communitate nisi quingentos pedites cum aliquibus balistariis ad castri Curtracensis oppugnationem. Villa Gandensis regi adhesit instinctu et consilio liliardorum, quamvis fere tota communitas comiti faveret.

Iacobus igitur videns, Guidonem et Wilhelmum sic prosperari et se eis[a] resistere non posse, Petro[b] de Flota cum exercitu, quem congregare poterat, in castro et villa Insulensi relicto, ad regem et reginam, filiam sororis sue, se contulit, maximam deponens querimoniam de iniuria, anxietate et dampno sibi illatis a Flamingis, simulque ostendens[c], in omnibus predictis gravissime lesam esse regiam maiestatem. Unde rex de consilio baronum et camerariorum suorum — sic enim vocantur intimi consiliarii sui — convocata omni militia[d] Francie, Campanie, Normannie, Picardie, Pictavie, quam contrahere poterat, conducta tam magna multitudine militum peritorum in bellis et nobilium extra regnum suum scilicet de ducatu et comitatu Lotharingie[e] et Brabantie, Hanonie[f], congregavit exercitum fortissimum et copiosum, posuitque super eum pro se ducem Robertum, comitem Atrebatensem[g], cognatum suum et avunculum regine, virum fortem et nobilem et animosum et a iuventute in preliis exercitatum et expertum in[g'] torneamentis; fuerat enim in quinque vel sex mortiferis[h] bellis triumphator. Circa finem mensis Iunii Robertus comes profectus[i] cum omnibus[i'] comitibus fere et baronibus Francie ad bellum aptis et exercitu quem rex congregare potuerat[k], circiter 10 milium equitum, et balistariorum et peditum numerum tam maximum, quem[l] exprimere non audivi, venit Insulam. Quod Guido et Wilhelmus per exploratores cognoscentes et etiam quod versus Curtracum exercitum suum ducere proposuit, ut Flandrenses de obsidione castri abiceret et abigeret, si posset, eo quod in castro existentes ex parte regis non nisi ad spatium duorum mensium erant provisi: Wilhelmus, relictis satis multis ad obsidendum castrum Casletum, assumpto secum exercitu magno de Flandria occidentali, ad avunculum suum Guidonem Curtracum profectus est.

Circa istud[m] tempus tanta fuit caristia et fames in Gandavo, quod vulgares communiter pane facto de avena vescebantur; villa enim Gandensis se tenuit cum rege, toto territorio circumiacente cum Guidone et Wilhelmo existente, et ideo frumentum et alia victualia non nisi furtive in ea poterant introduci. Magna fuit in Gandavo dissensio[n], quod vulgares favebant comiti et liliardi et ditiores regi, et ideo sepe timebatur de bello intestino inter eos.

Circa principium mensis Iulii Robertus exercitum suum movit de Insula, profectus versus Curtracum; castraque metatus est iuxta dictam villam per distantiam quatuor vel quinque stadiorum. Franci autem Flandriam intrantes Flamingantem, ut ostenderent ferocitatem animi sui et Flandrenses terrere volentes, non parcebant mulieribus, nec infantibus, nec decrepitis, quin eos occiderent, quos invenire poterant; imo[o] et imagines sanctorum in ecclesiis, ac si homines fuissent vivi, decapitaverunt, alia eis etiam[p] membra amputantes. Hoc autem factum Flandrenses non terruit, sed magis ad iram et furorem et ad crudeliter pugnandum animavit et provocavit.

Guido igitur et Wilhelmus, cognito adventu inimicorum, quos summe oderunt, alacres et leti congregaverunt exercitum, circiter sexaginta milia peditum fortium et optime armatorum, conveneruntque ad eos[q] omnes fideles corde, qui eos diligebant, non solum de partibus Flandrie, qui cum eis erant et a rege discesserant[r], sed etiam de Gandavo circiter septingenti viri bene armati, qui villa[s] occulte exierant[t]; unde et a liliardis statim propter hoc banniti sunt. Omnesque quos congregaverant, summe cum Francis habere bellum affectabant. Habebant autem Guido et Wilhelmus non nisi decem[u] milites in toto exercitu suo; inter quos precipui erant et in rebus bellicis experti Henricus de Lonchy de ducatu Lemburgensi[v], Ioannes de Renisse de comitatu Zelandensi, Gossvinus[w] de Gossenhove de ducatu Brabantie, Theodericus de Hondescote[x], Robertus de Leewerghem[y], Balduinus de Popperode de comitatu Flandrensi. Isti cum Guidone et Wilhelmo exercitum Flandrensem ordinaverunt et disposuerunt et animaverunt. Et cum tribus vel quatuor diebus inter duos exercitus quidam particulares fierent insultus et congressus, ecce[y'] quadam
Iul. 9. feria quarta nempe[z] 5. Idus Iulii[*] Guido et Wilhelmus per exploratores cognoscentes, quod

a) iis 1. b) Petrus 1. c) dicens 2. d) malitia 2. e) Lothoringiae 1. f) et Hannoniae *de Smet.* g) Atrebatensem 1. g') etiam 1. h) fortiferis 2. i) praefectus 2. i') omnibus *omisit* 2. k) poterat 1. l) quod 1. m) quod 2. n) discentio 2. o) immo 1. p) et 1. q) eum 2. r) dissescerant 2. s) villam 1. t) exierunt 1. u) circiter decem 1. v) Lembergensi 1. w) Gossuinus 1. 2. x) Hondesote 2. y) Leebberghem 1. y') circiter 1. z) scil. 1. *) Iunii 1. 2.

omnes Franci ad bellum se in[a] mane prepararent, et ipsi hoc idem fecerunt, ponentes Ypresenses[a'] ad resistendum illis de castro, si exire vellent tempore belli, et aciem longam valde et spissam circa horam tertiam educentes et inimicos in campo prestolantes. Circa horam sextam Franci armati in campo comparuerunt, qui totum exercitum suum tam equitum quam peditum in novem acies diviserant, sed videntes Flamingos in una acie longissima et spissa stare audacter paratos ad bellum, de novem aciebus suis tres acies fecerunt, unam ponentes pro custodia retro et cum duabus aliis congressuri. Parum ante nonam commissum est prelium cum horribili fragore et tumultu bellico et mortibus multorum; hostiliterque et crudeliter ibidem[b] pugnatum est, tamen non tempore longo, quia Deus misertus[b'] est Flamingorum, eisque[c] in brevi victoriam contulit, Francosque, qui sicut[d] clare postea compertum est, si vixissent[e], crudelia facta in Flandriam[f] exercere proposuerant, confudit. Cum autem prelium iniretur, illi, qui in castro erant, sui non obliti, ignem de castro, sicut prius sepe fecerant et multas[g] domos in Curtraco incenderant, eiecerunt et quandam[h] domum pulcram, ut Flandrenses terrerent, cremaverunt. Ipsi etiam et equites et pedites de castro, ut Flandrenses a tergo invaderent, egressi, ab Ypresibus eis viriliter et probe resistentibus in castrum reverti turpiter sunt coacti. Comes vero[i] Sancti Pauli, qui tertiam[i'] regebat aciem pro custodia de retro deputatam, videns duos fratres suos uterinos cum duabus aciebus succumbere et esse in periculo mortis, eis auxilium et succursum non prebuit, sed turpissime fugiens campum reliquit. Sicque Deo disponente omnia et ordinante, coram textoribus, fullonibus et vulgaribus Flamingis et peditibus — licet fortibus et virilibus, bene armatis et concordatis[k] et expertos gubernatores habentibus: —

*Corruit ars pugne,*

flos militie cum electissimorum equorum et dextrariorum fortitudine; et pulcritudo ac potentia validissimi exercitus conversa est in sterquilinium, factaque est ibi Francorum gloria[l] stercus et vermis[55]. Flandrenses enim propter crudelitatem, quam Franci inter Insulam et Curtracum exercuerant, exacerbati, succumbentibus Francis nec eorum equis — quin omnes occiderent crudeliter, donec totaliter de victoria securi essent — non parcebant, quia in exercitu ipsorum ante inchoationem belli fuit ex parte principum suorum preceptum et proclamatum, quod, quicunque in bello aliquid pretiosum raperet vel aliquem quantumcunque nobilem captivaret, statim a suis occideretur. Corruit ergo in dicto prelio nobilis et victoriosus princeps Robertus, comes Atrebatensis, cum Iacobo sepe prenominato fratre suo uterino, qui omnia hec et sequentia pro magna parte brassaverat mala; Godofridus[m] [56], patruus Ioannis ducis Brabantie, cum filio suo unigenito domino de Versona, qui si cum[n] Francis vicisset, ut creditur, nepotem suum, quia ex parte matris fuit de sanguine Flandrie[p], de terra sua expulisset vel occidisset, ipsamque[q] obtinens a rege tenuisset; Ioannes, dictus sine pietate propter crudelitatem, primogenitus comitis Hanonie; Petrus de Flota, vir astutus et potens in consilio regis; comes de Albamarla; comes de Augi[r] [57]; dominus de Nigella, marescallus, id est princeps militie Francie, cum Guidone fratre suo, strenuissimo milite; et alii barones et terrarum principes, ita nobiles et magni et potentes sicut multi Alemannie comites, usque septuaginta quinque; milites simplices plus quam mille, armigeri nobiles multi valde, et peditum quam plurimi ibidem[s] corruerunt. Dextrariorum etiam fortissimorum et equorum magni pretii plus quam tria milia confossi sunt in dicto bello. Numerus occisorum in prelio vel de vulneribus in eo acceptis breviter postea mortuorum usque ad viginti milia hominum pervenit, multo tamen plures effugerunt. Sed tota militia que regi remansit, militie que ibi corruit, dum viveret, non erat equiparanda. Post victoriam Flandrenses aliquos nobiles ceperunt, qui in campo remanserant, vulnerati fugere non valentes; valde etiam de preda et spoliis inimicorum suorum ditati sunt et armis et tentoriis et paramentis bellicis muniti et decorati.

Die crastina post bellum predictum audientes mane[t] aliqui de communitate Gandensi (fol. 70.) favorabiles Guidoni et Wilhelmo de ipso bello rumores, elevantes vexilla eorum per villam

a) in *omisit* 2. a') Iprenses 2. b) ibidem *deest* 2. b') miseratus 1. c) eis 1. d) ut 2. e) *non emendandum, cf. l.* 27. *at* vicissent *l.* 34. f) Flandria 1. g) multos 1. h) quamdam 1. i) autem 2. i') *cf. l.* 6. etiam 1. k) cordatis 1. l) gloria *deest* 1. 2. m) Godefridus 1. n) tum 1. p) Flandrensi 1. q) ipsam 2. r) *sic legendum videtur,* de Gui 1. in . . . 2. s) ibi 2. t) mane *deest* 2.

55) Maccabaeorum lib. I. c. 2, 62. 56) de Brabantia, dominus de Arscot et de Virzon; cf. Lacomblet II. p. 622; quamquam ibi avunculus Ioannis ducis Brabantiae dicitur. 57) Augy, Eu.

discurrebant; statimque tota[a] villa, attonita de rumore crescente, signa bellica Guidonis et Willelmi sequebatur, signis regis in terram deiectis. Aliqui de liliardis occisi sunt et aliqui capti, multi de villa effugati. Elegerunt autem omnes qui in villa erant, tam communitas quam liliardi, qui timore ad heredem comitis sunt conversi, quosdam de suis, mediantibus quibus Guidoni villam offerebant, quam ille gratanter suscepit.

fol. 12. Die autem tertia post bellum castrum Curtracense, deficientibus victualibus iis, qui in eo erant et auxilium a rege sibi adfuturum ipsis non sperantibus, Guidoni hac conditione redditum est, quod castellanus Lendiensis[b], qui in eo capitaneus erat, et alii nobiles cum eo remanerent capti; vulgaribus, qui etiam in eo fuerant, cum vestimentis et armis libere 58 incedere permissis[58].

De Flandrensibus in oppugnatione castri Casletensis et Curtracensis multi vulnerati sunt et aliqui[c] mortui, quia qui in eis erant virilissime se defenderunt. In bello autem Curtracensi, quod auditu mirabile est, vix centum occisi, multi tamen in eo sunt lesi et vulnerati. Instante etiam dicto bello, Petrus Rex textor et multi alii, de quibus prius parum sperabatur, quod ita eis eveniret[d], milites facti sunt. Pro militibus, qui de castro se tradiderunt et qui post bellum in campo capti sunt, multi, qui cum comite tenebantur milites in captivitate, commutati[d'], in Flandriam infra duos vel tres menses sunt reversi.

Post bellum Curtracense infra quindenam Ioannes, comes Namurcensis, primogenitus[e] Guidonis comitis ex secunda uxore, de cuius consilio et instinctu omnia predicta perpetrata sunt — erat enim astutus valde — de terra sua venit in Flandriam, et a Flamingis loco patris sui pro principe tanquam[f] senior filius receptus est. Ioannes igitur, Guido et Wilhelmus, assumpto secum magno exercitu de villis et de territoriis Gandensi et Yprensi[g] — Brugensibus relictis, eo quod in obsidione castri Curtracensis et bello multum laboraverunt[h], magnasque fecerant expensas et alie dicte ville adhuc quasi nihil pro comite fecerant — circa finem Iulii castrum et villam Insulensem obsederunt, fortiter utrumque[i] oppugnantes. In qua oppugnatione strenue se habebant liliardi, qui in Flandria remanserant; ita enim eos opportebat, si gratiam principum habere vellent. Franci autem, qui erant in castro et maiores Insulenses, qui pro maiore[k] parte liliardi erant, timore concussi feroci et audaci insultu hostium, quibus, ut certi erant, communitas Insulensis favebat: ad Ioannem mittunt mediatores[l], offerentes, castrum et villam se velle ei reddere circa medium Augusti, si ante dictum tempus a rege non possent succursum et auxilium obtinere, ea etiam conditione, quod omnes, qui de castro et villa tunc vellent[m] exire et se cum rege tenere, libere cum omnibus ad eos pertinentibus[n] recedere permittantur; quam oblationem Ioannes libenter suscepit. Unde exercitum de Insula movens, versus Duacum cum Guidone et Wilhelmo profectus est. Villa autem Duacensis favebat ei magis quam regi, exceptis paucis liliardis. Unde Duacenses intelligentes, conventionem factam inter ipsum et Insulenses, etiam eandem[o] sibi obtulerunt[p]; de qua oblatione alacer effectus est, sciebat enim, infra breve tempus regem eis succurrere non posse. Collocavit ergo exercitum suum in optimo loco iuxta Duacum, ad distantiam duorum miliarium[q], qui vocatur Novus Agger, super fossatum quoddam, quod comitatum Flandrie[q'] inter duas paludes[r] muniens ipsum dividit a comitatu Atrebatensi. De quo loco Flandrenses terram Atrebatensem incursantes plurima[s] Atrebatensibus intulerunt dampna, contra tamen voluntatem principum suorum villam bonam, bene munitam, que vocabatur Henines[t], et alias multas villas campestres concremantes et bona in eis inventa[u] rapientes. Et ideo Ioannes videns, in exercitu suo multos esse de communitate discolos[v] et tediosos et quos rapere tam ab amicis quam ab inimicis inopia coegit, ante tempus per conventionem[w] prefixum[x] communitates ad propria remisit, retinens secum milites et armigeros et aliquos de maioribus villarum sibi[y] fideles. Fuit enim certificatus per exploratores, quod rex exercitum competentem ante dictum tempus non poterat congregare. Circa medium Augusti castrum Insulense

a) tota *deest* 2. b) Leudensis 2. c) alii 1. d) evenerat 2. d') comunitati 2. e) progenitus 1. f) tamquam 1. 2. g) Gandensibus et Yprensibus 1. h) laboraverant *de Smet*. i) utraque 1. k) maiori 1. l) mediationes 1. m) nollent 1. non vellent 2. *cf.* 573. 2. n) partinentibus 2. o) eamdem 2. p) optulerunt 2. q) milliariorum *saepius* 1. 2. *cf. p.* 573. 13. q') Flandrensem 1. r) duos palludes 2. s) plura 1. t) hemnes 2. u) reperta 2. v) discosos 2. w) tempus conventione 1. x) praefixam 2. y) et 2.

58) Pactum super redditione castri Curtracensis initum d. Iulii 13. publici iuris fecit Gachet in Bulletins de la Commission d'histoire II. Serie II. pag. 16.

et Casletense et villa Insulensis et Duacensis cum territoriis suis Ioanni reddita sunt, omnibus exire Flandrensibus volentibus libere cum pertinentibus ad eos recedere permissis. Solum castrum de Tenremonda[a], cui Godefridus[b] de Brabantia, hostis Flandrie[c] predictus, ante bellum Curtracense de victualibus et viris bellicis providerat ad longum tempus, Flandrensibus[d] resistebat; quod castrum Flamingi Wasenses diu[d'] obsidentes et 1302 | 1303. oppugnantes, cum multis laboribus et expensis tandem hieme sequenti ipsum obtinuerunt; fuisset enim eis nocivum nimis.

Circa finem Augusti rex Philippus, coadunato maximo exercitu circiter viginti milium 1302. equitum, non tamen in probitate similium illis, qui in Curtraco mortui sunt, et quasi innumerabilium[e] peditum — convocaverat enim fere omnes communitates regni sui, que prope Flandriam erant per distantiam centum miliarium, — venturus versus Flandriam[f], ut, si posset, se de Flamingis vindicaret. Castraque metatus est extra terminos Flandrie[g] iuxta et circa villam campestrem, que vocatur Vitriacum, distantem a Duaco duobus miliaribus[h] parvis. Cui Ioannes, Guido et Wilhelmus cum exercitu copioso, de tota Flandria contracto, audacter et alacriter[i] occurrentes, castra[i'] posuerunt in loco prefato, qui vocatur Novus Agger, distante a Vitriaco per duo miliaria parva. Iacueruntque longo tempore duo exercitus maximi[k] in magnis expensis multo maioribus[l] propter multitudinem equorum bellicorum ad currus et carrucas[m] pertinentium. Rex igitur Flandrenses invadere non audebat, videns suos corde pavidos et propter gravem eventum belli Curtracensis Flamingorum occursum horribiliter pertimescentes. Ioannes etiam, Guido et Wilhelmus regem noluerunt invadere, nisi intrasset terram ipsorum, quia videbatur eis[n], quod satis gravia sibi intulerant dampna; timebant etiam, quod, si eum invasissent et superassent vel effugassent, Franci in impetu ire patrem suum et fratres occidissent. Miserunt igitur ad regem mediatores, pacem cum ipso vel treugam vel aliquam viam ad pacem humiliter supplicantes. Itaque pro reformanda inter eos pace vel ineunda[o] treuga habita sunt parlamenta et statuti dies quam plurimi, sed nullo modo poterant concordari. Erat enim intentio consiliariorum regis, negotium protrahere et protelare, quia credebant, quod Flandrenses pro magna parte vulgares et pauperes, sicut rex dives et locuples, in iacendo cum magno exercitu et expensis et lucri impedimento non valerent perdurare, sed in brevi recederent; et sic rex sine resistentia Flandriam intraret. Non tamen ita, imo[p] e contrario eis venit. Nam Ioannes, Guido et Wilhelmus suos precibus et blandis sermonibus ad iacendum stabiliter induxerunt, eosque, cum equis suis necessaria deficerent victualia, que vulgariter foragia vocantur, ad alium locum tutum iuxta Felines et ita propinquum regi sicut priorem adduxerunt. Iuxta quem satis multa victualia poterant invenire et etiam minori numero residere. In quo loco facta est aliqualis dissensio[q] in exercitu Flandrensi. Wilhelmus enim Iuliacensis et multi de exercitu omnibus modis[r] Francos et regem voluerunt invadere et finem facere de negotio, unde et ego vidi pontem quemdam factum super[s] naves quinque, factitatum[t] ad latitudinem circiter triginta pedum, ut per eum exercitus fluvium quemdam, qui venit de Duaco versus Felines, pertransiret[59]; sed Ioannes et Guido et plures alii 59 prudentes et experti hoc nolentes, prevaluerunt. Itaque circa finem mensis Septembris[t'] rex et exercitus suus, cum intra[u] quinque et[v] sex septimanas in Vitriaco et circa iacuissent[w], deficientibus eis victualibus pro equis — consumpserant enim omnia foragia, que per decem miliaria versus Franciam et Hanoniam poterant inveniri — cum maxima confusione de dicto loco recesserunt et aufugerunt, aliquibus indomitis Flamingis contra voluntatem principum suorum eos insequentibus; qui vina et cibaria, que Franci pre festinatione fuge secum deferre nequibant, voraverunt et rapuerunt. Flandrenses autem redeundo ad propria Tornacum tribus diebus obsederunt, dampna plurima dicte civitati circumquaque inferentes; ipsam tamen, nisi longiori tempore sedissent circa eam, non poterant obtinere; unde bellico tumultu lassati ac expensis maximis per totam estatem pregravati[x], eam reliquerunt[y] in tabernacula sua revertentes.

a) Tenremunda 2. b) Goddifridus 2. c) Flandrensium 1. d) et Fl. 1. d') duo 2. e) inimicabilium 2. f) Flandrenses 2. g) Flandrensium 1. h) milliariis 1. i) alariter 2. i') castrum 2. k) parva . . . . longo t. duo ex. m. 1. l) expensis . . . . multis maioribus 1. 2. *perforato codicis folio verbum periisse statuentes. Quod negandum, cum facillime emendetur locus.* m) bellicorum . . . . et carrucas 2. n) ipsis 2. o) eunda 1. 2. p) immo 1. q) discensio 2. r) monitis 2. s) supra 1. t) stratum 1. t') c. fin. m. Septembris *omisit* 2. u) inter 1. v) vel 2. w) iacuisset 1. x) pergravati 1. y) relinquerunt 1.

59) Canalem de la Rache, in quo situm est monasterium Flines, tunc monialium ordinis Cisterciensis, factum esse ex brachio fluvii Scarpe prope villulam Plaisant declinante, in manifesto est.

1302 | 1303. Hieme sequenti rex multos solidarios equites et pedites posuit in Sancto Audomaro et Tornaco, ut terram Flandrensem infestarent; qui hominibus ruralibus plurimum nocuerunt. Sed et ipsi de nocumentis non evaserunt immunes, quando[a] iuxta Casletum supra[b] montem quemdam, qui vocatur Ballemons[c][60], multos occiderunt Flandrenses cautelose; Watinense[61] etiam monasterium, quod Flandrenses munierant, oppugnantes, multos in eo vulneraverant[c'], sed superveniente eis auxilio cum amissione multorum et maximis dampnis in Sanctum Audomarum fugerunt confusi. Inter Tornacum etiam et Curtracum iuxta quoddam passagium, hoc est strictum transitum cuiusdam paludis[d], — est enim Flandria in multis locis protensis paludibus difficillime transibilibus[d'] cincta et munita, — plurimos amiserunt.

1303. Circa principium Martii Ioannes et Guido, congregato magno exercitu de villa et territorio Brugensi et Gandensi, obsiderunt[e] villam parvam sed munitissimam, Lessinum, pro quo longo tempore comes Hanonie cum patruo suo concertavit, a quo scilicet teneretur[f]. Erat enim domini de Aldenardo. Et fecerat dictus comes Hanonie in eodem anno dominum de Aldenardo per insidias in ea capi, ipsamque obtinens de ea territorium Geraldi Montense[g][62] et Aldenardense[h] graviter molestabat. Ioannes igitur et Guido dictam villam obsidentes cum magno exercitu et ferociter oppugnantes, etiam magna[i] dampna terre Hanoniensi intulerunt. Comes autem Hanonie cum omnibus servis — tamen[k] habebat duos comitatus scilicet Hanoniensem et Hollandensem, — et etiam cum auxilio et consilio Francorum Flamingos a Lessino abigere vel cum eis bellum committere non est ausus. Circa medium Martii Wilhelmus Iuliacensis congregavit maximum exercitum de villa et territorio Yprensi, Furnensi, Bergensi, Casletensi, ut solidariis, qui se in Sancto Audomaro[l] tenebant et ipsi ville Sancti Audomari[m] de dampnis et nocumentis terre Flandrensi[n] versus Casletum ab ipsis illatis, si valeret, redderet vices. Insulenses[o] et Duacenses tota hieme satis habuerant[p] de onere in defendendo se et territoria sua contra solidarios regis in Lendio et Attrebato.

Sic disposita terra Flandrie[p'] annus iste sanguinolentus et multe crudelitatis terminatur[63]. Anno Domini

## 1303.

circa principium Aprilis Ioannes et Guido cum multis vulneribus suorum et aliquorum mortibus, — atrociter[q] enim Flamingi — cum machinis bellicis et iornalibus[r] insultibus villam Lessinensem impugnaverunt[s] ipsamque contra opinionem omnium hostium suorum obtinuerunt, abire permissis cum armis suis Allemannis bellicosis hominibus, quos comes in ea posuerat et qui eam[s'] virilissime defenderant, multis ex eis vulneratis et aliquibus mortuis; non enim eam diutius poterant tenere, nullo eis auxilium prebente. Domus autem omnes fere dicte ville cum tectis turrium et portarum concremate sunt et omnia bona predata[t], porte etiam et turres et muri ita confracti, quod numquam Flamingis nocere poterit, nisi denuo reparetur. Dicitur dominus de Aldenardo, qui eam munivit, avus domini tunc capti, dixisse, quod numquam Lessinum violenter caperetur, donec auca[u] pro nummo emeretur; et evenit. Nam Flandrenses fere per totam quadragesimam eam obsidentes, in ultima hebdomade ipsam[v] obtinentes destruxerunt[64]. Raptores autem eorum Hanoniam incursantes plurimas rapuerunt aucas[u], quas ad exercitum suum reportantes, quia tempus non erat edendi carnes, sepe et libenter quamlibet pro uno parisiense[w] vendiderunt.

Circa istud tempus Wilhelmus Iuliacensis, qui exercitum magnum in occidentali Flandria congregaverat, in Casleto[x] resedit, statuitque pueriliter[y] et indiscrete ac incongruo tempore solidarios regis et villam Sancti Audomari latam[z] et optime munitam oppugnare. Apr. 11. Arke scilicet[*] feria quinta, in cena Domini, premisit[a] ergo in mane Yprenses; qui venientes iuxta Sanctum Audomarum, villam de Arke campestrem, tamen aliqualiter contra eos munitam, sibi resistentem cum solidariis regis peditibus invenerunt. Quam viriliter invadentes solidarios fugere compulerunt, villam incendentes. Post Yprenses, ad distantiam

a) quia 1. b) super 1. c) Vallemons 1 c') vulneraverunt 1. d) palludis 2. d') transibilis 2. e) obsederunt *de Smet*. f) tenerentur 2. g) Geraldi, Montenses 1. et *omisit* 2. h) Aldenardenses 1. i) maxima 1. k) tum 1. l) Audomari 2. m) villae de S. Audomaro 2. n) Flandrensis 1. o) Insulensenses 1. p) habuerunt 1. p') Flandria 1. q) attrociter 2. r) tornalibus 1. bellicis . . . ibus 2. s) impugnaverant 1. s') quam 1. 2. t) praedicta 1. u) anca, ancas 2. v) hebdomada eam 2. w) *em. de Smet*, pislense 1. pariense 2. x) Casletum 2. y) procaciter 1. z) latamque 1. lotam 2. totam *de Smet*. *) vero in f. 2. a) promisit 1. 2.

60) Ballenberghe. 61) S. Marie à Watten praepositura monialium Cisterciensium. 62) Geertsbergen. 63) Cf. p. 566. l. 50. 64) Dies cinerum h. a. Febr. 20., dies paschalis Apr. 7.

unius bonae leucae venerunt Bergenses[a] versus Sanctum Audomarum, quos vagando et incaute incedentes ac improvisos de bello et inordinatos, semotos etiam ab Ypresibus et Wilhelmo[b], qui adhuc cum Furnensibus et Casletentibus iuxta Casletum existens dicitur dormisse vel sudasse[c], solidarii equites regis circiter octingenti, ex quibus multi erant liliardi nobiles scilicet de terra Flandrensi[d], qui de ea erant effugati ut faventes regi, occulta terrae cognoscentes, de nemore quodam, in quo latuerant, invadentes, occiderunt de eis[e] fere mille viros, de quibus tamen multi erant et maior pars garsones et aurigę. Hoc audiens Wilhelmus velocius quo potuit suis in adiutorium venit, vidensque, se paucos equites habere et hostes multos, appropinquans eis equos suos reliquit et omnem exercitum suum pedes[g] pugnare volens, aciem magnam rotundam ad modum cupe vel corone ordinans, ipseque in medio eius existens, hostes ad pugnam provocavit, qui insimiliter[h] cum ipso congredi non audentes, astute aciem suam circumequitabant explorantes, qua parte ei melius nocere possent. Quotquot autem ex eis in tantum[i] aciei Flandrensi appropinquabant, quod[k] eos attingere poterant, moriebantur, et qui ex Flamingis etiam exivit, cito ab incursione equitum ad terram prosternebatur. Sicque stabant fere per duas horas stipendiarii regis Flandrensibus in modico nocentes et e contrario. Post bellum enim Curtracense numquam Franci ausi sunt nec eques nec pedes Flamingos semper[l] pedes[m] pugnantes insimiliter[n] cum tota acie impugnare, sed semper[o] eos circumequitantes, quantum[p] poterant, per tres vel quatuor eorum aliquantulum[q] invadebant, cito cum equis ab eis resilientes, ut[r] ipsos de acie sua extraherent, et tunc alii ipsos cum impetu ad terram prosternerent. Audientes igitur Ypresses et Bergenses[s] dampnum et Wilhelmum impugnari[t], velociter[u] in auxilium eius reversi sunt; quos solidarii vel stipendiarii regis videntes, campum reliquerunt versus Sanctum Audomarum fugientes. Quos Flandrenses quamdiu potuerunt insequentes, aliquos occiderunt, multis eis in strictis passagiis, per que eos cum festinatione transire oportebat, oppressis vel submersis vel suffocatis. Wilhelmus autem cum toto exercitu suo iuxta Sanctum Audomarum venit, ac tota nocte iuxta villam cum armis et signis bellicis persistens, feria sexta in parasceue[v], nullo apparente de hostibus, qui secum confligere[w] vellent, inde recessit. (Apr. 5.) Ipse enim de gratiis suis sibi a Deo copiose datis, — erat enim pulcherrimus iuvenis et maximi cordis et facundus et in plurimis astutus, — ingratus et honoris sibi a Deo in victoria hostium suorum collati[w*] oblitus, demones adiuravit[x] et consuluit, libidini vacavit, magorum, incantatorum et flagitiosissimorum hominum servitio et consilio et amicitia utebatur, innumeras pecunias et divitias prodige et incaute expendens, non curans, a quibus eas raperet et extorqueret; unde ut videtur, iusto Dei iudicio, numquam post bellum Curtracense in aliquo bello vel negotio bene prosperabatur.

Statim post destructionem ville Lessinensis, de qua supra[65] dictum est, Ioannes et Guido naves bellicas et exercitum magnum hominum 60 milium[y] industrium in bello navali, de littore maris in Flandria congregantes, terram Zelandie invadere et cognatum suum Ioannem, comitem Hanonie et Hollandie, impugnare festinabant. Cuius expeditionis hec causa iusta eos movebat.

Ante tempora multa Florentius, comes Hollandie, sororem ipsorum ex parte patris non matris duxerat in uxorem, de qua genuit unicum filium, nomine Ioannem; qui in uxorem duxit filiam scilicet regis Anglie. Cum autem guerra inciperet inter Philippum, regem Francie, et Ioannem, comitem Hanonie ex parte una, et Edwardum, regem Anglie, et Guidonem, comitem Flandrie, et Ioannem, ducem Brabantie, ex altera, de qua supra dictum est: Florentius relinquens socerum[z] filii sui et propinquum[*] et cognatum suum ducem Brabantie, adhesit et alligatus est regi Francie, pecunia conductus a comite Hanonie, filio amite[a] sue. Verum[b] postquam treuga fuit inter reges et eis alligatos, ut supra patet[66], aliqui nobiles de Hollandia, quos Florentius offenderat, sperantes refugium habere in terram comitis Flandrie et ducis Brabantie, hostium Florentii, — ut aliqui dicunt de ipsorum consilio, —

a) Brugenses 1. b) Guilielmus 1. Wilhelmus 2. c) ludasse 2. *fortasse* lusisse. d) Flandria 1. e) iis 2. g) *fortasse leg.* pedites. h) insimul 1. i) in tantum *omisit* 2. k) quando 2. l) supra 1. m) pedes 2; *fortasse leg.* pedites. n) insimul 1. o) super 1. p) quando 1. q) aliquantulum *omisit* 2. r) nec 1. s) Brugenses 1. t) impugnare 2. u) velociter 2. v) parascewe *cod. Ins. de Smetii*, paschene 1. w) affligere 1. 2, *errore seducti simili procul dubio quem p.* 561. *n.* a *et* 563. *n.* h* *animadvertimus.* w*) collatis 2. x) adiutavit 1. y) e. magnum LX[m] 2; *numerus deest* 1. z) socrum 2. *) proprium 2. a) amicae 1. b) unde 1

65) p. 574 l. 10. 66) p. 573 l, 23.

67 dominum suum per insidias occiderunt[67]. Quo occiso, Ioannes iuvenis, filius suus circiter quatuordecim annorum, cum uxore sua, filia regis Anglie, de Anglia venit in terram patris sui; datusque est sibi de consilio soceri[a] sui et[b] avi quasi tutor et pedagogus strenuus miles et prudens valde ac formosus, Wulfardus de Bursalia[c, 68], qui comiti Flandrie[d] favebat. Hoc intelligens Ioannes, comes Hanonie, qui heres post iuvenem Ioannem erat Hollandie, per aliquos amicos suos insidiose Wulfardum fecit occidi[69] et Ioannem iuvenem[e] cum uxore sua quasi capi; veniensque in comitatu Hollandie factus est ipsius Ioannis iuvenis quasi tutor et totalis gubernator. Et, ut dicitur et multis videtur, postmodum ipsum intoxicavit, — mortuus est enim non multo post tempore fluxu ventris, — posseditque comitatum, quia mater sua soror fuerat Wilhelmi, quondam regis Alemannie a Frisonibus occisi, patrisque Florentii. Quia igitur ab antiquis temporibus comites Hollandie terram Zelandie[f] a comitibus Flandrie[g] tamquam bona feodalia tenere consueverant, et lex sit ac communis consuetudo in comitatu Hollandie[h], quod quandocunque[i] aliquis nobilis et ingenuus[i*] sine herede de carne propria moritur, etiamsi habeat fratres, bona sua feodalia ad dominum superiorem, scilicet comitem revolvuntur; relinquit[k] tamen is[k*] ea secundum communem consuetudinem propinquioribus sibi pro minori quam valeant pretio; et Ioannes iuvenis, comes Hollandie, sine herede sic obierat, ut dictum est: Guido comes, antequam a Karolo, fratre regis Francie, in captivitatem[l] fuerat ductus, terram Zelandie[m] ad se iuste devolutam reputans, tamquam dominum superiorem, quidquid in ea iuris habuit, Guidoni Namurcensi, filio suo, elegantissimo iuveni, tradidit, si eam posset viribus et favente sibi Deo obtinere.

Itaque Ioannes et Guido odiosum cognatum suum, comitem Hanonie et Zelandie, qui patrem ipsorum pluries irritaverat, terram[n] Flandrensem eo tempore, quo cum rege et Francis guerrabant, hostiliter infestaverat, impugnare et terram patris sui possidere festinantes, relicto Wilhelmo in Flandria[n*], contra insultum stipendiariorum regis, congregata classe magna et exercitu valente Flandrensium et nobilium multorum de Zelandia, filiorum, fratrum, cognatorum et amicorum Wulfardi prefati, portum Brugensem enavigantes versus
Apr. 22 vel 23. Zelandiam sunt[o] profecti decimo vel nono Kal.[p] Maii. Quibus Hollandenses et Zelandenses domino suo, comiti Hanonie, faventes, homines fortes et quasi continue bellantes vel mutuo vel contra extraneos, de portu Middelburgensi cum classe magna et exercitu copioso egressi occurrerunt, bellum navale cum Flandrensibus committere cupientes; comparueruntque due classes et duo exercitus in mari, divisi unus exercitus ab altero per spatium unius leuce. Videntes ergo naute Flandrenses, gnari maris, hostes suos habere[q] beneficium venti, quod est magnum iuvamen in mari volentibus preliari, arte nautica obliquoque navium suarum decursu circumvelantes et hostibus paulatim appropinquantes beneficium venti contra eos obtinuerunt. Quod ipsorum naute cernentes[r], timore concussi fugientes in portum suum sunt reversi. Guido igitur Namurcensis, probissimus miles, diu in mari
Apr. 25. manere nolens, septimo Kal. Maii in die scilicet beati Marci, assumptis secum circiter tribus milibus Flandrensium[s], octingentis Zelandensium[t] sibi faventibus et balistariis sibi necessariis, naves suas egressus, terram Zelandie[u] in insula Walkaria ascendit[70] iuxta villam campestrem, que vocatur Veere vel Camp Veere[v, 71] et fuerat quondam Wulfardi occisi et postea
72 filiorum suorum, tunc[72] de terra sua expulsorum et cum Guidone existentium. Videntes autem illi de Veere domicellos suos, alacriter eos receperunt, ballivum, qui erat ibi ex parte comitis, occidentes. Cumque Guido et socii sui aliquantulum ibidem[w] cibi sumpsissent, nuntiatum est ei, hostes appropinquare prelium cupientes. Qui alacriter surgens de mensa, eis cum exercitu suo obviam processit. Commissum est itaque bellum super aggerem

a) socri 2. b) et *deest* 2. c) Versalia 1. d) Flandrensi 1. e) iuvinem 2. f) Zelandensem 1. g) Flandrensibus 1. h) Hollandensi 1. i) quamquam 2. i*) ingenitus 1. 2. k) relinquit 1. 2. k*) tum in 1. l) captivitate 1. 2. m) Zelandensem 1. n) terramque 1. n*) in Fl. *deest* 2. o) sicut 1. p) Kalendarum 2. q) habentes 1. r) nautae *deest* 1. videntes 2. *cf. p.* 578. 21. 582. 41. s) Flandrensibus 1. t) Zelandensibus 1. u) Zelandensem 1. v) Camphere 1. 2. w) ibi 2.

67) 1296. Iun. 27. Rymer p. 841. 68) Borselle. Wulfardus Ioanni est tutor constitutus, donec 25 factus esset annorum. V. chartam a. 1297. Vigil. Maii Matthaei Veteris aevi analecta T. V. p. 549 sq. 69) Occisus est 1299. Aug. 1. in urbe Delft. 70) Facta haec esse a. 1301 discimus ex laudo Guidonis episcopi Traiectensis aliorum, a. 1309 addicentium Wulfardi occisi filiis 1000 pond. grossorum Turonensium ad expiandam patris mortem omniaque mala ad villam Veere in hebdomade ante inventam crucem a. 1301 facta. Sed ignoratur cur ab iisdem Wulfardi filii iussi sint, Wulfardi fratribus dare 3000 pond. grossorum Turonensium propter mala prope Veere commissa. V. Matthaei l. l. T. I. 745. 71) Prope traiectum (veere) videtur conditum esse oppidum. 72) V. p. 577. l. 49.

quemdam superius et ex utroque latere ipsius aggeris inferius cum ferocissimo et crudelissimo occursu; diuque ex utraque parte crudeliter et viriliter pugnatum est. Sed Hollandenses et Zelandenses, acres[a] in principio et in[b] aggressu bellorum ferocis occursus, non diu persistere solent, dum fortes inveniunt resistentes; unde[c] et ibi a Guidone et suis confracti terga prebuerunt. Antequam autem illud bellum inciperet[d], audientes Flamingi, qui in mari erant, Guidonem ad terram ascendisse, ascendunt quidam de villa et territorio Brugensi, sine aliquo duce vel capitaneo circiter viginti quinque viri cum uno vexillo, prelium affectantes. Qui videntes a longe aciem magnam circiter duorum milium hostium versus eos venientem, annuerunt sociis suis, qui erant in mari, ut se velociter sequerentur; quod prompto animo perfecerunt, unus post alium ascendentes, cumque erant circiter centum quinquaginta, versus hostem[e] incedebant, crescente continuo[f] ipsorum societate. Conveneruntque duo hostiles exercitus super strictum aggerem, ut nonnisi quatuor vel quinque viri armati in fronte lateraliter pugnare poterant; et habebat agger ille ex utroque latere aquam profundam satis. Pugnatum est itaque ibi acriter valde, tam Flandrensibus quam hostibus suis ex utroque latere aggeris cadentibus in aquam; sed tandem Flandrenses prevalentes, suos ex[g] aqua extraxerunt hostesque suos, qui in aquam ceciderant, submergi coegerunt et fugientes cedendo insecuti sunt. Occisi sunt ibi vel submersi ducenti, reliqui relictis armis, plurimis ex eis vulneratis, aufugerunt[g*]. Erat autem locus, in quo istud bellum fuit, distans a loco, in quo Guido et sui preliabantur, circiter per dimidium miliare. Audientes autem a quodam nuntio illi, qui hic vicerant, quod Guido et[h] sui cum hostibus pugnarent[h*], omittentes diu insequi hostes suos, versus ipsum, qui suos hostes iam victos insequebatur, profecti sunt; videntesque eos illi, qui cum Guidone erant, a longe cum magna acie versus eos venientes, putabant, ipsos esse inimicos. Unde hostes suos insequi omittentes, aciem ad pugnandum componebant; sed cum appropinquassent et per signa bellica eos amicos cognoscerent et, quod hostes suos etiam sicut ipsi vicerant, postea intelligerent, gavisi sunt valde. In utroque igitur bello multo plures Hollandenses[i] et Zelandenses fuissent occisi et capti, nisi talis casus accidisset. Ioannes Namurcensis in neutro fuit bello, de quo valde doluit. Iacebant enim naves sue remote a terra magis quam illorum, qui cum hostibus pugnabant; sed audiens, suos cum inimicis pugnare[k], velocius quo potuit, terram ascendit.

Post predictas duas victorias Guido villam Middelburgensem munitam valde, sitam in insula prefata, et Wilhelmum cognatum suum, seniorem filium Ioannis, comitis Hanonie et Hollandie, existentem in eadem villa cum multis Hollandensibus, obsedit. Erant enim pater predicti Wilhelmi[l] et Guido filii duorum fratrum, et Guido et Wilhelmus filii duarum sororum[73], et tamen odia et prelia sic crudelia erant inter eos. Quam villam cum tota terra et insulis Zelandie[m], que ab antiquis temporibus a comitibus Flandrie solebant teneri, Guido infra octo vel decem dies obtinuit, ea conditione, quod Wilhelmus libere exiret cum omnibus volentibus eum concomitari; unde et ipsum et suos iuxta villam Zierixze[n] Guido cum navibus deduxit. Initaque est igitur[o] post longas concertationes treuga inter Ioannem comitem Hollandie et Guidonem dominum Zelandie hoc pacto, quod unusquisque ipsorum[o*] terram, quam tenebat, libere et quiete possideret; et quod dicta treuga inter eos duraret per duos menses, postquam alteri eorum ipsam placeret revocare.

Filii igitur et cognati et amici Wulfardi dolo a Ioanne comite Hanonie, postea etiam Hollandie, occisi, post ipsius et domicelli sui, scilicet Ioannis iuvenis, comitis Hollandie, mortem, — de quibus supra dictum est, — graviter offensi et cordis tacti dolore, aliquo tempore cum Ioanne comite Hannonie concertabant; unde et Guidonem clericum[74], fratrem Ioannis, in quodam bello, in quo erant victores, captivarunt. Postea tamen cautelis ipsius Ioannis preventi, fratrem suum ab eis captum sibi reddiderunt, et dolo ipsius decepti, — de quo nimis longum esset scribere, — de terra sua sunt expulsi et bonis quasi omnibus spoliati. Qui in terram Flandrensem[p] fugientes eo tempore, quo rex in ea immediate dominabatur, in quadam parte ipsius Flandrie, que tenetur[q] a rege Alemannie, quamvis essent

a) acies 2. b) in *omisit* 2. c) verum 2. d) inciperetur 1. e) hostes 1. f) continue 1. g) de 1. g*) effugerunt 2. h) cum, *oculo aberrante* 2. h*) pugnaret 2. i) Holandenses 2. k) proeliari 1. l) enim praedicti Guilielmus 1. enim pater Wilhelmus 2. m) insula Zelandensi 1. n) de Ziericze 1. o) itaque 1. o*) eorum 2. p) Flandriam 2. q) quam tenerent 2.

73) V. stemma. 74) Cum Guidonem non ita multo ante a. 1302. d. Febr. 25. (V. urkundl. Gesch. d. Hansa II. p. 224) electum et confirmatum esse episcopum Traiectensem constet, quonam tempore haec acta sint, dubitari non potest.

nobiles viri, inopem et tristem ducebant vitam. Cum autem Flandrenses erga regem et Francos cepissent rebellare, et Guido Namurcensis in ea veniens versus Curtracum exercitum duceret, alacres et bone spei effecti multi ipsorum, non omnes, — inter quos precipuus erat Ioannes de Renisse, valentissimus et fortissimus miles, cum fratribus suis, — ipsi Guidoni adherentes, in bello Curtracensi periculum cum eos ubierunt, strenuissime in eo preliantes. Sed modo unanimiter omnes cum ipso existentes victores, ad terras et mansiones suas ab ipso et Flandrensibus sunt restituti.

Et sciendum, quod per totum tempus preteritum, quo Flamingi cum rege guerrabant, cum maximo onere, quod sustinebant, semper oportuit littus marinum versus Zelandiam et Hollandiam multis viris armatis esse premunitum: alioquin Zelandenses et Hollandenses, qui subditi erant comiti Ioanni, gravissime infestassent.

In mense Maio venit Philippus, iunior filius Guidonis comitis ex prima uxore, de Ytalia cum uxore sua, comitissa duorum comitatuum, miles fortis corpore et imperterritus corde, receptusque est a Flandrensibus pro principe, quia senior erat Ioanne et Guidone.

75 Circa principium Iulii Philippus, Ioannes, Guido et Wilhelmus[75], contracto copioso exercitu de tota[a] Flandria, versus villam Sancti Audomari profecti sunt. Cumque venissent prope illam[a*] iuxta villam campestrem, que dicitur Arke, quidam Flamingi magis intendentes prede quam pugne, incaute et inordinate et contra preceptum suorum principum rivulum quemdam transcurrentes, a solidariis regis de villa egressis usque ad sexcentos vel occisi vel in aquam fugiendo submersi sunt. Sed propter hoc dampnum Flandrenses non omiserunt ville Sancti Audomari viriliter et ordinate appropinquare. Quod cernens dominus de Castellione, capitaneus omnium solidariorum vel stipendiariorum regis tam equitum quam peditum, non bene confidens de communitate ville nolensque in ea obsideri, cum omnibus paramentis bellicis villa[b] egressus est, non relinquens in ea currum nec karrucam[c], dans intelligere illis de villa, quibus ipse et sui in multis debitis erant[d] obligati, quod vellet cum Flandrensibus[e] preliari. Cumque ordinasset aciem magnam, primo equitum, secundo peditum, quia convocaverat omnes solidarios regis qui solebant esse in Tornaco, Flandrenses e contrario aciem maximam ad bellum, quod sperabant, disposuerunt. Sed ipse non audens bellum cum eis committere, primo vehicula omnia, quibus necessaria exercitui suo apportabantur, versus Franciam premisit, precipiensque peditibus suis, ut ea sequerentur, propere[f] cum equitibus, cum diu exercitum Flandrensem respexisset, campum reliquit et aufugit[g]. Quem Flandrenses, relicta villa Sancti Audomari, — cuius incendissent suburbium, si ab illis, qui in ea erant, non fuisset prius concrematum, — insequentes et attin-
76 gere non valentes, civitatem Morinensem[76] et circiter 80 villas campestres cum pulcherrimis hospitiis et mansionibus multorum nobilium per quinque dies in terra Atrebatensi hostili more incendentes, arbores fructiferas precidentes, blada et omnia terre nascentia, ut se de dampnis terre Casletensi illatis vindicarent, conculcantes et destruentes, cum maxima preda ad propria remearunt.

Circa principium Augusti Philippus, Ioannes, Guido et Wilhelmus, instigantibus eos potissime Insulensibus, quibus Tornacenses erant odiosi, quia tempore predictarum guerrarum rex et solidarii sui de Tornaco sepius Insulenses infestarent, coadunato maximo exercitu, civitatem Tornacensem, — in qua erant solidarii regis, Franci pauci, sed Lombardi equites et Hispani pedites, qui vocantur Bedauri[77], quam plurimi, — obsiderunt per sex septimanas eam die noctuque machinis et instrumentis bellicis, quia fortissima erat, acriter oppugnantes et terre circumiacenti, que regi et comiti Hannonie subdita erat, quia, licet inter ipsos et comitem Hannonie, cognatum suum, esset treuga versus Hollandiam, non tamen erat treuga versus Hannoniam, dampna innumera inferentes per incendia et rapinas, suis plurimos hostium in multis occidentibus et quandocunque[h] occisis insultibus.

Rex igitur et comes Hannonie civitati Tornacensi succurrere et Flandrenses de obsidione et oppugnatione eius removere non valentes vel non audentes, comite Sabaudie mediatore treugas usque ad initium mensis Maii a filiis comitis et Wilhelmo procurarunt tali conditione, quod Guido senior, pater ipsorum et avus Wilhelmi, usque ad exitum treugarum ad

a) terra 2. a*) eam 1. b) villam 1. c) carrucam 1. karrucum 2. d) erant *deest* 2. e) Flandris 2. f) ipse 1. g) et aufugit *desunt* 2. h) quoque 2.

75) sc. Iuliacensis. 76) Tervanne; v. SS. T. I, 455. 457. 518. 77) levis armaturae milites ex Hispania potissimum oriundi, duos dardos i. e. tela sive iacula gestantes. Quos alii dicunt bidardos, bidaldos, bidaudos *(bidaux)*.

terram suam scilicet Flandriam reverteretur, filiis suis, scilicet Roberto[a] et Wilhelmo, et aliquibus militibus paucis secum remanentibus in prisione. Cum Flandrenses de obsidione recedere vellent, quodam mane antequam[b] tentoria deponerent, quidam ipsorum, igne in tabernaculis vel umbraculis, factis de ramis arborum et straminibus, in quibus vulgus solebat quiescere, immisso, fumum[c] maximum procurarunt; qui ignis et fumus, postquam castra Flandrensium erant cum festinatione deposita, mediante vento[d], in tantum convaluerunt, quod omnem locum, in quo exercitus iacuerat, occuparunt. Stipendiarii igitur regis, qui erant in Tornaco, pre nimietate fumi dispositionem hostium recedentium, qui fortem custodiam et aciem equitum[e] retro se reliquerant, discernere[f] non valentes, ipsos egressi de civitate credentes a tergo invadere et trucidare, in aciem relictam inciderunt, a qua de eis circiter 200 sunt occisi, plurimi vulnerati, reliqui in civitatem fugere coacti.

Post recessum Flandrensium de Tornaco circa finem Octobris venit Guido senior de Francia in Flandriam, terram suam et patrum suorum; qui a filiis suis et nepote per villas Flandriae circumvectus[g], ab omni populo, plurimis pre gaudio lacrimantibus, cum magna letitia est receptus. Sed quia debilis erat et decrepite etatis et gubernationi[g'] terre non poterat intendere, ea relicta filiis et nepoti[h, 78], in Winendale mansionem quietam et iocundam[i] elegit. 78 Philippus autem, filius suus senior, inter eos, qui erant in Flandria, superiorem gerens gubernationem, communiter se tenuit in Insula et Duaco et alibi, ubi volebat; Ioannes Namurcensis sub ipso communiter se tenuit in Gandavo tamquam marescallus ville, disponens populum in pace; Guido in Brugis[k]; Wilhelmus in Ypera[l].

Tempore ipsarum[m] treugarum Wilhelmus Iuliacensis, prepositus Traiectensis[79] et canonicus Coloniensis et Leodiensis[n], 79 mortuo archiepiscopo Coloniense[o], cum quodam alio canonico ecclesie Coloniensis in archiepiscopum[p] est electus, verum[q] habens pro se maiorem et saniorem partem eligentium et se gerens pro vero electo, nuntios misit ad curiam Romanam pro archiepiscopatu Coloniense[r] obtinendo[80]. 80

Hiis[s] etiam temporibus rex Francie copiose thesaurum suum effundens, misit nuntios per totam Alemanniam, Ytaliam et Hispaniam, viros bellicosos conducens, ut post exitum treugarum Flandrensium[t], per terram et per mare debellans, se de dampno et confusione sibi factis vindicaret.

Circa finem Ianuarii Guido Namurcensis, dominus Zelandie, treugas, quas habebat 1304. cum cognato suo comite Hollandie et Hannonie versus ipsam Hollandiam, revocavit. Duraverunt tamen, ut dictum erat, per duos menses post dictam revocationem, in quibus se ad guerrandum paraverunt. Unde circa medium Martii Guido, congregata classe magna et multo exercitu, de Flandria venit in terram suam Zelandiam, ut cum adiutorio et consilio fratrum, filiorum, cognatorum et amicorum Wulfardi[u] occisi sibi fidelium cognatum suum et sibi adherentes debellarent. Anno Domini

# 1304.

circa finem Martii vel principium Aprilis quadam feria sexta ante ramos palmarum, April. Guido strenuus[v] clericus et astutus episcopus Traiectensis, frater Ioannis comitis Hollandie et Hannonie, qui predecessorem suum Wilhelmum Bertoldum episcopum[81], 81 virum nobilem de sanguine ducum Brabantie, pulcherrimum et litteratum, in bello occiderat, cum magna multitudine Hollandensium, Frisonum et Traiectensium sibi faventium, ad quandam insulam que vocatur *Duvelant*, id est terra columbarum, — que suberat Guidoni Namurcensi, — applicuit, eam[w] igne, gladio et rapina cum suis incipiens infestare. Quod ut innotuit Florentio de Borsalia[x], cognato Wulfardi, assumptis secum cognatis et amicis suis et sepe dicti Wulfardi, et Zelandensibus multis sibi faventibus et domino suo, Guidoni Namurcensi, paucisque Flamingis, inscio domino suo, cum navibus ad predictam insulam profectus est festinanter ad resistendum predicto episcopo, sibi summe odioso; committensque cum eo bellum, ipsum superavit et exercitum suum confudit, circiter tria

a) Alberto 2. b) ante 1. c) fumen 2. d) ventu 1. e) equitam 1. f) discutere 2. g) circumnectens 1. g') gubernatione 2. h) nepote 1. i) iucundam 1. iocundum 2. k) Bruga 2. l) Ypra 1. m) istarum 1. n) Leodinensis 1. o) Coloniensi 1. p) archiepiscopatum 1. q) unde 1. r) Coloniensi 1. s) lis 1. t) Flandriam 1. u) Wilfardi 2. v) strennus 1. w) eum *sive* cum 2. x) Versalia 1. Bersalia 2. *de Smet.*

78) Guilielmo Iuliacensi. 79) Sancti Gervasii. 80) Mortuus Wicboldus a. 1304 d. Martii 26. 81) Nomen perquam singulare, de quo mihi non constat; Guilielmum Bertoldi eum dictum fuisse, comprobari non potest.

milia de eo occidens vel submergi in mari pre festinatione fuge cogens, episcopum etiam capiens ad dominum suum duxit, qui ipsum in Flandriam captivum misit, ponens eum in prisione et custodia firma in Winendale[a], ubi pater eius et patruus ipsius episcopi morabantur. Post hanc autem victoriam Guido Namurcensis villam de Zierixze[b], fortissimam et bene in victualibus et bellicosis viris a Ioanne comite Hollandensium et fratre suo Guidone, prefato episcopo, provisam, obsedit machinis bellicis, ipsam impugnans longo tempore; sed hiis, qui in ea erant, viriliter se tenentibus, nihil profecit[b'].

Circa finem Aprilis ante exitum treugarum Guido senior, sicut condictum erat, Com-
82 pendium in custodiam, qua prius a rege tenebatur, reversus est[82]. Rex autem treugas per[c] partes duarum vel trium septimanarum petiit prolongari usque ad nativitatem Ioannis baptiste, ad quam prolongationem Flandrenses voluntarii erant, pacem cum ipso cupientes[d] habere et de dolo non cogitantes.

Iul. Finitis treugis circa finem Iunii et principium Iulii, rex in omnibus provisus, prout melius potuit infra duos annos, quibus terre Flandrie nocere poterat, cum magno[e] exercitu de utroque regno suo et quasi innumeris bellicosis viris de multis regnis et provinciis[f] tam equitibus quam peditibus conductis, versus Flandriam venit. Quod ut per exploratores Philippo filio comitis innotuit, contraxit copiosum exercitum de villa et territorio Brugensi, Gandensi et Yprensi apud Curtracum. Ioanne Namurcensi cum fratre suo Guidone[f'] in Zelandia existente, et Wilhelmo in occidentali Flandria pro defensione terre contra solidarios regis remanente, et Henrico tenente Duacum, filio comitis iuniore. Facta est autem aliqualis dissensio[g] inter Brugenses et Gandenses in exercitu Flandrensi de precedendo in motu exercitus et in bello, quod sperabant habere cum rege; ambo enim precedere volebant. Que dissensio[g], licet in brevi a Philippo fuerit sedata, exercitum tamen impedivit, ne satis tempestive post exitum treugarum ad terminos terre Flandrensis[h] versus Atrebatum perveniret. Unde accidit, quod exercitus regis, quem premiserat, per traditionem cuiusdam militis de Flandria, qui custodire habuit strictos transitus per paludes, que Flandriam a terra Atrebatensi dividunt et vocantur passagia, transiret clademque magnam satis in villa campestri, que vocatur Pons Wendini, virorum, mulierum, infantium et etiam bestiarum crudeliter exerceret. Quod factum vir strenuus Philippus per nuncios cognoscens[i], quia predicta villa nisi per duas vel per tres leucas distabat, iam de Curtraco cum equitibus suis motus, reliquo exercitu Flandrie[k] ipsum sequente, hostes coegit a clade cessare sui[l] timore, cum magna festinatione ipsis appropinquans et transfugere ultra passagium compellens. Castra metatus est iuxta villam predictam, ultra paludem exercitu regis valde magno collocato. Cumque duobus vel tribus diebus sic uterque exercitus, unus ex uno latere paludis[m] et alter ex altero resideret et pugne particulares, que preludia belli solent vocari, quibusdam de exercitu Flandrie[n] peditibus excurrentibus per strictos transitus, inter eos fierent: quadam die valentissimus miles, dominus de Genevilla[o], excursiones peditum
83 Flandrensium indigne ferens, se[p] octavo[q] vel nono[r] [83] cum[r'] fortissimis dextrariis de exercitu Francie erumpens, viribus credidit quoddam passagium, quod Brugenses custodiebant, transire aciemque ipsorum, quam supra ipsum passagium posuerant, disrumpere. Sed non ita sibi evenit, quia ab ipsis Brugensibus fortiter et conglobate sibi resistentibus, cum omnibus sociis suis et dextrariis est interemptus. Audientes autem Gandenses, sic strenue Brugenses egisse, inconsulto principe, premissis balistariis plurimis[s], quibus abundabant, et assumptis instrumentis et tormentis quibusdam bellicis horribilibus, — que maxima spicula[s'], quibus nulla armatura resistere potest, proiciunt, et vocantur ad[t] bellum vulgariter *springale*, — passagium, supra quod ipsi[u] iacebant, id est strictam viam, in aliquibus etiam locis incisam, cum maxima audacia, invitis Francis et quantum potuerunt resistentibus, transierunt. Quod ut innotuit Brugensibus[v], transierunt etiam et ipsi per suum passagium et per consequens totus exercitus Flandrensis, se coadunans et per totam quamdam noctem in armis iacens. Die autem sequenti illucescente[w], Franci ordinati ad bellum comparuerunt. Flandrensibus vero econtra[x] ad bellum se disponentibus, ipsi Franci, pedites suos

a) Winnendale 2. b) Zierieze 1. *saepius.* b') perfecit 1. c) par 2. d) episcop ocupientes 1. e) maximo 1. f) provintiis 2. f') Guidoni 2. g) discentio 2. h) Flandriae 1. h') cladem 1. i) agnoscens 1. *cf. similem errorem p.* 575 *n.* w. k) Flandrensi 1. l) sine 1. m) palludis 2. n) Flandrensi 1. o) Genvilla 1. p) saepe cum 1. q) octo 1. r) novem 1. r') cum *deest* 1. s) multis 2. s') specula 2. t) ab 1. u) isti 2. v) Brugenses 1. w) illuscente 1. x) e contrario 1.

82) Quem a. 1304 d. Maii 4. in mansione Winendale adhuc fuisse testantur codicilli in ea facti; v. Kervyn l. l. II, 151. 83) id est: ipse cum septem vel octo dextrariis.

versus Atrebatum cum vehiculis premittentes, recesserunt, non volentes vel non audentes preliari. Quos Flandri[a], introductis per passagium vehiculis et castris, insecuti turres multas ligneas, quas Franci super passagium[a'] fecerant, incenderunt, turres etiam aliquas lapideas destruxerunt, dampna permaxima per rapinas et incendia terre Atrebatensi usque ultra Lendium[b] inferentes, suburbium etiam Lendinense[c] satis magnum concremantes. Nulloque comparente qui eis resisteret, infra limites terre sue reversi, ecclesiam quamdam fortem et contra eos incastratam, provisam de viris armatis et cibariis a Francis, qui stabant[d] in villa quadam campestri que Basseida vocatur, obsederunt[d']; quam aliquo tempore acriter oppugnantes obtinuerunt[e], hiis[f] qui in ea erant, recedere permissis.

Circa medium Iulii rex venit Atrebatum. Qui videns, sibi introitum in Flandriam per rectam viam versus Insulas[g] sine bello forti[h] et periculo propter transitum passagiorum patere non posse, aliquo itinere versus Hanoniam exercitum duxit, insultum fieri faciens a suis in villam Duacensem; sed Henrico cum Duacensibus se viriliter tenente, recesserunt cum dampno et amissione multorum et confusione. Unde rex cum magnis expensis et per modicas dietas, sepe etiam cum magna caristia victualium tandem cum toto exercitu suo per Hannoniam usque Tornacum devenit, Philippo semper cum exercitu suo iuxta ipsum infra Flandrie limites per unam leucam vel per duas existente, diviso tamen ab eo per fluvium aliquem vel per paludes[i]. Rex igitur intra civitatem Tornacensem et extra exercitum suum collocans, aliquo tempore ibidem quievit, deliberans, quid agere vellet, Flandrensibus[k] ad distantiam duarum leucarum circa pontem Bovinum[84], ubi quondam[l] Fernandus comes Flandrie contra atavum[m] regis infeliciter dimicavit, in optimo et fertili solo residentibus. Iul. med. 84

Circa finem Iulii venit quidam miles strenuus et peritus valde in bello navali cum multitudine magna bellicosorum virorum de Ianua et Italia et Calesia et classe bellica fortissima et galeriis multis valde, — vocabaturque admiratus vel admiraldus[85], — in adiutorium Wilhelmi filii Ioannis, comitis Hollandie et Hannonie et Hollandensium, patre ipsius Wilhelmi egrotante, missus et conductus cum toto suo comitatu a rege contra Guidonem Namurcensem, villam de Zierixze obsidentem et oppugnantem. Iste admiraldus multa fortia facta fecerat cum Frederico[n] rege Cicilie[o], filio illegitissimo Petri quondam regis Arragonie, et gravia intulerat cum ipso per suam industriam dampna arte nautica Karolo, filio Karoli, quondam regis Cicilie[o], et ecclesie Romane. Wilhelmus igitur vices gerens pro patre suo in Hollandia, cum admiraldo et sociis suis et de Hollandia et de[o'] Hannonia congregavit classem magnam et exercitum magnum, ut amoveret Guidonem per mare[p] ab obsidione Zierixze ville sue. Iul. ex. 85

Circa idem tempus stipendiarii regis de Sancto Audomaro egressi, quamdam aquam transierunt, que secundum fluxum et refluxum maris elevatur e demittitur[q] et dividit terram Flandrensem et Attrebatensem versus Burgborch[r], quibus Burgborgenses[r], non vocato Wilhelmo, qui tamen non aberat nisi per duo circiter miliaria cum comitativa[s] satis magna equitum et peditum, incaute occurrentes, omnes pedites, ab eis, qui multos equites habebant, circumdati, fere omnes usque ad mille viros sunt occisi. Hoc Wilhelmus intelligens, hostes est insecutus, sed eos comprehendere non valuit, quia cum magna festinatione dictam aquam revertendo transierant, fluxum[t] maris non audentes prestolari. Venerant[u] enim cum uno refluxu et cum proximo redierunt, Burgborgenses[r] autem, si in villa sua bene munita remansissent vel Wilhelmum satis tempestive in adiutorium advocassent, nihil mali fuissent passi.

Circa principium Augusti rex Tornacum[v] cum toto exercitu suo intra Flandrie limites, tam stabilem sedem nullibi aliquo tempore tenuit, quod a Flandrensibus per bellum potuit attingi, videbatur enim nolle preliari, antequam sibi constaret, qualiter in Zelandia in Wilhelmum et Guidonem guerra terminaretur. Wilhelmus enim Iuliacensis audiens, regem ad campos egressum, de occidentali Flandria venit cum pulcra comitativa[s] armatorum, in Aug.

a) Flandrenses 1. a') passagia 1. b) Leudium 2. c) Leudinense 2. d) quae stabat 1. d') obsiderunt 2. e) optinuerunt 2. *saepius.* f) iis 1. g) insulas 1. h) fori 1. i) palludes 2. k) Flandrenses 1. l) quando 1. m) attavum 2. n) Friderico 1. o) Siciliae 1. o') de *omisit* 1. p) per mare *omisit* 2. q) dimittitur *de Smet.* r) Brugborch, Brugburgenses 1. s) comitiva 1. t) fluxu 1. u) venerunt 1. v) Tornaci 2.

84) Bouvines oppidum in via Insulensi, prope quod est *pont à Beuvry.* 85) Genuensis fuit et nomen eius Rinieri de Grimaldi. V. Villani Hist. Fiorent. l. VIII. c. 77.

auxilium avunculi sui Philippi ad pugnandum cum rege. Venit etiam ad Philippum Ioannes Namurcensis frater suus, relicto Guidone Zierixze obsidente; cui consuluit et quantum potuit iniunxit, ut nullo modo cum hostibus navale bellum invadendo committeret, — habebant enim plures naves magnas et fortes, licet Guido haberet plures minores, — si tamen eum per mare vel per terram, quod eis difficillimum et quasi impossibile erat, invaderent, tunc se viriliter defensaret. Hoc illud sepius Guidoni scripsit strenuus miles Ioannes de Renisse, qui ex parte ipsius tenuit Traiectum. Postquam enim Guido[a] episcopus Traiectensis captus fuit, ut supra patet, maior pars Traiectensium, qui eum oderant, expulsis vel occisis omnibus amicis suis, se tenuerunt cum Guidone Namurcensi. Venerat etiam ad Philippum Robertus Nivernensis, filius iunior Roberti capti primogeniti comitis Guidonis, mense precedenti, relicto fratre suo Ludovico in comitatu suo, cum omnibus, que in Francia habebat, dimissis.

Sic quatuor exercitibus in Flandria et Zelandia dispositis, a rege semper de loco ad locum suum exercitum transmutante et Philippo cum Flandrensibus ipsi, quantum potuit, appropinquante, admiraldus cum Hollandensibus, Wilhelmo adolescente, adhuc de retro iuxta suum exercitum existente, de die in diem paulatim cum fluxu maris classi Guidonis appropinquabat, ipsi tamen, si se in quiete tenuisset, nocere non poterat. Quod Guido, miles strenuus et agilis, animosus et iuvenis, indigne ferens, relicto consilio fratris sui et Ioannis de Renisse aliorumque peritorum nimisque de favore fortune confidens, consilium secutus aliquorum minus de peritia bellica habentium, quadam feria secunda[b] in festo beati
Aug. 10. Laurentii circa horam vesperarum, incipiente marino refluxu, ordinato sufficiente exercitu peditum ad obsidionem ville predicte, ipse cum magno comitatu, navibus magnis incastratis precedentibus, insimul cum funibus marinis fortibus colligatis, urgebat enim tum[c] bellum, hostes invasit. Quibus acriter resistentibus cum multa fortitudine et arte, ex utraque parte usque ad nocturnas tenebras pugnatum est, multis hinc inde vulneratis et occisis. Neutra tamen pars victoriam obtinuit, sed Guido et Flandrenses potiores videbantur, utpote qui hostibus quatuor naves magnas cum castris in dicta pugna violenter abstulerunt, omnibus, qui in eis erant, effugatis vel occisis. Nox itaque bellum diremit, remanseruntque naves utriusque exercitus iacentes divise aliquantulum in marino ceno, aqua per refluxum ad interiora maris abstracta et exercitu utroque aliquantulum quiescente et suis vulneratis
Aug. 11. curam adhibente. Aqua autem circa auroram per fluxum marinum redeunte et naves de ceno vel limo marino sublevante[d] dieque crastina illucescente[e], et utroque exercitu se disponente ad bellum: ecce apparuerunt naves magne Guidonis omnes divise, hac illacque vagantes, funibus, quibus colligate erant, proditiose, nescitur a quibus, precisis[e*]; naves autem admiraldi et Hollandensium, utpote catenis ferreis conglobate, apparuerunt coniuncte[f]. Hoc videntes Zelandenses, qui non erant de cognatione Wulfardi et Florentii de Borsalia[g] predictorum, qui cum Guidone magis erant timore quam amore, — quibus, saltem aliquibus ipsorum, imponitur, quod de nocte funes navium magnarum Guidonis latenter inciderant, quibus etiam Hollandenses de nocte acclamaverant: *Nobilis popule Zelandie, cogita de fidelitate ad verum dominum tuum!* — primo cum navibus suis fugere ceperunt. Flandrenses etiam, qui erant in navibus minoribus, cernentes fugam Zelandensium predictorum et hostes, — quorum naves magne concatenate erant et de una ad aliam per plancas transire poterant ut se mutuo adiuvarent, — Guidonem et suos, qui erant in magnis navibus, invadere cum marino fluxu, et quod eorum resistentia nihil posset prodesse, utpote quorum naves divise erant, ita quod[h] se mutuo iuvare[i] non valerent: omnes prudenter assumptis de suis, qui in arida remanserant[k], quos potuerunt assumere, et etiam multi de hiis[l], qui in magnis erant navibus, versus Flandriam recesserunt; videbant enim bellum ut gnari maris amissum. Hoc idem fecerunt Zelandenses, qui favebant Guidoni et cum eo erant ex corde.

Guido igitur videns se a suis, qui in minoribus erant navibus, derelictum, suos[m] etiam qui in maioribus erant navibus, de eis[n] in scaphis et minoribus navibus exsilientes et prudenter, ex quo nihil valuisset eorum resistentia, fugientes; cum ipse etiam bene et opportuno tempore potuisset effugere, si voluisset, et cum sibi hoc fortis et expertus miles
86 dominus de Axella senior consuleret, qui cum eo erat, ne, ut Machabaeus[86] dixit, maculam

a) Guilielmus 1. b) III[a] 2. c) eum 1. d) sublimante 1. subleuiante 2. e) illuscente 1. 2. illucente *de Smet*. e*) praesciscis 1. 2. f) conuinctae 2. g) Versalia 1. h) itaque 1. i) invadere 2. *aberrante oculo*. k) remaserant 2. l) iis 1. m) suis 1. 2. n) eis qui 1. 2.

86) immo Ecclesiasticus cap. 33, v. 24: *Ne dederis maculam in gloria tua*; cf. ibid. cap. 47, 22.

in gloria[a] sua poneret, quadam indiscreta magnanimitate et nobilitate fugere erubuit et noluit. Unde ab admiraldo armata manu, quam diu poterat, se defendens et resistens, sed non prevalens, tandem se reddens cum predicto domino de Axella milite captus est, ceteris, qui in maioribus erant navibus, aliquibus occisis, paucis captis, reliquis per fugam evadentibus cum minoribus navibus et scaphis. Non multo post infortunium Guidonis tempore, dum[b] Ioannem de Renisse, extra Traiectum existentem[c] non cum magna[d] concomitativa[e] armatorum, quidam miles favens Wilhelmo, filio comitis Ioannis, cum multo maiori comitativa[e] armata insequeretur: dicto Ioanne navem quamdam intrante, quia[f] erat iuxta fluvium quemdam, et nimis magna multitudine armata suorum ipsum sequente, cum multis eorum, nave in profundum descendente, submersus interiit. De Flandrensibus circiter mille viri infra illos duos dies mortui sunt, occisi vel submersi, et bene tot et plures de Hollandensibus et sociis admiraldi, quamvis victoriam obtinuerunt, quia prima die multo plures amiserunt quam Flandrenses.

Flamingi autem qui in arida remanserant cum Zelandensibus qui sibi fideles erant, et cum armis suis et cibariis, que secum manibus portare poterant, dimissis tentoriis et papilionibus, de Zierixze recesserunt per distantiam duarum leucarum in quadam planitie et cono insule, que vocatur Scouda[87], in qua et Zierixze sita est. Et erat ille locus super mare, 87 ad quem locum naves quedam Zelandensium ab amicis[g] adducte sunt; quas ingressi cum tot Flamingis, quot potuerunt capere, in Flandriam transfretaverunt. Remanserunt autem circiter tria milia Flandrensium in loco prefato sine tentoriis et domibus, quibus tegerentur. Cumque per quinque vel sex dies inopem duxissent vitam, quia, deficientibus propriis victualibus, incole insule nonnisi furtive eis cibaria vendere ausi sunt, — inhibitum[h] enim eis erat hoc sub pena capitis, — nec alique comparerent naves, que eos[i] versus Flandriam transvehere possent, et Hollandenses cum eis bellum committere, quod Flandrenses libentissime vidissent, nollent: necessitate compulsi, salva vita et membris, Wilhelmo, filio comitis Ioannis, et Hollandensibus se tradiderunt; qui eos suscipientes et in diversis castris et locis firmis collocantes in prisione curialius, quam crediderant, tractaverunt.

Guido autem in brevi post dictum bellum in Franciam ab admiraldo cum galeriis per mare regi captivus adductus est. Hoc verbum philosophi et in hoc facto bene est verificatum, dicentis: *Iuvenes nemo eligit in duces, eo quod non constat eos esse prudentes.* Prudentia enim, que virtus est et forma sive decor moralium virtutum, magnanimitati et fortitudini Guidonis in tribus defecit, sicut multis et mihi itidem[k] videbatur. Primo in hoc, quod Ioannes[l], frater suus et ipse, cum audirent, tam potentem regem, sicut[k'] rex est Francie, versus Flandriam venire, et treugas cum Wilhelmo et Hollandensibus ad tempus satis longum habere potuissent, quod eas non inierunt; non est enim potens rex vel princeps in populo christiano, qui, si obsideret aliquam villam vel civitatem regis Francie vel alicuius principis secum confederati et terram principis obsidentis dictus rex intraret cum tota potentia sua, ut eam destrueret et impugnaret, quin sine confusione et dedecore posset et etiam cum honore obsidionem relinquere et occurrere[m] cum omnibus sibi adherentibus regi tam potenti; — secundo in hoc, quod contra consilium fratris sui et peritorum, villam fortissimam obsidens, etiam hostes per mare invasit: si enim naves suas maiores colligatas versus terram et littus, in quantum fieri poterat, attraxisset, numquam hostes sui eum nisi cum maximo periculo potuissent invadere, quia secum erat maior virtus bellatorum et in navibus minoribus melius quam hostes erat provisus: — tertio in hoc, quod, cum bello amisso fugere potuisset, non fugit: poterat enim presentia sua exercitui Flandrensi et brevi postea tempore cum rege bellum commissuro in multis profuisse et etiam in insula Scoudensi remanentibus, qui erant electi[n] bellatores, succurrisse. Non sic egit victor orbis, primus Romanorum imperator Iulius Gaius Cesar, qui bis a Cassivellauno[o], maioris Britannie rege, et Britonibus victus et fugatus, non se capi permisit, sed tertio rediens per mare et dictum regem cum Britonibus superans, ipsos imperio Romanorum subiugavit. Magnanimitas ergo Guidonis et animositas, fortitudo et pulcritudo, prudentia non ornate, informes in eo erant et indecore.

Itaque eventus infelix Guidonis letificans et contristans velocius et velocius[p] inimicis

a) galea 2. b) dominum 1. c) exeuntem 2. d) maxima 1. e) comitiva 1. f) quae 1. g) Zelandensem ab am. n. quaedam 1. h) inhibtum 1. i) eis 1. k) itidem *deest* 1. k') sic 2. l) Ioannis 2. m) omittere 2. n) electi *deest* 1. o) Cassebellano 2. p) velociter 1. 87) Schouwen.

eius innotuit et amicis. Rex enim et sui, qui prius rumores de eo et de suorum victoria in Zelandia audierunt, plurimum gavisi, confortati et animati sunt; fratres autem et amici Guidonis aliquantulum tardius dictos rumores intelligentes, contristati sunt et exacerbati; 88 unde eos quantum poterant celantes, ne in exercitu eorum divulgarentur, tertia[88] die post infortunium Guidonis acriter suis[a] paratis ad bellandum, exercitui regis appropinquantes Aug. 13. scilicet feria quinta sequenti, que erat Idibus Augusti, ipsum ad prelium provocabant. Quod Franci videntes, statim se ad bellum parabant, acies suas ordinantes. Cumque duo hostiles exercitus sic ordinati in tantum[a'] essent propinqui, quod balistarii unius exercitus in oppositum[b] sua spicula poterant iaculari[b'] et hoc opus quidam balistarii Flandrensium, desiderantium bellum, incepissent: rex et consiliarii sui dolo, quo sunt, quasi mediatores ad principes Flandrensium[c] mittunt, rogantes balistarios Flandrenses, quod modicum expectarent, innuentes se venire ad tractandum de pace; quesieruntque ab ipsis principibus, si pacem vellent. Qui cum consiliariis suis et toto populo gavisi pacem cupientes, sed dolum ignorantes, responderunt, se libentissime cum rege pacem habere velle, salva vita et membris et libertatibus antiquis terre sue et quicquid in eum iniuriose commiserant vel in suos, competenter emendare; unde in utroque exercitu statim proclamatum est, ut omnes expectarent aliquo tempore et quiescerent, in quo scilicet tempore de forma pacis tractaretur. Cumque rex magnam emendam peteret, et Flandrenses minorem offerrent, sicut mos est, ubi inimici reconciliantur[d], dicti mediatores fraudulenta astutia sua principibus Flandrensium[d'] suggesserunt, pretendentes, quod tam arduum negotium in tam brevi tempore non poterat terminari, ut inducias vel treugas darent trium dierum, scilicet illa feria quinta vel feria sexta sequente, in qua erat vigilia assumptionis Virginis gloriose, et sabbato, in quo erat ipsum festum, et dicentes mendose, quod rex esset voluntarius valde[e] ad pacem cum ipsis componendam, simulque allegantes beate Virginis suffragium ad dictum negotium affuturum. Quibus verbis Flandrenses et eorum principes allecti in dictas treugas vel inducias — quod eis postea plurimum displicuit, cum dolum fuissent experti — consenserunt.

Hoc autem totum, ut dictum est, ex parte consiliariorum regis dolose factum est. Postquam enim victoria admiraldi et Hollandensium eis innotuit, omnibus modis cum Flandrensibus statuerunt confligere, sed bellum[e'] quantum poterant voluerunt protelare[f], ut Flandrenses, qui pro maiori parte vulgares erant homines, prolixarum expensarum afficerentur tedio, et etiam ut rumore[g] infortunii Guidonis, processu temporis propalato, eorum corda dolore et pavore frangerentur.

Tribus igitur diebus dictarum treugarum habito de pace tractatu, in emenda a Flandrensibus regi facienda partes nullo modo poterant concordari, rumore infortunii Guidonis Aug. 17. omnibus Flandrensibus innotescente. Unde rex cum suo exercitu feria secunda sequente in mane versus ortum solis a monte Pavellensi, qui mons circiter quinque miliaribus a civitate Tornacensi distat et villa[h] Insulense[i] versus Duacum ad alium locum se, ut qui bellum libenter distulisset, transtulit: sed Flandrenses, rumore predicto non concussi pro maiori parte, sed magis exacerbati, credentes se dampnum Guidonis et sperantes a rege et suo exercitu recuperaturos, ipsum insecuti in monte predicto eodem die et circa ipsum cum toto exercitu suo consederunt, statuentes omnes concordi consilio in crastino invadere regem; non enim erant ab eo separati nisi per distantiam unius modici miliaris.

Aug. 18. Itaque feria tertia sequente, que erat crastina octave Laurentii, audientes missam et parum gustantes, circa horam tertiam omnes[i'] se armaverunt, deiectisque ad terram omnibus tentoriis suis et papilionibus, ne aliquis in eis latitans remaneret, et relictis equis omnes pedes[k] versus regem et exercitum suum circiter centum milia armatorum profecti sunt; non enim vulgares de omnibus nobilibus suis et equitibus confidebant. Fecerunt autem omnes aurigas suos cum omnibus curribus suam aciem, que longissima erat et spissa, sequi. Erant autem in dextero[l] latere aciei Brugenses cum illis de territorio suo, Gandenses cum suis in sinistro, Yprenses, Insulenses, Curtracenses cum territoriis suis in medio; Philippus autem prefuit Brugensibus, Ioannes Gandensibus, Guilielmus Yprensibus, Robertus Insulensibus. Cum igitur Franci vidissent, se ad bellum provocari[m], fecerunt et

a) cum suis 1. a') tam 1. b) opposita 2. b') iaculare 1. c) Flandrenses 1. d) reconsiliantur 2. d') Flandrensibus 1. e) regem v. vol. ad pacem 1. e') in quantum 1. f) protelari 1. 2. g) rumor 2. h) villam 1. i) Insulensem 1. 2. i') omnes *omisit* 2. k) *leg.* pedites. l) dextro 1. m) provocatos 1.

88) immo secunda, ni forte Romanorum more ipsum infortunii diem primum dixit.

ipsi aciem eque longam equitum aciei Flandrensium, sed non spissam. Conveneruntque ambo exercitus non multum remote a castris regis circa horam sextam, et cum balistarii ex utraque parte suum officium inciperent, aliqui Flandrenses ad hoc ordinati, dimissis omnibus aurigis cum equis et equabus trahentibus currus, de ipsis curribus a tergo aciei sue quasi quandam munitionem unum alteri connectendo[a] composuerunt, a quolibet una rota ablata, ne Franci, si eos voluissent circumequitare, ipsos a tergo possent invadere. Cumque balistarii suum complessent[b] officium, et acies Francorum equestris cum quodam simulato impetu versus Flandrenses, suis balistariis recedere iussis, veniret, balistarii Gandenses et omnium aliorum preter Brugenses, cordas balistarum suarum incidentes[c] ipsas balistas[d] contra tibias equorum quos[e] Franci insidebant, proiecerunt, se in sua acie componentes. Appropinquantibus autem Francis — Flandrensibus immobiliter et fortiter in sua acie stantibus, et bellum, sicut in Curtraco evenerat, commune et utile habere credentibus, — in tantum, quod Franci cum hastis suis hastas Flandrensium tangere possent, retractis equis suis cum frenis, quasi immobiles stantes remanserunt, una acie alteram respiciente; non enim audebant viribus, sed arte, sicut sibi mutuo condixerant, preliari, timentes belli eventum Curtracensis. Hoc videntes Brugenses, quorum balistarii balistas suas non fregerant nec abiecerant, Francos a se cum iaculis balistarum abegerunt; remanserunt tamen Franci equites in acie, ex opposito Brugensium[f] stantes ad distantiam tractus balistarum. Videntes itaque Flamingi, Gandenses et Yprenses et alii preter Brugenses, qui nihil mali, nisi estum, qui maximus erat illo[f*] die, patiebantur, Francos commune bellum nolle inire, cum cuneis de acie sua magna exibant, modo decem, modo viginti, modo triginta vel quadraginta; et sic confligentes cum Francis multos occidebant, et multi etiam ex ipsis occidebantur[g]; et dum fessi erant de conflictu vel nimis ab hostibus onerati, ad aciem suam magnam revertebantur. Et simili modo Franci etiam cum cuneis suis Flandrenses modo hic, modo ibi impetebant, aliquotiens[g*] vulnerantes et occidentes, et aliquotiens[g] vulnerati et occisi. Bedauri autem, homines agiles, parvi et inarmes, de acie Francorum sepius erumpentes et quandoque sub ventribus equorum magnorum cum[h] iaculis suis, que manu solent proicere, et fustibus magnis et lapidibus, quos in Flandrenses[i] iacebant, eos plurimum infestabant. Attulerunt[k] autem Franci quoddam bellicum instrumentum, quo lapides multi ad magnitudinem pugni humani[l] eiciebantur, et statuerant[m] illud contra Yprenses, qui eo graviter afflicti cum magno cuneo de acie sua exeuntes, invitis Francis illud instrumentum confregerunt, viriliter ad aciem suam cum festinatione reversi non sine dampno et amissione[n] suorum et etiam hostium. Cumque sic longo tempore tales particulares pugne inter hostes fierent, que magis preludia belli quam bella sunt vocanda, ex parte regis petitum est cum maximo dolo, ut de pace tractatus haberetur. Flandrenses igitur, qui semper pacem desiderabant, in tractatum consenserunt. Sed dum de pace inter partes tractaretur et in utraque acie esset proclamatum, quod omnes starent in quiete et unus alteri non noceret: rex, qui in equitibus abundabat, unam aciem equitum cum multis peditibus misit versus sinistrum latus exercitus Flandrensium[o] et aliam versus dextram, quasi per eos Flandrensibus a tergo noceret. Qui dolum cognoscentes, ulterius in quiete stare nolentes, sicut prius pugnare ceperunt. Venit autem quidam eques de exercitu regis cum fortissimo equo et optime armatus, signis bellicis comitis ornatus Sabaudie, clamans dolose: *Pax! Pax!* Quem Flandrenses dictum comitem esse credentes occiderunt, nihil audire volentes ulterius de pace.

Ceperunt itaque pugnare ex utraque parte sicut prius et acrius; potissime autem inter Francos et Gandenses erat pugna gravior. Franci enim cum cuneis suis vel turmis eos impugnantes, cum fessi essent et multi ex eis vulnerati vel occisi, retractis equis suis cum frenis, resiliebant, alios recentes mittentes ad preliandum. Gandenses autem eos diu cum cuneis insequi non poterant, ne cuneos ab acie ipsorum magna, cum equis ipsorum fortissimis interrumpendo dividerent; acies enim totalis Gandensium eos non poterat sequi, ne inter eam et munitionem curruum Franci cum equis suis facerent divisionem et sic eos undique impugnarent; tenebant enim cornu vel finem sinistrum totius magne aciei Flandrensium[o]. Post predictum dolosum tractatum de pace acies predicta, quam rex versus

a) concentendo 1. b) complevissent *de Smet.* c) incidente 1. d) ipsas balistas *omisit* 2. e) quos *deest* 1. f) Brugensibus 1. f*) isto 2. g) et—occidebantur *omisit* 2. g*) aliquoties *de Smet.* h) magn cum 2. i) Flandrensen 2. k) attulerant 1. l) humani *deest* 2. m) scuterant 1. n) omissione 2. o) Flandrensis 1.

sinistrum latus exercitus Flandrensis[a] misit, ad tentoria et sarcinas Flandrensium supra[b] montem predictum et circa ipsum properabat. Hoc videntes aurige et garsiones, qui tenebant equos et equas curruum[b'] et etiam equos nobilium et maiorum Flandrensium, sicut homines inarmes[c] et armate aciei resistere non valentes, versus Insulam aufugerunt. Unde dicta acies sine aliqua resistentia omnia tentoria et victualia Flandrensium, utensilia et indumenta rapere cepit et depredari; alia autem acies, que missa erat ad latus dextrum, inmisso[d] cuneo ex ea circiter triginta vel quadraginta equitum cum fortissimis equis inter currus et Flandrenses, nitebatur eos a curribus dividere et a tergo invadere. Sed Flandrensibus ferociter se ad dictos equites vertentibus cum hastis, ipsi omnes et equi ipsorum confossi et interempti sunt; unde dicta acies adhuc magis circumequitans venit a tergo aciei exercitus Flandrensium[e], ita quod[f] inter utramque erant tantummodo predicti currus conglobati. Ceperuntque pedites aciei regis paulatim[g] abstrahere currus et viam parare equitibus suis, ut Flandrenses invaderent a tergo. Quod ut Flandrenses viderunt, statim lancearii ex eis[h] bene armati ascenderunt currus, et pedites regis ab abstractione curruum amoverunt. Acies igitur dicta, videns se in nullo posse ad nocumentum Flandrensium proficere, ad predam et rapinam versus[i] montem Pavellensem se convertit; erat enim utraque acies antedicta tam equitum quam peditum de extraneis et conductitiis regis pro maiori parte.

Cum ergo per maiorem partem diei sic inter duas longissimas acies hostiles, ut dictum est, pariter pugnatum esset, et inter eas multi valde iacerent tam viri quam equi occisi et etiam ex utraque parte pre pondere armorum et estivo caumate sine vulneribus suffocati: videntibus Flandrensibus, versus montem omnia, que ad eos pertinebant, esse rapta et depredata, sole iam incipiente tendere ad occasum, Ioannes Namurcensis, qui Gandensibus preerat, nuntios misit ad Robertum, Wilhelmum et Philippum, qui, ut predictum est, aliis prefuerunt Flandrensibus, querens ab iis, quid facto opus esset, simulque ostendens, se et suos, qui ad cornu sinistrum erant, bello esse fessos[i'] et pregravatos[k]. Quibus communi consilio hoc visum est et ita ei responderunt, quod cum horrendo clamore et alto simulque etiam et cum totali[l] sua magna acie aciem Francorum invaderent et, quibus faveret Deus, eis victoria concederetur. Sicque aliquantulum ante occasum solis factum est. Franci itaque, qui in prima erant acie, videntes, se furiose a Flandrensibus[m] invadi, concussi timore terga vertentes, turmatim et per cuneos omnes fugerunt; et insequentibus eos Flandrensibus, ipsorum valde multi, equis eorum fessis et lassis in puteis et fossatis, que plurima erant in campo illo, cadentibus et mutuo se opprimentibus, sessores cum eis suffocati sunt. Hoc etiam periculoso infortunio plures etiam in Curtraco mortui sunt quam occisi; hoc idem etiam periculum, licet non ita grave, Flandrensibus hic eos insequentibus evenit. Due etiam acies regis predicte, que prede intenderant, redeuntes de monte, videntes aciem regis magnam in fugam conversam, cum preda sua et ipsi recesserunt. Unde multi Flamingorum, Yprenses potissime, Curtracenses et Gandenses estivo caumate sitisque ardore et pugnis particularibus, ut dictum est, fatigati, vulneribus laniati, aliqui etiam corde pavidi campum circumspicientes, circumquaque patere, aciebus hostium fugientibus, cum Ioanne Namurcensi, plurimum lassato, — non enim erat corpore fortis sed gracilis rareque complexionis, — et Henrico fratre suo, qui eodem die circiter cum ducentis equitibus de Duaco ad bellum venerat, versus Insulas fugientes abierunt, ita quod[n] Ioannes cum fratre suo ante crepusculum fuit in villa Insulensi.

Philippus autem, Wilhelmus et Robertus cum Brugensium[o] acie et aliis Flandrensibus boni cordis, qui cum eis remanserant, sic[o'] Francos cum clamore, ut dictum est, turmatim et per magnos cuneos insecuti, magna acie Francorum fugiente totaliter, vel per partes casu equorum et oppressione suffocata, ad regem, qui cum magna acie et forti retro custodiam tenebat, electis circumdatum bellatoribus et expertis, pervenerunt. Quem unus magnus cuneus Flandrensium[p] crudeliter invadens, plurimis nobilium et maiorum regis super[q] ipsum, viriliter et nobiliter se tenentem, ut sui et etiam Flandrenses hostes sui testantur, et resistentem, relinquentibus et fugientibus, confosso sub ipso dextrario suo, ad terram prostravit, plurimis custodibus corporis sui[r] occisis; nesciens ipsum inter alios

a) Flandriae 1. b) super 1. b') currium 2. c) inermes *de Smet*. d) immisso 1. e) Flandrensis 1. f) itaque 1. g) paulatine 1. h) iis 1. i) versus *iteravit* 2. i') fesso 2. k) pergravatos 1. l) tali 2. m) Flandribus 2. n) itaque 1. o) Brugensi 1. o') sic *omisit* 2. p) Flandrensis 1. q) supra 1. r) sui *deest* 2.

prostratos discernere, eo quod custodes predicti in periculo conflictus pre timore supertunicale suum bellicum, suo signo, scilicet liliorum, decoratum, ne ab hostibus, qui libentius ipsum quam aliquem alium occidissent, agnosceretur, abruperant. Transeunte ergo cuneo illo et hostes fugientes insequente, alius cuneus cito post regi prostrato supervenit. Quod videntes aliqui sibi fideles, qui iuxta ipsum aliquantulum remote, tamen quantum poterant propinquius[a] remanserant, cum periculo sui eum supra dextrarium et equum fortissimum maximis viribus, erat enim ponderosus et armatus optime, elevarunt, antequam a superveniente cuneo vel occideretur, vel transitu pedum conculcaretur. Rex autem, prostratione et infortunio suo totaliter attonitus, equum suum gubernare non potuit; unde a quodam milite Flandrensi agili et forti, de dicto cuneo super ipsum irruente, fuste prevalida, in anteriori parte ferrum fortissimum et acutum habente, — qua fuste homines et equi durissime feriri possunt ab hominibus fortibus et perfodi uno ictu, — cum equo suo[b] percussus et graviter lesus, equo suo fortissimo et agili, dolore ictus predicti stimulato, saltus magnos faciente et velociter versus equites quosdam regis, qui ipsum iuvare non audebant, sed aliquantulum remote se tenentes exitum rei expectabant, sine gubernaculo et directione ac celeriter prospero casu currente, hostes evasit. Omnes autem fideles sui, qui de suis equis descendentes, ipum super equum suum elevarant, non valentes satis tempestive suos equos ascendere, uno vel duobus exceptis, ab hostibus sunt statim in eodem loco interempti, quapropter circa filios eorum rex dicitur liberalissimus extitisse. Rex itaque summa cum angustia, tamen favente sibi Deo, — dicebatur enim piissimus et modestissimus homo, quamvis consiliarii sui eum ad multas guerras[c] adduxerunt, — ad suos deveniens, licet invitissime fugeret, tamen ab eis fugere est compulsus et coactus. Fuit autem iuxta regem tunc valentissimus quidam miles et baro de Francia, cuius cognomen sepius audivi, sed oblitus sum, occisus, baiulus[d] cuiusdam vexilli, quod Franci vocant oliflamma; de quo plurimum solebant confidere et de eo multa fabulosa enarrare; ipsumque a Flandrensibus est in frusta[e] conscissum vel diruptum.

Flandrenses igitur, fugientibus hac et illac omnibus hostibus suis, usque ad crepusculum et usque ad tentoria regis eos sunt insecuti, ita quod quidam ex eis de victualibus Francorum rapuerunt. Cumque in crepusculo, oriente luna — fuerat enim precedente[f] die plenilunium — audirent, quosdam hostium equites cum cuneis suis non multum ab eis esse remotos, non videbatur eis tutum, ibi diu remanere; timebant enim, quod illi hostes, qui iuxta eos erant, poterant alios, qui magis procul fugerant, cum nuntiis revocare et sic eos, luna clarius splendente, lassos et fessos, et qui per magnum tempus nihil cibi gustaverant, circumquaque invadere. Unde sumpto consilio, lento gressu versus montem Pavellensem sunt reversi. Quo cum pervenissent, primi eorum buccinis[g] bellicis, que vulgariter trumpe vocantur, clangentes tamquam victores, omnes socios suos, qui hac et illac viam nescientes cum turmis suis dispersi erant, et quosdam etiam, qui soli erant, ut illi, qui in insecutione hostium ceciderant et postea surrexerant, coadunantes aciem magnam valde congregarunt[h]. Ex quo loco, cum in eo aliquantulum more quiescentes contraherent, alto et eminenti viderunt cum gaudio, Francos cum turmis et cuneis reversos, accensis faculis et cereis suis magnis torcis[i], cum maxima mestitudine mortuos suos nobiles occisos vel oppressos, suffocatos per puteos et fossata requirere, nec eos, quamvis luna ascenderet splendendo clarius[k], amplius velle de bello curare. In dicto itaque monte, quasi nihil victualium, quod multitudini eorum sufficeret, nec cooperimenta, nec tentoria aliqua, quibus tegerentur, invenientes, non ut[l] victi vel fugati, quia nullus eos insequebatur, versus Insulam inito[m] consilio abierunt, sed inedia et necessitate coacti.

Corruerunt igitur isto die de exercitu Flandrensium[n] circiter quatuor milia armatorum, inter quos fuit precipuus Wilhelmus Iuliacensis, qui insequens hostes, vel oppressionis et casus suffocatione interiit, — erat enim tenuis complexionis, licet esset animosus, — vel ut Franci asserunt, eos insequens cum parvo cuneo circiter 80 virorum; constat enim Flandrensibus quasi innumeris, quod usque ad fugam Francorum sanus iuxta et incolumis, ab ipsorum scilicet Francorum[o] equitibus circumdatus et conclusus, cum omni societate sua fortissime eis resistente et nocente interemptus occubuit. Et quia postea nullum

a) propinqius 2. b) suo *deest* 2. c) guerras *omissum in* 2. d) bavilus 1. e) frustra 2. f) praecedenti 1. g) bucinis 1. h) congregarant 2. i) tortis 1. 2. k) clare 1. l) ita 2. m) initio 2. n) Flandrensi 1. o) sanus — Francorum *omisit* 2. *aberrante oculo scribae.*

indicium certum corporis eius vel armorum a Francis nec a Flandrensibus poterat inveniri, vulgares Flamingi longo postea tempore arte magica, cui inserviebat, ipsum affirmabant ablatum et in posterum, tempore suo competenti, quando[a] ipsi in maiori essent belli periculo, rediturum. Sed hec frivola sunt et fabulosa; certum est enim, quod isto die periterit[b], quamvis indicia corporis vel armorum eius inter multos occisos vel oppressos non poterant inveniri, hoc enim de multis nobilibus accidit in Curtraco. Dicitur quidam pessimus incantator de familia sua mala[b'] — et tunc[c] cum eo erat — ipsum decepisse, quia promiserat sibi, quod quadam magica incantatione, quam sibi didicerat, quandoque[d] vellet et indigeret, hostibus et quibuscunque aliis invisibilis fieret. Sed dicta incantantio nihil sibi hic profuit quantum ad vite conservationem; nescio si profuit quantum ad corporis sui occultationem, facile enim est demonibus corpus aliquod admortuum occultare. Unde et dictus incantator brevi post tempore apud Bruxellam a Ioanne duce Brabantie, cognato Wilhelmi, ob dictum scelus ab ipso confessum, confractis brachiis et tibiis, rote a terra in altum elevate est inflexus: nec potuit sibi dicta incantatio in aliquo prodesse. Franci etiam dicunt, die crastina caput Wilhelmi a corpore suo invento abscissum super hastam fuisse per exercitum ipsorum circumportatum et regi presentatum; sed quidam cognati ipsius Wilhelmi de Francia et cum rege existentes et liliardi multi de Flandria, qui ipsum optime noverant, certitudinaliter affirmabant, dictum caput, quod diligentissime et de prope intuebantur, numquam fuisse Wilhelmi, sed cuiusdam capellani de Gandavo, sibi aliquantulum similis, qui in bello corruit et quem ego bene novi. Dicebatur etiam postea fere per duos menses, inita iam pace inter regem et Flamingos, corpus eius solummodo abscissa[e] una manu fuisse inventum et in Felines, ubi multi de sua cognatione sepulti iacent, fuisse sepultum. Quod corpus multi credunt non fuisse suum, sicut nec corpus quoddam, quod de bello Curtracensi a garsione quodam comitisse Hannonie pro corpore filii sui, Ioannis sine pietate, fuit deportatum.

Corruerunt etiam de exercitu Flandrensi circiter decem vel undecim[f] milites; reliqui erant armigeri vel divites Brugenses, mechanici[g], commorantes in villis, vel homines rurales. Fere media pars Flamingorum, tam eorum, qui cum Ioanne recesserant[h], quam eorum, qui regem fugarunt, vulnerati sunt vel graviter lesi. De exercitu vero regis plures quam novem milia corruerunt occisi vel oppressione suffocati, inter quos fuit precipuus Ioannes, frater ducis Burgundie, et Hugo de Bonvilla, summus consiliarius regis, qui cum maiori pompa et comitativa[i] incedere solebat et etiam fuit in dicto bello, quam multi comites Francie. Amisit rex etiam circiter 18 barones, nobiles et terrarum principes in dicto die, et milites fere 300; reliqui armigeri erant et burgenses[k] et[l] vulgares pedites. De stipendiariis autem regis pauci mortui sunt, quia magis prede quam victorie intendebant.

Aug. 19. Crastina itaque die post diem predicte[m] horribilis cladis, scilicet feria 4, Ioannes Namurcensis et Robertus Nivernensis cum toto exercitu Flandrie Flamingantis, amissis, ut dictum est, tentoriis omnibus fere, que[n] habebant in monte et Zelandia, ad terram et ad tabernacula sua sunt reversi, relicto Philippo in castro Insulensi cum sufficiente[p] ad ipsum diu[q] detinendum comitativa[r]. Rex autem, sepultis baronibus et nobilibus suis vel corporibus eorum ad terras et patrias suas missis, — multi enim in Attrebato, Tornaco, Orchiaco, Valencenis[s] sepulti sunt, — post tertium vel quartum diem supradicte multorum necis, relictis cadaveribus — quomodo enim in tam terribili bello et eodem die corpus aliquod sic eripi potuisset? — vulgarium suorum et equorum ac Flandrensium, propter quorum scilicet cadaverum fetorem[t] exercitus eius ibi diu morari non poterat, deinde[u] exercitum suum misit ad villam Insulensem obsidendam; quam et obsedit ex latere uno. Ipse vero rex profectus est Attrebatum, ut ibi a lesione, quam in conflictu receperat, curaretur; fuitque ibi circiter per quindenam, infra quam misit ad omnes Francie communitates[v] et ad[w] omnes arma ferre valentes, qui bona vellent lucrari, quod versus Flandriam venirent, denuntians eis, Flandrenses victos esse et confusos. Convenit itaque ad eum de regno suo

a) quum 2. *non assecutus scripturam membranarum, quae semper* cum *habent.* b) periit 1. b') *fortasse* de familia mali. c) tamen 1. d) quemque 1. quumque 2. *cf. n.* a. e) abscissum 1. 2. f) XII. 2. g) mechanicis 2. h) recesserunt 1. i) comitiva 1. *saepius.* k) Brugenses 2. l) ac 1. m) praedicti 2. n) quas 2. o) taburnacula 2. p) sufficienti 1. q) diu *deest* 2. *cf.* 589. *l.* 8. r) comitiva 1. 2. s) Valencensi 1. t) fetorum 2. u) dictum 1. v) comitates 1. 2. comites *emend. de Smet; cf. p.* 592. *n.* p. w) ad *omisit* 2.

et terris aliis exercitus quasi infinitus; dixit enim Gerardus Maurus[89], miles strenuus de Flandria et longevus, qui exercitum eius postea vidit et qui cum[a] ipso et patre eius et avo quasi in omnibus expeditionibus fuerat citra mare et ultra, numquam coronam Francie tantam exercitus potentiam congregasse, quam ipse vidit. 89

Unde post dictam quindenam, sanitate recuperata, rex cum tota potentia sua Insulam venit, ipsam obsidens circumquaque. Quod audientes Ioannes et Robertus et Flandrenses, valde gavisi sunt; sciebant enim, castrum et villam Insulensem in victualibus et armatis viris sufficienter et ad longum tempus esse provisa[b], et sperabant, quod sine suo bellico labore propter hiemis appropinquantis necessitatem urgentem et viarum, per quas victualia adducuntur, peioritatem regem cum toto exercitu suo opporteret confusum recedere ab obsidione. Et certe ita evenisset ei, si infidelitas Insulensium ad dominum suum et ad suos de comitatu Flandrie nunc, sicut et alias, sibi non succurrisset[c]. Cum ergo rex cum exercitu suo castrum et villam aliquo tempore acriter oppugnaret nullumque nocumentum alicuius reputationis eis valeret inferre, Insulenses, qui pro maiori parte liliardi erant, inscio Philippo, mediatores mittunt ad regem condicentes et componentes cum ipso, villam et castrum ei se reddituros, si infra terminum prefixum — qui erat circa festum beati Michaelis, — eis auxilium et succursus[d] non veniret a Flamingis, et de isto condicto tenendo 40 obsides regi tradiderunt. In quo condicto, postquam illud scivit, oportuit Philippum invitum[e] consentire, quia, licet haberet in castro[f] sufficientes bellatores ad tenendum ipsum cum villa contra regem, non tamen sufficientes habuit ad tenendum ipsum erga[g] regem et villam. Isto inito[h] condicto, rex villam et castrum amplius non molestavit, sed ea obsidens de die in diem suum semper augmentavit exercitum.

Unde Ioannes, Robertus et Flandrenses hoc intelligentes, multis tentoriis novis factis, sed non tot quot amiserant, circiter octavo die ante predictum terminum cum maximo exercitu convenerunt in Curtraco, quo scilicet exercitu ipsorum semper crescente, tertio die ante terminum cum audacissimo progressu et in potentissima[i] acie versus Insulam profecti, iuxta tentoria regis ad distantiam duorum vel trium stadiorum sua castra, que eorum aciem in curribus sequebantur, posuerunt. Rex quippe, ipsorum precognito adventu, exercitum suum, qui iacebat a latere ville versus Ypram, ad aliud latus versus Tornacum secum in unum contraxerat feceratque fieri grande fossatum et protensum inter exercitum suum et locum, ubi credebat Flandrenses venturos. Ad quem et venerunt. Plurimi autem Flandrenses tentoria non habentes, quia non proponebant ibi diu iacere, sed regem invadere, vel quia sibi ita velociter ea parare non poterant[k], fecerunt sibi tabernacula[l] sive umbracula de straminibus et arborum ramis. Erat ergo exercitus Flandrensis tam maximus, quod[m] numquam aliquis vidit comitem vel principem Flandrie exercitum deduxisse tam copiosum. Dicitur etiam rex ipsum de cumulo quodam sive monticulo aspiciens mirabiliter[n] fuisse admiratus. In crastino autem adventus Flandrenses ceperunt invitis Francis replere fossatum, ut ad eos patulum possent habere accessum. Fiebantque inter utrumque exercitum pugne particulares sive preludia multa, in quibus plurimi ex utraque parte corruerunt. Et cum rex certissime cognovisset per exploratores, Flandrenses omnes, paucis pavidis exceptis, ad bellum voluntarissimos, omnibus modis cum ipso velle de nocte cum lune splendore pugnare, ne equites sui eos a tergo circumirent, — non enim possunt acies equestres de nocte celeriter equitare, — vel si de die bellum committerent cum eo, nullo modo eos velle stare vel expectare[o], sicut fecerant in monte Pavellensi, sed semper procedere[p] et omnes hostes occidere vel omnes occidi et negotium terminare: timuit valde et omnes sui, recolentes furiosam invasionem paucorum Flandrensium, respectu tam maximi exercitus, iuxta montem et gravissimum dampnum suorum[q], quod ibi sustinuerant[r]; simul etiam cogitantes maximum periculum et dispendium toti regno Francie imminere, si victoriam non obtinerent, virorum prudentium[s] consilio petitioni et allocutioni de pace prebere aures complacuit regi. Ioannes igitur, dux Brabantie, qui in prima guerra cum Guidone, avo suo ex parte matris, se tenuerat, sed de secunda, quam Wilhelmus

a) cum *omisit* 2. b) provisam 1. c) occurrisset 2. d) succurus 2. e) initum 1. f) in bello 2. g) contra 2. h) initio 2. i) protentissima 1. k) potuerunt 1. l) tabernacula 2. m) quam 1. n) mirabilem 2. o) expectare 1. p) praecedere 1. q) suorum *deest* 2. r) sustinuerunt 1. s) unde prudenti 1.

89) Qui commemoratur etiam a van Heelu Rymkronyk betr. den slag van Woeringen (ed. Willems.) v. 5450. 8427. V. infra p. 592. l. 18.

nepos suus et avunculi eius erga regem habuerunt, se non intromiserat, hoc intelligens, mediatorem de tractatu pacis se constituit et terminum prefatum redditionis ville et castri Insulensis procuravit prolongari. Qui interim cum favente sibi Deo, plurimo labore et industria magna, adiuvante etiam ad hoc regina Maria, noverca regis et amita[a] sua, que ibi erat, partes sic concordavit, quod Flandrenses cum rege pacem firmam et perpetuam haberent, salvis vita, membris, libertatibus, munitionibus suis, et quod comes totam terram suam integre rehaberet, — sic communitatibus dabatur intelligi, — quod etiam omnes captivi, ubicunque fuissent capti, ex utraque parte redderentur et quod solum de emenda pecuniaria regi fienda, que octingentarum librarum summam non excederet, arbitri octo, quatuor ex parte una et quatuor ex parte altera eligerentur[90]; hoc etiam addito, quod pro honore regis salvando rex castrum et villam Insulensem et Duacensem cum suis territoriis obtineret, quasi in vadia, donec[a*] sibi de dicta emenda esset plenarie satisfactum. Unde secunda die post terminum prefatum et post solis occasum, in utroque exercitu pace stabili proclamata et in crastino Philippo castrum et villam Insulensem egrediente et Francis ea, ut dictum est, ingredientibus, uterque exercitus cum suis principibus ad propria cum magno gaudio remeavit.

Sicque terra Flandrensis[b] hostium sanguine et suorum longo tempore usque ad vomitum satiata et inebriata, quasi obdormiendo a preliis siluit et quievit. Que utinam numquam evigilet nec[c] excitetur!

Pace itaque confirmata, Flandrensium multorum nobilium et divitum, iuxta montem mortuorum, cadavera amici ipsorum quesierunt[d], et quorumdam inventa sunt et ad villas et loca sua adducta[e], et quorumdam vero numquam potuerunt inveniri. Tunc etiam, ut dictum est, corpus Wilhelmi dicitur fuisse inventum, sed hoc multi non credunt, quia Franci valde[f] diligenter ipsum querentes, si invenissent, pre odio in frusta[g] discerpsissent[h] vel incendissent.

Circa istud tempus Ioannes comes Hannonie et Hollandie[h*] obiit, cui successit Wilhelmus, filius eius.

Unde ad intelligentiam multorum premissorum hic breviter notandum est, quod circa annum Domini 1200 Balduinus comes Flandrie et Hannonie cum multis nobilibus de Francia et terra sua versus Greciam profectus et imperium Constantinopolitanum assecutus, duas nobilissimas reliquit filias, filium non habens, scilicet Ioannam et Margaretam. Ioanna autem nobilem accepit primum maritum Fernandum, filium regis Portugalie, postea secundum Thomam, ingenuum virum de terra Burgundie; fuitque Ioanna[i] princeps utriusque comitatus annis fere 40. Margaretam autem reliquit pater suus cuidam cognato suo, nobili et diviti viro, quem sibi fidelissimum reputabat, Bochardo de Avenna, clerico et canonico in diversis locis, ut eam usque ad nubiles annos nutriens custodiret. Qui Bochardus, ut infidelissimus et flagitiosissimus homo, Margaretam virginem tante excellentie et dignitatis, utpote imperatoris filiam, cum annos pubertatis attigisset, incestum cum ea committens, oppressit et defloravit; genuitque ex ea filios duos, scilicet[k] Ioannem et Balduinum. Ob quod scelus postea non longo tempore caput eius a suo corpore amputatum per omnes villas Flandrie et Hannonie ab amicis et cognatis imperatoris missum est ad ostendendum populo, iusto iudicio occisum esse tanti facinoris perpetratorem. Margareta igitur sic confusa et deflorata, vivente adhuc postea diu sorore sua, maritum accepit nobilem baronem de terra Burgundie, imparem tamen sibi in eminentia nobilitatis et dignitatis, Ioannem de Dampetra, qui ex ea genuit tres filios Wilhelmum, Guidonem et Ioannem.

Cumque Ioanna[i] sine herede de carne sua decessisset et uterque comitatus devolutus esset ad Margaretam, iam marito viduatam, et illa seniorem filium suum legitimum proponeret heredem et principem in utroque comitatu post se relinquere: Ioannes Avennensis, senior filius eius illegitissimus[l], legitimatus tamen a curia Romana, ut asserebat, consilio cognatorum suorum ex parte patris et Wilhelmi comitis Hollandie, cuius sororem in uxorem habuit, qui et postea rex fuit Alemannie[m], et eorum auxilio litem et guerram gravem incepit adversus matrem et fratres legitimos uterinos, asserens, se ut seniorem filium et

a) amica 1. a*) denec 2. b) Flandria 1. Flandriae *de Smet*. c) vel 1. d) quaesiverunt 1. e) reducta 1. f) valde *deest* 2. g) frustra 2. h) discrepissent 1. h*) et Hollandie *omisit* 1. i) Iohanna 2. k) scilet 2. l) illegitimus 2. m) Allemanniae 1.

90) Arbitri regis electi h. a. d. Sept. 24; acta huius conventus in tabulario urbis Lille, auctoritates arbitrorum Flandrensium in tabulario Gandensi asservantur teste Gheldolf Histoire de la Flandre p. Warnkönig I, 319.

legitimatum utrumque comitatum possidere debere, allegans, et legem esse et communem in Flandria consuetudinem, nullum illegitimum filium solere vocari ex parte matris in feodalibus bonis, dato, quod legitimatus non fuisset. Unde cum lis ista et guerra aliquo tempore portenderetur et communiter omnes nobiles Hannonie et aliqui etiam Flandrie magis Ioanni faverent, — erat enim animosus miles, liberalis et prudens valde, — tandem utraque pars in Ludovicum Francorum regem, avum Philippi nunc regnantis, post mortem a curia Romana canonizatum, tamquam in amicabilem mediatorem et compositorem[a] consensit, ut auditis rationibus[b] partis utriusque, litem et discordiam predictam terminaret. Quod et fecit, dans comitatum Hannonie Ioanni, comitatum Flandrie Guidoni post mortem matris eorum, Wilhelmo seniore fratre Guidonis sine herede defuncto. Remansit tamen semper quasi innatum odium inter Ioannem et Guidonem et prolem eorumdem.

Ioannes itaque Avennensis ex sorore Wilhelmi regis genuit Ioannem, et Ioannes ex filia comitis Lucemburgensis, — sorore Isabelle, matris Ioannis Namurcensis, Guidonis et Henrici et uxoris secunde Guidonis comitis Flandrie, patrui sui, — genuit Ioannem sine pietate, sic dictum propter crudelitatem, qui in bello Curtracensi periit, et Wilhelmum, qui, ut[c] supra tactum est, comitatum Hannonie et Hollandie possidet in hodiernum diem.

Mense Ianuario vel Februario Ioanna[d], regina Navarre[d*] et comitissa Campanie, neptis 1305.
in secundo gradu et uxor Philippi Francorum regis et Francie regina, fidelissima dilectrix et amatrix minorum[e] fratrum ac liberalissima benefactrix, obiit, apud fratres minores Parisiis sepulta. Que, ut dicebatur Flandrensibus[f], dum viveret, apud regem et consiliarios suos, eo quod duos avunculos, Robertum comitem Attrebatensem, et Iacobum de Sancto Paulo, et plures alios nobiles de parentela sua in Flandriam[g] amiserat, multum fuerat in consilio nociva[h] et inimica.

Circa principium Martii[91] illustrissimus et mitissimus ac liberalissimus princeps Guido, 91
comes Flandrie et marchio Namurcensis, vir grandevus, erat enim plus quam 80 annorum, senio deficiens apud Compendium obiit; qui in hoc seculo instabili, scilicet[i] fortune vertibilitate[k] multa vidit molestissime, iocunda et aspera, et plurima sustinuit patientissime tristia[l] et adversa.

Sicque finitur annus iste ferocitatis multe ac necis et cladis[m] plurimorum. Anno Domini.

## 1305.

mense Maio[n], Robertus, quondam comes Nivernensis, primogenitus Guidonis comitis, 92
de captivitate rediit[92] in terram patrum suorum, ferens secum corpus patris sui, quod in monasterio monachorum Cysterciensis[o] ordinis, cui vocabulum est Felines, ubi mater eius et plurimi de cognatione eius iacent, honorifice sepelivit. Sed et Guido Namurcensis, frater eius, et omnes, qui cum eo[p] capti fuerant, sicut iuxta Insulam condictum erat, cum gaudio in Flandriam redierunt. Guido etiam episcopus Traiectensis de captivitate liberatus est, et omnes Flamingi, quos Wilhelmus cognatus eius in Zelandia et Hollandia tenuerat captivos, ab ipso abire permissi, in Flandriam sunt reversi. Pax tamen inter Robertum filium Guidonis et Wilhelmum non remansit, sed treuga.

Iste Robertus, vicesimus[p*] comes Flandrie vel vicesimus[p*] secundus, si Ferrandus[q] et Thomas mariti Ioanne[r] pro comitibus computentur, semper mitis et pacificus, primam duxit uxorem filiam Karoli regis Sicilie, de qua non diu superstite filium habuit, nomine Karolum, qui in adolescentia sua defunctus est; et[s] postea duxit in uxorem unigenitam filiam comitis Nivernensis et, mortuo patre, eiusdem comitatus comitissam, de qua genuit Ludovicum et Robertum et filias tres, uxorem domini de Cuchyaco in Francia[t] et uxorem 93
domini de Adenghem[93] in Hannonia, et tertiam, que habuit Matheum de Lotharingia[u]. Iste Robertus solam habuit Flandriam Flamingantem, hiis[v] temporibus rege, ut predictum est, villam Insulensem et Duacensem cum suis territoriis pro vademoniis detinente[w]. Philippus, frater[x] Roberti, ad duos comitatus suos parvos ex parte uxoris in Ytaliam reversus est, et

a) compositionem 1. b) comitibus 1. c) et *de Smet.* d) Iohanna 2. d*) Naverrae 2. e) minimorum 2. f) Flandrenses 2. g) Flandria 1. h) nocive 2. i) sed 1. 2. k) vertibilitatem 1. 2. l) tristitia 2. m) et necis ac cladis 2. n) Mayo 2. o) Cisterciensis 1. p) eis 1. p*) vigesimus 2. q) Fernandus 1. r) Iohannae 2. s) et *deest* 1. t) in Francia *omisit* 2. u) Lothoringia 1. v) iis 1. w) vadimoniis *de Smet.* x) filius 2.

91) d. Martii 7. 92) Soluta tamen vincula comitum Flandrensium ante d. Ian. 16. anni 1305. 93) Enghien.

Ioannes Namurcensis et Guido et Henricus quandoque[a] in terra sua, quandoque[a] in Flandria se tenuerunt. Anno Domini

## 1306.

mense Maio obiit prudentissima domicella Philippa, ut predictum est sponsa unigeniti filii Edwardi, regis Anglie, filia Guidonis comitis, que, omnibus captivis ad naturale solum ex utraque parte redeuntibus, sola captiva curiali cum captivitate, utpote cum filiis et filiabus regis, remansit; et ut dicebatur, ne Robertus comes Flandrie et fratres eius per coniugium ipsius fortificarentur, dolosissime ab aliquibus eius dignitati invidentibus et regi
94 Francie faventibus fuit intoxicata[94]. Unde et iusto, ut dicitur, Dei iudicio Edwardus rex, qui sponsalia inter filium suum et ipsam contracta non exsequebatur, ut promiserat, circa finem istius anni finivit vitam, et successit ei filius eius.

Isto etiam anno et precedenti et subsequenti habita sunt parlementa[b] plurima et multi tractatus inter consiliarios regis et Flandrenses de forma emende fiende[c] regi. Quatuor enim arbitri, qui erant ex parte regis, erant magni et nobiles comites; quorum[d] unus erat[e] Ludovicus, frater ipsius ex parte patris; quatuor autem, qui erant pro Flamingis, erant milites non tam magne reputationis, videlicet Ioannes Kuuc[f], prudens et animosus miles de terra Brabantie, Ioannes de Scornaco[95], Gerardus de Zotteghem castellanus Gandensis
96 et[g] Gerardus Maurus[96]. Isti quatuor vel quandoque[h] tres vel duo cum procuratoribus villarum Flandrie[i] ad curiam regis et parlementa[k] ipsius properantes, partim minis, partim fraudulentiis et astutiis arbitrorum ex parte regis quandam litteram sigillaverunt[l], nescientes quid in ea scriptum erat, in qua continebantur multa contraria libertatibus Flamingorum, et que etiam excedebant formam pacis, que eis iuxta Insulas dabatur intelligi. Fuit enim in ea scriptum, quod munitiones omnes deberent destrui, quod Brugenses etiam darent tria milia peditum super proprias impensas[m] de malefactoribus suis, qui per unum annum essent, quando regi placeret, in expeditione guerre sue, et quando indigeret; et quod tota Flandria simili modo daret sibi sexcentos equites; quod etiam, si aliquis Flandrensium[n] offenderet notabiliter in aliqua villarum Flandrie[o] aliquem de servientibus et familia regis, statim illa villa esset sub ecclesiastico interdicto, et omnes faventes illi Flamingo essent excommunicati; multa etiam alia enormia fuerunt in ea conscripta et per modum dicti sive sententie octo arbitrorum. Que littera cum fuisset communitatibus[p] manifestata[q], multum sunt suis arbitris et procuratoribus indignantes, respondentes, se prius omnes mori, antequam se ad dictas servilitates[r] obligarent; unde et dicti arbitri et procuratores et alii aliqui nobiles, qui in dicta sententia bene consensissent, ut communitates, que valde erant ditate et fortificate per precedentes guerras et audaces ac potentes effecte, suppeditarentur, aliquotiens[s] fuerunt in magno periculo vite sue. Credebatur enim sepius, quod communitates eos occidissent, et certum est, quod ita evenisset, si aliquis de Francia vel Flandria fuisset tante audacie, quod dictam litteram executioni demandasset.

Mense Iulio, sole graviter estuante, duo fratres conventus nostri[t], unus sacerdos et alter diaconus, ad campos egressi, fluvium Lisam, ut creditur lavandi causa, in quodam loco secreto intrantes, miserabili infortunio sunt submersi. Anno Domini

## 1307.

1308. mense Ianuario Edwardus iuvenis, rex Anglie, accepit in uxorem, postquam sponsa eius Philippa mortua est, filiam regis Francorum Philippi. Unde Ysabella, soror Philippe, domicella prudens et pulcra valde, — de qua condictum erat et iuramento firmatum inter Edwardum regem et Guidonem comitem in colligantia quam fecerant, quod, si filius Edwardi non posset habere Philippam, que, ut premissum est, a rege Francorum in Flan-
98 dria fuit incurialiter et dolose capta[97], haberet Ysabellam, Philippa iuniorem[98], — videns, se privatam matrimonio regali, et sciens, fratres suos, Ioannem et Guidonem, multis aliis

a) quisque 2. b) parlamenta *de Smet.* c) faciendae *emendavit de Smet; cf. p.* 590 *l.* 9. d) quia 1. e) eorum erat 1. f) Kunc 1. g) *vid. infra;* et cast. Gand. 1. 2. h) quinque 2. i) Flandrensium 1. k) parlamenta 1. l) sigaverunt 2. m) expensas 1. n) Flandrensis 1. o) Flandrensium 1. p) comitatibus 1. q) manifesta 2. r) scurrilitates 2. s) aliquoties *de Smet.* t) minorum 1.

94) V. Annales Lubicenses a. 1301, Wilh. Egmondanum apud Matthaei l. l. T. V, 555. 95) Jean d'Escornay heer van Schorisse (prope Audenaerde) vel Jan van Gavre; v. van Heelu l. l. v. 4527 et 7645 not. 96) Vide supra p. 589. l. 1. 97) Vide supra p. 563. l. 17. 98) V. Rymer l. l. p. 852. 856.

occupatos negotiis, non esse sollicitos ad eam maritandam, relicto eorum consilio, de consilio Ludovici comitis Nivernensis, cognati et nepotis sui, sibi providit; accipiens in maritum nobilem virum, de sanguine regis descendentem et cognatum Roberti comitis Flandrie et filiorum eius, pulcrum, fortem et in redditibus divitem, Ioannem dominum de Fienes, quem dicebatur prius aliquo tempore adamasse. Propter quod inter Ioannem Namurcensem et Guidonem ex parte una, et Ludovicum ex altera gravis dissensio[a] orta est.

Eodem etiam mense quidam scurre in Gandavo, pro maiori parte iuvenculi et iuvencule, ad calcationem cuiusdam nove aree in quadam nova domo[b] ex condicto ad choreizandum circiter quingenti convenientes, in tantum superius in duobus[c] solariis et inferius in area choreizantes saltaverunt, quod paries domus lateritius et per consequens tectum eius discompaginati[d] corruentes circiter quinquaginta ex eis oppresserunt, qui et statim mortui sunt; reliquis summo cum pavore evadentibus mortem, quorum tamen centum fere vulnerati sunt graviter, vel atrociter interius conquassati.

Hoc anno, uno die, a papa et cardinalibus ac[d*] regibus ac principibus multis christianis ad hoc subtilissime statuto, omnes templarii in regnis Francie et Anglie et[e] Hispanie multisque partibus Ytalie capti sunt et prisionibus deputati, tamquam suspecti de enormi modo et scelerato profitendi et de ydololatria[f] et de vitio sodomie. Anno Domini

## 1308.

mense Maio, Albertus rex Alemannie a filio sororis sue in proprio horto[g] pugione confossus interiit; fuerat enim nepos suus in puerili etate patre duce Bavarie et matre orbatus, que soror fuit regis Alberti; et tenuit eum secum rex ut filium, et ducatum suum fecit gubernari. Qui cum ad annos discretionis et robur virile pervenisset, ab avunculo de aliquorum consilio licentiam et, ut[h] sibi terram patris sui redderet, sepe et instanter petiit. Quod cum rex nimis, ut sibi videbatur, differret et quasi de petitione sua non curaret, ob hoc eum sic interemit, et fugiens abiit in terram suam.

Circa etiam istud tempus Ioannes de Kuuc[i], unus de[k] arbitris ex parte Flandrie predictis, mortuus est. Gerardus Maurus, unus etiam ex eis, anno isto et precedenti, videns dolum et odium Francorum, ad parlamenta accedere noluit; unde Ioannes de Scornaco et Gerardus castellanus Gandensis, dominus de Zotteghem, reliqui duo arbitri, facti sunt communitatibus[l] Flandrie[m] odiosi, quia ipsi duo communiter parlamenta frequentaverant et videbantur per effectum magis regi quam ipsis communitatibus favere. Ioannes enim de Kuuc post initam pacem nisi semel vel bis ad parlamenta accessit. Mense Augusto ex parte[n] regis mandatum est in Flandria per Robertum comitem, quod communitates ex se procuratores eligerent, quelibet quinque vel sex de tribus magnis villis, scilicet de Ypra et[o] Brugis et Gandavo, qui cum ipso comite haberent plenam potestatem cum rege pacem componendi. Quos cum communitates elegissent[p], et venissent ad curiam regis cum comite mense Septembri, interrogaverunt eos consiliarii regis, si vellent stare de alto et basso totius delicti dicto regis. Qui responderunt, sicut eis a communitatibus suis fuit iniunctum, se libentissime velle stare rationabiliter dicto ipsius regis, salvis ipsorum vita, libertatibus et munitionibus, sicut ante Insulas fuit condictum; de quo condicto et publicum instrumentum, sigillo regis signatum, ostenderunt. Qua responsione dicti consiliarii multum indignati, monstraverunt eis quandam litteram, quam comes Robertus sigillaverat in ipsius presentia, in qua plurime servilitates et gravamina ipsis communitatibus iniungebantur et etiam ipsi comiti, que etiam littera[q] summam regis de forma pacis continebat. In quam sententiam quia dicti procuratores noluerunt consentire nec fuerunt ausi, post multam protractionem[r] parlamentorum dicto mense circa finem, negotio infecto, ad villas suas sunt reversi.

Ioannes autem marchio Namurcensis, qui presens aderat, sicut tempore aliquo erat inter regem et ipsum preordinatum, in uxorem accepit eodem mense filiam comitis Claremontensis, patrui regis, ipsique regi affinitate[s] est coniunctus; qui etiam rex inter ipsum

a) dissentio 2. b) novo novo 2. c) dubous 1. d) disconpaginati 1. d*) et 2. e) ac 1. f) idolatria 1. g) orto 2. h) ut *omisit* 2. i) Kunc 1. *saepius.* k) ex *aberrante oculo* 2. l) comitatibus 1. *saepius.* m) Flandrensibus 1. n) parte *omisit* 2. o) et *omisit* 2. p) eligissent 2. q) litteram 1. r) pertractionem 1. s) affinitate *deest* 2.

et Ludovicum comitem Nivernensem, cognatum suum, ut supra dictum est, graviter discordantes, pacem composuit.

Dux etiam Brabantie Ioannes, qui ibi erat, cuius amita[a] erat domina Maria, noverca regis, et omnes nobiles Francie et Flandrie cum ipso Roberto comite et fratribus suis ibidem dicuntur contra communitates Flandrie[b] convenisse, quod eas suppeditarent. Unde dicte communitates in villis Flandrie et campestribus pro maiori parte grave odium adversus regem et comitem et fratres eius et omnes nobiles et divites burgenses. dictam pacem cupientes, conceperunt; timentes, quod ad similitudinem aliarum terrarum, ubi vulgus communiter servum est, et ipsi in servitutem per nobilium et maiorum concordiam redigerentur.

Mense Novembri Philippus[c] comes Theatinus, filius Guidonis comitis et frater Roberti, qui erga regem in monte Pavellensi bellum habuit, in Ytalia mortuus est et in Neapoli sepultus.

Eodem mense orta est discordia in Flandria et aliis quibusdam terris inter monachos clericos Cysterciensis ordinis et conversos ipsorum, quia abbates eorum in quadam congregatione sua ordinaverant ante tempus istud, quod terre ipsorum sive agri, quos conversi solebant colere, secularibus ad colendum, sicut nigri monachi faciunt, sub annua pensione et reditu[c'] traderentur, intendentes ulterius laicos in conversos non recipere, et sic eos in suo ordine adnullare. De qua ordinatione et intentione[d] dicti conversi adversum abbates et monachos clericos, quibus hec placuerunt, grave odium conceperunt, unde
99 quidam frater Wilhelmus de Saeftingen[e] [99], conversus monasterii de Tozan[1] iuxta Brugas, vir fortissimus robore, propter hanc causam et propter aliqua gravamina, que dicebat sibi ab abbate suo et quibusdam aliis senioribus monachis clericis iniuste illata, dicto mense et in dicto monasterio ipsum abbatem atrociter vulneravit et quemdam antiquum monachum clericum, qui maius officium cellerarii[f] post abbatem habebat, crudelissime[g] occidit, fugiensque in turrim[h] ecclesie de Lisseweghe iuxta monasterium predictum, et in ea a
2 quibusdam amicis abbatis et monachorum obsessus, a Ioanne dicto Breidel[2], carnifice de Brugis et filio Petri dicti Regis, militis, quondam textoris, de quo supra dictum est, et circiter octoginta viris optime armatis de communitate Brugensi, de dicta turri[i], obsidentibus effugatis, eductus et Brugas adductus, sue libertati est restitutus ab eisdem. Causa
1302. autem amicitie[k] et favoris inter communitatem et ipsum fuit hec. Instante bello Curtracensi, de quo supra dictum est, prefatus conversus, vir procerus et robustus ac bene armatus, in Curtraco fuit cum Brugensibus. Qui videns quendam in exercitu Flandrensi habentem quandam[l] fustem[m] prevalidam esculinam, lamina ferrea in capite circumligatam, cum acutissimo ferro decalibrata[n], que lingua vulgari[o] vocatur *staf*, eam emit dans pro ipsa unam equam optimam, quam secum de monasterio suo adduxerat, et in bello predicto
1308. virilissime pugnans prostravit cum dicta fuste Francorum multitudinem copiosam. Ob quam causam, licet de Brugis oriundus non esset, tamen communitati Brugensi semper postea fuit acceptus et gratiosus, et ideo ipsum de morte vel saltem de perpetua incarceratione liberavit. Sed hoc comiti et nobilibus et maioribus ville Brugensis et terre Flandrie[p] multum displicuit, et merito, quia factum dicti conversi nimis crudele fuit et enorme.

Mense Septembri Henricus comes Lucemburgensis, cuius pater fuit frater Ysabelle, quondam comitisse Flandrie, et cuius mater filia fuit Balduini de Avenna, fratris Guidonis
1309. Ian. 6. comitis Flandrie, in regem Alemannie est electus, et sequenti festo epiphanie[q] Aquisgrani cum magna solemnitate et letitia suorum coronatus. Uxor autem ipsius tunc fuit soror Ioannis ducis Brabantie, cognata eius in secundo gradu per curie Romane dispensa-
1287. tionem. Ante multos enim annos, guerra existente pro ducatu Lemburgensi[r] inter Ioannem ducem Brabantie, patrem dicte uxoris[s] sue, et comitem Ghelrensem[t], qui etiam habuit filiam Guidonis ex secunda uxore, anno Domini 1287, mense Iunio, cum multis nobilibus et duobus magnis exercitibus convenerunt ad bellum iuxta Coloniam, in loco qui

a) amica 1. 2. b) Flandrenses 1. c) Phileppus 2. c') redditu 2. d) intensione 2. e) *ita emendavit de Smet*; Chaeftingen 1. Chaeftinghen 2. f) cellarum 1. cellurarum 2. cellularum *de Smet*. g) crudelissime *deest* 2. h) terram 2. i) terra 2. k) armaturae 2. l) quemdam 2. m) *neglexit hic suo more genus vocis* fustis *annalista*. n) decalibiata 1. o) vulgaria 2. p) Flandrensis 1. q) Epyphaniae 2. r) Lucemburgensi 1. s) sororis 1. t) Gelrensem 2. *saepius*.

99) V. Kervyn l. l. II, 165. 1) Ter Doest, abbatia ord. Cisterciensis prope Lisseweghe sita. 2) i. e. *Frenum*, conf. Anglorum *bridle*; v. infra p. 595. l. 22.

Woeronc[a] dicitur, fuitque cum comite Ghelrensi archiepiscopus Coloniensis et comes Lucemburgensis[b], pater istius regis, eo quod comes Ghelrensis filiam sororis, scilicet Ysabelle, haberet in uxorem. Concedente autem Deo victoriam Ioanni duci Brabantie, archiepiscopus et comes Ghelrensis a Ioanne capti sunt, et comes Lucemburgensis cum uno fratre legitimo[c] et duobus illegitimis, militibus[d] strenuis, interiit; et ideo pro reformatione et conformatione pacis iste filius suus filiam predicti Ioannis accepit in uxorem.

Circa finem istius mensis Ianuarii filia comitis Claremontensis, uxor Ioannis Namur- 1309.
censis, obiit, parvoque tempore regalibus nuptiis est potitus; vix enim diebus decem eam habuit sanam.

Mense Februario comes Robertus cum filiis suis et fratribus omnibus ad curiam recessit regis, tractaturus cum ipso, mediantibus amicis, de pacis confirmatione. Induxerat autem dictus comes cum filiis et militibus et maioribus fere omnibus villarum et clericis suis, quantum potuit, precibus[e] et minis aliquos ditiores de communitatibus, quod in predictam litteram[f], formam misere pacis continentem, consenserunt, confirmans[g] eis ipse et sui, quod si hoc facerent ob reverentiam regis, multam gratiam et remissionem multorum in ea contentorum ab ipso postea obtinerent. Consenserunt ergo in eam Gandenses et Yprenses; sed Brugenses nullo modo ad hoc induci potuerunt. Miserunt ergo ville principales procuratores suos cum comite; qui terra sua[h] egrediens, loco suo reliquit tres milites, qui eam regerent et balivos et scabinos, quando necesse esset[i], instituerent: duos nobiles viros, Wilhelmum de Nivella et Philippum de Maldeghem, et tertium quem pater suus et ipse de imo[k] in altum elevaverant, Egidium dictum, clericum, virum industrium valde et fortem. Qui Egidius circa finem mensis Februarii[l] a Ioanne dicto Frenum supradicto, non parcente dignitati et statui eius — erat enim consiliarius quasi summus comitis et loco eius — ob personale odium, quod erga eum habebat, Brugis est interemptus. Unde sciendum, quod quando Flandrenses cum rege guerrabant, inter se condixerant[m] legem servare talionis, quam et diu servaverunt. Sed postquam comes Robertus reversus est, voluit terram suam sub illis legibus tenere, sub quibus eam tenuerunt sui progenitores. Et ideo partes[n] terre tempore guerre quasi rarissime inter se pugnabant, sed, abiecta lege per comitem, tam in villis quam in campis fiebant homicidia plurima et horrenda, a tempore quo dictus comes reversus est, usque ad tempus istud.

Circa medium mensis Martii venit Robertus Nivernensis, iunior filius Roberti, de curia et parlamentis regis ad villas Ypensium, Gandensium et Brugensium[o], portans secum transcriptum littere, formam pacis continentis, petens instantissime ex parte regis et consiliariorum suorum et arbitrorum suorum et etiam ex parte patris sui, quem Parisius reliquerat, quod tam maiores quam minores in dictam formam omnes unanimiter voluntarie consentirent, alioquin[p] hoc essent facturi inviti, multas magnas eis ingerens minas. Consenserunt ergo in eam ad hoc maiores ditiores Gandenses[q] et Yprenses[r] et territoriorum suorum et parvarum villarum Flandrensium et territorii Brugensis; sed vulgus pro maiori parte, tacuit et dissimulavit, volens videre, quem exitum res haberet in villa Brugensi. Veniens autem Robertus Nivernensis Brugas et super aliis Brugenses alloquens, inito[s] consilio Brugenses dilationem septem vel octo dierum de respondendo, quia negotium arduum erat, petierunt a Roberto et obtinuerunt. Anno Domini

## 1309.

feria quarta post dominicam in ramis palmarum, que feria quarta crastina fuit annuntiatio- Mart. 26.
nis Domini[t], Brugensibus convenientibus ad respondendum Roberto Nivernensi, dissensio[u] facta est inter eos; nam liliardi, qui fere omnes ibi sicut in Gandavo ad propria fuerant reversi, et burgenses[v] et mangones et carnifices et piscatores in predictam formam pacis voluerunt consentire eamque sigillo ville concorditer sigillare. Sed Petrus Rex, textor quondam, postea miles, et Ioannes Frenum carnifex, et Ioannes Heine[w] fullo, et eorum sequaces cum omnibus textoribus, fullonibus et rasoribus pannorum et alii omnes mechanici vulgares, timentes[x] pellibus suis, — eo quod plurimi ipsorum multa mala, sicut in guerris

a) Woeroud 1. Wieronc 2. b) Lemburgensis *de Smet*. c) legittimo 2. d) multis 2. e) praecibus 2. f) literam 2. g) affirmans *perperam* 1. *cf. p.* 581. *n.* 1. h) terram suam 1. i) essent 2. k) ymo 2. l) mensis *omisit* 1. Frebuarii 2. m) *emend. de Smet;* conduxerant 1. 2. n) populus 2. o) Ypreosem, Gandensem et Brugensem 1. p) aliquin 2. q) Gandensium 1. r) Yprensium 1. s) initio 2. t) *leg.* beatae Virginis. u) discentio 2. v) *cf. p.* 565 *l.* 29. Brugenses 1. 2. w) Heme 2. x) timentibus 1.

fieri[a] solet, erga regem et Francos et liliardos commiserant, considerantes etiam principum et militum et nobilium armigerorum et maiorum et ditiorum in villis omnibus[b] adversus[c] se concordiam, ponderantes etiam quedam in dicta littera conscripta et dure accipientes, que supra sub anno 1306. posita non sunt, scilicet quod rex posset inquirere eos, qui fuerant principium et causa totius guerre et recessus terre ab ipso et punire, et quod etiam posset de terra accipere omnem securitatem quam vellet, — que tamen securitates ibi scripte non erant, — ex qua clausula coniecturabant, quod vellet accipere a terra multos obsides et auferre arma et quod etiam omnia contenta in littera rex posset semper in posterum secundum suum beneplacitum mutare et meliorare, et quod etiam, quicumque Flamingorum faceret contra aliqua in littera contenta, statim ipso facto esset excommunicatus, tali excommunicatione, quod ab ea absolvi non posset nisi a papa, et nec a papa[d], nisi ad regis requisitionem et voluntatem: nullo modo voluerunt consentire, immo cum[e] aliis scilicet[f] burgensibus[g] et mangonibus multum indignati ad arma currere ceperunt. Erat ergo timor et tremor maximus in villa de ferocissimo bello intestino; consentire enim non volentes erant plures numero et ad bella proniores et atrociores, licet alii essent ditiores et cautelosiores. Summa igitur cum festinatione quidam prudentes ex consentire volentibus, videntes se et suos in maximo positos periculo, consentire nolentes allocuti blande, eis persuaserunt, ut utraque pars concorditer quatuor bonos et fideles viros eligerent de villa, quos pro eis ad curiam regis procuratores et mediatores mitterent, inquisituros humiliter et investigaturos, utrum ab ipso rege aliquam gratam et mitiorem sententiam obtinere valerent; factumque[h] est ita, et indignatio consentire nolentium quievit.

Simili etiam modo alie ville Flandrie procuratores miserunt propter timorem vulgarium, quibus omnes nobiles et maiores suspecti erant, estimantium, quod totum pondus emende et punitionis in ipsos non in nobiles et maiores verteretur et quod in vilissimam redigerentur servitutem, si in predictam formam pacis unanimiter consensissent, per duram adversus[c] se tam Francorum quam Flandrensium nobilium et maiorum conceptionem.

Rex autem et consiliarii sui principes et nobiles omnes commotionem vulgarium et indignationem formidantes, ab hiis[i], que conceperant, dissimulare ad tempus statuerunt. Remansitque terra Flandrie[k] isto anno in aliquali[l] quiete, non tamen totali, quia Robertus comes, parum habens de propria industria, consilio usus aliquorum[m] minus de bonitate et veritate habentium, qui valde sub ipso ditabantur — erant enim munerum acceptores — tyrannizare[n] cepit et cupidus exactor[o] super omnes, quibus prevalere potuit, existere. Unde vulgares in Wasia circa finem istius anni erga ipsum rebellantes et commoti, ab eo congregante exercitum nobilium, dure sunt subiugati, factaque inquisitione circiter 25 capitanei ipsorum de terra Flandrie sunt banniti et quinque alii deprehensi crucifragio[p] interempti; villis tamen principalibus, quamvis plurimum ad hoc niteretur, prevalere non potuit, quia viriliter suas libertates defendebant.

Hoc anno nulla nova notabilia acciderunt, nisi quod in istius[q] estate innumerabiles vulgares de terra Anglie, Picardie, Flandrie, Brabantie, Alemannie se ipsos sine prelatorum consilio cruce signantes, ut terram sanctam conquirerent[r], versus curiam Romanam, que tunc erat in Avenione[s], ut concessum pape et cardinalium ac auxilium peterent, profecti sunt; quibus eis non annuentibus, quia duces valentes divites et potentes non habuerunt, qui indiscrete ierant, cum confusione ad propria redierunt. Anno Domini

## 1310.

circa medium mensis Maii, quatuor templarii, quibus crimen heresis et sodomie imponebatur, Parisius sunt concremati.

Mense Iulio comes Robertus maximum et fortissimum ac valde voluntarium pulcerrimumque de tota terra Flandrie[t] Flamingante inter Geraldi montem et Hannoniam versus Lessinum, ut superius[u] patet, a Flandrensibus ante annos destructum, congregavit exercitum[v], iurans per Deum, ipse et filii sui, multis maledictis se constringentes, si non implerent iuramentum, quod de tota guerra, que fere per 70 annos duraverat — licet

a) fiere 2. b) ditiorum omnium 2. c) adversum 1. d) et nec a papa *omisit* 2. e) *vox deest* 1. 2. f) scilicet *deest* 2. g) Brugensibus 1. 2. *cf. p.* 595. *n.* u. h) factum quod 2. i) iis 1. k) Flandria 1. l) aliqua 2. m) aliorum 2. n) tyrannizâre 2. o) executor 2. p) crurifragrio 2. q) ipsius 1. r) conquirerentur 1. 2. s) Avinione 1. t) Flandria 1. u) supra 1. v) excercitum 1.

aliquando interfluxerant aliqua intervalla treugarum, inter Margaretam aviam suam et patrem Guidonem ipsumque et fratres suos ex parte una, et Ioannem de Avenna fratremque suum Balduinum, fratres uterinos Guidonis, et postea Ioannem filium dicti Ioannis, comitem Hannonie et Hollandie, et Wilhelmum, nunc utrumque obtinentem comitatum ex altera, finem facerent[a], — finite enim tunc temporis inter ipsos erant treuge, — ipsumque[b] Wilhelmum cum eis pacem stabilem componere cogerent totam terram suam devastando, vel omnes in bello morirentur. Quod Wilhelmus pernoscens, eis cum pulcro quidem[c] comitatu equitum occurrit: sed pedites sui inermes erant respectu Flamingorum et pavidi corde et numero pauciores, quia de Hollandia et Zelandia nullos potuit habere, eo quod terram suam exire ad pugnandum contra Flandrenses noluerunt, sed solum ipsam[d] defendere, si ab eis invaderentur; quia comes Robertus copiosum etiam habuit exercitum super[e] littus maris et naves plurimas ad invadendum Zelandiam et Hollandiam, si bellatores earum exissent terra sua[f]. Videns itaque Wilhelmus tam validissimum et copiosum exercitum et optime armatum adversariorum peditum et maximam multitudinem equitum, quam de Francia adduxerant Ludovicus Nivernensis et comes et frater suus[3], et de Picardia Wilhelmus dominus de Nigella[4], frater comitis Roberti, et Ioannes de Fienes, qui habuit sororem ipsorum, et quam de Flandria contraxerat comes Robertus nobilium, militum et armigerorum et burgensium[g] liliardorum, qui in preteritis guerris[h] fuerant cum rege, sed modo corde cum comite, — tam propinqua enim erant castra hostilia, quod exercitus Hannonie de monticulo quodam bene exercitum Flandrie[i] in quadam sui monstratione vel ostentatione[k] et acierum ordinatione, dum in brevi bellum habere credebat, videre poterat, — licet esset valens miles dictus Wilhelmus, pertimuit bellum, expectare non audens; et ideo, agentibus Ioanne Namurcensi, fratre comitis Roberti et cognato Wilhelmi, et Gerardo domino de Zotteghem, quondam castellano Gandensi, mediatoribus et cum multo labore concordantibus partes, dictus Wilhelmus cum pulcra comitativa[l] equitum sine armis ad comitem Robertum in suis castris supplex venit, genua flexit, pacem petiit, fidelem amicitiam promisit eique homagium de insulis Zelandie fecit, ea conditione, quod Guidoni Namurcensi de tot redditibus, quantum insule valent, vel de equivalente terra satisfaceret et provideret. Spopondit[m] etiam pro se et suis heredibus, quod numquam terram Flandrie[n] ultra Scaldim[o] et nec terram quatuor officiorum, quas comes Robertus et pater suus a rege Alemannie[p] tenuerant et pater Wilhelmi et avus omnibus[q] modis habere volebant[r], tamquam propria et hereditaria bona peteret nec impeteret; et omnes amicos comitis Roberti de terra Zelandie et Hannonie vel heredes eorum, qui propter comitem Flandrie de terris suis expulsi erant vel bonis privati, ad propria et paterna bona restitueret et pacem stabilem conservaret, ponens fideiussores omnium predictorum prefatos mediatores cum tribus aliis baronibus divitibus et nobilibus Hannonie, tali conditione, quod si umquam veniret[s] ipse vel heres suus contra aliquod promissorum[t], omnia bona omnesque redditus[u] bene ascendentes usque ad valorem 25 milia librarum bone monete, que vel quos dictus Ioannes comes Namurcensis[v] et alii quatuor fideiussores in terra Flandrie[w] habuerunt, amitterent ipsi et heredes eorum, et statim ad ea comes Flandrie vel heres suus manus, ut ad propria bona, apponere posset. Sicque exercitus Flandrie[x], ut populus pacis et qui invite guerrant, nisi necessitate urgeretur, cum maximo gaudio ad propria remeavit.

a) faceret 2. b) ipsum 2. c) quodam 1. d) ipsum 1. e) supra 1. f) terram suam 1. g) Brugensium 2. h) bellis 2. i) Flandrensem 1. k) ostentione 1. ostensione *de Smet.* l) comitiva 1. 2. m) spospondit 1. n) Flandriam 1. o) Scaldam 1. p) Alimanniae 2. q) Wilhelmi . . . . omnibus 2. Guilielmi avus omnibus 1. r) volebat *de Smet.* s) numquam 2. t) praemissorum 1. u) reditus 1. v) at 1. w) Flandrensi 1. x) Flandrensis 1.

3) sc. Robertus. 4) In matrimonium duxerat filiam domini de Nigella, v. 560. l. 40.

# ANNALES PARCHENSES.

*Godefridus magnus Lotharingiae dux anno* 1129. *parchum inter orientem et meridiem Lovaniae civitatis situm et feris silvestribus deputatum Galtero abbati Sancti Martini Laudunensis ad construendam in eo abbatiam Praemonstratensis ordinis tradidit. Quo operi insistente, anno* 1132. *Simon primus abbas Parchensis ordinatus est, qui coenobio per decennium praefuit. Philippus, successor eius, anno* 1148.[1] *magnum opus bibliorum in membranis maximae formae conscribi iussit, cuius secundo volumine cycli inde a Christo nato usque ad annum* 1310. *inserti, adnotationibus historicis instructi sunt. Notae anteriores usque ad annum* 1148. *pro maiore parte ex Sigeberti chronica et annalibus Leodiensibus, Fossensibus, annis saepe mutatis excerptae, parvae utilitatis sunt, easque nonnisi inde ab a.* 909. *collectioni nostrae inserendas duxi, licet apographum a viris clarissimis Francisco Mone et Karolo Bernhardi Lovanii a.* 1829. *confectum nobisque ultro oblatum ad manus sit. Postquam autem codex Museo Britannico adquisitus, anno* 1853. *a me evolutus est, atque marginibus passim resectis et atramento evanido plures locos lectu difficiliores esse animadverti, annales iterum inde ab anno* 909. *exscribendos statui; quo facto textum quanta diligentia fieri potuit stabilitum, sed paucis locis imperfectum, iam proferimus. Adnotationes inde ab anno* 1148. *diversis scribis rerum aequalibus debentur, nonnumquam etiam eadem res a duobus scriptoribus diversis verbis narratur*[2]. *Codex inter supplementa codicum Musei Britannici numero* 14788 *signatus, initio voluminis primi imaginem clerici scribentis exhibet, pulpito rubro adsidentis, qui laeva cultellum, dextra pennam tenet. In fine tertii voluminis fundatio monasterii Praemonstratensium in Ninive seu Ninovia anno* 1137. *a Gerardo constabulario post Gislam coniugem defunctam septem monachis Parchensibus adscitis perfecta enarratur.*

1. Iohannes baptista nascitur. Hucusque Freculphus historiographus. Hic incipit cronica Marianus Scotus et Regino abbas Prumiensis . . . . . . . . . . . .

Sigeb. 909. Regino abbas Prumiensis cronicam suam ab incarnatione Domini inchoatam usque ad hunc annum perduxit.

Sig. 1028. 910. Wido musicus et Remigius grammaticus claruerunt.

Ann. Leod. 911. Ludowicus rex filius Arnulfi obiit in orientali Francia et mediana, et Conradus rex succedit.

912. Almannus monachus scripsit vitam Helene regine et translationem eius a Roma usque ad cenobium Altivillarense.

1) Folio ultimo tomorum primi et secundi legitur: *Anno milleno centesimo quadragesimo octavo incarnationis dominicae scriptus est liber iste in honore sanctae Mariae in Parcho.* 2) v. a. 1125. Lotharii successio, anno 1128. Willelmi Normanni successio in Flandria, a. 1167 et 1168 obitus Alexandri episcopi, a. 1239. electio Alardi abbatis, a. 1247. Heinrici ducis obitus.

913. Sanctus Odo Cluniacensium primus abbas ordinatur. [Sigeb.]

915. Anastasius papa 118. et post hunc Lando papa 119. [Sigeb]

916. Wibertus nobilitate et sanctitate claret in Gallia. [Sigeb.]

917. Iohannes Ravennas episcopus 120. Romanae aecclesiae praesidet annis 11. [Sigeb.]

918. Conradus rex obiit et Henricus succedit. [Ann. Leod.]

Hatto[a] episcopus Maguntinus Henricum ducem ad convivium invitat torque aurea fabricata que collo iniceretur, et sic perimeretur; sed dolo prodito frustratus episcopus post triduum morbo et angore periit. Conradus rex exercitum contra Henricum ducem mittit, in quem Saxones tanta cede debachati sunt, ut a mimis declamaretur, cunctique ammirantes dicerent, ubinam esset tantus ille infernus qui tantam cesorum multitudinem capere posset. [Sigeb.]

920. Obiit Stephanus episcopus. [Ann. Leod.]

921. Bellum Suessonicum. [Ann. Leod.]

922. Karolus capitur. [Ann. Leod]

924. Karolus rex occidentalis obiit. [Ann. Leod.]

925. Rodulfus rex subrogatur. [Ann. Leod.]

926. Sarraceni, qui totam Italiam laniabant, per militiam Iohannis pape et auxilium Romani Grecorum imperatoris ita atteruntur, ut ne unus quidem manus praeliantium effugere potuerit. Multi testati sunt apostolos Dei Petrum et Paulum in illo bello visibiliter apparuisse. [Sigeb.]

927. Lodwicus restituitur regno. [Ann. Leod.]

928. Karolus rex Francorum a comite Heriberto captus in custodia Perone truditur, ubi exul et martir moritur. Simeon Bulgar ex philosopho monachus, ex monacho miles factus, rex Bulgarorum fit. [Sigeb.]

929. Iohannes papa 121. praesidet annis 3. Hic a militibus Gidonis marchionis captus et in custodiam trusus, cervicali super eius os posito impie suffocatur. In cuius loco alter Iohannes subrogatus est. Alibi legitur Leo papa hoc loco presedisse. [Sigeb]

932. Stephanus papa 122. praefuit annis 2. Beneventani contra Grecos bellum agentes, quoscumque ex Grecis capiebant, eunuchos faciebant. [Sigeb.]

933. Otto filius regis Henrici uxorem ducit filiam Etmundi regis Anglorum. [Sigeb.]

934. Iohannes papa 123. praefuit anno 1. [Sigeb.]

935. Leo papa 124. praesidet annis 7. [Sigeb.]

936. Henricus rex obiit, cui filius Otto succedit, imperator 77. [Ann. Leod.]

937. Contra Ottonem imperatorem rebellat Giselbertus dux Lotharingie. [Sigeb.]

938. Obiit sanctus Odo Cluniacensium primus abbas. Giselbertus dux cum Everardo periit. [Sigeb.] Ludowicus rex uxorem eius accepit. [Ann. Leod.]

940. Otto imperator Parthenopolim, id est Magenburh, extruit et contra Sclavos munit. [Sigeb.]

941. Cometes apparuit et fames subsecuta est. [Ann. Leod.]

942. Marinus papa 125. praesidet annis 5. [Sigeb.]

943. Ungari Austrasiam et Alemanniam devastant et, Wormatie Reno transito, ad occeanum Gallias incursant. Saxones Ungarorum impetum frenant, eosque graviter cedunt. [Sigeb.]

944. Otto imperator Lotharingiam sibi subiugat et ubique inimicis intollerandus occurrit. [Sigeb.]

945. Obiit Richerus episcopus, succedit Uhogo. [Ann. Leod.]

946. Cenobium Gemmelacense a domno Guiberto fundatur. Agapitus papa 126. et postea Benedictus 127. annis 13. [Sigeb.]

Obiit Uhogo episcopus, succedit Farabertus. [Ann. Leod.]

948. Henricus frater imperatoris Ottonis in urbe Mersburh a fratre obsessus, proiectis armis ad pedes eius procidens, veniam poscit, et fidem spondens misericordiam consequitur. [Sigeb.]

949. Taxis rex Hunorum decem modios nummorum a Berengario rege accipit. [Sigeb.]

950. Otto imperator cum 32 legionibus Franciam ad liberandum Lodoicum aggreditur, qui eius metu mox a custodia relaxatur. Lugdunum capit, Hugonem intra Parisius concludit. Remum capit. Hugonis nepote expulso invasore, legitimum episcopum constituit, Lodoicum in regno constituit[b]. [Sigeb.]

951. Ottone imperatore secundam expeditionem in Franciam parante, Hugo rex virtutem eius non ferens, iuxta fluvium Charum ei occurrit, et pacis pacto ad nutum imperatoris facto, manus ei dedit. [Sigeb.]

a) batto c. b) costituit c.

A. L. 952. *Obiit Wicfridus archiepiscopus. Bruno succedit.* Mortuo Wicfrido archiepiscopo, Sig. Bruno frater Ottonis imperatoris succedit, qui quantus qualisque fuerit apud Deum et homines, lector discat in vita ipsius quam Rogerus luculenter descripsit.

A. L. 953. *Obiit Farabertus episcopus. Ratherius succedit.* a Bruno archiepiscopus ducatum Sig. Lothariensium post Conradum adeptus, cenobium sancti Pantaleonis Colonie construxit.

Sig. Bruno archiepiscopus et archidux Lotharingie secundas partes in regno fratris sui prudenter et industrie amministrat.

A. L. 954. *Ungri Gallias populantur. Lotharius regnat in occidente.*

A. L. 955. *Ratherius episcopus eicitur. Baldricus substituitur.*

A. L. 956. *Victoria de Ungris. Liedulfus rex obiit.*

A. L. 957. *Erluinus abbas excecatur.*

A. L. 958. *Raginerus capitur. Blandinium fundatur.* Iohannes papa 128.

Sig. 959. *Obiit sanctus Gerardus fundator cenobii Broniensis. Obiit Baldricus episcopus.* A. L. *Euracrus succedit.*

A. L. 961. *Otto puer a patre asciscitur in regnum.* Bruno archiepiscopus Rainerum Montensem Sig. comitem apud Valentias cepit, exilio dampnavit, eiusque bona fiscus occupavit.

Sig. 962. *Obiit domnus Guibertus fundator Gemblacensis cenobii.*

A. L. 963. *Otto puer fit imperator.* Euracrus episcopus duo monasteria in Leodio construxit, ecclesiam sancti Pauli et sancti Martini.

Sig. Otto imperator in terra Saxonica venas auri et argenti primus industria aperuit.

A. L. 965. *Obiit domnus Bruno episcopus. Fulmarus succedit.* 130. Iohannes papa.

Sig. 966. Imperator Otto dum partem exercitus ad Grecos misisset, ut filio suo Ottoni uxorem adduceret, Greci super eos irrunt et occidunt et capiunt; imperator hoc iratus vindicat, plures occidit, multos membris detruncat, sub tributo Grecos constituit.

Sig. 968. Constantinopolitani contra imperatorem suum Nicephorum insurgunt, ei causam sue calamitatis imponunt. Niceforus imperator timens a filiis suis expelli imperio quia senex erat, volebat eos eunuchizare. Regina quia filios suos nullo alio modo poterat liberare, suadet Iohanni filio suo Niceforum occidere et imperare. Iohannes itaque occulte cum funibus intravit palatium, et per ministros Niceforo laqueo gulam fregit et imperium arripuit.

A. L. 971. *Obiit Euracrus episcopus.*

A. L. 972. *Domnus Notcherus fit episcopus.*

A. L. 973. *Obiit Otto senior imperator. Alius Otto secundus eque imperator successit. Stephanus papa* 131.

A. L. Sig. 974. *Obsidio Buxudis. Obiit Ratherius episcopus. Obiit sanctus Udalricus episcopus.*

A. L. 975. *Gelu magnum a Kal. Novemb. usque ad medium Martium.*

A. L. 976. *Bellum aput Montem Castrilocum.*

Sig. 977. Notgerus episcopus multa in Leodio extruxit, cenobium sancti Iohannis in insula fundavit.

A. L. 978. *Lotharius rex Aquense palacium videre venit.*

Sig. 979. Mortuo Ottone seniore et Ottone iuniore imperante, Lotharius rex Francorum Lotharingiam invadit. Quem imperator persecutus Franciam intravit, totamque pervagatus, Remis, Laudunum, Suessionis, Parisius devastat, ecclesiis tantum parcens.

A. L. Sig. 980. *Lotharius cum imperatore pacem pactus est,* super Carum fluvium convenientes, ubi rex Lotharius Lotharingiam abiurat.

Sig. 981. *Stephanus papa* 132.

A. L. 982. *Bellum in Calabria. Sanctus Landoaldus in Gandavo transfertur.*

Sig. Otto imperator Appuliam et Calabriam, provintias Grecorum, ad Romanum transferre conatur imperium. Unde Greci nimium conturbati, Sarracenorum auxilio ei in Calabria congrediuntur, ubi Romani pene usque ad internitionem deleti sunt. Imperator autem natando evadere nitens a nautis capitur, quem a nautis non agnitum, Deodericus Metensium episcopus data pecunia liberavit; qui Romam veniens cito moritur, in natando frigore et labore vexatus, tedio quoque et angore deficiens.

A. L. 983. *Otto secundus imperator obiit, cui filius eius Otto tertius succedit.*

A. L. 986. *Lotharius rex obiit. Loduwicus filius eius succedit.*

A. L. 987. *Ludowicus rex obiit. Hugo successit.*

A. L. 988. *Karolus* dux Lotharingiae *Laudunum ingreditur.*

989. Remis sinodo congregata Arnulfus nepos Caroli ducis omnium iudicio exordinatus dampnatur, Gerbertus vero archiepiscopus substituitur; sed quibusdam ventilantibus causam, non potuisse degradari Arnulfum absque auctoritate pape, Gerbertus depositus ad imperatorem Ottonem se contulit. Quem ille Ravenne primo archiepiscopum, et postea papam constituit. Unde dictum est: „Scandit ab R. Gerbertus ad R.“ Obiit Karolus dux. Otto filius ei succedit in ducatu Lothariensium. Sig.

*Marinus papa* 133. Sig.

992. *Obiit sanctus Maiolus* 3. *abbas Cluniacensis.* Sig.

993. *Fulbertus episcopus Carnotensis claret.* Sig.

994. Ansfridus comes Brabentorum tam iusticia quam potentia famosus, deposito militie cingulo tonsoratur, eoque profecit ut episcopus Ultra-Traiectensis ordinaretur. Sig.

995. Odilo abbas Cluniacensis obtinuit, ut post memoriam omnium sanctorum sequenti die quotannis agatur memoria omnium fidelium defunctorum. Sig.

996. *Mortuo Hugone rege, Robertus filius eius successit. Silvester papa qui et Gerbertus* 134. A. L.

Gerbertus qui et Silvester papa 134. praesidet annis 3. Hunc quidam inter alios non annunciant, quia nichromanticum fuisse affirmant. Sig.

998. *Obiit Ebergerus archiepiscopus. Heribertus*[a] *successit. Agapitus papa* 135. A. L. Sig.

999. Crescens Romanorum patritius contra imperatorem rebellat. Imperator eum orto bello victum capit, et iumento averse impositum circumducit, et ante Urbem suspendit. Uxor autem Crescentis amorem similat, imperatori poculum mittit, quo ille consumptus in Italia deficit. Sig.

1000. *Terrae motus factus est permaximus.* Cometa apparuit, et multa alia prodigia eodem anno visa sunt. A. L. Sig.

1002. *Obiit Otto imperator. Heinricus successit, nepos eius,* 80. *imperavit annis* 22. A. L.

1003. Mortuo Ottone duce, Godefrido Ardenensi comiti ducatus datur Lotharingiae. Sig.

*Octavianus papa* 136.

1004. Gens Ungarorum ad fidem Christi convertitur per Gislam sororem imperatoris, quae nupta erat Ungarorum regi. Rex dum baptizatur Stephanus nominatur, per cuius merita tota Ungaria illuminatur. Sig.

1005. *Hilpericus scripsit compotum suum.* Sig.

1006. *Fames valida, apparente longo tempore comete.* A. L.

Rex[b] Heinricus obsidet Valencinnes, quod Balduinus comes Flandrie praeripuerat. Sed imperator inefficax de obsidione redit, igitur contra Balduinum se erigit, totiusque Flandrie excidium minatur. Ac primo totum belli impetum contra Gandavum vertit, depopulataque terra, incendio, cede cuncta replet. Balduinus comes Flandrie imperatori satisfaciens, Valentias reddit, datisque obsidibus manus ei dedit. Sig.

1008. *Obiit Notkerus. Baldricus successit.* A. L.

1009. Leo papa 137. praesidet annis 9. Sig.

1011. Henricus imperator Godefridum ducem in fines Brabentorum mittit ad obsidendum Lovanium. Interim Baldricus episcopus Leodiensis dum Hugardis muniret, a Lamberto comite Lovaniensi gravi dampno atteritur. Sig. Sig.

1012. *Henricus rex pasca celebravit Leodii.* A. L.

1013. *Terrae motus factus est circa meridiem.* A. L.

*Sanctus Macharius archiepiscopus Antiochenus obiit in monasterio sancti Bavonis in Gandavo.*

1015. 2. *Idus Sept. bellum in Florindis inter Godefridum ducem et Lambertum comitem, in quo Lambertus periit, et homines plus minusve* 400 *occisi.* A. L. Sig.

Godefridus dux comitatum Montensem depopulatur; quem Reinerus cum patruo suo Lamberto comite Lovaniense insecutus, apud Florinas cum eo pugnavit, ubi multis peremptis, et ipse Lambertus occubuit. Sed hoc mirabile quod quamdiu ipse comes philacterium in collo habuit, nec vinci nec ledi potuit, ablato autem et vincitur et perimitur. Sig.

1017. *Benedictus papa* 138.

1018. *Bellum in Fresonia inter Godefridum ducem et Theodericum comitem.* A. L.

*Obiit Baldricus episcopus. Wolbodo successit.* Godefridus missus dux ab imperatore ad debellandum Arnulfum Flandrensem et Frisones qui ei consenserant, repente vox quasi Sig.

a) horibertus *c.* b) *superscr.* imperator.

desuper veniens sonuit: „Fugite, fugite". Sicque cunctis in fugam versis, multi a paucis Sig perimuntur, dux ipse capitur. Dux Godefridus per imperatorem a captivitate[a] solvitur, et non multo post moritur, frater vero eius Gozelo in ducatu substituitur.

A L 1021. *Obiit Wolbodo episcopus. Durandus successit. Obiit Heribertus archiepiscopus. Pilegrinus successit.*

1022. *Ecclesia Gemblacensis dedicatur.*

A L 1024. *Obiit Heinricus imperator. Cunradus successit. Iohannes Portuensis episcopus* Sig *Romane aecclesiae praesidet* 139.

A L 1025. *Obiit Durannus episcopus. Raginardus successit.*

A L 1026. *Raginardus episcopus cenobium sancti Laurentii in monte publico constituit.*

Sig 1027. *Conradus rex Romae in pascha in imperatorem benedicitur.*

A L 1028. *Heinricus puer filius Conradi imperatoris in regnum sublimatur Aquis.*

A L 1029. *Conradus imperator contra Sclavos proficiscitur.*

A L 1030. *Conradus imperator contra Ungaros proficiscitur.*

A L 1031. *Obiit Robertus rex Francorum. Heinricus filius eius successit.*

Robertus Wiscardus a Normannia in Appuliam venit, ubi contra inimicos et super inimicos in tantum praevaluit, quod totam Apuliam sibi subiugavit.

Sig 1033. *Eclypsis solis circa meridiem 3. Kal. Iulii, luna 27.*

Sig 1034. Burgundia in provintiam redacta est, que a tempore Arnulfi imperatoris, per annos plus minus 130, reges habuit.

Sig 1035. Frederico duce sine filiis mortuo, Gozeloni duci Lotharingie, additur ducatus Mosellanorum ab imperatore.

A L 1036. *Obiit Pilegrinus archiepiscopus. Hermamus succedit.*

A L *Henricus rex uxorem ducit filiam regis Anglorum.*

A L Sig 1037. *Bellum aput Barum, inter Gozelonem ducem et Odonem comitem,* ubi Odo perimitur et exercitus eius contritus fugatur et capitur.

A L 1038. *Obiit Raginardus episcopus. Nithardus succedit.*

Sig Henricus comes Lovaniensis Brosellis in domo sua[b] a quodam Harsmanno captivo perimitur.

A L 1039. *Obiit Conradus imperator. Heinricus filius eius succedit* 80.

A L 1040. *Rex Heinricus contra Odolricum ducem Boemie vadit, sed inefficax redit.*

A L 1041. *Rex Heinricus Odolricum ducem Boemiae subiugat.*

A L Sig 1042. *Obiit Nithardus episcopus. Watho succedit.* Rex Heinricus contra Ungaros vadit.

Sig 1043. Rex Heinricus cum paucis Obonem de bello fugavit, et lanceam insigne regis recepit. Petrum vero quem Obbo expulit regno Ungariorum restituit.

Sig 1044. Gothelo dux obiit. Godefridus filius eius paterno iure privatus rebellat.

Sig Gozelo dux obiit, cuius filius Godefridus, quia ei ducatus Mosellanorum denegatur, altero ducatu repudiato rebellat. Qui ab imperatore captus filium suum obsidem dedit, et ita relaxatur[c]. Quo mortuo in custodia, iterato contra imperatorem rebellat. Fames valida. Benedictus papa.

Sig 1045. Godefridus capitur et custodiae mancipatur.

A L 1046. *Henricus rex fit imperator, et tres pape ab eo deponuntur.* Clemens papa 140.

Sig Poppo qui et Damasus papa 141.

Sig Benedictus Romane aecclesiae invasor, cum esset rudis litterarum, alterum ad vices ecclesiastici officii exequendas secum papam consecrari fecit; quod cum omnibus, exceptis his qui pecunia corrupti erant, intollerabile videretur, accersito imperatore Heinrico simoniacus removetur, et Suidigerus Bavenbergensis episcopus, qui et Clemens papa 140, subrogatur, homo catholicus.

Sig Godefridus cum Balduino rebellat comite Flandrie.

A L 1047. *Godefridus* et Balduinus comes Flandrie *palacium Neomagi incendit. Virdunum capit et incendit.*

A L 1048. *Obiit Watho episcopus. Deoduinus successit. Dux Albertus a Godefrido perimitur.*

A L 1049. *Heinricus imperator contra Balduinum* Flandrie *proficiscitur. Balduinus satisfacit imperatori Aquis.*

Sig 1050. *Bruno Leucorum episcopus Romane ecclesie* 142. *praesidet, Leo dictus.*

Sig Leo papa sanctus. Obiit Odilo sanctus, 4. abbas Cluniacensis.

a) captitate c. b) suo c. c) relexatur c.

1051. *Balduinus cum filio suo Balduino rebellat invaso monte Castriloco.* A. L.

1053. *Balduinus iunior Tudinum incendit. Balduinus maior cum iuniore Hoium vastant et incendunt utrinque.* A. L.

1054. *Imperator Balduinum totis viribus populatur. Tornacum capit.* Victor papa 143. A. L.

1055. *Hermannus archiepiscopus obiit. Anno succedit.*

1056. Gebahardus qui et Victor, Eistadensis episcopus, papa 143. praesidet annis 5. Sig.

*Obiit Heinricus imperator. Heinricus filius eius succedit annis* 50. A. L.

1058. Fredericus filius Gozelonis ducis, ex clero Sancti Lamberti, 7. levita Romanae aecclesiae, apud Cassinum primo monachus postea abbas factus. Stephanus dictus Romane ecclesiae 144. praesidet annis 2. Sig.

Stephanus papa 144. Sig.

1059. Gerardus Florentie episcopus qui et Nicolaus papa 145. annis 9. Nicolaus papa 145 Sig.

1060. *Heinricus rex Francorum obiit. Philippus filius eius successit.* Sig.

1061. Domnus Hermannus compotum suum edidit. Hic a primeva etate a renibus deorsum contractus, toto vitae tempore ambulandi usu privatus, absque humano magistro in omni liberali scientia omnino perfectus philosophus apparuit. Sig. nota

1063. *Hic finitur cyclus Dyonisii.* Sig.

1064. *Alexander Lucensis episcopus papa* 146. Sig.

1065. *Frederico duce mortuo Godefridus ducatum recepit.* Sig.

1066. *Cometes apparuit, et Willelmus comes*[a] *Normannorum ingressus est Anglorum terram.* Obiit sanctus Theobaldus heremita et monachus. Sig. Sig.

1067. *In Gandavo sanctus Macharius elevatur.* cf. Sig. c. Bland.

1068. *Balduinus comes Flandrie potentissimus moritur.*

1069. *Facta est pax inter duos comites Lambertum et Balduinum.*

1070. *Godefridus dux obiit, filius eius equivocus patris successit,* gibbosus et deformis, animi tamen virtute eximius. Rome duobus de papatu contendentibus, mediante Anno archiepiscopo, Alexander in sede apostolica confirmatur. A. L. Sig.

1072. Obiit Balduinus comes Flandrie qui in Hasnun sepultus est, cui succedit Arnoldus filius puer. A. Laub. Sig.

1073. Dissensio inter regnum et clerum pro dandis episcopatibus. Saxones rebellant. Sig.

Anno archiepiscopus obiit. Qui inter alia facta praeclara Sigenbergense cenobium fundavit et extruxit. Henricus imperator coacto Wormatie concilio 24 episcoporum, omnia decreta Hildebrandi, qui et Gregorius papa dicitur, in irritum ducit. Ibi eum abiurant, et papatu abdicandum iudicant. E contra Gregorius imperatorem excommunicat, sub hoc optentu ut primates regni[b] quasi iusta ex causa excommunicato regi contradicant. Sig.

1074. Bellum apud Casletum inter Arnoldum comitem Flandrie et Robertum patruum suum. Arnoldus perimitur et Robertus comes efficitur. Sig.

1075. *Bellum in Saxonia in quo Saxones perimuntur. Obiit Deoduinus episcopus. Heinricus successit.* A. L.

1076. Ducem Godefridum gibbosum sicarius interimit, cultello[c] feriens per secreta nature, dum ad purgandum alvum in secessum sederet. A. L.

1077. Comes Reinerus in Hasbania interfectus est.

1078. Hyems dura atque aspera invaluit a Kal. Novembr. usque in letaniam maiorem.

1079. Comes Henricus Francoque interierunt.

1081. *Terrae motus* inter vesperam et noctem. *Rex Heinricus Romam vadit Hildebrandum debellaturus.* A. L.

1083. *Rex Heinricus Romam Leonianam capit, Romam obpugnat.* A. L.

Imperator Heinricus in pentecosten Maguntie concilio habito, Gregorius abdicatur, Sig.
Wicbertus Ravennates episcopus papa designatur. Inde imperator Romam expugnare 1079. 1081.
contendit, et suum papam introducere. Itaque Italiam petens Romam obsidet et debellat, 1083. 1084.
ubi ab omnibus Gre orius abdicatur, et Gicbertus Ravennatis in sede apostolica intronizatus, Clemens nominatur. Romanae urbis senatus et populus cum tota fere Romana aecclesia imperatori eiu que pontifici manus tradunt. Causam vero discordie in Gregorium retorquentes, ab eo discedunt. Itaque imperator patricius Romanorum constituitur, Urbeque receptus, pater patrie appellatur. Gregorius fugiens ad Normannos se contulit.

a) superscr. dux. b) regni — contradicant *iam abscisa, ex Sigeberto a.* 1077. *supplevi.* c) custello c.

A. L. 1084. *Rex Heinricus Urbe recipitur. Hildebrandus expellitur. Wibertus qui et Clemens papa sufficitur, ab eo rex Heinricus in imperatorem benedicitur.*

Sig. 1085. Hildebrandus papa obiit[a].

Sig. 1086. Obiit sanctus Anselmus Lucensis episcopus. Affligemense cenobium fundatur.

A. L. 1087. *Translatio sancti Nicolai a Mirrea Liciae in Barum Apuliae.*

A. L. 1089. *Annus pestilens multis hominum sacro igne putrescentibus.*

1090. Desiderius abbas Cassinensis, qui et Victor papa, 148. praefuit annis 3.

cod. Sig. Cnuto rex Dacie in aecclesia ab omnibus suis interficitur.

A. L. 1091. *Obiit Henricus episcopus. Obertus succedit.*

Odo episcopus Ostiensis, qui et Urbanus papa, 149. praefuit annis 10.

1092. Domnus Sigebertus scripsit contra errorem Dionisii librum qui Decemnalis appellatur.

Sig. 1093. Godefridi gibbosi ex Ida sorore nepoti Godefrido tandem ducatus datur Lotharingie.

A. L. 1094. *Mortalitas hominum maxima.*

1095. Obiit Henricus comes Lovanie apud Tornacum interfectus. Robertus comes Flandrie obiit. Robertus filius succedit.

A. L. 1096. *Hic crucifixorum*[b] *exercitus tendit Iherusalem. Cometes apparuit.*

Sig. 1097. Christiani paganos primo bello vincunt 9. Kal. Martii apud pontem fluminis Pharphar. Secundo capta Nicea, tertio Nonas Martias Anthiochia nono obsidionis suae mense capitur, in qua christiani versa vice obsessi, paganos tercio praelio vincunt.

Sig. 1099. Divisione apostolorum Iherusalem a christianis capta est. Godefridus dux rex Iherusalem constituitur.

L. 1099. 1100. *Fridericus fit Coloniae archiepiscopus.* Urbanus et Clemens de papatu contendentes, moriendo finem faciunt. Succedit Raginerus qui et Pascalis papa 150. praesidet annis 17.

A. L. 1101. Heinricus imperator Henricum Lemburgensem debellat, eique postea ducatum donat. Paschalis papa.

ibid. 1102. *Heinricus imperator contra Rotbertum Flandrie proficiscitur,* sed inefficax rediit. Willelmus Bastart rex Anglorum, vir in censura iusticie singularis, obiit. Successit eiusdem nominis sed non eiusdem virtutis filius eius, Willelmus Rufus, hostis religionis et omnibus bonis contrarius.

ibid. 1103. *Rotbertus Flandrensis in gratiam imperatoris recipitur.*

ibid. 1105. *Heinrici imperatoris filius Heinricus in patrem suum insurgit.*

1106. In quadragesima cometes apparuit. Filius contra patrem regnum[c] invasit.

A. L. 1105. 1106. 7. Idus Augusti *Henricus imperator obiit Leodii.* Eodem anno Colonia obsessa est. *Maginolfus qui et Silvester fit papa* contra Paschalem.

1108. Magna dissensio inter clerum et populum facta est. Obiit Philippus rex Francorum.

A. L. corum. Ludowicus filius eius successit.

Sig. Godefrido comiti Lovaniensium ducatus Lothariensium datur ab imperatore Henrico iuniore.

1109. Obiit Anselmus Cantuariensis episcopus.

A. L. 1110. *Sanctus Guibertus elevatur.*

1111. Cometes apparuit mense Iulio. Sedata dissensione inter regnum et sacerdotium,

A. L. *Heinricus rex in imperatorem Romae benedicitur a Paschali papa.*

1112. Willelmus rex Anglorum perimitur a suo milite sagittam in incertum dirigente in venatione. Cui successit frater suus Henricus, vir multarum virtutum insignis.

S. cont. 1113. Circa Tornacum 9. Kal. Maii nix tanta cecidit ut etiam silvas fregerit.

1114. Waldericus episcopus Laudunensis a civibus perimitur et ecclesia conburitur. *Heinricus imperator uxorem ducit filiam regis Heinrici Anglorum.*

A. L. 1115. *Fridericus Coloniensis archiepiscopus et alii quidam principes regni rebellant Heinrico imperatori.*

A. L. 1108. Heinricus imperator contra Robertum Flandrie pergens Duacum obsidet, sed inefficax rediit.

A. L. 1116. *Heinricus imperator propter asperos in se regni motus ad Italiam secedit, et terram Mathildis marchise Longobardorum iure hereditario possidet.*

a) *vox deest c.* b) *intellige* cruciferorum. c) regnum *bis c.*

1117. Robertus comes Flandrie moritur, qui in expeditione Iherosolimorum insigni laude claruit. Cui succedit filius suus Balduinus.

1118. *Obiit Otbertus episcopus. Succedit Fridericus.* A. L.

1119. *Pascalis papa obiit. Iohannes Gaitonus, qui et Gelasius, succedit papa* 151. Cuius A. L. electioni imperator non consentiens, Bordinum superordinari fecit. Qui a Calixto captus et nudus asello impositus, per plateas ignominiose ducitur, et in cavea tandem detruditur. Gelasius vero in provintiam vadit.

1121. *Obiit Fridericus episcopus. Succedit Adalbero.* A. L.

Gelasius cito finitur. Cui succedit Guido Vigennensis archiepiscopus, qui et Calixtus, papa 152. praesidet.

1122. Balduinus comes Flandrie moritur sine uxore et liberis. Cui Carolus filius amite cf. A. Bland. sue et Cnutonis regis Danorum successit. Domnus Norbertus praedicare incepit.

1125. *Heinricus imperator obiit. Lotharius dux Saxonum* succedit 85. Honorius papa A. L. 153. praesidet. Lotharius dux Saxonum Aquis in regem benedicitur a Frederico Coloniae archiepiscopo.

1127. Ordinatur domnus Norbertus in episcopum.

1128[a]. Occiditur Karolus comes Flangrensis a propriis militibus in ecclesia. Willelmus Normannus uno anno succedit.

Karolo comite Flandriae occiso, Willelmus filius Roberti comitis Normanniae nepos eius succedit uno anno; post unum vero annum cognoscentes tirannidem eius et quia terram in servitutem redigere parat, quidam barones eius et cives cum eis Gandenses ei rebellant, et Theodericum filium amitae Caroli comitis in dominum eligunt. Gillelmus vero viriliter se defendens cum Godefrido duce Lovaniensi[b] . . . . . . . .

*Obiit Adalbero episcopus, Alexander successit*[c]. Ann. Foss.

1129. Parchus tale initium habuit. Godefridus magnus dux Lotharingiae, idem et marchio et comes Brabanciae, ipsum Parchum feris silvestribus deputaverat; quem in meliores usus Deo annuente convertens, ad construendam in eo abbatiam Praemonstratensis ordinis, domno Galtero abbati Sancti Martini Laudunensis, filiis suis Godefrido et Henrico[d] annuentibus, tradidit. — Bellum apud Sanctum Trudonem.

1130. *Gregorius Innocentius dictus* et Petrus Anacletus eliguntur, et Petro post 8 annos mortuo Innocentius succedit et solus 5 annis praefuit.

1132. Hic ordinatur domnus Symon, primus abbas Parchensis.

1134. Obiit domnus Norbertus, Magenburgensis archiepiscopus et fundator loci et ordinis Praemonstratensis 8. Idus Iulii[e].

1136. *Obiit Alexander episcopus, Adalbero II succedit.* ibid. 1134. 35.

1137. *Obiit* rex *Lotharius. Conradus succedit* imperator 86.

1140. Obiit Godefridus dux magnus.

1141. Obiit Henricus comes, filius eius

1142. Obiit Godefridus dux iunior, frater Heinrici comitis. Godefridus, unius anni puer, succedit. Obiit domnus Symon, primus abbas de Parcho. Succedit domnus Phylippus, secundus abbas.

1144. *Obiit Gregorius, qui et Innocentius, papa* 154. *Guido, qui et Celestinus, succedit* 155. Ann. Foss.

1145. *Obiit Adalbero II episcopus; succedit Heinricus, secundus huius nominis episcopus.* ibid.

1146. *Obiit Gerardus, qui et Lucius, papa* 157, *Bernardus, qui et Eugenius, papa II succedit* 157. Hoc anno dabantur 34 solidi pro uno modio frumenti

**1147. Hoc anno perrexit imperator Conradus et rex Francorum et comes de Flandria Ierusalem, et eodem anno devicta est Lesboneth[f] [3].**

**1149. Hoc anno celebrata est synodus Remis sub Eugenio papa Letare Ierusalem, ubi Eys[g] hereticus de Brittannia dampnatus et in porta Martis incarceratus, in ipso anno moritur.**

**1152. Obiit Conradus imperator 86, Fridericus 87. sororis[h] eius filius succedit.**

**Obiit Eugenius papa II. Conradus, qui et Anastasius, 158. succedit.**

**1153. Obiit domnus Bernardus, primus abbas Clarevallensis. Aschalon a rege Ierosolimitano capitur.**

a) *inde adnotationes diversis scribis debentur, et ab a. circiter* 1148 *et* 1153 *quam plurimum rebus aequales sunt.* b) *linea abscisa.* c) § | *c.* d) H. *c.* e) Iu *abscisis reliquis codex.* f) *aut* leſboneth. g) eyſ *codex; fortasse* Eus *legendum; cf. Ann. Gemblacenses.* h) *ita codex.*

3) i. e. Olisipona.

1154. Obiit Anastasius papa. Succedit Adrianus Anglicus 159.

1155. Godefridus dux coniugem duxit sororem ducis de Lemburg.

1157. Theodericus comes Flandrie tercio Iherosolimam perrexit; cuius uxor domna Sibilia contra voluntatem eius in Bethania sanctimonialis efficitur.

4 1159. Grenbergis[4] captum et destructum est a Godefrido duce Lovanie Kalendis Octobris. Filvort[5] et Netlar capiuntur a Grenbergensibus. Obiit Adrianus papa. Duo eliguntur Rotlandus qui et Alexander, Octavianus qui et Victor papa 160.

1162. Mediolanum captum et destructum est a Frederico imperatore 9. Kal. Aprilis, quarto anno obsidionis.

1164. Tres[a] reges qui stella duce ab oriente venientes Dominum[b] adoraverunt, de Mediolano apud Coloniam transferuntur[c]. Obiit Victor papa. Wido qui et Paschalis 161. succedit.

1165. Obiit Henricus episcopus Leodiensis. Succedit Alexander. Elevatio Karoli regis Aquisgrani. Heinricus dux nascitur.

1166. Domnus Philippus, secundus abbas huius aecclesie, urgente . . . na[d] podagra infirmitate, abbatie abrenuntiat, et se ad domum[e] suam, scilicet ad aeclesiam sancti Martini Laudunensis, transfert. Domnus Thomas, tertius abbas huius aeclesie, ordinatur.

1167. Obiit Alexander episcopus Leodiensis. Succedit Rodulfus.

1168. Principes[f] Romanorum cum[f] Frederico imperatore eo tempore seviente pestilentia intolerabili occubuerunt, inter quos nobilissimus Reinaldus Coloniensis episcopus cum Alexandro Leodiensi[g], et dux Rodenburgensis; vulgi autem qui occubuit[h], nobis Parcensibus[h] non habetur numerus.

6 1169. Hoc anno exercitus ducis, et multi interfecti sunt Trazengis[6] a comite Balduino de Henav. Sanctus Thomas Cantuariensis archiepiscopus martirizatur.

1172. Margarita uxor ducis Godefridi mortua est, et Hugo frater ducis Godefridi et Theodericus comes de Cleve et Ludovicus comes de Los.

1176. Templum sancti Petri in Lovanio combustum est.

1180. Godefridus dux perrexit cum archiepiscopo Coloniensi ad debellandum ducem Saxonum. Henricus filius suus accepit uxorem.

1183. Hoc[i] anno castrum Iacea destructum est ab Heinrico filio Heinrici ducis et Doraz et Hunef[7]. Dux Godefridus perrexit Iherusalem, et filius eius Heinricus miles efficitur.

1185. Templum sancti Lamberti in Leodio et claustrum sancti Wiberti in Gemblaco combustum est.

1187. Iherusalem capitur a paganis et Accaron et tota pene provintia.

1190. Obiit Fredericus imperator. Philippus archiepiscopus Coloniensis[k] . . . . . . . . .

1191. Resignante Philippo abbate Daniel succedit, quintus abbas huius ecclesie. Accaron occupatur a christianis. Post Danielem succedit Sebastianus, sextus abbas. Eodem tempore interfectus est Albertus, filius ducis Godefridi, Leodiensis episcopus, foris muros civitatis Remis.

1192. Obiit[l] Philippus abbas huius ecclesie. Obiit Philippus comes Flandrensis.

1197. Heinricus dux profectus est Iherusalem. Heinricus imperator obiit. Hoc anno vendebatur modius frumenti 63 solidis et modius siliginis 53, modius vero ordei 30 et amplius, et multi fame perierunt.

8 1203. Castrum Husden[m.8] Henricus dux Brabantie destruxit, et comitem Hollandie cepit et comitem Gelrie similiter cepit.

1207. Heinricus filius ducis Heinrici natus est.

1209. Godefridus filius ducis Heinrici nascitur.

1210. Milleno biscenteno deno cadit anno
Sevis seva, piis pia facit amica Mathildis.

Christiani contra Abygeos bellaturi proficiscuntur.

1212. Anno milleno biscenteno duodeno
A duce victa ruit Legia quanta fuit[n].

a) | s *codex.* b) *vocem supplevi.* c) runtur *supplevi.* d) *fortasse* diuturna. e) omum *codex.* f) *voces dubiae.* g) . . . . ensi *c.* h) *vox dubia.* i) Hoc a *supplevi.* k) *obiit anno sequenti.* l) Obiit Phil *supplevi.* m) husden *c. habere videtur.* n) *vox deest.*

4) Grimbergen a septentrione Bruxellae. 5) Vilvorde. 6) Trazegnies a meridie Nivellae. 7) Iauche, Duras, Hannuye. 8) Heusden.

Exidii gestis crucis est inventio testis;
Festo namque crucis urbs ruit en celebris[a].
Ascensus Christi se festo iunxerat isti;
Dux in Marte tuo festa fuere duo.

1214. Heinricus dux Lotharingie duxit uxorem filiam regis Francie.

1221. Facta est inundatio apud Lovanium, que transivit refectorium versus atrium.

1225. Templum sancti Mychaelis in Lovanio cecidit in festo beati Gregorii.

1226. Domnus Ywainus abbas obiit. Henricus dux miles efficitur.

Eodem anno domnus Henricus, octavus abbas, in abbatiam eligitur, qui rexit ecclesiam annis 13[a*].

1229. Obiit domnus Hugo Leodiensis episcopus, successit Iohannes.

1231. Godefridus miles efficitur.

1234. Henricus, maior filius ducis Henrici Lotharingie, fecit victoriam contra hereticos de Stedingen, qui omnes consumpti sunt in ore gladii 6. Kalendas Iunii, suffragante gratia Iesu Christi.

1235. Obiit Henricus dux Lotharingie. Obiit eodem anno Maria uxor Henrici, ducis eiusdem filii.

1239. Henricus abbas abbatiam resignavit. Successit domnus Alardus, abbas nonus. Domnus Alardus abbas eligitur. Henricus dux Lotharingie perrexit ad debellandum episcopum Coloniensem, magnam partem terre vastavit, oppidum Bonne cepit[b], castrum[c] Randenrode destruxit et castrum de Dalhem cepit. Et sequenti anno

1240 episcopus Coloniensis captus est in bello a comite de Iuliaco et ducitur in castrum Nideke[d].

1241. Henricus dux Lotharingie duxit uxorem[e] Sophiam filiam beate Elyzabeth de Thuringia, que peperit ei filiam nomine Elysabet.

1243. Elizabet filia ducis nascitur.

1244. Obiit Henricus, quondam abbas huius ecclesie.

1247. Henricus II dux moritur. — Henricus dux mortuus est annos natus 40; qui regnavit annos 12. Successit in ducatum Brabantie filius eius dux Henricus tercius, puer bone indolis. Eodem anno Heinricus, frater Ottonis comitis de Ghelre, in Leodio eligitur in episcopum[f], et Willelmus comes Hollandie in regem eligitur Allimannie.

1253. Henricus dux miles efficitur. Eodem anno duxit uxorem filiam ducis Burgundie nomine Aeliden, puellam bonam sapientem et honestam. Anno Domini 1253. 4. Nonas Iulii feria sexta facta est cedes magna gentis Flandrie in Walacria a Florentio fratre et gente comitis Hollandie, ubi captus est comes Barrensis, comes Gisnensis[g], et duo filii Margarete comitisse Flandrie Guido et Iohannes, et multi alii nobiles milites et burgenses.

1255. Willelmus rex a Frisonibus in bello occiditur, solus occumbens de toto exercitu[h].

1260. Dux Henricus obiit, qui reliquit heredem Henricum puerum novem annorum. Unde et Brabantia multa mala sustinuit et perturbationes pro tutela terre. Unde suscipit tutelam terre Henricus episcopus Leodiensis, et comes Gelrie frater eius.

1261. Habuit ecclesia de Parcho conctra Laudunensem placitum maximum pro paternitate Ninivensi[9], et obtinuit.

1262. Exercitus Brabantie intravit terram de Gasebeke[10], et destruxit villam que dicitur Leneke et castrum apud Gasebeke.

Hoc anno domnus Alardus abbas incepit perficere templum de Parcho, cuius tempore dormitorium factum est et multa alia edificia cum aliis multis bonis ab ipso factis.

Anno Domini 1262 homines ville de Fura proprio motu fossatum quod fecerant abbas et conventus de Parcho in silva de Fossam in suo proprio allodio, deiecerunt, dicentes se habere ius in dicta silva; unde cum esset aliquantulum litigatum de iure utriusque, tandem mediante iusticia et Domino auxiliante inspectis privilegiis illorum de Parcho, confirmationibus tam imperatorum quam pontificum super dicta silva, per venerabilem patrem Henricum episcopum Leodiensem et comitem Gelrie fratrem suum, tutores terre Brabantie, determinatum est et diffinitum, quod illi de Fura nil iuris haberent in dicta silva et possessionibus de Fossam, et homines de Fura petentes veniam ab abbate et conventu, fossatum deiectum reparaverunt propriis sumptibus, et sic amicicia inter ipsos est reformata.

a) *vocem supplevi.* a*) an . . . *cod.* b) *vox dubia.* c) cas. . . . *c.* d) comite de i . . . . . leke *c. media exciderunt.* e) . . orem *c.* f) ep . . . *c.* g) *vox dubia.* h) 1256. 1257. *aliqua erasa.* 9) Ninove. 10) Gaasbeek.

1277. 17. Kal. Aprilis in vigilia Gertrudis intravit Willelmus comes Iuliacensis cum suis civitatem Aquensem ut depopularetur eam et devastaret; set occisus est ab Aquensibus ipse et filius suus Willelmus primogenitus cum quadringentis viris in civitate Aquis, et precipue a carnificibus civitatis.

10 1279. in translatione beati Augustini[10] domnus Alardus de Fura abbas huius ecclesie resignavit, quam bene[a] laudabiliterque rexerat . . . .; cui in decollatione beati Iohannis baptiste successit in ecclesia domnus Willelmus de Libbeke abbas decimus. Obiit vero dictus domnus Alardus eodem anno in die beati Benedicti abbatis multum religiose et devote.

1281. prima die post Bartholomei captus est Iohannes de Edegheem, Leodiensis episcopus, ab Henrico episcopo deposito et a famulis suis, in equo devectus usque Heilencinis; qui in tantum lesus est equitando, quod non potuerunt eum secum perducere, sed relinquentes eum vivum fugerunt, et mortuus est eodem die ante abbatiam.

11 1288. Primus Iohannes dux Brabantie prope Woronc[11] fortissimum castrum archiepiscopi Coloniensis, quod cum suis et comite de Monte ac comite Ghuliacensi obsederat, in conflictu facta strage paucorum, videlicet circiter 25 de suis, set plurimorum de parte adversa, ipsum archiepiscopum nomine Sivertum, Renaldum comitem Ghelrensem, et cum eis quatuor comites, multos nobiles, plurimos alios cepit. Henricus comes Luslenburgensis, Walerammus comes de Rupe[d] frater eius, ac alii fratres eius duo bastardi, unus miles alter canonicus, in eodem conflictu occisi sunt anno Domini 1288 in Nonis Iunii.

1289. Domnus Willelmus de Libbeke hoc anno moriebatur, post quem successit domnus Sygerus, vir litteratus, in septem artibus licentiatus et de Vinkenbosch natus, qui
12 fecit stangnum fieri inferiorem, et rexit istam ecclesiam 8 annis[12].

1295. occisus est Iohannes dux in Barris, cum equitaret contra quendam militem.

1304. Domnus et magister Sygerus abbas in Parcho obiit millesimo trecentesimo quarto[b], natus de Vinkenbosch.

1312. in vigilia Symeonis et Iude obiit Iohannes dux in castro de Fura, et sepultus in ecclesia sancte Gudule in Bruxella.

1313. Henricus comes de Luscenborch habens filiam ducis Brabancie in uxorem, rex Romanorum, interfectus est veneno in sacramento misse. Et post mortem Henrici cesaris electi sunt duo reges in Alimannia, unus coronatus est in Aquis, alter in Bonna.

1314. 7. Idus Iunii electus est in abbatem domnus Willelmus dictus de Herent natus de Lovanio, abbas duodecimus; dedit ad pitancias conventus hereditario 40 modios et dimidium modium siliginis, et 30 modios hordei, et dimidiam amam vini, in Raesborne accipiendam.

1316. visa est stella comata. Quam subsecuta est pestilentia universa, fames prevalida, mors quam plurimos prosternens. Emebatur hoc anno et sequenti modius siliginis 24 libris et modius salis totidem; set post decrescendo in quinto anno pro 20 solidis; omnis populus infectus; quidam de vita desperantes languebant, fere plus quam tertia pars moriebatur, nullus quasi mortem amici sui curabat, quia quod debuit . . . . . . . . . . . . . . . .[c] ita ut omnes fructus corrumperentur. Quantum mors et fames illis duobus annis regnabant et quantos populos destruebant ubique terrarum, sed plus in inferioribus terris, nullus dicere posset:

Morsque fames fit in M, C tria sexque decem.

1458. tercio Augusti turris sancti Petri in Lovanio combusta est, similiter et campane interierunt. Eodem etiam anno regnavit pestilentia magna in eadem civitate[e].

a) resignavit . . . . . . laudabiliterque . . . . . . cui *codex*. b) 1281. *quaedam erasa*. c) *codex*. d) *abscisa*.
e) *Extant vestigia nonnulla scripturae iam erasae, quae absque medicamine legi nequeunt*.

10) Febr. 20. 11) Woringen ad Rhenum. 12) V. infra a. 1304.

# ANNALES MARCHIANENSES

EDENTE D. LUDOVICO BETHMANN,
BIBLIOTHECAE WELFERBYTANAE PRAEFECTO.

*Codex psalmorum Marchianensis*[1], *iam Duacensis Nr.* 15 *membr. fol. max. saec. X, in ultimis duobus quaternionibus cyclos paschales exhibet a Chr. —*1602 *cum annalibus margini adscriptis. Prior quaternio ad a.* 911 *usque pertingit, exaratus continua manu saec. XII in., cui altera manus saec. XII ex. plurima interposuit, alia quaedam saec. XII ex. et XIII in. addita sunt; quae omnia litteris obliquis distinxi. In altero quaternione manus saec. XIV in. cyclos ab a.* 912 *ad a.* 1602 *usque deduxit eodemque calamo annales usque ad a.* 931 *scripsit, deinde atramento mutato ad a.* 1272 *continuavit, tum finem huius anni atque a.* 1276, *postea* 1288, *tum* 1296, *denique* 1306 *addidit, in quo anno desinit. Quae post haec ad a.* 1563 *usque leguntur, omisi, quippe quae pluribus saeculi demum XV ex. et XVI manibus debentur.*

*Hinc apparet, quaenam horum annalium sit origo atque utilitas. Prior scriba usque ad a.* 1076 *annales Leodienses (SS. IV.) ad verbum fere exscripsit, adhibitis Laubacensibus (cf.* 524. 532. 568. 576. 646. 661. 667. 691. 768. 771. 781. 788. 791. 797—800. 826. 835. 863. 924. 958). *Tum ad annos* 1083. 1088. 1091. 1102. 1103. 1109—1120 *de suo addidit vel ipse vel alii ea, quae litteris maioribus expressimus. Reliqua annorum* 1079—1107 *alius exscripsit ex Sigeberto. Annis* 1121—1196 *cessarunt annotationes; ab a.* 1197—1272 *factis aequales fuisse videntur. Hoc autem tempore aliquis inde ab a.* 912 *omnia transscripsit, reliqua, prout acta fuerunt, addidit. — In universum ea tantum utilitatem quandam afferre possunt, quae (inde a* 986) *litteris maioribus impressa sunt; reliqua omnia nullius prorsus sunt pretii.*

*Copia horum annalium, saec. XVIII. satis negligenter facta, servatur in bibl. Regia Parisiensi Résidu St. Germain* 13, 5.

A. M. 3951. annus Octoviani 41.

A. M. 3952. a. Ch. 1. Christus nascitur *etc.*

483. Chlodoveus regnat in Francia.

486. *Chlodoveus Syagrium Egidii filium a Suessionis fugat*[a].

487. Felix papa.

489. *Barnabae apostoli corpus revelatum est*[b]. Sigeb.

491. Anastasius imperator. *Huc usque Gennadius episcopus de viris illustribus. Obiit sanctus Patricius arcaiepiscopus Hybernie*[b]. Sigeb.

494. Gelasius papa.

498. Anastasius papa.

499. Simmachus papa.

a) *addit manus saec. XII ex. quam dico* 1[c]. b) *addit alia manus saec. XII ex. quam dico* 1[b].

1) monasterium ad Sabim olim in episcopatu Leodiensi, hodie Marchiennes-au-pont.

cf. Sigeb. 500. *Franci ad finem Christi per sanctum Remigium convertuntur*[a].
511. Hormisda papa.
512. A transitu sancti Martini usque ad obitum Chlodovci anni 112 computantur.
513. Chlotarius filius Chlodovei regnat in Francia, *maritus sanctae Radegundis*[b].
519. Iustinus imperator. Huius secundo anno Iohannes fit papa.
524. Sanctus Benedictus magnis pollet virtutibus. Boetius occiditur.
525. Symmachus et Iohannes papa interficiuntur.
526. Felix papa.
527. Iustinianus imperator.
530. Bonefacius papa.
532. Hic orditur ciclus Dionisii anno Iustiniani sexto.
533. Iohannes papa.
536. Agapitus papa.
537. Silverius papa.
538. Vigilius papa.
544. *Obiit sanctus Benedictus*[c].
Sigeb. 545. *Obiit sanctus Remigius Remorum archiepiscopus*[a].
551. Quinta sinodus universalis Constantinopolitana.
554. *Theobaldus rex et Lotharius regnum receperunt cum thesauris*[c].
556. Pelagius papa. *Obiit sanctus Medardus Noviomagensis et Tornacensis episcopus. Lotharius rex honorifice sepultum, ecclesiam super eum aedificat. Obiit Hildebertus . . . eius Lotharius regnum recepit*[c].
Sigeb. 558. *Sancti Brendanus et Macutes, qui et Maclovus, in Scotia et Britannia minori clarent*[a].
cf. A. Laub. et Sig. 562. *Lotharius primus obiit, sepultus est in ecclesia sancti Medardi, pro quo*[a] Hilpericus regnat in Francia.
565. Iustinianus imperator obiit. Iustinus imperat.
Sigeb. 566. Iohannes papa. *Sanctus Columba presbiter et Sanson Dolensis archiepiscopus nepos sancti Maclovi, et successor eiusdem Maglovius in Britannia minori clarent*[a].
A. L. 568. Lantgobardi invadunt Italiam
A. Laub. 570. Obiit sanctus Vedastus.
571. *Sanctus Amandus nascitur*[d].
576. Tiberius minor imperat.
577. *Beatus Gregorius in Iob commentarios edit et Euticem praesente Tiberio devicit*[c].
578. Benedictus papa.
Sigeb. 579. *Obiit sanctus Germanus Parisiorum episcopus*[a].
582. Pelagius papa.
583. Mauricius imperator.
584. Herminigildus rex martyrio coronatur.
586. Lotharius *magnus natus ex Fredegunde*[c] regnat in Francia *monarchus*[c]. ***Istius regis temporibus aedificata est aecclesia sanctorum apostolorum Petri et Pauli Marcianensis a beato Amando Traiectensi episcopo***[e].
Sigeb. a. 594. 591. *Tunica Domini integra reperta est in civitate Zafat in Iherusolimis, profitente Symone multis cruciatibus affecto*[c].
592. Gregorius papa floruit.
Sigeb. 593. *Huc usque Gregorius Turonensis*[a].
Sigeb. 599. *Angli ad fidem Christi convertuntur*[a].
604. Focas imperator.
605. Gregorius papa moritur.
606. Savicianus papa.
607. Bonifacius papa.
608. Bonifacius papa.
610. ***Ecclesia Marchianensis fundatur a beato Amando***[f].
612. Eraclius imperator.
615. Deusdedit papa.
618. Bonifacius papa.
cf. A. L. Sigeb. 618. *Iherusalem a Persis capitur*[a].
Sigeb. 619. *Obiit sanctus Iohannes elemosinarius.*
624. Honorius papa.
629. Obiit sanctus Bavo.
630. Mortuo Lothario Dagobertus regnat, qui in Austria ante plures annos a patre missus fuerat regnare, S.
Sigeb. Arnulfo et Pipino. — *Mahumeth regnat super Sarracenos et Arabes*[a].
637. Severinus papa.
638. Iohannes papa.
A. L. 639. Eraclonas cum Martina matre imperat. Dagobertus Sigoberto filio regnum dat Austrasiorum, retinens secum Clodoveum.
640. Theodorus papa.
641. Constantinus filius Heraclii imperator. *Sanctus Ionatus abbas primus Marchianensis constituitur*[c].
A. L. 642. Constantinus filius eius imperator.
A. Laub. 646. Martinus papa. Mortuo Dagoberto, Clodoveus filius eius regnat in Neustria.
Sigeb. 648. *Monasterium Latiniacense fundatur*[a].
651. *Coenobium Floriacense fundatur*[a].
Sigeb. 652. Eugenius papa. *Coenobium Stabulaus fundatur*[a].
654. Vitalianus papa.

a) *addit* 1[b]. b) *add. man. saec. XII.* c) *addit* 1[c]. d) *add. manus quaedam saec. XIII.* e) *add. manus saec. XII.* f) *add. manus quaedam saec. XIII in.*

656. Obiit sancta Gerdrudis.

658. *Coenobium sancti Vedasti de Nobiliaco fundatur*[a]. Sigeb.

661. Mortuo Sigiberto in Austria, filio Grimoaldi, Hildebertus regnat, et post eum ipse Grimoaldus, frater sanctae Gerdrudis. Obiit sanctus Amandus. A. Laub.

662. *Cenobium Corbeiense fundatur*[a]. Sigeb.

663. Defuncto Clodoveo in Neustria, Lotharius filius eius succedit.

664. *Mortuo Erchenoldo maiore domus palatii, Franci Ebroinum cura pastorali sublimant, et sanctus Amatus Senonensi ecclesiae praesidebat archiepiscopus. Hic Erchenoldus frater Adabaldi patris sancti Mauronti reedificavit Duacum castrum, et infra castrum edificavit ecclesiam in honore Dei genitricis virginis Mariae, que nunc sancti Amati dicitur*[b].

665. Hildricus regnat in Austria filius Clodovei, postea etiam in Neustria post Lotharium fratrem suum.

667. Mortuo Lothario in Neustria, frater eius Hildricus ex Austria assumitur. A. Laub.

669. Adeodatus papa. Constantinus imperator.

670. *Sanctus Preiectus Arvernensis episcopus et Maxelendis virgo martirizantur*[a]. *Coenobium sancti Petri Hanonie fundatur*[c].

673. Donus papa. *Frater Novellus monacus Sancti Petri*[d].

674. Agatho papa.

676. Sinodus universalis Constantinopolitana *289 episcoporum*[a].

677. Leo iunior papa. *Dedicatio ecclesie sancti Amandi ab Elegio episcopo*[a].

678. Hildrico interfecto, Teodericus frater eius regno restituitur. Benedictus papa.

679. Iohannes papa.

680. Conon papa.

681. Sergius papa.

685. *Sanctus Leodegarius martirizatur*[a]; *sanctus Amatus exulatur*[e]. Sigeb.

686. Iustinianus minor imperator.

687. Pipinus senior coepit regnare.

688. *Obiit sancta Rictrudis*[f].

691. Teodericus superatur a Pippino. *Obiit sanctus Amatus episcopus*[g].

693. Teodericus rex obit, Clodoveus filius eius regnat.

694. Iohannes papa.

696. Leo imperator.

697. Iohannes papa. *Obit sanctus Audomarus*[h].

698. Hildebertus filius eius regnat. *Obit sanctus Bertinus*[h].

699. Sisinnius papa. Tiberius imperator. *Sanctus Lambertus martirizatur*[a]. Sigeb.

700. Constantinus papa.

701. *Obiit sanctus Mauronius abbas*[h].

706. Iustinianus secundo imperator, *qui interfecit Leonem et Tiberium superiores imperatores, qui eum de regno eiecerunt, et quoties cadebat reuma de naso eius, interficiebat unum de inimicis suis, qui ei nasum abstulerant*[i].

712. Philippicus imperator.

713. Obiit sanctus Ursmarus.

714. Anastasius imperator. Obiit Pippinus princeps, et Karolus Martellus princeps succedit. Dagobertus regnat.

715. Gregorius papa. *Restauratio cenobii Cassiniensis*[a]. Sigeb.

716. Theodosius imperator. *Sanctus Egidius sanctitate claret in Provincia*[a]. Sigeb.

717. Leo imperator.

719. Hilpericus regnat cum Raginfrido et Lotharium puerum Karolus sibi facit regem.

724. Theodericus regnat.

727. Huc usque Beda.

731. Gregorius papa. Beda obit.

733. *Synodus Romae 903 episcoporum*[a]. Sigeb.

735. Obit sanctus Hugbertus episcopus. A. L.

737. Obiit sanctus Erminus episcopus et abbas. A. L.

741. Hildricus regnat. Karolus princeps obit, et Pippinus succedit *anno 88. postquam maiores domus coeperunt principari*[a].

742. Zacharias papa. Constantinus imperator.

746. Karlomannus frater Pippini fit monachus. A. L.

750. Pippinus fit rex.

752. Stephanus papa. Sanctus Bonifacius archiepiscopus Moguntiacensis martyrizatur. A. L.

753. Karlomannus monachus Viennae moritur. Sigeb.

755. *Synodus apud Constantinopolim 330 episcoporum*[a]. Sigeb.

756. Paulus papa.

761. *Caput Iohannis baptyste in Emessa civitate transfertur*[a]. Sigeb.

768. Stephanus papa. Pippinus rex obit, Karolus succedit et Karlomannus. A. Laub

771. Adrianus papa. Karlomanno mortuo, Karolus frater eius solus regnum optinuit. A. Laub.

774. Karolus regnum Italiae cepit et Desiderium regem in exilium direxit Leggie, Agilfrido episcopo.

777. Leo imperator.

781. Constantinus et Irene imperatores. A. Laub.

788. Sinodus iterum apud Niceam *350 episcoporum*[a]. A. Laub. Sigeb.

790. *Alchuinus de Britannia oriundus in Gallia floret*[a]. Sigeb.

791. Constantinus solus imperat. A. Laub

794. *Hildricus Harlebeccensis videns Flandriam vacuam et incultam, occupavit eam, primus in ea comes existens; qui genuit Ingerrannum comitem post ipsum. Ingerrannus genuit Audacrum. Audacer genuit Balduinum ferreum*[k].

a) *addit* 1b. b) *add. man. saec. XIII in.* c) *add. man. alia saec. XIII in.* d) *add. man. quaedam saec. XIII.* e) *manus quaedam saec. XIII.* f) *man. saec. XIII.* g) *add. man. saec. XII.* h) *add. eadem man. saec. XII.* i) *add. alia man. saec. XII med.* k) *man. saec. XIII.*

796. Leo papa.

A. Laub. 797. Hoc anno excecatus est Leo papa.

A. Laub. 798. Irene sola imperat.

A. Laub. 800. Anso abbas[1] obit, cui succedit Hildricus.

A. L. 801. Karolus fit imperator Romanorum.

802. *Sanctus Salvius Engolismensis episcopus Valentianis martyrizatur*[a].

A. Laub. 804. Nicophorus imperator.

A. L. 810. Pippinus filius Karoli imperatoris obit. Waltcaudus ordinatur episcopus[2]. *Elevatio corporis sancti Amandi*[a].

A. L. 811. Karolus filius imperatoris maior natu moritur.

A. Laub. 813. Stauracius imperator.

814. Karolus imperator obit, et Ludovicus imperator succedit. Michahel imperator[b].

815. Leo imperator.

817. Stephanus papa.

818. Paschalis papa.

822. Michahel imperator.

823. Elevatio sancti Ursmari 7. Kal. Aprilis.

824. Eugenius papa.

A. Laub. 826. Obiit piissimus abbas Fulradus[1].

Sigeb. 827. Valentinus papa, cui succedit Gregorius papa. *Amalarius et Angelomus in Gallia florent*[a].

A. Laub. 830. Theophilus imperator.

Sigeb. 831. *Ossa Bartholomei apostoli Beneventum transferuntur*[a].

A. Laub. 835. Obiit Egardus abbas[1], succedit Hardbertus.

Sigeb. 836. *Festivitas omnium sanctorum per Galliam et Germaniam iussa est celebrari*[a].

A. L. 838. Ludovicus imperator a suis imperio privatur et custodiae traditur, sed a filio Lothario erutus, imperio restituitur.

840. Ludovicus imperator obiit.

841. Filii eius succedunt Lotharius, Ludovicus, Karolus.

A. Laub. 842. Michahel et Theodora imperant.

843. Sergius papa. Bellum in Fontanide Lotharii et Pippini nepotis eius contra Ludovicum et Karolum fratres suos.

846. Leo papa.

Sigeb. 849. *Corpus sancte Helene imperatricis a Roma in Franciam defertur*[a].

A. L. 853. Nortmanni fines Franciae depopulantur.

854. Benedictus papa.

855. Lotharius imperator et monachus obit.

A. Laub. Sigeb. 856. Michahel solus imperator. *Rabbanus archiepiscopus* [illegible] *it*[a].

858. Nicholaus papa.

A. L. 862. Karolus filius Lotharii rex Burgundiae obit. *Hoc anno Balduinus ferreus duxit uxorem Iudith filiam Karoli calvi*[c].

A. Laub. 863. *Hubertus invadit abbatiam*[3] *fugato Hardberto.*

Sigeb. 865. *Gens Bulgarorum ad fidem convertitur*[a].

866. Basilius imperator. Huic succedunt usque ad nostra tempora, id est annum millesimum ab incarnatione Domini, Alexander et Leo imperator, Constantinus et Romanus socer eius cum Stephano et Constantino filiis ipsius Romani imperatoris, Romanus filius prioris Constantini imperator, Nicophorus imperator, Iohannes imperator, Basilius et Constantinus filii Romani imperatoris.

A. L. 868. Adrianus papa. Lotharius rex excommunicatus Placentiae moritur.

A. L. 872. Iohannes papa. Huic succedunt usque ad annum millesimum incarnationis Domini per annos 128 Stephanus, Formosus, Stephanus, Romanus, Teodorus, Iohannes, Benedictus, Leo, Christoforus, Sergius, Anastasius, Lantdo, Iohannes, Leo, Stephanus, Iohannes, Leo, Stephanus, Marinus, Agapitus, Iohannes, Octavianus, Leo, Petrus, Iohannes, Benedictus, Iohannes, Petrus, Iohannes, Gregorius, Bruno.

A. L. 875. Ludowicus rex orientalis obit, Ludowicus filius eius succedit.

876. Karolus imperator occidentalis obit, Ludowicus filius eius succedit.

A. L. 878. Ludovicus rex occidentalis obit, filii eius Ludovicus et Karolus succedunt.

A. Laub. 880. Ludovicus rex orientalis obit.

881. Karolus frater eius fit imperator. Eodem anno Ludovicus rex occidentalis obit. *Sanctus Vedastus Belvacus et sanctus Amatus Suessionis asportantur*[a].

A. L. 883. Karlomannus frater eius rex occidentalis obit.

A. L. 886. Karolus imperator et rex orientalis obit, et Arnulfus rex succedit.

887. Oddo fit rex in occidente.

889. *Adrianus papa*[a].

A. L. 893. Karolus contra Oddonem fit rex in occidente.

895. Zuendebolchus fit rex Lothariensium. *Stephanus papa*[a].

Sigeb. 896. *Ecclesia Cluniacensis incepta est. Radulfus comes Cameracensium, frater Balduini comitis Flandriae, interficitur ab Heriberto comite Virmandorum*[a].

898. Oddo rex obit, et Karolus totum regnum recepit.

900. Arnulfus imperator obit, et Ludowicus filius eius succedit.

A. L. 901. Zuendebolchus rex interficitur. Obit Franco episcopus.

907. *Hoc anno descripsit Hucbaldus monachus Sancti Amandi vitam sanctae Rictrudis*[d].

a) *addit* 1[b]. b) *ita scripsi ex ann. Floreff. Leod. Laub.* K. i. o. Michahel et L. imp. succ. *cod.* c) *manus saec. XIII.* d) *manus saec. XII eadem, quae ad* 586. *Hic desinit prior manus s. XII in. Sequentia omnia scripsit una manus continua saec. XIII ex., in quibus quae priori manui ab aliis addita fuisse annalium Leodiensium, Laubacensium collatio docet, obliqua litterarum forma expressimus.*

1) Laubiensis. 2) Leodiensis. 3) Laubiensem.

911. Ludowicus rex, filius Arnulfi, obit in orientali Francia. Cuonradus rex succedit. A. L.

912. *Sanctus Odo fit abbas Cluniacensis a Bernone abbate Gigniacensi. Rollo dux Normannorum baptizatur et Robertus vocatur. Normanni ad fidem Christi convertuntur.* Sigeb.

915. *Obiit Anastasius papa.*

916. *Obiit Robertus dux Normannorum, succedit Willelmus filius eius.*

917. *Obiit Lando papa.*

918. Conradus rex obiit. Henricus succedit.

919. *Obiit Iohannes papa Ravennas episcopus.*

921. Bellum Suessonicum.

922. Karolus *simplex* capitur.

924. Karolus *simplex* rex occidentalis moritur, Rodulphus rex substituitur. A. Laub.

927. Ludovicus *filius Karoli simplicis* restituitur regno. A. L.

931. *Iohannes papa strangulatur a Widone marchione.*

932. *Leo papa.*

933. *Stephanus papa.*

935. *Iohannes papa.*

936. *Leo papa.* Henricus rex obit. Otto succedit, filius eius.

938. Gislebertus dux cum Evrardo periit. Ludovicus *filius Karoli simplicis* uxorem eius accepit. *Ademarus fit abbas Cluniacensis.* Sigeb. A. L.

939. *Stephanus papa.*

941. *Marinus papa.* Cometes apparuit, et fames subsecuta.

943. *Sanctus Maiolus fit abbas Cluniacensis, Ademaro adhuc vivente.* Sigeb.

946. *Agapitus papa.*

954. Ungari populantur. Lotharius filius Ludovici regnat in occidente.

955. *Iohannes papa. Hic turpiter finivit vitam suam.*

956. Liedulfus rex obiit. Victoria de Ungris.

958. Raginerus capitur. A. Laub.

961. Otto puer a patre asciscitur in regnum.

962. Otto pater fit imperator.

963. *Leo papa.*

964. *Benedictus papa.*

966. *Iohannes papa.*

968. Otto iunior a patre consors imperii asciscitur Rome.

971. *Benedictus papa.*

972. *Domnus papa.*

973. *Bonefacius papa.* Otto imperator obit; alius Otto eque imperator succedit. Et bellum fuit in Perrona inter Raginerum et Warnerum. Obsidio Buxudis[4]. A. L. 4

974. *Benedictus papa.*

975. Gelu magnum a Kalendis Novembris usque medium Martii.

976. Bellum apud montem Castrilocum.

978. Lotharius rex Aquense palatium videre venit. A. L.

980. Lotharius cum imperatore pacem pactus est.

982. Bellum in Calabria. *Iohannes papa.* A. L.

983. Otto secundus imperator obit; cui filius Otto succedit. *Iohannes papa.*

984. *Iohannes papa.*

986. Lotharius rex obit; Ludovicus filius succedit. ***Istius Lotharii temporibus prefuit abbatissa Iudith ecclesie Marchianensi.***

987. Ludovicus rex obit; Hugo *dictus Capes regnum invadendo* succedit. *Hic desiit regnare progenies Karoli magni.*

988. Karolus *ultimus* Laudunum ingreditur

992. *Sanctus Odilo fit abbas Cluniacensis.* Sigeb.

994. *Gregorius papa.*

995. *Iohannes papa.*

996. Silvester papa qui et Gerbertus. Mortuo Hugone *Capet* Robertus *pius* filius eius succedit. *Commemoratio animarum a sancto Odilone instituta est.*

1000. Iohannes Sicco papa. Terraemotus factus est permaximus.

1001. Iohannes pananus papa.

1002. Sergius os porci papa.

1005. Benedictus papa.

1006. Rex Henricus obsidet Valencianas. Fames valida, apparente longo tempore comete. A. L.

1009. Eclipsis solis facta est circa horam diei secundam. ***Dedicatio turris Sancti Amandi.***

1010. *Gens Hungarorum cum rege suo Stephano ad fidem Christi convertuntur.* Sigeb.

1012. Henricus rex pascha celebravit Leodii. A. L.

1013. Bellum in Huardis 6. Idus Octobris. Circa meridiem 14. Kal. Decembris terremotus factus est.

1014. Iohannes papa Portuensis episcopus.

1015. 2. Idus Septembris bellum in Florinis inter Godefridum ducem et Lambertum comitem, in quo Lambertus periit, *et homines plus minusve* 400 *occisi.*

1018. Bellum in Fresonia inter Godefridum ducem et Teodericum comitem. Obiit sanctus Heribertus episcopus, succedit Pilegrinus. A. L.

1022. *Ecclesia Gemblaucensis dedicatur.* A. Parc.

4) Bossut in Hannonia.

Sigeb. 1024. Henricus imperator obit. Conradus succedit. *Hoc anno accepit He . . . . abbas Sancti Vedasti abbatiam sancte Rictrudis Marchianensis.*

A. L. 1026. Reginardus episcopus Leodiensis cenobium sancti Laurentii in monte Publico instituit.

A. L. 1028. Benedictus papa. Henricus puer filius Conradi imperatoris in regnum sublimatur Aquis.

1029. Conradus imperator contra Sclavos proficiscitur. *Dedicatio ecclesie Marchianensis a Gerardo episcopo Cameracensi.*

1030. Conradus imperator contra Ungaros proficiscitur.

1031. Obiit Robertus rex Francorum; succedit Henricus filius eius.

1033. *Albricus abbas Marchianensis efficitur tertius.*

1035. *Hic incensa est ecclesia sancte Rictrudis Marchianensis.*

1036. Henricus rex uxorem ducit filiam regis Anglorum. Obit Pilegrinus archiepiscopus; succedit Herimannus.

1037. Bellum apud Barum inter Gothelonem ducem et Odonem comitem.

1039. Obit Conradus imperator; succedit filius eius Henricus.

1040. Rex Henricus contra Odolricum ducem Boemie vadit, sed inefficax redit. *Dedicatio cripte Sancti Amandi.*

1041. Rex Henricus Odolricum ducem Boemie subiugat.

1042. Silvester papa. Rex Henricus contra Ungaros vadit.

1043. Gregorius papa. Rex Henricus cum paucis Olbonem de bello fugavit, et lanceam insigne regis recepit; Petrum vero, quem Olbo expulerat, regno Ungarorum restituit.

1044. Gothelo dux obit, Godefridus filius eius privatus paterno iure, rebellat. Fames valida.

1045. Godefridus capitur et custodie mancipatur.

1046. Clemens papa, qui et Suidigerus. Henricus rex fit imperator, et tres pape ab eo deponuntur. Godefridus cum Balduino comite Flandrensi rebellat.

1047. Damasus papa, qui et Popo. Godefridus palatium Neomagi incendit, Virdunum capit et incendit. *Sanctus Hugo fit abbas Cluniacensis.*

1048. Dux Albertus a Godefrido perimitur. *Obiit Albricus abbas, cui succedit Popo, Sancti Remacli Sanctique Vedasti similiter abbas, pariterque huius ecclesiae uno mense, quartus.*

1049. Leo papa, qui et Bruno. *Wido monachus Sancti Vedasti efficitur abbas huius ecclesie Marchianensis Nonis Iulii, quintus.* — Henricus imperator contra Balduinum proficiscitur, Balduinus satisfacit imperatori.

1051. Balduinus cum Balduino filio suo rebellat, invaso monte Castriloco.

1053. Balduinus iunior Tudinium incendit, Balduinus maior cum minore Hoyum vastant et incendunt utrinque.

1054. Victor papa, qui et Gebahardus. Imperator Balduinum totis viribus populatur, Tornacum capit.

1055. Herimannus archiepiscopus obit, Anno succedit.

1056. Obit imperator Henricus, succedit filius eius patris equivocus.

1058. Stephanus papa, qui et Fredericus, Benedictus Balternensis episcopus, papa.

1059. Nicholaus papa, qui et Gerardus.

1060. Henricus rex Francorum obit, Philippus filius eius succedit.

1061. Alexander papa.

1063. *Incipit ciclus Dyonisii tercius.*

1066. Hoc anno apparuit cometa ad occidentalem plagam, et Willelmus Normannorum comes invasit regnum Anglorum, interfecto in bello rege eorum Haroldo; *et in die natalis Domini ungitur in regem in Londonio.*

1067. *Hic incensa est ecclesia sancti Amandi.*

1070. *Obiit Balduinus comes Flandrensis et Haynoensis, et apud Hasnonium sepelitur.* Godefridus dux obiit, filius eius patris equivocus succedit. *Rollandus monachus Sancti Amandi fit abbas Hasnonie.*

1072. Gregorius papa, qui et Hildebrandus. *Hoc anno in monte Cassello Robertus Friso, filius Balduini comitis Flandrensium, contra Arnulphum nepotem suum ad bellum processit, in quo bello multi de parte Arnulphi corruentes, a Flandrensibus sunt perempti, multi vero capti; et Arnulphus, suis corruentibus, vix adhuc aptus militie hostibus congressus, ad ultimum est occisus. Sicque Robertus Flandrensium invasit comitatum; Balduinus vero germanus Arnulphi successit in comitatu Hainoensi tantum.*

1075. Rex Henricus iterata expeditione Saxones premit, quibus vitam pacturus obsides accipit. *Preficitur abbas Alardus cenobio sancte Rictrudis.* Anno archiepiscopus obiit; Hilduinus succedit.

1076. Ducem Godefridum sicarius interimit. Gelu magnum ab Idibus Novembris usque ad equinoctium vernale. Saxones iterum rebellant, creato sibi tiranno Rodulfo duce Burgundionum.

---

1079. *Hoc anno incepta est ecclesia Aquicinensis. Henricus imperator Gregorium a papatu deponit, et Wibertum Ravenne archiepiscopum pro Gregorio designat* [a].

1080. *Imperator Henricus Saxones devicit, et Rodulfum regem perimit.*

1081. *Henricus imperator ad debellandum papam Gregorium Italiam petit.*

1082. *Imperator Romam Leonianam obsidet contra Gregorium papam. Herimannus miles corona sibi imposita post Rodulfum in Saxonia tyrannidem exercet.*

1083. Domnus Bruno, natione Coloniensis et canonicus Remensis, relicto seculo, heremum Carthusiae fundat. *Henricus imperator Roma Leoniana capta Romam obsidet, et papa fugiens ad Normannos se contulit.*

a) *haec et quae deinceps charactere obliquo expressimus, ex Sigeberti codice quodam Blandiniensi sunt desumta.*

1084. *Romani imperatorem Henricum Urbe recipiunt, et eorum iudicio Gregorius papatu abdicatur, et Wibertus Ravenne archiepiscopus intronizatus Clemens nominatur, et Henricus rex patricius Romanorum constituitur, et a Clemente papa in imperatorem benedicitur. Hii vero qui pro papa sentiebant, reclamabant, universalem papam non universali concilio, paucorum iudicio, laicali censura, imperiali potentia non posse a pontificatu amoveri.*

1085. *Gregorius papa apud Salernum exulans moritur.*

1086. *Desiderius Cassinensis abbas papa creatur et Victor nominatur, sed non mul. post moritur. Richildis comitissa, mater Arnulfi a Roberto occisi, obiit. Aquicinensis ecclesia dedicatur.*

1087. *Translatio sancti Nicholai apud Barrum. Pisces in aquis moriuntur.*

1088. *Odo, ex monacho Cluniacensi episcopus Ostiensis, contra imperatorem et Wicbertum fit papa, et Urbanus nominatur.* Iterum ecclesia sancti Amandi dedicatur.

1089. *Godefrido, Godefridi gibbosi ex sorore nepoti, datur ducatus Lotharingie.*

1090. *Herimannus tyrannus a Saxonia Lotharingiam repetens, iacto de turri cuiusdam castelli lapide percutitur et moritur. Sterilitas magna invalescit.*

1091. Obiit abbas Alardus, quondam monachus Sancti Vedasti, cui succedit Richardus septimus, monachus Sancti Martini.

1092. *In suburbio Tornacensi 6. Non. Maii die dominico monasterium restaurari a fundamentis cepit ab Udone Aurelianensi peregrino, scolastico Tornacensi.*

1093. *Odo suscepto habitu monachico in predicto cenobio, a discipulis ibidem a se congregatis abbas praeficitur; cui in tantum divina gratia affuit, ut cum ante eius adventum idem locus per trecentos fere annos desertus fuisset, nec quicquam appendiciorum eius haberet, plus quam septuaginta monachos infra duodecim annos in eo congregaverit, constructis eis officinis sufficientibus, tantaque acquisita substantia, que superhabundaret ad necessarios usus tam supervenientium hospitum quam inhabitantium monachorum. Ecclesia sancti Georgii Hisdiniensis traditur ecclesie Aquicinensi.*

1094. *In Gallia et Germania gravis hominum mortalitas facta est.*

1096. *Via Iherosolimitana exorsa est. In hoc Dei hostico eminebant dux Lotharingie Godefridus et fratres eius Eustachius et Balduinus, Balduinus comes Montensis, Robertus comes Flandrensis, Stephanus comes Blesensis, Hugo frater regis Francie, Robertus dux Normannie, Reimundus comes Sancti Egidii et Boamundus dux Apuliae.*

1100. *Robertus comes Flandrensium, adquisita sibi multa laude militie, redit de via Domini, et brachium sancti Georgii martyris, quod secum detulerat, ecclesie Aquicinensi misit.*

1102. Obiit abbas Richardus, succedit Alardus octavus, monachus Aquicincti. *Roberto Flandrensi comite inquietante urbem Cameracum, imperator Henricus venit hostiliter super eum,* et cepit munitiones Sclusam et Bolcain, et depopulatus est totum Ostrevannum igne[5], et asperitate instantis hiemis redire compellitur.

1103. Obiit Alardus abbas, succedit Fulcardus nonus, monachus Hasnoniensis, frater domni de Landasto. Ordinatus abbas, seculariter vivendo substantiam monasterii parentibus suis largitus est, et ab ecclesia multas alienavit possessiones; et quam male vixerit, propter reverentiam monastice professionis minime dicenda sunt. Increpatus autem et correptus ab episcopo, post duodecimum annum sui regiminis cum contumacia virgam pastoralem proiecit, quam cum armis et muneribus quamvis inquassum extorquere nisus est.

1104. *Legie generali conventu habito, Robertus comes Flandrensis in gratiam imperatoris recipitur.*

1106. *Imperator Henricus Leodii moritur, succedit Henricus filius eius.*

1107. *Imperator Henricus Duacum obsidet, sed nil proficit. Eodem anno Boamundus dux Apuliae, contracto undecumque exercitu, accingit se ad invadendum Constantinopolitanum imperium.*

1109. Obiit dompnus Anselmus archiepiscopus Cantuariensis[5]. Pontius fit abbas Cluniacensis quintus.

1115. Fulcardus abbas resignat.

1116. Eligitur Amandus prior Aquicincti abbas decimus.

1118. Gelasius qui et Iohannes papa. Hic apud Cluniacum obiit.

1120. Calixtus papa, qui et Wido, Viennensis archiepiscopus. Premonstrati ordo incipit.

1197. Obiit Henricus imperator. Balduinus comes Flandrensis et Haynoensis in pago Cameracensi et Adartensi quaedam castella cepit et destruxit super Philippum regem Francorum.

1198. Innocentius papa consecratur.

1199. Otto imperat. Philippus rex Francorum contra Balduinum in Flandriam venit cum exercitu copioso; sed comite illeso, inefficax rediit. — Stephanus abbas huius loci resignat, succedit Symon vigesimus.

1201. Simon resignat.

1202. Balduinus comes Flandrensis et Haynoensis una cum Henrico fratre suo Constantinopolim obsidens et expugnans, imperator in ea procreatur, et a sede apostolica iure hereditario confirmatur. Milo monachus Sancti Medardi succedit vigesimus primus mensibus 13.

1203. Milo resignat, succedit Odo prior Sancti Medardi. abbas vigesimus secundus.

5) Cf. Ann. Elnon. maiores.

1205. Hoc anno electus est abbas Odo huius loci apud Sanctum Vedastum in Nobiliacum. Succedit Nicolaus Delbiez monachus Marchianensis abbas vigesimus tercius.

1209. Fernandus frater regis Portugalensis duxit uxorem Iohannam, filiam Balduini comitis Flandrensium et Haynoensium ac postea Constantinopolitani imperatoris.

1214. Innocentius papa concilium celebravit apud Lateranas indictione 15. Inter Philippum regem Francie et Fernandum comitem, Ottonem dictum imperatorem, et Rainaldum Boloniae comitem commissum est prelium apud Bovignes; a quo iidem comites cum exercitibus suis devicti, capti cum cunctis baronibus suis vincti Parisius ducuntur, ac diverse custodie mancipantur.

1215. Obiit Innocentius papa; succedit Honorius, qui et Cinctius, cardinalis tituli Sanctorum Iohannis et Pauli.

1216. Fredericus imperat. Philippus rex Francorum in territorio Silvanectensi construit monasterium ordinis sancti Augustini, et ab eventu prefatae victorie Victoriam nominavit.

1219. Obiit Nicholaus abbas, succedit Michael abbas vigesimus quartus, monachus noster, sed natus de Tornaco. Hoc anno Damieta capta est, optima civitas, a Pelagio cardinali et a rege Iherusalem et sociis eorum.

1223. Obiit Philippus rex Francorum; succedit Ludovicus filius eius, qui duxit uxorem Blancam filiam Adefonsi regis Hispanie, genere quidem nobilem, sed moribus longe nobiliorem. Iste traxit originem de progenie Karoli magni principis.

1224. Obiit Michael abbas, succedit Egidius de Haynes, monachus noster, abbas vigesimus quintus.

1226. Ludovicus rex Francorum assumpto vivifice crucis signo a . . mano apostolice sedis legato, contra Albigenses inimicos crucis proficiscitur; in qua expeditione obiit, et a suis relatus, iuxta patrem suum in ecclesia sancti Dyonisii sepelitur; quorum manseola ex auro et argento mirabiliter fabricata refulgent.

1228. Obiit Honorius papa; succedit Gregorius, qui et Hugolinus, Ostiensis episcopus.

1229. Obiit apud Assizium Tuscie civitatem beatus Franciscus, auctor et repertor ordinis fratrum Minorum et a Gregorio papa VIII canonizatur.

1232. Obiit Fernandus comes Flandrensis et Haynoensis.

1234. Beatus Antonnius apud Paduam civitatem Italiae requiescens, magnis floret virtutibus, et a papa predicto sanctorum catologo adnumeratur.

1238. Iohanna, vidua comitissa Flandrensis et Haynoensis, duxit alterum maritum nomine Thomam, fratrem comitis Sabaudie.

1242. Obiit Gregorius papa VIII; succedit Celestinus, qui et Gaufridus, Mediolanensis.

1243. Cui successit Innocentius qui et Sinebaldus.

1244. Hoc anno obiit Iohanna comitissa Flandrie et Haynonie; successit ei Margareta soror eius in utroque comitatu.

1247. Obiit Egidius inclitus abbas, succedit Rabodo de Hasnon monachus noster, abbas vigesimus sextus.

1249. Hoc anno capta est Damieta a Ludovico Francorum rege, Deo mirabiliter id operante.

1250. Hoc anno dedicata est ecclesia Aquicinctensis.

1253. Hoc anno Guido comes Flandrie captus est in Hollandia cum multis Flandrensibus, id operante Balduino de Avesnis fratre eius uterino.

1254. Obiit Innocentius papa, succedit Alexander episcopus Hostiensis.

1256. Obiit Rabbodus abbas huius loci; succedit Egidius dictus Monios, natus de Duaco, abbas vigesimus septimus.

1261. 7. Kal. Ianuarii obiit Egidius abbas, succedit Egidius de Duaco, dictus Wasteles, monachus noster, abbas vigesimus octavus.

1270. Obiit Ludovicus rex Francorum in peregrinatione terre sancte; succedit Philippus filius eius.

1272. Hoc anno[a] fuit augmentatum cimiterium sancte Rictrudis ab episcopo Othoniensi exule per licentiam episcopi Attrebatensis.

a) *abhinc atramentum mutatur; manus eadem.*

1276. 4. Kal. Iulii Egidius abbas huius loci resignat; succedit 4. Non. Iulii Amolricus de Ma . . .

1288. Hoc anno 6. Kalend. Iunii terminata est contentio inter nos et Duacenses a Guidone comite per compromissores, prepositum Bethunie et comestabularium Flandrie et mema . . .; et petra longissima sedecim pedum et trium in quadrum posita 4. Kal. Iunii.

1296. 4. Kal. Mai. obiit Amolricus abbas Marchianensis; 6. Non. Mai. succedit Petrus.

1306. Obiit Petrus abbas Marchianensis; succedit Robertus.

# ANNALES FLOREFFIENSES


## EDENTE LUDOWICO BETHMANN

BIBLIOTHECAE WELFERBYTANAE PRAEFECTO.


*Floreffiense monasterium Praemonstratensium supra Namucum prope Sabim situm erat. Annales nostros exscripsi a.* 1841. *e codice olim monasterii Floreffiensis, nunc Viri Cl. Fr. Vergauwen Gandensis, qui a doctissimo Willems b. m. eo nomine conventus, non modo librum liberalissime mecum communicavit, sed laboris etiam socium iucundissimum se praebuit summa cum humanitate. Codex iste bibliorum membranaceus, duobus maximae formae voluminibus exaratus saec. XII. exeunte, in fronte exhibet cyclos paschales a Christo* — 1595. *deductos una manu nitida saec. XII. ex., quae utrique margini annales ascripsit, eodem calamo usque ad a.* 1139. *pergens, tum habitum atque atramentum in quovis fere anno mutans usque ad a.* 1165. *Quae sequuntur, atramento et manibus per tempora quam diversis scripta sunt omnia, narratis igitur aequalia. In ea parte, quae a.* 1139. *praecedit, alia manus saec. XII. ex. hic illic addidit pleraque ex Sigeberto hausta, ea quae litteris obliquis expressimus. Codex egregie conservatus, excepto quod margine nimis circumciso aliquot litterae interierunt, quae ubivis indicavimus.*

*Origo horum annalium haec est. Annales Leodienses Fossas translatos ibique continuatos (SS. IV,* 8.*) a.* 1139. *monachus Floreffiensis ad verbum fere exscripsit, ita ut perpauca tantum omitteret, de suo nil adderet nisi seriem paparum et pauca quaedam quae litteris diductis expressimus, tum ea quae ad a.* 776. 781. 788. 791. 797. 798. 804. 813. *in annalibus Laubiensibus leguntur. Huic copiae alter Floreffiensis monachus e Florinensi factus hic illic notulas aspersit, quas litteris obliquis expressimus. Quae autem annum* 1139. *sequuntur, non iam sunt aliunde descripta, sed prout acta in monachorum notitiam venerunt, litteris mandata.*

*Nos omnia edidimus exceptis quae a.* 471. *praecedunt, et vero quae annis* 1500. 1503. 1506. 1515. 1525. 1530. *uno calamo ascripsit manus quaedam saec. XVI, nullius prorsus pretii. — Excerpta quaedam dedit de Smet, in libro:* Compte rendu de la commission royale d'histoire. Brux. 1838. Tom. III, 15. *Copia s. XVIII. ex hoc ipso codice facta extat Parisiis* Résidu St. Germain 13, 5.

*L. BETHMANN.*

1. Christus nascitur. *Cella vinaria Romae oleum fluit* [a].

Sigeb. 471. *Sanctus Remigius Remorum fit episcopus.*

ibid. 472. *Simplicius papa. Marcus euangelista ab Alexandria transfertur Viennam.*

474. Zenon imperat.

483. Chlodoveus regnat in Francia.

487. Remigius et Vedastus episcopi claruerunt. Felix papa.

488. Zenon imperator Italiam donat Theodorico regi Gothorum.

a) *obliquis litteris impressa omnia scripsit alia manus coaeva saec. XII ex.*

491. Anastasius imperat.
494. Gelasius papa. Perpetuus Turonensis episcopus obiit.
495. Fulgentius episcopus claruit
498. Anastasius papa. *Rex Lodovicus cum Francis a sancto Remigio baptizatur.* cf. Sigeb.
499. Symmachus papa.
511. Hormisda papa.
512. A transitu sancti Martini usque ad obitum Clodovei anni 112 computantur.
513. Lotharius filius Clodovei cum fratribus suis regnat in Francia.
519. Iustinus imperat. Huius secundo anno Iohannes fit papa.
520. Iohannes papa.
524. Boetius occiditur.
525. Symmachus et Iohannes papae interficiuntur.
526. Felix papa. Sanctus Benedictus magnis pollet virtutibus.
527. Iustinianus imperator.
528. *Totila regnat.*
530. Bonifacius papa.
532. Hic orditur ciclus Dionysii anno quinto Iustiniani.
533. Iohannes papa. Cassiodorus et Dionysius abbates et Arator poeta et Iordanis historiographus et Priscianus grammaticus claruerunt.
536. Agapitus papa.
537. Silverius papa.
538. Vigilius papa.
545. *Sanctus Remigius Remorum episcopus obiit.* Sigeb.
549. Domitianus Tungrensis et Nicetius Treverensis episcopi claruerunt.
551. Quinta universalis synodus Constantinopoli.
556. Obiit sanctus Medardus episcopus. Pelagius papa.
561. *Sanctus Maclovius claret.* cf. Sigeb.
563. Hilpericus regnat in Francia.
565. Iustinianus imperator obiit. Iustinus imperat.
566. Iohannes papa.
568. Langobardi invadunt Italiam.
570. Obiit sanctus Vedastus.
572. Obiit Euphronius Turonensis episcopus, succedit Gregorius historiographus.
574. Obiit sanctus Germanus Parisiacensis episcopus.
576. *Tiberius minor imperat.* Sigeb.
577. *Beatus Gregorius papa Iob exponit.* Sigeb.
578. Benedictus papa.
582. Pelagius papa.
583. Mauricius imperat.
586. Lotharius regnat in Francia.
592. Gregorius papa.
594. *Fortunatus episcopus Pictavis claret.*
598. Sanctus Perpetuus Tungris antistat.
601. *Sanctus Agericus Virdunensis episcopus claret.*
604. *Focas imperat. Hic papa Bonifacio petente statuit sedem ecclesie Romanae caput ecclesiarum esse, et fanum Pantheon permittit dedicari in sanctae Mariae omniumque martyrum honore.* Sigeb.
606. Savicianus papa.
607. Bonifacius papa.
608. Bonifacius papa.
609. *Romae festivitas sanctae Mariae ad martyres instituta est.*
612. Heraclius imperat.
613. Isidorus Hispalensis episcopus claruit.
615. Deusdedit papa.
616. Hierusalem a Persis capta, templum crematur et crux Domini absportatur.
617. Obiit Iohannes elemosinarius.
618. Bonifacius papa. Sanctus Ebrigisus Tungris antistat.
624. Honorius papa.
626. Iohannes Tungris ordinatur episcopus.
629. Obiit sanctus Bavo.
630. Mortuo Lothario Dagobertus regnat, qui in Austria ante plures annos a patre missus fuerat regnare, sancto Arnulfo et Pipino. E r a c l y u s  a  P e r s i s  c r u c e m  d o m i n  c a m  H i e r u s a l e m  r e f e r e n s,  e x a l t a t i o n e m  e i u s  f i e r i  i n s t i t u i t.
632. Amandus Tungris ordinatur episcopus.
637. Severinus papa.
638. Iohannes papa.
639. Sanctus Foillanus claruit in Gallia. Eraclonas et Martina imperant. Dagobertus Sigibertum filium regem dat Austrasiis sancto Chuniberto et Pipino, retinens secum Clodoveum.
641. Constantinus filius Eraclii imperat menses 6.
642. Constantinus filius eius imperat. Sanctus Remaclus Tungris antistat.
646. Mortuo Dagoberto Clodoveus filius eius regnat in Francia. Martinus papa.
649. C l o d o v e u s  r e g n a t  f r a t e r  S i g e b e r t i. — Eligius fit episcopus.
652. Eugenius papa.
654. Vitalianus papa.

659. Sanctus Theodardus martyrizatur. Obiit sancta Gertrudis.
661. Obiit sanctus Amandus. Mortuo Sigiberto in Austria filius Grimoaldi Hildebertus regnat, et post eum ipse Grimoaldus, frater sanctae Gertrudis.
662. Obiit sancta Aldegundis.
663. Defuncto Clodoveo in Neustria, Lotharius filius eius succedit.
665. Obiit sanctus Eligius et sanctus Wandregisilus abbas. Hildricus regnat in Austria, filius Clodovei, postea etiam in Neustria post Lotharium fratrem suum.
667. Lothario mortuo in Neustria frater eius Hildricus[a] ex Austria assumitur.
668. Adeodatus papa. Constantinus imperat.
673. Donus papa.
674. Agatho papa.
676. Sexta synodus universalis Constantinopoli.
677. Sanctus Lambertus floruit. Leo iunior papa.
678. Benedictus papa. Hildrico interfecto, Theodericus frater eius regno constituitur.
679. Iohannes papa.
680. Conon papa.
681. Sergius papa.
686. Iustinianus minor imperat.
687. Pipinus senior cepit. *Hic est Pipinus Ansigisi filius et sanctae Beggae, sub quo sanctus Lambertus interficitur a Dodone.*
689. Obiit sancta Begga.
690. Theodericus superatur a Pipino. Obiit sanctus Remaclus.
692. Theodericus rex obiit.
693. Chlodoveus filius eius regnat.
694. Iohannes papa.
695. Leo imperat.
697. Hildebertus filius eius regnat.
699. Sisinnius papa.
700. Constantinus papa.
701. Sanctus Lambertus martyrisatur.
706. Iustinianus secundo imperat.
712. Philippicus.
713. Obiit sanctus Ursmarus.
714. Anastasius imperat. Obiit Pipinus princeps, et Karolus Martellus princeps succedit.
715. Gregorius papa. Dagobertus regnat.
716. Theodosius imperat.
717. Leo imperat.
719. Hilpericus regnat cum Raginfrido et Lotarium puerum Karolus sibi facit regem. — ***Legia in urbem ampliatur.***
Sigeb. 721. *Translatio beati Augustini de Sardinia in Papiam.*
724. *Theodericus regnat.*
725. Huc usque Beda.
731. Beda obiit. Gregorius papa.
735. Sanctus Hugbertus episcopus obiit.
737. Obiit sanctus Erminus episcopus et abbas.
741. Hildricus regnat. Karolus princeps obiit, et Pipinus succedit.
742. Zacharias papa. Constantinus imperat.
ibid. 745. *Translatio sanctae Mariae Magdalenae ab Aquensi urbe in cenobium Viceriacum.*
746. Karlomagnus fit monachus, frater Pipini.
750. Pipinus fit rex.
752. Stephanus papa.
ibid. 753. Karlomannus monachus Viennae moritur.
755. Sanctus Bonifacius archiepiscopus Magontiacensis martyrizatur.
756. Paulus papa.
768. Pipinus rex obiit; Karolus succedit et magnus Karlomannus.
771. Adrianus papa. Karolus regnum Italiae cepit, et Desiderium regem in exilium direxit Leggiae Agilfrido episcopo.
777. Leo imperat.
781. Constantinus et Irene imperant.
788. Synodus iterum apud Niceam.
791. Constantinus solus imperat.
796. Leo papa.
797. Hoc anno excecatus est Leo papa.
798. Irene sola imperat.
801. Karolus fit imperator Romanorum.
804. Nicophorus imperat.
810. Pipinus filius Karoli imperatoris moritur.
811. Karolus filius imperatoris maior natu moritur.
813. Stauratius imperat.
814. Karolus imperator obiit, et Ludovicus imperio succedit. Michael imperat.
815. Leo imperat.
817. Stephanus papa.

a) ricus *abscisum in cod.*

818. Paschalis papa.
822. Michael imperat.
823. Elevatio sancti Ursmari 7. Kal. Aprilis.
824. Eugenius papa.
825. Translatio sancti Huberti in Andagio.
826. Corpus sancti Sebastiani a Roma in Gallias delatum.
827. Valentinus papa 40 diebus; cui succedit Gregorius papa. Corpora sanctorum Marcellini et Petri a Roma in Gallias allata.
830. Theophilus imperat.
831. Translatio sancti Bartholomei apostoli de Lyppari insula in Benevento.
835. *Monente Gregorio papa, Ludovicus imperator statuit, ut festivitas omnium sanctorum generaliter in omnibus ecclesiis celebretur.* Sigeb.
838. Ludovicus imperator a suis imperio privatus et custodiae traditus, sed a filio Lotario erutus imperio restituitur.
840. Ludovicus imperator obiit.
841. Filii eius succedunt Lotharius, Lodovicus, Karolus.
842. Michael et Theodora imperant.
843. Sergius papa. Bellum in Fontanide Lotharii et Pipini nepotis eius contra Lodovicum et Karolum fratres suos.
845. A r c h a r i u s T u n g r i s a n t i s t a t. cf. A. Parc.
846. Leo papa.
849. Sancta Helena de Roma in Franciam transfertur. Sigeb.
853. Normanni fines Franciae depopulantur.
854. Obiit Harcharius episcopus, succedit Fra co. Benedictus papa.
855. Lotharius imperator et monachus obiit.
856. Michael solus imperat. Obiit Rabanus episcopus.
857. *Huc usque historia Romanorum.* Ann. Parc.
862. Karolus filius Lotharii rex Burgundiae moritur.
866. Basilius imperat. Huic succedunt ad nostra tempora, id est anno 1000. ab inc. Dom. Alexander et Leo imperatores, Constantinus et Romanus socer eius cum Stephano et Constantino filiis ipsius Romani imperatoris, Romanus filius prioris Constantini imperatoris, Nicephorus imperator, Iohannes imperator, Basilius et Constantinus filii Romani imperatoris.
868. Adrianus papa. Lotharius rex excommunicatus Placentiae moritur
869. Obiit Guntharius episcopus, succedit Willebertus.
872. Iohannes papa. Huic succedunt usque ad a. 1000. inc. Dom. per annos 128 Stephanus, Formosus, Stephanus, Romanus, Theodorus, Iohannes, Benedictus, Leo, Cristoforus, Sergius, Anastasius, Lantdo, Iohannes, Leo, Stephanus, Morinus, Agapitus, Iohannes, Octovianus, Leo protoscriniarius[a], Iohannes, Benedictus, Benedictus, Iohannes, Petrus, Iohannes, Gregorius, Bruno.
875. Ludovicus rex orientalis obiit, Ludovicus filius eius succedit.
876. Karolus rex occidentalis obiit, Ludovicus filius eius succedit.
877. *Eclypsis solis 4. Kal. Novembris.*
878. Ludovicus rex occidentalis obiit; filii eius succedunt Ludovicus, Karolus.
880. Ludovicus rex occidentalis obiit. Karolus frater eius fit imperator. Eodem anno Ludovicus rex occidentalis obiit[b].
883. Karlomannus frater eius rex occidentalis obiit.
884. Obiit Hincmarus Remensis episcopus.
885. Marinus papa.
886. Karolus imperator et rex occidentalis obiit, et Arnulfus rex succedit.
887. Agapitus papa. Odo fit rex in occidente.
888. Adrianus papa.
890. Basilius papa.
891. Sanctus Sunderoldus a Normannis occiditur. *Hic orditur Luitprandus historiam suam.* Sigeb. 895.
893. Stephanus papa. Karolus contra Dodonem fit rex in occidente. Ann. Parc.
895. Zuendibolchus fit rex Lothariensis.
896. Formosus papa.
897. Bonifacius papa.
898. Stephanus papa. Odo rex obiit, et Karolus totum regnum recepit.
900. Theodorus papa. Arnulfus imperator obiit, et Ludovicus filius eius succedit.
901. Iohannes papa. Zuendibolchus rex interficitur.
903. Benedictus papa.
905. Leo papa.
906. Cristophorus papa.
907. Sergius papa.
910. G u i d o m u s i c u s e t R e m i g i u s g r a m m a t i c u s c l a r e n t. Ann. Parc.
911. *Ludovicus imperator filius Arnulfi obiit, et Conradus imperator succedit.*
912. S a n c t u s O d o C l u n i a c e n s i u m p r i m u s a b b a s o r d i n a t u r. cf. Sigeb.
915. Anastasius papa.
916. Lando papa. S a n c t u s W i b e r t u s c l a r e t i n G a l l i a.
918. Conradus rex obiit, et Henricus succedit.
920. Obiit Stephanus episcopus.
921. Bellum Suessonicum. *Karolus cum Henrico pactum iniit et ob eius amorem Lothariensi regno cedit.*
922. Karolus capitur.
924. Karolus rex occidentalis obiit.
925. Rodulfus rex subrogatur.

a) proct *cod.* b) entalis obiit *abscisa in cod.*

927. Ludovicus restituitur regno.
929. Leo papa.
932. Stephanus papa.
934. Iohannes papa.
935. Leo papa.
936. Henricus rex obiit, cui filius Otto succedit. Ludovicus mare transit.
938. Gislebertus dux cum Euurardo periit.
939. Ludovicus rex uxorem eius accepit.
941. Marinus papa. Cometes apparuit et fames subsecuta.
944. Ludovicus comprehensus.
945. Obiit Richarius episcopus, succedit Vhogo.
Ann. Parc. 946. Agapitus qui et Benedictus papa. Cenobium Gemblacense fundatur a domno Wiberto.
947. Obiit Vhogo episcopus, succedit Farabertus.
952. Obiit Wicfridus[a] archiepiscopus, succedit Bruno.
953. Obiit Farabertus episcopus et Ratherius succedit.
954. Ungri populantur. Lotharius filius Ludovici regnum invadit.
955. Ratherius episcopus eicitur. Baldricus substituitur.
956. Liedulfus rex obiit. Victoria de Ungris.
958. Iohannes papa.
Sigeb. Ann. Parc. 959. Baldricus episcopus obiit, Evracus succedit. *Obiit sanctus Gerardus Broniensis cenobii fundator.*
961. Otto puer a patre asciscitur in regnum.
Ann. Parc. cf. Sigeb. 962. *Obiit sanctus Guibertus fundator Gemblacensis cenobii.*
963. Otto pater fit imperator.
965. Iohannes papa. Obiit Bruno episcopus, succedit Fulmarus.
968. Otto iunior a patre consors imperii asciscitur Romae.
971. Obiit Evracus episcopus.
972. Domnus Notkerus fit episcopus.
973. Stephanus papa. Otto imperator obiit, alius Otto aeque imperator succedit. Bellum fuit in Perrona inter Raginerum et Warnerum[b].
974. Obiit Ratherius episcopus. Obsidio Buzudis.
975. Gelu magnum.
976. Bellum apud montem Castrilocum.
978. Lotharius rex Aquense palatium videre venit.
979. *Igneae acies visae sunt in celo per totam noctem* 5. *Kalendas Novembris.*
980. Lotharius cum imperatore pacem pactus est.
981. Stephanus papa.
982. Bellum in Callabria.
983. Otto secundus imperator obiit, cui filius suus Otto succedit.
986. Lotharius rex obiit, cui Ludovicus filius succedit.
987. Ludovicus rex obiit, Hugo succedit.
988. Karolus Laudunum ingreditur.
989. Marinus papa.
ibid. 993. Fulbertus episcopus Carnotensis claret.
996. Silvester papa qui et Gibertus. Mortuo Hugone Robertus filius eius succedit.
998. Agapitus papa. Hoc anno terrae motus factus est magnus, qualem nunquam antea vidimus vel audivimus, 4. Kal. Aprilis in sancto parasceue. Eodem anno abstulit comes Rainerus montem Castri[1] Godefrido. Et eodem anno cum esset luna in defectu, apparuit in Lomensi pago itinerantibus quasi plena per tres horas noctis; quae subito cum magno splendore visa est cadere in terram; et sic defecit.
1000. Terrae motus factus est permaximus.
1002. Otto imperator obiit et Henricus succedit. Oratorium sancti Gengulfi in Florinis constituitur; et fames est.
1003. Obiit Silvester papa. Octavianus papa.
1005. Hilpericus scripsit computum suum.
1006. Fames valida apparente longo tempore comete. Rex Henricus obsidet Valentianam.
Sigeb. 1007. Henricus rex venit Flandrias cum exercitu, et Balduinus datis obsidibus reddit Valentianas.
1008. Notkerus episcopus obiit, Baldericus succedit.
1009. Leo papa. Eclypsis solis facta est circa horam diei secundam.
1011. Monachorum ordo in Florinis initiatur.
1012. Heinricus rex pascha celebravit Leodii.
1013. Circa meridiem 14. Kal. Decembris terrae motus factus est. Bellum in Huguard 6. Idus Octobris.
1015. 2. Idus Septembris bellum in Florinis inter Godefridum ducem et Lambertum comitem in quo Lambertus periit.
1017. Benedictus papa.
1018. Obiit Baldricus episcopus, succedit Wolbodo. Bellum in Fresonia inter Godefridum ducem et Theodericum comitem. Obiit sanctus Heribertus archiepiscopus, succedit Pilegrinus.
1021. Obiit Wolbodo episcopus, succedit Durandus.
1024. Iohannes papa. Henricus imperator obiit; Conradus succedit.
1025. Durandus episcopus obiit, Rainardus succedit.

a) Liuiefridus *codex.* b) arnerum *abscisum restitui ex Ann. March.*

1) *Castel* seu *Cassel* inter Lille et St. Omer.

1026. Raginardus episcopus cenobium sancti Laurentii in monte Publico instituit.
1028. Henricus puer, filius Conradi imperatoris, in regnum sublimatur Aquis.
1031. Obiit Robertus rex Francorum, succedit Heinricus filius eius.
1032. Bellum apud Barum[2].
1033. *Eclypsis solis circa meridiem in Kalend. Iulii luna XX* . . . Ann. Parc.
1036. Obiit Pilegrinus archiepiscopus; succedit Herimannus. Henricus rex uxorem ducit filiam regis Angliae[a]. cf. Sigeb.
1037. Obiit Raginardus episcopus, succedit Nitardus.
1039. Obiit Cunradus imperator, succedit Henricus filius eius.
1042. Mortalitas nimia hominum subito maxime morientium. Obiit Nithardus episcopus, succedit Nizo[b].
1043. Nizo episcopus obiit; succedit Wazo. Rex Henricus cum paucis Obbonem de bello fugat[c] et lanceam insigne regis recepit.
1044. Fames valida. Benedictus papa.
1045. *Obsidio Florinis gratia pacis.*
1046. Clemens papa. Heinricus fit imperator, et tres papae ab eo deponuntur.
1047. Damasus papa.
1048. Obiit Watho episcopus, succedit Deoduinus. Dux Albertus a Godefrido perimitur.
1049. Leo papa, qui et Bruno. Henricus imperator contra Balduinum proficiscitur, Balduinus satisfacit imperatori Aquis.
1052. *Secunda obsidio Florinis iussu Henrici imperatoris*
1053. Balduinus iunior Tudinium incendit. Balduinus maior cum minore Hoium vastant et incendunt. Imperator Balduinum totis viribus populatur, Tornacum capit.
1054. Victor papa qui et Gebardus.
1055. Obiit Herimannus archiepiscopus. Anno succedit.
1056. Obiit imperator Heinricus, succedit filius eius patris equivorus[d].
1058. Stephanus papa qui et Fredericus.
1059. Nicolaus papa, qui et Gerardus.
1060. Heinricus rex Francorum obiit, Philippus filius eius succedit.
1061. *Herimannus compotum suum edidit.* ibid.
1063. *Cyclus Dionysii finitur.* ibid.
1064. Alexander papa.
1066. Cometes apparuit. Guillelmus dux Normannorum regnum Anglorum invadit. cf. A. Parc.
1070. Godefridus dux obiit; filius eius patris equivocus succedit.
1073. Gregorius papa, qui et Hildebrandus. Saxones rebellant. Dissentio inter regnum et sacerdotium pro dandis episcopatibus.
1075. Obiit sanctus Anno archiepiscopus. Hic Sigebergensem ecclesiam construxit, in qua et requiescit. Deoduinus episcopus obiit, Henricus succedit. cf. Sigeb.
1076. Hildulfus fit archiepiscopus. Gelu magnum a medio Novembre usque ad aequinoctium vernale.
1077. Siguinus fit archiepiscopus.
1079. Rex Henricus contra Saxones vadit.
1081. Rex Henricus Romam vadit Hildebrandum debellaturus. Terrae motus magnus 6. Kal. Aprilis.
1082. Rex Heinricus Romam Leonianam obsidet.
1083. Rex Heinricus Romam Leonianam capit, Romam oppugnat. Rex Heinricus Urbe recipitur; Hildebrandus expellitur; Vicbertus, qui et Clemens, papa sufficitur; ab eo rex Henricus in imperatorem benedicitur.
1085. *Urbanus papa, qui et Oddo; Victor papa, qui et Desiderius.*
1087. Translatio sancti Nicolai a Mirrea Liciae in Barrim Apuliae.
1088. *Monasterium sancti Iohannis baptistae in Florinis concrematur.* ibid.
1090. Annus pestilens, multis hominum sacro igne computrescentibus.
1091. Heinricus episcopus obiit, Otbertus succedit.
1094. Mortalitas hominum maxima.
1095. Fames diu valida invalescit.
1096. Occidentales christiani indignantes loca sancta Ierusalem a paganis profanari, contra eos proficiscuntur.
1097. Cometes apparuit.
1098. Antiochia capitur, christiani paganos vincunt. Conradus Ultraiectensis episcopus a quodam suo perimitur. Fridericus fit archiepiscopus.
1099. Iherusalem capitur, rex Babyloniorum bello fugatur.
1100. Godefridus dux moritur in Iherusalem. Guibertus papa obiit; Rainerus, qui et Pascalis, succedit.
1102. Obiit Albertus comes Namurcensis[3], similiter Ida comitissa.
1104. Iherosolimite Accaron urbem capiunt.
1105. Maginulfus, qui et Silvester, in sede apostolica substituitur, Rainerus a quibusdam dampnatur.
1106. Bellum Veseti in cena Domini. Heinricus imperator Leodii obiit, filius eius Heinricus succedit. Cometes apparuit. Sigeb.
1109. Phillippus rex Francorum obiit, Loduicus filius eius succedit.
1110. Cometes apparuit.
1111. Heinricus rex in imperatorem Rome benedicitur a Pascali papa.
1112. *Tertia obsidio Florinis ab episcopo Oberto.* Aecclesiae sanctae Gualdetrudis[4] et sancti Michaelis[5] et sancte Marie Laudunensis comburuntur.
1113. Apud Ravennam et Parmam civitates Italie sanguis pluit. Balduinus rex Iherusalem a Turcis miserabiliter vincitur. cf. Sigeb.

a) liae *abscisum.* b) Watho *cod.* c) *deest codici.* d) quivocus *abscisum.*

2) Hoc bellum annales Leodienses, Marchianenses, Laubienses sub a. 1037 ponunt. 3) Error in anno; occurrit enim Albertus in diplomatis annorum 1103 et 1105. 4) Montensis. 5) in Normannia.

1114. Heinricus imperator uxorem ducit filiam regis Anglorum.

1115. Fredericus archiepiscopus Coloniensis et alii quidam principes regni rebellant Heinrico imperatori.

1116. Heinricus imperator propter asperos in se motus ad Italiam recedit.

1117. Terremotus magni per loca, terroresque de celo et signa fuerunt; inter quo lune eclipsis 3. Idus Decembris.

1118. Obertus episcopus obiit, succedit Fredericus. Pascalis papa obiit; succedit Iohannes Gaitanus, qui et Gelasius. Balduinus rex Iherusalem obiit; succedit alter Balduinus.

1119. Iohannes, qui et Gelasius papa, obiit; Guido, qui et Calixtus, succedit. Remis Fredericus a Calixto papa in episcopum Leodicensem benedicitur. *Hoc anno felicis memorie pater Norbertus venit Premonstratum.*

1121. Fredericus episcopus obiit. *In conversione sancti Pauli fratres Floreffiam venerunt.*

1123. Adalbero episcopus ordinatur.

1124. Calixtus papa obiit; Honorius succedit. Annus pestilens, hyems aspera et aggestu nivium horrida.

1125. Heinricus imperator Ultraiectum obiit, Lotharius dux Saxonum succedit. Hyemps longa et aspera et fames valida.

1127. Karolus comes Morinorum Brugias ante altare occiditur[a]. Eadem die Guillelmus comes Sedunensium interficitur[b].

1128. 2. Idus Maias in Colonia orta tempestate fulmen maiorem ecclesiam[c] irrupit et dextrum brachium crucifixi discidit. Adalbero episcopus obiit, Alexander succedit.

1129. Prelium apud Duraz inter Alexandxum episcopum Leodiensem et Godefridum comitem Lovaniensem[d], ubi in multa utrique strage exercitus episcopus victoriam obtinuit[e].

1130. Honorius papa obiit, Innocentius succedit.

1132. Gregorius, qui et Innocentius, a Francia in Lotharingiam et usque Leodium transiens, a Lothario rege excipitur, a quo ibidem tam ipse quam regina coronatur. Fredericus Coloniensis episcopus obiit, Bruno succedit. Rex Lotharius cum Innocentio papa Romam vadit.

1133. 4. Nonas Augusti meridie ita sol obscuratus est, ut stelle[f] apparerent.

1134. Alexander episcopus obiit, Albero succedit.

5 1135[5]. Estus maris insolito motu terminos suos transgreditur et tres[g] comitatus, Gualecras, Guales et Bevrant, penitus exterminavit[g*].

1139. Obiit imperator Lotharius, cui succedit Conradus. Obiit Godefridus comes Namucensis[h].

1140. Monasterium sancti Foillani in Fossis cum omni oppido comburitur et castrum
6 penitus destruitur ab Henrico comite Namucensi[6].

1142. Eclypsis solis hora 9. Obiit Ermensendis comitissa Namucensis. Albero Leodiensis episcopus et comes Namucensis Henricus Bulionem castrum obsident, quod per traditionem comes Muncensis sancto Lamberto abstulerat.

1142. Plaga ignis divini multos adurit. Ebalus advocatus Florinensis ecclesiam in Gerpinis violat et succendit; qui finito anno satis miserabiliter obiit.

1144. Sanctus Lambertus in feretro novo cum honore debito reponitur. Gregorius, qui et Innocentius, obiit, Guido, qui et Celestinus, succedit. Gerardus, qui et Lucius papa. Bernardus, qui et Eugenius papa.

1145. Secundus Albero episcopus obiit, succedit Henricus. Eclipsis solis.

1146. Fames valida hoc anno multos afflixit.

1148. Conradus Romanorum rex et Ludovicus rex Francorum cum occidentalibus christianis Iherusalem contendunt[i], debellaturi Saracenos. Fames valida. Eclipsis solis.

1149. Remis universalis synodus habita presidente Eugenio papa.

7 1151. Rex Cunradus obiit, cui successit Fredericus. Eodem anno Tiebaldus comes[7] obiit.

1153. Ascalonia capta est a christianis. Ecclesia sancti Foillani secundo consecratur ab Henrico II Leodiensium episcopo.

1155. Rex Fredericus coronatus est Romae.

1156. Facta est inundatio magna aquarum ex pluviis estate et hyeme, que sata et domos destruxit et multos submersit.

1158. Eugenius papa obiit, cui succedit Anastasius. Eodem anno succedit Adrianus.

1160. Adrianus obiit.

1161. Ecclesia parrochiana et claustralis capella consecrantur ab Henrico episcopo secundo Leodicensi in Floreffia.

1163. Prima die mensis Martii reddita est civitas Mediolanensis in manu et potestate Frederici imperatoris, cum per quinque annos continuos eam obsedisset[k].

1165. Henricus Leodicensis episcopus obiit, cui successit Alexander. Hoc anno

a) occiditur *abscisum.* b) tur *absc.* c) iorem ecclesiam *absc.* d) sem et G. comitem *abscisa restitui ex Ann. Foss.* e) iscopus victoriam *et* inuit *abscisa.* f) elle *absc.* g) tur et tres *absc.* g*) tus exterminavit *absc.* h) *hucusque omnia aequali manu et atramento descripta; abhinc usque ad* 1165 *manus eadem, sed atramentum saepe mutatur. Linquit igitur scriptor vestigia annalium Leodiensium, suis ipsius innititur.* i) condendunt *cod.* k) *desinit prior manus. Sequentia manibus et atramento quam plurimum variantibus scripta sunt, narratis semper coaeva.*

5) Ann Leod. annum 1137 habent. 6) Error; fuit potius Rainaldus comes Barensis. 7) Blesensis?

4. Idus Aprilis collocatum est fundamentum huius aecclesiae[8] a domno Reinaldo Coloniensi archiepiscopo et Alexandro Leodiensi episcopo et Henrico comite Namucensi et Alberto regis Bohemorum filio, sub domno Gerlando abbate.

1166. Hoc anno 3. Kal. Iunii incensum est monasterium nobile in Nivella.

1167. Hoc anno feria 2. in pentecoste archiepiscopi Coloniensis et Maguncieusis obsessi a Romanis in Tusculano, tantam victoriam divino auxilio adepti sunt, ut secundum estimationem novem milia de exercitu Romanorum fuerint interfecti et quinque milia capti. Statimque Roma ab ipsis obsessa, in circuitu igni ferroque est vastata. Eodem etiam tempore in Floreffia novi fontes et salubres divinitus orti sunt, quibus potati multi infirmi sanitati sunt redditi. Eodem quoque anno obiit Reinaldus archiepiscopus Coloniensis, cui successit Philippus, et Alexander Leodicensis, cui successit Rodulfus.

1170. Factus est terremotus in transmarinis partibus, in quo tam civitates christianorum quam paganorum subversae sunt.

1174. Obiit Gerlandus abbas Floreffiensis, cui successit Herimannus. Eodem anno ortum est bellum inter regem Francie Loduicum et regem Anglie Henricum, in quo bello obiit frater comitis Flandrensis Matheus nomine.

1178. Finitum est scisma diu habitum in aecclesia.

1179. Habita est synodus Rome ab Alexandro papa et plus quam mille episcopis. Bellum inter episcopum Leodicensem Rodulfum et comitem Losensem Gerardum.

1180. Terremotus per loca. Obiit Ludowicus rex Francie, cui successit Philippus filius eius. Imperator Fredericus et archiepiscopus Coloniensis Philippus ducem Saxonie Heinricum bellant et multa castra incendunt[a].

1181. Alexander papa obiit, cui successit Lucius. Dux Saxonicus in exilium mittitur ab imperatore Frederico et archiepiscopo Coloniensi Philippo.

1183. Mense Iulio tanta aquarum eruptio ex imbrium collectione facta est, quod et villas et sata vastavit, domos subvertit, plurimos submersit. Plures heretici a comite Flandrensi combusti.

1185. Obiit Beatrix imperatrix. Rex Francorum Philippus Philippum comitem Flandrie sibi rebellantem Ambianis obsedit, obsessum subegit. Eodem anno obiit Lucius papa, cui successit Urbanus. Apud Leodium antiqua templa beati Lamberti et beati Petri, in Colonia vero beati Martini combusta sunt. Gemblacus ab Henrico[b] Namucensi comite preda et incendio vastata est. Ipso anno[c] Anduerpie quemdam civem Brusellensem diabolus in navi visitavit[c*].

1187. Hoc anno obiit Urbanus papa, cui successit Gregorius. Eodem anno obiit Gregorius, cui successit Clemens. Exercitus christianorum a Salahadino exceptus, pene usque ad internitionem prosternitur, sancta crux et rex Iherosolimorum a Sarracenis capitur et abducitur[d]. Acra subvertitur. Iherusalem et tota pene terra promissionis potestati[e] paganorum subicitur.

1188. Oppidum Namucense et castrum a Balduino comite Hainacorum captum est[f]. Ecclesia Floreffiensis ab eodem comite obsidetur, claustrumque[g] totum cum officinis adiacentibus comburitur, fratribus per diversa dispersis. Anno integro et mensibus sex divino penitus eadem ecclesia desolatur obsequio. Inde fratribus revocatis a domno Isfrido[h] Radeburgensi episcopo reconciliatur, consecratis in ea una die ab eodem presule septem altaribus.

1190. Kal. Aprilis Acra recuperatur a christianis. Fredericus imperator dum fluvium transnataret, unda impellente in scopulum delatus et graviter collisus occubuit. Cui successit Heinricus filius eius, qui Apuliam potenter sibi subiugavit.

1191. Obiit Clemens papa, Celestinus succedit.

1192. Obiit Radulfus episcopus, Albertus succedit; qui contra voluntatem imperatoris in episcopum Leodiensem consecratus, Remis a proditoribus trucidatur. Obiit Bruno archiepiscopus, Adulfus succedit.

1194. Defuncto Philippo archiepiscopo Coloniensi in Apulia, Bruno successit[i]. Anno superiori Kalendis Augusti Heinricus de Lemburch et filius eius a comite Hainacorum Balduino potenter superati, cum multitudine militum copiosa quam ductabant capti sunt.

a) tra incendunt *abscisa.* b) Henrico *absc.* c) o anno *absc.* c*) sitauit *absc.* d) citur *absc.* e) is potestati *absc.* f) um est *absc.* g) que *absc.* h) ido *absc.* i) essit *absc.*

8) Floreffiensis.

Grando mirae magnitudinis mense Iulio cum impetu venti ruens, vineas et sata vastavit, arbores concussit, fructus excussit, tecta et vitreas confregit.

1196. Obiit Henricus comes Namucensis. Hoc anno fames valida multos exstinxit.

1198. Obiit Celestinus papa, Innocentius successit. Obiit Henricus imperator.

1200. Obiit Albertus episcopus Leodicensis, cui successit Hugo.

1208. Philippus rex a comite de Kindelinbac . . . in civitate Bavenbergensi proditorie trucidatur; Otto in imperium confirmatur.

1210. Signatio et profectio christianorum super Abigeos hereticos et recuperatio terre et exterminium hereticorum.

1212. Obiit Philippus comes Namucensis, cui successit Petrus comes Autissiodorensis. Eodem tempore multitudo magna puerorum, incertum quo numine mota, de diversis partibus congregata, ad partes transmarinas tendens, naufragio et diversis cladibus ex maxima parte periit. Leodium a Henrico duce Brabancie capitur atque spoliatur. Deinde elapso anno et spatio quod inter ascensionem Domini et festum sancti Dyonisii, a Hugone Leodiensi episcopo apud Wardam de Steppis idem dux multis suorum ruentibus in prelio superatur.

1214. Fernandus comes Flandrie a Phillippo rege Francie in prelio superatus, cum multis baronibus et innumerabilibus capitur. Eodem tempore facta est signatio christianorum per totum orbem copiosa ad liberationem terre sancte.

1215. Generalis synodus Rome ad promovendum negotium crucis, ad quam de toto orbe christiano vocate convenerunt ecclesiasticae personae; ubi multa nova sunt instituta a papa Innocentio.

1216. Obiit Innocentius papa, Honorius successit. Otto imperio destituitur, Fredericus dux Apulie et rex Sicilie in imperatorem eligitur.

1218. Obiit Bruno Coloniensis archiepiscopus, successit Engelbertus.

Anno gratiae 1227[a] obiit comitissa de Museal absque herede, et devoluta est comitia eiusdem castri cum appenditiis suis ad episcopum et ecclesiam beati Lamberti Leodiensis. Eodem anno obiit Galerannus dux Ardennie, cui succedit Henricus filius eius comes de Montibus, qui statim cruce signatus profectus est in subsidium terre sancte.

1221. Obiit Nicolaus abbas, cui successit Iohannes. Obiit Iohannes prior et quondam abbas Floreffiensis. Hoc anno apparuit cometes; mortalitas hominum maxima.

1223. Obiit Philippus rex Francie, cui successit in regnum Ludowicus filius eius. Hoc anno defuncta est ducissa Lovanie, quae filia fuit regis Francorum[b].

1224. Hoc anno habitum est colloquium inter regem Francie et regem Alemannie 9 apud vallem Colorum[9].

1225. Obiit Lodowicus rex Francorum, successit filius eius Philippus. Ipso anno obiit Philippus comes Namucensis, cui succedit frater eius Henricus. Eodem anno Engelbertus Coloniensis archiepiscopus a Frederico comite de Isbercke in dolo occiditur; cuius ante diem anniversarium idem comes captus et detentus, iusto Dei iudicio ante portam urbis Colonie rotali supplicio mortis miserabiliter occubuit. Engelberto successit Henricus Bonnensis prepositus. Hoc anno fuit fames valida.

1227. Obiit Honorius papa, cui successit Gregorius nonus. Eodem anno Henricus filius imperatoris Frederici duxit uxorem filiam ducis Austrie, et cum ea celebravit curiam Aquisgrani cum maxima principum multitudine; ubi comicia Namucensis adiudicata est Heinrico fratri Philippi defuncti comitis, contra comitem Flandrie Fernandum, qui ipso anno exierat a vinculis.

1228. Hoc anno interfectus est episcopus Traiectensis cum maxima militum multitudine, quam secum eduxerat ab obsidionem cuiusdam castri. Quo similiter anno Hugo episcopus Leodiensis acquisivit ab episcopo Metensi ius quod habebat in villa Sancti Trudonis.

1229. Obiit Hugo episcopus, cui successit Iohannes. Iste Hugo canonice electus fuit Remis in archiepiscopum quarto anno ante mortem suam, sed noluit recipere dignitatem tantae ecclesiae.

1230. Eo tempore quidam apparuit apud Valencieneiz, dicens se esse Balduinum comitem, qui fuerat imperator Constantinopolitanus; qui collecta forti manu militum, domi-

a) *ita in cod.* b) Obiit Philippus — Francorum *fortasse pertinent in codice ad a.* 1224. 9) Vaucouleurs.

nium sibi Flandrie et Hainaci vendicabat, cui multi assenserunt. Novissime suspendio interiit; qui cum suspenderetur, inventus est super eum liber tam mire scientie, ut a paucis possit intelligi.

1232. Hoc anno Fernandus comes Flandrie ingressus comitiam Namucensem cum magno exercitu, plures in ea villas incendit, et Floreffie villam combussit, et postea recessit.

1234. Obiit Fernandus comes.

1237. Hoc anno Balduinus heres imperii Romanie, a Constantinopoli veniens, castrum Namucense obsedit et cepit, quod comitissa Vianensis soror eius detinebat occupatum.

1239. Anno isto dux Lovaniensis provinciam Coloniae citra Renum depopulatus est; a cuius exercitu nobilis illa et antiqua Bonensis ecclesia incendio deleta est. Eo tempore Conradus de Hostade vir bello strenuus et alto sanguine preclarus, ecclesiae Coloniensi presidebat, qui non solum terram trans Renum ducis de Lenberg, verum etiam terram fratris eius Waleranni prope Montjoie, necnon et terram comitis de Iulei incendio concremavit. Eodem tempore predictus dux Lovaniensis castrum de Randerode expugnavit et destruxit, dein castrum nobile et antiquum quod Dolehain appellatur obsedit, cepit et captum sibi detinuit.

Anno gratie 1239. domnus Iohannes de Hoio, vir tam apud seculares quam ecclesiasticas personas vite venerabilis et opinionis famose, ecclesie nostre presidens, sponte cessit, cui tamquam gratia gratie successit domnus Iohannes de Capella, Septem fontium abbas.

1240. Eo tempore pretiosam coronam dominicam pius rex Lodowicus Francie a Venisianis redimi fecit, et allatam Parisius cum honore et gaudio ingenti suscepit, et in honore eiusdem prope palatium suum basilicam honorificam construxit. Sequenti autem anno

1241. Iohannes episcopus Leodiensis cum castrum de Poillewache obsideret, de medio est sublatus; post quem cum vir vite venerabilis Willelmus Valentine ecclesie electus successisset, Roma veniens, veneno interiit; cui successit vir honorandus tam preclaro sanguine quam scientia et moribus, Robertus episcopus Lingonensis.

(1241.) . . . . . . . . . . . ecclesiam . . . . . cissime afflixit, et Rusiam, Prusiam, Poloniam, Moraviam, cum maxima parte Hungarie, necnon alias innumeras regiones exterminavit, et habitores earundem effugavit. Ea vero gens inaudite feritatis et insolite nichil sitire preter humanum sanguinem dicebatur.

1242. Consecratum est altare sancte crucis in ecclesia nostra a domno Roberto Leodicensi episcopo 3. Kal. Martii, que tunc erat dominica secunda in quadragesima. Constitutum est etiam a iam dicto episcopo, ut huius altaris dedicatio semper eadem dominica celebretur. Anno vero Domini

1248. civitas Aquis[a] obsessa est et capta a Willelmo de Hollandia electo in regem Alemannorum.

1249. Consecratum est altare sancti Domitiani in ecclesia nostra a domno Arnoldo episcopo, agente vices Heinrici electi Leodiensis, que consecratio facta est in die beate Marie Magdalene, et in dominica post festum statuta est celebrari.

1250. Hoc anno dedicata est ecclesia Floreffiensis a domno Petro Albanensi episcopo cardinali, apostolice sedis legato, adiuncto sibi domno . . . . . . episcopo Attrebatensi Idus Novembris. Eodem anno rex Francie Ludowicus[a*] cruce signatus transierat ad partes transmarinas cum magno[b] comitatu; et cum debellaret Agarenos, tanta strages fuit[c] in bello cristianorum, templariorum, hospitalariorum et paganorum[d], quod vix unquam a preteritis seculis audita est. Ipse etiam rex in isto bello captus fuit, sed per Dei gratiam evasit. Eodem anno in die Lucie virginis fuit[e] Fredericus quondam imperator ab ecclesia condemnatus, qui extitit ecclesie Dei crudelis et pertinax persecutor.

Obiit Robertus episcopus, cui successit Henricus. Hoc anno rex Francie cepit Damietam. Eodem anno amisit.

1254. Obiit Innocentius papa, cui successit Alexander. Hoc anno quedam pars crucis sancte in ecclesia ista in inventione eiusdem crucis coram conventu stillavit multas guttas sanguinis.

1258. Hoc anno intravit Henricus comes Lussuborgensis castrum Namucense[f] et expulsit custodes imperatoris in die beati Vincencii mense Iulio[g].

a Civitas Aq *absc.* a*) Ludo *absc.* b) mag *absc.* c) fuit *absc.* d) norum *absc.* e) fuit *absc.* f) ucense *absc.* g) ulio *absc.*

1261. Obiit Alexander papa, cui successit Urbanus, moribus, vita et scientia preclarus, de Francia ortus, Leodii et Lauduni primo canonicus et archidiaconus, postea episcopus Virdunensis, et postmodum patriarcha Iherosolimorum; ad ultimum per gratiam Dei factus est papa.

1264. Hoc anno intravit Guido comes in castrum Namucense, et exierunt custodes Henrici[a] comitis Lussuborgensis. Cometes apparuit post festum beati Iacobi apostoli. Circa festum beati Remigii obiit Urbanus papa, cui successit circa purificationem Clemens IV de Francia ortus et archiepiscopus Nerburgensis.

1267. Obiit Clemens papa IV, post cuius mortem sedes vacans fuit per triennium, et ecclesia pastore destituta; tandem successit Gregorius denus, Leodiensis archidiaconus et canonicus ibidem.

1268. Hoc anno cessit domnus Theodericus[b], cui successit domnus Walterus de Leez[b*].

1270. Hoc anno Ludovicus rex Francie, Karolus rex Sicilie, Eduardus .... comes Pitavinensis, Guido com .... Henricus comes Lussuborgensis et multi alii viri nobiles .... Iherosolimam petierunt, et in itinere obiit Ludovicus dictus[b*] rex bone memorie, morte .... cum filio suo domno Iohanne Tristanno[c].

1274. Habita est generalis synodus Lugduni ad promovendum negotium crucis, in qua multa nova constituta[d] fuerunt a Gregorio papa deno. In qua[e] etiam synodo Henricus Leodiensis episcopus ab eodem episcopatu recessit et instituit Iohannem de Angies Tornacensem, Leodiensem episcopum.

1275. Obiit Gregorius papa denus, cui successit Innocentius V de ordine predicatorum.

1276. Hoc anno mota est magna guerra inter comitem Namucensem et Iohannem de Angies episcopum Leodiensem, de qua ex utraque parte quamplures ville combuste sunt. Et quidam Namucenses villam Dionantum vi intrantes, a burgensibus ville interfecti retenti fuerunt, sed ville de Meeffe, de Cheneys cum multis aliis in episcopatu Leodiensi combuste fuerunt. Fuit etiam comes predictus in Warnans cum exercitu permaximo, ubi dictus episcopus non fuit ausus apparere.

1278. Hoc anno in vigilia Gertrudis intravit comes[f] Iuliacensis cum duobus filiis W.. Rolando civitatem Aquensem volens opprimere[g] civitatem, ubi a civibus civitatis[h] cum pluribus aliis nobilibus manserunt interfecti.

1281. Hoc anno in crastino beati Bartholomei[i] Henricus de Geldra quondam Leodiensis episcopus Iohannem Leodiensem episcopum apud Hugardis[b*] capiens et vinctum deducens, ante portam abbatiae Helencinis reliquid ab eodem ..... interfectum, cui successit Iohannes Methensis filius Guidonis comitis Flandrensis[b*].

1283. Hoc anno Philippus rex Francorum Petrum regem Aragonum invasit, terram eius cum civitatibus multis devastando, qui Petrus erat ab apostolica sede condemnatus, in qua expeditione dictus Philippus rex propria morte interiit cum multis nobilibus. Cui successit Philippus eius filius, rex Francie et Navarre.

1287. Hoc anno tanta aquarum inundatio fuit in Zelandia, Frisia et Holandia, quam que nunquam audita fuerat, unde multi perierunt; que aqua dicta fuit eiusdem virgulti undique defossi cespitem plus quam duo miliaria devexisse integraliter, cum porco qui in eo pascebat, et ibi reliquisse summa tranquillitate.

1288. Hoc anno circa festum beati Iohannis baptiste Iohannes dux Brabantie, qui habuit filiam Guidonis comitis Flandrensis[k] et Namucensis iuxta castrum de Woronch[l] supra Renum, Henricum comitem[m] Luceburgensem domnum Waleramnum[n] eius fratrem cum duobus fratribus aliis illegitimis[o] ac multis nobilibus plus quam[p] mille trecentis interfecit, Sibertum Coloniensem archiepiscopum ac Rainaldum comitem Gelrensem[q] cepit, qui plus quam per annum captivi[r] fuerunt, et in eorum liberatione Iohannes[s] dux ducatum Limborgensem, unde lis[t] erat inter eos, pacifice optinuit.

Anno 1289 in vigilia sancte Trinitatis Walterus de Leez abbas Floreffiensis cum preposito suo pariter et capellano a pueris domni de Trasegnies in curia sua de Obbais manu armata pro iuribus ecclesie sue Floreffiensis tuendis capitur, et in captivitate tentus per dies aliquos, tandem a preposito de Bulhon in Ardenna et ab hominibus terre de Bulhon

a) Hen *absc.* b) ericus *absc.* b*) e leez — dictus — ugardis — Flandrensis *absc.* c) Tri *absc.* d) a con *absc.* e) o in qua *absc.* f) *ita codicio*; inciu .... *cod.* g) ens op *absc.* h) civi *absc.* i) Bartho *absc.* k) is Flan *absc.* l) Wo *absc.* m) item *absc.* n) amnum *absc.* o) is il *absc.* p) plus *absc.* q) Gel. *absc.* r) cap. *absc.* s) Iohannes *absc.* t) lis *absc.*

liberatus est et in castrum predictum ductus, propter sui liberationem, cum a suis inimicis in Florenvile duceretur, ut ab eo suam extorqueret nequissimam voluntatem. Eodem anno circa finem Augusti dictus domnus Walterus abbas sponte cessit, cui successit in die exaltationis sancte crucis domnus Iohannes de Lovanio quondam abbas in Zene et Steinvelt, in Romerstorp et quondam etiam prepositus in Winaugia.

1330. Hoc anno feria 2. post ramos palmarum cecidit ictus tonitrui super ecclesiam Floreffiensem. Eodem anno obiit Parisius Iohannes illustris comes Namurcensis, filius comitis Flandrie, qui lucratus fuerat[a] coronam Francie in armis suis[10].

1345. Hoc anno Willelmus comes Hannonie volens dominari Frisonibus, petiit terram Frisie cum militibus et exercitu, qui a Frisonibus interfectus est et plures alii nobiles. Et anno sequenti bellum fuit apud Votem, ubi episcopus Leodiensis cum ingenti multitudine Alemannorum, rege Boemie et aliis principibus contra Leodienses fugit et domnus de Falcomonte obiit. Et anno sequenti idem episcopus acquisivit sibi Iohannem ducem Brabantie et ducem Gelrie contra Leodienses, iniit bellum apud Torines, in quo circiter viginti milia Leodiensium interfecti sunt, ceteris fugientibus.

1346. Hoc anno Eduardus rex Anglie, volens[b] optinere regnum Francie iure materno, iniit bellum[c] contra regem Francie in campo qui dicitur Crissi, in quo fugit rex Francie Philippus, et hi mortui sunt[d]: primo Iohannes rex Boemie, comes Dalenzonis[e], comes Flandrie, comes de Bloes, de ... Loherenne, comes de Hercourt, comes de Sausoire, comes d'Auchoire, comes de[f] Forest, comes de Saumes, comes de Commarchis, comes de le Tonoire et[g] comes Momorensis, ceteris fugientibus, et[g] infinitis militibus mortuis, quorum non est numerus. Idem rex Anglie pergens obsedit Kalais per annum e ... rege Franchie presente cum sua potestate.

1349. Hoc anno infiniti Alemanni tam[i'] Teutonici quam Gallici iverunt per patriam..... desuper nudi pedibus discalciati semetipsos[i'] in dorso flagellantes, et cantantes in lingua[h] cantum de passione Christi compositum[i], flagellantes se per 32 dies cum di .... Quibus paterna sic euntibus per annum vel quasi per[i'] patrias, papa inhibuit sectam predictam eamque[k] omnino annullari mandavit.

1356. Hoc anno Iohannes rex Franchie obsedit ducem Anglicum in quodam castello apud Ponto, cui[i'] subvenit Eduardus princeps Gallie filius[i'] regis[i'] Anglie, cum paucis militibus et sagittariis ad[l] bellum contra regem Franchie; quem captivavit cum[m] Ludovico iuniori filio suo et 1600 tam.... quam nobilibus ducens apud Burdias super Garonnam[i'] in Scossia, quam pater eius acquisivit, mortu ... de Borbon, comite de Clermon, duce de ..... ceteris nobilibus mortuis et fugientibus, quorum ..... et exinde ductus est Angliam, et post fere .. annos restitutus est regno mediante ..... milionibus aurorum et decem ducatibus et ..... traditis Eduardo regi Anglie in Franc ..... finita est lis predicta que duraverat 22 annos[n].

Hoc anno moritur Iohannes dux Brabantie, cui successit Iohanna senior filia sua, habens Wincelaum ducem Luzeburgensem in maritum. Que eodem anno cum suo marito expulsa est ex Brabantia per comitem Flandrie, habentem secundam filiam Brabantie; qui cepit Brabantiam, et comes Namurcensis in auxilio suo cepit Nivellam et combussit Perewis et cepit Gemblacum, et episcopus Leodiensis combussit Hannutum. Postea concordia facta, Iohanna predicta restituta est, hoc mediante, quod comes Flandrie socer ipsius predictus optinuit Mechliniam et Antwerpiam.

1361. Hoc anno 61. et 62. mortalitas extitit per loca, et specialiter in Maio maxima fuit in villa Floreffie de ditioribus et honestioribus. Etiam anno 61. Nonas Maii moritur Theodoricus de Warans, qui multa bona fecit ecclesie. Eodemque anno mortuo comite Lossensi, episcopus Leodiensis Enghelbertus virtute cartarum suarum et vi armorum acquisivit comitatum Lossensem, et expugnando capit castrum dictum Stochem cum centum militibus expugnatorum. Hoc anno 1361 et 1362 regnavit quedam... societas habens multitudinem diverse ..... collectam, vastans terram circa Viennam ...... et plures partes Francie, quorum numerus fuit 20000 et quandoque 30000.

1373. Hoc anno Winchelaus dux Luzeburgensis et Brabantie ex parte uxoris sue

a) uerat *absc.* b) olens *absc.* c) bellum *absc.* d) ui sunt *absc.* e) enzonis *absc.* f) es de *absc.* g) et *absc.* h) lingua *absc.* i) ositum *absc.* i') tam Teuto — semetipsos — per — cui — ilius regis — aronnam *absc.* k) eamque *absc.* l) ad *absc.* m) cum *absc.* n) annos *absc*

10) *armes, Wappen.*

habuit bellum contra ducem Iuliacensem satis prope Iuliacum, in quo dux Gelrie fuit mortuus, et comes Sancti Pauli et dux Brabantie captus a duce Iuliacensi, et omnes sui tam milites quam scutiferi, quos ex diversis partibus rogaverat, fuerunt capti et ranchionati, in tantum, quod summa taxata fuit ad 14000 florenos, de quibus Brabantia promisit solvere 9000 florenos, ad finem quod ius de Cortêberghen ei redderetur.

Anno 1406. obiit domna Braban . . . anno C et VI Iohanna cuius vir Wench . . . et electus est Anthonius in ducem frater ducis Burgundie, qui frater verus heres resignavit... Eodem anno Marcius nimium floridus; et Aprilis rigidus destruxerat, que Marcius aperuerat[a]; fuit annus nimium habundans pluvia . . in qua vina defecerunt vento occidentali flante continuo per estatem. Tempesta . . . tonitrui et fulminis fortissimis ad . . . cens comburens villas in Westfalia et penitus quas . . vastans monasterium Floreffiense.

Anno 1449. celebravimus festum pasche 24. Aprilis, et festum sacramenti in profesto Iohannis baptiste.

1456. Delphinus Francie in partibus venit Brabancie, quem Philippus dux benigne suscipiens, omnia necessaria ei subministravit per spacium sex annorum, et eumdem mortuo patre cum honore reduxit regnaturum in Francia. Ludovicus Boubon eligitur.

1460. septima die Augusti ecclesia beate Marie Lefflensis ex nimia collectione ymbrium totaliter vastata est, et ita ad nichilum redacta, quod quatuor parietes ecclesie solummodo remanserunt. Abbas etiam predicti monasterii una cum clinodiis submersus est. Religiosi autem alii ascendentes super turrim, alii super loca tuciora, vix evaserunt. Et in villa Dyonantensi et aliis locis multi perierunt.

1461. Obiit Karolus rex, cui successit Ludovicus.

1465. Filius Philippi Burgundie dux comes de Carlois iniit prelium cum suis contra regem Francie in loco qui dicitur Mons Henrici prope Parisius, et effugato rege locum optinuit. Dissentio Leodiensium cum episcopo suo. Dissentio patrie Leodiensis contra ducem Burgundie. Oppidum Dyonant comburitur a duce Philippo predicto, omnibus habitantibus una cum suis bonis dissipatis aut captis aut submersis, pluribus tamen de peioribus fugientibus.

1470. Hoc anno duce Burgundie, Brabantie etc. Karolo Sanctum Drudonem obsidente Leodiensesque in... ab oppidi obsidione volentes repellere, circa crepusculum noctis omnes perierunt, nullum preter noctis caliginem habentes diffugium. Karolus dux Burgundie ducatum invadit Geldrie, pluribusque castellis, villis et oppidis captis, cum eorum duce, quem prius in vinculis tenebat, totam terram sub suo dominio subiugavit, ducatumque sub suo nomine intitulavit.

1475. Dux Burgundie Karolus Nussum supra Renum fere per annum obsedit, ubi imperator Fredericus adveniens, ut obsidionem solveret, ab eo turpiter cum infinitis fugatus est, et dux concordia facta in oppido receptus est.

1477.[11] Hoc anno civitas Leodiensis capta ac vastata ad nichilumque penitus per incendium redacta est a duce Burgundie Karolo, exceptis ecclesiis et locis aliquibus adiacentibus, presente Ludovico rege Francie, ad quem pariter cum paucis in obsidione cum duce volenter quasi adve . . . . p . . in civitatis captione a ducis sagittariis interius autem incendium, quod suo consilio et . . . factum fuit. In repatriatione autem in nostro monasterio in prepositura locatus.

Anno 1477. dux Karolus a duce Lotharingie, Francigenis et Alemannis bis bello superatis apud civitatem Nansi miserabiliter ut creditur occiditur, multis tamen ac fere omnibus ignorantibus, utrum aut occisus aut fuga evaserit.

Anno 1477. in die beati Georgii Maximilianus filius imperatoris Frederici terram Brabantie ac villam ingreditur Lovam et alias in comitatu Flandrensi, desponsaturus sibi Mariam nobilem duxissam Burgundie, Brabantie etc., quam sibi desponsavit in villa Burgensi, nupciis inibi quam solempniter celebratis. Indeque postmodum bellum contra Ludovicum regem Francie apud villam dictam Te . . . . . .cum Flandrensibus ceterisque nobilibus iniit, Deoque opitulante victoriam optinuit, infinitis sagittariis Francie interfectis. In magnoque triumpho novus sponsus, novus ac recens victor Flandriam intravit; filiumque Maria duxissa in magno tocius patrie gaudio eodem anno nomine Philippum sibi genuit.

a) uerat *absc.*

11) Error in anno, qui fuit 1468.

1480. Ludovicus de Borbon obiit a domino Wilhelmo de Aremborch quam turpiter occisus, suis comitibus omnibus destitutis ac eum inique tradentibus; unde penam aliqualiter acceperunt, reliquam partem mature ac cotidie expectantes.

1482. Leodienses in loco qui dicitur Brustum bello superati ac a paucis plurimi fugati, fere omnes nobiles ac multi de plebe capti aç trucidati sunt a paucis de ducatu Brabancie et comitatu Namurcensi, reddente ipsis Domino iustam de iniqua supradicti episcopi de Borbon interemptione retributionem et vindictam.

# ANNALES
# SANCTI IACOBI LEODIENSIS.

*Monasterium sancti Iacobi in insula Leodiensi a Baldrico episcopo anno* 1016 *constructum et Oberto abbati commissum, mox doctrina et religione claruit et ipso saeculo undecimo medio annalibus originem dedit, qui a compluribus scribis aequalibus per saeculum duodecimum producti demum a Lamberto Parvo et Reinero monachis excepti atque maiori studio et ambitu usque ad annum* 1230 *deducti sunt, dum annales minores a diversis iterum auctoribus usque ad exitum saeculi decimi quarti continuantur.*

*Principium igitur operis, ipsi sancti Iacobi* a n n a l e s m i n o r e s, *prima iam vice ex codice olim Sancti Iacobi autographo prodeunt.*

1) *Is una cum plurimis aliis monasterii illius codicibus manuscriptis hoc ipso saeculo legato Hübschii Coloniensis in amplissimam Magni Ducis Hassiae bibliothecam, quae Darmstadii floret vigetque, transiit, ubi paucos ante dies annales ipsos in pexi exscripsique. Liber est membraneus in folio maiori sexdecim foliorum, saeculo undecimo medio exaratus, atque codici*[1] *hodie* 314 *signato et Gregorii moralium in Iob partem secundam complexo iungitur. Quaeque pagina*[2] *tabulas paschales undeviginti annorum binas praebet, praeter folii decimi sexti paginam alteram, quae olim tegumento libri adhaerebat; ita ut folia* 1—15 *tabulas annorum* 1—1139, *folium* 16 *tabulas annorum* 1140—1177 *sistat. Exeunte tamen saeculo XII, scilicet post annum* 1173,

2) *sex membranae folia addita sunt, quae manu eius aevi iterum transscriptas tabulas annorum* 1140—1177 *una cum tabulis annorum* 1178—1348 *exhibent; quibus saeculo demum XIV medio tabulae annorum* 1349—1353 *et annorum* 1354—1395 *subiectae sunt.*

*Adnotationes historicae inde a Christo nato usque ad a.* 1055 *manu scribae primi, ipso saeculo XI medio adiectae sunt; quae deinde usque ad a.* 1077 *sequuntur, ab eodem auctore diverso tempore addita fuisse patet. Cui qui annis* 1077—1090 *successit, in anteriore quoque textu nonnulla erasit addiditque; inde ab a.* 1091 *alii scribae sibi invicem succedunt; ita ut inde a saeculo XI medio textum etsi non ubique tutum, quum erroneae etiam adnotationes occurrant*[3], *in universum tamen fidum et rebus narratis coaevum usque ad exitum saeculi XIV. ante oculos habeamus; quo in transscribendo et edendo ut posteriorum scribarum interpolationes probe distinguerentur plurimam operam dedi. Pars*

1) Hübschiano 63. 852. 2) Hic ita distinguo, ut folium duas paginas complectatur. 3) e. g. Alexandri III. initium perperam anno 1168, in Leodiensibus a. 1164 attribuitur.

annalium antiquior in iis quae ad res nostras praecipue faciunt, usque ad a. 1054 plurimum ab annalibus Laubiensibus supra Scriptorum T. IV. p. 9. sqq. editis pendet[4], at ipsa iterum paucis correctis[5] ab auctore Annalium Leodiensium ibidem editorum usque ad a. 1085 in usus suos conversa[6] et saeculo XII. exeunte iterum a Lamberto Parvo exscripta est. Auctores, ut in universum Leodiensis clerus, a parte Heinrici IV. contra Rodulfum et Herimannum tyrannos atque contra Heinricum filium steterunt[7], quo animo et Lambertus Parvus in schismate inter Victorem et Alexandrum imperatoriam dignitatem tuetur[8].

Lambertus Parvus circa annum 1178 annalium minorum exemplum secutus, quae inde hausit insertis paucis notitiis aliunde petitis[9] auxit; sed inde ab anno 1175 inter coaevos historiae scriptores censendus est, atque calamum anno tandem quo obiit 1194 deposuit.

Opus ab eo relictum quum in manus eiusdem ecclesiae sacerdotis et monachi Reineri pervenisset, ab ipso auctum et continuatione ornatum est. Reinerus siquidem, ut ipse scribit anno 1155 natus, anno 1175 subdiaconus et monachus, anno 1179 Coloniae a Philippo archiepiscopo diaconus, anno sequenti mense Februario presbyter consecratus, anno 1181 a Rodulfo episcopo sacerdos in ecclesia S. Iacobi ordinatus, ingenio et moribus fratrum animos sibi conciliasse videtur. Anno 1184 propter controversias in coenobio ortas Romam bis ivit et Leodium rediit; quo facto Hugo abbas a. 1185 abbatiam deposuit, et Rodulfus Brunwillarensis monachus a quibusdam electus in ecclesia S. Iacobi aliquanto tempore mansit, sed episcopo et fratribus aliquibus contradicentibus loco cessit, et Herimannus abbas successit, quem Reinerus a. 1186 Romam comitatus est. At a. 1191 Rodulfo episcopo defuncto, lis de successione eius per plures annos invaluit; cui quum abbas S. Iacobi interesset, abbatia ab adversariis invasa magnoque damno affecta est. Quo tempore Reinerus annalibus scribendis se devovit. Et primo quidem Lamberti libro in margine hic illic adnotationes adscripsit, tum ad res coenobii sui et Leodienses atque successionem pontificum facientes, tum praecipuos vitae ipsius eventus, quales supra indicavimus, attingentes; tum vero Lamberti relationi de eventibus anni 1193 necessaria quaedam addidit, et inde ab a. 1194 per triginta sex annos annalibus amplioribus conscribendis sedulam operam navavit, eamque historiae utilissimam. Inter clericos enim doctrina opibus et potentia insignes constitutus quum rerum Lotharingensium cognoscendarum ampla opportunitate frueretur, fratrum fiducia in eo collocata ut extra coenobii et provinciae fines rebus agendis adhiberetur effecit. Anno 1197 ab universo conventu prior electus, in consecratione altarium ecclesiae suae a. 1205 exeunte post Hugonem episcopum secundam missam celebravit. Anno 1208 petitione fratrum Heinricum abbatem accusaturus Romam ivit, et litteras inquisitionis contra eum impetravit, quas anno sequenti Coloniae inquisitoribus praesentavit. Processu Leodii instituto, abbas loco motus est. Anno 1212 Iuditta mater Reineri, ecclesiae conversa, et anno sequenti Anselmus miles et Fleron vicinus et cognatus eius obierunt, quo tempore Reinerus in procuratione fratrum ad Mosellam constitutus erat. Deinde praepositus in

4) Cf. e. g. annos 693, 742, 768, 856, 938, 958, 962, 965, 1040, 1041, noster tamen nonnulla solus praebet e. g. a. 1012, 1015, 1022, 1030, 1048, quae littera maiori exprimenda curavi. 5) Cf. a. 755 Bonifacii martyrium, 1076 Hildulfi initium. 6) Cf. e. g. a. 1040, 1041, ubi Odolricus recte dux, non ut in ann. Leod. rex vocatur. 7) Cf. a. 1088, 1105. 8) a. 1178. 9) Sigebertum et Anselmum, fortasse et annales Fossenses et Leodienses legit, sed multo maxima libri pars ex Annalibus Sancti Iacobi pendet, et nonnumquam haud bene excerpta est.

*Wonek electus, anno* 1214 *Fridericum II. cum innumero exercitu ibi transeuntem vidit. Anno sequenti cum magistro Olivero, crucis legato, triduo in monasterio Sancti Iacobi conversatus est, et mense Septembri procurator ecclesiae suae Romam profectus, concilio magno ab Innocentio III. collecto interfuit, et Februario mense anni* 1216 *Leodium redit. Anno* 1217 *inter peregrinos Leodienses Reinerus, sororis eius filius, ultra mare ivit,* „cuius absentia, *inquit,* facit me dolere frequenter". *Narratio inde ab anno* 1221 *in compendium contracta anno* 1230 *desinit, quo tempore Reinerum* 75 *annos natum supremum diem obiisse credere licet.*

*Liber animum auctoris negotiis hominum omnibus intentum ostendit. Tractat res conventus et episcopii, cleri et civitatis Leodiensis, narrat erectionem murorum*
10 *et reditus ea causa exactos*[10], *aeque ac fata imperii atque ecclesiae; nec minus negotiis omnium communibus quam rebus principum et vicissitudinibus proeliorum immoratur. Iudicium in ecclesiasticis aeque ac mundanis, erga abbates Sancti Iacobi et episcopos Leodienses, erga papas et imperatores in universum aequum. Solis*[11] *aeris et terrae mutationes, et reliqua quae in vitam et victum hominum alicuius momenti sunt, memorat, qualia sunt „terrae nigrae ad focum faciendum in Hasbania" inventio*[12], *prima vini de Rochelle in civitatem Leodiensem advectio, inventio in territorio Leodiensi merlae qua terra impinguatur, terrae nigrae carbonum simillimae, fabris et fabrilibus et pauperibus ad ignem faciendum utilissimae,*
13 *et plumbi*[13]; *pretia frugum, speltae, siliginis, hordei, vini, mutatio monetae, tempus vineae florentis, messis, vindemiae. Scribendi modus simplex, in rebus maioris momenti assurgit, et in pugna Streppensi describenda poetarum antiquitatis atque aevi Karolini cognitionem prodit. Quaecumque scripsit, aut ipse vidit aut a testibus rei gestae edoctus se tradere profitetur, nec scribendi negotium multum detulisse videtur, quo narrationem rebus ipsis aequalem effecit.*
14 *Annum a natali Domini inchoat*[14]. *Ipse nonnisi usque ad a.* 1208 *scripsit, reliqua se dictavisse tradit; quo factum est, ut aliquoties vitia scribendi*[15] *offendant, quae, adnotata tamen codicis lectione, quantum necesse erat correxi. Diphthongus* ae *frequens, dum in Lamberto* e *simplex praevaleat.*

*Lamberti et Reineri annales a Martenio et Durando a.* 1729 *Tomo V. Amplissimae Collectionis p.* 1—67 *editi, nunc codice autographo a.* 1826 *in*
16 *bibliotheca universitatis Leodiensis iterum reperto*[16] *atque a me diligenter evoluto, plurimis in locis emendati et aucti denuo prodeunt.*

*Ultimo loco Labbeo duce, qui eas sub titulo chronici brevis Leodiensis ex codice Aureaevallis luci dederat*[17], *a d n o t a t i o n e s historicas proponimus in monasterio A u r e a e v a l l i s ex libris antiquioribus collectas, quarum nonnullas et apud Aegidium Aureaevallensem legimus, alias ab Annalibus Leodiensibus, Lamberto Parvo, Ekkehardo, Sigeberto eiusque continuatoribus non multum discedere patet. Auctor Remis feminam virtute Alberti Leodiensis episcopi a.* 1192 *trucidati sanatam vidit, et vastatam a duce Brabantino civitatem Leo-*
18 *diensem memorat*[18], *quod eum post annum* 1212 *scripsisse arguit.*

10) a. 1203. 1204. 11) Cf. a. 1215 notitiam de eclipsi a Bolonia multo tempore praenuntiata. 12) a. 1195. 13) a. 1213. 14) V. e. g. a. 1201. 1214. 15) e. g. scribitur a. 1220 *origentalis, hygemis*; a. 1219 *spoligabatur; vinum vile et caro, deficit annonam, cum tripudium,* et occurrunt accusativi absoluti, cf. et *Willelmum comitem in matrimonio copulatur.* 16) Archiv der Gesellschaft etc. T. V. 17) in Thesauro Anecdotorum T. III. 1403—1409. 18) in notitia de Heinrico IV. a. 1106.

# ANNALES SANCTI IACOBI MINORES.

## PARS PRIOR A. 1—1055.

Anno ab Adam 3951.
Anno ab Adam 3952. Anno Christi 1. Christus nascitur. Annus Octoviani 41.[a]
Anno Christi 12. Christus in templo inter doctores.
30. Christus baptizatur.
34. Christus ad passionem.
39. Gaius imperator.
43. Claudius imperator.
44. Petrus Romam ingreditur.
57. Nero imperator.
58. Paulus Romam venit.
62. Iacobus apostolus passus est.
63. vel melius hic.
69. Petrus et Paulus occumbunt.
70. Linus papa succedit, 12.
71. Vespasianus imperator.
80. Titus imperator.
82. Anacletus papa 12 vel 9.
83. Domitianus imperator.
94. Clemens papa 9.
96. Dyonisius areopagita martyrizatur.
98. Nerva imperator.
100. Traianus imperator.
102. Euaristus papa 8.
112. Alexander papa 10.
119. Adrianus imperator.
121. Xistus papa 12 vel 10.
131. Telesphorus papa 11.
140. Yginus papa 4. Antoninus imperator.
144. Pius papa 15.
149. ab Urbe condita 900.
156. Anicetus papa.
162. Marcus Antoninus imperator.
168. Sother papa.
177. Eleutherus papa.
181. Commodus imperator *et sic papae et imperatores.*
255. Decius imperator anno 1, mensibus 3.
256. Gallus cum Volusiano annis 2, mensibus 4. *etc.*
323. Licinius a Constantino captus privatus occiditur.
324. Prima sinodus universalis Nicena. Et Crispus filius[b] Constantini[b] et Licinius nepos[b] occiduntur.
336. Athanasius a Constantino Treverim in exilium.
345. Iterum Athanasius bis fugatus a Maximino Treverorum suscipitur.
352. Constans imperator vario eventu cum Francis pugnans ad ultimum pacem cum eis faciens hoc anno interficitur.
364. Iulianus imperator. Hic cum Francis apud Vangionum pugnaturus, sanctum Martinum timiditatis insimulat.
379. Priamus quidam regnat in Francia.
418. Faramundus regnat in Francia.
429. Clodius regnat in Francia.
448. Meroveus regnat in Francia.
458. Leo imperator. Et Hildricus regnat in Francia.
483. Chlodoveus regnat in Francia.
512. A transitu sancti Martini usque ad obitum Chlodovei anni 112 computantur.
563. Hilpericus regnat in Francia.
568. Lantgobardi invadunt Italiam.
570. Obiit sanctus Vedastus.
576. Tiberius minor imperator.
586. Lotharius regnat in Francia.
629. Obiit sanctus Bavo.
630. Mortuo Lothario Dagobertus regnavit, qui in Austria ante plures annos a patre missus fuerat regnare, sancto Arnulfo et Pipino.
639. Eraclonas et Martina imperatores. Dagobertus Sigibertum filium regem dat Austrasiis Chuniberto et Pipino, retinens secum Clodoveum.
646. Mortuo Dagoberto, Chlodoveus filius eius regnat in Neustria.
656. Obiit sancta Gerdrudis.

a) Iesus Christus filius Dei de Virgine nascitur, 8. die circumciditur, 13. a magis adoratur, 40. in templo praesentatur, in Aegyptum deportatur, Herodes in Bethleem et in omnibus finibus eius innocentes pueros iugulari praecipit, deinde in domesticos arma convertit *et alia a.* 6. 7. 15. 27. 30. 32 *de Christo, Herode, Archelao, Pilato, Iohanne baptista manu secunda inserta sunt.* b) *eadem manu superscripta.*

661. Mortuo Sigiberto in Austria, filius Grimoaldi Hildebertus regnavit, et post eum ipse Grimoaldus frater sanctae Gerdrudis.

663. Defuncto Chlodoveo in Neustria, Lotharius filius eius succedit.

665. Hildricus regnat in Austria filius Clodovei; postea etiam in Neustria post Lotharium fratrem suum.

667. Mortuo Lothario in Neustria, frater eius Hildricus ex Austria assumitur.

678. Hildrico interfecto, Teodericus frater eius regno restituitur.

680. *Sanctus*[a] *Lambertus factione Coloniensis episcopi de episcopatu eicitur.*

686. Iustinianus minor imperator.

687. Pipinus senior coepit.

688. *Iste*[b] *est Pipinus Ansigisi filius et sanctae Beggae, sub quo sanctus Lambertus interficitur a Dodone, sororis Albaidis, quam isdem Pipinus legitime uxori subduxerat, iniuriam vindicante.*

691. Teodericus superatur a Pipino.

693. Teodericus rex obiit.

694. Chlodoveus filius eius regnat.

698. Hildebertus filius eius regnat.

709. *Obiit*[c] *sancta Begga, soror sanctae Gertrudis.*

713. Obiit sanctus Ursmarus.

714. Anastasius imperator. Obiit Pipinus princeps, et Karolus princeps succedit Martellus.

715. Dagobertus regnat.

719. Hilpericus regnat cum Raginfrido; et Lotharium puerum Karolus sibi facit regem.

724. Teodericus regnat. Hucusque Beda.

731. Beda obiit.

735. Sanctus Hugbertus episcopus obiit.

737. Obiit sanctus Erminus episcopus et abbas.

741. Hildricus regnat. Karolus princeps obiit et Pipinus succedit.

742. Constantinus imperator.

746. Karlomannus frater Pipini fit monacus.

750. Pipinus fit rex[d].

752. Sanctus Bonifacius archiepiscopus Maguntiacensis martirizatur. — Stephanus papa.

753. Karlomannus manachus Viennae moritur.

756. Paulus papa.

768. Pipinus rex obiit. Karolus magnus[e] succedit et Karlomannus. — Stephanus papa.

771. Karlomanno mortuo, Karolus frater eius solus regnum optinuit. — Adrianus papa.

774. Karolus regnum Italiae cępit, et Desiderium regem in exilium direxit Leggiae, Agilfrido episcopo.

777. Leo imperator.

781. Constantinus et Irene imperant.

788. Sinodus iterum apud Niceam.

791. Constantinus solus imperator.

796. Leo papa.

797. Hoc anno excecatus est Leo papa.

798. Irene sola imperat.

801.[f] Karolus fit imperator Romanorum.

803. Nichephorus imperator.

810. Pipinus filius Karoli imperatoris moritur. Vultcaudus ordinatur episcopus.

811. Karolus filius imperatoris maior natu moritur.

812. Michael imperator.

813. Stauracius imperator.

814. Karolus imperator obiit, et Ludowicus imperator succedit.

815. Leo imperator.

817. Stephanus papa.

818. Paschalis papa.

822. Michael imperator.

823. Elevatio sancti Ursmari 7. Kal. April.

824. Eugenius papa.

827. Valentinus papa, cui successit Gregorius papa.

830. Theophilus imperator.

838.[1] Ludowicus imperator a suis imperio privatur et custodiae traditur, sed a filio Lothario[2] erutus, imperio restituitur.

840. Ludowicus imperator obiit.

841. Filii eius succedunt, Lotharius, Ludowicus, Karolus.

842. Michael et Teodora imperatores.

843. Bellum in Fontanide[g] Lotharii et Pipini nepotis eius, contra Ludowicum et Karolum fratres suos. Sergius papa.

846. Leo papa.

853. Nortmanni fines Franciae depopulantur.

854. Benedictus papa.

855. Lotharius imperator et monachus obiit. *Succedit*[h] *Ludowicus filius eius piissimus imperator. Cuius frater Lotharius regnat in Lotaringia.*

a) *haec alia manu.* b) *haec etiam alia manu.* c) *alia manu.* d) *hinc inde adnotationes omnes exscripsi.* e) *vox addita eadem manu.* f) *nota anni* 800 *erasa est; cf. Ann. Lobienses T. IV. p.* 13. g) in fontanid *supra adscripta eadem manu.* h) *manu alia posteriori, fortasse Lamberti Parvi, addita, quae et nonnulla infra adscripsit.*

1) a. 833. 2) Hludowico.

856. Michael solus imperator.
858. Nicholaus papa.
862. Karolus filius Lotharii, rex Burgundionum, moritur.
866. Basilius imperator.
868. Adrianus papa. Alexander et Leo imperatores. Lotharius rex excommunicatus, Placentiae moritur. *Regnum*[a] *eius Ludowicus et Karolus patrui eius inter se dividunt.*
869. Constantinus et Romanus socer eius cum Stephano et Constantino, filiis ipsius Romani imperatores.
871. Romanus filius prioris Constantini imperator.
872. Iohannes papa. Nichoforus imperator.
873. Iohannes imperator. Basilius et Constantinus imperatores, filii Romani.
874. *Obiit*[a] *Ludowicus imperator. Karolus patruus eius succedit.*
875. Ludowicus *praecellentissimus*[a] rex orientalis obiit. Ludowicus filius eius succedit *cum*[a] *fratribus Karlomanno et Karolo.*
876. Karolus imperator occidentalis obiit. Ludowicus *balbus*[a] filius eius succedit.
878. Ludowicus *balbus*[a], *simplex, mitis, iustitiae et religionis amator*, rex occidentalis obiit. Filii eius succedunt Ludowicus, Karolus.
879. *Karlomannus*[a] *praecellentissimus rex orientalis obiit, pater Arnulfi imperatoris.*
880. Ludowicus *frater*[a] *eius* rex orientalis obiit. Karolus frater eius fit imperator. Eodem anno Ludowicus *vir*[a] *virtutis* rex occidentalis obiit.
883. Karlomannus frater eius rex occidentalis obiit *et*[a] *Karolus imperator omnia regna Francorum solus obtinuit.*
886. Karolus *sanctus*[a] imperator et rex orientalis obiit, et Arnulfus rex succedit[b].
887. Odo fit rex in occidente, *filius*[a] *Roberti ducis, vir strenuus, corpore elegantissimus.*
893. Karolus, *filius*[a] *Ludowici balbi*, contra Odonem fit rex in occidente.
895. Zuendibolchus, *filius*[a] *Arnulfi imperatoris*, fit rex Lothariensis[c].
898. Odo rex obiit, et Karolus totum regnum recepit.
900. Arnulfus imperator obiit et Ludowicus filius eius succedit.
901. Zuendibolchus rex interficitur. Obiit Franco episcopus.
910. Ludowicus rex, filius Arnulfi, obiit in orientali Francia et mediana, et Cuonradus rex succedit, *filius*[a] *Conradi comitis.*
918. Cuonradus rex obiit et Heinricus succedit, *filius*[a] *Ottonis ducis Saxonum.*
920. Obiit Stephanus episcopus.
921. Bellum Suessonicum, *in*[a] *quo Robertus frater Odonis a Caroli militibus perimitur. Karolus rex Francorum reddit Heinrico regnum Lotharingiae episcopis et comitibus utrinque iurando rem confirmantibus.*
922. Karolus capitur.
924. Karolus rex occidentalis *et*[a] *martir* obiit *in*[a] *custodia Heriberti comitis.*
925. Rodulfus rex subrogatur.
927. Ludowicus *filius*[a] *Karoli* restituitur regno.
936. Heinricus rex obiit; cui filius Otto succedit.
938. Gislebertus dux cum Evrardo periit.
939. Ludowicus rex uxorem eius accepit.
941. Cometes apparuit, et fames subsecuta.
945. Obiit Richarius[d] episcopus. Succedit Uhogo.
947. Obiit Uhogo episcopus. Succedit Farabertus.
953. Farabertus episcopus obiit. Ratherius succedit.
954. Ungri populantur. Lotharius filius[e] Ludovici regnat in occidente.
955. Ratherius episcopus eicitur. Baldricus substituitur.
956. Liedulfus rex obiit. Victoria de Ungris.
958. Raginerus capitur.
959. Baldricus episcopus obiit. Euracrus succedit.
961. Otto puer a patre asciscitur in regnum.
962. Otto pater fit imperator.
965 Obiit domnus Bruno episcopus.
968. Otto iunior a patre consors imperii asciscitur Romae.
971. Obiit Euracrus episcopus.
972. Domnus Notkerus fit episcopus.
973. Otto imperator obiit. Alius Otto aeque imperator succedit. Et bellum fuit in Parrona inter Raginerum et Warnerum.
974. Obiit Ratherius episcopus. Obsidio Buxudis.
975. Gelu magnum a Kalendis Novembris usque medium Martium.
976. Bellum apud Montem Castrilocum.
978. Lotharius rex Aquense palatium videre venit.
980. Lotharius cum imperatore pacem pactus est.
982. Bellum in Calabria.
983. Otto secundus imperator obiit; cui filius suus Otto succedit.
986. Lotharius rex obiit. Ludowicus filius succedit.
987. Ludowicus rex obiit. Hugo *comes*[a] *Parisiacensis* succedit.
988. Karolus *frater*[a] *Lotharii regis* Laudunum ingreditur.
991. *Karolus*[a] *dux obiit. Otto filius eius succedit.*
996. Gerbertus Silvester papa. Mortuo Hugone, Robertus filius eius succedit.
1000. Terraemotus factus est permaximus.

a) *manu posteriori.* b) *hic voces aliquot erasae* ex . . cephlu do . . c. c) lothariens. *c.* d) rich *c.* e) f. L. *eadem manu addita.*

1002. Otto imperator obiit. Heinricus *pius*[a] succedit.
1003. Obiit Silvester papa.
1006. Rex Heinricus obsidet Valentianas. Fames valida, apparente longo tempore comete.
1008. Notkerus episcopus obiit; Baldricus succedit.
1009. Eclypsis solis facta est circa horam diei secundam.
1012. Obiit abbas Erluinus iunior. Olbertus succedit. Heinricus rex pascha celebravit Leodii.
1013. Bellum in Huardis 6. Idus Octobris. Circa meridiem 14. Kalend. Decembris terremotus factus est.
1015. 2. Idus Septembris bellum in Florinis inter Godefridum ducem et Lambertum[b] comitem, in quo Lambertus periit, et homines plus minusve 400 occisi, et Baldricus episcopus coenobium sancti Iacobi in insula 7. Kal. Maii inchoat, cuius et criptam in honore sancti Andreae 8. Idus Septembris dedicat.
1018. Bellum in Fresonia inter Godefridum ducem et Teodericum comitem. Obiit Baldricus episcopus. Succedit Wolbodo. — Obiit sanctus Heribertus archiepiscopus. Succedit Pilegrimus.
1021. Obiit Wolbodo episcopus. Succedit Durandus.
1022. Ecclesia Gemblacensis dedicatur.
1024. Heinricus imperator obiit. Cuonradus succedit.
1025. Durandus episcopus obiit. Raginardus succedit.
1026. Raginardus episcopus coenobium sancti Laurentii in monte Publico instituit.
1028. Heinricus puer, filius Cuonradi imperatoris, in regnum sublimatur Aquis.
1029. Cuonradus imperator contra Sclavos proficiscitur.
1030.[c] *Ecclesia sancti Iacobi in insula dedicatur.* Cuonradus imperator contra Ungaros proficiscitur.
1031. Obiit Rotbertus rex Francorum, succedit Heinricus filius eius.
1036. Heinricus rex uxorem ducit filiam regis Anglorum; obiit Pilegrimus archiepiscopus, succedit Herimannus.
1037. Bellum apud Barum inter Gothelonem ducem et Odonem comitem. Obiit Raginardus episcopus, succedit Nithardus.
1039. Obiit Cuonradus imperator, succedit Heinricus filius eius.
1040. Rex Heinricus contra Odolricum ducem Boemiae pergit, sed inefficax redit.
1041. Rex Heinricus Odolricum ducem Boemiae subiugat.
1042. Rex Heinricus contra Ungaros vadit. Obiit Nithardus episcopus, succedit Wazo.
1043. Rex Heinricus cum paucis Obbonem de bello fugavit, et lanceam, insigne regis, recepit. Petrum vero, quem Obbo expulerat, regno Ungarorum restituit.
1044. Gothelo dux obiit. Godefridus filius eius, privatus paterno iure, rebellat. — Fames valida.
1045. Godefridus capitur et custodiae mancipatur.
1046. Heinricus rex fit imperator, et tres papae ab eo deponuntur. Godefridus cum Balduino rebellat. — Clemens papa.
1047. Godefridus palatium Neomagi incendit. Virdunum capit et incendit. — Damasus papa.
1048. Obierunt Wazo episcopus et domnus abbas Olbertus. Succedunt Deoduinus episcopus et Albertus[d] abbas. Dux Albertus a Godefrido perimitur.
1049. Heinricus imperator contra Balduinum proficiscitur. Balduinus satisfacit imperatori Aquis. — Leo papa qui et Bruno.
1051. Balduinus cum filio suo Balduino rebellat, invaso Monte Castriloco.
1053. Balduinus iunior Tudinium incendit. Balduinus maior cum minore Hoium vastant et incendunt utrinque.
1054. Imperator Balduinum totis viribus populatur. Tornacum capit. — Victor papa qui et Gebehardus.
1055. Herimannus archiepiscopus obiit. Anno succedit.

## PARS SECUNDA. A. 1056—1174.

1056.[e] Adventus reliquiarum Iacobi et Bartholomei a Galatia. Obiit imperator Heinricus, succedit filius eius patris equivocus.
1058. Stephanus papa qui et Fredericus.
1059. Nicholaus papa qui et Gerardus.
1060. Heinricus rex Francorum obiit. Philippus filius eius succedit.
1063. Hic finit cyclus Dionisii.
1064. Cyclus Dionisii hic tercio orditur.

a) *manu posteriori c.* b) *quae sequuntur in loco raso manu secunda scripta sunt saeculi XI. exeuntis. Cf. Vitam Balderici c. 19 SS. IV, 731.* c) *haec in loco raso manu secunda.* d) *in loco raso maiori littera.* e) *in loco raso manu secunda.*

1066. Cometes apparuit quae[a] bellum Angliae portendit, quam Guilelmus Normannorum comes, ipsa cum rege suo Hero gravissima cede multata, vi militari corripuit, regnumque victor obtinuit. Obiit[b] Albertus secundus abbas huius loci.]

1068. Alexander papa[3].

1070. Godefridus dux obiit; filius eius patris aequivocus succedit.

1073. Saxones rebellant. Gregorius papa qui et Hildebrandus.

1074. Rex Heinricus contra Saxones vadit.

1075. Rex Heinricus iterata expeditione Saxones premit, et eorum principes in deditionem accipit. Obiit Deoduinus episcopus[c], et abbas Stephanus. Succedunt Heinricus episcopus et abbas Robertus. Anno archiepiscopus obiit.

1076.[d] Godefridus dux et decus Galliae a sicario perimitur. Godefridus filius sororis eius, marchio subrogatur. Cuonradus puer filius Heinrici regis dux substituitur. Gelu magnum a medio Novembri usque aequinoctium vernale. Hildulfus archiepiscopus obiit[4].

1077. Saxones iterum rebellant, creato sibi tyranno Rodulfo duce[e] Burgundionum, annuente Hildebrando papa[5].

1079. Rex Heinricus contra Saxones vadit.

1080. Heinricus rex pascha celebrat Leodii. Renovata expeditione Saxones aggreditur, et in congressu Rodulfus tyrannus extinguitur.

1081. Rex Heinricus Romam vadit, Hildebrandum debellaturus. Terraemotus magnus 6. Kal. April.

1082. Herimannus in Saxonia tyrannidem arripit. Rex Heinricus Romam Leonianam obsidet.

1083. Heinricus rex Romam Leonianam capit, Romam antiquam oppugnat.

1084. Rex Heinricus Urbe recipitur, Hildebrandus expellitur. Guibertus, qui et Clemens, papa sufficitur; ab eo rex Heinricus in imperatorem benedicitur.

1085. Saxones cum imperatore Heinrico pacem faciunt, et tercio rebellant. Hildebrandus papa obiit. Victor papa mensibus 4. Odo, qui et Urbanus, papa.

1086. Imperator Heinricus contra Saxones vadit, set dolo suorum inefficax redit.

1087. Cuonradus puer, filius Heinrici imperatoris, Aquis sublimatur in regem. Marchio Godefridus in ducem. Berta imperatrix obiit. Imperator Heinricus Saxones premit. Sanctus Nicholaus in Varim Apuliae transfertur.

1088. Heinricus imperator cum magno honore pascha celebrat Aquis. Saxones cum eo pacem faciunt. Ekhebertus marchio iterum rebellat. Herimannus tyrannus in quodam castro lapidibus obruitur.

1089. Inundatio maxima aquarum usque ad valvas aecclesiarum. Imperator Heinricus uxorem ducit filiam regis Ruthenorum. Pestilentia terribilis et multiplex ardentium. Siguinus archiepiscopus subita morte obiit[f].

1091.[g] Obiit Heinricus episcopus. Succedit Obertus.

1092.[g] Kalendis Augusti vespertina hora diei, stella clara et velut trabes magna, ab oriente in occidentem visa est transcurrisse per aquilonem.

1095.[g] Obiit abbas Robertus. Succedit Stephanus.

1096.[g] Innumerabilis christianorum populus pene per totum orbem zelo fidei excitatus, Iherosolymam vadit, inimicos crucis Christi debellaturus.

1098. 4. Kal. Iulii Antiochia capitur a christianis.

1099. Idus Iul. 6. feria hora diei nona Dei gratia a christianis capitur Iherosolima. Herimannus archiepiscopus obiit.

1100. In resurrectione dominica post multa praelia diversarum gentium, dux noster Godefridus Ierosolimis sumit principatum; ipso anno obiit et pro eo Balduinus de principatu Armeniae in regno subrogatur. Eodem anno Urbanus et Clemens qui de papatu contendebant vita decedunt. Succedit Raginerus qui et Pascalis.

1105. Henricus rex patrem violenter regnum abiurare coegit. In cena Domini circa

a) *reliqua anni manu secunda addita:* b) *manu saec. XIV. in marg.* c) et — Robertus *in loco raso manu 2.* d) Godefridus — vernale *in loco raso manu 2.* e) *hic prima manus desinit.* f) *hic secunda manus cessat.* g) *alia manu.*

3) male, sedit a. 1061—1073; et Ann. Leodienses male 1064. 4) fit; sedit enim a. 1076—1079. 5) Hinc inde ad a. 1083 vel 1085. cum nostris annales Leodienses in universum consentiunt, postea plane discedunt.

6 pontem Visatii[6] Heinricus filius a patris militibus victus, amissis suorum plurimis refugit. Set cum ad obsidionem eius rediret, patre defuncto totum regnum obtinuit.

1108. [[a] Hoc anno orta est seditio inter clericos et laicos pro fractis domibus.]

1110. Heinricus rex Romam profectus, apostolico Pascali a se dissidenti reconciliatur, et abiurata symonia ab eo in imperatorem benedicitur, patrique eius usque ad id temporis insepulto sepultura conceditur.

1112. Obiit domnus abbas Stephanus. Succedit domnus Olbertus sextus[b].

1116. Obiit Berengerus abbas Sancti Laurentii. Succedit Helibrandus.

Anno ab incarnatione Domini 1117. indictione 10. Leodii in monasterio sancti Lamberti bis fulgur cecidit, militem unum tresque clericos peremit; praeterea frequens aquarum inundatio cum vi ventorum domus plerasque subruit et earum habitatores extinxit, totoque anno rerum facies immutata nostrates omnes perterruit.

1118. Rex Iherosolimorum Balduinus multis praeliis contra inimicos crucis Christi strenue peractis, viam ingreditur universae carnis[c]. Obiit Obertus episcopus Succedit domnus Fredericus[c]. — Obiit Pascalis papa, succedit Iohannes qui et Gelasius.

1119. Fredericus Leodiensis episcopus cum fratre suo Namucensi comite parvaque militum manu ducem Lovaniensem cum quatuor comitibus magnoque exercitu episcopium suum cede incendio et rapinis devastante circa Hoiense castrum devicit, et capto ex parte eius comite Lamberto et aliis quam pluribus, turpiter eum fugere compulit; nec multo post castrum et eos qui intus rebellabant in deditionem accepit. Obiit Iohannes papa, succedit Guido qui et Calistus. Sinodus Remensis 300 et eo amplius episcoporum et abbatum, ubi venerabilis Fredericus Leodiensis episcopus summa gratia ab ipso papa consecratus est.

1121. Fredericus Leodiensis episcopus multas et intolerabiles persecutiones pro symoniacae hereseos dampnatione et catholicae fidei defensione ab ecclesiae persecutoribus et maxime a duce Lovaniensi Godefrido passus, anno dominicae incarnationis 1121. indictione 14, 5. Kal. Iunii feria sexta ante adventum Spiritus sancti in ipso diei exordio migravit ad Christum, eiusque meritum multis et maximis miraculis ubique terrarum est declaratum.

1122. Adhelbero Leodiensis fit episcopus.

1124. Obiit Calixtus papa. Succedit Lambertus, qui et Honorius.

1125. Obiit Heinricus IIII. imperator infra pentecosten. Succedit Lotharius dux Saxonicus, vir strenuus et praecipuus aecclesiae Dei cultor iusticiaeque et pacis amator, electus in regem a cunctis pene regni primoribus Mogunciae in festo sancti Bartholomei, consecratus et unctus a Frederico Coloniensi archiepiscopo in ecclesia sanctae Mariae Aquis, in exaltatione sanctae crucis. Obiit Guda.

1129. [[d] Bellum inter Alexandrum episcopum et ducem Lovaniensem pro castro de Durace.]

1130. Obiit Honorius papa. Succedit Gregorius, qui et Innocentius; et Petrus contendit[e].

1132. Cometes aparuit[f].

1133. 4. Non. Augusti facta est eclipsis solis horribiliter cira meridiem, apparente luna contra orbem solis, micantibus stellis prae magnitudine tenebrarum, hominibusque maximo terrore concussis[g].

1135. Obiit Olbertus abbas Sancti Iacobi. Succedit Stephanus.

1136. Obiit Alexander episcopus. Succedit Adelbero.

1137. Obiit imperator Lotarius, succedit Cuonradus unctus in regem Aquisgrani in media quadragesima a cardinali Romano Tieguino, volente et iubente domno papa Innocentio. Et eodem anno rex Francorum Luodovicus moritur.

1141. Bellum Bullonicum[h].

1144. Obiit Innocentius papa, succedit Coelestinus. Obiit Celestinus. Succedit Lucius. Obiit Lucius. Succedit Bernardus qui et Eugenius. Obiit Adelbero episcopus. Succedit Henricus[i]. Cometes ardet.

a) *manu saeculi XIII.* b) VI. *supra scriptum.* c) *quae sequntur fortasse anno* 1119. *adscribenda sunt.* d) *manu parva, qua et anni* 1108. *nota.* e) contendt *c.* f) *in margine annorum* 1130—1133. *aliqua erasa esse videntur.* g) *aliqua erasa.* h) *haec iam in* 1. *haud leguntur, exhibet tamen* 2. *Codex* 1. *a latere annorum* 1141—1143. *membranam rasam ostendit.* i) heinricus 2.

6) Viset infra Leodium.

1146. Fames inaudita, modio siliginis viginti, speltae undecim solidis vix se redimentibus. Predicatur populus et[a] a Rodulpho propheta crucizatur[b]. Visa et signa mendacii creduntur. Passim pruritur auribus; ex libris Sibillinis ad votum interpretatis regi Franciae ituro Ierosolimam magnifice falsa promittuntur. Kalendis Maii imperator et rex Franciae movetur, et per Constantinopolim in Persidem delabuntur; et circa Augustum a ducibus nostris contra Vindelicos male pugnatum.

1147. 7. Kalendas Novembris in dominica solis deliquium a tertia pene hora diei usque in plenam sextam erubescente sole videre tantum sanguinem christianorum qui fundendus erat.

1148. Res publica passa, quod pudeat fastos[7]. Letare Ierusalem concilium Remis [7] praesidente apostolico Bernardo quo et Eugenio.

1149. Inperator[c] Conradus et rex[c] Franciae cum universo exercitu suo a Ierosolimis inefficaces redeunt.

1150. Elbertus abbas[d] privatus[e] lumine dimittit abbatiam. Succedit Stephanus abbas. Hiemps asperrima.

*Codex 1.*

1151. Tempus asperrimum et pluviale. Fames valida. Mors in homines. Messis tarda. Plus vindemia. Mustum vix Lucae euangelistae.

*Codex 2.*[f]

Heinricus episcopus II. Heinricum comitem Namucensem Andanae devicit; eodem anno castrum Deburnae deiecit et combussit. Tempus asperrimum et pluviale. Fames valida. Mors in homines. Messis tarda, plus vindemia. Mustum vix Lucae ewangelistae.

1152. Obiit Conrardus imperator. Succedit Fredericus, filius fratris eius Frederici[g].

1153. Rex Ierosolimorum Balduinus iunior circa natale Domini Ascalonem obsidet, et post multas strages paganorum murus civitatis a militibus ipsius crebro impulsus partim corruit, centum et viginti fere milites irruptionem faciunt, multos Sarracenorum occidunt, et ipsi novissime occiduntur. Postea facta dedicione rex indigenas expulit, christianosque ibi collocavit.

1154. [Obiit[h] Eugenius papa. Succedit Anastasius. Obiit Anastasius. Succedit Adrianus.]

1155. Rex Romanorum Fredericus parata expedicione Romam proficiscitur, et a papa Adriano libentissime excipitur, et ab eo in imperatorem benedicitur Marci et Marcelliani. Romanis autem pro consecratione sui quasi quaedam legitima tributa exigentibus, rex[i] denegat. Illi bellum inferunt. Set occurentibus sibi Lotharingis militibus, plurimi truncati[k], plurimi in Tyberim submersi sunt.

Stephanus abbas deponitur, succedit Drogo.

Stephanus abbas octavus inportunitate Gerardi cardinalis abbatiam dimisit. Drogo bonae memoriae[l] successit[m].

1158. Imperator Fredericus in octavis pentecostes uxorem ducit Werciborc cum magna gloria, in magna frequentia optimatum, filiam ducis Burgundionum, quae a Treverensi arciepiscopo in reginam benedicta fuerat Wormaciae sabbato ipsius octave pentecostes.

1159. Obiit Adrianus papa. Octovianus et Rollandus de papatu contendunt. Fridericus imperator Mediolanum obsidet. Ulterioris Traiecti cives in episcopum suum insurgunt, set postmodum pacantur.

Victor et Alexander de papatu contendunt. Imperator quidem cum omni imperio suo Victorem canonice electum suscipiunt. Franci vero Alexandrum pertinaciter et arroganter retinere conantur.

1160. Apud Maguntiam cives in episcopum graves persecutiones conferunt, donec eo ventum est, ut in ecclesia beati Iacobi de quibusdam negociis responsuri convenirent, et inopinate armis incendio eum aggrediuntur, et truncatis manibus cum[n] capite dolenda morte eum peremerunt in die sancti Iohannis baptistae.

a) et a R. p. 2. *inserit; in* 1. *iam non amplius extant.* b) *ita* 1. *legere videtur*; crucixzatur 2. c) *maior anni pars erasa in* 1. d) VIII. *addit* 2. e) orbatus 2. f) *eadem qua reliqua manu, sed alio atramento quam reliqua.* g) *aliquâ erasa sunt* 1. h) *manu paullo posteriori* 1. *quae tamen in* 2. *iam transscripta sunt.* i) imperator 2. k) detruncati 2. l) *haec igitur post a.* 1173. *transscripta esse oportet.* m) *hinc inde usque ad a.* 1177. *unus* 1. *adnotationes praebet* n) cı *iam exesa* 1.

7) scilicet clades peregrinorum in oriente, Conradi et Ludowici sequacium. Ita et annales Colonienses rem silentio tractant.

1162. Fredericus imperator post insignes et frequentes victorias Mediolanensibus fame ad deditionem compulsis, civitatem Kalendis Martii capit, concremat ac diruit, indigenas rebus cum vita concessis per totam Italiam dispergit, et ipse felici potitus tropheo in patriam redit. Eodem anno apud Vesuntium concilium habitum est inter imperatorem et regem Francorum de duorum apostolicorum controversia, set nichil actum.

1164. Obiit Victor papa. Succedit Wido, qui et Paschalis. Obiit Heinricus episcopus. Succedit Alexander.

1166. Imperator reparato grandi exercitu tertia expeditione Ytaliam ingreditur Romanos debellaturus. Archiepiscopi Moguntinus et Coloniensis primo impetu magnam eorum multitudinem prosternunt. Set mox gravi aeris pestilentia tam imperatoris quam hostium vexatur exercitus. Multi principum imperii moriuntur. Inter quos Reinaldus Coloniensis archiepiscopus et Alexander Leodiensis episcopus. Succedunt Philippus archiepiscopus et Rodulfus episcopus.

1168. Obiit Paschalis papa. Succedit Calixtus.

1169. Tota Syciliae insula terraemotu contremuit, quo terremotu civitas Cathanensium famosissima funditus corruit, et corpus sanctae martiris Agathae alias migravit. Henricus puer filius imperatoris Aquisgrani sublimatur in regem[a].

1173. Obiit Drogo. Successit Hugo[b].

1174. Hoc anno facta est inundatio aquarum[c] . . . . . . . . . . . . . .

. . . . . . infirma, amplius vindemia, mustum . . . . . . . . . . . . .

## CONTINUATIONES ANNORUM 1164 — 1393.

1164. Obiit Heinricus episcopus. Succedit Alexander.

1167. Obiit Alexander episcopus. Succedit Rodulfus.

1173. Obiit Drogo abbas 10us. Succedit Hugo[d].

1185. Hugo abbas deponit abbatiam. Succedit Hermannus 12us.

1188. Hermannus obiit abbas 12us. Gosvinus succedit.

1191. Obiit Radulphus episcopus Leodiensis. Succedit Albertus.

1193. Obiit Albertus episcopus Leodiensis. Succedit Symon.

1194. Obiit Symon episcopus Leodiensis. Succedit Albertus.

1197. Goswinus 13us abbas propter paupertatem resignat. Gerardus 14us abbas Sancti Laurentii eligitur in abbatem huius loci, qui prefuit ecclesie nostre sex tantum mensibus, et succedit Hugo qui ante resignaverat, et fit 15us abbas qui prius fuerat 11us.

1198. Obiit Albertus episcopus Leodiensis.

1200. Succedit Hugo de Petraponte 66us episcopus.

1201. Hugo nunc 15us abbas iterum resignat mense Ianuarii; succedit Theodericus prius prior Sancti Trudonis.

1202. Theodericus 16us abbas huius loci resignat; succedit Henricus monachus Sancti Laurentii.

1206.[e] Fundatio ordinis fratrum minorum a beato Francisco.

1209. Henricus abbas 17us deponitur per sententiam. Succedit Waselinus monachus Florinensis.

1226.[e] Obitus beati Francisci confessoris.

1229. Waselinus reliquit abbatiam, et factus est monacus Cisterciensis in Valle sancti Lamberti. Succedit Theodericus 19us abbas, qui prefuit 13 mensibus; sepultus est in Valle benedicta apud moniales Cisterciensis ordinis. Iohannes 20us succedit.

Obiit Hugo de Petraponte anno Domini 1229. Succedit Iohannes de Apia 67us episcopus.

1238. Obiit Iohannes de Apia episcopus Leodiensis. Succedit Wilhelmus episcopus 68us. Obiit Wilhelmus episcopus Leodiensis.

1239. Succedit Robertus episcopus Leodiensis 69us.

1246. Obiit Robertus episcopus Leodiensis.

1247. Succedit Heinricus de Gelria 70us episcopus.

a) *manu saeculi XV. legitur in* 2. renovata fraternitas sancti laurentii. b) *vox abscisa, et tota notitia fere erasa est* 1. c) *pauca eorum quae hic abscisa sunt, infra apud Lambertum Parvum habes.* d) XI. *addit manus saeculi XIV. exeuntis, quae et sequentia fere omnia usque ad a.* 1248. *subiecit.* e) *manu saeculi XIII. scripta.*

1248.[a] Innocentius papa quartus Iohannem abbatem vigesimum Sancti Iacobi gratis decoravit mitra et pontificalibus, set ipse numquam portavit.

1269.[b] Hoc anno in festo Mychaelis captum est castrum sancte Walburgis virginis, episcopo Heinrico de Gherlres regnante.

1273.[c] In consilio Lucdunensi privatus est Heinricus de Gelre episcopus Leodiensis a Gregorio papa decimo, quo et Thialdo, quondam archidiacono Leodiensi, suo episcopatu ac etiam abbatia Stabulensi, nulla dignitate retenta; in prefato consilio constituitur in episcopatu Leodiensi a predicto papa Iohannes de Angiins episcopus Turnacensis.

1275.[d] Obiit Adrianus V. papa. Successit Iohannes papa XXI.

1277. Hoc anno comes Iuliacensis cum duobus filiis et multis aliis militibus in medio Aquis occiditur.

1278. Nycholaus III. natione Romanus in papam eligitur.

1281. Iohannes de Enghien episcopus Leodiensis occiditur in festo Bartholomei apostoli. Successit Iohannes filius Guidonis comitis Flandrie, prius episcopus Metensis. Martinus papa quartus Viterbii in summum pontificem coronatur.

1283.[e] Hoc anno 8. Idus Novembris fuit confirmatus pie recordationis domnus Willelmus de Iulemont abbas huius loci. Qui cooperante Deo religionem ante desolatam ad statum honeste conversationis elaborando revocavit. Michael[f] 21$^{us}$ obiit primus abbas Sancti Iacobi portans mitram.

1285. Honorius IV. in summum pontificem est electus.

1287. Sanctus Warnerus a Iudeis in parasceue martirio coronatur.

1288. Hoc anno fuit bellum famosum de Waronc, in quo dux Brabantie victoriam optinuit. Nycholaus papa IV$^{us}$ ordinis minorum in summum pontificem eligitur.

1291. Acon civitas transmarina a soldano et Saracenis cum Damieta capitur et destruitur.

1292. Obiit Rodulphus imperator Romanorum, successit Adulphus comes de Nassow. Obiit Iohannes de Flandria episcopus Leodiensis. et Guido de Hanonia eligitur, et multo tempore sine confirmacione administravit.

1294. Bonef cius papa[f] octavus in vigilia nativitatis Domini in summum pontificem eligitur.

1296. Hoc anno Bonefacius electionem Guidonis cassavit, et Hugoni de Cabilone Leodiensis ecclesie presulatum contulit. Eodem anno bladi fuit caristia, et vini quarta 27 Turonensibus vendebatur, quod nunquam ante visum fuit.

1298. Adolphus Romanorum rex in bello a duce Austrie Alberto occiditur; et successit idem Albertus ei in regnum. Hiis temporibus inter domnum de Awans et de Warons cruenta nimis guerra exoritur. Sanctus[g] Ludovicus rex Francie canonizatur in crastino Bartholomei.

1301.[h] Hoc anno 14. Kal. Maii obiit Willelmus abbas[i], cui successit Mychael abbas postulatus de Gembiaco. Hoc[k] anno Adolphus de Waldege primo Leodium venit.

1302. Fuit bellum apud Curtracum, ubi Francigenis in fossatum ruentibus, sicut oves sine defensione mactantur. Dux Brabantie cum filio et multis nobilibus a Flamingis eodem occiduntur. Eodem anno Idus Decembris obiit domnus Adulphus de Waldege episcopus Leodiensis, succedit Theobaldus de Barro.

1303. Obiit Bonefacius VIII. Succedit Benedictus papa XI.

1305. Hoc[l] anno in festo sancti Mychaelis resignavit Mychael abbas recedens ad locum suum; et successit ei Willelmus abbas huius loci, qui subprior ante fuerat. Clemens[m] V. in summum pontificem consecratur eodem anno 5. die Iunii.

1307. Hoc anno templarii per totum regnum Francie capiuntur.

1308. Theobaldus de Barro[n] Leodiensis episcopus obsidet Agymont et villam de Givey conflagravit. Tandem castrum sibi redditur maiori[o] turre combusta.

In[p] die Iacobi et Philippi Albertus monoculus rex Romanorum a nepote suo occiditur. Succedit Henricus Lucsiburgensis comes.

a) *manu saeculi XIV. exeuntis.* b) *manu coaeva.* c) *manu coaeva.* d) *hinc inde plurima usque ad a.* 1316. *manu saeculi XIV. scripta sunt.* e) *manu coaeva.* f) *manu saec. XIV. exeuntis.* g) *manu coaeva.* h) *haec sententia manu coaeva.* i) *manu saec. XV. additum* XXII$^{us}$. k) *manu saec. XIV.* l) *manu coaeva.* m) *manu saeculi XIV.* n) *vox erasa.* o) moiori *c.* p) *haec notitia in codice anno* 1298. *perperam adscripta est.*

1309. Hyemps asperrima, deinde aquarum inundatio maxima. Eodem fit eclipsis solis ultima die Ianuarii.

1312.[a] Hoc anno 8. Kal. Iunii in urbe Roma Henrico pro imperio contra rebelles oppugnante, Theobaldus episcopus Leodiensis pro predicto Henrico in prelio confossus occubuit. Eodem anno pridie Nonas Augusti pro dolor! interitus civium Leodiensium circiter ducentorum cede nequissima mutuo se invicem igne gladioque plectentium. Et hinc velox combustio ecclesie sancti Martini in monte.

Episcopus[b] Leodiensis Theobaldus obiit, succedit Adolphus de Marcha.

1313. Hoc[c] anno 7. Idus Iulii feria 5. post pentecosten inchoatum est dormitorium in octavo anno ordinationis Willelmi abbatis predicti. Qui primum lapidem in fundamento reclinavit ad gloriam et laudem totius Trinitatis. Amen.

1316. Hoc anno 10. Kalendas Aprilis obiit domnus Willelmus de Bever abbas huius loci, vir religiosus valde et devotus, qui dormiebat super linteamina de cilicio, et tamen ita letus erat, quod frequenter ridebat parva occasione. Eodem anno fuit ordinata pax inter episcopum et patriam[d] que pax de fehe dicitur, circa festum Iohannis baptiste.

1325.[e] Isto anno crastino Bartholomei apostoli progenies de Warons victa est ab hiis de Awans prope Dommartin.

1326. Hoc anno Eduardus rex Anglie, victo patre ac interfecto, accepit in uxorem filiam comitis Hanonie.

1328. Hoc anno Adulphus de Marcha apud Hourlem vicit Leodienses 7. Kal. Octobris, atque obsedit Tungrenses. Eodem anno 11. Kalend. Iunii apud Arbonam prope Huyum Leodienses vincuntur ab episcopo et Huensibus.

1330. Hoc anno Petrus de Corbario ordinis fratrum minorum antipapa venit ad maritimam[f 7] sponte.

1334. in die Barbare virginis obiit Iohannes papa XXII. Successit sequenti anno 15. die Ianuarii Benedictus XII.

1335. Magna habundantia vini; tres hame Colonienses vini sancti Iohannis pro duobus florenis. Eodem anno incepit guerra inter reges Francie et Anglie. Ipso anno confirmata est pax inter progeniem de Awans et Warons 15. die Maii.

1338. Bavarus imperator condempnatus moritur in Septembri; eodem anno rex Anglie Eduardus venit in Brabantiam.

1342. Hoc anno die Martini obiit domnus Henricus[g] Cosins abbas huius loci, vir sapiens et litteratus; eodem anno 25. die Aprilis obiit Benedictus papa XII. Successit Clemens VI.

1344. Isto anno tercia die Novembris obiit domnus Adulphus de Marcha episcopus Leodiensis.

1345. Hoc anno vigilia beati Mathie apostoli successit Engelbertus, nepos episcopi defuncti. Eodem anno 26. die Septembris comes Hanonie Wilhelmus in Fresia obtruncatur. Sequenti anno

1346. in bello de Vothem Engelbertus episcopus a Leodiensibus vincitur atque fugatur de suis aliquibus amissis 19. die Iulii.

1347. Hoc anno vigilia Magdalene fuit bellum de Thurins, ubi Engelbertus episcopus triumphavit de suis Leodiensibus, interfectis duobus milibus ex eis, et ceteris in fugam versis qui fugere potuerunt.

1351.[h] obiit domnus Iohannes[i] Pullus 12. Kal. Maii, vir humilis; parum videbat de uno oculo, coquinam novam et multa alia edificavit in hac domo.

1361. Hoc anno obiit domnus Gerardus[k] de Avans Kalendis Aprilis. Hic fuit vir religiosus et bonus set simplex in amministratione temporalium; successit Helinus. Eodem 8 anno Leodiensis episcopus dominus Engelbertus de Marcha, postea[8] archiepiscopus Coloniensis, cum Leodiensibus obsedit castrum de Stokehem circa finem Maii, et post 15 dies custodes reddiderunt salvis rebus et corpore. Siccitas magna et habundantia vini.

a) *manu coaeva.* b) *manu posteriori.* c) *manu coaeva.* d) priām *c.* e) *quae sequuntur diversis saeculi XIV. manibus scripta sunt.* f) mriām *c.* g) XXVus *manu posteriori additum.* h) *anno* 1348. *tabulae saeculo XI. continuatae deficiunt; manu saeculi XIV. subiiciuntur tabulae annorum* 1349—1395. i) XXVIus *manu posteriori add.* k) XXVIIus *manu posteriori.*

7) scilicet ad castrum de Urgaro haud procul Pisis. 8) annis 1364—1368.

1363. Hyemps apera[a], et Mosa ingelidatus fuit ab adventu usque ad pasca.

1365. Hoc anno domnus Iohannes de Erkele episcopus Leodiensis cum patria Leodiensi obsedit Rumiien a principio Augusti usque ad medium Octobrem; tandem destructis turribus cum macinis, accepit castrum cum custodibus ad suum libitum.

1369. comburitur refectorium nostrum cum parte dormitorii que ronchour dicitur, et de domo abbatis usque ad caminum in medio tecti usque ad pavimentum, vigilia ascensionis Domini post vesperas.

1371. Hoc anno in octava assumptionis sancte Marie virginis dux Brabantie victus est a duce Iuliacensi et captus cum suis fere omnibus; comes Sancti Pauli ex sua parte et dux Gelrie ex altera cum multis nobilibus ex utraque ceciderunt, numero circa mille homines.

1372. Hoc anno 4. die Iunii obiit Helinus[a'] de Meffe, vir exercitatus tam in temporalibus quam in spiritalibus. In crastino fuit electus domnus Nycholaus de Iardino in Hastalio, qui tunc morabatur apud Sanctum Leonardum.

1374. Hoc anno fuit maxima habundantia aquarum ubique, maxime circa principium Ianuarii et Februarii. Et[b] hoc edificabatur infirmaria nostra.

1375. Fuerunt dansatores[c].

Hic gens mappata salit ex furie cruciata.

Eodem anno fuit siccitas magna, et in nocte Remacli per totum episcopatum interdictum pro domno Iohanne de Erkele tunc episcopo. Obiit Gregorius XI. papa et fuit scisma pro electione summi pontificis. Vindemia bona.

1378. Kalendis Iulii obiit Iohannes de Erkele Leodiensis episcopus, et sexta die eiusdem mensis per viam sancti Spiritus in capitulo Leodiensi fuit electus Eustachius Piersans de Rupeforti, adhuc subdyaconus set canonicus Leodiensis[d].

1393.[e] Nycholaus de Iardino 29[us] abbas obiit die Iohannis et Pauli martirum; Bertrandus de Veteri vineto 30[us] successit in crastino.

---

# LAMBERTI PARVI ANNALES.

Anno ab incarnatione Domini 988. Karolus frater Lotarii regis Laudunum ingreditur.

989. Marinus papa 136. succedit Stephano[f].

991. Otto imperator . . . . .[g]. Karolus dux obiit, Otto filius eius succedit.

996. mortuo Hugone, Robertus filius eius succedit[h]. Iohannes Italicus, optimus pictor, ab Ottone adductus est ad depingendum Aquense palatium. Hic postmodum episcopus factus, per comitem ab episcopio pulsus venit Leodium, et exceptus a Baldrico episcopo, consilium dedit construende ecclesie in honore beati Iacobi fratris Domini in insula Leodii[o]. 9

997[h]. obiit Marinus papa, Agapitus successit.

1000. terre motus factus est permaximus.

1002. Otto imperator obiit. Heinricus Pius succedit. Obiit Otto. Heinricus regnat[i].

1003. obiit Silvester, qui et Gerbertus.

1006. rex Heinricus obsidet Valentiam[10]. Fames valida apparente comete diu. 10

1008. Notgerus episcopus obiit[k], felicis memorie; Baldricus succedit.

1009. Leo 139. papa. Eclypsis solis facta est circa horam diei[l] secundam.

1012. Heinricus rex pasca celebrat Leodii.

1013. bellum in Huardis 6. Idus Octobris. Circa meridiem 14. Kal. Decembris terre motus factus est magnus eodem anno. cf. Sig.

1015. 2. Idus Septembris bellum in Florines inter Godefridum ducem et Lambertum comitem Lovaniensem[m] Barbatum[m], in quo Lambertus periit, et homines plus minusve 400 occisi.

1016. dive memorie Baldricus episcopus Leodiensis cenobium sancti Iacobi in insula Leodii 7. Kal. Maii inchoat, cuius etiam criptam in honore sancti Andree apostoli 8. Idus Septembris dedicat.

1017. Benedictus papa 140[us].

1018. bellum in Fresonia inter Gozelonem ducem et Teodericum comitem. Obiit Baldricus episcopus pie recordationis, sepultus in cripta sancti Andree apostoli, apud cenobium sancti Iacobi fratris Domini in insula Leodii[n]; Wolbodo succedit. Vita Balderici.

1021[o]. obiit Wolbodo episcopus, succedit Durandus episcopus.

1022. ecclesia Gemblacensis dedicatur.

a) *i. e.* aspera. a') XXVIII. *manu posteriori.* b) *hinc alia manus.* c) dasatores *c.* d) *anno* 1389. *manus saeculi XVII vel XVIII adscripsit:* Arnoldus Hornęus episcopus Leodiensis obiit. e) *alia manu, qua et superius additiones numerorum episcoporum et abbatum factae sunt.* f) *in margine.* g) *fortasse* Brennanburg cepit. h) *quae sequuntur in margine habentur.* i) O. O. H. r. *in margine.* k) obii *c.* l) die *c.* m) *in margine.* n) *in margine.* o) Otbertus primus abbas Sancti Iacobi obiit *manu saec. XIII.*

9) ex vita Balderici episcopi Leodiensis SS. T. IV. p. 730 sq. 10) i. e. Valentianas.

1023. Eclypsis solis hora nona verno tempore. Iohannes 141. papa.

1024 [a]. Heinricus imperator obiit, Cunradus succedit.

1025. Obiit Durandus, Reinardus succedit [b].

1026. Rainardus episcopus cenobium sancti Laurentii in Monte Publico [c] fecit.

1028. Heinricus puer filius Cunradi imperatoris in regem sublimatur Aquis.

1029. Cunradus imperator contra Sclavos proficiscitur.

1030. Ecclesia sancti Iacobi fratris Domini a Rainardo Leodiensi episcopo in insula Leodii consecratur 8. Kal. Augusti. Cunradus contra Hungaros vadit.

1031. Obiit Robertus rex Francorum, succedit Heinricus filius eius [d].

1036. Heinricus rex uxorem ducit filiam regis Anglorum.

1037. Bellum apud Baram inter Gotzelonem ducem et Odonem comitem [e].

1039. Obiit Cunradus imperator, succedit Heinricus filius eius.

1040. Rex Heinricus contra Odolricum ducem Boemie pergit, set inefficax rediit.

1041. Rex Heinricus Odolricum ducem Boemie subiugat.

1042. Rex Heinricus contra Hungaros vadit. Obiit Nitardus, succedit Wazo episcopus.

1043. Rex Heinricus Obdonem de bello fugavit cum paucis, et lanceam insigne regis recepit, Petrum vero quem Obdo expulerat regno Hungarorum restituit.

1044. Gozelo dux obiit; Godefridus paterno iure privatus filius eius rebellat. Fames valida [f]. Benedictus papa 142. Hic cum papatiam suam emisset, Heinricus imperator perrexit Romam, et pro eo Clementem papam constituit; quia ex ore sancti Petri emptor et venditor gratiae spiritualis cum Simone mago sunt anathematizati. Clemens papa 143 [g].

1045. Godefridus et custodie mancipatur.

1046. Heinricus rex fit imperator, et ab eo duo pape deponuntur. Godefridus cum Balduino rebellat.

1047 [g']. Nix in occidente tanta cecidit, ut silvas frangeret. Godefridus palatium Neomagi incendit, Virdunum capit et incendit.

1048 [h]. Poppo qui et Damasus papa 144. Obiit Wazo episcopus, succedit Dieduinus. Obiit etiam Olbertus primus abbas sancti Iacobi in Leodio, succedit Albertus.

1049. Rex Heinricus contra Balduinum proficiscitur; Balduinus satisfacit imperatori Aquis.

1051. Balduinus cum filio rebellat, invaso monte Castriloco.

1052. Leo papa obiit 145, iste est qui cantum sancti Gregorii composuit.

1053. Balduinus iunior Tudunum incendit; maior vero Balduinus cum minore Hoium vastant et incendunt utrimque.

1054. Imperator Heinricus Balduinum totis viribus populatur, Tornacum incendit.

1055 [h']. Victor papa 146. Herimannus Coloniensis archiepiscopus obiit, Anno successit. Inperator Hein-
1056. ricus obiit tertio Nonas Octobris, et sepultus in Spira, ubi et pater eius. Heinricus filius superioris Heinrici succedit.

1056. Adventus reliquiarum sancti Iacobi apostoli fratris sancti Iohannis ewangeliste et Bartholomei apostoli a Compostella vico Galitie, quas nobilissimus rex Garsea misit Dieduino [i] episcopo [i], per Robertum monachum, postea abbatem eiusdem ecclesie sancti Iacobi. He cum tanto honore et totius populi iocunditate miraculisque coruscantibus ad ecclesiam apostoli [k] deportatae sunt, ut maiorum nostrorum etas letiorem diem prius nec postea meminerit se vidisse.

Obiit imperator Heinricus, succedit filius eius Heinricus huius nominis IV [l].

1057. Stephanus papa 147 [m].

1058. Nicholaus papa 148 [m].

1066. Cometes [n] apparuit que bellum Anglie portendebat, quam Guillelmus Normannorum comes, ipsam cum rege suo Hero gravissima cede multata, vi militari cor uit, regnumque victor optinuit.

1070. Obiit dux Godefridus, succedit alter Godefridus filius eius.

1073. Saxones rebellant.

1073. 1074. Gregorius papa, qui et Hildebrandus, ordinatur [o]. Rex Heinricus contra Saxones vadit.

1075. Rex Heinricus, iterata expeditione, Saxones premit, et eorum principes in deditionem accepit [p].

1075. 1076. Obiit Dieduinus episcopus Leodiensis; succedit Heinricus. Item obiit Stephanus abbas, tertius
1076. abbas ecclesie sancti Iacobi in Leodio; succedit Robertus. Godefridus dux et decus Gallie siccario perimitur. Godefridus filius sororis eius marchio subrogatur.

1077. Saxones iterum rebellant, creato sibi tyranno Rodulfo, duce Burgundionum.

1079. Heinricus rex contra Saxones vadit.

1080. Rex Heinricus pasca celebrat Leodii; renovata expeditione [q] Saxones aggreditur [r], et in congressu Rodulfus tyrannus occiditur.

1081. Rex Heinricus [s] vadit, Hildebrandum debellaturus. Terre motus 6. Kal. Aprilis.

1082. Herimannus Saxona tyrannidem arripit. Rex Heinricus Romam Leonianam obsidet.

1083. Rex Heinricus Romam Leoninam capit, Romam antiquam obpugnat.

1084. Rex Heinricus Urbe recipitur, Hildebrandus expellitur. Wibertus qui et Clemens papa sufficitur, et ab eo rex Heinricus in imperatorem benedicitur.

a) Obiit Benedictus papa VIII. ac Durandus episcopus *manu saec. XIV.* b) *manu saec. XV:* post Durandum Rainardus succedit. c) plubico *c.* d) *manu saec. XV. subiicitur:* 1034. Consecratur coenobium S. Laurentii. e) *manu saec. XV. subiicitur:* 1038. Obiit Reginardus episcopus, Nithardus succedit. f) Benedictus — anathematizati *in margine inferiori.* g) C. p. 143. *in margine.* g') Nix — frangeret *manu marginali.* h) Poppo — 143. *manu marginali.* h') *haec omnia in margine inferiori m. 2.* i) *manu marginali superpositum.* k) *manu marginali.* l) *numerus deest.* m) *haec manu marginali.* n) Cometes — optinuit *manu marginali.* o) *anteriora in margine.* p) acepit *c.* q) eped. *c.* r) agreditur *c.* s) Romam *omisit c.*

1085. Saxones cum imperatore Heinrico pacem et iterum rebellant.

1086. Imperator Heinricus contra Saxones vadit, sed dolo suorum inefficax rediit.

1087. Cunradus puer filius imperatoris Heinrici Aquis sublimatur in regem, marchio Godefridus in ducem; Bertha imperatrix obiit. Sanctus Nicholaus episcopus de Mirrea civitate in Varim Apulie transfertur.

1088. Saxones cum imperatore Heinrico pacem faciunt. Heinricus imperator cum magno honore pasca celebrat Aquis. Ekhebertus marchio[a] iterum rebellat. Herimannus tyrannus in quodam castro lapidibus obruitur.

1089. Inundatio maxima aquarum usque ad valvas ecclesie. Heinricus imperator uxorem ducit filiam regis Ruthenorum. Pestilentia terribilis ardentium.

1092. Kal. Augusti vespertina hora diei stella clara et velut trabes magna ab oriente in occidentem visa est transcurrisse per aquilonem.

1095. Obiit Robertus abbas ecclesie sancti Iacobi in Leodio quartus; succedit Stephanus vir magne scientie et summe honestatis, qui cantum beati Benedicti et sancti Iacobi apostoli fratris beati Iohannis euangeliste aliaque preclara mirifice composuit.

1096. Innumerabilis christianorum populus per totum orbem zelo fidei excitatus, Ierosolimam vadit, inimicos crucis Christi debellaturus.

1098. 4. Kalendas Iulii Antiochia capitur a christianis.

1099. Idus Iulii 6. feria hora diei nona a christianis capitur Ierusalem.

1100. In resurrectione dominica, post multa praelia diversarum gentium, dux noster Godefridus cum omnium principum electione et totius populi victoris proclamatione Ierosolimorum sumit principatum. Post cuius decessum Balduinus, frater eius, de principatu Armeniae accessit ad regnum, sumsitque regium diadema de manu patriarchae Ierosolimorum. Urbanus et Clemens qui de papatu contendebant, vita decedunt. Succedit Pascalis.

1105. Heinricus rex patrem violenter regnum abiurare cogit. In cena Domini Heinricus rex a patris militibus victus, circa pontem Visatii amissis suorum plurimis, refugit. Heinricus imperator a filio rebus imperii privatus, ab episcopo Oberto et civibus Leodiensis urbis rebus necessariis sustentatur. Heinricus rex cum ad obsidionem Leodiensis civitatis veniret, defuncto patre totum regnum obtinuit.

1107[b]. *Hoc anno infra dies natalis Domini dux comedit fraga Lovanii,*
*Quidam fabas eodem termino, sed recentes sicut in Iunio.* Chron. rhyth. SS. XII. p. 416.

1108. Inter cives Leodienses et clericos pro fractis domibus orta seditio est.

1111. Heinricus rex Romam profectus, apostolico Pascali a se dissidenti reconciliatur, et abiurata symonia ab eo in imperatorem benedicitur, patrique eius usque ad id temporis insepulto, sepultura conceditur.

1112. Obiit Stephanus abbas quintus; succedit Olbertus.

1117. In monasterio sancti Lamberti Leodii bis fulgur cecidit, et militem unum tresque clericos peremit; praeterea aquarum frequens inundatio cum vi ventorum domus plerosque substravit, et habitatores earum extinxit, rerumque facies mutata[c] plures homines perterruit.

1118. Obiit Pascalis papa, Calixstus succedit[d]. Rex Iherosolimorum Balduinus frater ducis Godefridi multis praeliis contra inimicos crucis Christi strenue peractis, viam ingreditur universe carnis. Obiit Obertus episcopus Leodiensis, succedit Fredericus.

1119. Iohannes qui et Gelasius papa obiit, succedit Wido qui et Calixtus. Synodus Remensis 300 et co amplius episcoporum et abbatum plurimorum, ubi venerabilis Leodiensis episcopus Fredericus summa gratia ab ipso papa Calisto consecratus est. Fredericus Leodiensis episcopus cum fratre suo comite Namucensi parvaque militum manu ducem Lovaniensem cum comitibus magnoque exercitu episcopium suum cede incendio et rapinis devastantem, circa Hoiense castrum devicit, et capto ex parte eius comite Lamberto et aliis quam pluribus, turpiter eum fugere compulit, nec multo post castrum et eos qui intus rebellabant in deditionem accepit.

1121. Fredericus Leodiensis episcopus multas et intolerabiles persecutiones pro symoniace hereseos damnatione et catholice fidei defensione ab ecclesie persecutoribus et maxime duce Lovaniensi Godefrido passus, quinto Kal. Iunii migravit ad Christum; eiusque meritum multis et inauditis miraculis ubique terrarum declaratur. Succedit Alexander episcopus.

1124. Obiit Calixtus papa. Succedit Honorius.

1125. Obiit Henricus IV[e]. imperator. Succedit dux Saxonicus Lotarius, vir strenuus et precipuus ecclesie Dei cultor, iusticieque et pacis amicus, electus in regem a cunctis pene regni primoribus Mogontie in festo sancti Bartholomei, consecratus et unctus est a Frederico Coloniensium archiepiscopo in ecclesia sancte Marie Aquisgrani in exaltatione sancte crucis.

1129. Bellum[11] inter Alexandrum episcopum et ducem Lovaniensem pro castro de 11
Durace[12]: in quo vexillum ducis captum est, quod fastu superbie et precepto illius quadriga 12
boum ferebat; ambientes illud, qui omnes decollati sunt, et omnia castra eius fugata sunt.

1130 Obiit Honorius papa. Succedit Innocentius.

1134. Obiit Olbertus abbas sextus ecclesie sancti Iacobi. Stephanus successit.

1135. Obiit Alexander episcopus Leodiensis. Succedit Adelbero.

1137. Obiit Lotharius imperator. Succedit Cunradus, unctus in regem Aquisgrani a cardinali Romano Tieguino, volente et iubente domno papa Innocentio. Rex Francorum Lodowicus occiditur.

1138 Obiit Stephanus abbas septimus ecclesie sancti Iacobi. Succedit Elbertus octavus. 4. Nonas Augusti facta est eclypsis solis horribiliter circa meridiem, apparente luna contra orbem solis, micantibus stellis prae multitudine tenebrarum, hominibusque nimio terrore concussis[13]. 13

a) machio c. b) *haec marginali manu.* c) multata c. d) *anteriora in margine.* e) *numerus super additus.*

11) cf. Ann. Fossenses et Anselmum. 12) Duras prope S. Trudonem. 13) cf. Ann. Gembl.

1141. Bellum Bullonicum, ubi gloriosus martir Lambertus est delatus, et prodigia digna memorie est operatus.

1144. Obiit Innocentius papa; succedit Celestinus. Obiit Celestinus papa; succedit Lucius. Obiit Lucius; succedit Eugenius, qui et Bernardus. Obiit Adelbero Leodiensis episcopus; succedit Heinricus.

1145. Cometes ardet.

1146. Fames inaudita, modio siliginis 20, spelte decem solidis vix se redimentibus. Predicatur[a] populus, cruci-zatur, visa et signa mendatii creduntur, passim pruritur auribus. Ex libris Sibillinis ad votum interpretatis regi Franciae ituro Iherosolimam magnifica falso promuntur.

1147. 7. Kal. Novembris solis deliquium in dominica, a tercia pene hora usque in plenam sextam, erubescente sole videre tantum sanguinem christianorum qui fundendus erat.

1148. Res publica passa, quod pudeat fastos. Letare Iherusalem concilium Remis, presidente apostolico Eugenio qui et Bernardo. Kalendis Maii imperator Conrardus et rex Francie movetur, et per Constantinopolim in Persidam delabuntur; et circa Augustum a ducibus nostris contra Vindelicos male pugnatum.

1149. Imperator Cunrardus et rex Francie a Iherosolimis inefficaces revertuntur.

1150. Elbertus, abbas octavus Sancti Iacobi, privatus[b] dimittit abbatiam. Succedit Stephanus nonus. Hiemps asperrima.

1151. Tempus asperrimum et pluviale, fames valida, messis tarda, mors in homines, tarda vindemia, mustum vix Luce ewangeliste. Bellum[c] Andennae inter Heinricum episcopum et Heinricum comitem Namucensem, in quo comes victus cessit; episcopus autem cum multa praeda victor cum suis rediit in purificatione sanctae Mariae.

1152. Obiit Cunradus imperator: Fredericus succedit filius fratris eius Frederici.

1153. Rex Ierosolymorum Balduinus iunior circa natale Domini Ascalonem obsidet. Post multas strages paganorum murus civitatis crebro impulsus partim corruit: 120 fere milites irruptione facta multos Sarracenorum occidunt, sed ipsi novissime occiduntur. Postea rex indigenas expulit facta deditione, et christianos collocavit illic.

1154. Obiit Eugenius papa, succedit Anastasius. Obiit Anastasius, succedit Adrianus.

1155. Rex Fredericus parata expeditione Romam proficiscitur, et a papa Adriano libentissime excipitur, a quo etiam in imperatorem benedicitur Marci et Marcelliani. Romanis autem quasi quaedam legitima tributa pro consecratione ipsius requirentibus omnino denegat. Illi bellum inferunt, sed occurrentibus Lotaringis militibus, plurimi truncati, quidam in Tiberim dimersi sunt. Nonus abbas Sancti Iacobi domnus Stephanus deponit abbatiam; succedit Drogo ex Florinensi ad abbatiam sancti Iacobi.

1158. Imperator Fredericus uxorem ducit Wezebore cum magna gloria et frequentia optimatum filiam ducis Burgundionum, in octavis pentecostes, quam archiepiscopus Treverensis in imperatricem benedixerat sabbato ante octavas.

1159. Obiit Adrianus papa. Victor et Alexander de papatu contendunt. Imperator Fredericus Mediolanum obsidet. Ulterioris Traiecti cives in episcopum suum consurgunt, sed postmodum pacantur.

1160. Apud Moguntiam cives in episcopum suum graves persecutiones conferunt, donec eo ventum est, ut in ecclesia beati Iacobi de quibusdam negotiis responsuri convenirent, et inopinate armis et incendio eum aggrediuntur, et truncatis manibus cum capite, dolende eum[d] peremerunt in die sancti Iohannis baptiste.

1162. Fredericus imperator post frequentes et insignes victorias Mediolanensibus fame ad deditionem compulsis, civitatem Kalendis Martii capit concremat ac diruit, indigenas rebus cum vita concessis per totam Italiam dispergit, et ipse felici potitur triumpho. Sub eodem anno concilium habitum est apud Besuntium inter imperatorem et regem Francie de duorum apostolicorum controversia, sed nichil actum est. Corpora trium regum Magorum, qui Christum natum stella ducente in Betleem adoraverunt, a Reinoldo Coloniensium archiepiscopo de Mediolano Coloniam Agrippinam translata sunt.

1164. Obiit Heinricus episcopus Leodiensis. Succedit Alexander.

1167. Fredericus imperator, reparato grandi exercitu, tercia expeditione Italiam ingreditur, Romanos debellaturus. Archiepiscopi Mogontinus et Coloniensis primo impetu magnam eorum multitudinem prosternunt; sed deinde gravi aeris pestilentia tam imperatoris[e] quam hostium vexatur exercitus. Multi principes imperii moriuntur, inter quos Coloniensis archiepiscopus Reinoldus et Alexander Leodiensis episcopus. Succedit Reinoldo Philippus, et Alexandro Rodulphus.

1169. Heinricus, filius Frederici imperatoris, puer Aquisgrani sublimatur[f] in regem. Tota Sicilie insula terre motu contremuit; quo terre motu civitas Cathanensium famosissima funditus corruit, et corpus sancte Aghathe martyris alias transmigravit.

1173. Obiit abbas Drogo decimus ecclesie sancti Iacobi in Leodio, vir summe honestatis, qui in diebus suis decoravit ecclesiam suam omnibus ornamentis, in moribus ecclesiastici ordinis et substantia rerum temporalium. Ipse sublimavit in altitudine turrim templi, cooperuitque laminis plumbeis; cooperuit etiam ipsum monasterium lapidibus, et edificavit altare sancti Iohannis babtiste et altare sancte Marie in turri, fecitque parietem de sculptis et politis lapidibus, et decursionem Mose per ortum pome, et multa alia. Huic successit Hugo undecimus.

1174. Inundatio aquarum maxima. Pluvia iugis a festivitate sancti Iohannis babtiste usque Kal. Iunii. Seges tarda, mustum vix Symonis et Iude.

1175. Imperator Fredericus cum imperatrice Beatrice uxore sua et Heinrico puero rege pasca celebrat Aquisgrani cum magna gloria.

1178. Serenissimus imperator Fredericus ad reformandam unitatem sancte ecclesie pape Alexandro pacificatur.

a) redimentibus predicatur *c.* b) lumine *scilicet.* c) *quae sequuntur in margine habentur manu* 2. d) dolend eum *c.* e) tempis *c.* f) sublitur *c.*

1179. Iohannes Lombardus ad convocandum generale concilium in urbe Roma mittitur ab Alexandro papa. Iohannes in ecclesia beati Iacobi hospitatur.

1180. Concilium generale agitur in urbe Roma, presidente Alexandro papa cum episcopis ex toto orbe 900 et eo amplius, exceptis abbatibus decanis et prepositis ecclesiarum. Terre motus Kal. Augusti. Bellum inter comitem de Los et episcopum Leodiensem.

1182. Obiit Alexander papa. Lucius succedit.

1183. Lucius papa exiit a Roma et habitavit Anagnie, propter quasdam exigentias quas Romani exigebant de papatu, et propter Tusculanum castrum. Fulmarus et Rodulphus de archiepiscopatu Treverensi contendunt. Fulmarus facta apellatione pergit ad Lucium papam.

1184. Bellum civium cum militibus de Dono-Martini. Obiit Lucius papa, succedit archiepiscopus Mediolanensis dictus Urbanus. Imperator Fredericus veniens in Italiam, a Papia urbe usque Mediolanum deducitur cum magna gloria et exultatione Italicorum.

1185. Hugo deponit abbatiam, Herimannus succedit, duodecimus abbas ecclesie beati Iacobi in Leodio. Leodiensis ecclesia maior beati Lamberti et ecclesia sancti Petri apostoli comburuntur sine detrimento ecclesie sancte Marie virginis, que posita est secus ecclesiam sancti Lamberti. Corpus sancti Lamberti translatum est ad ecclesiam sancti Bartolomei apostoli in suburbio Leodiensi. Hoienses corpus sancti Domitiani ob reverentiam sancti Lamberti martiris sumunt, et Leodium navigio afferunt; quod Leodienses clerici vel monachi albati a Monte-publico suscipientes cum maxima devotione, per portam sancti Martini cum crucibus et vexillis et multorum sanctorum reliquiis in occursum corpori sancti Lamberti deferunt; unde revertentes, in ecclesia beate Marie utraque deponunt. Rodulphus episcopus festivitatem sancti Domitiani iussit celebrari.

1187. Obiit Urbanus papa; succedit Gregorius. Eclipsis solis facta est. Salardinus quidam princeps Turcorum, congregato magno exercitu Turcorum, iniit bellum adversus Guidonem regem Ierosolymorum, et iudicio Dei vicit, et crucem dominicam violenter de manibus christianorum ereptam in terram Turcorum transtulit; inde ad Tholomaidem, que dicitur Acra, veniens, cepit, omnesque inhabitantes in ea in ore gladii percutiens, ad custodiendam civitatem Turcos illic reliquit. Postea Ioppen et omnes portus maritimos et castra campestria aut incendit aut destruxit. Cunctos autem habitatores aut occidit vel in deditionem accepit. His igitur patratis, contra Iherusalem exercitum direxit, quam circumquaque[a] obsidens, Iherosolimitas ad deditionem compulit, christianosque expulsos[14], Turcos in ea dereliquit, anno octogesimo nono ex quo dux Godefridus ex ea Turcos expulerat. Ad extremum Ascalon cepit. Sole tres civitates ex omnibus remanserunt, Antiochia, Tyrus et Sydon.

1188. Heinricus venerabilis cardinalis sancte Romane ecclesie missus a Gregorio papa, viam indicit omnibus Iherosolimorum in remissionem omnium peccatorum. Heinricus suscipitur honorifice a clero et populo Leodiensi, et in capite ieiunii quadragesimae multi tam clerici quam laici ab eo crucizantur. Imperator Fredericus Letare Iherusalem cum Rodulpho Leodiensi episcopo et optimatibus totius imperii expugnaturus, inimicos crucis Christi, a Heinrico cardinali Romano cruce signatur. Rex etiam Francie et rex Anglie cruce signantur. Obiit Gregorius papa, succedit Clemens. Obiit Herimannus abbas Sancti Iacobi Leodiensis duodecimus. Succedit Gozuinus tertius decimus.

1189. Tanta inundatio aquarum facta est mense Aprili in civitate Leodiensi, in ea parte que dicitur extra castrum, ut multos submergeret, et mortuorum corpora diluvium aquae de sepulchris erueret. Colonienses cum Leodiensibus a Colonia per Renum navibus descendentes, in Angliam cum Fresonibus et Dalmatianis et Flandrensibus, parata classe 55 navium, adierunt Britanniam, inde ad Hispanias navigaverunt per occeanum, et prelia multa commiserunt cum paganis. Postea transierunt ad Siciliam, ac demum transnavigaverunt mediterraneum mare usque ad portum Tholomaidis, que dicitur Acra, ibique cum incolis terre, quos Turci de sedibus expulerant, facto vallo, undique civitatem obsederunt. Fredericus imperator cum multitudine armatorum egreditur contra inimicos Christi in virtute magna, vicumque suum Reinesborch[15] prohibentem transitum vastat et destruit; inde per terram Bulgarorum et Hungarorum cum exercitu transit, omnia loca difficilia[b], que rex Constantinopolitanorum et rex Hungarorum infideliter contra imperatorem preoccupari[c]

a) cirquaque c. b) dificilia c. c) preocupari c.

14) Sunt accusativi absoluti, loco ablativorum. 15) Regensburg.

fecerant, aperit virtute armorum, et novissime Philippopolim[a'], primam Graeciae urbem, ab habitatoribus derelictam cum universo comitatu intravit.

1190. Imperator Fredericus post magnas strages Turcorum et insignes victorias Iconiorum obiit in Siria, et in ecclesia beati Petri apostolorum principis apud Antiochiam sepultus est. Heinricus filius eius succedit. Fredericus dux[a'], filius Frederici imperatoris, patre defuncto transivit ad auxilium christianorum, cum 10 milibus pugnatorum ad obsidionem Tholomaidis, id est Acone.

1191[b]. Rex Francie Heinricus[15] et rex Anglie Richardus, parata expeditione militari transierunt mare, et in auxilium christianorum, et circa Ptholomaidem que Acona[c] dicitur applicuerunt[d]; inde preparatis machinis et universo apparatu belli, Turcos qui in ea erant ad deditionem compulerunt, hac scilicet interposita conditione, ut sanctam crucem redderent, et omnes captivos quos Salardinus habebat redderent, universamque substantiam quam habebant cum armis arcubus et sagittis ex integro dimitterent. Cumque arma et sagittas dedissent, sed sanctam crucem et captivos christianos reddere non possent, omnes gladio occisi sunt. Pauci tantummodo de nobilioribus in servitutem redacti sunt. Postquam ergo Ascalonite audierunt, quod omnes Turci qui habitaverunt Acone gladio cecidissent, et quod a Salardino nullum haberent adiutorium, incensis cunctis domibus et sublata omni substantia, cum uxoribus et filiis alias transmigraverunt[d'], civitatem vacuam relinquentes. Similiter fecerunt qui habitabant Ioppe et Cesaree, civitates et oppida vacua relinquentes. Rex vero Anglie christianos in eis collocavit, universaque[e] destructa vel incensa diligentissime reedificavit. Nam rex Francie, infirmitate cogente, in Franciam redierat. Obiit Clemens papa, succedit Celestinus, ordinatus in die sollemni pasce. Heinricus rex, filius Frederici imperatoris, benedicitur in imperatorem Romanorum cum uxore sua Constantia, secundo die pasce a Celestino papa. Eclipsis solis et inundatio aquarum Leodii extra castrum facta est. Obiit Philippus Coloniensis archiepiscopus. Successit Bruno archiepiscopus. Heinricus imperator a Tancredo tyranno Sycilie sine fructu victorie revertitur in Allemanniam. Obiit Rodulphus Leodiensis episcopus. In nativitate beate Marie virginis tanta frequentia populorum cum ducibus et comitibus venit ad civitatem Leodiensem ad electionem episcopalem, ut cives urbis crederent se esse obsessos tanta multitudine. Siquidem dux Lovaniensis Heinricus collectis fauctoribus, fratrem preponere volebat. Comes vero Haianensis omnino contradicens, ut appellationem ad regalem audientiam faceret, Albertum prepositum compulit. Exinde cum utreque partes cum electoribus suis preceptione regia Wormatie essent evocate, imperator visis partibus et dissensione in electione, iudicio curialium prepositum Bonnensem Lotharium prefecit Leodiensi chathedre. *Domnus[f] vero Albertus facta appellatione, praesentiam suam per multa pericula exhibuit curiae Romanae.*

1192. 17. Kal. Aprilis luna pascalis visa est prima, cum 14. Kal. Aprilis esset pronuncianda prima. Heinricus imperator infra octavas sancti Lamberti iussit destrui domos clericorum et eorum qui repugnabant Lothario, quem prefecerat Leodiensibus. 11. Kal. Decembris luna existente duodecima, facta est eclipsis lune septima hora noctis. Albertus *Leodiensis[g] episcopus[g] Remis[g] consecratus[g]*, frater ducis Lovaniensis, ab hominibus quibusdam fraude submissis crudeliter interficitur in suburbio Remensi[h], *et sepelitur in ecclesia sanctae Mariae Remis honorifice.*

1193. *Bruno Coloniensis archiepiscopus archiepiscopatum dimittit; Agilulfus nepos succedit*[i]. Tercio Kal. Septembris visi sunt tres soles in coelo hora quasi secunda, unus in oriente, alter ad austrum, tercius in meridie. Lotharius, abiudicato episcopatu Leodiensi, a Celestino papa a vinculo excommunicationis absolvitur. Succedit Symon, filius ducis Ardenne, *sublimatus[k] Aquisgrani[k] in[k] festo[k] sancti[k] Brictii[k]*. Rex Anglie Richardus rediens ab expugnatione Salardini, capitur a duce Austrasie[16], et traditur Heinrico imperatori, qui posuit eum in custodiam.

a) philippolim *c.* a') *manu 2. in loco vacuo.* b) *textus huius anni ipso anno scriptus est.* c) . . cona *c.* acona *saec. XIV.* d) aplicuerunt *c.* d') transmigraverut *c.* e) univesaque *c.* f) *manu 2.* g) *manu 2. in loco raso.* h) *reliqua anni manu 2.* i) *hucusque manu 2.* k) *manu 2.*

15) lege *Philippus*. M. 16) i. e. Austriae.

# REINERI ANNALES.

1066. Obiit[a] Albertus abbas $2^{us}$. Stephanus succedit $3^{us}$.

1157. Hoc anno est natus praesentium scriptor.

1175. Hoc anno factus est Reinerus subdiaconus et monachus.

1179. Hoc anno factus est Reinerus diaconus, Coloniae a Phillippo archiepiscopo.

1180. Hoc anno factus est Reinerus primo presbyter de B. mense Februario.

1181. Hoc anno ordinatus est Reinerus sacerdos in aecclesia sancti Iacobi a Rodulfo episcopo Leodiensi, sabbato[b] infra pentecosten.

1184. Hoc anno primo Romam ivi, et in Aprili redii, et iterum anno eodem in festo sancti Bartholomei iterum Romam ivi, et in festo sancti Severini redii.

1185. Rodulphus Brumwillarensis monacus a quibusdam electus fuit, et in ecclesia nostra aliquanto tempore mansit, et episcopo Rodulfo contradicente et quibusdam fratribus cessit. Quo destituto et amoto, domnus Herimannus successit.

1186. Hoc anno tertio Romam ivi cum domno Herimanno abbate post octavas pentecostes mense Iunii, et redii in festo sancti Remigii.

1193. Domnus Albertus maior praepositus, et domnus Albertus de Cuc archidiaconus, facta appellatione Aquisgrani coram Heinrico imperatore Romam proficiscuntur, et electionem domni Symonis et donum episcopatus per Celestinum papam cassare faciunt, et circa Augustum revertuntur.

1194. Heinricus Romanorum imperator, accepta infinita summa pecuniae et hominio eius, Richardum regem Angliae, quem captivum tenebat, absolutum permittit abire. Hoc anno moritur Lambertus Parvus ecclesiae nostrae sacerdos et monachus, et hucusque opus eius. Ab hinc Reinerus, similiter huius ecclesiae sacerdos et monachus. Ecclesia nostra magnum dampnum intus et exterius per Albricum monachum Sancti Nichasii Remensis patitur, qui per litteras summi pontificis et per violentiam domni Symonis et patris sui ducis Ardennae, abbatiam nostram invasit, et domnum Gozuinum abbatem, quia in partem domni Alberti Lovaniensis, qui Remis crudeliter occisus fuit, non consensit, per annum integrum exulem esse fecit. Imperator Heinricus secundo reparata expeditione in Apuliam et Siciliam revertitur, et subiugatis sibi omnibus, regnum, quod ei ex parte Constantiae uxoris suae proveniebat, feliciter subiugavit et obtinuit; natusque est ei filius, qui est[c] Fredericus[c] nominatus. Domnus Albertus maior praepositus, et domnus Albertus de Cuc archidiaconus a Roma sunt reversi, et collectis fautoribus suis, et maxime Balduinum comitem Hainonensem, electionem suam Namuci in ecclesia sancti Albani celebraverunt, et domnum Albertum de Cuc archidiaconum in episcopum elegerunt, domno Symone in ecclesia Leodiensi sedente et in electione sua persistente. Messis bona, vindemia optima.

1195. Balduinus comes Haynonensis domnum Albertum de Cuc per violentiam promovere volens, Hoium ingreditur, et a civibus oppidi sine contradictione recipitur, castrum impugnat; set a parte domni Symonis viriliter resistitur, nec ei aliquo modo ingressus conceditur. Milites vero ecclesiae sancti Lamberti, familiares et cives Leodienses domno Symoni firmiter assistunt, nec ab eo minis vel precibus se recedere dicunt. Dux vero Lovaniensis Heinricus filius amitae domni Symonis, frater vero domni Alberti sanctae memoriae episcopi qui Remis crudeliter morti datus fuit, partem suam interposuit, et comitem Hainonensem ab Hoio recedere fecit, hac conditione interposita, ut utraque pars curiam Romanam adiret, et partem suam[d] prout posset deffenderet; sicque factum est.

Domnus Gozuinus abbas noster in purificatione sanctae Mariae in sedem suam revertitur. Albricus vero ad curiam Romanam cum aliis proficiscitur. Post multas allegationes utriusque partis, domnus Symon cardinalis factus, Romae moritur, et iuvenis tantae formae in Kal. Augusti in ecclesia sancti Iohannis Lateranis honorifice sepelitur. Moriunturque ex parte ipsius domnus Stephanus avunculus suus, Thomas archidiaconus, magister Gerardus Sancti Iohannis decanus, Iordanus Sancti Dyonisii canonicus, et alii multi tam clerici quam laici. De parte vero domni Alberti moriuntur Albertus maior praepositus, Symon decanus,

a) Obiit — tertius *manu* 3. *saec. XII. XIII.* b) s. i. p. *manu* 3. c) *in loco raso antea fortasse* Rogerus *scribebatur.* d) *manu* 3.

1195. magister Adam, et alii multi tam clerici quam laici. Ipse vero infirmitate gravi et maxime quartanis detentus, ad imperatorem cum paucis pervenit, et ab eo donum episcopatus accepit, et consecratus est Coloniae a domno Aigulfo archiepiscopo dominica post epiphaniam sequentis anni. Domnus Gozuinus abbas noster cum a Colonia reverteretur circa festum sancti Thomae, a filio et familia ducis Ardenne capitur, et ad redemptionem coartatur et compellitur; tandem euangelio tacto dimittitur. Hoc anno pluvia iugis a festo sancti Iohannis usque ad natale Domini, et maxime tempore sationis, ita ut in natale Domini vix esset perseminatum. Hoc anno terra nigra ad focum faciendum optima per Hasbaniam[a] in multis locis est inventa[b].

. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .

duodecim annis redimendam. Hoc anno modius siliginis circa Maium 18 solidis, modius speltae 9, modius ordei octo se redemit. Messis pigra, vindemia tarda et periculosa. Hoc anno tempestas gravissima post festum sancti Iacobi omnes fruges contrivit, numquam antea tam gravis, sicut dicebatur ab his qui seniores erant, in diebus eorum apparuit; per multa enim loca diversis temporibus istius anni cursum suum fecit, nec aliquis locus est huius provinciae, qui ab hac tempestate immunis extiterit. Apparet autem in fenestra turris, quantus dolor huius tempestatis fuerit. Iterum cardinales a Celestino papa mittuntur, et multi Theotonicorum, signo crucis accepto, per eos ad viam Ierosolymitanam diriguntur. Obiit Amelius prior, successit Franco.

1196. Annus iste gravis et periculosus, seges cara. Episcopus Albertus post multa pericula a Roma reversus, Leodium venit in festo sancte Agnetis. Imperator Heinricus, ex consensu principum, imperio adiungit regnum Apuliae et Siciliae, ita quod heredibus suis inperium fiat hereditarium. Episcopus Albertus ordines sollempnes facit in octavis pentecostes, et generalem celebrat synodum. Pluvia iugis et periculosa, pauperes maximam victus patiuntur penuriam, et maxime circa principium Augusti. Corpus beati Lamberti propter imminentia pericula, et pluviarum inundationes, et timorem sterilitatis et egrae messis et parvae, in vigilia sancti Iacobi cum maxima devotione non sine multis lacrimis in montem Cornelii deportatur, ibique missa spetialis a clero et populo sollempniter celebratur. In redeundo autem post transitum fratrum Sancti Iacobi, pons insulae frangitur, et sine lesione cum feretro sancti Pauli et sancti Aegidii fere 40 tam homines quam femine ceciderunt, set per gratiam Dei omnes illesi exierunt. Messis tarda circa festum sancti Bartholomei vix habuit principium. eodemque tempore modium siliginis 18 solidis vendiderunt, modium speltae 8 solidis et dimidio. Obiit Heinricus comes Namucensis. Episcopus Albertus et dux de Lemburc in concordiam redierunt. Item corpus sancti Lamberti propter praedicta pericula in vigilia sancti Bartholomei ad ecclesiam ipsius apostoli cum debita reverentia deportatur, ibique spetialis missa celebratur. Reges Hyspaniae cum Sarracenis treugas accipiunt. Item episcopus in festo sancti Lamberti ordines et generalem synodum celebrat. Satio pulcra, mustum vix habitum Luce euangelistae; sic permansit tempus usque ad finem incarnationis, hoc est natalis Domini. Hiemps prolixa usque ad Martium. Bellum gravissimum inter regem Franciae et regem Angliae.

1197. Anni istius periculum vix audeo scribere, cum numquam similem viderint qui vixerunt hoc tempore. Multitudo pauperum fame moritur. Cadavera mortuorum animalium[c] indifferenter ab eis comeduntur, et fere ab universis propter imminentem necessitatem desperatur. Modius siliginis 18 solidis, modius speltae 10 usque ad festum sancti Barnabe venditur. Insequenti autem die de modio siliginis 32 solidi accipiuntur, de modio speltae 17. Procedente autem tempore cum messis adesse speraretur, malum increvit, et circa festum sancti Iacobi modius siliginis 40 solidis venditur, modius spelte 20 solidis. Pauperes per plateas iacebant et moriebantur, et ante fores ecclesiae nostrae, cum matutinae laudes canerentur, iacebant gementes et morientes, elemosinam quae summo diluculo fiebat expectantes. Hoc anno in epiphania annona defuit nobis, et plus quam centum marchas usque ad Augustum in pane expendimus, nec vinum a medio Maio nisi raro usque ad novam vindemiam habuimus. Cervisia autem toto anno defuit nobis. Panem vero siligineum 15 diebus ante Augustum comedimus, aquam autem in conventu indifferenter bibimus. Quid plura? Annus iste post plurima pericula dissentionis, que praecesserant, gravissimus fuit ecclesiae nostrae, qualem nec prius habuit, nec amplius possit habere. Abbas

a) haspaniam *corr.* hasbaniam c. b) *una linea deleta in c. De impignoratione bonorum agi videtur.* c) *eadem manu additum.*

noster domnus Gozuinus cum in tanto defectu posse suum videret deficere, abbatiam, prae- 1197.
sente episcopo Alberto, in capitulo nostro in die sancti Marci ewangeliste sponte resignavit.
Episcopus autem liberam optionem eligendi nobis, sicut debuit, dedit; nos autem communi
habito consilio in momento, in ictu oculi ut ita dicam, domnum Gerardum, abbatem Sancti
Laurentii, virum iuvenem, set industrium et providum, et in omnibus locis abbatiae nostrae
amicis optimis, qui prius nostra diripiebant, vallatum et munitum, elegimus; cui episcopus
statim in capitulo nostro donum abbatiae contulit, et fidelitatem eius accipiens, in chorum
nobiscum *Te Deum* canentibus eum conduxit. Paucis autem transactis diebus frater Rei-
nerus, praesentium dictator et scriptor, ab universo conventu in priorem eligitur in die sancte
Potentiane. Bellum adhuc gravissimum inter regem Franciae et regem Anglie, inperatore
nostro Heinrico et uxore eius Constantia in Sicilia commorante. Inperator noster pere-
grinis, duci Lovaniae, et ceteris Ierusalem tendentibus, sollicitus praeparat transitum.
Messis tarda, post messem vero modius siliginis 6 solidis venditur, modius speltae tribus
et dimidio[a]. Obiit Heinricus magnificus Romanorum imperator, vir iuvenis quidem etate,
sed summae felicitatis et prudentiae, qui in diebus suis regnum cum imperio tenuit Apuliae
et Siciliae, quod ei provenerat ex parte uxoris sue Constantiae. Mortuus est autem in
eadem regione Septembri mense, et cum matre sua remansit parvulus filius eius Frede-
ricus[b], quem Apuli sublimaverunt regali honore et dignitate. In festo sancti Lamberti corpus
ipsius martyris de medio monasterio, in quo ab incendio ecclesiae iacuerat, cum maximo
honore et plebis tripudio in loco in quo nunc iacet honorifice relocatur. Eodem tempore
comes de Bar maximum exercitum in terram Namucensem adduxit, et maximam partem
terre devastavit[c]. Obiit domnus Gerardus, abbas nostrae sanctique Laurentii ecclesie;
praefuit autem nobis sex tantum mensibus. Cui successit domnus Hugo, qui per 12 annos
fuerat abbatia destitutus, modo vero communi electione revocatus. Vindemia tarda et
penitus nulla, vinum Mosellanum 10 denariis usque ad quadragesimam est venditum,
hyemps quasi veris tempora. Walerannus filius ducis Ardennae treugas rupit, inconsulto
Heinrico comite Campaniae, qui praeerat populo christiano in negotio orientalis ecclesiae
constituto, id est Ierusalem et ceteris peregrinis, quod multum nocuit parti nostrae. Turci
itaque oportunitate accepta, Iaffram obsederunt, et fere 5 milia animarum interemerunt.
Obiit Heinricus comes Campaniae, qui, sicut dicitur, audita strage nostrorum, lapsus de
fenestra collisus est in rupe; cui successit Heinricus dux Lotharingie vel Brabantiae[d] in
regimine. Hoc anno ducissa Lowanie horrea clericorum et monachorum clausit, villicum
episcopi captivum tenuit, sacerdotem de Bavechien, qui eos, qui secundum consuetudinem
ad pacem appellati erant, in ecclesia sua ut ad pacem responderent ammonuit, diu tractum
ad caudam equi, in custodia arceri fecit. Propter talia et huiusmodi pericula aecclesia
Leodiensis, habito consilio, silentium ecclesiis omnibus intus et exterius imposuit, et terram
ducisse, id est Brabantiam, banno subpositam, et clericos inobedientes excommunicationi
et sententiae subiacentes, Coloniensis ecclesiae consilio et auctoritate usque ad dignam
satisfactionem evitandos denuntiavit. Nec immerito, volebat enim illa perversa alia Iezabel
ducissa omnes homines terrae suae a iure pacis, ne in Leodiensi aecclesia responderent,
removere, et sacerdotes, ne sententiam episcopi vel archidiaconi in quemlibet proferrent,
omnimodis prohibere. Initiatum est autem hoc silentium infra octavas sancti Dyonisii. Oct. 16.
Episcopus autem et omnes personae Leodienses et priores ne in hac sententia molles
essent et remissi iuraverunt, et eis qui ad nos de clericis Brabantiae transire voluerunt,
victualia et necessaria providere disposuerunt. Principes regni ad regem eligendum diem
dominica qua cantatur *Reminiscere* Coloniae condixerunt; partes autem in electione factae Febr. 22. 1198.
sunt. Coloniensis archiepiscopus et fautores sui ducem de Cerenges[17] Bertoldum elegit,
alii principes regni filium Heinrici imperatoris Rogerum trium annorum, cui legatharium
avunculum suum Philippum ducem Suevie dederunt. Hoc anno infra sex menses tres
abbates habuimus. Letare Ierusalem per episcopum Mettensem Bertramnum pax inter Mart. 16.
clericos et ducissam reformatur, organa ecclesiae resumuntur; itaque libertatem suam
retinuit ecclesia quam habuit antea.

1198. Orta est gravis seditio pro imperio, regni principibus inter se discordantibus. Post-
quam Bertoldus dux de Cerenges electionem quam habuit per Coloniensem archyepiscopum

a) *novo calamo pergitur.* b) *in loco raso, antea* Rogerus *legi videbatur.* c) *novo calamo pergitur.* d) v. b. *eadem manu superscriptum.*

17) Zäringen.

1198. et fautores suos reiecit, et in partem Philippi ducis Sueviae consensit, archiepiscopus cum fautoribus suis comite Flandriae et ceteris plurimis comitem Pictaviensem, nomine Ottonem, filium ducis Saxonie et filium sororis regis Angliae, iterum eligit, et ut episcopus Mai. 17. Leodiensis in partem eius consentiat infra dies pentecostes eum Leodium adducit; set episcopus nec muneribus nec precibus frangi potuit. Praedictus autem archiepiscopus eum Coloniam deduxit, et a Coloniensibus honorifice est susceptus. Congregato itaque exercitu, oppidum Aquense, ubi caput regni et sedes noscitur esse, obsedit 14. Kal. Iulii, ubi 130 milia pugnatorum dicitur habuisse, Aquensibus viriliter resistentibus, et plurimos ex parte ipsius per sagittarios interficientibus. Expectabant autem auxilium ducis Sueviae, qui non venit, nec eis aliquod auxilium destinavit. Itaque Idus Iulii se in manus praefati Ottonis reddiderunt, et portas oppidi ei aperuerunt, et eum sicut regem susceperunt; et in cathedra regali sedit coronatus, et omnia iura quae regi debentur est adeptus. Sequenti autem die filiam ducis Lovaniae desponsavit, patre ipsius puelle in negotio orientalis ecclesiae efficaciter commorante, et haec omnia ignorante. Episcopus Leodiensis in Hoiense castrum se transtulit, nec ei adhuc aliquo modo consentire voluit. Modius siliginis 15 solidis, mense Iunii carius est venditus, modius spelte 7 solidis, modius ordei 8 solidis, vini sextarium 14 denariis est venditum, et vinum de Rochella primum in hanc civitatem est advectum. Fulgur in castro Hoiensi cecidit, et ante pedes episcopi quendam civem interfecit, ceteros horror maximus invasit. Obiit Celestinus, successit Innocentius. Circa Oct. 1. festum sancti Remigii Philippus dux Sueviae Moguntiae cum uxore coronatur; duci Boemiae coronam regalem imponit, et exercitum innumerabilem congregans, Mosellam transivit, quae prae siccitate nimia, qualis ante centum annos non fuit[a], transitum liberum praebuit. Andernacum succendit. Otto rex resistere non valens multitudini, cum suis in Coloniam se transtulit. Praedictus dux Philippus Sueviae usque Bonnam pervenit, et tam ipsum oppidum quam universam circa regionem devastavit; set subito, nescio quo habito consilio, per eam qua venerat viam recessit, nec Coloniensibus amplius nocuit, nec Aquis, ubi sedes est regni, pervenit. Induciae inter christianos et Sarracenos in orientali ecclesia per sex annos et sex menses et sex dies hoc anno sunt reformatae in festo sancti Iohannis baptistae, ita ut bene liceret christianis ad sepulchrum Domini et ad flumen Iordanem et ad alia sancta loca per conductum secure ire; et ita quievit pars utraque a bellorum turbine. Dux Lovaniae et comes palatinus, frater praedicti Ottonis regis, ab orientali negotio inefficaces revertuntur. Hoc anno in Francia novus propheta surrexit, magister Fulco, vir sanctissimus et vita et merito. Huius studium erat, errores hominum per sancte praedicationis doctrinam ad viam salutis convertere, cecos illuminare, mutis loquelam reddere, infirmos sanare, multa et inaudita nostris temporibus miracula facere. Ipse mulieres multas officio meretricali deditas ab errore revocavit, quibusdam maritos legitime praebuit, quibusdam ut caste et religiose viverent precepit. Huius fama et praedicatio sanctissima per universas provincias est divulgata. Ipse turbam pauperum innumerabilem ad vindicandam iniuriam crucifixi in orientali ecclesia praedicatione sua accendit, et eis signum crucis imposuit; divites vero indignos esse tali beneficio iudicavit. Bellum maximum inter regem Franciae et regem Angliae. Otto rex cum exercitu suo Saxoniam expugnaturus intravit. Hoc anno orta est seditio magna inter clericos Leodienses et laicos. Laici civitatem muris et aggere firmantes, a clericis et familia eorum exactiones et tributa exigebant, et libertatem clericorum ab antiquo conservatam infringere volebant. Clerici vero fortiter resistentes, silentium civitati imposuerunt, et quosdam cives a nundinis Francie revertentes spoliaverunt; et in vindictam illorum, cives quendam canonicum captivum duxerunt et vinxerunt, quosdam vero contumeliis et verberibus affecerunt. Episcopus vero laicis consensit, et ita multiplicata sunt in civitate mala, et siluit a divino cultu civitas tota, ita ut ipsi cives suos defunctos sepelirent sine divino officio; non tamen privabantur viatico qui iurabant, se numquam de cetero agere contra libertatem ecclesie. Cum mirum et novum sit tempore hiemis mugire tonitrua, hoc anno 15. die ante natale, et tercio similiter die, audita sunt tonitrua magna et fulgura. Fluvius Mosae numquam minor visus est, quam fuit hoc tempore. Vinum carum. Modius siliginis 12 solidis. Modius speltae septem ante natale Domini. Moneta nova. Otto rex a Saxonia inefficax rediit, et circa Coloniam se contulit,

a) visa *addidit, sed postea delevit.*

Philippus adversarius eius a Treverensibus suscipitur honorifice, dominica qua cantatur Mart. 7. *Invocavit me* sequentis anni.

1199. Clerici et cives in concordiam redeunt dominica qua cantatur *Circumdederunt* Febr. 14. *me*, et resumuntur organa ecclesiae. Cives in praesentia episcopi iuraverunt, se de cetero nullo modo agere contra libertatem ecclesiae, et de illatis iniuriis clericis satisfacere. Richardus rex Anglicus, vir bellicosus, obiit gravi infortunio ante quoddam castrum quod obsederat, percussus in gutture telo a sagittario. Cui successit Iohannes, Sine-terra cognomento, frater suus. Capto vero castro, qui inventi sunt in eo, pro morte tanti principis quidam sunt excoriati, quidam diversis suppliciis laniati. Otto rex suggestione comitis Flandrie et ducis Lovanii a Leodiensibus suscipitur, set episcopi cito penitentis prohibitione negata sunt ei venalia in civitate. Itaque cum magna ira et indignatione exivit; fidelitates tamen multorum tam clericorum quam laicorum accepit. Otto rex, audita morte Richardi regis avunculi sui, graviter doluit, nec multo post a Iohanne nichilominus avunculo suo consolationem sperandi consilii et auxilii accepit. Mense Septembri dux Lovanii Philippo filio Frederici imperatoris venienti Coloniam cum armata militia occurrit, eumque recedere ultra Rhenum coegit.

1200. Obiit Albertus episcopus, successit Hugo maior praepositus, et ab Othone rege, qui praesens tunc temporis erat in civitate, est investitus. Modius siliginis pro tribus solidis et dimidio, modius speltae pro duobus solidis. Siccitas magna a medio Martio usque ad Kalendas Maii. Magister Fulco vir sanctissimus Letare Ierusalem Leodium venit, et verbum salutis tam in civitate quam in vicinis villis praedicans, multos ab errore usurarum compescuit, multos etiam a ceteris erroribus revocavit. Inaudita mortalitas boum per totum imperium. Rodulphus archidiaconus, Heinricus de Iacia, et Heinricus de Calre, Hugoni electo se opponunt, et ad curiam Romanam cum gratia Philippi Suevi Hugonem accusaturi procedunt. Innocentius papa litteras citationis Leodium dirigit, et Hugoni ut ad curiam veniat, et adversariis respondeat, praecepit; ipse vero non venit, set apud Montempessulanum mansit. Philippus Suevus et Otto Pictaviensis adhuc de imperio contendunt.

1201. Hugo, abbas huius loci, secundo abbatiam dimittit mense Ianuario, cum propter defectum panis a fratribus universis argueretur; cui additus est prioratus Sancti Leonis ad priores reditus, quos in prima depositione optinuit. Successit domnus Theodericus, de prioratu Sancti Trudonis assumptus; quem, quia Leodiensis sedes suo carebat pastore, Coloniensis archiepiscopus ex sententia priorum investivit, et non multo post in cena Do- Apr. 13. mini apud Werdene benedixit. Hugo electus a Monte-pessulano revertitur. Guido cardinalis episcopus Praenestinus Leodium venit cum Philippo prothonotario, inde Coloniam transivit, Philippum Suevum et complices suos auctoritate summi pontificis excommunicavit, et sic Coloniae per annum integrum et in vicinis civitatibus mansit, et partem Ottonis Pictaviensis quantumcumque iuvit. Heinricus de Iacia et Rodulphus de Comblen a Roma revertuntur, litteras sufficientes referunt; set a cardinali, qui partem domni Hugonis electi fovebat, qui legationem huius provinciae susceperat, aliquantulum retardantur; iterumque appellatione facta, post multas allegationes in Coloniensi ecclesia, ad sedem apostolicam per sotios, qui Boloniae remanserant, revertuntur. Rodulphus de Comblen praepositus Sancti Pauli Sanctique Iohannis, quia summo pontifici iuraverat, et in mandatis acceperat, omnia dona ecclesiastica ad episcopum pertinentia quotiescumque vacaverunt contulit, nec prohibitione cardinalis ab hac auctoritate quievit. Hyemps longa a festo sancti Martini usque ad Kal. Martii; annona bono precio fuit, set vinum carum. Bona spes fuit in flore vindemie, set postea frustrata est, Augusto impediente.

Dux[a] Brabantie Heinricus Hollandiam armata manu intravit, comitem Hollandiae cepit, et eum Lowanium deduxit; cepit etiam comitem de Gelre hominem suum, cum venisset ad eum infra Lowanium; uterque obsides dedit.

Anno[b] gratiae 1202 initiatum et fundatum est monasterium quod dicitur Vallis sancti Lamberti Cisterciensis ordinis a domno Hugone Leodiensi episcopo. Guido cardinalis Praenestinus circa Coloniam et civitates vicinas cum Ottone Pictaviensi moratur. Rodulphus archidiaconus et Heinricus de Calre pro negotio episcopatus socii Heinrici de Iacia ad curiam Romanam revertuntur, et Hugoni electo in omnibus adversantur. Comes Flandrensis cum

a) Dux — dedit *manu* 3. *addita*. b) Anno — episcopo *manu* 3.

1202. uxore sua ad negotium orientalis ecclesiae proficiscitur, quem multitudo signatorum sequitur, signati ut recedant per ecclesiasticam disciplinam coercentur. Hoc anno in mense Martio prima epdomada quadragesimae computata sunt omnia debita ecclesiae nostrae, praesente electo Hugone, et invente sunt trecentae marcae, et curiae nostrae Ernau, Hanrez, Honeffia, Donum Cirici, Alincurt, Vellerut, Malla, et Columbier[a], quae olim pro resignatione abbatum habebamus, inpignorate, non tamen sine debitis fuerunt alie. Thessaurus ecclesiae nostrae, qui olim in casulis et cappis et palliis, subtilibus et dalmaticis, in thuribulis et libris et ventilabris erat preciosus, inventus est, peccatis nostris exigentibus, distractus et adnichilatus. In Kalendis Februarii omnia victualia defuerunt nobis. Modius siliginis 5 solidis, speltae 40 denariorum, vinum 6 denariorum. Otto et Philippus adhuc de imperio contendunt[a*]. Guido cardinalis terminare volens negotium aecclesie Leodiensis, domno Hugoni electo diem citationis Coloniae praefixit feria quarta[b] ante sanctum pascha Domini, et post multas allegationes purgationem eius de obiectis criminalibus in curia Romana ab adversariis recepit; qui assumptis secum sex abbatibus, se vidente et assidente clero Coloniae, tactis sacrosanctis ewangeliis, septima manu se de omnibus obiectis innoxium per sacramentum reddidit. Cuius electionem cardinalis statim confirmavit, et sollempniter
Mart. 31. cum magno tripudio in ecclesia beati Petri induxit; quem sacratissima nocte resurrectionis
Apr. 7. in presbyterum ordinavit, et in octavis paschae in episcopum consecravit, nec multo post in sedem suam cum magna leticia firmavit[c]. His omnibus Heinricus de Iacia se opposuit; set nichil eo tempore profecit. Sotii autem sui infra annum, exceptis paucis, episcopo sunt reconciliati. Episcopus ordines sollempnes in pentechoste fecit, et synodum celebravit.

Nunc autem de statu nostrae ecclesiae, quae eo tempore propter nimiam paupertatem et importabilia debita desolata erat, volo pauca scribere. Episcopus de voluntate nostra quatuor clericos procuratores nobis instituit, qui debita ecclesiae absolverent, et fratres nostri, exceptis paucis senioribus, ad claustra aliena transirent. Set Dominus, qui vocat ea quae non sunt tanquam quae sunt, precibus, ut credimus, patroni nostri et beati Andree apostoli, ordinationem istam in melius commutavit: quia domnus Theodericus abbas noster, minus in provisione temporalium sufficiens nec sibi nec nobis prodesse valens, se ab abbatia exuit. Nos autem communicato auxilio, domnum Heinricum[d], ecclesiae beati Laurentii filium, elegimus in abbatem; set episcopus in primordiis huic electioni fortiter se opposuit; set postea peticione cardinalis et honestorum virorum austeritatem istam deposuit, et in decollatione sancti Iohannis de abbatia eum investivit, et in festo sancti Lamberti praesente cardinali benedixit. Ipse autem fratres dispersos recollegit, debita graviora absolvit, sine defectu toto anno necessaria fratribus prout potuit procuravit, pallam magnam altaris quae 20 marcis obligata erat redemit.

Obiit frater Theodericus qui praeclara opera in hac domo fieri fecit, licet laicus. Obiit etiam abbas Florinensis, Dei amicus, qui in ecclesia nostra est[e] . . . . . . . .

1203. Hoc anno Hoienses episcopo rebellant propter quaedam iura quae ab eis exigebat indebita; machinas quae de Namuco navi advehebantur succidunt, navim per siccam terram usque in medium forum trahunt, introitum castri et exitum aggere muniunt; nec multo post penitentia tacti, Leodium omnes veniunt, et episcopo, vidente clero et populo, nudatis pedibus satisfaciunt. Orta est magna dissentio inter ducem Heinricum Lovanii et Lodowicum comitem Losensem, propter trecensum Sancti Trudonis, ad episcopum Metensem pertinentem, quem a comite Losensi removit et duci contulit. Trudonenses resistunt, nec duci adquiescunt. Lodowicus comes de Los omnia castra sua, Montinacum videlicet, Brustemiam, Hallut, et omnem terram suam, quam libere tenebat, Sancto Lamberto tradidit, et super altare ipsius, vidente clero et populo, praesente episcopo, duce Ardenne Heinrico et comite de Musal Alberto legitima donatione reportavit, et de manu episcopi in hominium recepit. Episcopus praedicta castra et memoratam terram in festo sancti Iohannis sasivit. Cum messis immineret, dux ad pugnam suos invitavit, et obsidere oppidum Sancti Trudonis voluit, et in villa quae vocatur Landenes papiliones suos statuit, et per octo dies ibi mansit, et in circuitu segetes ultra quam credi possit devastavit, ibique multitudinem pugnatorum congregavit. Comes vero de Los ad episcopum, cuius nuper homo factus fuerat, accessit, auxilium petiit, et tam de sua terra quam de aliena multos auxiliarios

a) *scil.* bona. a*) *hucusque Reinerus scripsit, reliqua dictavit.* b) IIII. *c.* c) restituit *corr.* firmavit *c.* d) H. *c.*
e) *fortasse* sepultus, *una linea deleta in manuscripto.*

1203. congregavit. Episcopus autem suos monuit milites, cives, familiares ad se defendendum, et comitem in villa, quae Woromia vocatur, praefixa die adesse praecepit. Qui omnes venerunt, et in villa praedicta constiterunt, eventum rei exspectantes, maiorem spem de bello quam de pace habentes. Interea per octo dies fuit inter Montinacum et Landenes pertractatum[a]; set non per religiosos, qui partem suam interponebant, potuit pervenire ad pacis effectum. Tandem comes Namucensis accessit, et quas alii optinere non poterant treugas cum magna difficultate optinuit. Obiit comes Hollandiae, cuius filiam, quam habebat unicam, comes de Los statim desponsavit, fidelitates hominum terrae accepit, et cum securum se in illa patria esse crederet, res se aliter habuit. Guillelmus enim frater comitis Hollandiae, visa oportunitate, confisus de auxilio hominum terrae, comiti et uxori suae insidias posuit, assumptis eis qui fidelitatem fecerant comiti. Comes autem vix evasit, uxorem eius Guillelmus retinuit et in castro quodam posuit, et comitis sotios capiens retinuit, et totam terram suo dominio subiugavit, comitem se apellari fecit, multamque a duce accipiens pecuniam et annuum fiodum, homo huius est effectus. Otto rex iterum Saxoniam ingreditur, sotium habens Guidonem cardinalem, qui a summo pontifice Innocentio missus, ut eius regnum quantumcumque posset promoveret. Multi principum terrae obediunt regi, qui prius erant ei adversarii. Philippus Suevus cum suis obvius venit ei, set inefficax recessit. Multae civitates, oppida, villae, quae prius erant ei rebelles, maxime Goslarium et Erbefort, modo fiunt ei obedientes et tribules[b] [1]. Circa festum omnium sanctorum Coloniam redierunt. Ante adventum Domini Guido cardinalis Leodium rediit, et ordines in vigilia sancti Thome apostoli fecit; paucos tamen ordinavit. Obiit domnus Hugo, quondam secundo abbas huius ecclesiae, qui multa adversa sustinuit suo tempore, ecclesiaque nostra, quae prius erat inter nobiles nobilissima, religione et honestate praecipua, opulentia rerum referta, peccatis nostris facientibus, propter dissensiones diutinas, quas futuri caveatis, fere destructa est in spiritualibus et temporalibus beneficiis; quae tamen sub domno Heinrico abbate, de quo superius memoriam feci, aliquantulum respirare cepit. Assensu clericorum et civium et militum exteriorum tributum ab introeuntibus portas civitatis exigitur[c], et secundum estimationem pecuniarum suarum summa a civibus accipitur, et opus murorum firmissimorum, sicut evidens est, hoc anno mense Septembri initiatur, et a porta Pagani usque ad Sanctam Walburgem ante hiemem fundamenta iaciuntur, et murus cum turribus ad mensuram unius hominis erigitur. Mustum Mosellanum 10 denariorum, modius siliginis 10 solidorum, spelte autem 5 solidorum, hordei 4.

1204. In hoc anno ultimum pascha fuit cum bissexto. Adhuc Otto et Philippus contendunt de imperio, Apr. 25. et adhuc bellum inter regem Francie et regem Angliae pro terra Pictaviensi et Normandie. Orientalis aecclesia, id est Ierusalem civitas sancta, a paganis adhuc detinetur, et muris firmata duplicibus, christianis introitum denegat; et non est in ea qui nomen requirat, et sepulcrum salutis nostre inglorium est et sine debito honore. Vias autem regum et principum usque ad hec tempora Dominus quibusdam spinis sepivit, nec aliquis eorum in negotio orientali profecit. Acra tamen, Anthiochia et Sydon, et paucae civitates a christianis detinentur[d].

Domnus Hugo episcopus et domnus Heinricus de Iacia post multas dissentiones in concordiam redeunt. Domnus Heinricus a debitis suis, in curia Romana propter episcopatum contractis, mediante domno cardinali Guidone absolvitur, et ei cum tribus praebendis archidiaconatus Brabantiae donatur, pacificatis secum omnibus sotiis suis tam clericis quam laicis. Canonici Sancti Lamberti possessiones ecclesiae, mediante cardinali et episcopo assentiente, inter se dividunt, et praepositum destituunt. Rex Franciae regem Anglicum ab hereditate quam in Normandia et Pictavia possidebat eicit, et Rothomagum et castra plurima per violentiam praeoccupat, et transitum in Angliam ad eum eiciendum disponit et praeparat. Guido cardinalis Remensis archiepiscopus efficitur. Comes Albertus comitatum suum de Musal cum omnibus appenditiis suis et familia libere Sancto Lamberto tradit, et quinquaginta milia marcarum pro recompensatione accipit. Comes de Los, assumtis Flandrensibus et universo exercitu suo, Hollandiam ingreditur; qui in primo conflictu compos voluntatis suae extitit; set postmodum victus, capta multitudine partis suae et submersa inglorius rediit, uxore sua in captivitate remanente. Comes Flandriae cum

a) *ita coniicio vel* pax tractata; p : : : : : : *c.* b) tributales *corr.* tribules *c.* c) exigi : : : : *c. adiecta syllaba* tur *manu saec. XV.* d) *quae sequuntur alia manu et in alia pagina scripta sunt.* 1) i. e. socii.

1204. suis et Venetianis Constantinopolim ingreditur, et per eum rex qui destitutus fuerat sollempniter restituitur, uxore eius in Acra residente et eum expectante. Comes Namucensis castrum quod Samson dicitur antiquitate destructum reedificat et turres munitas sicut evidens est . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .
tis cognato utriusque . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .
facta est . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .
Silva pulcherrima quae Glanum vocabatur, quae ad decus civitatis erat vicina et antiqua, hoc anno venditur et exstirpatur, cuius pretium in tres partes dividitur; prima pars cedit episcopo, secunda operi monasterii sancti Lamberti, tercia muris et turribus civitatis. Muri cum turribus a porta sanctae Walburgis usque ad portam Pagani, sicut evidens est, sunt consummati.

Otto Pictaviensis et Philippus Suevus adhuc contendunt de imperio, set pars Ottonis infirmatur. Modius siliginis 8 solidis, speltae 5, ordei 4 venditur in festo omnium sanctorum anni praesentis, vinum 8 denariis.

Quia[a] nichil est sub sole quod non fiat Dei ordinatione, quae facta sunt hoc anno in Grecia, vobis scribo futuris, quod notissimum est et praesentibus et nobis. Cum auxilio comitis Balduini Flandrensis, sotiatis sibi Venetianis, imperator Constantinopolitanus regno restitutus esset, et adversarius ipsius, sicut dignum erat, destitutus esset, rex paucis diebus in bona pace quievit, cum paucis evolutis diebus fraudulenter suffocatus et interfectus est a suis domesticis. Quae res nimis Balduino comiti et suis displicuit, nescientes quod Dominus, qui vocat ea quae non sunt tamquam ea quae sunt, negotium regni ei committere vellet. Nulla fit mora, cives urbis in unum conveniunt, et sicut de Mathia legimus, sortes suas tercio iaciunt, et trina sors cecidit super comitem Balduinum. Qui omnimodis, quantum potuit, contradixit: set voluerit noluerit, a populo rapitur, et in inperatorem sollempniter sublimatur Recolens autem idem Balduinus nuper imperator effectus, quod dulce sit solum natalis patriae, litteras suas et nuntios in Flandriam et Franciam et Lotharingiam misit, ut tam monachi quam clerici, et habiles ad pugnandum laici quotquot vellent ad eum confluerent, quia disponebat eos omnes ditare et ritum Grecorum in Latinum transmutare. Nulla mora fit, set de praedictis regionibus turba multa tam monachorum quam clericorum et habilium laicorum, cruce Domini signata, ad eum confluit.

Domnus Hugo episcopus et Lodowicus comes de Los pontem Traiectensem fregerunt, et aggerem quem dux Lovaniensis extruxerat terrae adaequaverunt.

Comitissa Flandrensis maritum suum exspectans in Acra moritur peregrina. Comes Albertus de Musal donationem quam fecerat beato Lamberto terrae suae et familiae, quia praedicta pecunia non fuit ei statuto tempore soluta, infregit, et eandem donationem cognato suo Lovaniensi duci tradidit, qui fidelitates quorumdam accepit, et castellanos in castris posuit. Avaricia episcopi faciente accidit hoc infortunium Leodiensi ecclesiae, quia pecuniam, quae ab ecclesiis et divitibus et pauperibus collecta fuit, non comiti solvit, set in suos usus expendit.

Annus[b] 1205. Hoc anno Philippus rex, filius Frederici magnifici imperatoris, adversarios suos Aigulfum archiepiscopum Coloniensem et Heinricum ducem Lotharingiensem sibi pacificavit, et fretus consilio eorum et auxilio, Aquisgrani cum multo exercitu, cum uxore sua venit, quae fuit filia imperatoris Constantinopolitani, cui frater eius oculos eruit et pro eo regnavit, cuius fratrem comes Flandrensis restituit regno, et cum a suis domesticis suffocatus esset, electione populi post eum regnavit, sicut superius memoriam feci.
Ian. 6. Sedit itaque idem rex Philippus in regia sede in die epiphanie, et coronatus est cum uxore sua, universo populo applaudente. Otto Pictaviensis, fretus auxilio Coloniensium et ducis Ardennae et filiorum suorum, curiam suam et adventum suum impedire voluit, set non profecit, quia multitudine principum stipatus venit. Leodiensis episcopus Hugo inducias
Apr. 17. deliberandi usque in octavas pasche inpetravit, datis fideiussoribus cum comite de Los, quod pontem Traiectensem repararent. Hyemps aspera et longa. Mortalitas ovium per totum imperium. Hoc anno motum est altare sancti Remigii, et repositum in loco in quo nunc est, et iterum cum duobus altaribus sancti Nicholai et sancte Katerine, cum tota basi-
[18] lica consecratum a domno Philippo Ragburgensi[18] episcopo, assentiente et praecipiente

a) *hinc alia manus.* b) *alia manu.*

18) i. e. Racisburgensi, qui annis 1204—1215 sedit.

domno Leodiensi episcopo Hugone, peticione domni Heinrici abbatis nostri, qui praedictum 1205. episcopum in hospitio suo honeste per octo dies procuravit. Fracta sunt etiam in ecclesia nostra duo altaria, altare videlicet beati Stephani et altare beati Iuliani et Baselisse, et reparata in quibus nunc locis evidenter cernuntur esse.

De qualitate hyemis huius anni pauca volo scribere ad cautelam praesentium et noticiam futurorum. Hyemps hoc anno quinquies respiravit, graviorque semper fuit subsequens respiratio priore; prima respiratio in festo sancti Martini, secunda in festo sancti Andree, tercia in festo sancti Marcelli, quarta in festo purificationis, quinta in pascha. Per totum Februarium et totum Martium aratra non exiernnt ad colendam, nec cultores ortorum ad laborandum. Silvestres fere ad villas veniebant, quaerentes pascua tamquam domesticae; multae tamen fame periere. Mortalitas permaxima ovium et ceterorum animalium, deficiente pabulo et hyemis seviente periculo. In Kalendis Maii vix erat aliqua notitia annonae in satis; set ex insperato Dominus magnam copiam annonae tribuit, et estas sicca fuit; a festo sancte Marie Magdalene usque ad Kalendas Augusti estus nimius et intolerabilis fuit, set post Kalendas quievit.

Colonienses ex mandato summi pontificis et sugestione Cameracensis episcopi, qui missus erat a latere domni papae, novum creant archiepiscopum Brunonem Bonnensem praepositum et Aigulfum, qui a rege Ottone recesserat, abiciunt, civitatis moenia muniunt, victualia congregant, obsidionem Philippi Suevi exspectant, Ottone rege suo honeste in civitate retento. Circa festum sancti Lamberti Philippus Suevus venit, fretus auxilio multorum Sept. 17. Coloniam obsedit, Nussiam cepit, et in ea milites suos locavit, nec multo post inefficax recessit. Dux Brabantinus qui ad auxilium eius copiosus venerat, frustratus desiderio suo et falsis promissis, quasi confusus[a] ad sua cum suis rediit. Episcopus Leodiensis peticione comitis Namucensis et comitis Losensis inducias adhuc deliberandi, utrum in eum consentiret, usque in capite ieiunii optinuit. Philippus recessit, curiam celebrandam Con- 1206. fluentiae in capite ieiunii constituit. Mart. 1. Balduinus quondam comes Flandrensis, nunc autem imperator Grecorum, sicut superius mentionem fecimus, a quodam adversario suo capitur, et captivus detinetur. Episcopus Suessionensis a Constantinopolim rediit; reliquias pretiosas apostolorum et martyrum et vivifice crucis attulit. Quidam clericus Traiectensis, qui per septem annos in civitate Constantini manserat, hoc anno rediit, portionemque magnam vivifice crucis, quam multo tempore affectaverat, cum aliis pretiosis reliquiis sanctorum secum attulit, et ecclesiae beate Marie in Traiecto cum summa devotione praesentavit. Messis bona. Vindemia rara. Modius siliginis 10 solidorum, spelte[b] 5, vinum octo denariorum. Bellum adhuc inter regem Angliae et Franciae. Rex Angliae totam terram suam perdidit in transmarinis partibus, excepta parva portione. Orientalis ecclesia et Ierusalem civitas sancta adhuc detinetur a gente Sarracena.

1206. Hoc anno in die sancti Stephani domnus Hugo episcopus ad ecclesiam nostram Dec. 26. accessit, et altare sancti Stephani primo, postea altare sanctorum Iuliani et Baselisse consecravit. In altari sancti Stephani reliquias pretiosas quae de altari, cum frangeretur, assumpte erant reposuit; et costam unam sancti Stephani, quae in scrinio inventa est, fregit; partem sibi retinuit, partem in altari posuit, partem in scrinio reservari praecepit. In altari sanctorum Iuliani et Baselissae reliquias quae de altari assumptae erant, cum frangeretur, reposuit: videlicet de corpore sancti Iacobi fratris Domini, Iuliani et Baselissae, Gagii papae, et sanctorum confessorum Martini et Servatii. Appositumque est oleum sanctae Katerinae virginis, quod acceptum est de ampulla, quam attulit nobis bona matrona Gertrudis, quae septem annos in muris Iherusalem reclusa fuit, et postea in reclusione sancte Mariae Magdalenae obiit. Praedictus episcopus eadem die missam ad altare sancti Stephani sollempniter celebravit, totus conventus interfuit, post quem Reinerus praesentium dictator secundam missam celebravit.

De qualitate temporis huius anni dicimus, quod usque ad circumcisionem Domini nulla fuerunt signa hiemis, nec in gelu, nec in nive, set a circumcisione Domini in 15 sequentes dies et non amplius hyemps desevit; reliquum tempus usque in pascha, non quasi ver, set quasi estas fuit. Seges tamen cara, vinum carius, et omnia quae ad victum hominis prodesse debent carissima, in alleciis, in ovis, et carnibus, et piscibus. Episcopus Leodiensis cum duce Brabantino in concordiam rediit, ita tamen quod dux Musalensem[c] comitatum

a) confusis *cod.* b) splete *c.* c) *ita coniicio,* musal . . . . . comitatum . . . . aret *c. erasis litteris.*

1206. refutaret. Colonienses iterum concorditer regi Ottoni confederantur. Novus archiepiscopus Bruno[a] videlicet, a summo pontifice pallium sibi missum accipit, et confirmatur. Comes Flandrensis Balduinus sine spe redeundi captivus detinetur[b], nec multe post truncatis prius membris, ab adversario interficitur. Frater eius Heinricus regno substituitur. Philippus Suevus congregato exercitu suo in virtute magna in partes Coloniae revertitur; cui Colonienses occurrunt, set in primo congressu plurimi capiuntur et cadunt. Colonienses rabiem certaminis ferre non valentes, non sine dampno suorum infra muros suos se
19 recipiunt. Novus archiepiscopus Bruno in castro quod Wassenberc[19] dicitur obsessus, virtute armorum capitur, et a Suevo oneratus ferro, in Sueviam deducitur. Nec multo post Colonienses cum rege Philippo componunt, et ab Ottone rege, cui diu adheserant, fidelitate postposita recedunt. Ipse vero a Colonia cum paucis, fingens se ad curiam Suevi iturum, callide exivit, et in castrum quondam patris sui, quod Brunsvic dicitur, se contulit. Renus aperitur, et libera via euntibus et redeuntibus conceditur. Messis bona, vindemia optima, in Mosella infra vindemiam sextarium vini pro denario Treverensi; ego qui interfui, vidi. Apud nos vinum sex denariorum. Hoc anno Iohannes rex Anglorum, coadunato exercitu maximo, mare transivit, ad auxilium suorum venit, regi Francorum fortiter restitit, et civitates, castella, villas, quas rex Francorum virtute armorum sibi subiugaverat, partim reacquisivit, partim quasdam fortiter munitas ad praesens optinere non potuit. Nec multo post salvis acquisitis medio tempore treuge trium annorum dantur ab utraque parte.

Obiit domnus Walis, maior decanus et abbas, sepultusque est in hospitali. Cui successit domnus Theodericus prepositus Sancti Andree in Colonia. Hoc anno inter festum sancti Iacobi et ad vincula sancti Petri tantus fervor solis incaluit, ut videres messores vim caloris ferre non valentes, passim per agros morientes. Tres fuerunt mortui, quos ego presentium scriptor agnovi. Hoc anno natus est duci Lotharingie filius, qui de nomine avi sui appellatus est Godefridus. Hunc Hugo Leodiensis episcopus de sacro fonte suscepit in filium. Nata est etiam filia comiti Alberto, quae omnem spem de Musal abstulit Leodiensi episcopo et duci Brabantino. In vigilia sancti Nicholai post vesperas saepius auditum est tonitruum, ita ut a nobis opinatum sit esse fulminatum. Hyemps tarda sed aspera et februaria. Inundatio aquarum maxima, maxime in Alemannia et Francia, ita ut Mogus in altitudine triginta duarum ulnarum se extolleret, Renus quedam claustra subverteret, et plurima milia virorum mulierum et parvulorum submergeret, Secuana Parisius parvum pontem cum edificiis suis frangeret, et molendina inpetu suo deduceret. Mosa tamen, noster fluvius, magnus fuit set pacificus. Adhuc Ierusalem, id est orientalis ecclesia, detinetur a gente Sarracena.

Febr. 2. Annus 1207. In purificatione sanctae Mariae a rege Philippo curia celebratur; de
Apr. 1. pace Coloniensi[c] tractatur. Alia curia Letare Ierusalem[d] nominatur. De filia Philippi regis et filio Heinrici ducis Brabantiae matrimonium ordinatur, et iuramento confirmatur. Innumerabilis turba clericorum, monachorum, laicorum zelo fidei accenditur, et suasione episcopi Suessionensis Constantinopolim proficiscitur. Sciendum[e] est futuris et notum praesentibus, quod negotium Gretiae multum impedivit negotium orientalis ecclesie. Mensis Maii crudelis fuit, quia sevitia yemis non naturalis vineas, silvas quasi quodam igne combussit; set pluvia superveniens in Kalendis Iunii, magnam utilitatem vineis praestitit. Glaties
Iun. 5. non modica visa est Bonefatii martyris. Estas sicca. Messis pulcra. Satio pulcherrima. Vindemie satis tempestiva. Set gelu Octobris fere abstulit omnia vina. Duo cardinales a papa Innocentio in Allemanniam mituntur, ut concordiam inter regem Ottonem et Philippum Suevum facerent; sed non profecerunt. Colonienses ex integro regi Phillippo reconciliantur exceptis clericis, et via Reni aperitur. Hoc anno eclipsis solis facta est pridie
Febr. 28. Kal. Martii. Hyems temperata, sine magno gelu et continuo. Lodowicus comes de Los Angliam ingreditur, regem pro uxore sua, quae ibi captiva tenebatur, alloquitur. Tandem homo suus factus, et datis obsedibus pro hominio conservando, uxorem suam reducit, quae per quinque annos captiva a Guillelmo avunculo suo detenta fuit. Hoc anno obiit Lodowicus advocatus Hasbanie, cui successit Fredericus gener eius, filius ducis Ardenne.

Annus bysextilis 1208. ab incarnatione Domini. Rex Philippus circa epiphaniam Mettis venit, et curiam celebrem tenuit. Aigulfus archiepiscopus, qui a[f] summo pontifice erat

a) brurno c. b) *hinc alia manus.* c) colonieu c. d) rusalem c. e) Siendum c. f) as c.
19) castrum olim in ducatu Iuliacensi.

destitutus, et Bruno novus archiepiscopus, qui ab eodem papa erat confirmatus, et a rege [1208.] Suevo hactenus captivus detentus, vadunt ad curiam domni pape, discussionem de archiepiscopatu facturi. Blasii martyris in vespere luna visa est ferę tota sanguinea. cum esset tertia decima. Aduc Ierusalem civitas sancta, peccatis nostris facientibus, detinetur a gente Sarracena. Aduc conservantur treuge inter regem Frantiae et regem Angliae. Modius siliginis 5 solidis, speltae modius tribus venduntur, vinum 7 denariis[a]. Rex Phillippus pentechosten Aquis celebravit, curiam celebrem per octo dies habuit, et recessit. Bellum re- [Mai. 25] novatur inter reges Franciae et Angliae. Temperies aeris tam veris quam estatis; habundantia annonae in campis laudabilis, vinum sicut prius. Siligo tribus solidis, spelta 30 denariis comparatur. Sicut a veridicis relatoribus audivimus, flores visi sunt in vineis in vineto in prima ebpthomada Maii in montibus. O nefas! o scelus! o crudele scriptum, set verum! Philippus rex, filius Frederici inperatoris, pacato summo pontifice et omnibus adversariis suis, crudeliter a quodam comite de Witrisbac in civitate Bavenbergensi tercia die inunctionis suae ex insperato, tanquam domestico suo, crudeliter occiditur, capite truncatur, episcopus Spirensis, qui cum eo erat, vix fuga elabitur, et omnes regales passim dispersi, vix a gladiis adversariorum eripiuntur. Multique, tam episcopi quam nobiles, de tam crudeli nece infamantur. Mortuus est autem mense Iunii, tamen inchoatis Kal. Iulii, [Iun. 21.] passusque est totus mundus scandalum quod pudeat fastos. Remanserunt autem regine regalia cum castris et tesauro regio. Mensis Augusti pluviosus fuit diebus 15 primis. Annone habundantia qualis non fuit a quadraginta annis et supra. Eodem anno mense Septembri mortua est regina dolore partus gemini, praecedente dolore gravissime necis mariti. Itaque Otto rex totum optinuit regnum, et omnia quae Philippi regis erant adeptus, promisit se filiam eius accipere in matrimonium. Hoc anno Reinerus praesentium dictator, peticione fratrum suorum, cum I. contra Heinricum abbatem Romam ivit, et litteras inquisitionis ad Colonienses personas attulit, quia apellatus non venit nec sufficientem responsalem misit. Praeterea alia paria litterarum ecclesie sue acquisivit. Otto rex pacifice totum regnum optinuit. Obiit Bruno Coloniensis archiepiscopus, cui successit Theodericus Sanctorum Apostolorum praepositus, quem ante electionem apellavit ad sedem apostolicam Aigulfus, qui propter dissensionem regum fuerat ab Innocentio papa destitutus.

Annus ab incarnatione Domini 1209. Annus iste pauperum gloria, divitum mestitia, habundans ad votum in annona. Modius siliginis 15 denariis, spelte eodem precio venditur. Cetera genera annone precio inferiore. Vinum praecipuum 5 denariis. [b]Sicut anno 1197 modius syliginis venditus est 40 solidis, ita hoc anno 40 modii siliginis dati sunt pro 40 solidis.

In epiphania Domini Reinerus praesentium dictator Coloniae fuit, litteras quas a [Ian. 6.] summo pontifice acceperat, inquisitoribus praesentavit, et ut ad locum accederent ammonuit, et Deum solum prae oculis habentes, sicut domnus papa praeceperat, quae corrigenda erant corrigerent, et quod regulare et honestum esset statuerent. Qui diem peremtorium praefixerunt post dominicam feria 4. qua cantatur *Oculi omnium*. Set tunc non venerunt, arduis negotiis impediti. Set aliam diem praefixerunt, feria 6. post dominicam qua cantatur *Iubilate*. Sed nec tunc venerunt, quia iter eorum adventus duorum cardinalium qui Coloniam venerunt impedivit, videlicet Hugonis Hostiensis episcopi et Velletensis, et Leonis tituli Sancte Crucis in Iherusalem presbyteri cardinalis, qui per quindecim dies Coloniae moram fecerunt, et tam episcopum quam personas Leodienses ad se vocantes, nova decreta dederunt feria tertia ante pentecostes, quae in generali synodo postea [Mai. 12.] sunt recitata. Hac necessitate detenti inquisitores nostri non venerunt; set sequenti feria [Mai. 14.] 5. comitati optimis magistris ad nos venerunt, et in crastinum in capitulo nostro residentes, [Mai. 15.] litteras domni papae publice legerunt, allegationes utriusque partis, amotis advocatis, simpliciter audierunt, et tam abbatem quam fratres de veritate dicenda iurare fecerunt, tota die iuratos examinaverunt, et attestationes usque in feriam secundam, quia dies pentecostes instabat, clauserunt. Secunda feria episcopum et etiam omnes personas Leodienses [Mai. 18.] secum adduxerunt, et atestationes non aperuerunt, quia Hugo[c] prius abbas, nefanda et turpia de fratribus scripserat, et ipse a fratribus de articulis certis melius tacendis quam loquendis accusatus erat. Ac consideratione inquisitores atestationes tacuerunt, et diu habito consilio cum episcopo et personis et magistris, ad capitulum redeuntes, Heinricum

a) *hinc alia manus.* b) *haec adduntur in margine.* c) H. *codex.*

1209. prius abbatem a temporalibus et spiritualibus suspenderunt, et fratres, exceptis paucis, per abbatias disperserunt, volentes ecclesie inopiam sublevare, et in bonum statum restituere; et iurisdictionem sibi retinuerunt usque ad solutionem debitorum, et tam ipsi quam episcopus et persone sententiam confirmaverunt et recesserunt.

Huic operi pauca volo inserere, ut sciant fratres nostri futuri sibi cavere, quod[a] damna, quod[a] labores, quod[a] iniurias, quod[a] tribulationes sustinuerint a tribus abbatibus, quos infra 22 annos ab ecclesia sancti Laurentii gravi infortunio assumpsimus. Primus enim, silicet Gozuinus, satis nobis utilis fuit et bonus; set in hoc fuit nobis inutilis, quod abbatiam dimisit tempore famis, et consilio suo Gerardum abbatem Sancti Laurentii non sine damno nostro pastorem nobis instituit, qui sex mensibus tantum praefuit et obiit, et debita ducentarum marcarum nobis reliquit; pro quo debito, quod non sine lacrimis dicimus, hodie fratres nostri deputantur exilio. Huic malo et peior successit, pessimus scilicet Heinricus, qui debita non minuit set auxit; qui non fratrum societatem, set clericorum et laicorum dilexit; non religionem, set insolentiam aluit; non thesaurum ecclesiae redemit, set obligavit; qui fratres nostros in via Romana morti exposuit; qui fratres ecclesie, a reditu fratrum nostrorum a Roma usque ad depositionem eius, omni victu et vestitu spoliavit. Hoc scripsisse sufficiat, et memoria istorum futuros in posterum cautos reddat. Nomina inquisitorum nostrorum, quia nobis propitii fuerunt, volumus scribere, ut memoria eorum celebris sit apud nos in omni generatione. Fuit autem primus domnus Conrardus in ecclesia sancti Petri in Colonia maior decanus, et domnus Heinricus Sancti Gereonis decanus, et domnus Anselmus plebanus Sanctae Brigidae tertius. Isti recedentes, procuratores constituerunt nobis, qui functi sunt procuratione sua usque ad festum sancti Martini. Medio autem tempore plurima capitula habuimus Coloniae contra Henricum, qui post sententiam in eum latam apellaverat ad apostolicum. Cumque fratres nostri vie necessaria in vestibus et equis procurassent, et in procinctu eundi constituti essent, praenominati inquisitores partem suam interposuerunt, et nos Coloniam evocantes, pacem inter nos et adversarium nostrum fecerunt, et aliquos ei reditus, licet indignos, assignaverunt, et licentiam
20 eligendi nobis dederunt. Nos autem pestem dissensionis evitare volentes, in duos grisios[20] abbates compromisimus, qui fraudem in falsis fratribus invenientes, libertate electionis nostrae nos privaverunt, et custodem Florinensem Waselinum nomine, nobis tandem consentientibus, praefecerunt. Qui praesentatus episcopo Fossis, 17. Kal. Ian. ab eo est investitus, et in die natalis Domini benedictus. Qui ad ecclesiam nostram accedens, eam obligatam a Heinrico sexcentis marcis invenit, pro quibus solvendis fratres nostros, quod non sine lacrimis dicimus, exulare oportuit per duos annos.

Interfecto crudeliter Philippo rege a comite scelerato, Otto rex totum regnum[b] obtinuit, et de consensu principum filiam Philippi primogenitam ex dispensatione[c] Innocentii pape per duos cardinales qui exsecutores fuerunt, et de quibus mentionem superius fecimus, licet propinquam suam, duxit uxorem, ut securius potiretur regno et rebus regni. Nec mora circa festum sancti Iohannis cum exercitu collecto quali potuit, principibus regni paucis secum euntibus, transalpinavit[d], Italiam intravit, Mediolanum venit, a Mediolanensibus et eorum complicibus desideranti devotione est receptus. Paucisque evolutis diebus, subiugatis sibi civitatibus, Romam venit, domnum papam adiit, consecrationem imperii ab eo petiit et obtinuit, utpote is qui ab eo a principio electionis suae fuerat protectus et desideratus. Consecratusque est 4. Nonas Octobris, de quo praesentium dictator dixit:

Octobris quarto Nonas rex ungitur Otto.

Cum autem in ecclesia beati Petri consecraretur, Mediolanenses pontem Tyberis, qui vicinus est, potenter custodiebant, ne consecrationem eius, sicut animo conceperant, Romani inpedirent. Consecratus autem pacifice, Romam exivit; cui ad portam civitatis Romani ex adverso occurrerunt. Alterutri graviter conflixerunt. Multi vulnerati, pauci[e] mortui, equi multi a parte utraque ceciderunt. Imperator autem vellent nollent in pace exivit, Mediolanum rediit. Illud autem non praetereundum, quod idem imperator antequam consecraretur, apostolico promisit et iuravit, quod bona illa non repeteret, quae idem apostolicus tempore dissensionis regum occupaverat et possederat. Otto autem potitus

a) *i. e.* quot. b) *hic vox* pacifice *deleta apparet.* c) despensatione *c.* d) transacpinavit *c.* e) paci *c.*

20) Abbates grisii sunt abbates ordinis Cisterciensis, ita appellati a vestis colore, ad distinctionem abbatum ordinis sancti Benedicti, qui nigri dicebantur. MARTENE.

plenitudine honoris sui, hoc sacramentum pro nichilo reputavit, ut possessiones imperii apo- 1209.
stolico et fratri suo relinqueret, et contra sacramentum, quod principibus in Allemannia fecerat, res ad[a] imperium pertinentes suo tempore diminutionem paterentur. Itaque castella et civitates quas papa occupaverat ad deditionem compulit, et habitatores eorum eiecit, et suos imposuit. Itaque orta est discordia et discidium inter sacerdotium et imperium, et de incredibili amicitia orta est nefanda discordia. Procedente tempore Innocentius papa tercius scripsit archiepiscopis et episcopis et principibus, sub pena excommunicationis praecipiens, ne Ottoni dicto imperatori obedirent in aliquo, quia imperium obtinuerat in cavillatione et dolo, et volebat eum arguere et complices eius de peiurio. Scripsit etiam regi Francie litteras querelis plenas, asserens Ottonem in tantam elationem pervenisse, ut[b] tam ipsum quam omnes reges vellet sibi subiugare, et contra dilectum filium suum Fredericum regem Apulie ad occupandum[c] regnum ipsius disponebat procedere. At contra Otto imperator de Allemannia mandat auxiliatores duces et comites, et omnes qui tenentur ei fidelitate et dominio servire. Adhuc permanet orientalis ecclesia sub potestate Sarracenorum constituta. Bellum non consummatum inter reges Anglie et Francie. Regnum Constantini constitutum est sub Heinrico fratre Balduini, ab hostibus suis crudeliter interfecti. Annona bono pretio, siligo duobus solidis, spelta 20 denariis, et hordeum et avena carior spelta.

Annus 1210. ab incarnatione Domini. Imperante Ottone et in Italia commorante, Hugone in episcopatu praesulante, hiems longa, aspera et continua a Kalendis Ianuarii usque ad festum sancti Mathie apostoli, pestilentia murium in agris, in satis et domibus, in villis. Idus Aprilis, hoc est dominica in palmis, hora nona audita sunt tonitrua magna cum grandine miro, aere mirabiliter mutato. Flores praeter solitum tarde apparuerunt, vix aliqui flores arborum in Aprili apparuerunt, vix enim apparuerunt spice in siligine Urbani papae. Mai. 25.
In vigilia sancti Domitiani episcopi in nocte combusta est illa nobilis et spetiosa Remensis Mai. 6.
maior ecclesia cum maiore parte civitatis. Remenses de mandato regis vallum cum muris et turribus inchoant, et firmiter operi inhaerent, ut credimus, propter metum Ottonis imperatoris, auxilium patruo suo regi Anglie ferre volentis. Annona carior solito, siligo 6 solidorum, spelta quatuor. Seditio magna est orta inter episcopum et clericos maioris ecclesie pro diversis causis, et moneta, et maxime pro beneficio cenae quam idem episcopus volebat eis quasi de iure subtraere. Propter hoc et his similia deposuit organa sua de communi consilio Leodiensis ecclesia. Iniciatum est hoc silentium sabbato post ascensionem Domini, et pertractum est usque ad festum sancti Andree apostoli; multaque episcopus promisit, quae male postea adimplevit. Hoc anno pestifera heresis illa Abnoitarum, quae diu latuerat, caput cepit erigere[d], et quam diu foverat heresim manifeste propalare, et iam non in occulto, set potius in facie ecclesiae totum errorem suum confiteri et defendere. Erat autem talis modus erroris eorum: Corpori et sanguini Domini detrahebant, nec sufficere ad salutem asserebant; et cetera sacramenta ecclesie, scilicet baptismum, unctionem, matrimonium pro nichilo habebant. Ad hanc nefandam heresim corrigendam immo extirpandam, Innocentius papa tertius a latere suo cardinales et magistros quamplures misit; qui doctrinam eorum non receperunt, sed quibusdam interfectis, alios spoliatos et verberibus et contumeliis affectos remiserunt. Videns autem praedictus papa, quod doctrina non sufficeret, set potius gladius, scripsit universis fidelibus, Francis, Lotharingis, Alemannis, et ceteris regnis, quatenus in remissionem omnium peccatorum suorum crucem sibi imponerent, arma arriperent, et inimicos fidei in Provincia manentes efficaciter expugnarent. Feneratores soli ab hoc beneficio sunt exclusi, nisi omnia reddant quae fenerando acceperant. Statim sine mora fideles hoc beneficium et maxime pauperes acceptant, signum crucis sibi ante in dextera parte pectoris imponunt, et in Kalendis Septembris de omnibus regnis ad expugnandos hereticos in Provinciam procedunt, et in brevi tempore adunata innumerabili multitudine, castrum fortissimum quod Thermes[21] vocatur, 21
cum domino suo Remundo obsederunt, et machinis et omni genere balearum[21*] impugnarunt, et tam ipsum castrum, quam habitatores ipsius cum duce suo Remundo in vigilia sancti Nov. 22.
Clementis ceperunt. De habitatoribus autem castri quidam fugerunt, quidam capti sunt,

a) 7 *c.* b) *deest c.* c) occupendum *c.* d) eligere *c.*

21) Termes in diocesi Narbonensi. 21*) i. e. balistarum.

1210. quidam in ore gladii ceciderunt. Remundus autem dux eorum captus, et ferro oneratus, ad nostros est deductus, et sic usque ad diem mortis sue permansit captivus. Maior autem pars fidelium facta quadragesima sua rediit, minor autem cum comite de Monteforti remansit. Discordia inter Innocentium papam et Ottonem imperatorem non minuitur, set augetur; papa Ottonem publice excommunicat et omnes fautores suos, et archiepiscopis et episcopis praecipit, ut eum excommunicatum denuntient et vitent. Otto autem regnum Apulie invadit[a], sicut dicitur, ad contumeliam domni papae et ad iniuriam Frederici regis Apulie. Obiit ducissa Lovaniensis. Sanctus Richardus iuxta Andernacum clarus habetur miraculis. Tota Anglia silet in divinis propter archiepiscopi electionem Cantuariensis. In vigilia sancti Thome tanta vis ventorum erupit, ut putares Eolum con ventis advenisse omnibus, terramque velle extirpare. Non domibus, non altis turribus pepercit, inter quas campanile de Selvia violenter deiecit, ita ut tectum monasterii et presbiterii confringeret, set modo obtime reparatum est, ut apparet. Adhuc orientalis ecclesia, peccatis nostris exigentibus, sub potestate Sarracenorum est constituta. Annona bono pretio. Vinum sex denariorum.

Anno 1211. Hiemis asperitas. Motus signatorum. Secundo impetus Saracenorum in Ispania. Occisio signatorum incaute euntium. Captio Vallis. Obsidio Tolose. Siccitas estatis et Augusti. Defectus vini, propter vineas gelu attritas. Denuntiatio facta in Ottonem inperatorem de mandato domni pape. Reditus fratrum, absolutio debitorum usque ad 100 marcas. Discordia inter clericos Coloniences et laicos, sed cito sedata. Motus Moguntini contra inperatorem. Abundantia frugum.

22 Anno 1212. Hiems temperata. Mors Alberti comitis. Obiit G.[22] abbas Sancti Huberti. Februarius plurimum ventosus cum aquarum inundationibus. Otto imperator ab Italia et
Mart. 4. Apulia, a domno papa excommunicatus, revertitur. Laetare Iherusalem Frankenfort curiam habet celebrem, ubi octoginta principes ei occurrerunt multum flenti et de rege Francie conquerenti. Illi curie archiepiscopi et episcopi pauci interfuerunt, eo quod de mandato
Mart. 23. domni pape eum excommunicatum denuntiaverant. In parasceue per octo dies hiems fuit asperrima, que omnes nuces abstulit. Martius tamen siccissimus[b] fuit. Archiepiscopus Moguntinus, et comes terrae qui lantgreve dicitur, et Warnerus de Bol nt, et Wormaciensis, et Spirencis, episcopi, et alii multi Ottoni imperatori fortiter se opponunt de mandato domni pape. Qualem habet domnus papa potestatem, talem contulit Moguntino in Alemannia, et ut eisdem vestibus utatur quibus domnus papa utitur, et equum album habeat.
23 Kalendas Maii cives Leodiences contra Heinricum ducem[23] ad pugnam exeunt. Sequenti die redeunt confusi et territi, tercia die civitas obsidetur, et in momento capitur et spoliatur; quarta et quinta die adversarii aurum et argentum et omnia pretiosa civitatis rapiunt. Matronas et puellas ad castra sua deducunt, multi cives capiuntur; sexta die cives qui remanserant pacem faciunt, set miseram; septima die a Leodio excercitus recedit. Octava Musal obsidetur set non capitur, Walevia vacua duci relinquitur; octava ascencionis excercitus ducis recedit. Comes Namucensis timens potentiam ducis, treucas petit. Episcopus cum paucis apud Dinantum latuit. Hoiences cum duce pacem faciunt, et se et sua salvant. Aigulfus archiepiscopus in Coloniensem archiepiscopum restituitur, qui tempore Philippi regis a domno papa fuit destitutus eo quod Ottonem tunc regem reliquit et Philippo adesit. Et Theodericus prepositus Sanctorum Apostolorum, qui ei succeserat, a domino papa destituitur. Sinodus Hoii celebratur, tota Leodiensis ecclesia lamentatur, organa deponit et
24 silet[24]. Inter episcopum et ducem treugae dantur usque ad octavas sancti Iohannis babtiste. Confusio Leodicensis civitatis a praesensium scriptore[c] per hos versiculos exprimitur:

Anno milleno bis centeno duodeno,
Luce crucis sancte Christo celos remeante,
Leodium capitur, et frangitur, et spoliatur
A Brabantinis, Vulcani fulmine dignis.

a) et obtinet *iam erasa.* b) sic sicimus c. c) scritore c.

22) Guillelmus. M. 23) Brabantiae. 24) In maiori ecclesia deposita fuit ad terram per menses ferme decem et octo imago crucifixi cum sacris pignoribus sancti Theodardi et ceterorum; dictisque horis regularibus, succedebant quotidie canonici Sancti Aegidii; ac tum, expleto sacrificio altaris, unus e sacerdotum ordine sacris indutus, ad templi medium cum universo clero procedebat, prostratique omnes clamabant: *Aspice Domine de sede sancta tua* etc. MARTENE.

Obiit Iuditta ecclesie conversa, mater Reineri praesentium scriptoris, Silvestri pape: 1212. Dec. 31. requiescat in pace.

Ac tempestate sanctus Leonandus 15 captivos liberavit, et ianuis ecclesie sue patentibus, nullus ostium introire praesumsit. Multi Francorum archiepiscopi et episcopi, abbates et alii multi contra ereticos Provinciales vadunt. De gente Frisionum triginta milia, alcius monachis atonsi, a quodam abbate edocti, cum peltis et lanceolis suis contra ereticos vadunt. Saraceni a christianis in Ispania reprimuntur. Sanguis, sicut de novo vulnere, recens pluit trans Renum in silva, unde rami sanguine cooperti Colonie sunt delati. Fulgur in domo episcopi Fossis cecidit, et tam eum quam suos terruit terribiliter. Ad aggerem reparandum[25] per quem hostes introierunt, non solum laici set et praelati cum clericis et 25 monachis vadunt propriis manibus operantes. In Kalendis Iulii treuge solvuntur. Episcopus[25'] de Francia et de propriis militibus et amicis et cognatis suis et rege Francie et comite de Flandria Ferrando et duce de Lancei[26], cui comitatus de Musal contingebat, per quem tot mala evenerunt Leodiensi civitati, fere duo milia et quingentos milites cum innumerabili turba congregat. Dux tantam vim ferre non valens, per internuncios pacem quaerit et inpetrat, obsides et fideiussores dat, satisfacturus de damnis illatis et confusione, Musal et totam terram Alberti comitis abiurat. Comes de Bar auxilium ei ferens nondum cessat, Uffei villam episcopi frangit, et turrim diruit.

Motus puerorum mirabilis, tam de Romano quam Teutonico regno, et maxime pastorum tam masculini sexus quam feminini. Flebant autem uberrime illi quos patres et matres non sinebant abire. Credimus hoc factum fuisse magica arte, quia labor eorum nullum habuit effectum, quia ad ultimum dispersi sunt, et via eorum redacta est ad nihilum. Erat autem eorum intentio mare se velle transire, et quod potentes et reges non fecerant, sepulcrum Christi recuperare; set quia hoc opus a Deo non fuit, nullum effectum habuit. Estus Iulii permaximus quindecim primis diebus.

Dux falsis promissis episcopum delusit, nec quidquam de promissis restituendis restituit. Sola Walevia relinquitur. Civitas tam de muris quam de lignis et aggere instanter firmatur. Uxor Ottonis imperatoris moritur iuvencula mense Augusti, filia Philippi regis Bavenberc[a] crudeliter interfecti, anno desponsationis suae primo, sine herede; nocte sana, mane mortua. Puer Apulie Fredericus Allemanniam ingreditur cum favore domni pape et regis Francie et maiore parte partis Italie Sebtembri mense. Fredericus rex Apulie ab Sept. omnibus carus habetur, Haghenon[27] ingreditur Octobri mense. Obiit Philippus comes Namucensis eodem mense, et sepultus est in ecclesia sancti Albani honorifice, sorore sua Oct. comitissa Autisiodorensi castrum et comitatum fratris retinente. Ferrandus comes Flandrensis Leodium venit ad componendum inter episcopum et ducem; set non profecit. Frederico puero procedente et Moguntiam veniente, Otto inperator destitutus auxiliis prioribus cessit, et circa Coloniam se contulit. Inter Fredericum regem Apulie et regem Francie ad colloquium conveniunt in loco qui dicitur Vallis-color[28] in octavis sancti Martini, maxima turba principum et militum comitati. Fredericus puer Frechenfor[29] revertitur, 29 dominica prima adventus Domini eligendus in imperatorem. Otto Aquis venit, auxiliatores quesivit, set non invenit, electionem praedicti Frederici inpedire voluit, set non perfecit; et ita cum paucis recessit. Dominica prima adventus Domini maximus conventus princi- Dec 2. pum convenit, et Fredericum puerum in imperatorem elegit, inter quos fuerunt nuntii domni pape et nuntii regis Francie; et sicut nobis relatum est, fuerunt ibi 5 milia militum. Mense Iulii gratia Dei innumerabilis turba Saracenorum, que convenerat ad Ispaniam occupandam, a regibus Ispaniae et peregrinis reprimitur et debellatur; et fere 53 milia moriuntur exceptis mulieribus, et diripiuntur spolia eorum cum papilionibus. Benedictus per omnia Deus, qui ita repressit adversarios nostros, et magnificavit fideles suos. Annona bono precio fuit. Spelta duobus solidis, siligo 40 denariis, vinum 7 denariis. Adhuc[b] Leodiensis ecclesia depositis organis silet propter sceleratissimum ducem, qui ita inopinate et crudeliter violavit civitatem.

Anno 1213. Innocentio catedre Romane praesidente, mirabiliter Ottone humiliato, Frederico regi Apulie sublimato, Dei voluntate, auxilio domni pape et regis Francorum,

a) bauenbec c. b) Adduc c.

25) Leodii. 25') scilicet Leodiensis Hugo. 26) i. e. Nancei. 27) Hagenau. 28) Vaucouleurs. 29) i. e. Frankfurt.

1213. Hugone[a] in Leodio praesulante, in anno humiliationis civitatis Leodiensis a duce Braban-
tino Heinrico[a] perfido, nundum pace inter episcopum et ducem reformata, set tota Bra-
bantia sub interdicto posita, et episcopatu universo organis depositis silente, Otto umilia-
30 tus Dei iudicio usquequaque latet circa Coloniam, et in castro quod Wendene[30] vocatur, in
extremis partibus regni, aliquando vero in Saxonia. Fredericus autem totum dominatum
imperii obtinet in Allemannia et favorem principum.

Hiems longa set temperata a Kalendis Novembris usque in pasca, hoc est Tiburtii et Valeriani. Processus florum tardus, set postea bonus. Nivis modicum set glaciei plurimum.

Otto cum Aquencibus et comite Iuliacensi comitem Hostadie[31] impetit et maximam
32 partem terre sue[32] incendit; cui ille viriliter resistit. Item signatorum super hereticos in
remissione peccatorum signatur multitudo, inter quos abbas noster Waselinus[b] et Florinensis Iohannes[c] signantur, et plurimi monachi. Dux Brabantinus regi Francie occurrit in palmis, filiam eius accepturus, uxorem Philippi comitis Namucensis, qui in ecclesia beati Albani Nammuci clarus habetur miraculis, sicut qui viderunt et audierunt testantur. Episcopus similiter ad eandem curiam vocatus, non venit, set responsales misit, ne regis petitionibus ad inconveniens duceretur. Et regi Apulie, qui apud Confluenciam curiam ordinaverat tenendam, occurrit cum multitudine infra dies pasce. Et cum apud Laudunum esset citatus ab executoribus suis, suggestione regis et ducis idoneos responsales misit, qui ita causam ducis impedierunt, quod absolvi non potuit; sed excommunicatus ab excommunicato sacerdote, filiam regis in uxorem desponsavit. Curia nominata Confluencie non fuit, licet multi principes convenerunt; quia Fredericus rex Apulie occupatus maioribus negotiis[d] non venit. Itaque principes, sicut convenerant apud Confluenciam, se ad praesentiam eius transtulerunt; inter quos fuit Hugo Leodiencis episcopus, qui[e] remissa maxima parte suorum, se transtulit cum paucis. Waselinus abbas Sancti Iacobi licentiam episcopi obtinere non valens, licet sicnatus, remansit. Otto cum paucis ad Coloniam recessit, et in Sacsoniam se transtulit.

Circa Maium vinum carum et rarum 8 denariis. Annona bono precio, siligo 4 solidis, spelta 28 denariis.

Adhuc orientalis ecclesia detinetur a gente Saracena. Heinricus post fratrem suum Balduinum, qui fuit comes Flandrensis, inperat in Grecia et in civitate Constantinopolitana. Philippus regnat in Francia, Iohannes in Anglia.

Inter Ottonem et Fredericum de imperio magna discordia. Fredericus puer collectis fautoribus suis, inter quos fuit dux Boemiae et lantgrevus, qui comes terrae dicitur, multisque aliis, Saxoniam[f] ingreditur, quam devastat bello et incendio, Ottone non valente
34 resistere, set infra Brousuhic[33] se detinente. Marchio de Mince[34] se confederat Frederico
puero, relicto Ottone. Bellum maximum ortum est inter regem Franciae et comitem Flandrie occasione comitis Bolonie, quem rex a terra sua expulerat et comes inconsulte detinebat. Rex igitur simulans se in Angliam transire, classim maximam[g] in littore maris Anglici adonavit[h], auro et argento, paneque, vino et innumerabili supellectili ditavit et inplevit, et ex insperato comitem praedictum habens in comitatu suo, Flandriam invasit, et in quantum potuit sibi subiugavit. Comes vero videns se defraudatum, collectis suis fautoribus et comite Bolonie, ad naves se transtulit. Spoliavit, fregit et incendit; postea exercitum regis invasit, et eum, vellet nollet, cedere coegit. Plurimos de sua parte perdidit et partis alterius cepit. Itaque bellum invaluit. Modo prosperum habens belli effectum, modo gravissimum belli impetum, Ferrandus comes Flandrensis se confederat regi Anglie; qui rex misit ei infinitam pecuniam, ut daret donativum largiter militibus de omnibus vocatis regionibus, quod et fecit. Nam eo tempore quo facta est victoria per episcopum Leodiensem contra Brabantinos Deo volente, erant cum ipso comite plus quam 150 milites nostre terre, qui donativum expectabant ab ipso comite, et hoc multum nocuit parti nostre, scilicet die belli, effectus iste, sicut in sequenti describemus. Ferrandus igitur comes Flandrensis potenter resistit exercitui regis, Tornacum frangit, et ad ultimum subiugat sibi.

a) H. *c.* b) W. *c.* c) I. *c.* d) negosiis *c.* e) *vox deest in c.* f) sagsoniam *c.* g) *glossa scriptoris:* hoc est multitudo navium. h) *i. q.* adunavit.

30) Wenden in ducatu Brunswicensi. 31) Hochstaden. 32) in qua e. g. Münstereiffel. 33) i. e. Brunswic. 34) Misne.

Hoc sufficiat scripsisse ad presens de rege Francie et comite, quia plurima que hoc anno 1213. evenerunt, cogunt nos alias stilum vertere.

Peregrini qui in pasca contra infideles abierunt, circa festum sancti Iohannis redierunt, set parum profecerunt. Illi autem qui post eos abierunt, profecerunt, quia rex Arragonum, stipatus multitudine bellatorum, mense Septembri contra fideles nostros et maxime contra comitem Montis-fortis arroganter venit, sperans cum sua multitudine a terra expellere. Set Dominus aliter ordinavit; quia comes predictus cum paucis ad eum venit in nomine Domini, et rege in primo belli impetu occiso, de adversariis triumphavit, quos vel gladius devoravit, vel Gerunta fluvius demersit, quorum numerus adhuc[a] manet incognitus. De nostra vero parte duo tantum, Christo eos regente, cecidere. Regina Hungarie in palatio suo a Hungaris crudeliter et inopinate interficitur, marito suo vix evadente. Innocentius papa III. instructus divinorum librorum autoritate et maxime libri Apokalipsis, et persuasus a rege Grecie, scripsit universis Christi fidelibus, quatinus crucem Christi sibi asumerent, et in exemplum illius qui pro nobis crucem in angaria tulit, in orientali ecclesia, que adhuc[a], peccatis nostris facientibus, sub potestate est Saracena, in remissionem omnium peccatorum suorum contra inimicos crucis laborem adsumerent; quia, sicut ei videbatur, ac[b] vice secundum autoritatem scripturarum Deo[c] auxiliante bene eos de patrimonio Domini expellerent. Ad hoc mandatum expediendum legatos suos misit, magistrum Robertum in Francia, et alium Alatrinum nomine in Alemannia. Iohannes rex Anglicus post mortem Richardi, fratris sui regis, perdidit quidquid terre possidebat in transmarinis partibus, scilicet Normendiam, Pictaviam, excepta modica parte quam videtur adhuc[a] possidere.

De victoria Leodiensium facta contra ducem Brabantinum.

Sicut ea quae scripsimus de opsidione, captione, expoliatione civitatis, matronarum et virginum violatione, quantum ad nos, sapiunt confusionem; ita ea que scribimus de laudabili victoria, que facta est, ut credimus, meritis patroni nostri beati Lamberti, Dei sapiunt laudem et nostram relevationem.

Ferrandus igitur comes Flandrensis et Hainonensis, qui se fideiussorem episcopo pro duce constituerat de satisfactione, paulalum respirans a bello regis Francie, mandavit episcopo domino suo, quatinus se ad pugnam prepararet, et in terram ducis intraret, quia paratus et ipse erat in aliam partem que propinquior ei erat intrare, eo quod predictus dux nimium tardabat de satisfactione; quod et fecit. Nam illam partem terre que interiacet Flandrie et Bruselle, cępit devastare et cremare. Set audito reditu regis Francie, pedem retraxit a cepto opere. Audito itaque dux Brabantinus eius recessu, infremuit et quam cicius potuit exercitum suum adunavit, et ex insperato Hasbaniam intravit, utramque Waleviam et Turnins sugcendit, turrim Walevie capere non potuit, et sic exercitum suum contra Woromiam direxit, villam sugcendit, castro nocere non potuit. Procedens itaque, exercitu suo subsequente, feria 6. illucesscente versus Tungrim iter suum direxit, et omnes Oct. 11. villas, quas in eundo ex hac parte Iaire[35] oppositas invenit, spoliavit et combussit. Iairam 35 autem non transivit, nec aliquid terre comitis de Los nocuit.

Veniens itaque ad villam que Ovile dicitur, exercitum suum ordinavit, set a Tongrensibus ex altera parte pontis diu est detentus, ibique diu est bellatum; et quia Tungrenses ultra non poterant sustinere bellum nec resistere multitudini, reversi sunt ad suum oppidum. Quidam autem cum supellectili sua et uxoribus et parvulis ecclesiam intraverunt, quidam autem cum comite de Los abierunt, et in castro quod Chalmont dicitur se et sua salvaverunt. Exercitus autem ducis Iairam transiens, oppidum violenter intravit, et illam olim famositimam civitatem, modo vero modicum oppidum, spoliavit et sugcendit. Et quia ecclesie[d] et turri propter fortissimos bellatores se viriliter defendentes nocere non potuit, ad villam predictam, scilicet Ovile, rediit, ibique iacuit.

Mane autem facto partem exercitus sui, ut ecclesiam et turrim de Tungris frangerent, Oct. 12. misit, set non profecerunt. Sed a parte nostra viriliter eis resistentibus, de excercitu suo 30 mortuos et totidem captivos reliquerunt. Nocte illa suum clamatorem clamare fecit, ut diluculo se prepararent, quia dominus eorum Leodium volebat ire, iterum frangere et spoliare, et de racemis qui eo tempore maturi erant comedere. Set Dominus, qui potens est consilia principum ad nichilum redigere, aliter ordinavit, quia quodam terrore percussi,

a) adduc c. b) i. e. hac. c) ob c. d) exclesie c.

35) Giers.

1213. sabbato tota die recedentes, et villas sibi oppositas comburentes, et exercitum Leodiensium videntes sibi oppositum, ad caput sue terre sunt reversi; et in villa quae Vinale dicitur, ad tumbas iacuerunt. Modo sufficiat hoc scripsisse de perfido duce, qui 40 villas veniendo et redeundo combussit, inter quas ecclesie et curie nostre de Dono Cirici non pepercit.

Scribamus ergo de Leodiensi episcopo et de comite de Los Lodowico, speciali et fideli
Oct. 11. eius filio. Predictus itaque comes de Los cum paucis Leodium venit, episcopum dormientem invenit; quem multum arguit, cur ita esset desidiosus, cum de villis suis, quas dux comburebat, usque ad civitatem descenderet fumus. Omnes quoque cives ita erant perterriti, ut fugere vellent, si non eos consilia comitis et auxilium detinuissent. Interim exercitus cepit multiplicari, et de diversis partibus episcopatus venerunt quodquod fuerunt vocati. Et quia Hoienses et Dionenses nondum venerant, quos nostri expectabant, episcopus de nocte Hoium venit, et accensis facibus et luminaribus, eos quasi cum lacrimis ut quamtocius venirent monuit, quia dux et exercitus eius fugiebant, qui terram ecclesie beati Lamberti
Oct. 12. combusserant. Quod et fecerunt, secutique episcopum, se summo diluculo Leodiensibus adiunxerunt; sicque tota die exercitum ducis giraverunt, et libenter eis sepe fuissent congressi; set propter absentiam comitis de Los, qui nondum venerat, non sunt permissi. Predictus vero comes apud Brustemiam castrum suum congregabat exercitum. Fuit autem in eodem exercitu dux Ardennie; set utilius qui vocaverant eum feciscent eum remansisse. Fuerunt autem duces exercitus nostri Teodericus de Rupeforti, Hugo de Florinis, Arnulfus de Morelli-manso, set non interfuerunt exceptis[a] paucis illi de Dono Martini, quia, sicut credimus, non fuerunt digni. Nam sicut audemus presumere, pacem fecerant perfidi cum perfido duce. Itaque tota die, hoc est sabbato, exercitu nostro collecto processerunt, et in villa que dicitur Lens supra Iairam illa nocte iacuerunt. Comes vero cum sua phalange iacuit eadem nocte Brustemie. Missis itaque de nocte inter episcopum et comitem nuntiis, decretum est ut media nocte consurgerent, et summo diluculo exercitibus suis coniunctis in loco qui Steps dicitur convenirent; quod et fecerunt, et in loco predicto, sicut predictum erat, se coniunxerunt. Fuitque aliquis inter nostros, qui equo velocissimo insidens, duci de loco in quo iacuit dixit, ne recederet, set dominum suum qui ei congredi pugnando volebat expectaret. Comes ei etiam mandavit, quatinus domino suo satisfacturus veniret, alioquin hominium eius deponeret, quia domino suo in iure suo deesse non posset.

Oct. 13. Congregatis autem exercitibus, nostri suas acies ordinaverunt, comitemque de Los in capite belli posuerunt, stipatum suis militibus; Theodericum vero de Rupeforti in alio capite cum Dionensibus; in medio vero Leodienses et Hoyenses, et quodquod venerant de episcopatu bellatores. Dux vero licet libenter effugisset, nisi timorem superbia viciset, suas acies ordinavit, et monticulum unum qui aliquantulum altior erat, occupavit, et nostros in valle constituit, solemque oculis eorum opposuit, et eos qui fortiores et potentiores exercitus[b] sui erant milites monuit, ut si comitem possent capere vel interficere, ipse remuneraret eos incredibili remuneratione; et arma sua deposuit, que cuidam militi nomine Heinrico de Holdeberges induenda tradidit, ut esse dux putaretur, et ipse sine armis melius celaretur. Excercitus autem utriusque partis paulatim se appropiavit, ita ut spacium breve inter eos videretur distare. Pedites autem exercitus nostri fixis in terram lanceis et cuspidibus ante positis, quasi murum de se ipsis fecerunt; et adversariis clamantibus, et ipsi fortius clamaverunt, et pulverem in oculis eorum iacentibus, et ipsi iis amplius iecerunt.

Interim episcopus ad eos venit, et ut peccata sua confiterentur et culpas suas dicerent monuit, et sic eos absolvit. Cumque ad recipiendam absolutionem essent inclinati, irridebant eos Brabantini, et dicebant: *Ecce misericordiam petunt, et ut eis misereamur nobis inclinant!* Comes vero de Los impetum belli videns imminere, accessit propius cum sua falange, et clamans tercio titulum sui comitatus, scilicet Los, mediocri voce, audacter cuneos hostium penetravit, et ut sotii sui idem facerent manu innuit. Statim totum pondus prelii versum est in comitem, et milites ducis, sicut preconceperant, eum capere vel interficere volebant; set comes non discimilis Rolando et Olivero, se tuebatur clipeo et gladio. Cum autem cum paucis esset in adversariorum suorum medio, frater suus Heinricus Traiectensis praepositus cum aliis suis fidelibus advolat velocior aquila, non quasi clericus, set quasi miles, non quasi praepositus, set quasi Ector et Achilles; et cum iam frater suus esset pedes, truncato pede equi sui, iterum alio equo eum imposuerunt, et audacter universis pugnan-

a) exeptis c. b) exercercitus c.

tibus, eum qui arma ducis susceperat interfecerunt; et sicut fluit cera a facie ignis, sic 1213.
fluxerunt adversarii, qui ad capiendum eum venerant, et in ore gladii ceciderunt. Interim Oct. 13.
istis ita litigantibus et in adversarios stragem facientibus, alii qui erant in alio capite, scilicet Theodericus de Rupeforti et socii sui, adversarios qui erant eis oppositi, virtute armorum fregerunt, et stragem maximam de eis fecerunt. Itaque Leodienses et Hoienses et quodquod venerant partis nostrae auxiliatores, similiter impetum fecerunt in eos qui eis erant oppositi, et sicut solent lupi rapaces gregem ovium diserpere, ita Leodienses propter illatas iniurias securibus et aciis cutellis[a] et gladiis Brabantinos eviscerare. Dux autem et complices sui, videntes belli eventum, et tantum impetum ferre non valentes, in fugam se verterunt qui erant equites, et passim capiebantur vel interficiebantur qui erant pedites. Et hoc notandum, quod nostri non intendebant prede, set occisioni partis adverse. Cumque dux Ardennie videret partem cognati sui tam misere subcombere, fugam simulavit, et venientibus hominibus comitis dixit: *Fugite miseri, fugite, quia dominus vester est mortuus et episcopus captus!* Qui timore tanti rumoris perterriti, aliquantulum retro redierunt. Set iterum audito rumore victorie, velociores aquilis ad pugnam redierunt; et quia iam nostri adversarios cedendo et interficiendo per miliare unum persecuti fuerant, mortuos invenerunt, et eos spoliaverunt, et quidquid in plaustris hostium repererunt, rapuerunt. Itaque fuga illa profuit subsequentibus, nocuit autem precedentibus. Fugientibus itaque Brabantinis Dei iudicio et beati Lamberti meritis, milites nostri et quodquod erant equites, equis ferro tectis insidentes, miseros fugientes pectoribus equorum prosternebant, quos nostri pedites levatis loricis et galeis depositis, securibus et cutellis statim interficiebant, nec de spoliis eorum curantes, pedem a persecutione non retraebant. Sic usque ad villam que vocatur Capelli-villa, et ad aliam que Hallei dicitur, eos cedendo et capiendo sunt persecuti, et iam labore longi certaminis fatigati, desierunt eos persequi. Fracta itaque ducis superbia, ipse cum paucis transtulit se ad tutiora sue terre loca. Celebrata est ergo hec victoria hora 6. dominica qua cantatur *Iustus es Domine*, tertio Idus Octobris mense; et quia nichil est velocius fama, significatum est civitati tale gaudium hora nona. Statim campane, que diu steriles existerant, longo tractu sunt pulsate; et matrone et puelle civitatis et vidue ornaverunt faciem templi inmensis luminaribus et pluribus cereis, et citara que versa fuerat in luctum plorationis propter confusionem civitatis, modo conversa est in gaudium exultationis et laudis. Nec illud pretereundum est, quod sol, qui tempore belli clarior solito micantibus radiis oppositus erat bellatoribus nostre partis, quadam nubecula[b] se texit, et ulterius nostris non nocuit. Vespertina autem hora appropinquante, episcopus et duces belli et totus exercitus a caede Amalechitarum, hoc est Brabantinorum, rediere; et sicut solent gelime[35*] tempore messis in campis iacere, ita cadaveribus mortuorum per campos per quos transibant, stipatos invenere, nudos sine omni veste, truncatos manibus pedibus et capite, et quod miserum est dicere, ipsis genitalibus carere, quia illi qui prius ammonitione ducis fugerant, ipsi, cum alii essent in congressu belli, eos mutilaverant. Illa nocte episcopus[c] exercitus in villa que dicitur Hanut venit, ibique iacuit, eamque spoliavit et sugcendit; et cum fortiter castrum inpugnaret, et eos qui intus erant ad dedicionem[d] compelleret, malo et inutili usus consilio, claves castri recepit, et eos qui intus erant iuramento astrictos remanere permisit. Sequenti autem die cum vellet exercitum versus Lovanium dirigere, comite fortiter instante, ut oppidum quod Lieus dicitur primo dirueret, annuit, et totam terram quae ex hac parte iacie ad ducem pertinet in eundo sugcendit, et sic ad oppidum pervenit quod praediximus. Tunc primo Trudonenses exierunt, et villam Lieus spoliaverunt et combusserunt, et quidquid in ea erat de lignorum materia tam in aedificiis quam in munitionibus transtulerunt Trudonenses in plaustris[e], in veiculis, in scapulis in usus suos. Diruto itaque oppido Lieus, et exercitu in triplo multiplicato, decretum est et in exercitu clamatum, ut se diluculo prepararent, quia versus Lovanium irent. Set alius casus emersit qui multum propositioni eorum nocuit; quia nuntii de Hoio venientes, et victualia exercitui adducentes, graviter sunt conquesti, quod illi qui in Hanut erant eos ciciderant, spoliaverant, et victualia que exercitui deferebant abstulerant. Super hoc episcopus diligenti habito consilio, cum comite et exercitu universo, se ipsum culpans quod malo usus esset consilio, Hanut rediit, et per locum et campos in quibus cadavera

a) *i. e.* asciis, cultellis. b) nebucula *c.* c) *supple* et d) adedicionem *c.* e) plastris *c.* 35*) manipuli.

1213. mortuorum iacebant transiit, aggerem diruit, turrim effodit, et eos qui intus erant, vix petitione multorum illaesos abire[a] permisit.

Nunc de numero occisorum et captivorum volumus scribere, sicut ab eis audivimus qui eos tumulaverunt, veridica relatione. Occisi duo milia et quingenti, adiunctis his qui Tungris et in veniendo et redeundo sunt interfecti. Numerus vero captivorum nobis est pre multitudine incognitus, set eis qui ad redemtionem gravissimam coegerunt est notissimus. Dux autem videns se confusum esse, et populum suum fugientem a facie venture ire[b], et terram suam sub potestate episcopi constitutam esse, accessit ad comitem Ferrandum Flandrie, eumque humiliter cepit implorare, quatinus omnimodis laboraret, ut episcopus cum exercitu suo a terra sua recederet, et ipse duos filios suos ei opsides daret, quod episcopo, sicut prius promiserat, satisfaceret. Quantam confusionem dux passus est ibi a Flandrensibus, longum est enarrare, ei insultantibus. Statim sine mora comes Ferrandus[c] cum comite Bolonie ad episcopum accessit, per campum in quo cadavera mortuorum iacebant transivit, nec satis mirari potuit de tot mortuis. De hoc negotio cum episcopo et ducibus exercitus diu tractavit, treugas usque ad purificationem sanctae Mariae optinuit, duos filios ducis opsides accepit, et recessit. Episcopus in terra ducis 10 diebus sedit, et 32 villas ei combussit. et sic victor existens, per gratiam Dei Leodium rediit. Preterea cum maioribus personis diligenti habito consilio, vix optinuit ut ad laudem Dei resumerentur organa, que propter spoliationem civitatis a perfido duce fuerant suspensa. Is omnibus non interfui, set a veridicis relatoribus audivi qui interfuerunt, quia eodem tempore eram Moselle constitutus in fratrum procuracione. His omnibus finitis, miseris Amalecitis, hoc est Brabantinis, aliis
36 semisepultis, aliis vero in foveis quae marlarie[36] vocantur proiectis, canes cumprovinciales turmam fecerunt, cadavera mortuorum effoderunt, et eos indifferenter comederunt, et in tantam pinguedinem conversi sunt, ut in rabiem converterentur, ita ut vix unus vel duo, nisi plures essent, per terram illam auderent transire, nisi plures muniti fustibus vel gladiis, quibus possent se ab impetu canum defendere. Nec illud volumus tacere, quod Hoienses cum Lieus destrueretur, inmaginem Salvatoris in asino sedentem in quadam ecclesia invenerunt, rapuerunt, et veiculo imponentes, secum imponentes cum magno gaudio deduxerunt, et cum redirent Hoium, devotissime in ecclesia sancti Sepulcri reliquerunt. Itaque versum est in proverbium, quod Deus Brabantie venerat in castrum Hoiense. Preterea quia varius est eventus belli, et quia non debemus solum de casu adversariorum dolere, verum etiam veritatem non tacere, dicimus quod ex parte nostra 27 cecidere, inter quos Anselmus miles de Fleron cecidit, vicinus noster et cognatus. Qui, sicut speramus, a nostris sunt interfecti propter confusionem Romane linguae et Teotonice; quia alii alios non cognoscebant, set quoscumque prostratos inveniebant, passim interficiebant. Aliqui etiam ex nostris fuerunt capti, quos ad redemtionem coegerunt Brabantini.

Annus iste finem postulat, set prius volo tres utilitates describere, que apud nos sunt invente omni memoria digne; videlicet marla de qua plurimum inpinguatur terra, et terra nigra carbonum simillima, que fabris et fabrilibus et pauperibus ad ignem faciendum est utilissima, et plumbum quod apud nos in pluribus locis est inventum. Hiems longa a Kalendis Novembris usque ad octavas pasce, set non continua. Annona bono precio, siligo trium, spelta duorum solidorum, vinum septem denariorum. Cives sollicite instant operi, muris et aggere civitatem claudentes. Adhuc[d] orientalis ecclesia detinetur a gente Saracena. Bellum maximum inter regem Francie Philippum et comitem Flandrie Ferrandum.

1214. Anni ab origine mundi quinque milia centum sexaginta quinque cum anno praesenti, mille vero ducenti quatuordecim ab incarnatione Domini ...... a fundatione ecclesie, indictione secunda, epactis septem, concurrentibus duobus, die pasce tertio Kalendas Aprilis
Dec. 25. existente; Fredericus rex Apulie et Allemannie curiam celebrem habet Spire in natale, qui de consilio amicorum suorum corpus patrui sui Philippi regis, de Bavenberg, ubi ab impio comite fuit interfectus et sepultus, fecit deferri Spire, et ibi sepeliri in ecclesia honorifice, ubi imperatorum et regum corpora plurima sunt tumulata. Obiit Teobaldus comes de Bar et de Ardenna, qui post priores uxores quas habuit, novissimam Ermensendem filiam Henrici comitis Namucensis accepit; que de comitatu Namucensi per Balduinum comitem Hainonensem iniuste fuit exeredata, set ad ultimum quosdam reditus optinuit in Flandria recompensationis gratia. Iste comes, licet fuerit ferus, precipuus tamen fuit in

a) *i. e.* venturae irae. b) habere *corr.* habire *c.* c) Frei *c.* d) adduc *c.* 36) *mergelgruben* germanice.

armis et bellicosus. Iste in diebus suis tantam pacem fecit in uxoris suae Ardenna, qualis 1214. ante non fuerat aut vix erit postea. Inter episcopum Hugonem et ducem Brabantie in purificatione sancte Marie solvuntur treuge, predictus autem episcopus et comes Lossensis[a] propter felicem adventum, omni deposito timore, ad pugnandum viriliter preparant se, milites ex omni parte convocant, de quorum auxilio specialius confidebant. Cives et universos episcopatus pedites ad resistendum coortant; cives nova signa faciunt, arma reparant, et tempus pugne constanter expectant.

Interea comes Flandrensis partem suam efficaciter et fideliter interposuit, et ducem ad satisfaciendum episcopo et ecclesie Leodiensi omnimodis induxit, et se redditurum episcopo 15 milia librarum alborum, et centum libras Leodiensium ad opus ecclesie, datis obsidibus duobus filiis suis, constanter promisit. Nec multo post satisfacturus pridie Febr. 28. Kalendas Martii Leodium venit, et tam ipse quam tota terra absolutionem obtinuit; ecclesiam intravit, crucifixum de terra relevavit, ante corpus beati Lamberti humiliter procubuit, et cantantibus clericis *Magna vox*, ipse orationi incubuit, et surgens praesentibus magnatibus, qui ibi aderant, tam episcopum quam comitem de Los in osculo pacis suscepit, et sic unde venerat rediit.

In capite[b] ieiunii magister Oliverus Coloniensis scolasticus, et magister Herimannus Febr. 26. Bonnensis decanus, a domno papa litteras et mandatum habentes, Leodium veniunt, de cruce sermonem faciunt, accipientibus crucem remissionem omnium peccatorum promittunt, per totum episcopatum predicando vadunt, et multis utriusque sexus crucem imponunt, proscessiones omni prima sexta feria mensis ordinant. Collectiones ad opus viae Iherosolimitane fieri precipiunt, vicem suam magistris committunt et recedunt. Dictus imperator Otto Aquis in palmis venit, fautores suos collegit, congressusque comiti Ghelrensi, Marti 23. villam eius optimam Ruremonde spoliavit et combussit. Episcopus Leodiensis et Lodewicus comes de Los feria tercia post palmas stipati multis Traiectum vadunt, pontem frangunt, timentes Ottonem et suos fautores, ne ex inproviso pontem transeant et damnum eis inferant, trabes que solive[36] vocantur, ad villam que Nivella vocatur deducunt.

Iohannes rex Anglicus confederatione Ferrandi comitis Flandrensis confisus, mare transiit, Pictaviam intrat, fautores suos colligit, regem Francie impetit; cui rex viriliter[c], et eum retrocedere cogit. Ferrandus comes Flandrensis dominum suum episcopum humiliter exorat, quatinus regem Ottonem transire permittat, qui ei auxilium contra regem Francie ferat. Episcopus peticione ipsius motus, petitioni eius annuit, et ut pons reparetur concedit, et datis obsidibus predictus Otto pacifice transeat et pacifice redeat concedit. Itaque rex Traiectum venit, et ex altera parte Mose sedit, ad quem comes Ferrandus et comes Bolonie et dux Brabantie comesque de Los convenerunt, et diu de negotiis suis tractaverunt. Interea episcopus fraudem eorum timens et se fidei eorum non credens, sano fretus consilio, de episcopatu suo homines suos convocat, et 200 milia[d] peditum congregat et septingentos, quos omnes Vitalis martiris habuit congregatos. Qui omnes ad Apr. 28. pugnam se preparaverunt, et menia civitatis ad resistendum viriliter munierunt.

Interea comes Ferrandus partem suam interposuit, et de consensu utriusque partis treugas usque in octavis sancti Iohannis inpetravit, et sic exercitus noster pridie Kalendas Maii ad propria loca recessit. Predictus vero Otto cum duce Brabantino de matrimonio filie sue tractavit et confirmavit, quam parvulam in expeditione Aquensi desponsavit, et secum coronavit, sicut in precedentibus annis lector[e] invenire poteris. In vigilia pentecosten[f] dux cum filia sua Maria Traiectum venit, quam predictus Otto in secunda feria pentecostes desponsavit, non per episcopum vel sacerdotem set per Wilhelmum Holandiae comitem, quam statim Aquis deduxit, et ibi nuptias suas celebravit. Eadem epdomada rex Dacie uxorem accepit sororem Ferrandi comitis Flandrie. Walerannus filius ducis Ardenne viduatus uxore, videlicet sororis ducis de Lancei[37], secundam ducit uxorem, videlicet Ermen- 37 sendem, que fuit uxor Tiebaldi comitis de Bar et filia comitis Heinrici[g] Namucensis. Bellum maximum inter regem Francie et regem Anglie et comitem Ferrandum et suos complices. Inextimabilis turba signatorum Ierusalem vota sua facientium et collectiones oblationum in omnibus ecclesiis fiunt, et trunci ponuntur ubi oblationes ad opus signatorum ponuntur. Toloza convertitur, et utilitati ecclesie redditur. Henricus quondam prepositus Traiectensis,

a) *aut* Lodewicus; L. *c.* b) pite *c.* c) occurrit *supple.* d) CC. milia *c.* duo milia *Martene.* e) lecto *corr.* lector *c.* f) *ita c., correctum recenti manu* pentecostes. g) H. *c.*

36) germ. *sohlbalken.* 37) i. e. Nancei, Lotharingiae; v. infra a. 1217.

1214. frater Lodewici comitis de Los fit miles, et comitissam de Hostade accepit uxorem. Inauditus impetus utriusque sexus et oblationes infinite pro remissionibus secundum voluntates predicantium concessis in diversis locis. Walerandus exercitum magnum congregat, castrum novum firmat quod Incidens-ferrum appellat. Boviniam impugnat, set non proficit. Namucum quod erat ereditas uxoris sue Ermensendis expugnare vult, sed deficit, et inefficax rediit; multi suorum, fracto ponte Dionensi, submerguntur. Otto Pictaviensis et Ferrandus comes Flandrensis et comes Boloniensis et complices eorum, adunato innumerabili exercitu, regem Francie impugnare volentes, positis insidiis a rege debellantur et capiuntur. Otto fuga et dux Brabantinus et plures alii vix eripiuntur. Comes vero Flandrensis et Boloniensis et plures alii, tam de Flandria quam de Brabantia et diversis locis, perpetuo carcere tenentur. Ista confusio, si eis nocuit, nos iuvit. Quia si fortuna eis favisset, nos exterminare disposuerant, et adventum Frederici regis unanimiter impedire volebant. Benedictus Deus qui non dereliquit[a] in se, et vocat ea que non sunt tanquam ea que sunt, secundum voluntatem suam assidue.

Adventus Frederici regis diu desideratus cum innumerabilibus principibus. Similis exercitui eius non fuit aliquando in terra ista visus. In veniendo ducem Bavhariae perdidit. Quem Walerandus comesque Iuliacensis et quidam alii in dolo acceperunt, et in castro quod Videke[38] vocatur detinuerunt. In vigilia sancti Bartholomei regales ad portam Aquis venerunt, et impetum magnum in Aquenses fecerunt, quosdam suorum perdiderunt, quosdam illorum
Aug. 24. retinuerunt. Waleranuum sagittarii septem vulneribus vulneraverunt. In[b] festo sancti Bartholomei, que dominica dies fuit, in Traiecto ex insperato summo diluculo in loco qui Wunc[39] dicitur, papiliones suos statuit[40], et cum pons non sufficeret eis ad transeundum, vada congrua secus molendina invenerunt.

Feria secunda in Wunc et Basenges[41] tentoria sua fixit, et quomodo predicta loca vastaverit, per hos versus presentium scriptor exprimit, qui eo tempore prepositus loci illius fuit:

Regalis turma consumsit nocte sub una
Nostrum far totum, lar fregit, et omnia secum.
Adque pecus traxit, ubi rex tentoria fixit.

Tercia feria et quarta in loco qui Riusuon et Hamal[42] dicitur iacuit. Et quia in Brabantiam ire disponebat, Heinricus dux terrore perterritus, ad eum venit, captivum se reddidit, quousque filium suum opsidem daret, et alios de terra sua quos rex habere vellet. Idem fecit rex[43] Ardenne; sic rex secum deduxit utrumque. Feria quinta regalis excercitus castris rediit. Feria sexta Mosam transiit, et in altera ripa Mose sedit. Sabbato episcopus Leodiensis cum innumerabili excercitu suo similiter Mosam transivit, et se regali excercitui coniunxit. Falkebor[44] obsidetur, terra devastatur, et treuge usque ad festum sancti Remigii
Sept. 8. accipiuntur. In nativitate sancte Marie Iuliacum ab excercitu regis et Leodiensi obsidetur et devastatur. Comes Iuliacensis regi pacificatur, Walerannus et comes de Clevia et de Casial pacem cum rege faciunt. Fredericus rex victualibus suis per Renum venientibus occurrit. Ducem Austrasie[45] pedibus infirmantem in terram suam redire permittit, quandam tamen partem suorum retinuit. Nec multo post ipse rex in terram suam, id est Sueviam, revertitur, et filium ducis Brabantie obsidem deducit[c], Colonia et Aquis remanentibus sibi contrariis et intactis. A Coloniensibus Otto detinetur cum sua uxore, sed numquam domum suam audet exire.

Annus 1215. mirabiliter augetur signatorum numerus, et indulgentiae a magistris augentur utique. Curia Frederici Mettis abita[d] in epiphania. Iems[d] in Februario aspera et
Febr. 15. sicca. Sorores de Roberti-monte habitum Clarevalentium assumunt Circumdederunt me. Hordeum carius siligine, avena carior spelta, modius siliginis duobus solidis, spelta 20 denariis, vinum carior sex denariis venditur. In Kalendis Martii in nocte Gertrudis virginis, eclipsis visa est mirabilis et orribilis; et in hoc mirabilis, quod ante a Bolonia pronuntiata est nobis multo tempore, et hora, et modus, et qualitas, et tempus, sicut vidimus et probavimus. Principes Saxonie Frederico regi pacificantur, exceptis paucis. Motus

a) sperantes *supple. M.* b) vulneraverunt *in c.* c) deducit colonia. *c.* d) *i. e.* habita — Hiems.

38) Videtur esse Nidecken in ducatu Iuliacensi. 39) Wonck. 40) scilicet rex. 41) Bassenge ad rivum Iaar supra Mastricht. 42) Hamal prope Tongern. 43) dux, sed codex habet ut edimus. 44) Valkenburg ad Geulam, prope Mastricht. 45) i. e. Austriae.

florum et cantus avium tardissimus. Comes de Senh[46'] Frederico regi reconciliatur. Episcopus 1215. Monasteriensis per Ottonem adduc captivus detinetur. Pavimentum monasterii nostri hoc anno est initiatum. Muri novi ad portam Pagani corruerunt, set festinanter in melius reparati sunt. Comes Ferrandus et comes Reginaldus aliique captivi a rege Francie, prout meruerant, firmiter detinentur. Comitissa Flandrensis habitat in terra ad voluntatem regis. Otto Coloniam non audet exire. Magister Oliverus predicatores constitutos arguit de immoderatis remissionibus et falsis promissis. Cives constanter instant muris et aggeribus firmandis. Mosa maximus in Maio. In Kalendis Maii curia Frederici habita apud Andrenacum, ibique tractatum et iuratum a principibus de obsidione Coloniensis civitatis et Aquensis oppidi, que obsidio dilata est usque ad festum sancti Iohannis. In inventione sancte crucis tempestas Mai. 3. maxima cum imbribus et tonitruis descindens[a] arbores eruit, fruges in quibusdam locis contrivit. Maius pluviosus. Magister Oliverus vivifice crucis legatus, rediens a Frisonibus et Britonibus[b], ubi rebellia corda eorum per sancte predicationis studium et per signum sanctae crucis, universis in predicatione ipsius constitutis in aere manifeste viso, convertit, ad ecclesiam sancti Iacobi in insula venit, per tres dies nobiscum fuit, et dominica que cantatur *Exaudi Domine* sermonem in capitulo nostro et ante paravisum ecclesie fecit, vocatisque Mai. 31. provintiis Coloniensis et Leodiensis diocesis, et omnes sacerdotes, torneamentum quod futurum erat in sequenti epdomada penitus adnichillavit. Et in loco torneamenti sex predicatores constituit, qui verbum crucis efficatiter exposuerunt, plurimos signaverunt; tantaque fuit ibi turba sexus utriusque, quod vix legenti videretur credibile.

Aquenses qui diu Ottoni adeserant, et Fredericum ignorabant, sano abito consilio, nec immemores beneficiorum que ab avo et patre predicti Frederici acceperant, et quod oppidum suum auxilio utriusque erat optime firmatum et honoratum, ab Ottone recedunt, Frederico adherentes[c]; cum tamen haberent plurimos tam de oppido quam de vicinis locis in hoc sibi non consentientes. Nec mora, seras quas Arnulfus iudex in portis fecerat frangunt, et eum in munitionem quam iuxta palatium fecerat impellunt; regi Frederico scribunt ut veniat pacifice, quia parati sunt eum tamquam dominum suscipere. Sicque factum est, ut predictus Fredericus rex, collectis principibus et optimatibus regni, cum magna gloria Aquis veniret in vigilia beati Iacobi. Sequenti vero die in ecclesia beate Marie est in regem Iul. 24. 25. consecratus et coronatus, et in catedra regali sublimatus a Moguntino archiepiscopo, quia Coloniensis ecclesia tunc carebat suo patrono. Nec mora, post missam idem rex ex insperato signum vivifice crucis accepit, et omnes optimates et principes regni tam per se quam per predicatores qui verbum crucis predicabant ammonuit, ut idem facerent; sicque plurimos ad consensum suum convertit. Sequenti vero die que est dominica, rege a primo Iul. 26. mane usque hora nona sedente in ecclesia, predicatores fortiter instant verbo crucis predicare; sicque multi gratia Dei sunt signati, non solum principes set etiam inferiores. Feria secunda missa sollemniter celebrata, idem rex corpus beati Carlomanni[47], quod avus suus Iul. 27. Fredericus imperator de terra levaverat, in sarcofagum nobilissimum, quod Aquenses fecerant, auro argento contextum reponi fecit, et accepto martello depositoque pallio, cum artifice machinam ascendit, et videntibus cunctis, cum magistro clavos infixos vasi firmiter clausit; reliquum diei predicationi cessit. Eadem die Monasteriensis episcopus ad curiam venit, qui diu ab Ottone in Werdu fuerat detentus. Fuit itaque celebris Aquis curia, Ottone adhuc[d] residente in Colonia. Nec multo post rex Fredericus vadit Nusiam, et redit Coloniam. Otto audito eius adventu, se transfert[e] in Saxoniam, licentiatus a Coloniensibus; sicque Fredericus est in Colonia honorifice a pluribus susceptus, multis qui Ottoni adherebant[f] non leviter ferentibus. Fredericus Coloniam exivit, et Mettis venit, pacem inter eos non sine damno eorum qui dissidebant fecit. Septembri mense preparant se omnes prelati ecclesie, qui ad concilium disposuerant ire. Feria 6. post festum sa cti Lamberti exivit a Sept. 18. nobis Renerus presentium dictator, procurator ecclesie nostre intravit Romam Simonis et Iude[48], mansitque ibi usque Prisce[49], reditque in festo Mathie[50].

## De conscilio instantis anni, quod celebratum est tempore Innocentii tercii.

Cepit dissentio sacerdotii et imperii anno gratiae 1158, anno regni Frederici quinto, imperii quarto. Facta est concordia apud Venetias octavo Kalendas Augusti anno Domini 1177,

a) *i. e.* descendens. b) dritonibus *c.* c) adderentes *c.* d) adduc *c.* e) transfer *c.* f) adderebant *c.* g) *deest in cod.*

46') i. e. de Seine. 47) i. e. Karoli Magni. 48) Oct. 28. 49) Ian. 18. a. 1216. 50) Febr. 25. 1216.

1215. indictione 10, anno imperii Frederici 26. Sequenti anno fuit Lateranense conscilium. Evolutis in medium 37 annis, celebrata est sancta universalis sinodus in ecclesia sancti Salvatoris que Constantiniana vocatur, mense Novembri presidente domno Innocentio tercio papa, pontificatus eius octavo decimo anno. In qua fuerunt episcopi 412, inter quos extiterunt de precipuis[a] patriarche duo, Constantinopolitanus et Ierosolimitanus; Antiochenus autem gravi languore detentus venire non potuit, set misit pro se vicarium Antetadenum episcopum; lexandrinus vero sub Sarracenorum dominio constitutus, fecit quod potuit, mittens pro se diaconum germanum suum. Primates autem[b] metropolitani 71, ceterum abbates et priores ultra octingentos; archiepiscoporum vero, episcoporum, abbatum, priorum[c]..... non fuit certus numerus comprehensus; legatorum vero regis Sicilie in Romanorum imperatorem electi, imperatoris Constantinopolitani, regis Francie, regis Hungarie, regis Ierosolimitani, regis Cipri, regis Arragonum[d], necnon et aliorum principum, magnatum et civita-
Nov. 10. tum, et aliorum etiam locorum affuit multitudo. Prima dies sinodi fuit in festo sancti Martini, secunda 12. Kal. Decembris, tercia dies in festo sancti Andree; completa est sancta et universalis sinodus.

Annus 1216, bisexstilis. Annona bono precio. Multitudo signatorum, quid in conscilio de eis fuerit dispositum, adventum magistri Oliveri vivifice crucis legati expectantium. Redeunte autem predicto magistro a sacro consilio, litteras quas a domno papa acceperat exsecutoribus suis distribuit, precipiens quatinus signatos utiles contra Madianitas pugnaturi assumerent, inutiles vero domi remanere permitterent, de feminis vero inbecillibus redimi, commutari, diferri possent.

Walerandus comes castrum quod dicitur Sanson[51] obsidet et capit, habitatores expellit, loca infirmiora nocte et die roborat et munit, suos infra castrum dimittit, et recedit. Post cuius recessum Petrus comes Namucensis, collecta multitudine, ipsum castrum obsedit, machinas suas erexit, set non perfecit; et sic unde venerat confusus rediit. Nec multo post comes Walerandus reparata expeditione, Hesbaniam intravit, castrum quod Altaripa dicitur cepit, et turrim que Villa dicitur, et eos qui in ea erant, sibi subiugavit et captivos duxit. Nec multo post comes Petrus, collectis fautoribus suis, Tenis venit; quo audito, qui in Altaripa erant, mane fugerunt, et ei castrum vacuum reliquerunt.

Lodewicus iuvenis rex Francie acceptis obsedibus ab Anglicis baronibus, qui contra Iohannem regem Anglie rebellabant eo quod eos intendebat miserabiliter gravare, visa oportunitate, mare cum multitudine militum transivit, ad auxilium suorum qui in Londonia obsessi fuerant venit, et eos absolvit. Rex autem Iohannes videns non posse resistere, militiam transmarinam, quam precio diu detinuerat, per fraudem Bertoldi, qui donativum eorum acceperat, licentiavit. Lodewicus vero plurimas civitates occupavit, fidelitatem accepit, Lundoniam absolvit, et ibi remansit. Iohannes tamen munitiones fortissimas retinuit in sinu maris sitas. In hoc impetu Arnulphus frater comitis de Los, qui obses diu fuerat in Anglia propter uxorem ipsius comitis de Los, que captiva ibidem diu detenta[e], miles rediit. Propter hanc violentiam tota Anglia sub interdicto ponitur a domno papa, qui omnes barones Anglie et fautores eorum excommunicavit in generali consilio, tunc quia idem rex signatus erat, tunc quia ipsum regnum ei resignaverat et ab ipso tributaliter receperat.

Septimo Kal. Augusti obiit papa Innocentius, vir summe litterature et eloquentie, vir alti cordis et magni consilii, qui in diebus suis Ottonem exaltavit, et visa eius elatione humiliavit, Siculumque et Apulie Fredericum regem, quem multo tempore exosum habuerat, paterne revocavit, et eum in Allemanniam misit et paterno imperio restituit, Ottonem vero generali consilio excommunicatum et destitutum renuntiavit. Ipse etiam Iohannem regem Anglicum ad hoc induxit, quod ei regnum suum liberrimum reportavit, et de manu sua recepit. Iste etiam generale consilium precedenti anno in Laterani celebravit, sicut lector in eodem anno invenire poteris. Ipse etiam fere totum mundum tam per se quam per executores suos zelo fidei accendit et ad signandum induxit, et viam euntium generali consilio ordinavit, et de propria substantia 30 milia librarum et 6 milia marcarum signatis assignavit, exceptis navibus et galeis quas Romanis et vicinis civitatibus preparavit; seque in propria persona tempore profectionis iturum in Sicilia promisit, ordinatisque navibus et ducibus, cum Dei voluntate et apostolica benedictione eos permitteret abire.

a) presipuis *c.* b) *in margine.* c) *spatium unius vocabuli capax relictum est in c.* d) arraganum *c.* e) *scilicet* fuerat.

51) ad Mosam in tractu Namucensi.

Huius de vita placuit mihi scribere pauca, 1216
Ne virtus tanta sit muta tacente labello[a].
Quem sublimavit et quem regem benedixit
Elate mentis, Ottonis, cornua fregit,
Et regem Siculum, iuvenem satis atque pupillum,
Transfert ad regnum Romanorum Fredericum.
Qui genus et nomen ab avo traxit Frederico.
Anglicus huic proprii dat vectigalia regni,
Et fit homo pape, qui rex liber fuit ante.
Anno milleno bis C decimo quoque quinto,
Istius edictis de cunctis partibus orbis
    Advenit ad sinodum turba vocata patrum.
Postea non vixit multum nisi mensibus octo,
Et quo Roma caret, tenet urbs Perusina sepulcro.
Liquit divitias pater iste cadens alienis;
Flebilis ista fuit mors signatis peregrinis,
His quibus annuerat dare se portumque salutis.

Iste genere Campanus ex patre, et Romanus ex matre, sedit annis 18, mensibus 4, diebus 13, sepultusque est in Perusio. Cui successit Honorius, genere Romanus, ibidem electus et institutus. Iste Innocentius fecit opera preclara memorie digna: videlicet sermones 50, librum de divinis officiis, alium de miseria hominis, et alia multa. Eodem anno non multo post obiit Henricus imperator Constantinopolitanus, qui Greciam post fratrem suum Balduinum feliciter et efficaciter rexit; de cuius morte tota christianitas doluit, quia signatis nostris multa promiserat, et se iturum in virtute armorum in negotium orientalis ecclesie predixerat. Iste imperium Constantini decem annis rexit: uterque Flandrensis ex matre et Namucensis ex patre, avunculi ex parte sororis Lodowici regis. Obiit etiam Iohannes Anglicus rex[b], sicut audemus presumere, pro amissi regni dolore; cui successit Richardus filius suus, ad quem redierunt multi Anglici, quibus pater eius erat exosus, Lodowico tamen in Anglia permanente. Uxor Frederici regis navigio descendens a Sicilia[c] et Apulia venit Ianuam, et sic per Cremonam transiens, primo intravit Allemanniam cum Heinrico filio suo et multa frequentia tam hominum quam mulierum. Orta est seditio inter Fredericum regem et ducem Bahwarie et marchionem de Minse[c]; set cito sedata, Ottone in Saxonia manente omni auxilio destituto, exept de Brandebrois[d] marchione.

Annus 1217. Hiems longa, in fine Ianuarii et Februarii aspera a festo sancti Severini[52] usque ad Kal. Martii. Annona bono precio, spelta 18 denariorum, siligo 2 solidorum, vinum 7 denariorum. In Leodio nulla certa moneta. Episcopus Hugo sollemnes facit ordines prima epdomoda quadragesimae in ecclesia beati Lamberti. Signati ex mandato domni Honorii pape passim preparant se profecturi in pasca, vel in Kalendis Maii. Septimo Idus Maii nix plurima, quod vix credibile videbitur lectori, cum magno frigore cecidit, et fere per totam diem duravit. Mulieres a cruce absolvuntur; pecunia que ab eis accipitur, secundum voluntates magistrorum peregrinis distribuitur. Classis de Reno et aliis fluminibus armata in mare descendit mense Maii, et post Augustum in Ispaniam pervenit. Comes Petrus Auctisiodorensis in imperatorem consecratur Rome ad Sanctum Laurentium foris muros, quia Romani non sunt eum passi infra Romam benedici. In vigilia ascensionis Domini discensio orta est inter clericos et laicos in ecclesia beati Lamberti, propter quam organa suspensa sunt ecclesie usque ad Kalendas Augusti. Ad ultimum satisfecerunt laici clericis.

Lodowicus, rex iuvenis Francie, in Franciam revertitur, dimissis fautoribus suis in locis tutissimis, nec multo post collecta multitudine tam militum quam peditum in Anglia revertitur ad damnum suum cum multitudine navium; cui Anglici cum piratis suis occurrunt, et calcem in oculos eorum mittentes, facies eorum confundunt, et non sine damno suorum tam in mari quam in terra, vix Lundoniam pervenerunt, ubi suos iam obsessos ab Anglicis invenerunt; nec multo post contra eos ad pugnam exierunt, et fortuna eis male respondente, quidam eorum de precipuis sunt mortui, quidam capti, alii cum dedecore in Londoniam redire coacti. Quid plura? Rex pacem qualem potuit fecit, et iuramento astrictus,

a) *i. e.* labio. *Ed.* libello *falso*. b) rex qui *c.* c) cisilia *c.* d) *lege* Misne. e) *i. e.* Brandenburg.

52) Severini Noricorum apostoli festus dies est 8. Ianuarii.

1217. quod nunquam in Angliam violenter everteretur, in Franciam inglorius est reversus, et ita quievit Anglia sub parvi regis Richardi[53] regimine constituta.

Iun. 5. Bonefacii martiris abierunt nostrates peregrini, inter quos abiit filius sororis mee Reinerus, cuius absentia facit me dolere frequenter. Qui transactis Alpibus Ianuam venerunt, et sicut ab eis qui redierunt et cum eis navigaverunt audivimus, feliciter transierunt.

Fredericus rex Alemanie curiam habet celebrem Bobardie. Hoc anno in cancello nostro facte sunt fenestre due, et muri a pede magestatis usque ad terram, sicut evidens est et necessarium erat, propter vetustatem sunt renovati. Comes Flandrensis et Boloniensis et plures alii a rege Francie adhuc detinentur capti. Annona in duplo carior solito, siligo quatuor solidis, spelta tribus.

Ad memoriam futurorum scribimus, quod Waselinus[a] abbas Sancti Iacobi benedixit sanctam sinodum, episcopo absente, cum tali quali debuit reverentia et sollemnitate. Peregrini cum navibus in Ispania bene proficiunt. Castrum quod Alcazar dicitur, munitum 25 turribus,
Sept 10. in vigilia sanctorum Prothi et Iacinti ceperunt, 12 milia Sarracenorum interfecerunt, de suis in primo congressu 200 perdiderunt. Tria miracula memorie digna domno Honorio pape scripserunt. Primum quidem, quod cum non haberent inter equos et roncinos nisi 34, 70 equi ferro cooperti ex insperato media nocte in auxilium eorum venerunt, videlicet fratres de gladio, et quidam episcopus terre illius potentissimus, et fratres hospitales in eadem terra commorantes. Secundum autem, quod cum Sarracenis congrederentur, crucem mirificam in aere viderunt, exterius albi coloris, interius vero flavi. Tercium vero, quod tam equi quam equites, tam arma quam vestes christianorum, a Sarracenis visa sunt alba tamquam nix.

Fredericus rex Romanorum, coadunato exercitu suo, Saxoniam ingreditur, Ottonem infra Bronsuwic artatum claudit, terram devastat et incendit. Principes et potentes ei reconciliantur, et sic in Alemannia revertitur.

54 Obiit Bertoldus dux de Celenges[54], dives terre et potentissimus, sine herede, cuius ducatum obtinuit Fredericus rex Romanorum et Apulie ex sanguinis propinquitate; nam avia Bertoldi avita fuit avie Frederici ex Namucensi progenie; Clementia enim ducissa de Cerenges et comitissa de Retes, que fuit avia Constantie, avie matris Frederici. sorores fuerunt Heinrici comitis Namucensis, qui postea caligans oculis multo tempore vixit; cuius filia fuit Ermensendis, quam postea comes Teobaldus de Bar parvulam mortuo patre desponsavit. Mortuo vero Teobaldo, Walerandus filius ducis Ardenne iterum eam in uxorem accepit, et hereditatem paternam, id est Namucum, quantum potuit reclamavit.

55 Dux de Nancei[55] Frederico regi, cognato suo, pravo seductus consilio rebellat; quem Fredericus rex fretus auxilio suorum, et maxime Heinrici comitis de Bar et comitisse Campanie[56], fortiter impugnat, et castra eius capit, villas succendit et devastat; ad ultimum ad deditionem compellit, et secum in Allemanniam ducit. Hoc anno in Mosella vinum fuit habundans, set superveniente repentino frigore cruda remanserunt et male defecata, unde multi diversas incurrerunt infirmitatum molestias. De peregrinis et Acra multa sunt dicta, que vera non fuerunt probata.

Annus 1218. Yemps sine yeme et sine nive; annona multo carior solito ante natale, et post siligo octo solidis, spelta 4 se redimunt[c]. Multi peregrini, revertuntur a transmarinis partibus, qui propter paupertatem et victus inopiam parvam ibi fecerunt moram. Quidam etiam redierunt, qui non pro defectu pecunie set cordis non transierunt.

Mai. 19. Obiit Otto dictus imperator, qui cum fuisset potentissimus, et ab Innocentio papa sublimatus et consecratus, factis suis exigentibus ab ipso est humiliatus et destitutus, et per sententiam in generali concilio depositus; et Fredericus in regem Romanorum confirmatus.

Obiit etiam dux Burgundie[b], et Albricus Remensis archiepiscopus, rediens a transmarinis partibus.

Hoc anno obiit Lodovicus comes de Los, vir in armis strenuus, et licet iuvenis etate, in concilio eloquentissimus, in omni etiam bonitate et honestate conspicuus. Iste est qui in inevitabili necessitate episcopo et Leodiensibus fuit necessarius, quando dux Brabantinus Heinricus, qui Leodium ceperat, per eum est maxime et per suos de bello fugere coactus, et maiore et potentiore parte suorum in bello de Steppes cadente in perpetuo privatus est.

a) W. *c.* b) Brugundie *c.* c) Se r. m. *c.*

53) lege *Heinrici*. 54) Zäringen. 55) Theobaldus; cf. Böhmer Regesta a. 1218 Iun. 1. 56) Blanchae.

Iste erat tam episcopo quam Leodiensibus in omni necessitate indeficiens clipeus. Obiit 1218. autem 4. Kalendas Augusti; cuius mors totum episcopatum ad lacrimas commovit. Certum est autem, quod obiit tam ipse quam frater suus Heinricus, quondam Traiectensis prepositus, infra tres dies, et alii plures, maleficium veneni ferre non valentes; set per quem vel per quos hoc factum sit, adhuc incognitum manet hodie. Mortuis autem tribus fratribus, solus iunior Arnulfus remansit, qui in Anglia pro uxore fratris sui Lodowici multo tempore obses fuit; nunc autem dux Brabantinus visa oportunitate, filiam suam iuniorem nomine Aleidem[a] in matrimonium dedit. Messis optima, vindemia bona, yemps asperrima a festo omnium sanctorum usque ad festum sancti Andree, postea pluvialis usque ad natale. Episcopus Hugo ordines fecit in ecclesia sancti Lamberti sabbato ante natale.

Dignum esse memorie duximus, si de parvulo qui natus est in villa quae dicitur Riwecon scribimus. Hic cum esset novem vel decem mensium, in renibus et ventre, in scapulis vel in pectore, in collo et in facie grossior erat quolibet magne etatis homine. Hunc multi de vicinis villis quasi monstrum abierunt videre, et mensuram omnium membrorum suorum in cingulis suis accipere, et aliis pro miraculo deferre; brevis tamen secundum etatem suam erat corpore. Inaudita pestilentia[b] caulium, non solum per regna transmontana, set per totum imperium.

Annus 1219. Yemps longa a festo omnium sanctorum usque ad Kalendas Martii. Peregrini revertuntur circa natale, qui turrim de Damiete fortissimam in flumine sitam nunciant a nostris esse captam, civitatem obsessam, muros montis Thabor fractos, lapides a Sarracenis longius asportatos. Nova moneta, pauperibus gravissima. Vinum quinque denariis, siligo quatuor solidis, spelta tribus venduntur. Episcopus Hugo sollempnes facit ordines in ecclesia sancti Lamberti sabbato prime epdomade quadragesime. Sterilitas in satis, yeme faciente; messis modica et humilis, arescentibus hominibus pre timore future famis; set ille qui pavit quinque milia hominum de quinque panibus, paucitatem illam panis et vini convertit in melius. Estas nulla, set quasi veris tempora. Peregrini multi revertuntur a Damieta, quae adhuc a christianis obsessa tenetur; christiani fossato firmissimo et mari et flumine clauduntur; qui in Damieta obsessi sunt, intrandi vel exeundi non habent liberum arbitrium. Rex Hungarus et dux Austrie a partibus illis cum multiplicibus revertuntur. Postea peregrini Dei ad instantiam peditum de munitione sua contra Sarracenos exierunt, set fortuna eis male favente, vix ad suos papiliones redierunt. Multi tamen de suis, maxime de peditibus ceciderunt, quidam capti remanserunt; inter quos episcopus Belvacensis fuit captus, et Iohannes de Archi miles nobilissimus et in armis strenuus, et alii multi quorum nomina non novi. Itaque turba christiana occasione peditum sustinuit pericula maxima et dampna; set tamen plurimos occiderunt et retinuerunt de parte adversa. Rex Francie Ludovicus iuvenis a Tolosa et Provintialibus hereticis inefficax rediit. De vindemia huius anni dicimus, quod cum racemi multa evaserint pericula, maius, quod de voluntate Dei peccatis nostris exigentibus credimus contigisse, evadere non potuerunt; nam cum vindemia esset in iannis, repente supervenit intempestivum gelu et asperitas immitis boree intolerabilis, cuius initium septima die Octobris et per dies octo continue duravit. Quid multa? Tunc videres vineas foliis spoliatas et nudas, racemos nigros dependentes, quasi in clibano decoctos; ita periit vindemia. Illud idem vinum quod de torcularibus elitiebatur, ultra spem habundans inveniebatur. Itaque vinum fuit karum, novum novem, vetus decem denariorum. Nonas Octobris ortum est tempus pluviale cum vi ventorum et aquarum frequenti inundatione, quod perseveravit sine intermissione usque ad natale, et quod mirum est sine gelu et sine nive.

Annus 1220 et bissextilis, 4. Kalendas Aprilis dies pascalis. Natalis festivitas ventosa fuit et pluvialis cum aquarum inundatione, subsequensque tempus simile preterito usque ad conversionem sancti Pauli. Tunc per tres dies yemps aliquantulum aspiravit, quarto autem die pluvia quasi penitens vires resumpsit. Blasii martiris aliquantulum nivis cecidit, set cito pertransiit.

Dominica in palmis litere de captione Damiate venerunt nobis. Feria 6. infra phascha Mart. 22. pro captione Damiate, qualis debuit, sollemnitas est celebrata in maiori ecclesia et in tota provintia. Fredericus rex curiam habet celebrem prioribus dissimilem in Frankefort[c]; ibi April. omnes principes filio suo Heinrico fidelitatem fecerunt. Ibi ordinata est via de consecratione

a) *ita recens manus lacunam explevit.* b) pestilensia c. c) frankefrot c.

1220. imperii Rome suscipienda, de transitu ad orientalem ecclesiam liberandam, de postestate Agarenorum, utpote qui signatus erat, et per virtutem potentie sue, videlicet per Appuliam et Siciliam, ultra omnes reges christiane fidei subiectos liberare eam poterat. Coguntur etiam omnes signati abire, tam principes quam inferiores persone. In hac curia leges sunt renovate, et iura et thelonea indebita deposita. Engelbertus[a] archiepiscopus Heinricum puerum, filium Frederici regis, et totum regnum in tutelam suscipit.

57 Obiit dux de Nancei iuvenis etate, cuius uxsorem, filiam Alberti comitis de Dasburt[57] et de Musal, in matrimonium comes Campanie, mortuo patre suo, matre vivente, de consensu Frederici regis accepit, et de Musal fidelitatem Hugoni Leodiensi episcopo fecit.

In pentecosten littere nobis venerunt de omnibus que facta sunt a peregrinis nostris a captione turris usque ad captionem[a*] civitatis Damiate, et quomodo capta vel quando fuerit. Ante festum sancti Iohannis octo diebus peregrini nostri venerunt, qui in captione Damiate interfuerunt, qui veros rumores dixerunt, addideruntque, quod postea castrum fortissimum in mari situm, Thenise vocatum, a nostris sit captum, non minorem utilitatem eis conferens quam Damiata. Hoc autem castrum situm est in sinu maris super rupem fortissimam, quod actenus multa dampna et pericula fecit peregrinis et merchatoribus; omnes enim naves que tempestatem in navi patiebantur, in hanc rupem illidebant, et submergebantur, et spoliabantur[b].

Ante festum sancti Iohannis annona multo carior fuit solito, siligo 11 solidis, spelta sex et dimidio solidos, hordeum sex solidis, avena 5 solidis venditur; vinum vile et caro, non solum pauperibus, set etiam divitibus. Hoc anno defuit annona[c], solaria que prius erant repleta sunt vacua, et magnum famis esset periculum, nisi habundantia siliginis apud nos de inferiori terra in vehiculis et plaustris fuisset allata, annona tamen in campis satis laudabilis[d].

Robertus comes Nanurcensis in virtute magna et potestate Constantinopolim proficiscitur, suscepturus imperium, quod ab avunculis suis Balduino et Heinrico[e] prius fuerat possessum, mortuo patre suo Petro in eodem negotio, et matre sua similiter in eadem provincia Constantinopolitana.

Post festum sancti Iohannis Fredericus rex in Allimannia ordinatis rebus regni, cum virtute magna Ytaliam ingreditur, a Venitianis pacifice recipitur, Mediolanensibus et fautoribus eorum ex integro reconciliatur, et asumpta maxima multitudine militum tam de Mediolano quam de aliis civitatibus Romam venit; quem Romani plus timore quam amore cum
Nov. 22. magna gloria et tripudium pacifice susceperunt, et in festo sancte Cecilie, hoc est dominica qua cantatur: *Dicit Dominus: Ego cogito cogitationes pacis*, in ecclesia sancti Petri a domno Honorio in imperatorem est consecratus cum sua coniuge Margareta nomine, et ipsa die multa munera equorum, fere ad duo milia de Apulia et de Sicilia et de Chalabria et aliis terris ei subiectis sunt missa, de quibus eodem die plus quam sexcenta donavit; et quingentos milites qui eum praecederent in origentali negotio ordinavit, et tam armis quam sumptibus et naviculis iter eorum in Martio accelerari[f] precepit. Postea tribus diebus Rome mansit, et sic Apuliam intravit. Ante natale Domini nulla fuerunt hygemis signa, sed quasi veris tempora. Silligo 8 solidis, spelta 4 et 4 denariis vendebantur, vinum 6 denariis. Maria filia ducis Lowanii primogenita, virgo speciosa et omni probitate insignita, Ottoni imperatori in matrimonium iuncta, mortuo Ottone mirabiliter humiliatur, et comitem Willelmum Hollandiae[g] iterum in matrimonium copulatur. Sic Deus quos vult et quas vult exaltat.

Annus 1221. dies pascalis 3. Idus Aprilis, epacta 25. concurrente 4. indictione 9. Hyemps aspera a circumcisione Domini usque ad purificationem sanctae Mariae. Obiit Heinricus dux de Limburc plenus dierum, vir magne prosperitatis et felicitatis omnibus diebus vite sue, cui successit filius eius Walerannus in regimine Ardenne. Damiata a christianis nostris in virtute magna possidetur, et castrum quod vocatur Thenise, quod a nostris per gratiam Dei inhabitatur, cotidie firmatur et munitur, et sic exspectant Frederici imperatoris adventum, quem summo desiderio sperant venturum.

Anno 1222. peccatis nostris exigentibus, iratus est Dominus contra populum suum; cum enim peregrini christiani in Damiata commorantes pessime viverent, rex Iohannes et

a) E. *cod.* a*) captionis *c.* b) spoligebantur *c.* c) annonam *c.* d) laudabis *c.* e) B. et H. *qui c.* f) acceleri *c.* g) holladies *c.*

57) Dasburg in terra Lutzelenburgensi.

Pelagius legatus domni pape cum omni exercitu suo Babiloniam[57] pretermisso ordine et 1222. disciplina militari tetenderunt, et a Sarracenis circumsepti, et fluvialibus aquis irretiti, Damiatam civitatem et castrum Themise reddere et abiurare sunt coacti. Set non continuit Dominus in ira sua misericordias suas, quoniam relaxati sunt omnes captivi christiani, qui hactenus detinebantur per universum regnum Babiloniae et Damasci, legitimum habentes conductum usque Acram.

Anno 1223. obiit Philippus rex Francorum. Ludovicus filius eius succedit, natus de Elisabet filia Balduini comitis Hainonensis et Margarete sororis Philippi comitis Flandrie, qui sine liberis obiit apud Acram.

Anno 1224. bissextili, pascali die 18. Kal. Maii. Domnus Conradus filius ducis de Cerenges, quondam Sancti Lamberti canonicus, post Villariensis abbas, modo cardinalis episcopus legatus in Alemannia, Leodium veniens Vallem benedictam dedicat.

Anno 1225. pascali die 3. Kal. Aprilis. Defuncta sine liberis comitissa de Musau Gertrude, filia comitis Alberti, domnus Leodiensis episcopus Hugo fidelitatem et hommagia castellanorum et hominum terre absque omni coactione recipit, et castella Musau et Waleve sine aliqua contradictione ingreditur 14. Kal. Aprilis feria 4. ante pasca floridum. Henricus dux Lovaniensis audit et irascitur, fremit et minatur, curiam apud Franckenefort adiens, episcopum ad curiam citari facit per quarentenam. Domnus episcopus ordines facit Leodii ad Sanctum Lambertum sabbato sancto, vigilia pasce. Hoc anno fuit hiemps asperrima a festo omnium sanctorum usque medium Aprilem. Annona bono precio a messe usque Kal. Februarii; postmodum in Kalendis Maii spelta 10 solidis, siligo 17, frumentum 20 venditur, ordeum octo.

Quidam pseudoheremita in silva Viconie fingens et dicens se esse comitem Balduinum, qui quondam comes Flandrie et Hainau, postea imperator Constantinopolitanus a Iohanne le Blac captus et occisus creditur, in pasca cum sumptuoso apparatu Valentinis tamquam dominus suscipitur; set a comitissa, quam filiam suam dicebat, et domno Leodiensi episcopo, quem se in episcopum promovisse iactabat, nullatenus agnoscitur, et a multis baronibus ei contradicitur. Inde contenciones et lites, incendia et rapine, et homicidia et inimicicie mortales suscitantur. Dux Lovaniensis ei favet, et publice et privatim fovet. Ludovicus rex Francie ad discutiendam tantae temeritatis insolenciam episcopo et baronibus Flandrie et Hainau et falso imperatori parlamentum indicit apud Parronam Viromandie 3. Kalendas Iunii. Statuto loco cum rege conveniunt de Francia, de Flandria, de Hainau, archiepiscopi, episcopi, et barones cum plebibus. Ibi multipharie multisque modis requisitus comes putativus Balduinus de sua proprietate nichil certi, nichil probabile potuit assignare. Inde cum legitimo conductu regressus Valencinis, deinde cum duobus conversis Villariensibus Iohanne et Balduino in habitu mercatoris progressus usque Spiram, non comparuit. Postmodum a domno Clarembaldo de .... comprehensus, et comitissae trans missus, et per castella et vicos circumductus, ad ultimum prope Insulam[58] patibulo suspensus est. Aliquando vero confessus vel convictus fuerat, se vocari et esse Bertram de Rais.

Hoc eodem anno mense Novembri Fredericus comes de Hiseberge[59], gener Galeranni ducis de Lemborc, benefactorem, consanguineum, dominum suum et patrem spiritualem Engelbertum, magnificum Coloniensem archiepiscopum, de ipso tamquam de cognato et conviva bene confidentem, in itinere cum paucis interceptum, per se et suos complices 37 vulneribus inflictis crudelissime trucidavit. Qui super tam enormi scelere in curia regis Henrici, Frederici imperatoris filii, iudicio optimatum tocius imperii dampnatus est; domicilia et castella eius ad solum diruta, hereditates dispertite sunt, et ipse vagus et profugus et ab omni fidelium societate excommunicatus, nulla certa sede consistit. Preterea duo fratres sui, Monasteriensis et Osbrugensis episcopi, quos idem archiepiscopus promoverat, de conscientia mortis eius infamati et ad purgationem a domno Conrado sedis apostolice legato apud Leodium vocati, cum in probatione defecissent, ad papam remissi, documentis evidentibus per sententiam depositi et condempnati sunt, et alii in ipsas sedes substituti; quorum unus statim in reditu moritur; infra[a] annum tam detestabilis parricidii moritur Gerardus de Horne et frater eius Galerannus dux Ardenie, et filia eius uxor Frederici proditoris, ludificatione demonum cum parvulo filio extincta. Consequenter idem Fredericus prope Hoium in habitu mercatoris cum aliis duobus a Balduino milite de Geneffe

a) moritur infra *codex*. 57) Kahiram. 58) Lille. 59) Isenburg.

1225. comprehenditur, et post aliquot dies apud Visatium comiti de Gelre et summo advocato Coloniae aliisque baronibus sub custodia vinctus traditur; a quibus Coloniam perductus et per vicos et plateas vinctus et eques circumductus, publica confessione sui sceleris multos movit in lacrimas. Ad ultimum confractis brachiis et cruribus, pacientissime sustinens cruciatus, in eminentissimo ligno sublevatus, et in rota distentus defecit.

Anno 1226. mense Maio Ludovicus rex Francie cum legato sedis apostolice, archiepiscopis, episcopis, comitibus et principibus regni, et innumerabili exercitu civitatem Avinionem[a] obsidet. Qua multis et gravissimis expensis et laboribus ad dedicionem coacta, et multo suorum sanguine subacta, rebus et custodibus ex parte sua ibi dispositis, cum reverteretur, in itinere defecit, et mortuus est, et Parisius relatus. In ipso reditu mortui sunt Remensis archiepiscopus, comes Namucensis Philippus, et multi nobiles. Domnus Hugo Leodiensis episcopus communibus votis solempniter eligitur Remensis archiepiscopus; set obsecrationibus et lacrimis cleri et populi Leodiensis evictus, recusat. Defuncto Ludovico rege Franciae, Fernaudus Flandrie et Hainau comes relaxatur a carcere, quo per annos 12 in vinculis detentus fuerat. Honorio papa defuncto 15. Kal. Aprilis, domnus Ugelinus succedit, qui dictus est Gregorius nonus.

Anno 1227. paschali die 3. Idus Aprilis. Domnus episcopus Hugo adquirit ab ecclesia et episcopo Mettense medietatem oppidi Sancti Trudonis cum omnibus suis pertinentiis et omni integritate qua illud possederat episcopus et ecclesia, et iurisditione duarum
60 abbatiarum Sancti Trudonis et Hasterie[60]. Pro his omnibus tradita est curtis de Bertehem et alii redditus, quos Sanctus Lambertus tenebat in Mettensi diocesi, additis insuper duobus milibus libris Mettensis monete.

Anno 1228. inter papam Gregorium et imperatorem Fredericum orta est gravissima discordia, pro eo quod idem imperator ad liberationem sancte terre sicut iuraverat, nec quando debuit, nec sicut potuit, Deo et christianitati se devotum exibuit; set potius confederatus est Sarracenis, et pacem ignominiosam et abhominabilem fecit cum eis, et terram transmarinam in maximo reliquit periculo, et ecclesiam Dei impugnare non cessat. Pro his et aliis pluribus a domno papa generaliter excommunicatus est.

Anno 1229. pascali die 17. Kalendas Aprilis[61]. Feria 5. in cena Domini in castello Hoi obiit domnus Hugo Leodiensis episcopus, devotissime et plenarie assecutus omnia sacramenta sancte ecclesie, assistente sibi magistro Iacobo Aconensi episcopo, et elegit sibi et instanter petiit sepulturam in Valle sancti Lamberti Cisterciensis ordinis; set a preposito et clero delatus et sepultus est in maiori ecclesia Leodiensi. Vir iste magnificus ante duos annos obitus sui disposuit testamentum, et deposuit penes aliquos abbates Cistercienses usque ad 32 milia marcarum, ut de hac pecunia pars restituatur eis a quibus non iuste tulerat, residuum conferatur in elemosinam monasteriis, ecclesiis, pauperibus, viduis, orphanis et relligiosis utriusque sexus, et leprosis. Quod pietatis opus delecti abbates satagunt adinplere. Feria 2. in pasca, sepulto episcopo, prefixo electionis die, ab universo clero, a ducibus et comitibus et nobilibus, a militibus et plebeiis, absque ullius contradictione eligitur in episcopum Leodiensem domnus Iohannes, maior prepositus.

Fratre Waselino abbate transeunte ad ordinem Cisterciensem in Valle sancti Lamberti, domnus Theodericus de gremio ecclesie assumptus eligitur, et succedit abbas ad Sanctum Iacobum, et benedicitur a magistro Iacobo Aconensi episcopo.

Anno 1230. domnus Teodericus abbas Sancti Iacobi post 14 menses sue promotionis dominica in octavis pentecostes ad sinodum Hoi venit, et sequenti 5. feria ibidem defunctus, in Valle benedicta monialium Cisterciensis ordinis sepultus est.

Predictus frater Waselinus de Flornis ad Sanctum Iacobum veniens, invenit ecclesiam obligatam 644 marcis et 700 modiis bladi. Quibus longo tempore multa fratrum penuria pacatis, quinque annis antequam recederet, flagellata est ecclesia tempestatibus, incendiis, et defectu panis, maxime exactionibus episcopi in quinquaginta marcis; proinde remanet debitum ipso recedente 26 marcarum et 45 modiorum bladi, meliorata tamen ecclesia devotione fidelium in calicibus, casulis, cappis sericis, luminaribus, fenestris vitreis, pavimento et cottidiani panis augmento.

a) auionem c.

60) Hastieres in comitatu Namucensi. 61) lege *Maii*.

# NOTAE AUREAEVALLENSES.

Anno Domini 549. sanctus Domitianus et beatus Nicetius Trevirensis claruerunt. Ann. Leod.

Anno Domini 598. sanctus Perpetuus Tungris antistat. Ann. Leod.

Anno Domini 618. sanctus Ebregisus Tungris antistat. Ann. Leod.

Anno Domini 626. sanctus Iohannes Tungris fit episcopus Ann. Leod.

Anno Domini 632. sanctus Amandus Tungris fit episcopus. Ann. Leod.

Anno Domini 644. virgo Christi Reginulfa sanctitate claret in Gallia, et est sepulta in ecclesia beati Petri, quae a nomine suorum parentum Ayi et Ayae denominatur Ayon curia in diocesi Tungrensi.

Anno 661, Constantis imperatoris, qui et Constantinus dictus, 21°, sancta Gertrudis virgo abbatissa secunda Nivellae obiit. (cf. Ekk. 642.) Huius mater sancta Itta post obitum viri sui Pippini ducis filii Carlomanni vel Lotharii, ecclesiam Nivellensem in honore beati Petri apostoli fundavit, et ita sacrum velamen una cum dicta filia et multis virginibus de manu sancti Amandi episcopi Tungrensis vel Traiectensis suscepit: quibus praefuit 10 annis, deinde beata Gertrudis, cui Waldetrudis successit.

Anno Domini 695. Willebrordus qui et Clemens a Sergio papa ordinatur episcopus ad praedicandum gentibus. Ekk. 695.

Anno Domini 709. 16. Kalendas Ianuarii sancta Begga purior auro excessit e mundo. Sancta Ituberga virgo tumulata fuit apud Kutis iuxta Andanam, quae successit beatae Beggae viduae in regimine. Post quam alia virgo Itta, quae se tumulari fecit prae nimia humilitate, quae semper in ea latitabat, iuxta stillicidium ecclesiae sancti Petri apostoli sub divo, ut a transeuntibus calcaretur. Quibusdam noctibus postmodum vox puellae cuiusdam audita est multotiens ad tumbam eius dicentis: *Soror, surge; soror, surge.* Cum autem quidam ibidem manens eadem verba saepe audiendo didicisset, uno die venit ad congregationem sanctimonialium, quaerens scire sententiam praedictorum verborum. Cum autem dicta verba ei exposita fuissent, in oratione et ieiunio prope locum pernoctavit, media autem nocte rediens virgo solito more dicere coepit: *Soror, surge; soror, surge.*

Circa annum Domini 730. 3. Kalendas Iulii obiit beatus Hugbertus, quamvis eius festivitas recolitur 3. Nonas Novembris, quando Karlomannus corpus eius de terra levavit et in altum collocavit. Qui praefuit sedi Tungrensi annis 30, quamvis in vita beatae Odae legatur praefuisse annis viginti sub apostolicis Sergio, Iohanne V, Iohanne VI, Sisinnio, Constantino, Gregorio II, imperatoribus Tiberio Absimaro, Leone expulso, Iustiniano II. cum Tiberio suo filio, Philippico, Anastasio, Theodosio et Leone.

Post sanctum Hugbertum vigesimus primus Leodiensem episcopatum, divina gratia praeordinante, atque angelo revelante, suscepit sanctus Florebertus dictus, ut vulgatum est, iam praescripti antecessoris filius Hugberti. (Anselmi Gest. Leod. cap. 17.) Cui si carnalis ante sumptum habitum religionis pater extitit, nihil de dignitate derogari potest. Si ergo spiritualis pater fuit, nihil obest spiritualem filium patri spirituali posse substitui. Hic primo cum praedicto patre monachili habitu suscepto, praefuit postea duabus congregationibus, beati Petri sanctique Lamberti, ut dicitur, vivens in virginitate, patre episcopatum Leodiensem administrante. Hic cum praedicto patre nutritus creditur fuisse in disciplina Dei sub beato Remaclo Aquitanico in coenobio Stabulensi. Huius beati Remacli exemplis et monitis multi nobiles et divites postponentes honores temporales, saeculum et solum natale relinquentes, in saltu Ardennae avolaverunt, et eius magisterio se subdiderunt. Legitur enim in quodam libro[61]: Hi Stabulaus inhabitaverunt, Theodardus primus eiusdem loci abbas ante quam fieret episcopus, Remaclus relicto episcopatu, Hadelinus, Lambertus pulsus ab episcopatu, eiusque discipulus Hubertus, Florebertus eius filius, Christianus sapientissimus, Papolenus, Anglinus et ceteri multi. Hi monachico habitu induti scribuntur viventes fuisse senatores coeli, et infra curiam terreni conversantes paradisi sub regulari vivebant disciplina, de quorum conversatione etiam inter coelestia plurimum virtutum prodebant testimonia.

Hic etiam beatus pontifex Florebertus corpus sanctae Odae viduae de terra elevavit, et in altari apud Andanam collocavit.

Huius igitur sexto decimo anno sui praesulatus Carlomannus filius Caroli Martelli, corpus beati Huberti eius patris et praedecessoris in ecclesia principis apostolorum Leodiensi de terra iuxta altare solemniter transtulit, cuius translatio agitur 3. Kalendas Iulii: quamvis aliqui dicant factum fuisse 3. Nonas Novembris, quando eius festivitas celebratur. Processu vero temporis elapsis plus quam ducentis et quinquaginta annis a transitu eius, ut creditur, a venerabili Nogero episcopo translatum est sacrum corpus eius a loco suae primae translationis, et cum sarcophago de marmore Pario, qui est lapis albus, in altari cryptae inferioris novae ecclesiae beati Lamberti decenter, ut decuit, est relatum. Sed post multos annos cum dicta ecclesia post concremationem a fundamentis reaedificaretur, et beato Lamberto patrono fieret novum ciborium, exterius argento et auro coopertum, inter quem eius collocaretur feretrum, levatus est beatus Florebertus, et multae diversorum sanctorum reliquiae de altaribus confractis sunt collectae. Levata sunt autem temporibus domni Radulfi episcopi.

Tempore beati Floreberti Leodiensis episcopi 2. Karolus princeps Pippini regis pater, qui primus inter omnes Francorum reges ac principes res ecclesiarum ab ea separavit atque divisit, pro hoc solo aeternaliter est damnatus anno 742. qui erat annus primus Constantini. Hic ex adulterio Pippini et Alpaidis maior domus in regno Francorum et rex obiit, sepultusque est in coenobio sancti Dionysii in parochia Parisiensi, qui reliquit tres filios.

His temporibus sanctus Rigobertus episcopus Remensis ab ipso Karolo, suo in baptismate filiolo, ab episcopatu deponitur, pro eo quod illi contra Raginfredum cunti urbem Remensem prae timore Raginfredi aperire noluit. (Sigeb. 723.) Beatus quoque Eucherius episcopus Aurelianensis pro simili causa episcopatu privatus, et in parochia Tungrensi apud Sarchinium Hasbaniae vicum exsiliatus, in coenobio sancti Trudonis consummatus est.

61) Cf. marginalem annotationem codicis Aureae Vallis ap. Chap. I, 102. (n. 2.)

Ansel. cap. 18.

Post Fulcharium Leodiensem episcopum. 33. pontifex ordinatur domnus Agilfridus vir praeclarus et nobilis, et in palatio Caroli magni nominatissimus, a quo in principio assumti regni constituitur Leodiensis episcopus, scilicet anno Domini 769. et post duos annos congregato conventu principum, idem Karolus celebravit pascha in Leodio in vico publico. Anno quoque sequenti idem Karolus celebravit pascha in Francia, villa quae dicitur Heristallium, et in sequenti pascha. similiter et natale Domini, item sequens pascha tertio in eadem villa.

cf. Aegid. p. 153.

Anno dominicae incarnationis 825, qui erat annus ordinationis domni Walcaldi episcopi Leodiensis 15, regni vero imperatoris Ludovici post mortem sui patris Karoli magni 12, celebrato magno concilio in ecclesia beatae Mariae Aquisgrani, translatae sunt reliquiae corporis beati Huberti pridie Kalendas Octobris ab ecclesia sancti Petri Leodiensis, videlicet caput ipsius et sarcophagum eius marmoreum de lapide albo, in navi per Mosam fluvium cum hymnis et laudibus, prosequuti quasi in Ardenna apud Andagium in ecclesia sancti Petri apostoli.

Anno Domini 858 mense Maio, in vico Leodico, in quo corpus sancti Lamberti episcopi et martyris requiescit, tanta subito pluviarum inundatio effusa est, ut domos et muros lapideos, seu quoque aedificia cum hominibus et omnibus quaecumque illic invenit usque ad ipsam ecclesiam memoriae sancti Lamberti violenta eruptione in Mosam fluvium praecipitaverit. Eodem anno Benedictus papa moritur, Nicolaus praesentia magis ac favore Ludovici regis et procerum eius quam cleri electione substituitur.

Sigeb.

Anno imperii Ludovici secundi 16. Coloniae celebratur synodus cum tribus Lotharingiae metropolitanis, Luitperto Moguntino, Bertulfo Trevirensi, et Williberto Coloniensi.

Regino.

Anno dominicae incarnationis 896 Arnulfus rex antequam a Formoso papa Romae in ecclesia sancti Petri unctus imperator coronatus esset, Wormatiam venit, ibique optimatibus regni sui sibi occurrentibus conventum publicum celebravit, in quo omnibus collaudantibus Kindiboldum seu Xenderboldum filium suum regno Lothariensium praefecit. Hic Xenderboldus hortatu praedicti patris Odonis comitis filiam nomine Odam uxorem duxit. Sed cum quinque annis regnasset, a Lothariensibus in bello perimitur. In qua conspiratione et bello quicumque vulneratus est, aut mortem non evasit, aut numquam sanari potuit. Corpus autem beati regis Ceinderboldi sepelitur in ecclesia Sustrensi, quam ipse fundaverat ad honorem Dei, in qua dicitur esse quaedam parva vestis pueri Iesu Christi. In dicta ecclesia Sustrensi Leodiensis diocesis iacet corpus beatae Amalbergae primae abbatissae dicti coenobii, cuius festum agitur 11. Kalendas Decembris. Sub cuius doctrina nutritae fuerunt filiae praedicti Ceinderboldi regis, Benedicta et Cecilia, quae successive post magistram suam praefuerunt, et diversis annis 16. Kalendas Septembris in dicta ecclesia sepultae. Earumdem festivitas celebratur. Sepulti sunt etiam in eadem duo sancti confessores praesules successive Traiecti inferioris, qui propter devotionem et sanctitatem sanctimonialium saepe erant visitantes eumdem locum, beati Albrici festivitas 18. Kalendas Decembris, sancti quoque Gregorii 10. Kalendas Octobris recolitur. Sancta autem Vastradis mater praedicti sancti episcopi Gregorii corpore quiescit ibidem, cuius festum agitur 12. Kalendas Augusti. Praedicti sancti et sanctae processu temporis translati sunt de terra sub episcopis diversis Leodiensibus, et in sarcophagis et feretris deauratis eorum corpora decenter relocata. Beati siquidem Ceinderboldi regis memoria celebratur Idus Augusti. Fertur etiam sancta virgo Relendis filia fuisse dicti regis, quae solitariam vitam cupiens, a claustro ad reclusorium in ecclesia beatae Mariae de Flemalia se transtulit, in qua miraculis coruscans in dicta ecclesia in Domino feliciter requiescit.

His temporibus 6. Idus Februarii passus est in Hoio gloriosissimus comes Maingoldus, qui fuit ex sorore nepos Arnulfi imperatoris. Comitatus itaque Hoyensis pervenit ei ex parte Geilae uxoris suae, quae fuit uxor Guillelmi comitis Hoyensis. Horum filius fuit Lethardus et alii heredes, qui tenuerunt successive unus post alium, usque ad tempora Ansfredi comitis, qui fuit temporibus Notgeri Leodiensis episcopi.

Anno dominicae incarnationis 920 Henricus primus genere Saxo, filius Othonis ducis, 80. ab Augusto imperavit annis fere 18. Hoc tempore clarebat inter nobiles Lotharingiae sanctus Wibertus, qui Gemblacense monasterium fundavit, cuius primus abbas Herluinus extitit, in sui patrimonii hereditate ad honorem beati Petri apostolorum principis in parrochia Tungrensi, qui divitiis nobilitate et potentia clarus, cingulum mundanae militiae deponens, cingulo sanctae religionis in monachico habitu se accinxit in ecclesia Gorziensi diocesis Metensis.

Sigeb. 921. Sigeb. 948. Sigeb. 921 et 961.

Ekk. 1001.

Anno dominicae incarnationis 1024. Henricus II. huius nominis imperator, postquam sub nomine regis 12 annis, sub dignitate et nomine imperatoris 11 regnavit, sine liberis divina vocatione viam universae carnis ingressus, Deo reddidit animam feliciter 3. Idus Iulii, et sepultus est in ecclesia sancti Petri civitatis Bavembergensis, ubi multis floret miraculis, quam ipse construxit, et episcopatum ibi instituit. Hic Cunegundam suam legitimam sponsam et imperatricem nunquam cognovit, sed ut sororem infra annos 12 dilexit. Huius imperatoris sororem bonae memoriae feminam Gislam nomine rex Hungarorum, qui Stephanus dicebatur, in coniugium expetivit; sed eam ducere non promeruit, donec sacri baptismatis sacramenta cum omni gente sua suscepturum se promisit. Quam pollicitationem ubi rebus perfecit, religiosus Deoque devotus in executione bonorum operum permansit: quod divina pietas post mortem eius evidentibus inditiis ad sepulcrum eius factis signorum miraculis demonstravit. Beatus autem Henricus imperator Aquisgrani in Leodiensi diocesi basilicam novam ad honorem beati Adalberti episcopi Bragensis[a] novi martyris et beati Hermetis construxit et donavit, et in ea 20 canonicos qui Deo servirent ordinavit.

Lamberti Parvi Ann. cf. Ekk. a. 1093. cf. Ekk. a. 1099.

Anno Domini 1088. imperator Henricus Conradum filium suum seniorem Aquisgrani in regem inungi fecerat, qui postmodum infamatur patri rebellasse. Cum autem comperisset pater filium suum a se aversum, et contra eum ad adversarios in Italia confoederasse, anno 1098. in epiphania Domini filium suum iuniorem Henricum V. regem facit Aquisgrani. praedicto fratre eius reprobato. Postea ipse

a) *ita corrigo;* brugensis *ed.*

Henricus V. contra ius naturae et fas legum in patrem insurgit[a]. Et sic Henricus imperator a filio rebus imperii privatus, ab episcopo Otberto et civibus Leodiensibus rebus necessariis sustentatur. Hic dicitur perambulasse fossata civitatis Leodiensis, et posuisse fundamenta firmitatis, quae post vastationem a duce Brabantino factam[62] fuit consummata. Qui etiam postquam Godefridus dux Lotharingiae ad terram sanctam transfretavit, quia Lotharingia circa Mosam principe laico qui nomen ducis haberet carebat, Henricum de Lemburch novum ducem et principem effecit consensu omnium principum curiae accedente, in quo maxima spes ei erat: quia tunc temporis non tam dux quam rex esse videbatur, utpote regis factus erat patronus. (Sig. a. 1106 Lamberti Parvi Ann.) 62

Anno Domini 1106. Henricus de Lemborch dux Lotharingiae, pater Pagani, ducatu privatur ab Henrico V. rege, et Godefridus comes Lovaniensis dux Lotharingiae statuitur. (cf. Ekk. a. 1106. Ann. Leod. a. 1107.)

Anno Domini 1117. 3. Kalendas Octobris ab Oberto Leodiensi episcopo dedicatum est in gaudio et gloria magna templum sancti Trudonis Hasbaniensis, ab eo quo crematum fuit 32. sub abbate Rodulfo venerabili viro. Dedicavit idem Obertus ecclesiam canonicorum sancti Petri Leodiensis, in pede Publici montis in Kalendis Octobri, cui pro remedio animae suae contulit duas villas, Hallu et Geneste, sitas in comitatu Lossensi[b].

Anno 1122. orta est werra, instigante diabolo, inter Alberonem episcopum et Henricum comitem Namurcensem nepotem suum, pro qua miserabiliter exustum fuit templum sancti Foillani Fossensis cum tota villa. (cf. Sigeb. Cont Gemb 1140.)

Anno Domini 1144. Caelestinus papa obiit, qui et Wido; cui Lucius II, qui et Gerardus, successit. Hic natione Bononiensis, sedit menses 11, diebus 12. (cf. Ann. S. Iacobi.)

Anno Domini 1145. Lucius papa obiit, cui et Eugenius III, qui et Bernardus, Clarevallensis monachus successit.

Anno 1150. positus est Maloniae[63] conventus sub regula patris Augustini, cuius primus abbas fuit domnus Udo, canonicus Sancti Egidii Publici montis, vir litteratus. Sed postmodum diabolus eius animum ita subvertit, quod sibi associata sanctimoniali de Sancto Egidio praedicto, Floria nomine, postposita abbatiae dignitate vagando per diversas patrias, tandem inter Alexandrum et Victorem papam . . . . . . 63

Anno 1155. exusta est Andana a duce Ardanensi et a Godefrido comite Duracensi summo mane cum adhuc tenebrae essent, Nonas Maii. Factumque est tonitruum magnum in coelo, fulgura crebra visa sunt in terra, corruscationes horrendae, pluvia magna cum grandine mira in modum lapidum. Andana autem miserabiliter exusta cum appenditiis ipsius, et praebenda destructa, sanctaeque moniales satis inhoneste expoliatae in templo protomartyris Stephani. Pons quoque lapideus super Mosam in perpetuum destructus, corpus etiam beati Lamberti asportatum ibi dicitur, et in prato quodam sub tentorio collocatum, et a canonicis qui cum feretro venerant, nocte dieque horae canonicae et missa devote decantabantur. Postmodum episcopus super concremationem a suis factam poenitens, dictam Andanensem ecclesiam privilegiavit, ne imposterum suo episcopo et archidiacono cathedraticum et obsonium teneatur persolvere.

Ecclesiam sancti Lamberti de novo reaedificatam consecravit Philippus Coloniensis anno Domini 1189. 7. Idus Septembris. Antiquam vero ecclesiam consecraverat eius praedecessor sanctus Herbertus 3. Kalendas Novembris.

Anno 1192. 8. Kalendas Decembris martyrium passus est Albertus Leodiensis, sepultus in ecclesia Remensi. Nec ignotum fuit civitati, sanatos ad sepulcrum eius gravi febre et morbis aliis laborantes, dum primis diebus depositionis eorum fides recens et devotio ardens pro ipsis exoravit. Erat femina Remis nota, quae septem annis morbo laboravit, ut arido brachio aridam manum digitosque contractos tanto tempore ad caput non levaret. Haec primo sabbato post mortem eius veniens, et orans ad sepulcrum eius, est sanata et ab omni incommodo liberata. Ipsam liberatam et sanatam vidit qui haec scripsit, et de longo eius morbo audivit testimonium eius. Ex civibus autem multi viri honorati ac fideles frequenter viderunt luminaria ardentia in loco ubi fuit interfectus, ubi postmodum lapideam crucem decenter excisam erexerunt super columnas quatuor eminentem; cuius gesta in epitaphio breviter descripta versificator in persona eius loquens ait:

*Legia me legit, electum Roma probavit,*
*Remis sacravit, sacratum martyrisavit.*

a) *ita suppleo; in edito lacuna indicatur.* b) loseensi *ed.* 62) anno 1212. 63) Malogne ad Sabim.

# ANNALES AQUENSES.

*Scriptos fuisse saeculis XI. et XII. a canonicis ecclesiae S. Mariae Aquisgranensis et in tabulario eiusdem servatos, fidem facit b. m. Christianus Quix primus eorum editor; nec refragantur quae in eis tradita legimus ad res Lotharingiae inferioris et Aquisgranenses praecipue spectantia*[1], *quaeque adnotationum auctores in magno illo imperii cum ecclesia conflictu imperatoribus, ecclesiae Aquensis patronis, contra Gregorium VII. et asseclas eius fideliter adhaesisse testantur*[2]. *Aliquot tamen notitias aliis fontibus deberi, collatis eis cum annalibus Rodensibus annis praecipue* 1114, 1133, 1135, 1142 *et* 1147 *facile tibi persuadeas. Membranis igitur, quas cyclos decennovennales exhibuisse coniicimus, inter turbationes rerum a Francogallis ortas pessumdatis, apographum tantum superest manu viri docti M. S. P. Ernst, curati Alfdensis, conscriptum, vitiosum certe et mancum fortasse, cuius ope*

1) *Quixius in T. II. libri* „Beiträge zur Geschichte der Stadt und des Reichs von Aachen" *a.* 1838 *p.* 173 *sqq. et T. I. codicis diplomatici Aquensis a.* 1839 *p.* 69 *sqq.*

2) *Ed. Lavallaye, historiae Limburgensis ab Ernstio Gallica lingua compositae editor, T. VI. p.* 77 *sqq. a.* 1847. *textum passim leviter diversum ediderunt, quo fieri potuit ut genuina lectio etiam corruptis in locis plerumque restitueretur. Quod levi medela tum a Boehmero nostro in Fontibus rerum Germanicarum T. III,* 391 *sqq. tum a nobis factum est. Ea in re primo adhibuimus annales supra editos S. Petri Erphesfurdenses, quorum notitiae complures annos* 1125—1169 *complexae ex annalibus Aquensibus fluxerunt, et maiorem annalium partem medio saeculo duodecimo extitisse comprobant. Adnotata nonnulla haud dubie errore legentis annis non suis ab editoribus adsignata, suo quodque restitui. Annus ut in plurimis huius aevi monumentis a nativitate Domini*[3] *incipit.*

A. d. i. 1001. Otto tertius in Paterno[a] obiit.

1002. Heinricus II. ordinatur in regem 7. Idus Iunii.

1024. Heinricus imperator obiit. Cunradus successit.

Apr. 14. 1028[b] Heinricus puer, filius Cunradi regis, in pascha unctus est in regem Aquisgrani.

1047. Heinricus III. fit imperator Rome in natale Domini.

Iul. 17. 1054. Heinricus puer, filius Heinrici imperatoris, unctus est Aquisgrani in regem in dedicatione ecclesie.

1056[c]. Obiit Heinricus III. imperator.

1066[d]. Cometa visa est versus Angliam, quam postea vastavit Willemus bastart.

1080. Bellum Heinrici imperatoris contra Rodulfum perfidum; et victus cecidit Rodulfus.

a) parlermo 1. partema 2. b) *haec anno* 1029 *editi adsignant, haud dubie errore legentis, ut et infra a.* 1056, 1066, 1077, 1078. c) 1057 *edd.* d) 1065 *edd.*

1) cf. praecipue a. 1146, 1166, alios. 2) cf. a. 1080, 1105, 1106. 3) v. a. 1166.

1087. Cunradus, filius Heinrici imperatoris, Aquis unctus est in regem. Eodem anno obiit mater eius Berta[a] imperatrix.

1093. Mortalitas magna facta.

1096. Godefridus dux cum exercitu christiano Iherusalem proficiscitur.

1099. Heinricus, filius Heinrici quarti imperatoris, in epiphania Domini Aquis unctus est in regem, Cunrado fratre eius deposito. Eodem anno Iherosolem capta est in divisione apostolorum.

1100. Godefridus dux Lotharingiorum et rex Iherosolimitanorum obiit, cui Balduwinus frater eius successit.

1101. Lemborch obsessum est[b] et captum ab imperatore Heinrico.

1102. Heinricus imperator ivit in Flandriam cum exercitu.

1103. Robertus comes Flandrie imperatori reconciliatur Legie, facta ei fidelitate.

1105. feria 6. ante natale Domini Heinricus imperator traditur a filio suo Confluentie.

1106. Imperator manu sua misit[c] imperium Engelheim. Eodem anno visa est cometa. Bellum quoque factum est Vesalie[4] hinc ab Heinrico quinto rege, illinc a fidelibus patris sui. Post hec obsessa est Colonia ab ipso rege. Obiit piissimus Heinricus IV. imperator 7. Idus Augusti Leodii[d]; successit filius eius Heinricus V.

1107. Godefridus dux Lovaniensis Aquas invasit et ducem Heinricum expulit.

1109. Sigefridus comes palatinus a rege capitur.

1110. Heinricus rex Romam cum exercitu proficiscitur.

1111. Bellum factum est Rome, hinc a rege Heinrico, illinc a fidelibus Paschalis pape; statim ab eodem papa in imperatorem consecratur.

1112. Terre motus factus est sabbato sancto hora 6.

1113. Sigefridus comes palatinus interficitur.

1114. Fridericus archiepiscopus[e] rebellat Heinrico imperatori. Bellum quoque factum est Andrenackeo[f] a fidelibus imperatoris et Friderici archiepiscopi.

1121. Terre motus factus est 4. Idus Decembris hora tertia sabbato.

1122. In pentecosten habita est curia apud inferius Traiectum. Ubi facta seditione, Mai. 14.
multi capti sunt ab imperatore, pauci occisi. Ipso anno facta est reconciliatio regni et sacerdotii.

1125. Obiit Heinricus V, successit Lotharius. Obiit Calixtus papa, successit Honorius. Fames valida facta est.

1128. Godefridus dux Lovaniensis deponitur, cui Walleramus decus[g] terre superponitur.

1129. Bellum factum est apud Sanctum Trudonem inter Alexandrum episcopum Leodiensem et Godefridum Lovaniensem.

1131. Innocentius papa synodum celebravit Leodii.

1132. Lotharius rex cum exercitu Romam proficiscitur.

1133. Obscuratus est sol 4. Nonas Augusti in meridie, et tenebre facte sunt; stelle quoque apparuerunt et terra rore maduit.

1135. In concilio[h] Leodiensi heretici deprehensi sunt, quorum unus vivus est combustus.

1136. Lotharius imperator cum exercitu Italiam petiit.

1137. Lotharius imperator in expeditione et confinio Alpium obiit.

1138. Cunradus 4. Idus Martii in media quadragesima unctus est in regem Aquisgrani. Colonienses repugnant Arnoldo archiepiscopo. Walleramnus dux obiit.

1139. Innocentius papa cum infinita multitudine episcoporum et abbatum Rome in quadragesima synodum celebravit. Cunradus quoque rex cum exercitu Saxoniam adiit, sed pace composita rediit.

1141. Terre motus factus est 8. Kal. Maii. Albero quoque secundus Leodiensis episcopus Buillun[5] castellum dolo multis annis ecclesie subreptum, meritis sancti Lamberti non viribus superavit et recepit.

1142. Saxones Cunrado regi in Franchenvorth[i] reconciliati sunt[k].

a) bertha 2. b) *deest* 1. c) *i. q.* dimisit. d) VII. Id. Aug. Leodii *alia manu addita.* e) Coloniensis *addit* 2. f) andrenacken 2. g) *ita emendavi ex Ann. Erford.* eius 1. et 2. h) consilio 1. i) franchvorth *ed.* k) *hic et in sequentibus nonnulla excidisse videntur, ab Annalibus Erfordiensibus servata.*

4) Viset ad Mosam. 5) Bullonium.

1144. Heinesberch[a] captum est et combustum.

1146. Fames maxima, et quod inauditum ante fuerat, modius Aquensis tritici venditur 25 solidis. Aquis[b] irrecuperabiliter concrematum est.

1147. Heinricus puer 10 annorum, filius Cunradi regis, in media quadragesima scilicet 3. Kal. Aprilis unctus est in regem Aquisgrani. Ipso anno idem Conradus rex Romanorum[c] et Luthowicus langravius cum multitudine innumerabili profecti sunt Iherosolem. 6. Kal.
7 Novembris[7] fuit eclipsis solis ab hora 3. usque ad 6.

cf. Ann. Rod. 1148. Eugenius papa hyemavit Treviris, et in media quadragesima synodum celebravit Remis[d].

1149. Cunradus rex rediit de peregrinatione.

1150. Sterilitas fructuum et vini; hiemps[e] fuit asperrima[f] et longa. Obiit Heinricus rex[f*] puer 13 annorum.

1151. Fames prevalida.

1152. Obiit Cunradus rex, succedit Fridericus filius fratris eius, unctus Aquis in media quadragesima, scilicet 7. Idus Martii.

1154. Fridericus rex profectus est Romam cum exercitu.

1155. Fridericus rex factus est imperator Rome; repatriavit.

1156. Fridericus imperator duxit uxorem Beatricem de Burgundia.

1157. Fridericus Coloniensis archiepiscopus Randenrode[g] destruxit.

1158. Fridericus imperator in manu validissima Italiam adiit; Mediolanenses sibi rebelles subiugavit.

1160. Archiepiscopus Moguntinus a civibus occisus est.

1162. Mediolanum captum est ab imperatore Friderico et destructum. Fames prevalida facta[h] est eodem anno.

1163. Exidium Moguntie factum est ab imperatore Friderico. Heretici combusti sunt Colonie; a quibus mulier una se dedit precipitem in ignem nullo cogente. Domus militum destructe sunt Aquis iussu imperatoris Friderici, quia leserant canonicos Sancte Marie Amelium et Amelium et Lambertum clericum[i].

1164. Castrum reedificatum est in Rinekke. Conradus comes palatinus minabatur Lotharingiis bellum et oppressionem; quibus paratis ad resistendum sibi viriliter, idem velut angue viso cessavit. Corpora trium magorum translata sunt Coloniam.

1165. Natus est puer Heinricus apud Numegen, filius imperatoris Friderici.

1166. Facta est translatio sanctissimi Karoli imperatoris quinta die post natale Domini[k]. Eodem anno facta est expeditio super Romanos.

1167. Occisi sunt Romanorum 10 milia 4. Kal. Iunii, et pridie Kal. Augusti domnus imperator Romam potestative ingressus[l], fecit Berrontinum electum ordinari; et sequenti die facta est domna regina imperatrix. Eodem anno obiit Coloniensis archiepiscopus Reinoldus, et domnus Alexander Leodiensis episcopus, et Rodenburgensis dux bone indolis, et domnus Heinricus Lemburgensis sepultus est Rode. Et plures Aquensium in predicta expeditione mortui sunt.

1169. 18. Kal. Septembris unctus est filius Friderici imperatoris nomine Heinricus in regem Aquisgrani.

1171. A Lemburgensi domino Heinrico duo[m] latrones Wassenbergis[n] cocti sunt aqua, et tertius igne assatus, et complices eorum perturbati cessaverunt.

1172. Aquenses ab imperatore commoniti iuraverunt in quatuor annis muro et menibus civitatem munire. Et munitus est mons Berenstein.

Mart. 24. 1174. anno ab initio mundi 6400.[o] imperator in pascha Aquis coronatus est, et filius eius et imperatrix, sub presentia nuntiorum Salahdini[p]. Expeditio in Italiam.

1177.[q] Facta concordia regni et sacerdotii in Venetia.

1178.[r] Domnus imperator coronatus est Arelati in magna gloria, revertens ab Italia.

1180. Philippus Coloniensis archiepiscopus in manu valida Saxoniam intravit, et

a) hemesberch 1. hemasberch 2. b) 1. 2. *addunt* (hic) *quod* (sic) *esse videtur.* c) romanı 1. d) remi 1. 2. e) hic 1. f) aperrima *ed.* f*) *deest* 1. g) *ita* 2. *et Ann. Erford.* randerode 1. h) secuta 1. i) *ita ccu explico, quod* eius ecclesie *legit* 1. k) *haec in codice caractere rubro scripta erant.* l) i. est f. 2. m) alatrones 1. ulatrones 2. n) wessenbergis 1. o) VI. CCC. 1. V̄ICCCC. 2. p) salahdins 1. salahdin 2. q) 1178 *edd.* r) 1179 *edd.*

7) Fuit 7. Kal. Novembr., ut Ann. Rodenses recte habent.

Halesleve obsedit. Et tota terra ducis Heinrici depopulata, in triumpho victorie rediit. In Kal. Augusti terre motus factus est magnus in quarta noctis vigilia.

1182. Dux Heinricus ab imperatore Friderico et archiepiscopo Coloniensi et fidelibus regni potentialiter subiugatur; abiudicato[a] sibi ducatu Saxonum et Bawarorum et omnibus feodis, lacrimabili percussus sententia iussus est cum uxore et filiis exulare.

1183. Regi Heinrico iuratur expeditio contra Polonos. Et apud Erfordiam habito colloquio et congregatione celebrata, domo dissoluta quinque[b] viri nobiles, militares plurimi subversi sunt. Domnus Fridericus imperator intravit Italiam, habiturus colloquium cum 1184.
Lucio papa. Beatrix uxor eius imperatrix mortua est. Cremam[c] imperator reparavit. Sept.

1184. Habita est curia sollempnis Moguntie, in qua duo filii imperatoris facti sunt milites, rex Heinricus et dux Fridericus. Principes a principio regi fidelitatem iuraverunt. Imperator Petrum Arboree iudicem in Sardinia regem coronavit.

1185. Celebrate sunt nuptie apud Mediolanum domni Heinrici regis et domne Constantie regine. Mortuus est Lucius papa, cui successit Urbanus[d], Hubertus Mediolanensis archiepiscopus. Imperator terram Cremonensium vastavit et castrum Manefredum[e] destruxit. Rex Heinricus exercitum in Campaniam duxit et Romanas vastavit.

1186. Orte sunt inimicitie inter domnum imperatorem et Coloniensem archiepiscopum Philippum. Nunciata est captivitas terre Iherosolimitane, et plurimi hominum cruce signati sunt. Mortuus est Urbanus papa, cui successit Gregorius, decem vix ebdomadibus[f] apostolicus; cui successit Clemens.

1188. Habita Moguntie solempnis curia in Letare Iherusalem. Coloniensis archiepi- Mart. 27.
scopus imperatoris gratiam interventu principum recuperavit. Imperator Fridericus et filius suus Fridericus dux Suevorum et multi principes et nobiles viri in eadem curia signaculum crucis acceperunt.

1189. Otto Missenensis[f*] marchio[g] a filio suo captivus tenetur. Iuratur matrimonium inter Fridericum ducem Suevorum et filiam regis Ungarie. Domnus Fridericus imperator cum multis terre magnatibus per Ungariam et Greciam in succursu Iherosalimorum properavit. Rex Heinricus in curia Wircenburg principibus[h] beneficia sub[i] vexillis concessit. Wilhelmus rex Sycilie obiit.

1190. Ludvicus landgravius Thuringie mortuus est apud Ackaron. Heinricus rex confederato sibi Philippo Coloniensi archiepiscopo, collecto exercitu transalpinavit. Nuntiata est mors Friderici imperatoris, qui habito longo prelio cum pagano, et victo atque capto Yconio[k], cum aquam fortissimam transnataturus intrasset, mortuus est.

1191. Mortuus est papa Clemens, cui successit Celestinus. Imperator Heinricus Rome coronatur. Castrum Tusculanum a Romanis destruitur. Mortuus est dux Suevie Fridericus; cui frater Cunradus successit. Imperator Heinricus Apuliam intrat. Neapolis obsidetur. Eodem anno facta est mortalitas inaudita Theutonicorum in eadem obsidione. Philippus Coloniensis archiepiscopus ibidem mortuus est, et dux Boemorum. Heinricus imperator repatriavit.

1192. Richardus rex Anglie captus est a Lupuldo duce Austrie; pro cuius redemptione data sunt 150 milia Heinrico imperatori.

1193. Heinricus imperator iterum collecto exercitu, devicto Salerno et tota Apulia sibi subiugata, Syciliam intravit, et in die natali Domini apud Panormam in regem Siclum gloriose coronatus est. Heinricus imperator Erenam, filiam Ysaac[l] regis Grecie, Philippo fratri suo commisit, cui etiam principatum Capue donavit. Heinricus imperator totam Tusciam et terram comitisse Mathildis Philippo fratri suo vexillari feodo concessit.

1194. Heinricus imperator in Theutoniam rediit, ducens secum captivos qui in mortem eius conspiraverant, scilicet uxorem Tancradi cum filio et duabus filiabus, et Margaritam principem piratarum, et 16 ex magnatibus tam Sycilie quam Apulie.

1195. Heinricus imperator apud Geilenhusen solempnem curiam celebravit; ubi duobus presentibus cardinalibus, Moguntinus archiepiscopus et multi alii principes cum infinita multitudine populi cruce signati sunt.

1196. Heinricus imperator tertio Apuliam intravit, Cristi peregrinis navigium cum copioso apparatu preparari fecit . . . . . . .[m]

a) abiurato 1. abiucato 2. b) *ita correxi;* autem 1. a 2. *cf. Ann. Colon. infra.* c) Cremenam 1. 2. d) *scilicet qui et H.* e) manifredi 2. f) sebd. 1. f*) milesensis 1. milisensis 2. g) marcio 1. 2. h) principes 1. 2. i) sua 2. k) geonio 1. l) curse 1. 2. m) *nonnulla excidisse videntur.*

# ANNALES RODENSES.

*Monasterium Rodense a septentrione civitatis Aquisgranensis situm*[1], *initio saeculi duodecimi ab Ailberto viro nobili, comitum Wassenbergensium et Clivensium cognato, fundatum est scemate Longobardico*[2], *atque comitibus de Saphenberch tum ducibus Limburgensibus loci patronis, virorum feminarumque piorum, inter quos Embrico Adolfi comitis ministerialis primum locum tenuit, donationibus a parvis initiis paullatim eo crevit, ut medio saeculo latum agrorum tractum possideret. Quo tempore locus et scriptorem originum suarum nactus est, cuius liber postquam longa nocte tectus fuerat, tandem nostro aevo in manus Quixii devenit, quo praematuro fato extincto, cum reliquis viri docti et patriae amantissimi libris manuscriptis pecunia comparatus anno 1847. in bibliothecam regiam Berolinensem transiit, ubi hodie inter codices Latinos in folio numero 365 signatus servatur. Est liber in membranis latis et altis saeculo XII. medio exaratus, littera cuius specimen proponimus; duplex plagula, scilicet quaternionis primi folia 3. et 6, nescio quo casu iam saeculo XVII. exciderunt, quorum loco chartis tum recens insertis suffectae sunt, textu ut videtur satis fideliter suppleto. Praeterea iam tunc foliorum 8. et 9. pars quaedam atramento iniecto ita obscurata est, ut nonnullae voces plane oblitteratae nec hodie vel chemicae artis medela adhibita integrae restaurari potuerint, dum in apographis saeculo XVII. factis vel multo maiores lacunae patent.* 3 *Liber circa annum 1148 scribi coeptus*[3] *una eademque fere manu narrationem inde ab anno 1104 usque ad annum 1152 producit; reliqua anni 1152 pars, annus 1153, necnon anni 1154—1157 processu temporis subiecti sunt. Scriptor opus suum magno studio retractasse videtur, plurimis textus locis erasis et alia narratione substituta. Liber desinit initio paginae 22'.*

*Narratio praecipue res monasterii Rodensis tractat. Agit tum de vita et institutionibus monasticis, de singulis abbatibus et prioribus, de factionibus coenobitarum, tum de omnibus quae ad res et possessiones monasterii et patronorum eius atque donatorum pertinent. Occurrunt homines eius aevi diversi generis et conditionis, res gestae regum et imperatorum, episcoporum Leodiensium et Coloniensium, ducum et principum Lotharingiae; legimus de venditione, commutatione et acquisitione agrorum per homines diversi generis, de* 7 *mimis*[4] *et pictoribus*[5], *de negotio usurariorum*[6] *et nummulariorum*[7]; *narrantur*

1) hodie Klosterrad prope Herzogenrad sive Rolduc, cuius delineationem dedit Cl. Schaepkens in libro: Rolduc et ses environs. Bruxelles 1852. fol. 2) v. a. 1106. Cryptam et ecclesiam vide apud Schaepkens. 3) post annum 1131 v. anno 1121; post a. 1136 cf. a. 1125; post a. 1144 v. a. 1139; post a. 1145 cf. a. 1118 et 1134; post a. 1147 v. a. 1136; haud ante a. 1148 v. a. 1131 et 1146. 4) a. 1109. 5) a. 1137. 6) a. 1144. 1145. 7) a. 1153.

*expeditiones in Terram sanctam et in Italiam, nec effectus earum in res terrae Ribuariensis celatur*[8]*; et in universum scriptorem chartarum publicarum auctoritate bene instructum negotia sui temporis referre conspicimus. Quem monachum Rodensem fuisse, minime dubitare licet, quamvis nomen suum latere voluerit.*

*Nonnullae libri notitiae in annalibus Aquensibus eius temporis excerptae esse videntur.*

*Apographa codicis unici saeculo XVIII. confecta habentur in bibliotheca publica Bruxellensi inter chartas Patrum Bollandianorum N.* 17,075[9] *et inter schedas b. m. M. S. P. Ernst, qui libro in historia sua Limburgensi*[10] *usus est, eumque publici iuris facere intendit*[10*].

*Textus qualem hic sistimus, opera mea atque Wattenbachii nostri ex autographo, qua diligentia fieri potuit, descriptus est.*

Fuerunt in Flandriensi provintia duo nobiles, germani fratres, aput saeculum praeclari et potentes, quorum alter Gerardus, et alter vocabatur Rutgerus, invicti videlicet patriae et rei publicae tutores. Unde gravissimis contra se exortis a principibus terrae illius praeliis, contulerunt se obsequio Romani imperatoris, qui locavit Gerardum aput Wasenberch[11] et Rutgerum aput Clive[12], traditis utrique tot et tantis terrarum beneficiis, ut et ipsi et eorum posteri ex rerum felicitate principes facti sint huius regionis. Horum igitur nobili ex progenie, in natali eorum terra remanente, surrexit vir illustris Amorricus nomine, habitans quidem aput oppidum, cui nomen est Anthonium[13], non longe a Thornaco civitate. Civitas haec sita est in confinio Brabantiae et Flandriensis provintiae, iuxta flumen quod Xelda[14] nuncupatur, in aquilonari illius latere, copiosa existens et faecunda effluenti rerum ubertate, et illustris dignitate pontificalis cathedrae. Oppidum vero praedictum versus occidentem a civitate est situm, in australi praedicti fluminis littore, quasi itinere unius leucae, ubi praedictus vir ille dictus est habitasse. Qui cum nobilis esset vitae, nobili quoque conducta uxore, genuit ex ea dilectissimos sibi liberos, et pro naturali iure sibi diligendos; unum tamen praecipue quasi illius felicitatis praescius dilexit ante alios, cui vocabulum erat Ailbertus, qui etiam ab alienis prae omnibus aliis est adamatus. Unde praecogitato quasi prophetali consilio, dilectissimum sibi puerum non relinquere aput saeculum, tradidit illum Thornacensi aecclesiae litterarum officio et clericali religione informandum, ut canonicus eiusdem factus aecclesiae, ibidem cum ceteris domino Deo servituris divinae religionis persolveret obsequium. Aecclesia haec pontificali cathedra insignis est et praecellens dignitate, quae etiam tunc inter alias religione pollebat et honore. Ubi transacta aetate illa quae sub magistri ferula constat aeducanda, votum vovit Deo, iuventute etiam transcensa mundum penitus se relicturum, adiuvante se Salvatoris clementia. Et ne interim fortasse aliqua infirmitate aetatis suae a sancta deviare potuisset promissione, quam Domino spoponderat servare, si ociis et levitatibus tanto vacaret tempore[a], ipse coepit cum omni studio in philosophis et liberalibus meditari disciplinis sub proviso sibi praeceptore, unde scolis transactis magister est promotus[b] eiusdem cuius extitit canonicus aecclesiae, pro eo quod secundus sibi non inveniretur ibi in profectu litteralis[c] studii. Quo ipse officio pro votis accepto, quasi hoc ad tempus deservire posset Domino, cum in causa rerum non[d] esset ambitio, factus est quasi primus omnium, doctor artium liberalium, arbitrans etiam in docendo obsequium se[e] praestare Deo. Transacto interea tempore scolaris eius doctrinae, functus est[f] sacerdotali dignitate[g], ascensiones virtutum ponens sibi in corde, quod hoc officio dignius Deo et devotius[h] posset servire, et aecclesiasticis solummodo disciplinis coepit vacare, manum subtrahens paenitus ab omni mundiali impeditione. Nam et corpus statim continuis affecit ieiuniis, et orationes prolixis prolongavit vigiliis, et

fol. 1'.

a) tempor *excisa.* b) t . . . . . . pmotus *reliqua excisa c.* c) litterali . . . . . . . Quo *c.* d) n . . . . . . bitio *c.* e) obs . . . . . prestare *c.* f) f . . . . . st *c.* g) te as *excisa.* h) de . . . . . *c.*

8) a. 1148. 9) v. Annales nostros T. VIII. p. 545. 10) Histoire de Limbourg publiée par S. Lavallaye T. II. pp. 283 sqq. 10*) quod a S. Lavallaye factum constat. 11) Wassenberg terrae Iuliacensis. 12) Cleve. 13) Antoing ad Scaldim, in Hannonia. 14) Schelde.

benificia largius circumquaque pauperibus distribuit et egenis. Unde fama bonae opinionis eius ubique in populum se diffundente, coeperunt eum universi laudibus extollere, quod vere Dei servus esset ille, qui tanta sui castigatione et tam religiosa Deo serviret habitudine. His enim diebus rarum habebatur et laude dignum, proprio aliquem arbitrio castum videri et religiosum. Quo sacerdos audito, se videlicet favore vano extolli a populo, temptavit occulte egredi de terra nemine sibi conscio, sperans iam adimplere votum, quod adolescens voverat Domino. Sed praeventus est a suis quibusdam amicis et retractus, et ne eos relinqueret sacramento adiurationis constrictus; quod Dei scilicet actum voluntate, opus adhuc demonstrat illius. Nam statim facultates suas et possessiones in egenos dispersit et pauperes, et se ipsum acrioribus maceravit ieiuniis, et prolixius insistebat orationibus et vigiliis, et postremo aedificavit ibidem aecclesiam sumptu et dispendio proprii laboris. Porro Dei famulo id interim agente, demonstratus est ei frequenter in visionibus situs loci huius, qui nunc Rodensi monasterio est decoratus. Aecclesia autem praedicta, ab ipso constructa sacerdote, sita est iuxta Thornacum ab occidua civitatis parte, in quodam videlicet colle, a loco non longe; et post aliquot constructionis suae annos, congregatis illic fratribus canonicis, facta est eis monasterium religionis. Ubi tandem, dum in arto colle pro sui multitudine non possent permanere, et quia difficile erat eis necessaria super ardua contrahere, construxerunt sibi monasterium in planitie, inter collem videlicet et civitatem, in prato situm, quod ex situ loci „in Prato" est nuncupatum, superius ordinatis fratribus, qui etiam ibi divinum celebrent ministerium. Huius vero monasterii fratres eodem quo et hii Rodenses habitu utuntur et scemate, id est nigra cappa, superpellicioque et tunica interiore. Consummata igitur praedicta, quam sacerdos construxerat, aecclesia, et ad usum divini cultus consecrata, egressus est ipse de natali terra versus orientem itinere directus, comitantibus secum duobus germanis fratribus, quorum alter Thyemo, et alter vocabatur Walgerus, quibus ipse erat tertius, comprobante Domino, qui direxit eos, quod fidelis et ydoneus sanctae Trinitatis cultor suus esset sacerdos. Et collecto itinere non longo a civitate, coeperunt inter se mutuo conferre, quonam potius gressum possent dirigere, cum inprovisae ignari essent viae. Unde sacerdoti incidit in corde, inter Renum et Mosam locum incultum querere, ubi ex proprio labore Domino posset deservire, quasi hoc illi etiam tunc revelaret Dominus, a quo dudum ei, ut credebatur, in natali terra situs Rodensis aecclesiae totiens est demonstratus, qui inter Renum et Mosam constat positus. Et preterito Traiectensi oppido circuierunt ubique partes Ripariae sine prosperitate inquisitionis suae, quia nusquam invenerunt locum, ubi sacerdos vellet permanere, quasi disposuisset Deus eum quamvis nescium in Rodensem locum perducere. Sacerdos praeterea et fratres eius natione erant cognati comitis Gerardi de Gelren, et Goswini de Hemesberch[15], et comitis Heinrici de Krikenbach[16], et comitis Theodrici de Clyve, quos pariter et hos eodem tempore constat vita viguisse. Illi enim fuerant pronepotes duorum fratrum illorum Flandrensium[a], unde narratio haec sumpsit exordium; ex quorum etiam progenie tres isti fratres edocti sunt processisse. Horum ergo consanguineus cum esset sacerdos et fratres eius, noluit tamen ad eos quasi subsidium petiturus gressum divertere, quia soli Deo commendavit spem peregrinationis suae[b].

His diebus ingressus est suum Rodense castrum comes Adelbertus de Saphenberch[17] dictus, quasi Dei nutu illic sacerdoti occursurus, quod postmodum rei comprobavit eventus. Comes iste nobilis fuit natione, sed provectus aetate, cuius etiam inter caetera quae habuit plurima proprium fuit allodium huius Rodensis parrochiae. Uxor vero comitis vocabatur Mathildis, magnae in Christo ut ferebatur devotionis, quae illi iam seni ex aetate parili unicum genuerat filium nomine Adolphum, utrique dilectiorem super aurum et topazion; solus quippe fuit haeres illorum. Sacerdos vero agens interea gressum iuxta Rodense castrum, ad comitem est ingressus, significata ei peregrinationis suae causa cum supplicatione subiecta. Qui concessit ei in suis ubique terminis locum querere; vellet quippe illi, si huic aptum operi inveniret, libenter acquiescere. Unde perillustratis ubique nemoribus, circa valles et rivulos, quasi ex his duobus aptior habitatio sit et situs, planum quoddam est ingressus, cuius faciem recognovit se, adhuc in Flandria existens, creberrimis aspexisse

a) *alia manu* Flandriensium. b) uae *excisa.*

15) Heinsberg ad amnem Wurm ab oriente Mosae. 16) Krieckenbeck in terra Geldrensi. 17) Saffenberg ad fluvium Abr in sinistra Rheni.

visionibus. Erat autem locus exterius arboribus ubique circumpositus, et in medio herba floridus, et in utroque sui latere fontium ubertate irriguus, quasi situs a Domino provisus fol. servis suis fuisset et praeparatus. Et procedens paululum, ubi nunc cripta habetur et sacrarium, erectis sursum manibus et dimissis in terram genibus, toto corpore humi est summissus cum devotis ad Deum supplicationibus, pro eo quod sibi divinitus idem locus olim in visionibus crebro fuisset praemonstratus. Inter haec quoque tinnitum quasi clangorem campanarum ibidem sub terra resonum se manifeste contestati sunt audivisse fratres eius Thyemo et Walgerus, quos huc itineris sui habuit socios, hoc videlicet significante praesagio, quod ipse locus Dei servitio esset insigniendus. Et considerata circumquaque locorum qualitate, quod hic sufficerent ligna, amnis[18] esset contigua, nec gravis lapidum 18 distantia, ubique arabili imminente terra; indicavit comiti, congruum sibi ad inhabitandum se invenisse locum, si tantum largitate ipsius mereretur accessum. Sed quia contiguus castro[19] est locus, et castrorum tumultus cenobiis est obnoxius, voluit eum comes hinc 19 summovere, quo quietius posset habitare; sed ipse magis elegit hic remanere. Tunc tradidit ei locum Dei servitio mancipandum, et quicquid inter duos fontes et eorum continetur torrentes, assignavit ei totum, ab occidua videlicet via usque in orientalem fluvium, quicquid nemoris pratique fuit et agrorum. Non enim plura habuit hic circa a possessore vacua, quae ei tunc potuisset dare; nec ipse affectavit multa possidere, quia proposuerat sibi paupertatem huius vitae. Et cum sibi designarentur termini, tunc etiam id spacii quod inter vallem castrensis viculi et cursum continetur rivuli, a fluvio orientali usque in medium luci, propter locum molendini, fecit terminis suis assignari; unde post paulum posuit molendinum in eodem spacio super ripam eiusdem fluvii.

Anno dominicae incarnationis 1104, regni autem imperatoris Heinrici huius nominis 1104. quarti 47°, sedis vero Obberti Leodiensis aecclesiae episcopi 13°, indictione 12ª, ingressus est locum hunc Ailbertus sacerdos, et coepit in eo primus omnium cum duobus praedictis habitare fratribus, labori et operibus propriis insistens manibus; incultus quippe erat locus et ab homine nunquam inhabitatus. Et erecta inibi cappella ex lignorum materia, celebravit in ea etiam primus humanae salutis misteria; Dei servitio initians locum, cooperante sibi in omnibus Salvatoris clementia. Plebs vero circumposita, comperto rumore, quendam Dei servum, qui verus doctor esset animarum, huc advenisse, et hic velle ad serviendum Domino permanere, coepit certatim ad eum et maxime timentes Deum confluere, et monita salutis ab eo percipere, suppeditantes quoque illi stipendia huius[a] vitae. Distributis enim in egenis facultatibus suis in terra nativitatis, nichil tulit secum substantiae aut facultatis, paupertatem Christi sperans imitari voto aeternae illius promissionis. Unde necesse erat illi laborem et opus propriis exercere manibus, et benificia non aspernari suscipere a fidelibus. Nec silentio est praetereundum, quod convicanei huius loci, quibus olim situs erat notus, asserebant sibi inde crebro sacras et memoriae dignas visiones apparuisse, et pastores qui ibi pascebant greges affirmabant, se etiam sepe in eo dulcisonum et quasi angelicum audisse concentum, quasi hoc fuisset praesagium, quod futurum ibi esset christianae religionis ministerium. Unde promulgato ubique hoc rumore incultus remansit locus, et a nemine est inhabitatus, donec idem huc ingressus est et habitavit sacerdos.

Anno autem secundo sui adventus, corde inspiratus, pro commonendis parentibus et 1105. cognatis regressus est ad terram nativitatis, in loco fratre suo Thyemone relicto; nam Walgerus interim Ierosolimam, ubi finivit et vitam, est profectus. Et commonitis parentibus et notis ad patriam suspirare salutis, in reditu rogatus est a nobili matrona[b] et divite fol. 3. ecclesiam regularis formae sibi fundare. Sed non acquievit ei, eo quod voluntatem haberet sine intermissione ad locum suum remeare. Unde proxima nocte quasi angelica motus visione precibus matronae libenter acquiescere, coepit ei in proximo ecclesiam fundare, et quantum dimidio potuit anno construxit, Domino sibi auxiliante, in terra scilicet Brabantiae, quae Elsbech nuncupata est, ordinata iam ibi monachica religione. Quo iam facto et loco prout potuit disposito, cum ibi nollet remanere, regressus est huc, unde non recesserat mente, constanter hic Domino serviens et devote.

Anno adventus sui tertio erexit sanctuarium ex materia lapidum desuper lapidibus 1106. obductum, volens succedente sibi oportunitate consummare monasterium. His diebus

a) h *abscisum.* b) *fol.* 3 *excidit, at in charta saeculo XVII. suppletus est textus.*

18) Wurm dictus. 19) Herzogenrath.

annona erat cara, et plebs est fame nimis afflicta, quia fructum suum negarat terra. Sed sacerdoti omnis necessitas suppleta est a comite, et destinata rerum abundantia a maioribus terrae, qui se contulerant ad notitiam orationis eius et amicitiae; sed ipse sibi nihil horum reservavit in posterum, nisi illo qui dona susciperet deficiente. Is etiam saepissime in media hyeme, dum omnia constringuntur frigore, sine amictu viguit exteriore, quem egenis constat exhibuisse; quia non est visus ab egenis manum largitatis unquam subtraxisse. Unde bono rumore istius famae se etiam in alias terrae partes diffundente, quod vere Dei 20 servus esset iste, venit ad eum Conradus[20] Traiectensis ecclesiae episcopus, habito cum eo huiusmodi sermone, quod sterilis esset haec terra, et incolarum iure occupata, volens hinc eum secum in suam dioecesin adsportare, promissa ei magna et fertiliori terra in Traiectensi regione. Sed ipse noluit hinc voto terrenae acquisitionis recedere. Conradus iste construxit monasterium Traiecti scemate in honore sanctae Mariae, et voluit illam indomabilem Fresonum gentem ad solitam christianitatis observantiam redigere; sed ipsi inito contra eum mortis consilio, destinaverunt ad eum quasi pacis baiulum pro se simulatam ab eo misericordiam quaerere, qui petita coram illo venia se levans a terra, occidit eum occulte infixo uteri illius pugione; et sic coronatus est episcopus corona vitae. Sacerdos vero Ailbertus humilis erat valde et in omni morum praeclarus honestate, verax in sermone et strenuus in opere, in eleemosynis largus et in hospitalitate uberrimus, assiduus in vigiliis et continuus in ieiuniis, in oratione sedulus et in Dei servitio devotus, inter homines conspicuus et in universis actibus fidelis et honestus. Habitus autem illius erat modicus, nec multum vilis nec nitidus, strictior tamen et brevior quam modernus sit usus, vix pedes eius contingens superius, quo et quali antiquitus vigente adhuc religione utebatur clerus; sed interius circa corpus pro tunica cilicio semper fuit perindutus. Calceorum quoque usus non erat ei penitus, nisi tunc tantum cum divinum celebraret officium, nudis semper existens pedibus, quia illum nec hyemale vincebat frigus, qui sancta charitate erat amictus. Apostolicam enim vitam, qua suos quoque pater ille informat Augustinus, pro ordine est imitatus, semper communem vitae legem ad normam servans apostolici coetus, et propriis nichilominus operi insistens manibus, ut et beatus fecisse legitur Paulus, et lineis exterius pro habitu est usus, quibus etiam utebatur apostolus Iacobus, qui appellatur Iustus, primus scilicet Hierosolymorum episcopus. Et cum ipse esset summae abstinentiae, ut in exhausto quoque eius apparuit corpore, dapsilis tamen erat aliis et semper coram omnibus hilaris et largus erat valde; semper bona plenus voluntate, manum exhibitionis nunquam subtrahens ab ullius petitione, si tamen vacuus prorsus non erat substantia rerum aut facultate. Neque enim carnibus ulla pro infirmitate usus est aut sagimine, sobrietati semper vacans et parsimoniae pro conservanda utriusque hominis castitate, cum modo labascat homo ex cibi voluptate, modo ex quacunque stomachi plenitudine. Et simili modo abstinuit vino et omni potu voluptuoso, nisi aut hospitum gratia aut aegritudinis molestia imbecillitatem suam temperaret ullo modico. Unde divini opus miraculi constat fuisse, quod ipse tepor aquae, quam ille semper ex usu solebat potare, in vini saporem in manu eius mutatus est tertia vice. Nam quodam tempore acerrima corporis detentus passione, qua se assumendum putabat ex homine, rogavit sibi a baiulo haustum, quo perfunderet gustum, afferri de fonte, sed in allato sibi vasculo vini cognito sapore, suspicatus est naturale vinum fuisse, rogat iterum ac tertio toties potu a se remoto, non vinum sibi sed haustum porrigi aquae, et baiulo iure iurando affirmante, eundem potum procul dubio in fontem toties hausisse, eum bibit et convaluit vir Dei, gratias agens et benedicens Domino coeli et terrae.

Porro vir iste fuit tantae compassionis et misericordiae in proximorum egestate, ut nunquam vacuus ab eo ullus pro aliqua recederet petitione, nisi aliqua rerum donaret eum facultate, et verbi divini recrearet consolatione. Plus enim valde Deo acceptum fuisse consolari aiebat egenos et procurare, et maxime domesticos fidei et vitae, quam aedificia domorum, quae succedente sibi senio peritura sunt, construere, cum animae ad imaginem Dei factae immortales sint et semper victurae. Et cum in dandis rebus tam hilaris esset et largus, quasi ab apostolis missus apostolicae vitae discipulus, nunquam tamen aut raro visus est egens aut vacuus, quia ei semper necessaria providebat et contulit, cui ipse

20) Obierat a Frisonibus occisus a. 1099. d. 14. Aprilis, quare Burchardi successoris eius nomen hic intelligendum esse monet Ernst Hist. de Limbourg II, 293.

servivit, universorum procurator et dominus. Unde ex plurimis miraculis huius unum sufficit ad narrandum, ne tot et tanta lectorem reddant ambiguum. Quadam enim die invalescente iam ubique gravi et asperrima fame, cum nusquam venalia invenirentur stipendia huius vitae, nec in loco hoc haberentur panes nisi tres tantum ad sumptum totius familiae, ingressi sunt hospites, consumpti sunt panes, remanente sine pastu die illo Dei sacerdote; sed aperto mane hostio, remanente adhuc in orationibus Dei famulo, inventum est plaustrum stans ante hostium, omnibus bonis onustum, quod non est dubitandum divinitus illi fuisse transmissum proflua largitate bonorum hominum.

Accepta interim comes libertate cuiusdam terrae apud Berenbruch solutisque inde possessoribus, tradidit ei ibidem duos mansos, utroque determinato sexaginta diurnalibus, cum omnium decimarum iure, ubi ipse illico construxit curtim ecclesiae, quae prima caeterarum fuit ex constructione. Mathildis uxor comitis, cum et ipsa bonae esset in Christo devotionis, dedit ei etiam mansum, sed per comitis manum, inter Meinweidam et Anstelam situm superius Hagenrode, eadem qua comes illum possederat lege, absque decimarum iure, quia illae non sui iuris, sed cuiusdam ministerialis fuere. Comes quoque dedit ei septem iugera, et curtile cum decimarum iure inter Crumbach et Rothe, et aput[a] Crumbach omnis iuris sui decimas, et aput[a] Speckhusen dedit illas de sua curte, et quaecunque in allodio hoc ipsius fuere, excepta porcorum et volatilium redditione[b], quod non horum vir Dei uteretur coctione.

Post haec dedit ei dimidium silvae mansum de ea quae nuncupatur Meinwetha, in australi eius parte[c], ubi ipsa proxima est aecclesiae, tali excepto tenore, ut precium por- fol. 4. corum, qui ibi circumquaque sub precio vescuntur glande, totum sibi precium cedat eorum, pro iure; sed porcis aecclesiae ubique pasci liceat ex propria potestate. Adhuc enim tam spissa erat quaelibet silva in hac parrochia, ut nusquam in eis procedere posset biga absque via publica.

His diebus habitavit aput Meinscozen ministerialis quidam comitis, Embrico dictus, vir nominatus, locuples et honestus, cui erat uxor Adeleida[d], liberi Herimannus et Margareta. Is sane cognito romore de hoc sacerdote, quod tam sanctae conversationis esset et inestimabilis vitae, instante sibi iam ex divina inspiratione convertendi se voluntate, dimissus una cum possessionibus a comite, transtulit se huc cum coniuge Adeleida, liberis[e] Herimanno et Margareta, conferens loco possessiones et mancipia, agros et vineta, horum traditione omnium aecclesiae a comite facta. Haec sunt igitur donaria, quae dono illius haec possidet aecclesia: Curtis aput Arwilre, quae Gyssenhoven nuncupatur, cum possessionibus suis agrisque et vinetis, et ea quae ibidem tenet familia censuali iure, serviens inde loco huic et aecclesiae. Et ibidem octava pars avenae, quam gens ibidem manens absque haereditario iure solvit dominio pro usu silvae eiusdem villae. Et molendinum inferius oppidum, cui predicta quoque familia debitum molendi ministrat obsequium. Aput Lantershoven unum censuale feodum. Aput Hemmingeshoven feoda duo censualia. Curtis aput Meinscozen cum possessionibus suis agrisque et vinetis, et ea quae sub illa tenet familia censuali iure, serviens inde loco huic et aecclesiae. Et cappella ibidem sita erat Embriconis propria, cum a patre suo esset constructa, sed a Godefrido sacerdote est aecclesiae huic fraude ablata, dum locus iste propria laboraret discordia*. Naenthrote cum possessionibus et familia. Gisenrothe cum terra culta et inculta, et quadam silveola. Et aput Colburne quaedam parva censualis terra. Aput Asch curtis, quae nuncupatur Roth, cum agricultura et quadam silva, et hinc inferius terra Walprehsforst nuncupata. Et ibidem unus censualis mansus. Aput Daegernowen unus censualis mansus. Aput Dorwilre tres solidi et sex denarii. Aput Scuren maldri quinque et dimidius tritici. Haec autem adhuc omnia mundiali possidens iure, bannumque in utraque hac curte tenens a comite sub sui regiminis ditione, eiusdem banni et regiminis auctoritatem loco huic contulit pariter cum haereditate.

Adeleida vero uxor eius, ex nobili orta progenie, monialis extiterat in quodam virginum monasterio, unde asportata et iuncta conubio, privata est a parentibus omni haereditate[f], concesso ei tantum dimidio aput Lich manso, quem et ipsa contulit aecclesiae.

*) Amissa est capella circa annum Domini 1134. *manu alia in margine addita et rubra linea notata.*

a) apud 2. b) r. ea ratione quod 2. c) *hinc iterum membrana.* d) adelida *c. hoc loco.* e) libris *c.* f) hereriditate *c.*

Ingressus itaque locum Embrico, inita statim cum Dei sacerdote commanendi promissione, comminuit sacrarium a sacerdote constructum, volens post paululum maioris formae initiare et construere, si posset, monasterium. Deposito interea sacrario, construxerunt criptam in eodem loco sacerdos et frater Embrico, iacientes fundamentum monasterii scemate Longobardino[a]. Ignotum eis fuisse constat locum ordinare et determinare monasterium cohabitandae multitudini in unum, unde adhuc incomodum est inhabitantibus
fol. 4'. et religiosis dissimile idem edificium'.

1108. Dec. 13. Anno dominicae incarnationis 1108, indictione 1. consecratus est locus Rodensis aecclesiae et cripta in honorem sanctae Dei genitricis Mariae sanctique Gabrielis archangeli, ab Obberto Leodiensis aecclesiae episcopo, Idus Decembris, die dominica, luna nona, anno autem regni imperatoris Heinrici huius nominis quinti 3°, praesulatus vero eiusdem Obberti 16°, regnante in perpetuum Domino. Adelbertus autem comes et filius cum eo Adolphus ante altare stantes coram pontifice, nondum inchoata consecratione, manumiserunt locum et quicquid contulerant ei, omnia tradentes libertati, domino Deo videlicet et sanctae Mariae semper virgini et beato archangelo Gabrieli. Et tunc ordinaverunt ipsi advocatiam aecclesiae tali dispositione, ut praelatus habita sibi placitandi ac iudicandi potestate, praesit loco possessionibus et familiae. Sed et ipsi et successores sui aecclesiam possessionesque et familiam tueri debeant et defendere pro salute tantummodo animae suae, nunquam in loco
20 hoc aut possessionibus huc pertinentibus ausi placitum convocare, aut petitiones[20] movere, aut aliquid sui iuris agere quasi ex propria potestate. Quod si forte praelatus aliqua necessitate compulsus advocatum invitaverit, tertio ille acquisitionis[b] denario contentus sit.

Haec igitur institutio libertatis aecclesiae huius corroborata est statim ab episcopo auctoritate ipsius et banno, cartaque et sigillo; qui etiam concessit fratribus inibi Deo servientibus, si eos augeret Dominus, libere praelatum eligere, et crisma sicut reliquum consecrationis oleum a se ipso, id est Leodiensi episcopo, suscipere; baptismum consecrare et baptizare; verbum Dei pronuntiare, sepulturam praestare, et nutricios aecclesiae soli praelato pro anima respondere, omnia stabiliens et confirmans episcopali auctoritate.

Conradus vero sacerdos cum ministerialis regni esset et Heinrici imperatoris capellanus, accepta eiusdem Heinrici licentia et auctoritate regia, tradidit aecclesiae hoc eodem die praedium suum, quod est situm aput Morsborne, unde natus fuit et ipse, 11 solvens solidos et 4 denarios, et de molendino etiam ibidem sito 30 denarios. Molendinum enim trium erat consortium, unicuique eorum eiusdem numeri reddens censum.

Dec. 14. Proxima hinc die consecrationis loci huius et criptae, id est feria secunda, dedicata est parrochiana sancti Lamberti aecclesia a praedicto praesule Obberto, quae dudum erat combusta ab Heinrico de Lemburgensi castro, patre videlicet ducis Walrami, cum ille sibi tertiam subiugare partem vellet huius allodii. Cimiterium huius aecclesiae erat muro circumdatum, quo combusta iam aecclesia effosso, communitum est inde castrum, praedium hoc ad defendendum. Obbertus iste contractus fuit corpore, et cophini baiulabatur subvectione, sed aecclesiasticas dignitates[c], ut tunc erat moris, distribuit venundatione.

1109. Anno dominicae incarnationis millesimo centesimo nono emit sacerdos et frater Embrico mansum 60 diurnalium a quodam Ansfrido de domo lapidea ultra Anstelam posita. Mansus iste situs est ex parte inter vivaria et torrentem, quae dicitur Frowensipha, sed inferius arbusta transit torrentem eadem terra, usque ad inferiorem fluvium porrecta. Et ex parte situs est inter Baerenbruch et Meinwettha, ad quem pertinebant etiam superiora illius paludis arbusta, quae Baerenbruch est nuncupata. Decimas quoque eiusdem mansi
fol. 5. dedit comes aecclesiae, facta ab eo et mansi pariter et decimarum traditione'. Eodem anno coeperunt clerici se huc contrahere, inita cum Dei sacerdote commanendi promissione.

His ergo diebus coepit sacerdos tractare cum fratribus de religione et statu aecclesiae, quod inconveniens esset fratres pariter et sorores in eodem loco cohabitare; unde consulta sorore Adeleida, si vellet cum suis in cimiterio parrochianae Rodensis aecclesiae manere, rogaret comitem eandem aecclesiam huic subiugare. Adhuc enim aecclesia illa erat comitis propria ex successione paterna. Nam Adeleida et aliae secum sorores hoc in loco habitantes ad eandem missam confluxerunt ad quam convenerunt et fratres. Illa autem respondente se ad haec libenter oboedire, convictus statim sacerdotis precibus comes Adelbertus subiugavit loco huic praelictam, ut sui iuris erat, aecclesiam. Sed cum vellet ibi sacerdos

a) *ita c.* b) acquitisi tionis *c.* c) ut t. e. m. d. v. *in loco raso.*

20) *beden.*

habitaculum eis construere, subintulit Adeleida, se nolle hunc locum deserere, aut in Rodensi pago, aut in quolibet alio unquam habitare. Hac ergo causa est ilico orta inter eos discordia, affirmante Dei sacerdote, se nolle nec debere in eodem loco cum feminis habitare, Embricone autem e contra sorores ex novitate loci defendente, quod tam paucae adhuc essent sufferendae. Et sacerdote in sua sententia perseverante, interpellabat eum aput comitem, rogans illum sibi eum ad iusticiam servare, vellet enim ipsum in tantum dehonestare, quod nullo dignus iudicaretur honore. Unde comes valde commotus, cum non posset illum compescere, nolens ei iusticiam denegare, posuit illi diem legis et iusticiae. Qua iam significata, convocati sunt ab Embricone priores Leodii et Coloniae et multi maiorum provintiae, ammirantes valde et dolentes, quid criminis aut noxae commissum sit a tam sancto et honesto sacerdote, cum nunquam de eo quid mali perceperint aut culpae. Congregatis igitur qui invitati erant coram comite, causam illius querimoniae et huius responsum praestolante, progressus in medium sacerdos sciscitatur, cur vel qua ex causa provocatus sit a fratre Embricone, illi iam paratus totius innocentiae rationem reddere; non est ibi penitus ulla alicuius respondentis vox audita, fratre etiam Embricone quasi imposito sibi silentio conticescente. Et silentibus adhuc omnibus prorupit quidam in vocem istam, quod nec frater Embrico nec alius quisquam solo saltim verbo interpellaret eum; cur ergo non solverent conventum, cum etiam Dominus sacerdotem suum comprobasset innoxium? Unde Deo laudibus relatis ab omnibus, quod ille Dei servus divino erat iudicio insons comprobatus, commonuerunt hominem, quod magistro esset subiectus; et ita solutus est conventus. Sed quia dissensio ista ex diversitate etiam hac illorum est emersa, quod sacerdos quicquid habere potuit a petente nunquam subtraxit, frater Embrico magis edificio quae habebantur reservari iudicavit, diu inter eos concordia non perseveravit, post paululum utroque ad hoc divertente, quod maxime observari comprobavit.

Adeleidis vidua, quae de familia erat Sigefridi comitis palatini, cuius Sigefridi inter caetera, quae habuit plurima, proprium fuit allodium apud Ritherche, accepta eiusdem domini sui licentia, dedit aecclesiae mansum[a] et dimidium terrae, complanata inde in agrum curte, et facta altari ab eodem Sigefrido traditione. Terra haec sita est aput Crumbach infra terminos Ritherechiensis parrochiae, ex utroque videlicet latere stratae illius viae, ab aquilone terminum contingens Rodensis parrochiae, ex hac parte illius viae, eandem vero viam* hinc ab occidente. Hinc autem versus Aquis quasi iactu sagittae ultra fol. 5'. praedictam viam porrecta est ex parte, ipsam equidem viam contingens ab oriente. Porro decimae huius terrae sunt Aquensis aecclesiae. Adeleidis vero alternata saeculari vita huc ad caelibem est conversa, Nonas Ianuarii ex corpore assumpta.

Eodem anno captus est Sigefridus a rege, quasi delator illius vitae; sed rex ficta occasione voluit ei predium, quod magnum fuit et copiosum valde, fraudulenter auferre; unde is quatuor annis detentus est in vinculis, cum nollet illi hoc assignare.

Anno dominicae incarnationis 1110[b]. Adelbertus comes, a quo traditus est locus iste 1110. Domino et sanctae Mariae semper virgini et beato Gabrieli archangelo, defunctus est apud Saphemberch, ubi eius propriae habitationis erat sedes, et huc ad humandum, ut ipse praeceperat adhuc vivus, a filio est asportatus, et in medio criptae ante ipsum altare, ubi declaratur quiescere, honorifice est sepultus. Cuius corpore deposito sepulturae, et Domino spiritu commendato, tradidit altari filius comes Adolphus pro anima patris quaedam sui singularia quatuor aecclesiarum iura, quae habuit in Haspania[c], id est aliquas in quatuor parrochiis decimas cum modica apud Rimst[d] terra, quae plerumque verbo succincta subsequens declarat litteratura. In Haspania[c] enim magnum et copiosum habuit allodium, et diversas de diversis diversorum agris decimas habuit ibidem sub propria sui ditione, quas ex quatuor parrochiis tradidit huic aecclesiae, eodem videlicet, quo ipse eas tenuerat, tenore.

Unde aecclesiae aput Gellike sitae est sexta pars huius aecclesiae. Omnis autem terra in parrochia eadem sita, in sex heredes est distincta, unde comitis est pars una, cuius universae ibidem decimae sunt istius aecclesiae. Pars vero una est aecclesiae sancti Servatii quae est Traiecti, pars una est aecclesiae sancti Martini quae est Leodii, pars una dicta est Aquensium, pars una dicta est cohaeredum, pars una dicta est de Hurbucke; de quibus his quinque partibus terrae est sexta[e] pars decimarum huius aecclesiae.

a) m. et d. t. c. i. in a. c. *in loco raso eadem tamen manu.* b) 17. Kal. Ian. *addit* 2. c) haspania *corr. alio atramento* hasbania *c.* d) apud Rimst *in loco raso addita alio atramento.* e) ta *alio atramento.*

Ecclesiae aput Remist sitae est quinta pars huius aecclesiae, et ibidem sex bonuaria terrae, et curtile in atrio aecclesiae.

Ecclesiae aput Genike sitae est quinta pars huius aecclesiae, et etiam quinta pars decimarum terrae sancti Trudonis ibidem sitae est huius aecclesiae.

Ecclesiae aput Asch sitae est quinta pars huius aecclesiae. Terra autem nuper exculta aput Bredenlo, quae vulgo dicitur Roth, ~~ex integro solvit~~ decimas huic aecclesiae. Sic ubi terra inculta, quae vulgo dicitur Kempena, fuerit exculta, quintam partem decimarum solvit huic aecclesiae, quintus enim inde mansus declaratur comitis esse.

Adelbertus comes de Saphenberch obiit 17. Kal. Ianuarii. Mathildis vero coniunx illius obiit 2. Nonàs Decembris aput Hollendin ultra Renum, ubi propria eius sedes erat ex priore videlicet marito, et sepulta est ibi iuxta aput Wettreh in monasterio sanctimonialium, a qua[a] etiam Mathilde, ut praemissum est, habet aecclesia haec mansum.

# 1111.

1111. Anno dominicae incarnationis 1111. sacerdos Ailbertus, a quo locus iste Dei servitio est initiatus, cum karitatis doctor esset perspicuus, videns inter se et fratrem Embriconem fol. 6. haberi karitatem'[b] nequaquam posse, cum etiam nollet ei, qui tanta contulit aecclesiae, oneri esse vel causa discordiae, derelicta fratribus loci huius cohabitatione, profectus est, nescius quocunque duceret eum Dominus, versus Galliam quasi angelico ducatu recto itinere destinatus. Cuius absentia humiliatus est locus statim, et abiectus, et tanta rerum infelicitate respersus, ut multis hinc annis nullo templi aedificio auctus sit vel sublimatus. Omnes enim qui prius dilexerant locum, aut cum supputatione munerum, aut adhibendo rebus consilium, aut pro expetenda consolatione animarum, subtraxerunt se modo, accepta occasione, quod fraudati sunt a spei suae desiderio, consolatore videlicet universae necessitatis amisso. Ipse autem arrepto itinere recessionis suae, solius divinae conductu misericordiae, quo illi placet et sibi valet non diffidens pervenire, quandam profecto magnam Galliae 21 sylvam quae nuncupatur Tirache[21] est ingressus. ubi concesso sibi a principe illius terrae uno circumquaque miliario sylvae, coepit arbores desecare, terram excolere, monasterium initiare, in loco videlicet qui litteratorie Clarus fons est dictus, vulgari autem nomine Clarefontanus[22], in quo nunc albo sub habitu famulatur Deo ordo canonicus. Tiemo praeterea frater eius hoc Rodensi in loco defunctus est et sepultus, quando diem sui tertium producit Maius.

Sacerdos igitur novellum locum ingressus, novum necessario exercere opus, novisque insistere coepit laboribus, duorum tantummodo servorum, quibus ipse tertius fuit, obsequio potitus. fidelis sanctae Trinitatis cultor existens et perspicuus quasi solitarius solitudinem inhabitaturus. nisi quod etiam angelica consolatione, si fas est nobis credere, confortatus interdum est et corroboratus. Unde quam plures per eum virtutes Dominum in loco illo et regione relatu quorundam percepimus fecisse, quae tamen ad nostri notitiam, maxime vero propter interpositam tanti itineris viam, non pervenere. Neque enim ibidem litteris, deficiente notario, sunt comprehensae. Perseverante autem eo in eodem loco sub primo adhuc conversionis suae proposito, in virtutibus semper crescendo, prosperatum est opus loci illius in manu eius, adsistente illi in omnibus, quaecunque est aggressus, coeli et terrae domino Deo. Locus iste in Lugdunensi episcopatu est situs, non longe a transitu, quasi undecimo milliario a Lugdunensi[23] civitate.

Fratres vero huius loci, amisso pastore suo et sacerdote dilecto, qui tam manifesta necessitate, ne causa duceretur discordiae, cognitus est hinc discessisse, videntes se rerum profectu deficere et a consueta labi religione, neque membra proficere sine capitis regimine, legatos destinaverunt ad terram Bawariae ad monasterium religionis canonicae, quod 24 Reidenbuch[24] est nuncupatum; et elegerunt sibi inde praelatum nomine Richerum, qui et litteratura clarus erat valde, et a prima aetate informatus canonica religione. Sed cum legatis acquiescere nollet, nec se velle provehi responderet, adierunt Conradum Salceburgensis aecclesiae archiepiscopum, in cuius episcopio fuit Reidenbuch monasterium; qui accepta legatorum significatione misit illum huc sua episcopali authoritate. In monasterio autem illo erat regularis clericorum congregatio, vitaque communis et professio, sed adhuc

a) *reliqua sententiae in loco raso, alio atramento.* b) *fol. 6. in charta saec. XVII. scriptum.*

21) Thierache prope Lugdunum Clavatum. 22) Clairefontaine. 23) Laon. 24) Raitenpuch.

antiquorum more carnium vescebantur edulio; unde huius aecclesiae usus eiusdem vitae 1111.
institutus est a Richero.

Richerus igitur suscepit curam ab Obberto, Leodiensis aecclesiae episcopo, primus
omnium hoc in loco praesidendi officio, sed non acquievit in abbatem consecrari ab illo*, fol. 6'.
quia notabilis videbatur pro aecclesiasticae distributionis commertio. Eodem anno pro- cf. Ann. Aq.
fectus est Romam rex Heinricus in imperatorem ab apostolico Pascale consecrandus. Sed
quia inculpabatur, quod aecclesiasticas dignitates, cum sui non essent iuris, pro libitu suo
distribueret, et Sigefridum comitem palatinum sine causa captum teneret, unde nisi digni-
tate resignata aecclesiae, et a vinculis soluto principe, nequaquam ei[a] consecraret: tunc
capta sunt arma, facta est pugna, victus est papa, consecratus est imperator reconciliatione
facta. Pascalis enim voluit regi et regno remittere omnia regalia, ut et rex aecclesiae
remitteret aecclesiastica. Sed res non obtinuit effectum, ne ipsi inculparentur terminos
infringere antiquorum.

# 1112.

Anno dominicae incarnationis 1112. investitus est loco huic Richerus, vir Dei devotus 1112.
et omni honestate et maxime in claustrali religione praeclarus, cui et tunc in pronuntiando
Dei verbo non videbatur secundus. Adhuc enim rarum erat verbum Dei et pretiosum, et
quasi nunc primum germinare coepit in hac provincia et proficere ad fructum, postquam
Ailbertus Dei sacerdos dereliquit hunc locum. Ipse vero impositus loco non erat ab epi-
scopo, sed commendatus; unde facta rerum mutatione, est liber hinc egressus.

Richesca de Richterche cum esset ex familia Sigefridi comitis palatini, dedit aecclesiae huic 40 iugera terrae superius Rothe una cum curte, unde tamen decimae sunt Aquensis aecclesiae. Cuius quoque filius, nomine Matolphus, dedit et ipse huic aecclesiae 16 iugera terrae aput Crumbach inter curtim nostram et Fronerothe, unde et decimae sunt Richterciensis aecclesiae. Et aput Fronerothe[b] dedit ipse pratum quasi 4 diurnalium, cuius quoque decimae sunt huius aecclesiae. Et facta est aecclesiae huic traditio utriusque terrae a Sigefrido palatino comite. Idus Decembris obiit Richesca soror nostra, Matolphus vero Idus Ianuarii solutus est vita.

Emit Richerus et frater Embrico 30 iugera terrae simul cum decimarum iure et ea pariter torrente, quae nuncupatur Frowensiphe, a quodam Adolpho et Reinsca uxore illius, qui etiam erant de comitis ministerialibus. Terra haec constat propria illorum fuisse. Unde eandem quoque torrentem cum arbustis potuerunt aecclesiae cum tellure praedicta venundare. Et tamen facta est traditio ab Adolpho comite. Terra haec sita est inter Berenbruch et praedictam torrentem, in aquilonari eiusdem torrentis latere, et hinc a superiore praedictae torrentis parte contra occidentem porrecta, quasi volatu sagittae.

# 1113.

Anno dominicae incarnationis 1113. dedit Werenboldus aecclesiae vineam, quae eius 1113.
erat propria, et derelicta saeculari vita locatus est in aecclesia. Vinea haec sita est aput
Degernowen, in occidua parte eiusdem villae, et nuncupatur Hungart, sed decimae sunt
illius aecclesiae. Werenboldus vero 12. Kalend. Februarii assumptus est ex homine.

Hezelo Hercker praenominatus, cum et ipse de familia esset comitis, dedit aecclesiae 15 iugera terrae pariter cum decimarum iure, a comite facta altari traditione. Terra haec erat illius propria, et sita est inter Kalkulen et eum qui nunc hospitalis est locum, Rodensi ab occidente coniuncta viae, quae Rodense ducit ad castrum. Hezelo intulit se stipendiis aecclesiae, sexto Kalendas Ianuarii assumptus ex homine.

Eodem anno obiit Sigefridus comes palatinus, cui successit Willelmus. cf. Ann. Aq.

# 1114.

Anno dominicae incarnationis 1114 Theodricus et Lupelo, qui fratres erant carnales, 1114.
sed rerum*[c] pauperes, dederunt aecclesiae quasi septem iugera arbustorum et terrae, tra- fol. 7'.
ditione altari facta a comite; ipsi vero stipendiis nutriti sunt aecclesiae. Terra haec et
arbusta illorum erant propria, et sunt sita inter duas quae se a castro dividunt vias, quarum
una[d] huc ad monasterium ducit, altera vero versus Aquis vergit. Arbusta haec tangunt
viam quae ad monasterium ducit, sed eam non tangunt quae versus Aquis vergit, sed prope

a) eum *c. scilicet* papa. b) fronrothe *c.* c) *hic membrana rursus incipit.* d) u. h. a. m. *in loco raso.*

1114. sunt ei sita, secus quam invenitur agger humilis et curvus, ab aratro olim congestus, et est terrae utriusque et arbustorum terminus. Quorum in medio est arabilis terra, a castro versus Kalculen porrecta, unde etiam decimae sunt huius aecclesiae. Obitus Lupelonis et Theodrici agendus est 6. Kal. Martii.

Ultra viam Aquensem quae a castro ducit ad Kalculen, ubi locus nuncupatur Beccheberch, dedit aecclesiae Adelbertus, qui proprius comitis erat servus, quasi quatuor iugera terrae adhuc incultae, facta a comite altari traditione.

Vir quidam proprius comitis servus dedit aecclesiae arbusta quasi duo iugera. Arbusta haec illius erant propria, et sita sunt infra lucum qui Hagen nuncupatur, ad sinistram bivii, ubi via altera ab hospitali, altera a pago Rodensi ad descensum conveniunt castri, ad sinistram eiusdem viae, et sunt arbusta sancti Petri de Bardenbach ad dexteram eius sita, et ad sinistram haec arbusta quorum fundus erat olim aratro cultus, unde agger humilis et aratro congestus, apparet circa eadem arbusta curvus, ubi utriusque terrae est terminus.

cf. Ann. Aq. Eodem anno factum est bellum aput Andernacum inter imperatorem Heinricum et Fridericum Coloniensis aecclesiae archiepiscopum[a], quia rex voluit terrae huic sempiternum inponere tributum; sed episcopus obtinuit triumphum.

# 1115.

1115. Anno dominicae incarnationis 1115. reddidit Richerus praepositus comiti parrochianam Rodensem aecclesiam, quam pater eius comes Adelbertus, a primo huius loci rogatus presbytero, subiugarat monasterio, nolens ei aliquem de fratribus praeponere secularem illam plebem gubernare. Pro cuius recompensatione substituit aecclesiae huic comes septem iugera terrae ultra Anstelam sita, aput Wiinzelen, unde tamen decimae sunt parrochianae Rodensis aecclesiae, et curticulam super Anstelam ante curtim Sigewini et Iuttae, quae curtis quoque est nunc aecclesiae, et haec curticula solvit comiti maldrum avenae, et sic est libera huius aecclesiae.

Eodem anno plantavit frater Embrico vineam quae nuncupatur Hangendenfels, in novali areola haereditatis suae, quam ipse olim contulerat aecclesiae, eo maxime et praecipuo tenore, ut vinum eiusdem vineae singulis annis ad haustum fratribus inferatur aecclesiae. Unde decimas dedit aecclesiae huic Fridericus Coloniensis aecclesiae archiepiscopus; erant quippe illius, ut ubique sunt in suis terminis, archiepiscopi Coloniensis aecclesiae ex novalibus. 8. Kal. Novembris obiit Fridericus Coloniensis aecclesiae archiepiscopus.

# 1116.

1116. Anno dominicae incarnationis 1116. coepit Richerus tractare cum fratribus, irreligiosum et indecens esse in uno eodemque loco fratres pariter et sorores habitare, si forte provisa eis alia habitatione, posset eas de loco hoc summovere. Et impetrata a comite tumba aput Affeden ad occidentem aecclesiae cum circumposita palude, quae sub illius continebatur fol. 7'. ditione, cepit eis super' illam habitaculum edificare. Sed considerata loci importunitate[b], quod sororibus ante castrum non congrueret habitatio, cessavit ab opere illo, et sic intercepta est illarum illuc transmigratio. Tunc dedit comes aecclesiae pro palude hac sibi redacta, circa tumbam sita, paludem aliam superiorem inter Worm et Kalculen, cum suis arbustis, quasi octo iugera paludis, et aput Berenbreich clivum cis rivulum arboribus consitum, ab ulteriore curtis parte, contra solis ortum, quod aratro nunquam est versum, tradens ea altari in perpetuum. Eodem anno profectus Romam imperator se reconciliare sedi apostolicae, a qua paulo ante percussus erat anathemate.

# 1117.

1117. Anno dominicae incarnationis 1117. contulit se huc Teodricus Holgrim denominatus, cum Gerthrude sua, conferens aecclesiae sex et dimidium mansos terrae; traditione facta altari ab ipso comite, cuius etiam ministerialis erat uterque. Theodricus[c] iste et Gertrudis cum plurimam haberent terram, non genuerant prolem; unde contulerunt aecclesiae hos sex et dimidium mansos terrae, reliqua vero dederunt cognationi suae, et permanserunt hoc in loco privati habitaculo, professione tamen et habitu fratrum uniti consortio. Quorum etiam ista est oblatio: Aput Strevelo curtis et duo mansi terrae, cum circumfosso nemore, cuius tamen pars quaedam non est aecclesiae. His diebus est illa curtis facta, quae aeccle-

a) quia — triumphum *eadem manu addita*. b) tu *deest*. c) Theodicus c.

siae constat fuisse secunda, cuius tamen decimas possidet illa popularis aecclesia. Aput 1117. Nivelstein mansus et caverna, unde exciduntur saxa. Huius mansi decimae sunt illius popularis aecclesiae. Aput Flozen mansus, cuius etiam decimae sunt praedictae popularis aecclesiae. Aput Crumbach mansus. Hic etenim mansus est inter curtim et Specholtz situs. Cuius etiam decimae cum praedicti essent Theodrici, dedit eas huic aecclesiae. Tunc est illa curtis facta, quae aecclesiae constat esse tertia. Mansus quoque est dimidius inter Kalculen et Hunhoven et item inter Kalculen et Wifensceth est situs. Decimae vero huius terrae, cum praedicti essent Theodrici, dedit etiam eas huic aecclesiae. Frater Theodricus obiit 19. Kal. Ianuarii, soror Gerthrudis[a] 3. Kal. Februarii.

Terrae motus factus est magnus in Ianuario. Eodem anno vigilia ascensionis Domini cf. Anselmi Contin. et Ann. Lamb. infulminatum est templum sancti Lamberti; sequenti vero dominica perierunt ibidem clerici tres et unus laicus.

Obiit Pascalis apostolicus; successit Gelasius.

# 1118.

Anno dominicae incarnationis 1118. Wendelburgis vidua dedit aecclesiae mansum, et 1118. consortio annumerata est sororum. Mansus iste situs est[b] aput Wiburchoven et solvit quatuor solidos Coloniensis monetae. Mansus autem iste est venditus ab Erpone anno Domini 1145. fratribus in Cnesterden[25], et datum est argentum quod inde est sumptum, super curtim aput Amble, dum illa empta est a fratribus in Lunnoche[c. 26]. Obiit soror Wendelburgis 5. Idus Ianuarii.

Meinsco et Gepa cum coniugales essent et ministeriales comitis, dederunt aecclesiae ambitum, in quo situm est hospitale pauperum, et retro hospitale lucum pauperibus ad ministerium, et retro lucum a luco versus Africum octo diurnales terrae, cum decimarum iure, et aput Dorwilre etiam 8 diurnales terrae, et in Budenthorph tres partes vinearum, et aput montem sanctae Walburgis vineam Dalewingart nuncupatam. Sed decimae huius vineae sunt aecclesiae sancti Martini Coloniae. Haec ergo altari per manum comitis tradita sunt, cuius et ipsi' ministeriales fuerunt. Obiit Meinsco 8. Idus Novembris, Gepa 6. fol. 8. Idus Februarii.

Wolframus, cum et ipse comitis esset ministerialis, dedit aecclesiae 8 iugera terrae cum decimarum iure, traditione facta a comite. Terra haec sita est iuxta Meinweidam, a meridie eiusdem silvae, secus eam quae a molendino ducit Aquis viam. Wolframus obiit 8. Idus Aprilis.

Ventus validus factus est vigilia Thomae apostoli.

# 1119.

Anno dominicae incarnationis 1119. emit Richerus praepositus et frater Embrico man- 1119. sum a quodam mimo nomine Arnoldo, et conventione facta cum comite traditus est mansus manu illius aecclesiae. Mansus iste situs est cis Hagenrothe, inter Meinwedam et Worm, cuius etiam decimae sunt huius aecclesiae.

Udo de Mulsforth dictus, vir nobilis et honestus, dedit aecclesiae huic quartam partem aecclesiae de Setterich una cum quadrante decimarum, et iure eiusdem videlicet aecclesiae. Et octavam partem eius aecclesiae, quae est sita aput Buhtene, dedit etiam huic aecclesiae, una cum quadrante decimarum et iure eiusdem videlicet aecclesiae, facta altari traditione proprietatis suae. Udo obiit 10. Kal. Martii, et hoc in loco sepultus est.

Hinc autem evoluto tempore non longo, dedit etiam aecclesiae huic Udo adolescentulus, praedicti Udonis filius, 15 diurnales terrae aput Setterich, et ibidem dimidiam curtim, quae solvit huic aecclesiae tres solidos Coloniensis monetae. Et aput Hillenhoven 15 frehtenas[27] terrae dedit etiam huic aecclesiae cum quadam curte, facta altari quoque traditione proprietatis suae. Udo obiit 7. Kal. Novembris, et hoc in loco sepultus est.

Obiit Gelasius apostolicus, cui successit Honorius.

Eodem anno obiit Obertus[d] Leodiensis aecclesiae episcopus, cui successit Fridericus, vir vere catholicus, humilis et religiosus, qui munerum non erat cupidus, a quo etiam

a) Gethurdis c. b) e. a. *in loco raso.* c) *in loco raso.* d) *ita* c.

25) Knechtsteden monasterium Praemonstratensium, infra Coloniam. 26) Linnig ducatus Iuliacensis.
27) Theudisce frehta est modus agri.

1119. Richerus huius aecclesiae praepositus hoc eodem anno in abbatem est consecratus. Noluit enim ab Obberto sacra fungi dignitate, cuius etiam consecrationem in cripta tulit moleste, quia ferebatur aecclesiasticas dignitates non gratis distribuere; unde rogavit eundem Fridericum ipsum altare in cripta etiam suo crismate perfundere. Consecratus igitur Richerus canonici ordinis ut ferebatur abbas primus, volens fratres quoque suos, qui tribus[a] adhuc septimanae diebus antiquorum more vescebantur carnibus, proficere in Domino et agere perfectius, accepto omnium consilio instituit eos abstinere carnibus, reservata sagiminis recreatione ex monachorum consuetudinibus. Sed cum ipse esset vir valde discretus et compatiens omnibus, concessit infirmis pariter et minutis vesci carnibus, quas etiam refocillandis distribuit debilibus, et interdum non negavit eas adolescentibus, ut communis omnium profectus concors esse posset et voluntarius.

# 1120.

1120. Anno dominicae incarnationis 1120. Ludolphus de Bedebure, vir nobilis et honestus, dedit duas vineas huic aecclesiae cum legitima traditione proprietatis suae, quarum altera est sita aput Dunen, altera vero aput Bengęhoven. Ludolphus obiit 5. Nonas Martii, et hoc in loco sepultus est.

Regressus interea comes Adolphus a perągrinatione urbis Romae, consilio apostolici accepto super aecclesia Rodensi, ut redderet eam huic aecclesiae, cum prius huc tradita fol. 8'. fuisset a suo patre Adelberto comite, quamvis' postmodum sibi id est comiti reddita sit ab abbate, praesertim cum aecclesiae semper laicis sint interdictae, tradidit eam iterum coenobio huic cum legitima subiectione, corroborata quoque aecclesiae huic septem diurnalium et curticulae eorum unde prius est designatum, traditione, quos ipse etiam huc quasi pro commutatione praedictae dederat aecclesiae, cum illa sibi, ut dictum est, redderetur ab abbate.

Redacta vero aecclesiae huic parrochiana Rodensi aecclesia, dedit etiam huc comes, in cuius ditione constabat adhuc tota parrochia, exteriorem illam illius aecclesiae terram, quae ad sacerdotis non pertinebat culturam, id est dimidium mansum aput Hunthoven in valle una cum curte, et ibidem dimidium in monte versus Rothe una cum curte, et aput Rothe domus duas, et iugera septem subiecta domui utrique, et inferius Rothe domum et pratum, et aput Hunthoven pratum, et iuxta Kalculen iugera quinque, et aput Winzelen totidem, et aput Nivelstein quatuor iugera, et aput Harleis sex iugera cum curte. Eodem anno ventus factus est validus.

# 1121.

1121. Anno dominicae incarnationis 1121. Adelburgis vidua de Rihterche, cum esset de familia Willerami comitis palatini, cuius etiam proprium erat idem allodium, dedit ipsa aecclesiae iugera 15 terrae, facta altari ab eodem Willeremo traditione. Terrae[b] huius iugera 14 sunt sita a curte versus Rihterche, et unum iuxta viam lapide stratam, unde et decimae sunt parrochianae illius aecclesiae.

Adhuc autem multis diebus vixit Willeremus, qui post Sigefridum palatinum fuit etiam palatinus, cuius et proprium erat hoc allodium, ubi etiam aliqui suorum suum quoque habuerunt proprium, unde praedicta Adelburgis, cuius etiam propria haec praedicta constat terra fuisse, dedit eam, ut dictum est, huic aecclesiae.

Transactis vero hinc quasi decem annis mortuus est Willeremus sine prole, quae succederet haereditati suae, unde predictum hoc Rihterchiense allodium Gozwinus de Falkenburch dictus tenuit[c] quasi 16 annis, donec hoc ab illo recepit rex Cunradus. Adelburgis obiit 16. Kal. Martii.

Eodem anno privatus est vita Fridericus Leodiensis aecclesiae episcopus, qui vere catholicus fuisse ferebatur et religiosus. Sed defuncto praecessore suo Obberto, se autem adhuc non electo, conatus est Alexander archidiaconus fieri si posset episcopus. Fridericus tamen iste electus est canonice et consecratus. Unde dolens Alexander temptavit in eum movere exercitum, ut saltim exterreret illum; sed episcopus obsedit Alexandrum[d] super Hoy castrum, quem etiam ibi cepit, et abiurare coegit, ut nunquam Leodii fieret episcopus, et sic est ab eo dimissus; unde nunquam habitus[e] est inter eos concordiae affectus. Correpto denique episcopo dolore corporis gravissimo, emerserunt oculi eius de loco suo, et

a) *in loco raso scriptum recentiore manu.* b) T. h. i. XIIII. s. s. a. c. *in loco raso.* c) tenuit — Cunradus *in loco raso.* d) Alexandum *c.* e) h. e. inter *in loco raso.*

commutata est in livorem exterior corporis eius compositio, quasi infectus fuisset veneno, unde a pluribus dictum est, quod hoc Alexandri perpetratum sit consilio, et sic coronatus est episcopus martirio. Et cum ab omnibus iudicaretur martyr, ante altare crucis in aecclesia sancti Lamberti est sepultus, ubi quique infirmi et variis passionibus pressi hausto in aqua pulvere illius tumuli, a quacunque detinebantur passione sunt liberati. Hinc multa etiam miracula sanitate aegrorum[a] recuperata declarabantur ibi facta, demonstrante haec ea suis et quaelibet bona Salvatoris nostri clementia, cui est honor, potestas et gloria. Anno 1121. obiit Fridericus martir et episcopus, cui successit Albero ex communi omnium consilio. 1121. fol. 9.

Adelberna de Herle, cum esset de familia Theodrici comitis de Ara, cuius Theodrici proprium erat Herle, dedit ipsa aecclesiae huic 10 solidos et 3 obolos Coloniensis monetae de molendino aput Wanle. Molendinum hoc eius proprium et fratrum erat suorum, decem et octo solidos singulis annis solvens eis, ea videlicet ratione, ut molendinarius ex suo molares provideat, et edificia construat, et praedictum tamen censum dominio reddat. Unde illa ex parte sua praedictos 10 solidos et 3 obolos dedit, ut dictum est, huic aecclesiae, a comite Theodrico facta altari traditione. Adelberna vero postposita saeculari vita inter sorores est collocata.

Hinc autem evoluto tempore aliquo dedit etiam aecclesiae Gerardus, praedictae Adalbernae germanus, de prenominato molendino aput Wanle 12 denarios, unde molendinum solvit nunc aecclesiae 11 solidos et 3 obolos. Gerardus obiit 2. Idus Maii, Adelberna vero soror nostra obiit 15. Kal. Decembris.

His diebus erat aput Salzeburch, quae metropolis est Bawariae, episcopus nomine Conradus, a quo etiam huc Richerus ad praesidendum est transmissus, tanta Christi dilectione succensus, ut correcto ubique toto episcopatu suo, quaeque aecclesiastica, quae prius distrahebantur precio, constitueret gratis dari et absque contaxatione ullius precii. Et[b] in sua principali aecclesia, ubi episcopalis est cathedra, commutatione cleri facta[c] statuit regulam sancti Augustini sub communi fratres commanendi vita. Unde facta Richero legatione mutationis illius aecclesiae, rogat[d] illum obnixe sibi consulere in tanta necessitate; qui misit ei fratres quatuor eruditissimos religione, quorum profectu initiata est ibi regula, et ordo canonicae prophessionis et communis vitae.

Eodem anno contulit se huc Eingramus de Rucelenfelt, qui fuit ministerialis Walrami ducis de Leimburch, qui Walramus vocabatur etiam Paganus, cuius Pagani proprium erat quoque allodium hoc quod Rucelenfelt nuncupatur et Affeden. Eingramus autem cum esset sine prole quae succederet haereditati suae, supputata sibi licentia Walrami dedit aecclesiae duos mansos et dimidium cum curte sua, quae omnia aput Rucelenfelt sunt sita. Unde etiam decimas[e] . . . . . . iugerum novalis terrae, et decimas curtis praedictae, et a curte quatuor iugerum sub meridie contulit aecclesiae ex suo videlicet iure. Et inferius Rucelenfelt, id est sub aquilone ab ipso curte . . . . . decimas ab alienis 15 iugeribus aecclesiae et decimas unius mansi aput Kecensiphe de . . . . ., qui mansus est sanctae Mariae Coloniensis aecclesiae, cui moniales declarantur deservire.

Hoc anno facta est curtis aput Rucelenfelt, quae huius aecclesiae constat quarta esse. Ad hanc curtim pertinent arbusta, quae secus descensum consistunt eius viae, quae ad castrum descendit ab ipsa curte . . . . eiusdem viae, et tria paludis iugera inter montem Werceberch et rivulum, qui dicitur . . . . et . . . . de arbustis in clivo praedicti montis, quae omnia eiusdem Eingrami fuere. Iuxta . . . . . . castrum situm est pratum quod etiam dono eius huius aecclesiae est proprium . . . . . . restitutione iuxta curtim in medio agrorum a curte contra Africum habuit lucum . . . . . ., quae omnia dedit aecclesiae, facta a Walramo duce altari omnium horum traditione.

Uxor vero Eingrami in saeculo ante Eingrami conversionem explevit mortem, unde in cathalogo sororum non optinet locum. Sed illius predium quod aput Morsbornen est situm, in conversione Eingrami eius mariti concessit huic aecclesiae Heinricus Romanorum augustus Walrami ducis petitione, id est 3 solidos de 15 iugeribus, et de molendino ibidem sito 30 denarios. Unde idem molendinum solvit aecclesiae modo 5 solidos, cum etiam ei prius solveret 30 denarios. fol. 9'.

a) ęgorum *c.* b) *codex hic et nonnunquam in voce* Eingramus E *caudatum adhibet.* c) facta — vita *in loco raso.* d) rogat *in loco raso.* e) *pars huius et anterioris paginae atramento ita illita est, ut legi nequeat.*

1121. Eingramus ad consortium conversus est fratrum, et 8. Kal. Decembris explevit obitum; Meinsuindis vero 6. Idus Februarii consecuta est etiam suum.

## 1122.

1122. Anno dominicae incarnationis 1122. subtractus est ex hac luce aeternae illius commutatione Richerus aecclesiae huius abbas primus, pia recordatione dignus, relicta sub merore magno pro transitu suo tota congregatione, quod fraudati erant tam idoneo pastore. Contulerat enim se huc tempore illius magnus cleri et honestus ex utroque episcopatu conventus, sed ipse paucos suscepit laicos, nisi quos aput saeculum videlicet utiles fuisse constaret et honestos, et quorum diligentia religio maxime servaretur et tenor aecclesiasticus.

His diebus fuerunt hic sorores numero ut ferebatur octo, ex honestis saeculi matronis, sub custodia acerrimi rigoris; sed ipse affirmarat verbis, se nunquam plures recepturum, cum tamen rogaretur pro multis, quasi hoc genus maximi sit impedimenti religiosis. Richerus magnam humanitatem exhibuit hospitibus, nec minorem impendebat pauperibus, in citeriore domo colligens equites[a], in remotiore vero pedites, ubi etiam laici fratres egerunt corporum infirmitates, et minutionum[b] dies; equites videlicet procurans ex communi fratrum cellario, pedites autem et fratres infirmos in remotiore domo. Illic enim omnium rerum dabantur decimae, census, vini et annonae, excepto equorum pabulo et agrorum semente, et his quae expendebantur in alicuius allodii comparatione. Et quicquid huc dabatur elemosinarum, domui pauperum est decimatum.

Richerus in docendo erat catholicus, in verbis veridicus, compatiens cunctis et largus, in moribus honestissimus, et in omnibus valde religiosus. Unde illius religiositate conventus in tantum est religiosior factus, ut et ipse locus et incolae eius pro tantae religionis honestate honorarentur etiam a principibus. Richerus obiit Nonas Februarii undecimo regiminis sui anno, electo statim a conventu Giselberto, cui etiam commissa est cura ab Alberone Leodiensis aecclesiae episcopo, et ut moris est huic aecclesiae, in abbatem consecratus est ab illo.

28 Giselbertus iste pastor fuit aecclesiae Cyrenensis parrochiae[28], et decanus illius cleri, qui solet Iuliaci gratia capitulari confluere; secularis admodum et litteralis inbutus scientiae, et personalis sufficiens eminentiae; sed provectus erat aetate. Et cum ipse adhuc aput aecclesiam suam maneret, et Richerus iam obisset, illexerunt illum fratres se huc contrahere; vellent enim eum in abbatem promovere. Unde cum promotus minutias claustralis observantiae nesciret, oppositum est ei, quod religio propter eum periret, quasi[c] tantae dignitati non sufficeret, cum etiam in electione idem fuisset. Et evoluto tempore aliquo permansit hic huiusmodi dissensio.

Eodem anno profectus a Clarofonte Ailbertus, loci huius initiator et primus sacerdos, in hac regione amicos visitare et notos, et veniens ad inferiores ultra Renum partes, receptus est hospitio a quodam divite, cuius domus semota erat aecclesiae, recepto pariter
29 secum falso peregrino, qui palma insignitus erat et melote[29]. Et cum hic ingrederetur cum sacerdote, estimabat eum sacerdos notum esse hospitis, hospes vero quod comes
fol. 10. esset sacerdotis*, et sic a neutro eorum considerata est[d] fraus latronis. Mane autem illis aecclesiam ingressis, et functo Dei sacerdote divinis, elapsus est peregrinus cum equo hospitis[e] et quibusdam vestimentis, quasi revecturus sacerdotem ab aecclesia, ne gravaretur molestia tanti itineris. Quibus statim agnitis, et quod latro comes fuisset sa-
30 cerdotis conicitur ab universis; convocant concilium, adeunt iudicium, trahunt eum[30] ad aculeum, iudicantes eum[f] mortis esse reum: ubi tandem cunctis ammirantibus pacientiam eius, quod nec in mortis compendio est perturbatus, accurrit equus alligatis sibi vestibus in medio turbae consistens mansuetus, qui prius infrenis videbatur et indomitus, comprobante Domino qui verae innocentiae gubernator est et custos, quod innocens latrocinii et alienus fuisset suus sacerdos, et sic est a suspendio aculei liberatus. Cui cum dona plurima reconciliationis gratia, et quod innocentem Dei sacerdotem tam gravi affecissent contumelia, libentissime vellent exhibere, noluit ea penitus, etiam martirium pro Christo subire paratus, contingere. Unde non est dubitandus[g] martirum quoque coronandus a

a) *in loco raso.* b) *scilicet* sanguinis. c) q. t. d. *et* cum — idem *in loco raso.* d) est *in loco raso.* e) hospitis *in loco raso; etiam verba aliquot inter lineas posita erasa sunt.* f) eum, esse *et* tañ *supra lineam addita.* g) *nonnulla hic in margine et inter lineas scripta erant, quae abrasa sunt.*

28) Ober-Zier et Nieder-Zier prope Düren. 29) Est pellis ovina. 30) scilicet sacerdotem.

Domino sacro diademate. Hinc autem maturato itinere versus Saphenberch, Adolphum 1122 comitem, eiusdem castri possessorem, gratia antiquae dilectionis adire, unde se regressurum destinavit huius quoque aeccelesiae conventum salutare. Ingressus[a] est castrum quod Dichid nuncupatur, ubi Retherus eiusdem castri possessor in compendio erat moriturus, cui ipse olim promiserat, quod ultimis eius exequiis esset affuturus; qui ab eo vitae insignitus aeternae, die tertia est assumptus, comprobante Domino, quod veridicus esset suus sacerdos. Et inde profectus venit ad villam, quae nuncupatur Sehteme, hospitio desiderantissime a quodam loci illius collectus primore, ubi statim gravi correptus infirmitate, coepit indesinenter viribus menbrorum deficere. Et[b] accepto salutari viatico pro itinere sempiterno, commendavit se domino Deo cum universali catholicae fidei populo, obsecrans obnixe pro locorum prosperitate et animarum salute, quae Dei initiata servitio erant ipsius actione, ut et loca construantur et animae custodiantur divinitatis auctoritate.

Tunc rogavit ministrum sibi potum de puteo afferre, sitim temperare recenti et frigido liquore. Quo allato et gustato potu[c] aquae[c] in vini sapore, estimabat sibi[d] naturale vinum se ad recreandum allatum esse, et summoto a se poculo subicit, non vinum sed aque potum petisse; unde commoto hospite haec ita fuisse, effusoque quod continebatur vase, iubet ministrum citissime aquam apportare; qua rursus gustata a sacerdote in vini sapore, et culpato ministro pro secunda vini allatione, festinat ipse hospes effuso rursus vase, aquae potum apportare; quo tertio vir Dei[e] gustato in sapore vinatico, intellexit donum Dei esse, bibit et benedicit dominum coeli et terrae. Sed et hospes et universi astantes, quibus tamen notissima erat res, experimentum inde querentes, biberunt ex eodem potu omnes, vinumque ex aqua mutatum cognoscentes, benedixerunt Dominum quod magnificet se diligentes[f]. Et imminente ei resolutione corporis et animae, facta est ibi fraglantia ex suavissimo odore, replens et habitaculum, et corda laetificans astantium, donec recessurus explevit obitum, et corpus feretro est inpositum, collaudantibus universis Dominum, quod tam manifesto salutis miraculo adornaverit sui sacerdotis recessum. Et subtractus est a corpore tali experimento victoriae Albertus Dei sacerdos cum domino Deo semper victurus, ab angelis coelestibus, ut credimus, officiose susceptus, anno dominicae incarnationis 1122. indictione prima, 13. Kal. Octobris, feria 2, luna 4, concurrente 5, Sept. 19. nulla existente epacta, regnante Domino per omnia saeculorum saecula.

*Servis autem eius vehiculum parantibus, quo huc erat, ut adhuc vivus rogarat, asportandus, fol. 10'. intulerunt corpus villani in minorem aecclesiam eiusdem villae, nam duae sunt ibidem sitae, circumvallantes feretrum et custodientes obnixe, ne cuiquam liceret vel accedere, aut corpus ut formidabant auferre. Unde servo eius altero festinante Saphenberch tota nocte, annuntiare comiti Adolpho, ut veniret excutere corpus sacerdotis a populo, altero autem servo remanente cum feretro; sepelierunt illud convicanei statim tempore vespertino, ante meridianum eiusdem aecclesiae ostiolum, quod ex latere ingressum praestat sacrario, cum copioso exequiarum obsequio. Cum vero comes venisset[g] mane, et vellet corpus iam humatum effodere, et hunc ad locum, ut ille adhuc vivus rogarat, asportare, nimia illis iratus indignatione, quod tam sanctum et tam dignum sacerdotem sepelissent aput se, et hoc sine aecclesiastica sollempnitate, temptaverunt eum obiectione simulata deterrere, quomodo tam sanctum et tam dignum ut dixisset sacerdotem, laica manu auderet eicere, et maxime sine episcopi licentia et cleri praesentia; et hoc timore percusso comite, permansit res imperfecta.

Eodem anno conduxit connubio Adolphus comes Margaretam, quae neptis erat Friderici Coloniensis archiepiscopi, nata de Suarcenburch castro Bawariae, quod situm est iuxta terminos Boemiae, de quo etiam castro constat ipse Fridericus fuisse. Adhuc non erat Adolphus comitatu insignitus, sed cum nepte dedit illum ei Fridericus.

Hoc anno statuit papa Paschalis[30*] regi Heinrico, episcopo libere electo aut abbate, sine simonia eum virga et anulo investire, et sic posse ordinari canonice.

# 1123.

Anno dominicae incarnationis 1123. gravis factus est fratribus abbas Giselbertus 1123. occasione hac, quod moribus adhuc saecularis videretur et regularis disciplinae ignarus, et religio incuriositate periret illius. Unde eo ad audientiam episcopi vocato, ventilabant[h]

a) ingressus — sacerdos *in loco raso.* b) Et a. s. *in loco raso.* c) ita tepore aquatico *scriptor ipse correxit vel aequalis eius.* d) s. n *in loco raso.* e) dei gustato *in loco raso.* f) *multa hic inter lineas erasa sunt.* g) venissent *c.* h) *in loco raso.*

30*) Calixtus II.

1123. causam coram illo; qui statim absolvit eum officio, concessa illi singulari mansione cum singulari corporis sui sustentaculo.

Deposito igitur Giselberto, elegerunt sibi Bertolphum in Sprenkerbacensi caenobio, ubi etiam tunc similis florebat religio, virum in omnibus probatum, et in regulari disciplina eruditum, qui etiam officio utilis videbatur et idoneus, sed ad suscipiendam aecclesiae curam non est episcopo praesentatus. Caeterum se videns Giselbertus illato sibi successore coram omnibus magis vilescere, profectus est sine auctoritate et licentia aecclesiae ad suos carnales amicos, consilio etiam illorum et solatio super hac uti calamitate. Magno enim rubore confusus est et dedecore, et veniens ad Cirenensem villam superioris aecclesiae, cuius et ipse constat pastor fuisse, mortali corporis sui est ibidem passione correptus; unde cum redire vellet et non posset, viam universae carnis est ingressus. Quem cum iam defunctum et hoc in loco ad sepeliendum nollent fratres recolligere, quia egressus fuisset sine claustrali auctoritate, ibidem a clericis quorum fuerat decanus, commendatus est sepulturae. 6. Nonas Octobris[a] obiit Giselbertus, abbas Rodensis aecclesiae secundus.

Eodem anno combustus est Rodensis locus, et totus in cinerem redactus. Scolares enim pueri, qui tunc in aecclesia erant educandi, asperrimo[b] regebantur magistro, cuius intolerabilem se non posse rigorem arbitrati sunt sufferre; unde duo occulte conspiraverunt inter se igni locum succendere, ut sic saltim eius manum vel cohabitationem quoque fratrum valerent evadere. Unde unus quadam nocte succenso sibi lumine, quasi naturali
fol. 11. secessurus necessitate, ingressus secreto secessum, succendit igni desuper tectum*; et sic quicquid continebatur loco, igni est consumptum. Et cum plurimus in loco esset clerus, et consumptis igni edibus non esset ubi caput reclinarent locus, misit ex illis conventum Bawariam Bertolphus aecclesiae huius tunc electus, Conrado Salzeburgensi archiepiscopo, qui posuit eos apud Salzeburch in suo principali monasterio, regulari disciplina deservire Domino; ibi quippe nuper facta est clericorum mutatio. Tunc statuta est inter fratres huius aecclesiae et Bawariensis terrae communis[c] et talis conventio, ut utrique uno recipiantur capitulo, et cohabitandi succedant sibi communi consortio. Nam idem Conradus commutavit plurima in episcopatu suo monasteria, sub beati Augustini militare regula.

His diebus contulit se huc Embrico de Rucelenfelt cum tribus liberis ad conversionem religionis, conferens aecclesiae tres mansos terrae arabilis, una cum decimis, quae pari tenore simul cum tellure erant sui iuris. Embrico iste fuit ministerialis Walrami ducis, cuius etiam Walrami propria erat terra, quae collata est aecclesiae ab ipso ut praedictum est Embricone. Unde facta conventione Embriconis et aecclesiae permanere hic sub religione una cum prole, tradidit ipse Walramus dux eandem terram altari, sicut tradiderat etiam fęodum ut praedictum est Eingrami, ministerialis quoque sui, quod fęodum erat etiam[d] proprium eiusdem ducis Walrami.

Terra haec Embriconis sita est inter Rucelenfelt et Strevelo infra terminos Affedensis aecclesiae sub individua sui integritate, nisi quod 30 diurnales eiusdem terrae concluduntur terminis Mercsteniensis aecclesiae, unde decimas[e] illa popularis aecclesia solet colligere. Arbusta vero quae pertinent ad Embriconis[f] fęodum sunt plus octo diurnalium, sita inter Rucelenfelt et Wurm, a Rucelenfelt contra chorum, et aput Baerenforthe tria paludis iugera pertinent similiter ad ipsum.

Embrico autem tradita aecclesiae sua, ut dictum est, terra, et relicta saeculari vita permansit in aecclesia sub communi fratrum regula, pro angelica communitate promerenda. Cuius ante conversionem explevit suum Adeleida coniunx eius obitum, unde in catalogo[f] sororum non habet locum, sed quia ad monasterium direxit maritum, videtur non indigna communi oratione fratrum. Idus Iulii obiit Adeleidis, Embrico autem frater noster obiit 16. Kal. Novembris.

## 1124.

1124. Anno dominicae incarnationis 1124. ceperunt fratres musitare et graviter se ipsos inculpare de Bertolpho nuper electo, quod dignus non esset officio, neque licuisset ei regimen sumpsisse vivente adhuc Giselberto, cui etiam commissa fuisset cura ab episcopo.

a) octobis *c.* b) asperrimo — sufferre *in loco raso.* c) *in loco raso.* d) etiam — ducis *in loco raso.* e) decimas — colligere *in loco raso.* f) *in loco raso.*

Quo ille audito, nimia suffusus indignatione quod communi eorum vocatus electione, nunc 1124. irrisui signaretur et ignaviae, data illis benedictione regressus est ad locum prophessionis suae. Tunc sunt fratres conturbati[a], et nimia formidine afflicti, quidnam eis potissimum esset aggredi, cum locus iam consumptus fuisset igni, et fratres eorum Bawariam transmigrati, ipsimetque ab electo suo derelicti, neque[b] sibi cor unum esset praelatum eligendi. Nam Herimannus, Embriconis et Adeleidae, qui tanta contulerant aecclesiae, filius, hic edoctus erat et iam adultus, et quasi merito singulari ad apicem suspirabat praesidendi, si forte adiutores assisterent et assentanei. Unde orta est hic gravis discordia de electione, cum ille qui potestatis hic erat magnae, suspiraret praesidere, maior vero pars eligere vellet canonice. Qua ex re cum iam inter se non possent convenire, assumpserunt sibi fol. 11' denuo in Sprenkerbacensi coenobio iuvenem, qui vocabatur Borno, qui natus in Burgundia, conversus erat in eodem monasterio. Hic ergo suscepit curam ab episcopo, sed non est consecratus abbatis officio. Intromissus[c] est in conventum, et ad eius consignatus consortium miles de Traiectensi oppido Heinricus nomine, tres mansos terrae conferens aecclesiae, qui sibi sunt aput Bymlę; fratres autem timentes fraudem cognatorum illius, ne forte possent aecclesiae terram hanc dolo auferre, compulsi sunt eam venundare. Et accepto eiusdem terrae precio, comparaverunt[d] aecclesiae duos aput Anstelam mansos a comite.

His diebus habitaverunt ultra Anstelam, ubi nunc curtis est aecclesiae, Sigewinus et Iutta duos ibidem mansos tenentes a comite, aetate iam provecti absque prole. Unde Iutta hereditate sua alias venundata, comparavit sibi mansum suae inferius terrae contiguum a quodam Hunruco de Lare, cuius etiam proprius fuit mansus iste, et dedit eum aecclesiae ea videlicet conditione, ut idem mansus cuidam Godescalco concederetur censuali iure. Sed defuncto interim Sigewino defunctus est et Godescalcus, unde idem mansus est liber aecclesiae resignatus. Tunc remisit eum viduae Borno ea ratione, ut et ipsa suos utrosque mansos, quos cum ea possederat Sigewinus, post obitum saltim suum concederet aecclesiae, si ipse eos iam consequi posset a comite. Ad quod ei illa acquievit, et id etiam comitem facere postulavit. Et conventione facta cum comite sub argenti promissione, Borno exhibuit ei argentum, pro quo venundatum est praedium praedicti Traiectensis Henrici, quod ipse secum quoque loco huic constat optulisse, et comes contradidit aecclesiae praedictos utrosque mansos Sigewini et Iuttae, ea scilicet dispensatione, ut quamdiu illa viveret, potiretur inde sua victualitate. Quod et ita factum est[e]. Nam ille vixit longo hinc tempore, aecclesia nichil inde utilitatis consequente. Porro tertius horum mansus fuit prius aecclesiae, ut praedictum est traditus. Decimae[f] vero horum trium mansorum sunt parrochianae Rothensis aecclesiae. Comitissa autem comperta traditione a comite facta super his videlicet mansis, causata est eos fuisse dotis suae, nec tradi debuisse absque sua voluntate, et ideo irritam traditionem esse, sed ipsa post paululum delinita[g] pecuniis aecclesiae corroboravit et ea[f] quae gesta sunt a comite.

## 1125.

Anno dominicae incarnationis 1125. Berthradis de Denegenbach dedit aecclesiae 7 1125. iugera terrae, una cum decimarum iure, et decimas unius mansi pariter et dimidii contulit ei, traditione facta altari a comite, cuius et ipsa ministerialis patet fuisse. Illa vero alternata priori vita, inter sorores[h] est collocata. Iugera haec septem sita sunt inter Calculen et lucum, qui hospitalis est pauperum, iuxta quae dedit etiam aecclesiae duo iugera Everhildis vidua. Mansus autem, unde ipsa decimas dedit aecclesiae, situs est inter Specholtz et Anstelam[i] versus Rodensem aecclesiam. Dimidius vero mansus, unde ipsa etiam decimas dedit aecclesiae, situs est aput Fornebach in valle, ubi prius dimidii alius mansi decimae quoque fuerunt aecclesiae. Soror Bertradis obiit 11. Kal. Iunii. C[k] . . .

. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .

. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .

Hinc autem elapso tempore non longo, alienatus comes a promisso recepit sibi mansum, fol. 12. non reddito fratribus argento, nec metuens Dei vindictam pro mendatio, quod tamen

a) conturbatati *c.* b) neque — eligendi *in loco raso.* c) Intromissus — ita factum est *alio atramento in loco raso.* d) compauerunt *c.* e) *hinc prima manus iterum pergit.* f) *in loco raso.* g) delinata *c.* h) sorores — Iunii *alio atramento in loco raso.* i) antelam *c.* k) *hic post maiorem litteram* C *quatuor lineae erasae sunt.*

1125. maxime credebatur actitatum uxoris consilio Qua de re dum querimoniam inde temptarent super eum fratres movere, se circumventos et argento aecclesiae fraudatos esse fallaci illius promissione, positus[a] est[a] in quietem mansus idem tempore longo, concessu partis utriusque, ut nec servi comitis ligna inde nec fratres deberent succidere, donec anno dominicae incarnationis 1136 Heinricus Walrami ducis filius, consignata sibi in uxorem Mathilda eiusdem comitis Adolphi filia, potitus ab eo hoc Rothensi allodio, resignaret eundem mansum aecclesiae, accepta a fratribus pari et ipse argenti recompensatione[b].

Frater Hescelo diaconus obiit 2. Non. Aprilis. Soror Minia obiit 5. Idus Augusti. Eodem anno defunctus est Heinricus Romanorum augustus, huius nominis quintus aput Traiectum inferius, et eviscerato corpore Spiram est asportatus, et ibidem in aecclesia a parentibus suis constructa honorifice sepultus; cui successit in regnum Lothorius[c] dux Saxoniae, vir iustus et Deo coeli devotus. Nam ipse iuste iudicavit, pacem composuit, aecclesias defendit, iniquos dampnavit, elemosinas distribuit, et quae Dei sunt exquisivit, unde toto eius tempore pax viguit, et terra fructum diu negatum uberius[d] produxit[d].

Cum vero hoc in loco adhuc nisi solum et hoc infra criptae situm haberetur altare, quo universos missam audituros oportebat confluere, consequens erat etiam sorores pariter cum fratribus ibidem ad missam consistere; unde volens Borno eas hinc summovere, coepit profecto eis ad inhabitandum complanare locum in torrente quae nuncupatur Frowensipha, unde et torrens hoc vocabulum videtur accepisse. Ubi complanatus cum fuisset locus, et qua locarentur, exaltata domus, visum est universis, quod propinqua habitatio earum posset generare scandalum, et sic interceptum est illud edificium.

## 1126.

1126. Anno dominicae incarnationis 1126. dedit Winricus de Monte sanctae Walburgis, qui etiam ministerialis fuit Adolphi comitis, aecclesiae vineam de proprietate sua, quae apud Traevenstorph est sita. Winricus obiit 8. Kal. Martii.

Crescente interea sororum numero, quae in hoc loco professionis voto sunt insignitae, crevit etiam inde murmurium in congregatione, quod ulterius hic prae multitudine non possent habitare, construxit eis Borno claustrum in cimiterio parrochianae Rodensis aecclesiae, in aquilonari illius latere, dispositum tali scemate, ut ipsae suum ministerium celebrarent in superiori turris testudine, inferior pars pateret plebi parrochianae. Ubi paratae cum essent officinae, quae eis erant oportunae, transtulit eas illuc, sequestratas rerum et victualitatis dispensatione. Huc usque enim procuratae sunt ex communi promptuario aecclesiae, operantes et ipsae similiter opus commune; nunc vero discretae ab aecclesia, coeperunt de suo singulariter vivere, operantes ulterius et ipsae opus sibi singulare. Aecclesia namque illa est eis concessa cum omni possessione sua, et curtis quae
fol. 12'. Crumbach est appellata, et decimae quae ex iure huius[e] aecclesiae erant ultra Anstelam colligendae, id est in aquilonari huius fluvii latere. His diebus coeperunt sorores spallere[f] et canonicas diei horas decantare.

Quibus[g] ita peractis, et unoquoque in suo ordine prout decuit ambulante, visa est aecclesia produxisse magnum ex se fructum concordiae, donec Borno cepit cogitare, si forte posset instituta et consuetudines aecclesiae professionis suae huic, id est Rodensi, informare, ut in agendis rebus et divinis concentibus unum agentes, unum sentientes, unum vellent esse. Sed quia instituta illius aecclesiae conatus est huic si posset introducere, et non huius illi resignare, responderunt seniores, quibus et visum est, quod ei fuissent despectiores, se non posse nec debere observantiam professionis suae quasi praevaricandi ausu derelinquere, neque temere alius aecclesiae mores sibi usurpare. Qua de re convenire cum non possent per se, accersitis Borno ad se, quasi agnitionis tenore, fratribus aliquot suae et Steinveldensis aecclesiae, pro tempore secum commanere, ut cum ipse minor esset numero coram adversa multitudine, illorum fretus societate ad propositum intentionis suae confidentius posset procedere, unde cepit inter eos paulatim fomentum oriri discordiae.

## 1127.

1127. Anno dominicae incarnationis 1127. Fastradis et Ida sorores uterinae, quae de

a) *in loco raso.* b) satione *in loco raso.* c) *ita c.* d) *in loco raso.* e) *manus saec. XV. scripsit in margine:* Circa hec tempora claruit beata Elizabet lantgravia Hassie et Thuringie. f) *i. q.* psallere. g) Quibus — discordiae *alio atramento et manu alia scripta.*

ministerialibus erant comitis, dederunt aecclesiae dimidium mansum una cum curte aput 1127. Burnen, et terra haec fuit illorum propria, ad[a] quam terram pertinet etiam mediocris silveola.

Eodem anno orta est magna inter Bornonem et fratres discordia, ex illa rerum mutabilitate, de qua illos etiam praeterito anno certum est disceptasse; illo volente breviarium, iuxta quod erat concinendum, corrigere secundum observantiam aecclesiae prophessionis suae, et consuetudines huius aecclesiae his omnino contradicentibus commutare ad tenorem aecclesiae prophessionis suae. Hic ita accidentibus et utrisque ab alterutro dissidentibus, quidam ex istis zelo iusticiae et voto ducti obędientiae, coeperunt ei ut suo praeceptori assistere, oppinantes illum magis posse ad effectum victoriae eorum quoque auxilio attingere, unde firmius in errore suo videbatur perseverare, iustius cum fuisset solum omnibus, quam omnes ei soli rebus cessisse. Discordia ergo cotidie magis magisque invalescente, nec parte altera velle alteri acquiescere, temptavit ipse Borno recedere a loco; sed ipsi coram illo prostrati, rogaverunt eum propter Deum remanere, affirmantes ei omnem se subiectionem ut discipuli praelato exhibere, salva solius prophessionis suae, quam postponere non possent nec deberent, consuetudine. Remanente igitur Bornone, nec concordia discordantibus succedente, egressi statim claustrum quatuor seniorum remanserunt pro tempore in Puplico monte, ubi duo ex illis consilio profectionis accepto, pedites Romam ad apostolici audientiam sunt profecti, causam illius auctoritate disponi; qui data eis testificatione auctoritatis suae, praecepit Bornoni, ut aut solus cederet pluribus, aut egrederetur locum sine rerum commutationibus. Ipse autem comperto apostolici praecepto, et resignato regimine episcopo, cum nullus eum inhibere posset a discidio, receptus est aput Furst a quodam Willemmo, quasi ille locum initiare vellet Dei ministerio. Ubi cum suis facto tempore non modico sine prosperitatis suffragio, praesentavit se suosque, qui vocabatur Bucco, Wormatięnsi episcopo, a quo positus est ultra Rhenum in novali et palustri loco, qui undique circumseptus erat nemore magno. Hii ergo collecti in illo fol. 13. palustri loco, aere ex circumiacenti palude corrupto, corrupti equidem et ipsi ex illius corruptione, coeperunt paulatim sed acriter aegrotare, unoquoque ex illis post alterum a magistro recedente, qui etiam postremum derelicto sine rectore loco, recessit ab eo, relocatus prophessionis suae monasterio.

## 1128.

Anno dominicae incarnationis 1128. coepit iterum Herimannus, Embriconis et Adeleidae, qui tanta contulerunt aecclesiae, filius, ardenter et manifeste ad praelaturam suspirare, si forte provehi posset et pervenire ad fastigium singularis eminentiae. 1128. Nam de praenominata parentum haereditate, quam ipsi contulerant aecclesiae, elevari mente videbatur et intumescere, quasi inde speciali singularitate dignior esset et vicinior dignitate. Nec defuerunt sane saniores mente, qui voluissent canonice rectorem eligere, sed intercepti sunt illius surreptione, quia conatus est ad se quoscunque potuit ex fratribus asciscere. Unde factis hic partibus congregationis, et dissidentibus multis ab unitate fraternitatis, emersit inter eos gravis tempestas religionis, dum ille conaretur insolenter prorumpere, isti vero mallent electioni, quae incumbebat universitati, insistere. Et evolutis diebus non paucis in errore dissensionis, collecta sibi Heremannus iuventute, dum ei provectiores nollent assistere, praesentavit se episcopo pro suscipienda dignitate. Sed quia progressus est sine senioribus, spem conatus sui non est adeptus. Et protelato tempore sub luctu et merore, dissipata fuisset aecclesia nutu discordiae, si non astitisset ei mater misericordiae cum paranimpho suo beato Gabriele.

Eodem anno obiit Adelbero Leodiensis aecclesiae episcopus, cui[b] successit Alexander archidiaconus. Godefridus dux Lovaniensis deponitur, Walramus de Leimburch substituitur.

## 1129.

Anno dominicae incarnationis 1129. sorores duae naturales, quarum altera Hereburgis[c], altera vero vocabatur Adeleindis, natae ex nobili progenie mundialis vitae, cum filiae 1129. fuissent Nizonis liberi hominis de Gerothe, dederunt aecclesiae quasi duos mansos terrae,

a) ad — silveola *manu* 2. b) cui — Gode *in loco raso*. c) *in loco raso*.

1129. facta a patre altari traditione, ipsae vero consignatae sunt inter sorores et locatae. Terrae autem huius alter mansus est aput Gudolfrothe situs, et solvit 7 solidos et 4 denarios, alter vero est aput Fridesheim positus et solvit 4 solidos preter duos denarios. 9. Kalend. Martii obiit soror Hereburgis. Adeleindis vero obiit[a] . . . . . . . .

Hinc autem elapso tempore, aliae sorores duae, quae primorum quoque sorores fuere, ex patre eodem progenitae, et ex eadem villa dictae, puellares pariter adhuc aetate, quarum altera Elisabeth, altera vero Adeleidis ferebatur nomine, dederunt etiam ipsae terram aecclesiae, quae solvit 7 solidos exceptis nummis duobus, facta pariter inde altari traditione; ipsae vero cum sororibus suis inter sorores aecclesiae sunt collocatae. Terra haec sita est apud[b] Melchwilre, sed divisa non est ab ea quae fuit Adelberti terra. Nizo enim Gerode, cuius filiae fuerunt sorores istae, et idem Adelbertus fratres fuere, quorum propria fuit terra ista, sed duae partes erant Nizonis, tertia vero Adelberti, illius fratris. Unde Nizo dedit partes suas aecclesiae isti, Adelbertus autem suam Steinveldensi. Inde est quod de censu duo nummi solvuntur aecclesiae isti, tercius vero Steinveldensi.

Perseverante[c] adhuc in sua Herimanno sententia, qua sibi ad praesidendum conatus est locum, si posset, vendicare, considerantes postremo saniores mente, quod locus periret illius importunitate, voluerunt inter se rectorem assumere, ne iterum alieni concute-
fol. 13'. rentur novitate; sed cassato eorum consilio illius calliditate, elegerunt sibi Bawarum Fridericum nomine, qui fuit frater Richeri, primi scilicet abbatis huius aecclesiae. Unde facta legatione ad terram Bawariae, assumptus est inde Fridericus, et episcopo Leodiensi praesentatus. Sed suscepta loci cura, non est in abbatem consecratus. Fridericus iste utilis fuit officio et idoneus, sed animosus valde et austerus. Unde visum est eis, quibus fuit notus, quod facile posset resistere Herimanno, cum ille adhuc loco esset importunus. Constituto igitur Friderico communi seniorum consilio, quamvis iuvenes stetissent ex adverso, videns se Herimannus fungi non posse officio, suffusus rubore recessit a loco, nullo tamen
31 eum comitante ex partis suae collegio. Et commendato sibi loco adhuc novello Dunewalt[31] nuncupato a Friderico Coloniensis aecclesiae archiepiscopo, coepit in eo habitare[d], sed[d] solus[d] consumpsit ibi tempus sine rerum prosperitate. Unde postremo recedens etiam[e] ab eodem loco Datiam est ingressus, et ibidem clientelae cuiusdam episcopi associatus, a quo Romam ad domnum papam delegatus, reportavit ei inde dignitatem et pallium archiepiscopatus totius regionis illius[32], quae hactenus subiecta erat tota Bremensi aecclesiae, donec absolvit eam inde suo labore idem Heremannus. Tunc etiam reportavit particulam tituli crucis dominicae ab appostolica largitione, quae ibi inventa est eo praesente, et pro sui recordatione dedit eam huic aecclesiae, cum copiosa rerum promissione. Hinc autem procedente aliquo tempore contulit se etiam regis illius obsequio, a quo post paululum con-
33 donatus est episcopali fastigio, cuius sedis est vulgo Sleswich nuncupatio[33], interea electo ad eandem praesulatus sedem indigena a civitatis illius populo. Sed consecrato statim Herimanno, opitulante sibi regis suffragio, consecratus est et ille, astante ei consanguineo t civili populo, quorum postremo provectus subsidio, dignitate potitus est et loco. Unde Heremannus gravi dolore suffusus, post paululum finem vitae quasi victus merore ibidem est assecutus. Cuius obitum praelatus aecclesiae huius pro eo, quod genitor illius tanta contulerat aecclesiae, quorum haeres fuerat ipse, in catalogo conscripsit fratrum pro agenda illius commemoratione.

Obiit frater Embrico eiusdem Herimanni pater, qui etiam tanta contulit aecclesiae, ut significatum est post consecrationem criptae, 5. Idus Iunii; Adeleida vero uxor eiusdem Embriconis, et mater praedicti Heremanni sacerdotis, obiit 2. Kal. Decembris; obiit et Herimannus utriusque illorum filius 17. Kal. Februarii; obiit etiam Margareta illorum filia, et soror Heremanni, 5. Idus eiusdem Februarii.

a) *spatium vacuum in codice.* b) *ita c. hoc loco.* c) erseverante *in loco raso.* d) *in loco raso.* e) etiam — ingressus *in loco raso.*

31) Dünewald monasterium olim Praemonstratensium in ducatu Montensi. 32) Innocentius II. a. 1133. d. 27. Maii Lothario III petente Adalberonis et futurorum archiepiscoporum Hammaburgensium ius metropolitanum super Lundensem et alias Daniae, Swediae, Norveiae, Gronlandiae etc. episcopatus confirmavit; quo facto fortasse Ascerus episcopus Lundensis Herimanno legato ad Anacletum papam usus, eius opera ecclesiae Lundensi ius metropolitanum impetravit; cf. Lappenbergii nostri Hamburgisches Urkundenbuch p. 132 sqq. Anacleti tamen bulla non extat. 33) sedit a. 1138—1148.

Intronizatus autem loco Fridericus aecclesiae praepositus, primo se mitem ostendit 1129.
et humilem, postmodum vero hausterum et importabilem, sed necesse fuit aecclesiae
mores illius sufferre et insolentiae consuetudinem, quia elegit sibi illum in praeceptorem.

Eodem anno factum est bellum aput Sanctum Trudonem inter Alexandrum Leodien-
sem episcopum et Godefridum Lovaniensem ducem iam deposi um, ubi perpetrata est
maxima occisio conpugnantium, sed maior valde Brabantinorum, unde optinuit Alexander
victoriae triumphum.

# 1130.

Anno dominicae incarnationis 1130. accepta oportunitate vicissitudinis suae Fridericus, 1130.
huius aecclesiae praepositus, exaltavit sanctuarium, et obduxit virtigine[34] lapidum, sicut 34
a fundo constat informatum, voluntatem habens construendi monasterium, dum facultatis
mereretur[a] successum, sine qua nullum opus fit perfectum. Nichil enim adhuc con- fol. 14.
structum erat de monasterio, sed tantummodo exaltatus a solo pro altitudine hominis sta-
turae fuit murus, unde in cripta ad spallendum confluxit conventus, ubi etiam ad audien-
dum convenit laicalis populus. Nam recedente hinc fundatore, huius aecclesiae respersus
est locus tanta infelicitate, ut hactenus non sit exaltatus ulla templi constructione.

His diebus dedit aecclesiae mansum terrae et dimidium Reinwidis matrona nobilis de
Ruregemunde, facta altari ut mos est traditione, et ingressa locum suscipiens habitum,
inclusa est iuxta sanctuarium in dextro sanctuarii[a] latere versus meridianum. Sed quia
femina non potest sola sine feminis habitare, necesse duxit sibi feminas ministrare, unde
sunt exortae fratribus creberrimae conturbationes et molestiae, qua ex re defuncta Rein-
wide, non permissa est ibi amplius includi aliqua vel habitare. Terra haec sita est aput
Holtzheim iuxta Mérsĕnĕ, et solvit 11 solidos puplicae istius monetae. Obiit soror Rein-
widis 4. Idus Martii mensis. Eodem anno obiit Honorius papa, cui successit Innocentius.

# 1131.

Anno dominicae incarnationis 1131. celebravit Innocentius sinodum Remis, congregata 1131.
illuc magna multitudine episcoporum clerique et principum terrae totius Europae, ubi ver-
bis inhaerens episcoporum urbis Romae, praecepit et scripsit, et in conventu illo promul-
gavit etiam a se percussos anathemate contaxatores aecclesiasticae dignitatis, et non au-
diendam esse missam sacerdotis uxorem publice habentis, et alia multa quae observantiam
docent et regulam nostrae salutis. Eodem anno venit Leodium, et ibi parem priori[35] cele- 35
bravit sinodum, congregata etiam illuc magna multitudine episcoporum clerique et prin-
cipum terrae totius Europae, ubi eadem quoque promulgavit et scripsit, quae in Remensi
sinodo promulgata instituit. Unde plebs terrae audita eius exhortatione, de vita clericorum
et castitate, noluerunt deinceps missas sacerdotum audire, quos aecclesiam aut precio
comparasse, aut uxorem noverunt habere, donec hinc anno dominicae incarnationis 1148.
Eugenius, urbis Romae episcopus, Treveris pariter et Remis sinodos celebravit, et sacer-
dotes conductitios a pastoribus[b] constitutos, non annales sed stabilitos, comprobavit, et
quod supportari possent iudicavit.

Eodem anno construxit Fridericus huius aecclesiae praepositus molendinum, quod
superius Eigelsowen super Anstelam est constitutum. Obiit Fridericus Coloniensis aeccle-
siae archiepiscopus 8. Kal. Novembris, cui successit Bruno vir rethoricus.

# 1132.

Anno dominicae incarnationis 1132. profectus est Romam Lotharius rex Theutonico- 1132.
rum, et ibidem est ab apostolico in imperatorem consecratus. Huic ergo expeditioni regis
Lotharii ingessit se Fridericus huius aecclesiae praepositus inconsultis inde fratribus,
quasi ipse regi ex debito obsequi vel quilibet deberet praelatus.

Eodem anno consecrata est cappella ab Alexandro Leodiensis aecclesiae episcopo,
quinto presulatus eius anno, in honore sancti Iohannis baptistae, 2. Kalend. Iunii, Friderico
adhuc existente in comitatu imperatoris Lotharii. Unde regressum convenerunt fratres,
non debuisse eum regia proficisci expeditione, nec tantum iter sine consilio fratrum adisse,

a) *in loco raso.* b) postoribus *c.*

34) vertigine, orbe lapidum. 35) Leodiensis synodus exeunte Martio, Remensis exeunte Octobri ce-
lebrata est.

1132. fol. 14'. dum interim religio[a] periret, et stipendiorum usus deficeret; et hoc maxime ideo fecerunt', quia saecularis videbatur moribus, et levis ei erat cura de fratribus, et quia assidue egredi, et hoc sine auctoritate claustrali, fuit solitus. Qua ex ammonitione coepit inter eos paulatim crescere tanta discordia, ut amodo non esset eis cor unum et eadem anima.

Tunc[b] emit Fridericus a Steinveldensi aecclesia quoddam predium aput Plangis situm, solvens solidos quinque, quod precium emptionis dedit aecclesiae Richesca imperatrix, unde conventus iste debet iure illius diem anniversarium commemorare. 8. Kal. De-
36 cembris obiit Richeza regina[36].

His diebus habitavit aput Byrnen vir dives et ingenuus nomine Pholcoldus, cuius propria erat ipsa munitio, cui etiam duo cognati erant in hac aecclesia presbiteri. Qui cum non haberet prolem, cui dimitteret haereditatem, accepit consilium mutationis a Friderico rectore huius aecclesiae, ut positis illic fratribus cum priore, locum initiaret illum Dei servitio, et assisteret consolatione, donec in abbatiam cresceret novella plantatio, et sic locus uterque, id est Rothensis et ille, unum essent in Domino. Quo fratribus statim missis, missi sunt et illius cognati, duo huius aecclesiae presbiteri, locum illum initiare servitio Dei. Ubi dum ad mensam simul discumberent, et in verba profluerent, subiecit unus ex his duobus presbiteris, non posse ullum, qui nesciret simbolum verbotenus, salvari. Cui prior: *Si quis pure in Deum credit, etsi verba simboli nescit, non debet condempnari.* Et utroque suam sententiam affirmante, orta est inter eos tanta verborum disceptatio, ut prior recederet loco, et fratres remanerent sine prioris suffragio, donec descendit illuc Fridericus quasi illis consulturus, et ad episcopum producens electum ex eis unum quasi ad promovendum, suscepit ipse locum, sine consilio tamen et assensu possessoris et fratrum. Unde contigit eum nec hic nec ibi acceptum fuisse nec gratum.

# 1133.

1133. Anno dominicae incarnationis 1133. factae sunt tenebrae obscurato iam sole in toto orbe circa meridiem, quasi integra diei hora, luna existente 17, 4. Nonas Augusti. Nam tunc velut in nocte apparuerunt stellae, et volucres coeli avolavere, et terra maduit rore, concussique homines ingenti pavore, opinati sunt ultimum diem accidisse. Nec ergo tenebrae istae casu accidisse, neque solaris estimandae sunt eclipsis fuisse, cum eclipsis ut dicunt solaris, circa tricesimam lunae aetatem, quando luna ad eandem qua sol vehitur lineam venerit, et se ille nubiloso corpore suo obiecerit, soleat evenire. Hac enim die magnus ut ferebatur conflictus inter Thurcos et Ierosolimitanos est factus, a mane diei utrisque usque meridiem conpugnantibus, et tunc convictus cessit et perisset penitus, ut dixerunt, noster exercitus, nisi quod praedictis incidentibus tenebris suos liberavit dominus
37 Deus. Embrico de Phischle, qui fuit ministerialis Theodrici comitis de Hara[37], dedit aecclesie vineam quamvis modicam, quae aput Bodenthorph est sita; ipse vero obiit 9. Kal. Maii.

# 1134.

1134. Anno dominicae incarnationis 1134. manifestata est inter Fridericum et fratres illa incurabilis discordia, adhaerentibus illi adhuc quibusdam quasi ex pietate paterna, cum non estimarent eum avelli posse ab aecclesia. Et cum inter se non possent convenire, facta illi appellatione praesentaverunt se episcopo cum questionibus gravis querimoniae, sed[c] ipse nichil videbatur inde curare.

fol. 15. Eodem anno habita est regia Aquisgrani curia, cui praesedit Lotharius imperator. Ad hanc curiam confluxerunt omnes fere episcopi Germaniae et principes terrarum circumquaque, et venit Gerardus Romanae cardinalis aecclesiae, qui postea nuncupatus est
38 Lucius[38], dum constitueretur apostolicus Romae, venitque Alexander, cuius erat dissensionem hanc diiudicare. Venerunt ergo ad eum fratres iterum de Friderico conquerentes, sed ipse simulata infirmitate, destinavit eos ad cardinalem Gerardum, consistere[d] ad illius iudicium. Qui auditis istorum querimoniis et illius responsis, cum solus excusari non posset a tot elogiis, et seniores Leodiensis aecclesiae assisterent istis, dato illi consilio absolvit eum a loco, non tamen depositum, iudiciali obsistentium testimonio.

a) religilio *c.* b) unc — anniuer *in loco raso.* c) sed — curare *in loco raso.* d) c. ad illius *in loco raso.*

36) Lotharii vidua d. 10. Iunii a. 1141. obiit. 37) i. e. Are. 38) Lucius II sedit a. 1144. Mart. 12. usque 1145. Febr. 15.

Tunc[a] pulsatus est idem Fridericus coram imperatore et episcopo Traiectensis aeccle- 1134.
siae a Pholcoldo de Birnensi coenobio, quod promisso sibi praelato et non exhibito, locum fraudulenter suscepisset ab episcopo, nec divino provideret ministerio, et sibi et loco pro gravi esset impedimento. Unde[b] cum clerum non haberet, quem illuc destinaret, et qui remansit, ad se non pertineret, resignavit episcopo[c] locum, et sic infatuatum est eius consilium. Cui post modicum datus est ab imperatore locus Hôste[39] nuncupatus, inter Magun- 39
tiam et Spehtheshart situs, ubi dum disceptaret cum ministerialibus, naso est mutilatus, et sic recedens, aput Winkele defunctus est et sepultus.

Absoluto autem illo ut dictum est a loco, commonuit cardinalis fratres sibi adhuc assistentes, Bornonem, huius aliquando praelatum aecclesiae, iterum sibi in praelatum assumere, quia inconsiderate a loco recesserit et stulte, et consequenter eiusdem aecclesiae adhuc obligatus sit dispensatione. Qui libentissime inita illius commonitione, excepta tantum hac conditione, ut ipse nunquam consuetudines mutaret aecclesiae, cuius rei voto sibi non concesso praesumpsisset recedere, assumpserunt sibi iterum Bornonem communi electione in praelatum et rectorem salutis et animae.

His diebus habitavit Borno aput Loncho[40], missus illuc ex[d] Sprenkerbacensi coenobio. 40
Adhuc subiecta erat capella haec Sprencherbacensi aecclesiae, unde ex praelati illius praecepto praeerat ibi prioris tantum nomine.

Revocatus igitur Borno in locum hunc, ex quo iam anno hinc retro recesserat[e] octavo, et insignitus est dignitate ut mos tradit ab episcopo, et in abbatem consecratus est hoc eodem regressionis eius anno. Borno iste ex partibus Burgundiae erat natus, et in Sprenkerbacensi coenobio conversus, et inde Lunnecho in priorem destinatus, unde modo huc in praelatum est asumptus.

## 1135.

Anno dominicae incarnationis 1135. deprehensi sunt heretici Leodii, sub specie reli- 1135.
gionis catholicae et habitu spiritualis vitae, qui legitimum negabant conubium, et communia debere astruebant esse consortia feminarum, et baptismo contradicebant parvulorum, et affirmabant orationes vivorum nichil animabus conferre defunctorum. Qui errorem cum non possent negare, voluit eos populus lapidare, unde tanto percussi timore elapsi sunt sub nocturna caligine; sed in vinculis tribus eorum detentis, unus combustus est igne, reliqui duo reddiderunt se aecclesiae cum fidei prophessione.

Rudolphus de Evescenrothe, vir nobilis, dedit aecclesiae novem iugera terrae, quae sita sunt aput Evescenrothe, non longe a vallata domo illa sub occidente, in quadam valle, et solvit 12 denarios puplicae istius monetae. Ipse vero obiit Nonas Iunii, et hoc in loco commendatus est sepulturae.

*Eodem anno pulsatus Alexander episcopus a quibusdam maioris aecclesiae fratribus, fol. 15'.
quod simoniace et voto pecuniae distribueret dignitates aecclesiae, et facta ei appellatione maioris audientiae compulsus est Romam iter arripere, sed cum in medio itinere inciperet aegrotare, delegavit apostolico nuntios se excusare; qui constricti ab illo, si vere aegrotaret iurare, non sunt ausi hoc sacramento affirmare. Unde apostolicus magna motus indignatione, illum ad se ut praeceperat non venisse, quasi se simulata subtraxisset infirmitate, data illis verbi significatione, absolvit eum ab episcopali dignitate. Qui statim regressus, et in compendio vita privatus, in monte Puplico est sepultus; cui successit Albero huius nominis secundus. 2. Nonas Iulii obiit Alexander episcopus.

## 1136.

Anno dominicae incarnationis 1136. construxit Borno dormitorium hoc lapideum, terra 1136.
tantum cum calcem non haberet cementatum, exquisita magno labore materia lignorum. Adhuc enim pausavit conventus in domo lignea aliunde huc transposita, ex quo consumpsit totum locum lambens flamma, ubi etiam pulcherrima perierunt ex lignis claustri edificia.

His diebus dedit aecclesiae mansum terrae Gozwinus, Harberti Traiectensis episcopi filius, cum ille adhuc sacerdotio non esset sublimatus, et ingressus claustrum positus est

a) unc pulcatus est i *in loco raso.* b) unde — haberet *in loco raso.* c) *in loco raso.* d) ex — erat *in loco raso.* e) resesserat *c.*

39) Höchst? 40) infra Lunnecho vocatur.

1136. ad clericatum, sub regulari iam prophessione educatus. Mansus iste situs est inter Leccam fluvium et Traiectum, a civitate contra Affricum, aput villam cui Salcwich est vocabulum.
41 Tunc plantata est vinea apud Arwilre[41], quae nuncupatur Hechenbrucha, aecclesiae huic, in clivo cuiusdam montis, ubi locus villanis erat communis, unde illis pro ea solvit haec
42 aecclesia decem et octo denarios Rigemacensis[42] monetae, quos postmodum[a] anno dominicae incarnationis 1147. dederunt ipsi villani aecclesiae ibidem sitae, quam eodem quoque anno consecratam denuo constat fuisse, et sic libera est vinea huius aecclesiae, nisi quod cultores solent sibi vinum dimidiare.

Eodem anno desponsavit Adolphus, huius aecclesiae advocatus, filiam nomine Mathildam Heinrico Walrami ducis filio de Leimburch, tradito ei dotis iure istius parrochiae et quod habuit Haspaniae allodio, et magno a praesule Coloniensis aecclesiae beneficio. Cui etiam concessit advocatiam huius aecclesiae cum allodio circumiacente, eodem videlicet tenore, quo praescriptus est pater eius eam instituisse. Factus est igitur Heinricus allodii huius possessor et aecclesiae advocatus, traditis sibi rebus ab Adolpho comite cum Mathilda sibi[b] uxore[b].

Mart. April. Anno hoc habita est curia Coloniae a Lothario imperatore, confluentibus ad eum episcopis et principibus terrae, unde idem Heinricus cum illuc profecturus expensis non esset stipatus, accepto argento a fratribus liberum remisit aecclesiae mansum qui infra Meinweitham est situs, quem huc etiam pecunia tunc sibi data tradiderat comes Adolphus anno dominicae incarnationis 1125, quamvis postmodum ab eo uxoris consilio aecclesiae sit interdictus. Profectus est Romam Lotharius imperator.

Facta[c] interim[c] inquisitione locorum usquequaque Borno, si reperto huiusmodi loco posset sorores aput Rothe habitantes hinc transponere, optinuit hoc eodem anno a comite Adolpho de Saphemberch, ut vendicata valle, quae nunc appellatur sanctae Mariae, a possessoribus, quorum constat fuisse, et conplanata torrentis profunditate, concederet ei[c] monasterium illis in ipsa construere, et non prohiberet eas ibidem cohabitare.

Porro vallis haec arta nimis erat et profunda, unde magna[d] congerie lapidum et terra
fol. 16. impleta est et complanata, et cum ab homine nunquam fuisset inhabitata, bestiis silvestribus pervia erat et latronibus usitata.

## 1137.

1137. Anno dominicae incarnationis 1137. privatus est Borno vitae suffragio, qui tertius fuit abbas huius aecclesiae, dignus pia in Domino recordatione. Erat enim simplex et religiosus, devotus in Domino et benivolus, et in tantum usquequaque acceptus, ut etiam honoraretur a principibus. Borno primus hic lanea indutus est tunica pro consuetudine, unde modo quasi pro ordine solent eam omnes induere, qui hactenus lineis contenti camiseis fuere.

Expletis ergo exequiis et sepultura Bornonis, electus est Iohannes in praelatum et rectorem animarum, antiquus aecclesiae huius frater et discipulus, qui in universis probatus et fidelis est inventus, unde in electione eius tanta erat concordia, ut ab omnibus nemo penitus dissensisse sit repertus. Iohannes iste Lovaniensis fuit natione, hac in aecclesia longo conversatus tempore, nunquam voluntate deficiens a religione, unde tandem regulari est insignitus benedictione. Presentatus igitur episcopo, suscepit curam ab illo, sed non est consecratus abbatis officio, non quod dignitate esset indignus aut ministerio tantus non sufficeret sacerdos. cum adprime eruditus disciplinis fuisset litteralibus et religiosus valde et modestus, et tanta castitatis diligentia fulcitus, ut verbum impudicum non sufferret illius auditus: sed quidam eorum, qui elegerant eum, versa vice electionis suae, coeperunt ei, quasi non sufficeret, detrahere, negantes ei si ordinaretur assistere, et sic debita fraudatus consecratione, non est moleste compertus hoc tulisse, ne gloriari velle videretur dignitate.

Comparata interim Iohannes valle, quae nunc appellatur sanctae Mariae, constituit operarios negotio insistere, qui magna congerie lapidum et terrae, impleta torrentis cavitate, et conplanata paulatim superficie, posuerunt fundamentum aecclesiae, et coeperunt

a) *in loco raso.* b) *in loco raso.* c) *in loco raso.* d) *maga c.*

41) Ahrweiler. 42) Remagensis.

edificare; et transacto hinc anno et secundo, celebrata est ibi missa in tertio, id est incarnationis Domini 1138. 1137.

Tunc plantabant vineam in clivo montis occidui, ab occidente septis imminenti, ex iure civilitatis huius aecclesiae, quam ipsa ex curtis potestate aput Meinscozen quondam sitae habet etiam in territorio illius parrochiae.

His diebus emit Iohannes 7 iugera terrae a quodam pictore Heriberto nomine, quae sita sunt ultra Crumbach a curte versus Affricum, ubi termini de Ritherche et de Simplevei habent confinium, infra Ritherecensis parrochiae terminum; unde 2 iugera solvunt 2 denarios Ritherecensi aecclesiae, et sic libera est terra coenobii huius absque decimarum iure.

Hezelo de Rucelenfelt, qui ministerialis fuit Heinrici aecclesiae huius advocati, cuius etiam propria erat terra aput Affethen et Rucelenfelt sita, dedit aecclesiae sedecim iugera terrae, facta ab eodem Heinrico altari traditione; et inita cum fratribus Hescelo praedictus professione, insignitus est commanendi habitudine.

Eodem anno emit Iohannes mansum terrae ab Hariberto pontifice Traiectensis aecclesiae, qui situs est aput Salcwich, iuxta eum videlicet mansum, quem proximo hinc retro anno dedit etiam aecclesiae Gozwinus praedicti Harberti filius, hic inter fratres consignatus et litterarum officio educatus.

Hoc eodem anno obiit Bruno archiepiscopus Coloniensis in expedicione Lotharii imperatoris; cui Hugo ibidem subrogatus, ab Innocentio est consecratus, set 27.[a] die morte periit; cui Arnoldus quoque successit. Deinde Lotharius in confinio Alpium moritur, et fol. 16'. sic ad terram suam reportatur.

# 1138.

Anno dominicae incarnationis 1138. accepta oportunitate vicis suae Iohannes exaltavit[b] 1138. murum ex utraque parte absidum, obducens superius materia lapidum conplexuras trium fornicium. Adhuc enim psallebat conventus in sacrario, ex quo illud edificatum est a Friderico.

His diebus dedit aecclesiae 9 iugera terrae Godescalcus aput Amble, et solvunt novem denarios Coloniensis monetae.

Lambertus[c] de Nueleinde dedit aecclesiae decimas novem iugerum terrae, quae sita sunt retro hospitale, sub affrico ab eadem domo. Hinc autem evolutis aliquot diebus, Hadwidis uxor illius dedit etiam aecclesiae duo iugera terrae pariter cum decimatione, quae sita sunt ultra Strevelo, a curte sub vulturno. Lambertus obiit 6. Kal. Martii, Hadwidis vero 12. Kal. Februarii.

Winricus de Trevenstorph dedit aecclesiae 14 iugera terrae una cum curte, quae[d] sita sunt aput Sehteme, et sex pariter arbustorum, quae a villa contra occasum sita sunt super montana. Ipse vero 7. Idus Maii solutus est vita.

Defuncto autem Lothario[e] imperatore anno priore, unctus est in regem Conradus Aquisgrani. Colonienses rebellant Arnoldo archiepiscopo.

Gualramus dux de Leimburch moritur, et Godefridus Lovaniensis substituitur.

# 1139.

Anno dominicae incarnationis 1139. construxit Iohannes domum ligneam, valde decoram, ad colligendos in ea hospites et quoslibet adventantes, pro eo quod hic semper erat 1139. consuetudo hospitari et egenos et divites. Hinc autem quinto instante anno, id est incarnationis 1144, combusta est eadem domus proprio sui incendio, liberato[f] manifesta Dei protectione huius loci edificio.

Hageno[g], cuius erat superior terra aput Hagenrothe sita, dedit aecclesiae decimas 15 iugerum ultra rivulum et secus eum qui ex Meinweitha defluit iuxta eandem domum. Hinc autem evoluto tempore aliquo, dedit etiam aecclesiae Ludewicus eiusdem Hagenonis[h] filius decimas sex iugerum iuxta dictum ibidem rivulum, facta altari traditione oblationis utriusque per eorundem dominum. Innocentius papa Romae in medio quadragesimae sinodum celebravit, et plurimos aecclesiae reatus correxit.

a) XX — reportatur *in loco raso.* b) exaltavit — utraque *in loco raso.* c) *ita corrigo*; c. Hambertus, *rubra littera* H. d) qui *c.* e) lothorio *corr.* lothario *c.* f) *in loco raso.* g) Haneno *c.* h) hanenonis *corr.* hagenonis *c.*

# 1140.

1140. Anno dominicae incarnationis 1140[a]. Constructa[a*] aput Arulam in[b] orientali parte illius aecclesiae, cum utraque sua abside et oportuna maxime officinarum diversitate, ubi sorores erant collocandae, transtulit eas illuc Iohannes praelatus huius aecclesiae, quae numero 30 et septem fuere, ea ab omnibus collaudata institutione, et conscriptis utriusque episcopi Adelberonis et Arnoldi cartis cum sigillatione, quia locus ille proprius sit huius aecclesiae, et ipsae sorores omnino huic praelato debeant obędire, nec intus vel extra committere officium aut mutare, aut per se aliquam auctoritatem, quae ad fratrum pertineat regimen, audeant corroborare; sed praelatus iste in sua teneat potestate universa disponere, quae tamen communi fratrum consilio fieri debent et constare. Translatae igitur sorores et locatae in praenominata valle, quae nuncupatur vallis sanctae Mariae, debent ibi Deo servire sub eadem Rodensis aecclesiae disciplina et religione, nec quicquam per se augere
fol. 17 possunt vel demere'. Tunc discrevit eis Iohannes agros et vineta, quae etiam illis paulo ante erant a Bornone designata, non ut ea penitus sequestraret ab hac aecclesia, cuius propria sunt et possessiva, sed ut illis pro tempore suppeditarent nutrimenta, quorum hic subiecta continentur vocabula: curtis aput Meinscozen cum familia, agrique et vineta; Nenthrothe cum possessionibus et familia; Gysenrothe cum agricultura curtis aput Asch, quae dicitur Roth, cum agricultura, et ibidem unus censualis mansus; apud Burnen dimidius censualis mansus; aput Milchwilre 7 solidi Coloniensis monetae, exceptis duobus denariis; aput Gudolphrothe 7 solidi et 4 denarii Coloniensis monetae; apud Fristheim 4 solidi Coloniensis monetae, exceptis duobus denariis; aput Wanle molendinum 10 solidorum et trium obolorum Coloniensis monetae.

Tunc remansit libera loco huic curtis illa, quae Crumbach est nuncupata, et parrochiana Rothensis aecclesia, quae eis usque nunc ministraverunt victualia. Locatae autem in valle illa, sollicitabant Iohannem pro vinea, quae a sinistris ad exitum eiusdem vallis est sita, in clivo montis pendula, quia illis contigua erat et oportuna. Unde accepto seniorum consilio concessit eam illis, resignatis pro ea aecclesiae huic 10 solidis et 3 obolis de molendino aput Wanle, quamvis eadem vinea maioris precii non dubitaretur fuisse.

Accepto interea consilio Iohannes de parrochiana Rodensi aecclesia, cum ipsa huius sit propria, et utraque in eadem sit parrochia, suaso simpliciter archidiacono suscepit eam ab illo, ne forte ab alieno pastore ibi posito et huius coenobii praelato oriretur iterum dissensio; et posuit ibi unum ex his sacerdotibus divino fungi officio, arbitratus profecto, quod etiam haec eadem in posteros suos successura[c] foret dispensatio.

Wilemmus comes palatinus obiit, cui nullus haeres successit.

# 1141.

1141. Anno dominicae incarnationis 1141[d] Albero Leodiensis episcopus huius nominis secundus, obsedit Bulun castrum, sibi tunc contrarium, cum beati Lamberti sit proprium, et humanis viribus inexpugnabile; et[e] meritis sancti Lamberti, cuius etiam reliquiae ibi praesto fuerunt, sine dispendio vicit.

Sigewiz[43] de Kemenathen, nobilis videlicet matrona, cuius etiam[f] proprium erat Herebach, et tota eiusdem viculi terra, dedit aecclesiae quinque iugera terrae, in australi ipsius viculi latere, iuxta collem qui Bicchenberch dicitur vulgari nomine. Hinc autem transacto tempore non longo, dedit etiam aecclesiae septem iugera terrae Gozmarus de Luthenachen, qui fuit gener eiusdem Sigewizae, haereditario ei succedens iurę. Terra haec sita est iuxta quercum, a viculo versus affricum, ubi euntibus[g] via publica praestat transitum.

Gozmari huius quidam ministerialis nomine Hazecho accepta domini sui licentia dedit pariter aecclesiae sex iugera terrae, iuxta praedictam quercum a viculo versus affricum, facta altari a Gozmaro omnium traditione. Sigewiz obiit 16. Kal. Ianuarii. Goz arus vero 16. Kal. Novembris.

Eodem anno privatus est vita Iohannes huius aecclesiae praelatus, quinto regiminis sui anno, vir magnae dilectionis in Christo, qui etiam religiosus valde fuit et veridicus,

a) *cod.* XLII, *manu recentiore* XLIII. a*) *scil.* domo. b) ulam in *manu recenti quum priores ductus evanuissent.* c) suscessura *c.* d) *cod.* XLIIII. primo *ut videtur, mutatum manu recenti in* XLIII. primo. e) *rubricator superscripsit* sed. f) igewizusque etiam *alio atramento in loco raso.* g) e. v. p. p. t. *in loco raso.* 43) Sigewidis.

stabilisque in moribus, et in opulentia quoque rerum sobrius*, et longo tempore in canonica religione comprobatus. fol. 17'. 1141. Is tamen debilis fuit corpore, non valens plerumque ut praelatis incumbit laborare, tota semper Domino innixus mente; unde pro eo ipse Dominus stare et ad perfectum res eius dignatus est perducere. Nam in diebus regiminis eius tantam rerum abundantiam contulit Dominus loco, ut nullus omnino ex fratribus iuste causari posset pro aliqua sui indigentia, cum unicuique ad plenum quaeque sufficerent usualia. Unde ordo cotidianus et regularis disciplinae usus tam decenter ab universis est observatus, ut et ipse locus et incolae eius honorari mereretur et diligi etiam a principibus.

Iohannes nusquam levi vagabatur occasione, ut plerique solent facere, sed in loco pro ordine gubernando mansit continue, ut et ipse quasi par unus et communis esset omnibus, nichil singularitatis ex potestate sibi usurpasse visus; et ideo pax et concordia in diebus eius servabatur ab omnibus. Ipse namque omnia consilio digna consilio dispensavit, unde ex omnibus nemo penitus, quod iuste reclamaret, adinvenit. Iohannes obiit 4. Nonas Aprilis, quintus huius aecclesiae praelatus.

Cuius corpore sepulturae tradito, et spiritu divinitati commendato, electus est[a] Erpo et in rectorem assumptus pro eo, communi ut moris est consilio, cum tamen esset iuvenis nec adhuc diu sacerdotali functus officio. Erpo itaque Traiectensi oppido progenitus est mundo, sed hoc in loco informatus est regulari ministerio, vigente adhuc hic magna claustralis vitae disciplinà, quia diligenter et cum omni studio initiatus est divino conventus loci huius obsequio. Praesentatus igitur episcopo suscepit curam ab eo, consecratus abbatis officio, quartus[b] in hoc loco, sed sextus in communi praelatorum cathalogo. His adhuc diebus viguit hic magna et in Christo et congregatis adoptanda inter fratres concordia, quae nunquam stabilis erit nec rata, nisi pace firma inter caput consistente et menbra. Et quia quaedam consuetudines huius aecclesiae, quae a conventu erant tenendae, graves fuerunt ad portandum et difficiles ad implendum, sed maxime in cotidiano canore et induviarum habitudine, erant enim ex monachorum institutis loco huic illatae, mutavit aliquas et alleviavit eas cum omnium asspiratione, ut facilius posset eas conventus pro debito exsolvere, et devotius debita queque adimplere. Nam usque nunc dicebantur aput nos ante nocturnos quindecim gradus tripertiti cum collectis tribus, et ante primam laetania cum septem psalmis poenitentialibus, et in psalmis dicebantur interrogationes ut in lectionibus, et longo aliter quam modo sanctae Mariae cursus. Nec cuiquam clericorum exuto superpellicio, id est habitu sibi consecrato, licuit solo uti verbo, nisi aegrotanti lectulo aut residenti lavacro; nam huiusmodi erat hic diversa observatio, quasi salutaris esset talis religio. Nondum quoque est hic receptus quilibet laicus, nisi dignus aput saeculum visus sit et honestus; unde adhuc modicus fuit hic et tenuis eorum[c] conventus, donec ab eo unusquisque, qui libenter vellet deservire, in omnium commune consortium collectus est et consignatus.

Porro translatis hinc sororibus in vallem Sanctae Mariae, quae habitaverant Rothe, decrevit Iohannes, a quo illuc sunt translatae, cum omnium peticione, nullas hic ulterius substituere, pro eo quod tantae possessiones huius aecclesiae sunt illis subrogatae, et quod duobus conventibus utriusque sexus non conveniat in eodem ambitu cohabitare. Sed illo interim de medio hinc assumpto, arbitrabatur Erpo, qui illius subrogatus est loco, aliquas hic esse recipiendas, ad vestes universorum conficiendas*, et quod eodem et diverso illarum fol. 18. ministerio non posset aecclesia carere, cum etiam in apostolorum obsequio religiosae secundi sexus personae legantur ministrasse. Et constructo illis idem Erpo singulari habitaculo hoc in eodem loco, imposuit octo, sed procedente paulatim tempore sunt plurimum augmentatae, sicut hoc genus conversionis crescit et multiplicatur uberrime.

# 1142.

Anno dominicae incarnationis 1142. emit Erpo decem et octo iugera terrae cum curte 1142. una, quae aput Mereburen sunt sita, ab Heremanno libero videlicet homine, qui de Horsbech fuit ex natione.

Saxones reconciliati sunt Conrado regi, cui erant prius inimici. Leodium concrematum est igni. Obiit Godefridus dux Lovaniensis.

a) *sequentia alio atramento et ut videtur manu alia scripta sunt; proxima usque ad* loco sed *in loco raso.* b) *rubricator superscripsit* abbas. c) laicorum *superscripsit rubricator.*

# 1143.

1143. Anno dominicae incarnationis 1143. ingressus est aecclesiam Arnoldus, quem subsecutus est Rutgerus frater eius, et uterque est hic in clericatum et religionem educatus. Hii dederunt aecclesiae 10 et 8 iugera terrae, facta inde altari traditione Terra haec sita est aput Mereburen, et compar est et dimidia illius terrae, quam proximo hinc anno emit Erpo a quodam Heremanno.

Hildebrandus adolescens cum ministerialis esset Heinrici, qui advocatus aecclesiae huius fuit, et dominus totius allodii, accepta eiusdem domini sui licentia dedit aecclesiae mansum et dimidium terrae cum sua curte, et molendinum cum tribus quoque iugeribus et decimas de 15 iugeribus terrae possessoris alterius, quae universa praedictus, ut moris est, Heinricus, cum eius essent propria, tradidit altari cum ipso adolescente, accepta sibi ab aecclesia traditionis recompensatione. Mansus iste ultra Anstelam est situs, inter eum videlicet mansum, qui olim fuit Iuttae, et nunc proprius est aecclesiae, et inferiorem rivulum et secus eum, qui etiam rivulus est dimidius aecclesiae. Decimae siquidem huius mansi datae sunt etiam aecclesiae cum ipsa eiusdem mansi traditione. Huius autem mansi curtis est evulsa, quia non erat ibi aecclesiae necessaria. Hinc vero inferius parum super Anstelam positum est molendinum, cui ibidem tria iugera praestant ministerium, cum supputatione decimarum. Dimidius quoque mansus ultra Strevelo est situs, trans ea scilicet arbusta, quae inter curtim aecclesiae et Hanrothe sunt sita, sic videlicet ut haec terra curtim ab occidente, et arbusta ab aquilone, et Hanrothe habet ab oriente. Huius terrae tria iugera sunt arbusta, sed 24 sunt arabilia, unde etiam decimas habet illa popularis aecclesia. Praedicta vero quindecim iugera, unde decimas habet haec aecclesia, non erant eius possessiva, et sunt inter Frowensiph[a] et Worm sita, ubi etiam sita sunt alia quindecim iugera horum comparia, unde prius pariter decimas per Richerum abbatem primum emptas possedit aecclesia. Nam 30 haec iugera superius eam curtim sunt sita, quae sola inter Frowensipham et Worm est posita. Hildebrandus est aecclesiam ingressus et ad clericatum positus, secum adducens septem alios utriusque sexus, quos universos collegit hic religio et locus. Obiit Hildebrandus acolitus Kal. Iunii.

Eodem anno exaltatus est murus aecclesiae a choro sub occidente trium fornicium longitudine, et obducti sunt duo tantum fornices lapidibus cum suis utrinque collateribus.

# 1144.

1144. fol. 18'. Anno dominicae incarnationis 1144. Carissima de Nortbeche, Heremanni uxor[c], defuncto iam marito dedit aecclesiae tres[b] mansos terrae illius mensurae, et regulari induta veste in sororum est recepta societate. Terra haec sita est apud Nortbech, et ex parte aratro subiecta et ex parte cultoribus est disposita, unde ipsi censualia solvunt debita. Terra[e] vero exposita erat usurario in vadimonium pecuniae; unde necessitas incubuit aecclesiae, suo eam precio ab usurario redimere.

Bruno quoque, huius Karissimae pater, dedit etiam aecclesiae septem iugera ibidem sita, et hoc in loco obductus est sepultura. Obiit Bruno 4. Idus Ianuarii.

Eodem anno emit Erpo predium ab Eppone de Ludesheim dicto, nobili videlicet viro, qui etiam facta inde altari traditione, tradidit etiam Heinrico loci istius advocato providentiam advocatiae, et sic liberrime assignata est proprietas aecclesiae. Predium hoc est aput Sinneche situm, quasi trium sit mansorum terrae arabilis pratique et arbustorum, ubi etiam molendinum cedit aecclesiae dimidium.

His diebus grave et magnum factum est prelium inter Heinricum de Leimburch et Gozwinum de Falkenburch, cuius rei tale constat fuisse initium. Nam Heinricus Walrami ducis cum esset filius, defuncto iam duce, dux et ipse est constitutus. Unde elapsis aliquot annis, circumventus est dolo a rege Cunrado, ut ducatu manu misso, donaret eum rex tanto aut meliore benificio; sed postremo defraudatus est etiam hoc regis promisso. Gozwinus namque diu optinuerat regia duo predia, quasi sua fuissent propria, Ganchelt videlicet et Rhitherche, donec hoc eodem anno a rege alienatus est[d] predio utroque. A quibus dum se Gozwinus quasi propriis usibus nollet abstinere, potitus regia Heinricus auctoritate, optinuit et possedit utraque, unde coeperunt mox inter se confligere, semper tamen superiore Heinrico existente, qui tandem destruxit et combussit Hemesberch sine ulla illius

a) fowensiph c. b) R. corrige *adscripsit rubricator, quod factum esse videtur.* c) *ita minio scriptum in loco raso.* d) *vox deest in c.*

repugnatione. Sed cum se Heinricus a rege videret illusum, et se quoque Gozwinus allodiis doleret defraudatum, reconciliati sunt alterutrum, ut ulterius sibi auxilio assisterent uterque in unum. Coelestinus papa obiit, cui Lucius successit. Lucius iste fuit regularis canonicus, id est nostri ordinis prophessus. Lucius papa obiit, cui Eugenius successit[a] Eugenius iste fuit monachus, et gresei ordinis prophessus. Ventus fuit vehementissimus, quem semper ut ferunt fames sequitur et carum tempus. Eodem anno facta est fames magna. 1144

Et quia haec nostra Rothensis aecclesia elemosinarum benificiis est educata, disposuit et ipsa a principio sua indigentibus benificia suppeditare, id est annonam suam vinumque et censum decimare, in hoc praesens pauperum hospitale, ubi etiam fratres laici, sive minuti, sive infirmi, solebant reclinare, et ex stipendiis eiusdem hospitalis vixerunt, quasi habitaculi necessitate. Nunc autem murmurantibus illis quod elemosinarum alerentur stipendiis, cum et ipsi communis omnium essent fraternitatis, absolvit eos abbas inde tali videlicet rerum mutatione, ut ulterius panis tantummodo et cervisia in praedictum decimetur hospitale, et pro[b] decimis[b] vini pars detur tricesima, et census nummorum pars vigesima[c], et sic fratres praedicti sive infirmi sive minuti ex promptuario nutriuntur communi.

# 1145.

Anno dominicae incarnationis 1145. Habitavit aput Bulsbach Fridericus, vir quidem ingenuus, et aput Goleche frater eius nomine Heinricus, magna uterque rerum inopia debilitatus. Nam ipsi id ipsum quod habuerunt allodium, posuerant usurariis in victualitatis vadimonium. Unde compulsi necessitate tradiderunt allodia aecclesiae cum munimine et providentia advocatiae. Et ingressi locum ad omnium commune consortium, adduxerunt secum alios quinque sexus utriusque, qui simul universi sunt recepti sub habitu et religione. Friderici vero allodium est aput Bulsbach situm, quasi duo mansi 40 diurnalium, et 3 bonuaria arbustorum. Villula vero Goleche dicta erat Heinrici cum familia, absque parte modica, et aecclesia ibidem sita erat etiam eius propria cum cappella quae Bilstein est dicta, cum huius Golensis[d] aecclesiae sit filia. Et cum haec in vadimonium fuissent deposita, redempta sunt ab aecclesia, et in utroque loco exstructa[e] est agricultura. 1145. fol. 19.

Adelbertus, vir nobilis et in Christo devotus, dedit aecclesiae capellam aput Scarneu sitam, cum circumiacente propriae habitationis curte, et assignavit cappellae decem et octo bonuaria terrae, facta inde altari traditione, et reservata sibi tutela advocatiae. Dedit autem eam aecclesiae tali significatione, ut ibi saltim divina ab aliquo celebrarentur sacerdote huius aecclesiae, sed abbas posuit illuc sorores, quamvis hoc non comprobarent fratres[f], arbitratus eis ibi plurimum subventuros fuisse Traiectenses.

His diebus fecit abbas conventionem cum canonicis Aquensis aecclesiae de quarumdam decimarum collectione, quas ipsi habent aput nos infra terminos Rihterchiensis parrochiae, ut de manso et dimidio aput Crumbach sito, et altero etiam dimidio super Anstelam iuxta Rothe posito, qui aecclesiae proprii sunt ambo, et de alieno quoque integro, qui contiguus est huic inferiori dimidio, solvat aecclesia singulis annis Aquensibus clericis tres modios frumenti, et tres siliginis, mensurae Aquensis, et ratum permaneat aput posteros pacto huius conventionis.

Factum est preterea verbum inter seniores aecclesiae, quod sagimine vellent abstinere, sicut etiam eo iam aliae quaelibet et religiosae abstinent aecclesiae, cum ipsi quoque hoc uti viderentur absque aliqua[g] ut dixerunt utilitate, eo scilicet quod multiplicato animarum numero, res mediocris quae prius sufficiebat paucis, modo non posset sufficere universis. Sed iuniores huic illorum proposito tali quidem ratione conati sunt contraire, quod in hoc sicco habitantes situ terrae, deposito iam sagimine non haberetur, unde vel se vel debiles quosque possent recreare. Abbas vero ut seniorum corroboraret propositum, promisit eis aut oleum semper providere aut butirum cum iugi apparatu caseorum; sed haec promissio eius, cum hic rerum esset defectus, ad plenum non pervenit effectum, sagimen tamen est depositum.

Cometa visa est in partibus occidentis, quam tertio hinc anno subsecutus est exercitus huius regionis.

a) suscessit *c.* b) p. d. *minio addita.* c) corrige *adscripsit rubricator, sed nihil mutatum esse videtur.* d) *ita minio scriptum est supra* huius. e) *ita minio pro* exstucta. f) tres quia arbitratus *c.* quia — fuisse *in loco raso.* g) magna *superscripsit rubricator.*

1145. Obiit Adelbero Leodiensis episcopus, eiusdem nominis secundus. Qui cum canonice electus fuisset et promotus, postremo tamen appellatus est Romam et profectus; unde honeste reversus, in diversorio cuiusdam comitis sui ut dixerunt veneno infectus, ibidem mortuus est et sepultus. Cui successit Heinricus, huius nominis secundus. Ventus fuit vehementissimus, quem fames semper ut ferunt sequitur et carum tempus.

# 1146.

1146. Anno dominicae incarnationis 1146. Habuit aput Amble aecclesia quae nuncupatur Lunnecho 40 iugera terrae cum curte una ibidem sita, et aput Spilh iugera 30 cum curte una ibidem quoque sita. Haec igitur conventione inter se facta emit abbas ab illa. Unde venundatis duobus mansis iuxta ulterius Traiectum sitis, et tertio aput Wiburchoven sito, fol. 19'. appendit illis inde pecuniam* ipsique assignaverunt nobis terram. Unum igitur mansorum, quos vendidit in comparatione istius terrae, emit Iohannes praelatus ab Hariberto Traiectensi episcopo, anno Domini 1137. Alium autem contulit huc Gozwinus eiusdem Hariberti filius, anno Domini 1136. Tertium vero dedit huc soror Wendelburgis, anno Domini 1118.

Hinc autem procedente aliquo tempore emit etiam abbas aput Amble 15 iugera ibidem sita, ab Ruberto Reinaldi fratre, qui in Ierosolimitanorum mortuus est expeditione. Deinde emit ipse ab Gerardo de Ruthinc dicto 14 iugera cum curte una, aput Amble quoque sita. Et curtis utraque Gerardi videlicet et aecclesiae, cum per se esset parva, in unum est redacta, et facta est ibi curtis una, quae in ordine reliquarum constat esse septima. Emit etiam ibi duo iugera a Reinaldo seniore, iunioris Reinaldi patre. Et Walteffer dedit ibidem aecclesiae unum, et Everhardus unum, et Homerus unum; hic obiit 3. Non. Ianuarii; et Gunterus unum; hic obiit 3. Idus Iulii.

Curtis aput Ambla septima in ordine curtium huius aecclesiae

Eodem anno intonuit quasi de caelo verbum sanctae crucis in omnibus ubique partibus Germaniae et occidentis super filios Ierosolimitanae expeditionis, egrediente interea diacono nomine Rudolpho ex ulteriore situ Galliae, magna et celebri exhortatione[a] unamquamque animam versus Ierosolimam informare, cum crucis impositione. Tunc insigniti sunt ubique sanctae crucis stigmate pro adeundo itinere expeditionis Ierosolimitanae quasi decima pars totius terrae.

Rodolphus[b] iste fuit ex ordine Clarevallensis aecclesiae, et ferebatur solitarius fuisse. Et cum ipse transisset hanc terram usque Maguntiam crucis praedicando victoriam contra paganorum insolentiam, subsecutus est eum abbas Clarevallensis, ab officio surripiens exhortationis, cum nec ipse comitatus sit expeditionem tantae multitudinis; unde nunc inculpatus est vir mirae, ut credebatur, sanctitatis.

Expeditio haec in tria est divisa, ubique contra ethnicos pugnatura. Nam plerique istius terrae ultra fines Galitiae profecti sunt classe, ubi expugnata civitate Lescbona cum circumposita regione, constituerunt in ea episcopum, relicta[c] ibi cum eo plurima plebe. Saxonum vero quam plures, et eorum orientales, contra Wandalorum profecti sunt gentes, quorum non paucas converti ad fidem Christi compulerunt nationes. Universa autem multitudo prodiens ubique ex omni parte orbis terrae, versus Ierosolimam arripuit viam, quorum huius regni omnium factus est dux Cunradus rex Romanorum. Sed hii qui de partibus Galliae et ex ulterioribus venerunt, undecumque secuti sunt Ludwicum regem Francorum superiore profectum itinere, donec partes ingressi sunt Ierosolimae. Profectura igitur tanta multitudine ex omni terra et gente, coactus unusquisque agros suos venales assignare, ut tanto itineri posset expensas providere, quasi nunquam rediturus ab inestimabili profectione. Unde etiam Reinerus, Gerlaci de Sleiden filius, expeditioni huic cum esset assignatus, allodium, quod aput Sledebach habuit, est ab illo hoc eodem anno abbas commercatus. Qui argentum in aecclesia cum non inveniret, et ipse toto corde allodium affectaret, adduxit nummularios ad comparationem allodii eiusdem, tali scilicet significatione, ut proprietas inde traderetur aecclesiae, et emptores potirentur victualitate ad finem vitae suae, et tunc liberrima cedat proprietas aecclesiae. Porro huius allodii sunt 3 mansi, inter[d] arbusta agrosque et prata indivisi. Extra hoc allodium sunt ultra Anstelam sita duodecim fol. 20. iugera, et ibidem super Anstelam duo molendina, quorum superius erat* Reineri totum, et inferius dimidium. Et facta inde altari traditione idem Reinerus, cum vir esset ingenuus, proximo hinc anno cum expeditione Ierosolimitana est profectus; ubi etiam felicem ut dixerunt, mortem est assecutus.

a) exhortione *c.* b) Rodophus *c.* c) relicta — plebe *in loco raso.* d) inter — indivisi *in loco raso.*

His diebus egressus est hinc sacerdos Leo nuncupatus, impetrata sibi licentia eo videlicet tenore, quasi per se coenobium informare posset et construere absque materia pecuniae. Unde optento a fratribus suis carnalibus loco, Hodunc nuncupato, in Tessandria sito, cum avertere eum nullus posset a tali progressione, coepit in eo liber hinc dimissus habitare. Et constructa inibi capella ex lignorum materia est etiam consecrata a Philippo Hosenbreichensi[44] episcopo, anno constructionis[a] tertio, id est dominicae incarnationis 1148. Ubi postea peractis tribus annis idem sacerdos, rerum tenuitate aggravatus, cum supplicatione regressus est huc et relocatus, a quo etiam locus aecclesiae est subiectus, quasi victus ibi sufficeret ipsis inhabitantibus, cum semper ibi rerum fuisset defectus. Omnis enim iste actus nec gratus conventui fuit nec acceptus. 1146.

Eodem anno facta est fames vehementissima, et omni adhuc aetati inaudita, ut modius Coloniensis pro duodecim solidis et sex venderetur denariis, et modius Traiectensis pro tribus libris et sex solidis.

## 1147.

Anno dominicae incarnationis 1147. Iohannes de Burnheim et Elisabeth, uxor eius, ministeriales erant Sancti Petri Coloniae, nulla adhuc potiti prole, quae sibi posset succedere. Unde accepta episcopi auctoritate dederunt aecclesiae 70 iugera terrae cum curte habitationis suae, quae omnia aput Burnheim[b] constant sita fuisse. Ipsi vero victualitate insigniti sunt ab abbate, ut quamdiu alter eorum superesset, frueretur haereditate, sed defuncto utroque libera remaneat terra aecclesiae. Iohannes autem cum expeditione est profectus, et in profectione 13. Kal. Ianuarii defunctus. 1147.

Fridericus vir ingenuus de Bastwilre, dedit aecclesiae octo iugera terrae, quae aput Trostorph sita solvunt 11 denarios Coloniensis monetae. Cuius Friderici filia Mathildis dicta dedit etiam aecclesiae 15 iugera arbustorum, et in consortium recepta est sororum. Arbusta haec sita sunt inter Mereburen et Bastwilre, ad sinistram eius viae quae a Merburen ducit Bastwilre.

Gerardus dedit aecclesiae 11 iugera terrae, et receptus est hic sine habitus mutatione. Terra haec sita est ultra Crumbach infra terminos Simpleirensis aecclesiae, et est integra sub parte una, Sancti Lamberti existens propria, unde solvit eadem[c] terra[c] aput Simplei 11 denarios, et sumbrinum[45] eius annonae, quam eodem anno ipsa[c] terra[c] constat genuisse; quod si annonam non genuit, nec debet sumbrinum solvere. Iuxta hanc terram sita sunt 14 iugera, in loca duo discreta, et sunt pariter Sancti Lamberti propria. Haec vendidit aecclesiae quidam Udulo, et solvunt ibidem 14 denarios et sumbrinum eius annonae, quam eodem anno constant genuisse; quod si[d] culta non sunt nec genuerunt, nec sumbrinum solvere debebunt. Gerardus obiit Idus Decembris.

Eodem anno profectus est Ierosolimam Conradus rex Romanorum et Ludwicus rex Francorum cum inestimabili multitudinę plebis christianae, sed transgressi fines Greciae seducti sunt a Grecorum rege, quasi ad terras pugnae, ubi periit eorum maxima pars inedia et fame. Et post paululum obsidentes Damascum, capturi erant locum, nisi quod aggressu victoriae seducti a Ierosolimorum rege, ne forte captis civitatibus amitteret ipse tributa[c] terrae, et sic nostris exigentibus peccatis consumptus est annus in illis sine prosperitate salutis. *Obscuratus est sol 7. Kal. Novembris, die dominica, circa horam diei sextam. fol. 20'.

Eodem[e] anno emit abbas mansum censualem ab Udelrico quodam, qui habitavit Coloniae, tali videlicet conventione, ut reddito inde solo censu, liber sit ab omni exactione. Nam praepositus Brunę tali iure assignavit eum huic aecclesiae Mansus iste proprius est aecclesiae sancti Gereonis Coloniae, et est situs inter Mercstein et Strevelo, ad dextram eius viae quae de Mercstein ducit Strevelo, et solvit 4 solidos praeter duos denarios Coloniensis monetae. Ad hunc mansum pertinent[f] curtes duae quae aput Mercstein sunt sitae, quarum altera 12 denarios, et altera solvit 16 huic aecclesiae.

## 1148.

Anno dominicae incarnationis 1148. Godescalcus de Anchelstorph cum ibidem 20 propria haberet iugera cum curte una, dedit ea aecclesiae, et receptus est hic in communi 1148.

a) structionis *in loco raso.* b) B. c. s. f. *in loco raso.* c) *minio addita.* d) si — Decembris *in loco raso.* e) *haec in margine scripta sunt, et recentis atramenti signo huc arcessita.* f) pertinet *c.*

44) i. e. Osnabrugensi. 45) mensura, nostris *Simmer.*

1148. fraternitate. Ibi quoque vendidit aecclesiae 9 iugera cum curte una quidam Hezelo, profectus in Ungariam, ubi finivit et vitam. Werenzo dedit ibidem aecclesiae iugerum terrae, unde haec 30 sunt aecclesiae libera. Adolphus Ierosolimam iturus dedit aecclesiae 15 iugera cum curte una. Haec solvunt duos solidos, et maldrum avenae. Heimo dedit aecclesiae 15 iugera aput Deztorph sita, et solvit inde duos solidos. Deztorph continetur infra terminos aecclesiae Paphendorph nuncupatae. Acta sunt haec et corroborata coram Adolpho comite de Saphenberch sub ritu et lege illius provintiae.

Gevehardus de Treuenstorph facta promissione Ierosolimam proficisci cum expeditione, infirmitate longioris retentus viae, dedit aecclesiae pro hoc itinere 3 solidos Coloniensis monetae aput Recene. Recene est villa iuxta Blanchenheim sita, ubi regio nuncupatur Eiphla[46].

Iutta de Burnen dedit aecclesiae vineam aput Budendorph, cuius etiam filius nomine Hubertus in clericum hic et fratrem educatus, dedit aecclesiae duas ibidem vineas. Iutta obiit 9. Kal. Septembris.

Eugenius papa Treveris hiemavit. Remis Laetare Ierusalem[47] synodum celebravit. Regressus est Cunradus rex Romanorum et Ludwicus rex Francorum ab oriente, cum exercitu universae occidentalis terrae, amissa aput Turcos maxima[a] multitudine, absque obtentu salutis et victoriae.

# 1149.

1149. Anno dominicae incarnationis 1149. emit abbas ab Iordane Heremanni patre de Sleiden[48] mansum et dimidium terrae pratique et arbustorum et dimidium pariter molendinum. Terra haec sita est aput Sleidenbach inferius eam videlicet terram, quae quarto hinc retro anno vendidit aecclesiae Reinerus, ita scilicet ut inter terram Reineri et hanc Iordanis mansus alieni possessoris sit situs. Et dimidium hoc molendinum dimidii illius molendini est dimidium, quod etiam quarto hinc anno vendidit Reinerus aecclesiae, quando ei integrum quoque et hoc dimidium constat vendidisse, unde ibi nunc duo integra molendina habet aecclesia; quae[b] postmodum sunt in unum redacta.

Curtis haec posita super fontem aquae quae in domum fluit cambae, ubi coctio fit cervisiae, erat cuiusdem Iuttae filiae Meinzonis, a quo olim datus est iste[c] fundus aecclesiae, ubi nunc constructum est hospitale. Ad hanc curtim pertinebant iugera quasi quadraginta, quae utraque parte Rodensis viae sunt sita, ab egressu portae versus Rode, unde etiam decimae fuerunt eiusdem Iuttae. In hac curti fuerunt creberrime seculares personae sexus utriusque, quarum importunitate exortum est grave[d] fratribus sepe impedimentum observantiae regularis disciplinae. Unde abbas facta conventione cum[e] Iutta, cuius feodum erat terra, et Heinrico cuius erat propria, dedit utrique munera, et[f] illa[f] dedit feodum aecclesiae, et Heinricus ius proprietatis suae, et sic pacificatus est introitus et[f] exitus[f] aecclesiae.

# 1150.

1150. Anno dominicae incarnationis 1150 Warnerus qui dicitur Rufus, cum haberet aput Mercene iugera 24 et[f] unam[f] curtim[f] et 4 iugera aput Bettenhoven, dedit ea aecclesiae cum tribus, quas habebat, filiabus, quae omnes indutae regulari veste, sunt aput Scaernen[g] fol. 21. inter sorores collocatae[f]. Haec autem terra, quamvis Warneri fuisset propria, advocatiae tamen Iuliacensi est subiecta, unde ibi tria in anno placita possessor eius debet adire. Ida Rudolphi filia de Haldenhoven dedit aecclesiae 10 iugera aput Sleiden sita, et ipsa regulari veste induta, hoc in loco est inter sorores collocata, sed terra est etiam advocatiae Iuliacensi subiecta. Ida Warneri filia de Haldenhoven dedit aecclesiae 15 iugera aput Mercene sita, et ipsa regulari veste induta, hoc in loco est inter sorores posita; sed terra est advocatiae aput Ascwilre subiecta. Libertus[h] dedit aecclesiae 6 iugera aput Mercene sita, quae etiam advocatiae prius dictae sunt[i] subiecta.

Meinerus de Anstela dictus, transponens in conventum duos ad litteras filios, quorum alter Arnoldus et alter vocabatur Winricus, dedit aecclesiae cum eis 20 iugera aput Crumbach sita, traditione altari propria et filiorum manibus facta. Terrae huius iugera 15 sita

a) maxima — victoriae *in loco raso*. b) quae — redacta *minio supra lineam scripta sunt*. c) *minio superscriptum est* Hospitalis. d) grave *minio superscriptum est*, fratribus *in loco raso*. e) cum — terra *in loco raso*. f) *in loco raso*. g) Scêrnen *c*. h) ibertus *in loco raso*. i) est *c*.

46) Blankenheim in Eiflia. 47) Mart. 21. 48) Schleiden in Eiflia.

sunt ultra viam lapide stratam, secus eam versus Aquis a curte, integra sub parte una. 1150. Reliqua vero quinque iugera sunt inter curtim et Fronerode sita, sub parte una, sed decimae partis utriusque sunt Aquensis aecclesiae.

Teodricus de Herle, Heinrici sacerdotis frater, dedit aecclesiae sex bonuaria terrae cum eorum pariter decimatione, et inter fratres consignatus est habitu et professione. Terra haec sita est infra terminos aecclesiae de Brunsham dictae, a Brunsham versus Herle. Frater Theodricus obiit 6. Kal. Augusti.

# 1151.

Anno dominicae incarnationis 1151 Iutta ducissa, Walrami ducis de Leimburch uxor 1151. et Heinrici eiusdem ducis filii mater, dedit aecclesiae proprietatem et dominium aecclesiae aput Lomunsheim sitae, et induta regulari veste, est in consortium fraternitatis nostrae consignata professione. Sed in brevi tempore exempta corpore sepulta est in[a] medio[a] aecclesiae[a] ante crucis altare, ubi requiescit in pace.

Octavo Kal. Iulii obiit soror Iutta nobilis matrona. Cuius a capite in sinistro latere sepulta est Mathildis, quae fuit uxor Heinrici, eiusdem Iuttae filii, et iunioris Heinrici mater. Quae cum sexto hinc retro defuncta sit anno, tamen hoc eodem datus est aecclesiae pro ea mansus terrae ab Heinrico eius quondam marito. Mansus iste situs est iuxta Specholtz in sinistro latere eiusdem silvae, a via strata lapide quasi[b] volatu sagittae. Unde etiam decimae olim aecclesiae sunt datae ab Adelberto comite. Mathildis obiit 4. Nonas Ianuarii.

His diebus habuit aecclesia sancti Iacobi sita Leodii allodium aput Sinneche a Cristiano nobili viro de Owen dicto, qui hoc contulerat illi aecclesiae pro salute animae suae. Allodium hoc emit abbas hoc eodem anno ab abbate et conventu illius aecclesiae, episcopo commertium, ut moris est, confirmante. Et cum illis appendisset argentum[c], assignaverunt nobis allodium, aput Sinneche, ut dictum est, consitum, advocatiae Heinrico subicientes dominatum. Porro hoc allodium allodii illius est compar et dimidium, quod aecclesia ibi habet anno hinc retro octavo ab Eppone de Ludesheim comparatum.

Clementa de Fridenhaldenhoven Adelberonis[c] uxor dedit aecclesiae tria iugera terrae infra terminos eiusdem[c] sita parrochiae, tali illa tradens ratione, ut proximus heres eius solvat inde sex denarios Coloniensis monetae, et sic libera sit terra ab omni alia dominatione. Clementa obiit 6. Kal. Aprilis.

# 1152.

Anno dominicae incarnationis 1152. comparavit abbas mansum a provisoribus Vallis 1152. sanctae Mariae[49], quamvis idem mansus magis huius aecclesiae constet proprius fuisse. fol.21'. Nam transpositis illuc sororibus concessa sunt eis allodia quaedam sola stipendiorum ratione, quorum tamen proprietas remansit huius aecclesiae, sicut et illa pariter aecclesia est etiam huius propria respectu obedientiae. Mansus iste situs est aput Gudolfrothe, et solvit septem solidos et 4 denarios Coloniensis monetae.

His diebus habuit aecclesia Florreffeiensis[d] aput Hoinge in aspectu Coloniae capellam inibi sitam et curtim unam et mansum integrum et arbusta quasi 9 iugerum. Haec profecto emit abbas ab abbate et fratribus illius aecclesiae, et facta inter se mutua contaxatione, appendit illis argentum, et ipsi assignaverunt nobis capellam et allodium. Argentum quo[e] empta est curtis quae nuncupatur Hoynge, dedit aecclesiae clericus Traiectensis nomine Udelricus, et alia quam plurima dedit sororibus in Scarnia. 7. Idus Decembris obiit Udelricus diaconus.

Gunthardus de Rothe, Gunthardi pater, cuius feodum erant duo inferiores mansi aput Hagenrothe, dedit inde decimas aecclesiae cum filia nomine Benedicta, quae sic inter sorores est collocata, facta inde altari traditione ab Heinrico allodii possessore. Decimae autem istae sunt tantummodo agriculturae, et de foeni collectione.

Eodem anno factum est miraculum grande aput Bastwilre, mutato ibi in sanguinem lacu aquae. Nam combusta ante biennium aecclesia erat hoc anno restauranda; ubi deficiente ad cementum aqua, petierunt eam a villano, in cuius lacu habebatur abundantia.

a) *in loco raso.* b) quasi vola *in loco raso.* c) *in loco raso.* d) *ita scriptum fuisse videtur; postea idem qui et multa alia hic mutavit, inde fecit* Floreffiensis. e) *haec in margine superiore scripta sunt manu eadem, sed* septimo — diaconus *recentiore.*

49) Marienthal prope rivum Etsch in terra Luxemburgensi.

1152. Quam cum ille operi aecclesiae denegaret, mane facto die altero inventus est omnino lacus in sanguinem conversus. Unde ut tale et tantum etiam posteris miraculum possit apparere, illinitus est murus aecclesiae ab eodem sanguine.

Mortuus est Conradus rex Romanorum non consecratus in augustum, cui successit Fridericus [a], Friderici fratris Conradi regis filius.

Anfridus, Anfridi filius de Thudre, defunctus est in castro, et hoc in loco sepultus, pro cuius anima dederunt aecclesiae fratres eius curtim aput Haren, quae solvit 14 denarios.

Gozwinus de Wassenberch, qui dictus est Lutzo, dedit aecclesiae quasi dimidium [b] mansum terrae, tali videlicet significatione, ut quamdiu vivit ipse, potiatur inde victualitatis iure, sed eo vita subtracto, cedat libere terra haec aecclesiae. Ipse vero solvit interim inde sex denarios aecclesiae. Traditio huius terrae facta est ab Heinrico illius domino, nostro autem advocato. Terra haec sita est aput Dihtelrode, et solvit 6 solidos et totidem denarios Coloniensis monetae.

## 1153.

1153. Anno 1153. Anselmus de Lovenich, cum ministerialis esset Heinrici huius aecclesiae advocati, accepta eiusdem domini sui licentia, posuit inter sorores filiam nomine Helenam, supputans aecclesiae cum ea 15 iugera cum curte una, aput Lovenich sita, quae solvunt aecclesiae solidos quinque Coloniensis monetae. Et praeter haec dedit etiam ipse huic aecclesiae 30 iugera cum curte una, ibidem sita, pro animae suae et uxoris salute, tali videlicet conditione, ut solvat inde duos solidos eiusdem monetae, donec alter eorum eximatur corpore, et tunc libera erit etiam haec terra huius aecclesiae. Et quia terra praedicti Heinrici erat propria, est ipsa etiam cum puella altari contradita.

Reinsuindis matrona nobilis, uxor autem Sigbodonis de Hoinge, dedit aecclesiae decimas iugerum 43, de terra ex arbustis in agros conscissa, tali videlicet supputatione, ut si forte arbusta unde haec terra est exculta, fuerint etiam scissa in agros et culta, tollat inde
fol. 22. pari tenore decimas aecclesia [b]. Terra haec et arbusta terminis continentur aecclesiae quae Setterich est dicta, ita scilicet ut una pars inter Setterich et Pophendorp sit sita, et altera inter Setterich et Sigendorp sit posita. Ipsa dedit etiam 12 denarios aput Setterich accipiendos. Obiit Reinsuindis 6. Nonas Maii, hic sepulta.

Assignatum [c] venale allodium quod Curlo nuncupatur, a possessore Reinberto, nobili viro, pro eo quod coram positum impeteretur a Wasenbergensi castro, comparavit illud abbas aecclesiae 110 marcarum commertio. Et cum non haberet argentum, statuit nummulariis ab eodem allodio pactum, et illi dederunt precium, donec eis carne solutis liberum remaneret aecclesiae idem allodium. Quod etiam usque quaque solebat facere, ut sic terminos aecclesiae posset dilatare. Et appendit illi argentum, et ille tradidit aecclesiae allodium, quasi 10 mansorum. Sed Gerardus, praedicti castri dominus, iniustam emptionem hanc est causatus, unde 5 marcis ab abbate est delinitus.

Gerberga de Ludenachen, matrona nobilis et vidua, posito in conventum puero, nomine Lamberto, dedit aecclesiae 30 iugera terrae, 15 videlicet cum puero, et 15 pro salute animae suae, tali quidem conditione, ut aecclesia 15 iugera cum puero data libere possideat, ipsa vero alia 15 sibi quamdiu vixerit retineat; quae etiam, ea iam carne soluta, libere sibi aecclesia recolligat. Terra haec sita est aput Herebach, et altari contradita ab eadem Gerberga et Theodrico eius filio coram Heinrico aecclesiae advocato, cui etiam advocatia eiusdem terrae ab eis libere est assignata.

Bernardus de Otwilre dedit aecclesiae curtim sitam aput Otwilre, quae solvit 12 denarios Coloniensis monetae et 2 gallinatios. Heinricus [d], vir nobilis de Sivernich, dedit huic ecclesie 32 denarios Colonienses in Gercene.

Cum aecclesia haec et quaelibet officinae adhuc culmo essent obductae, ceperunt hic fingere lateres et coquere ad tegumentum aecclesiae et cuiusque officinae, ne iterum forte locus pereat ignis ardore.

Eodem anno capta est Ascalona a christianis, civitas grandis et famosa, quae in Iudeae terminis est sita ab aquilonari plaga, usque nunc semper peregrinis Ierosolimitani itineris existens insidiosa.

Eodem [e] anno profectus est Romam Fridericus rex ad ordinandum se in imperatorem.

a) *hic manus mutatur.* b) *linea subnotatum est.* c) Assigatum *c.* d) Heinricus — Gercene *manu recentiore addita sunt.* e) *haec alia manu in margine scripta sunt.*

## 1154.

Anno 1154. dedit Gunterus de Endenstorph aecclesiae 11 iugera ibidem, et factus 1154.
frater noster, obiit 8. Idus Aprilis. Godefridus de Wihterche dedit aecclesiae decimas 20 diurnalium aput Trostorph. Ipse autem obiit 19. Kal. Septembris. Benigna de Coslar dedit aecclesiae 5 iugera ibidem. Ipsa autem obiit 18. Kal. Februarii.

Consecratus[a] est rex Fridericus in imperatorem ab Adriano apostolico.

## 1155.

Anno 1155. dedit Theodricus de Herclence 6 iugera aput Corle aecclesiae. Ipse autem 1155.
obiit 3. Nonas Octobris. Willemmus de Wilre dedit aecclesiae 7 iugera aput Welltene. Ipse autem obiit Idus Octobris. Heinricus de Lemburch, Rodensis aecclesiae advocatus, vocato ad se Heinrico Leodiensi episcopo, dedit ei castrum et totum Rodense allodium absque his quae sunt beati Gabrielis. Macharius de Burne dedit aecclesiae 6 iugera aput Wihtreche. Ipse autem obiit 11. Kal. Iulii.

Regressus[a] est Fridericus rex Romanorum, ab apostolico consecratus in imperatorem.

## 1156.

Anno 1156. dedit Theodricus de Wurme aecclesiae 15 iugera aput Scusleiden, et 1156.
factus frater noster, obiit in pace 4. Idus Ianuarii. 'Lambertus de Mercene dedit aecclesiae fol. 22'.
iugerum et dimidium ibidem. Ipse obiit 4. Idus Mart. Adscela de Mere dedit iugerum aput Ambla. Ipsa obiit 3. Nonas Ianuarii. Cuius filius nomine Gunterus dedit iugerum aput Ambla. Ipse obiit 3. Idus Iulii. Heremannus de Asch dedit iugerum aput Angelstorph. Ipse obiit 7. Kal. Februarii.

## 1157.

Anno 1157. dedit Retherus de Endenstorph aecclesiae 34 iugera ibidem. Ipse autem 1157.
obiit 2. Kal. Novembris. Hethenricus de Endenstorph dedit 10 iugera ibidem, et factus est frater receptus in communionem omnium. Ipse autem obiit 3.[b] Kal. Martii.

a) *haec in margine scripta sunt, manu alia.* b) *numerus dubius.*

# ANNALES BRUNWILARENSES.

*Dedimus eos Tomo SS. I. p.* 99—101, *quales autographo negato ex schedis Gaetani Marinii dare licuit, et T. II. p.* 216 *supplementum ex Würdtweinii subsidiis adiecimus. Postea quum Boehmerus noster a.* 1840. *Romam adiisset, codicem ipsum numero* 290 *inter Urbinates signatum evolvit et adnotationes cyclis adiectas annorum* 1000—1085. *transscripsit mihique transmisit; quibus quum a.* 1849. *iterum Romae versatus reliquas addidisset, omnes a.* 1853. *tertio Fontium tomo p.* 382 *sqq. inseruit. Interea autem Bethmanno Italiam iterum petenti exscribendos commiseram, quo munere a.* 1852. *functus non solum ipsos annales integros exscripsit, sed et in posteriore codicis parte adnotationes saeculorum IX et X. reperit enotavitque. Quibus cum Boehmeri textu collatis, integrum tandem textum sistimus, lacunis quantum fieri potuit expletis, annorum numero saepe in eiusmodi monumentis valde ancipite dubioque pro rei natura stabilito, et Bethmanni auctoritate diversas manus diversa littera exprimi fecimus, prout ipse hisce amplius scribit:*

„Codex membranaceus in folio saeculi XI. diligentissime exaratus, continet tabulas tractatusque varios ad computum pertinentes, inter quos fol. 7. 8. sunt cycli paschales annorum 988—1082, uno calamo exarati a manu saeculi XI. quae et notulas annorum 1000. 1021. 1034. 1036. 1039. una cum ipsis cyclis ex antiquiore codice Coloniensi ut credo, transscripsit. Eadem manus charactere minore annos 1024. 1028. 1030. 1049. 1050. 1051 notavit. Alia manus, vel saltem aliud atramentum est a. 1025. 1048. Tertia a. 1047. 1053. 1054. 1056. Quarta a. 1063. Quinta a. 1072. 1075. 1078. Sexta a. 1061. 1065. 1066. 1076. 1080. calamo ut videtur continuo. Alius postmodum alia duo folia 9. 10. codici iam ligato inseruit, in quibus cyclos a. 1083—1234. eodem modo continuavit, primisque quinque lustris et ipse notulas adspersit. Sed his postmodum erasis, quinque manus diversae notulas a. 1091. 1092. 1095. 1099. 1103. inscripserunt, alia a. 1133. 1135. Reliqua a variis suppleta sunt, signis ∴ et ϒ aliisque ad numeros annorum appositis, ut singulis notulis locus suus assignaretur. Ex his una manus annos 1085. 1086. 1083. 1087. 1094. 1096 continuo calamo exaravit hoc ipso ordine, tum quum iam anni 1103 nota conscripta fuisset; unde patet, non omnia quae hic leguntur, litteris consignata fuisse simulatque evenerint.

In eodem codice sub finem leguntur cycli Dionysiani a. 1—531. 532—1063. 1064—1595, ternis per singulas paginas columnis decurrentes, quorum margini una manus saeculi XI. undecim notulas calamo continuo apposuit."

*Eis infra inter annales Colonienses locum suum adsignavimus.*

Anni Domini. Indict.

988. 1.

1000. *Ordinatio Heriberti archiepiscopi.*

1021. *Hic moritur Heribertus archiepiscopus, et succedit Piligrimus.*

1024. *Adventus monachorum in Brunwilre.*

1025. *Domina nostra Mathild pro dolor obiit.*

1028. *Edificatio*[a] *aeccclesiae in Brunwilre.*

1030. *Ordinatio abbatis Ellonis.*

1034. *Hic Erenfridus comes palatinus moritur.*

1036. *Hic moritur Piligrimus archiepiscopus, et succedit Herimannus.*

1039. *Hic moritur Chuonradus imperator.*

1047. Obiit Otto dux 7. Idus Septembris.

1048. *Hic iacta sunt fundamenta nostri monasterii* 2. *Kal. Iulii.*

1049. *Leo papa, qui et Bruno, festum sancti Petri cum imperatore Heinrico Coloniae celebravit.*

1050. *Hoc anno ventus gravissimus fuit* 5. *Kal. Februarias.*

1051. *Heinricus imperator Coloniae pascha cum Herimanno archiepiscopo celebravit.*

1053. Ordinatio abbatis Tegenonis.

1054. Obiit Ello abbas 8. Kal. Iunii. Henricus unctus est in regem Aquisgrani in dedicatione aecclesiae.

1056. Obiit Herimannus archiepiscopus, et succedit Anno.

1061. Dedicatio monasterii secundi.

1063. Obiit Richeza regina.

1065. Wolfhelmus abbas constituitur.

1066. Cometes apparuit; et Cuono ad sedem episcopalem a Treverensibus non admittitur, sed captus ab ipsis precipitio dampnatur. Et Willehelmus comes Norhtmannie in Brittannia regnare coepit.

1072. Obiit Tegeno abbas.

10 5. Obiit Anno archiepiscopus; successit Hildulfus.

1076. Hic a Kalendis Novembris usque ad medium Martii hiemps continua et asperrima fuit, adeo ut Renus glacie concretus calcabilis meantibus extiterit. Eodem anno Heinricho rege a Saxonibus et magna parte Belgicae Gallie recusato, Ruodolfus dux Alemanniae in regem Maguntie ordinatur.

1078. Obiit Hildolfus episcopus sine pallio; successit Sigewinus.

1080. Hoc anno apud Saxoniam rex Ruodolvus commisso prelio cum rege Heinrico occiditur. In eius locum Saxones Herimannum filium Giselberti de Luocelenburch substituunt, et non multo post ob insolentiam morum abiciunt, set tamen Heinrico rebelles persistunt. Eodem anno Alemanni, cum occisi Rûdolfi filio, Heinrico rebellant. In ipso autumno Heinricus rex ob crebras excommunicationes Gregorii apostolici denuo in Italiam[b] perrexit, urbem Leonianam[c] vi cepit, et apostolicum usque Salernum in exilium secedere coegit; in cuius locum Wibertum Ravennantium episcopum imposito nomine Clementis constituit, et ab eodem coronam imperialem apostolica benedictione percepit. Ibique semitriennio[d] exacto, et filio Karolo[e] ad observandam sibi provintiam derelicto et Italiae proceribus commendato, in Gallias rediit. Et post non multum tempus apostolicorum unus, id est Gregorius, morte apud Salernum ubi exulaverat interiit[f] . . . . . . . .

1083.[g] *Hoc anno filius imperatoris Cuonradus Aquisgrani in regem unguitur. Ipso anno* 1087.
*in ascensa Domini Victor abbas Cassinensis annitentibus Norhtmannis apostolicam sedem in-*
*vadit, expulso Clemente; set inter agendum missas dissenteria pervasus, missis imperfectis Cas-*
*sinum rediit et obiit; Clemens sedem recepit. Hoc anno Bucco episcopus Halverstatensis, adhuc* 1088.
*imperatori rebellis, Goslare quarta feria ante palmas, quae Nonas Aprilis fuit, a quodam*
*fabro trucidatur. Statim maxima pars Saxonum imperatori se dedidit.*

1085. *Hoc anno circa nativitatem sanctae Mariae gravia tonitrua fuerunt. Et eodem*
*anno Herimannus comes palatinus cum utrisque liberis et nonnullis regni primoribus obiit.* 1086.

1086. *Hoc anno Fridericus patriarcha Aquileiensis in quadragesima interficitur. Eodem anno Saxones, Suevi, Baioarii Wirceburch contra imperatorem obsident et invadunt; quam non multo post, Baioariis in dicionem receptis, imperator recepit. Translatio*[h] *sancti Nykolai archiepiscopi in Barim.*

1087. *Hoc anno, 9. Kal. Octobris, nocte quae dominica habebatur, terribilibus flammis* 1088.
*celum flagravit. Et quinta feria eiusdem ebdomadis, set sequentis indictionis, Herimannus rex Saxonum insidias imperatori parans, divinitus ictus lapillo occubuit. Hoc anno hiemps tenebrosa fuit, et circa medium Ianuarii maxima omnium Germaniae fluminum inundatio fuit.*

a) Dedicatio *Boehmer.* b) de . . . . . . . . . *Boehmer*, *qui* depositus Romam *supplet. Bethmannus* de *haud legit et lacunam tantum scripsit.* c) *ita restituo;* . . . ina . . . *Bethmannus;* . . . . . . *Boehmer.* d) *ita Boehmer,* se in triennio *Bethmann.* e) *in rasura; est* Kuonradus. f) *post haec duae lineae diligentissime erasae.* g) *ita c.* h) *haec solus Boehmerus habet.*

1089. Obiit Sigewinus archiepiscopus; successit Hermannus III.

1091. Obiit Wolfhelmus abbas nostrae congregationis piae memoriae. Successit Heriwichus.

1092. Obiit Herewicus; successit Adelbertus.

Aug. 1. 1094. *Hoc anno circa festivitatem ad vincula sancti Petri ignis magnus apparuit circa vespertinum tempus per totum mundum, et mortalitas magna facta est.*

1095. Adelbertus abbas depositus. Successit Wecelinus.

1096. *Hoc anno Petri heremdue instinctu expeditio a diversis christianae professionis hominibus versus Iherusalem facta est; urbs sancta Sarracenis ablata, filiis propriis in virtute magna restituta est; Antiochia, Nycea aliaeque civitates regie a peregrinis capte, christianis principibus, omnibus Turcis et Sarracenis expulsis attritis et deletis, in deditionem venerunt. Strages Iudeorum Colonie et Magontie a peregrinis facta est.*

1099. Obiit Herimannus archiepiscopus; successit Fridericus.

1103. Hoc anno cometes terribilibus flammis visa est pene quadraginta diebus micasse, adeo ut instar inmanis faculae ardens, oculos intuentium ut solis radius reverberaret, et humanis mentibus terrorem non minimum incuteret.

1105.[a] Hoc anno Henricus quartus Romanorum imperator imperii insignibus exutus, et filius ipsius eiusdem nominis hiis est indutus. Unde pravis consiliis et infidelitate principum atque episcoporum confusum[b] est regnum. Ubique rapinae et incendia[c] vel cedes hominum fuerunt.

Mart. 22. 1106.[d] Henricus dux, filii, latebras patris infestantis, in cena Domini copiosum exercitum apud Mosam fudit. Coloniensis urbs patri favens, filio rebellans, ab eo obsidione vallata, impetum eius viriliter sustinuit. Sed imperatore 7. Idus Augusti apud Leodium hominem exuente, quinque milibus marcarum condempnata impunitatem optinuit.

1110. Obiit Wecelinus abbas; successit Everhardus.

1117. Hoc anno 3. Nonas Ianuarii accidit terremotus per universum orbem.

1123.[e] Hoc anno hiemps asperrima fuit adeo ut Renus glatie concretus, calcabilis meantibus extiterit.

1125.[f] Heinrico quinto[g] Romanorum imperatori hoc anno apud exteriorem Traiectum homine exuto, successit Lotharius dux Saxonum. Qui imperio confirmatus, pene per decem annos adversum regni emulos Fridericum et Cunradum principes varia certamina gessit.

1126.[h] Obiit Everhardus abbas felicis memoriae; successit et bonis annumeratus domnus Bertolfus.

Mart. 25. 1131.[k] Hoc anno rex Lotharius annuntiationem dominicam cum papa Innocentio a Roma fugato Leodii celebravit.

1132.[l] Obiit Fridericus archiepiscopus; successit Bruno.

1133.[m] Hora sexta diei dies obscuratus est, et stelle apparuerunt.

1135. Obiit Bertolfus abbas; successit Aemilius[n]. Hoc tempore Conradus diu regno et imperatori adversus[o], cum fratre imperatori reconciliatur, cum quo et Italicam expeditionem aggreditur[p].

1136.[q] Hoc anno Herimannus, invasor ecclesie nostrae, divinitus interfectus est. Cometes visa est.

1137. Obiit Bruono archiepiscopus Coloniensis[r] in Apulia constitutus in expeditione regia; successit Hugo.

Eodem tempore obiit Hugo; successit Arnoldus.

1137.[s] Hoc anno imperator Lotharius de expeditione Italica rediens, morbo interiit.

1138. Sequenti tempore incipiente quadragesima a principibus Lotharingie faventibus archiepiscopis Alberone Treverensi et Arnoldo Coloniensi, Cunradus princeps predictus
Mart. 13. apud Confluentiam in regem eligitur, media quadragesima Aquisgrani in regem unguitur.
Apr. 3. Coloniae pasca magnifice celebravit.

1139. Hoc anno Coloniensis civitas ab Arnoldo I archiepiscopo obsessa est.

1141.[t] Saxones regi rebellant cum duce potentissimo Heinrico. Qui dux non multo

a) *ita Boehmerus; Beth.* 1106. b) *ita Boehmerus legit; Bethm.* episcoporum . . . . . . . est r . g . . . c) metus . . . *Bethm.* d) *Bethmannus* 1107. e) 1124 *Bn. cf. Ann. Egmund.* f) 1124 *Br.* g) quarto *Boehm.* h) *fortasse pertinet ad alium annum.* 1124 *Br.* k) 1130 *Br.* l) 1131 *Br.* m) 1135 *Br.* n) Amilius *Br.* o) adversarius *Br.* p) archiepiscopus Coloniensis *addit.* q) 1134 *Br.* r) a. C. *desunt Br.* s) 1138 *Bn.* t) 1140 *Br*

post, dum totis viribus contra regem pugnam instruit, hominem exuit. Hoc tempore plurima monstruosa signa apparuerunt, adeo ut demones equestri prelio more militum visi sint[a] concurrisse, et quercubus inmensis radicitus erutis, ceu sagittis inter se iaculando decertaverint. Quorum unum agmen dum flumen vocabulo ... impetu transilit, aliud insequens[a'] post eos quercus inmensas iecit, adeo ut flumen inmensitate vel mole arborum impletum, cursum implere nequiverit.

1142.[b] Hoc anno dum expeditio super Saxones ingenti cura et apparatu secundo paratur, Dei clementia in concordiam redeunt, regi subduntur, pax ubique roboratur. Post, instinctu maligni operis, Magontino et Argentino primo occulte dehinc apertius contra regem debachantibus, rex varia sorte, set forti dimicatione plura castella et munitiones cum ipsa Argentina ad deditionem coegit. Hiis subactis, rex contra ducis Heinrici defuncti fratrem potentem principem varia fortuna plurima bella gessit, munitiones eius quasdam insignes multo labore cepit: dux contra plura regni oppida incendio et rapina delevit.

1143.[b'] Hic accusatio Colonie in ecclesia beati Petri presente Arnoldo archiepiscopo contra hereticos facta est; pluresque capti et vinculati, iudicio aquae se expurgaverunt, ceteri autem reatu suo confusi, fugam inierunt. Apud Veronam[1] presidente Ottone comite 1 igne consumpti sunt tres, malentes mori quam cedere sacrosancte[c] catholice fidei.

1145.[c'] Hoc anno in Maio plus quatuordecim noctibus cometes aparuit. Secuta est cum mortalitate et fames ante inaudita. Hisdem[d] temporibus tanta portenta falsorum signorum per hereticos facta sunt, ut plurimis obstupescentibus, iam omnino instare perditi hominis adventus apud plerosque fideles creditum sit.

1146.[e] Hoc anno in tantum angustia famis per totum orbem prevaluit, ut panis qui palmo comprehendi queat, pro denario Coloniensis monete daretur; pluresque hac inopia pregravati, radicibus herbarum pro cibo uterentur; hoc autem victu penitus carentes, crudele sui mortis inditium mundo reliquerint. Sequenti autem

1147.[f] anno, 7. Kal. Novembris, die dominica, accidit eclipsis solis a tercia hora, et perseveravit usque post sextam[g]; qua defectione horam pene integram fixus et immobilis, ut in horologio notatum est, stetit. In qua hora circulus quem obiectionem ........ estimant, maximo rotatu ferebatur diversis coloribus obductus. Hoc tempore stella cometes visibus hominum per noctem clare resplenduit, multaque portenta per orbem terre visa fuisse referuntur. Eodem autem tempore, nescio an hominis an Dei spiritu tactus, Bernhardus abbas Clarevallensis, vir totius sanctitatis et mirabilium patrator operum, omnibus per orbem terre sub christiana professione degentibus pro delictorum suorum remissione viam Iherosolimitane expeditionis contra barbaras nationes indixit, eosque non solum ore, set et mirabilium operum adtestatione ad huius amorem incitavit. Unde contigit, ut non solum rex Francorum, set et Cunradus rex Romanorum, audita tanti viri exhortatione et mirabilium eius visa patratione, in hanc se expeditionem cum cunctis regni primoribus sibique[h] coherentibus unanimiter conferrent. Quam in Dei nomine incipientes[i], uti devoverant, post multos labores famis et sitis, ardoris et frigoris, tandem Iherusalem pervenerunt. Ubi in falsa fide a rege et patriarcha recepti, eorum conductu doloso contra gentes 1148. pugnaturi viam accelerabant; nilque rebus inibi prospere agentes, via qua venerant, plurimis suorum extinctis tristes reversi sunt. Olixisbona autem civitas[k] a peregrinis navali proelio capta est.

1148. Plures[l] episcopi Gallie et abbates ab Eugenio papa ab officiis suis suspensi sunt, quorum unus domnus Amilius abbas noster fuit.

1149.[m] Hoc anno hyems tam valida fuit, ut arborum fructus[n] vinearumque ubertas tota[o] perierit. Renus calcabilis fuit. Anno ab incarnatione Domini 1149. obiit Amilius abbas; successit et bonae memorie domnus Geldolfus.

1151.[p] Obiit Arnoldus I episcopus; successit Arnoldus II.

1152.[q] Cunradus rex de Hierosolimitana expeditione rediens moritur. Faventibus archiepiscopis Arnoldo II Coloniensi, Hillino Treverensi, Fridericus dux Alemannorum in

a) sunt *Br.* a') sequens *Br.* b) 1141 *Br.* b') 1142 *Br.* c) *vocem omisit Bn.* c') 1144 *Br.* d) His *Bn.* e) 1147 *Br.* f) 1148 *Br.* g) *ita suppleo*; ..... *Br.*; . . v . . . m *Bn. Parisiis hora quinta coniunctio solis et lunae visa est.* h) *ita Br.* suisque *Bn.* i) insistentes *Br.* . . sistentes *Bn.* k) *ita lacuna explenda esse videtur.* l) *haec Bn. anno* 1149. *adsignat.* m) 1150 *Bn. cf. Ann. Egmund.* n) . . . . . *Bn.* o) uber . . . . . . . *Bn.* p) 1152 *Bn.* q) *haec Br. anno* 1151 *adsignat.*

1) Bonn.

1152. regem eligitur, et in media quadragesima Aquisgrani ab Arnoldo II archiepiscopo in re-
Mart. 9. gem ungitur. Is postea non longo tempore peracto, annuentibus ad votum suum archi-
1154. episcopis, Coloniensi videlicet et Treverensi, regnique principibus, versus Romam expeditionem cum manu valida fecit; ferroque sibi viam faciens, Urbem cum virtute magna ingreditur, et sic a domno papa Adriano in imperatorem consecratur.

Eodem 1156. anno obiit Arnoldus II archiepiscopus; successit Fredericus II.

Hoc[a] anno multis mirabilibus ecclesia nostra per beatum Nycolaum illustrata est, multaque super egris signa monstrata sunt.

Friderico[b] imperatore Romanorum monarchiam regente, episcopi, ex quibus Fridericus Coloniensis metropolitanus, duces et comites, tociusque Galliae ac Germaniae nobilitas, ex vagina suae habitationis eiusdem regis iussu educta, versus Mediolanum iter arripit; ex quorum multitudine pre densitate pulveris obscuratur lux etheris. Tandem calle superato, quo destinaverant pervenerunt; et civitatem arta obsidione coactam in
Dec. 15. deditionem accepit. Post quam victoriam mortuus est episcopus Fridericus.

1177. Obiit Geldolfus abbas; successit Theodericus abbas.

1179. Hoc anno terrae motus magnus in Kalendis Augusti factus est. Eodem mense eclipsis lune apparuit. Mense dehinc sequenti Philippus archiepiscopus cum universis Lotharingiae principibus ducem Saxonie armata manu invasit.

a) *his Br. numerum* 1160 *praeponi.* b) *his annum* 1164 *anteponit Br.*

# ANNALES COLONIENSES MINORES.

*Primo loco notitias breves saeculi noni sistere licet, a Bethmanno ex codice olim Coloniensi exscriptas; qui scilicet* „Codex Sancti Petri scriptus sub pio patre Hildebaldo", *iam Darmstadii Nr.* 83 c. *signatur, et anno* 798. *exaratus est, ut ex computatione annorum infra proponenda patet. Subiicimus annales breves a Bethmanno in codice Vaticano bibliothecae Urbinatis Nr.* 290 *signato repertos, ubi cyclis Dionysii annorum* 1—531, 532—1063, 1064—1595. *ternis per paginam columnis scriptis una saeculi XI. manu notae adiectae sunt, quae annales brevissimos SS. T. I. p.* 99 *propositos quodammodo excipiunt, et paucissimis tantum cum annalibus Coloniensibus ibidem editis congruunt. Zuendiboldi obitum et initium regni Heinrici I anno non vero adsignant. Deinde postquam aestate praeterita codicem Annalium Coloniensium T. I. pagg.* 97—99 *editorum autographum in bibliotheca Darmstadiensi evolvere licuit, errata perpauca corrigenda inde enotavi. Tum sequuntur annales a Waitzio in codice bibliothecae Montispessulani Nr.* 280 *reperti, quos inde a Christo nato brevissimos et notissima tantum, et vel saeculo X. medio res Remenses Flodoardo duce enotantes Waitzius inde ab a.* 961. *exscripsit. Auctor tanta nonnumquam rerum ignorantia laboravit, ut a.* 993 *Silvestrum II papam Gerberti deponendi causam fuisse tradat. Primus auctor usque ad a.* 1150. *scripsit, et Sigebertum novit; sed et continuatores nonnumquam notitias textui inseruerunt, quarum vetustiores littera obliqua expressi, recentiores in imam paginam removi. Continuatio annorum* 1151—1196 *Coloniae scripta esse videtur, variis manibus sibi invicem succedentibus. Annales Sancti Gereonis exscripsi Coloniae ex codice olim ecclesiae sancti Gereonis authentico, qui anno* 1855 *Coloniae sub hasta venit. Scripti sunt manu saeculi XII. exeuntis, et usque ad annum* 1240. *manibus coaevis continuantur. Liber iam tabulario regio Dusseldorfiensi illatus esse traditur*[1].

*Ultimam annalium Sancti Gereonis notitiam suscipiunt notae domum sancti Petri antiquam et novam eius constructionem anno* 1248 *inceptam illustrantes. Antiquae domus ab Hildebaldo archiepiscopo constructae imaginem habemus duplicem, alteram ex libro thesaurariae Coloniensis descriptam, quam a.* 1607 *Erhardus Winheim p.* 25. 26 *libri sui „Sacrarii Agrippinae" inseruit, a Gelenio*[2] *postea et Crombachio*[3] *pedissequo eius minus accurate repetitam et exscriptam; alteram quam hic primum proponimus, una cum aliis notitiis in*

1) Annales a. 1847 et 1848. ex eodem codice a Sulpitio Boisserée et Laurentio Lersch in Jahrbücher des Vereins von Alterthumsfreunden im Rheinlande T. XII, 154 et XIV, 12 editos, Boehmerus noster, apographo V. Cl. Kaufmann usus, Fontibus T. III. p. 399 inseruit. 2) De admiranda sacra et civili magnitudine Coloniae in 8vo 1645 p. 231. 3) Historia SS. Trium regum 1654. in folio p. 697, rectius 797.

*kalendario custodiae ecclesiae maioris Coloniensis membranaceo saec. XIII. ex. vel XIV. servatam. Qui quidem liber hodie in bibliotheca principis illustrissimi Oettingensis et Wallersteinensis ditissima Maihingae viro cl. baroni de Löffelholz commissus, singulari eius in rem nostram benivolentia Philippo Jaffeo nostro traditus atque exscriptus novam historiae domus splendidissimae lucem affert. Non solum enim antiquae descriptionis lacunas codex explet et peculiaria quaedam addit, sed iam anno* 1247. *ineunte, tredecim ante incendium ecclesiae mensibus, consilium ecclesiae de novo construendae captum fuisse demonstrat; atque conventiones ea de causa inter canonicos Sancti Petri initas proponit. Quae ea ratione cum lectoribus communicamus, ut primo loco utramque templi antiqui descriptionem, quarum quaeque alterius lacunas explet, tum vero conventiones de oblationibus canonicorum atque custodis camerae sistamus.*

*Ultimo loco annales Agrippinenses auctoritate libri regii, inter codices bibliothecae regiae Latinos in 4° numero* 4. *signati proponimus. Est chartaceus saeculo XV. medio exaratus, et Martinum Polonum, Levoldi de Northof chronica, foliis* 216—218 *annales nostros, tum alia minoris momenti complectitur; textum ex antiquiore quodam libro transsumtum, nonnullis locis disiectum et mendosum, sed cuius fontes et auctori chronicae sacrae urbis Coloniae anno* 1499. *conscriptae ad manus fuerunt, quantum fieri poterat emendavimus.*

## ANNALES SANCTI PETRI COLONIENSIS.

Ab Adam usque ad passionem Christi anni 5228. Sunt anni ab initio mundi secundum fol. 14'. veritatem Hebreorum, ut transtulit Hieronimus, usque ad istum annum 31um regni Karoli regis — ipse est annus quando hospites[a] accepit de Saxonia tertiam partem populi et quando missi venerunt de Grecia ut traderent ei imperium — anni 5998, secundum vero LXX anni 6268, ab incarnatione Domini 798. Cui vero sic non placet, sudet et legat et melius numeret.

fol. 73. 4. Idus Martias obiit Heribertus choriepiscopus.

fol. 76'. 810. ind. 3. concurr. 1. conbustio Coloniae.

814. ind. 7. concurr. 6. obitus Karoli.

818. ind. 11. concurr. 4. obitus Hildebaldi episcopi. In isto anno commissum est Hadebaldo episcopatus beati Petri.

fol. 219. Duodarich presbiter sub Hildebaldo episcopo et rege Karolo pro duoden de cera ad sanctum Severinum.

Vicedomnus Othil, Gunthart, Hunfrid, Berenfrid, Hartfrid praepositus, Ruotbert presbiter, Guntfrid, Theodolt, Radolt, Lingolf.

---

## ANNALES COLONIENSES BREVES.

ANNO DOMINICAE INCARNATIONIS

814. obiit Karolus imperator.

900. 898. Zuendivoldus occisus est.

918. 923. Heinricus rex constituitur.

924. obiit Herimannus; Wicfridus succedit.

936. obiit Heinricus.

939. terremotus.

94 . C . . . . . . . .[b]

953. Wicfridus obiit; Bruno successit. Ungari in Lotharingiam veniunt.

a) *in marg. eadem manu* obsides. b) *fortasse:* 947. Edith regina obiit.

956. Liudolfus in Longobardiam.
957. Reginerus captus est.
964. Otto rex Romam ingreditur[a]. 6

---

# ANNALES COLONIENSES T. SS. I. PAG. 97—99.

944. Astnide crematur[4].
979. reconciliatus est imperator cum occidentis rege.

---

# ANNALES REMENSES ET COLONIENSES.

961. Hoc anno decessit domnus Artoldus[5] in pace. Post quem Odalricus archiepiscopus in cathedram Remensem elevatus est, qui dedit nobis Vindenissam. fol. 54.

967. Defuncto Odalrico, Adalbero archiepiscopus ordinatus est.

972. Hoc anno restitutus est ordo monachorum in monte Orbacensi[b] [6]. 6

975. Hoc anno gelu magnum a Kalendis Novembris usque ad equinoctium vernale.

979. Ignee acies vise sunt in celo per totam noctem 5. Kal. Novembris. fol. 54'.

986. Hic primus est annus Arnulfi archiepiscopi Remensis.

987. Hoc anno Lotharius rex frater predicti Arnulfi mortuus fuit.

988. Obiit Lucdovicus rex iuvenis.

989. Fertur annonam pluisse de celo in Hasbania.

990. Hic primus est annus Roberti regis filii Hugonis Capeti.

991. Ordinatus est Gerbertus in archiepiscopum Remensem, expulso prefato Arnulfo a Hugone rege patre Roberti regis, qui Hugo Francorum regnum invaserat.

993. Arnulfus archiepiscopus cum fuisset tribus annis in captione detentus Aurelianis a prefato Hugone, Silvester II papa indigne ferens eius deiectionem, misit in Franciam legatos duos, fecitque eum liberari de manibus impii Hugonis et restitui in sedem Remensem. Gerbertum quoque qui sedem eius iniuste occupaverat fecit deponi, et episcopos qui in consecratione eius assensum dederant, ab officio episcopali suspendi precepit.

999. Hic levatus est domnus Gerbertus in apostolatum.

1000. Hoc anno prodigia multa visa fuerunt.

1005. Cometes horribili specie flammas huc illucque iactans visus est. fol. 55.

1006. Fames et mortalitas tam graviter per totum orbem invaluit, ut tedio sepeliendi vivi obruerentur cum mortuis. Sigeb.

1007. Hoc anno natus fuit Gervasius archiepiscopus futurus Remorum.

1009.[c] Eclypsis solis facta est hora diei secunda.

1017.[c] Cometes solito mirabilior per quatuor menses apparuit.

1020. Hic ultimus est annus Arnulfi archiepiscopi.

1021. Hinc[d] incipit primus annus Ebali archiepiscopi.

1023.[c] Eclypsis solis in pascha facta est.

1024.[c] Obiit Hildeburgis mater Gervasii archiepiscopi.

1028. Defuncto Roberto rege, Henricus filius eius cepit regnare. fol. 55'.

1031.[c] Obiit Haimo pater Gervasii archiepiscopi.

1032. Eclypsis solis facta est circa meridiem 3. Kal. Iulii.

1036. Obiit Avesgaudus Cenomannorum episcopus, post quem nepos eius Gervasius eodem anno factus est episcopus.

a) *ita suppleo; Bethmann habet* . . gr. . . . . . . b) *ita suppleo; codex habet* Or. c) *sub finem lineae, spatio anteriori vacuo relicto.* d) Hin *c.*

4) Ita loco *Astrude* legendum; est Essen monasterium in Westfalia. Ceterum anno 787. *Karlus,* annis 935, 937, 951 *Octo, Octonis,* a. 1006. *Baldawinum. Tiele,* a. 1008. *rennuente,* a. 982. *sacracenis* legitur. Prior manus annos 951, 957 et priorem anni 965 partem, secunda iam annum 953, tertia alteram anni 965 partem, annos 967, 968, quarta annos 961, 968, 978—999; quinta, sexta, septima, octava annos 1001—1028 conscripserunt. 5) archiepiscopus Remensis. 6) Monasterium Orbacense prope Sparnacum saeculo septimo exeunte conditum, anno 937. ab Ungaris destructum fuerat.

1039. 8. Idus Aprilis visa est in celo ignea trabes mire magnitudinis, que currens super solem iam ad occasum vergentem, visa est in terram cadere, et fuit eclypsis solis 2. Idus Maii.

1047. Nix tanta in occidente cecidit, ut silvas frangeret.

1048. Captus fuit Gervasius a Gaufrido Andegavorum tyranno.

1049. Elevatio corporis beati Remigii a Leone papa.

fol. 56. 1053. Eripuit Dominus Gervasium a praefati tyranni captione.

1055.[a] Hic primus est annus Gervasii archiepiscopi.

1059. Hoc anno Phillipus adhuc septennis, Henrici regis filius, fuit Remis benedictus in regem a domno Gervasio archiepiscopo, patre adhuc superstite.

1060. Obiit Henricus Francorum rex, prefati Philippi pater, 2. Nonas Augusti.

1066.[b] Decessit Gervasius. Guillelmus dux Normannie Anglorum regnum invasit, quo anno visa est cometa 6. *Kal. Maii*[c].

1070. Hoc anno fuit consecratus domnus Manasses, qui postea fuit depositus.

fol. 56'. 1077. Hoc anno facta est hiemps horrida a festo sancti Briccii usque ad festum sancti Gregorii.

1081. Gregorius papa imperatorem Henricum excummunicat.

1085. Hic fuit ordinatus Rainaldus I. Thuronensis thesaurarius *in*[d] *archiepiscopum Remensem.*

1087. Translatum est corpus beati Nicholai a Myrrea metropoli ad urbem Barrensem.

1093. Iaculum ignitum a meridie ad aquilonem per celum discurrere visum est.

1095. *Obiit Rainoldus I. Remensis archiepiscopus* 12. *Kal. Februarii*[e].

1099. Hoc anno Iherusalem capta est a christianis. Urbanus papa obiit[f].

fol. 57. 1106. Hic defunctus est Manasses archiepiscopus 15. Kal. Octobris[g]. Hoc anno visa est cometa a 12. Kal. Martii, usque 4. Nonas ipsius.

1107. Hoc anno ordinatus fuit Rodulfus archiepiscopus 2. Idus Octobris[h].

1108. Phillippus rex moritur 4. Kal. Augusti et Lucdovicus filius eius Aurelianis in regem benedicitur mense Augusto.

1112. Gualdricus episcopus Laudunensis occisus est, et ecclesia cumbusta est.

1116. *Gelasius II. sedit annum* 1, *dies* 3[i].

1117. Hoc anno terre motus factus est per multas provincias 3. Nonas Ianuarii ad vesperum, et cummote sunt in ecclesiis imagines Domini et multa in eis pendentia.

1118. Hoc anno in vigilia natalis Domini fuit ventus vehemens, qui multa edificia subruit. Anno Domini 1118. Paschali papa defuncto, Gelasius qui dicebatur Iohannes Gaitanus statim substitutus est; qui cum statuisset venire in Gallias ad celebrandum Remis generale concilium, aput Cluniacum morte preventus est; in cuius locum Viennensis archiepiscopus sublimatus, Calixtus vocatus est.

1119. Hoc anno celebratum est concilium Remis a domno Calixto II. papa.

1120. Ordo Praemonstratensis effloruit per Norbertum[k].

1122. Hoc anno feria 1. rogationum in festo apostolorum Philippi et Iacobi aput Sanctum Theodericum inter canonicos et monachos tumultu concitato, incendium et homicidium plus quam decem hominum accidit.

1124. Obiit Rodulfus archiepiscopus 10. Kal. Augusti.

1125. Hoc anno Rainaldus II. episcopus Andegavensis sublimatus est in cathedram Remensis metropolis.

fol. 57'. 1127. Obierunt Nicholaus archidiaconus et Ioffridus decanus[l].

1129. Philippus filius Lucdovici regis benedictus est in regem in die sancto pasce patre adhuc incolume. Hoc anno decessit Honorius papa.

1131. Hoc anno celebratum est concilium Remis a domno Innocentio II. papa, et in eodem concilio inunctus est in regem Lucdovicus puer, mortuo fratre eius prefato Philippo.

1133.[m] Eclipsis solis 4. Non. Augusti[n].

a) *haec in loco raso.* b) *haec in loco raso.* c) 6. Kal. Maii *manu* 2. d) in a. R. *manu* 2. e) *manus saeculi XIV. addit:* 1097. Expedicio ducis Godefridi et aliorum Iherusalem. f) *manu saeculi XIV. additur:* 1104. Sanguis ex panibus fluxit in episcopio Spirensi. 1105. Visus est ab occidente ignis inter sidera flammare nocte. g) XV. K. O. *alia manu.* h) *manus saeculi XIV. addit:* Colonia obsessa est. i) *hic manus* 2. *desinit.* k) *fortasse alia manu.* l) *saeculo XIV. additur:* Invencio sancti Mathie Trev. apud Sanctum Eustochium qui multis absconditus latuit annis. m) *manu* 3. n) *manus saeculi XIV. addit.* 3 soles in celo apparuerunt similes.

1135. Hoc anno celebratum est concilium Pisis a domno papa Innocentio. Obiit Guido levita.

*Lotarius rex Romam profectus imperator effectus est*[a].

1136[b]. *Ignee acies in celo vise sunt. Imperator Italiam et Calabriam cum exercitu petit*[a].

1137. Obiit Lucdovicus bone memorie rex *Francorum*[a].

1138.[b] *Lotharius imperator obiit. Conradus rex efficitur. Commetes visa est*[a].

1139. Facta est Remis cummunia a Lucdovico rege adolescente, pecunia data a civibus, et obiit Albericus Bithuricensis archiepiscopus.

1140. Hoc anno fuit consecratus Samson archiepiscopus in Suessionis civitate, in octavis pasche, et in eodem anno destruitur cummunia Remensis rege presente, et Tebaldo comite adiuvante cum multis milibus militum et peditum.

1143. Hoc anno ex habundantia nivium facta est inundatio, que subruit villas et pontes. Innocentius papa obiit, Celestinus successit.

1144.[b] *Celestinus papa obiit. Lucius successit et eodem anno obiit*[a]. Hoc anno fuit ventus vehemens vigilia sancti Sebastiani, qui multa edificia subruit, et tecta turrium, et machinas cum ipsis campanis.

1145. Eugenius papa elegitur.

1146.[c] Fames maxima fuit, quod malder siliginis pro marca dabatur in Colonia.

1147.[c] Profectio maxima Iherusalem cum rege Cunrado, que omnino periit.

1148. Hoc anno celebratum est concilium Remis a domno Eugenio III. papa.

1149.[c] Signum in sole visum est.

1150. Obierunt Ansegisus et Drogo levite et canonici[d].

## CONTINUATIO ANNORUM 1151—1196.

1151. Obierunt Ioffridus Andegavensis comes, et Ioslenus comes Suessionensis. fol. 58.

1152.[c] Obiit Cunradus imperator; successit Fridericus dux Alamannorum.

1153. Obierunt Eugenius papa, Bernardus Clarevallensis abbas.

1154.[c] Anastasius papa obiit.

1155.[c] Fridericus rex Romam profectus, imperator efficitur.

1156. 14. Kal. Ianuarii audita sunt tonitrua, et fuit pluvia magna.

1158.[e] Expeditionem contra Mediolanum imperator direxit.

1160. Obiit Adrianus papa. Arnoldus Moguntinus episcopus occiditur in monasterio sancti Iacobi.

1161. Ingens discordia Romanorum de duobus apostolicis.

1162. Imperator Mediolanum funditus evertit.

1163. Synodus magna de eligendo apostolico.

1164. Renoldus episcopus magos Coloniam attulit.

1166. Imperator corpus Karoli Magni Aquisgrani de tumulo levavit.

1167. Renoldus Coloniensis episcopus obiit.

1168. Philippus successit; Paschalis papa obiit.

1174. Tussis magna fuit.

1187. Hoc anno Iherusalem capta est a paganis.

1189. Expedicio facta est adversus paganos sub cesare Friderico.

1191. Philippus Coloniensis archiepiscopus defunctus est.

1192. Albertus Leodicensis episcopus interfectus est.

1193. Hoc anno obiit Christina[f].

1195. Hoc anno duxit Warnerus de Bollandia[g] uxorem suam.

1196. Fredericus Monasterii prepositus obiit, et frater eius est electus tunc.

# ANNALES SANCTI GEREONIS COLONIENSIS.

Anno dominice incarnationis millesimo centesimo nonagesimo primo consecravit 1191. Celestinus papa Henricum regem in imperatorem Rome 17. Kal. Maii secunda feria post diem pasche.

a) *manu* 3. b) *haec in loco raso.* c) *alia manu.* d) *finit manus* 1. *Hinc inde variae manus sibi succedunt.* e) *anni* 1158—1174, 1189—1192 *eadem manu.* f) *fortasse legendum:* 1183. Hoc anno obiit Christianus, *scilicet archiepiscopus Moguntinus.* g) *ita lego;* Bol. *c.*

Eodem anno obiit Phillippus Coloniensis archiepiscopus in Apulia Idus Augusti; cuius ossa revecta sunt Coloniam, et sepulta 6. Kal. Octobris.

Eodem anno consecravit Bertrammus Metensis episcopus altare sancti Gereonis, et sancti Petri, et sancti Blasii 4. Kal. Septembris.

Anno dominice incarnationis 1190 posite sunt reliquie sanctorum martyrum in nova cripta sub altari sancti Gereonis 8. Kal. Decembris.

Anno dominice incarnationis 1192 consecravit Iohannes archiepiscopus Treverensis Brunonem archiepiscopum Colonie 2. Kal. Iunii.

Eodem anno interfectus est Albertus Leodiensis episcopus Remis 8. Kal. Decembris.

Anno dominice incarnationis 1194 consecratus est Adolfus[a] archiepiscopus Colonie 6. Kal. Aprilis.

Anno dominice incarnationis 1197 obiit Henricus imperator 3. Kal. Octobris.

Anno dominice incarnationis 1198 quinto Idus Iunii electus est Colonie Otto in regem, et eodem anno Aquisgrani consecratus 4. Idus Iulii.

Anno dominice incarnationis 1200 inceperunt cives Colonienses edificare murum super vallum.

Anno dominice incarnationis 1201 quinto Nonas Iulii Colonie in templo sancti Petri Guido Prenestinus episcopus cardinalis et apostolice sedis legatus, summi pontificis auctoritate Innocentii confirmavit electionem regis Ottonis, et facta benedictione super eum, excommunicavit extinctis candelis omnes adversarios regis Ottonis.

Eodem anno idem legatus Guido consecravit Sifridum archiepiscopum Moguntinum aput Xanctum pridie Kalendas Octobris.

[b]Sequenti anno idem legatus Guido consecravit Hugonem episcopum Leodiensem 11.[c] Kal. Maii.

[d]Anno incarnationis dominice 1227 in octava apostolorum Petri et Pauli completa est testudo monasterii sancti Gereonis.

1248. Apr. 30. [e]Anno Domini 1240 octavo[f], die Quirini[8] combustus est summus[g] Colonie[9].

# NOTAE SANCTI PETRI COLONIENSIS.

*Ex libro thesaurariae antiquo.*

Antiqua autem maior ecclesia[a] duos habuit choros et cryptas duas. Superior chorus erat sancti Petri; inferior, qui erat inter duas turres campanarias ligneas, fuit chorus beatae Mariae virginis. Item in dextera turri erat altare sancti Stephani, et in sinistra altare fol. 33'. sancti Martini. Item in choro sancti Petri fuerunt tres magnae fenestrae iuxta altare, et similiter in choro beatae Mariae virginis. In lateribus vero superioris fenestrae[i] fuerunt viginti quatuor hinc et hinc. Item[k] ver-

*Ex libro custodiae saec. XIII. exeuntis vel XIV.*

In monasterio beati Petri antiquo fuerunt magne fenestre tres iuxta altare beati Petri, et tres iuxta altare sancte Marie. Item in lateribus superiores fenestre 24 hinc et inde; item versus altare

a) *vox iam fere tota erasa.* b) *alio atramento.* c) : : XI *c.* d) *manu alia coaeva.* e) *alia manu coaeva.* f) *codex haud distinguit.* g) *scil.* chorus. h) (puta quam huius antecessor Hildeboldus erexit) *inserit Winheim.* i) luminaria *Crombach, male.* k) Item — altare *exciderunt apud Gelenium.*

8) Dies S. Quirini Coloniae d. 30. Aprilis festus; cf. Erhardum Winheim l. c. p. 311, alibi d. 30. Martii celebrabatur. 9) Ea de re Matthaeus Paris anno 1248. haec scribit: *In Alemannia . . . . . cathedralis ecclesia beati Petri in Colonia, quae est omnium ecclesiarum quae sunt in Alemannia quasi mater et matrona, usque ad muros incendio est consumpta.* Et Innocentius IV. papa Lugduni die 21. Maii eiusdem anni illis qui reparandae ecclesiae opes conferre velint indulgentias praebet: *sane famosa et honorabilis Coloniensis ecclesia de novo, sicut accepimus, casu miserabili per incendium est consumta. Cum autem venerabilis frater noster archiepiscopus et dilecti filii capitulum Coloniense ecclesiam ipsam, in qua trium beatorum magorum corpora requiescunt, reparare cupiant opere sumtuoso . . . . qui ad hoc manum porrexerint adiutricem, unum annum et 40 dies de iniuncta sibi penitentia misericorditer relaxamus.*

sus altare beati Martini fuerunt tres, et una super altare. Item versus altare sancti Stephani fuerunt tres[a], et una super altare. Item versus altare sancti Severini, quod situm apud ianuam per quam de ecclesia ad gradus beatae Mariae intratur ad maiorem, ubi quondam una turris, fuerunt quinque fenestrae, et una super altare. Item[b] versus altare . . . . . . Cosmae et Damiani in dextero latere, ubi quondam turris altera, fuerunt quinque fenestrae, et una super altare. Item in latere . . . . in quo aedificata est gerkammer[10], inferiores fenestrae sex . . . . . . . . . . . . . . . . . . Item in alio latere . . . versus austrum inferiores fenestrae duodecim. Item circa altare sancti Petri erant quinque rotundae fenestrae . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . et supra altare beatae Mariae virginis ex utraque parte maiestatis[11] una rotunda fenestra. Sic etiam fiet Deo dante completo novo opere.

beati Martini tres fenestre, et una super altare. Item versus altare beati Stephani tres fenestre[c], et una fenestra super altare. Item versus altare beati Severini . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . in turri quinque fenestre, et super altare una fenestra; item versus altare beatorum martirum Cosme et Damiani . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . tres fenestre, et una super altare. Item in latere monasterii, in quo edificata est gerekamere, inferiores[d] fenestre sex, et in gerekamere due foris et una intrinsecus. Item in alio latere monasterii inferiores fenestre versus austrum 12 fenestre. Item circa altare beati Petri quinque rotunde fenestre, et in alto super altare beati Petri ex utraque parte maiestatis una rotunda fenestra. Item circa altare beate Marie quinque rotunde fenestre, et super altare beate Marie ex utraque parte maiestatis una . . . . . . . Has quidem fenestras officiati seu prebendarii custodis secundum quantitatem et qualitatem fenestrarum predictarum reparare tenentur, prout consuetum fuerat ab antiquo ante incendium monasterii predicti. Item cum fenestre reficiuntur, picte cum picto et non picte cum non picto vitro reparabuntur.

---

De oblationibus altaris sancti Petri. Cum de communi consilio diffinitum esset, ut maior ecclesia de novo construeretur, dominus decanus Gozwinus, Godefridus prepositus Monasteriensis, Conradus subdecanus, Reynerus chorepiscopus, Franco scolasticus, Conradus de Buren, Ulricus cantor, Winricus custos camere et alii domini plures canonici maioris ecclesie convenerunt dominum Philippum thesaurarium, quod oblationes, que super altare beati Petri extra missam annuatim offerri solent, ad opus nove fabrice maioris ecclesie ad sex annos assignaret; et quia eedem oblationes ad suam custodiam pertinerent et multe et graves expense singulis annis de eadem custodia essent faciende, ne eorum instancia sibi nimium dampnosa existeret, licet operi foret fructuosa, rogaverunt eum, quod propter salutem anime sue eorum peticioni acquiesceret et in levamen dampni sui singulis annis per supradictos sex annos triginta marcas acceptaret, quas ei de eisdem oblationibus tribus terminis in anno, hoc est: in cena Domini semper decem marcas, in dedicatione maioris ecclesie decem marcas, in epiphania Domini decem marcas assignarent. Qui voluntarie propter Deum et honorem sancti Petri et trium regum, licet sibi grave fuerit, eorum peticioni acquievit, et predictas oblationes prescripti altaris ad fabricam ecclesie ad sex annos concessit, ita quod singulis annis infra dictos sex annos de eisdem oblationibus triginta marcas reciperet, et ceram que offerretur, et de lino et de thure quantum ad officium suum necesse haberet, et salvis sibi censibus super altare positis. fol. 43. 1247. Mart. 25.

De oblationibus custodis camere. Item predicti domini ex parte capituli Coloniensis ordinaverunt et statuerunt, quod provisores seu rectores nove fabrice Coloniensis darent et assignarent in dedicatione ecclesie Coloniensis custodi camere Coloniensis singulis annis tres marcas in compensatione oblacionum, quas idem custos camere recipere solebat in aurea camera de reliquiis sanctorum ibidem repositis singulis diebus dominicis et festivis. Acta sunt hec anno Domini millesimo ducentesimo quadragesimo septimo in crastino palmarum in domo Gozwini dicti decani et archidiaconi presentibus multis.

a) luminaria *Crombach*, *male*. b) l. v. a. *exciderunt apud Gelenium*. c) lumina *Crombach*. d) inferioris *cod*.
10) i. e. sacristia. WINHEIM. 11) i. e. imaginis.

# ANNALES AGRIPPINENSES.

Mai. 25. **Anno[a] 1092[12] in die beati Urbani ecclesia sanctorum apostolorum incendio est combusta.**

